DECRETVM GRATIANI

EMENDATVM ET

NOTATIONIBVS

ILLVSTRATVM

Vnà cum gloſsis,

GREGORII XIII. PONT. MAX.

IVSSV EDITVM.

Ad exemplar ROMANVM diligenter recognitum.



LVGDVNI,

M.D.LXXXIIII.

De licentia eiuſdem D.N. GREGORII XIII. Pont. Max.

264

Bibliotheca

Source : BIU Cujas

GREGORIVS
PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

CVM pro munere paſtorali humeris noſtris iniuncto id præcipuè nobis propoſitum habeamus, vt omni ſtudio, diligentiaq; omnes Chriſti fideles his præſertim tam grauibus, calamitoſiſque temporibus in recta, & Catholica fide continere curemus, ac propterea id in primis nobis agendum, & prouidendum ſit, vt omnem omnibus aberrandi ab ea occaſionem ſubtrahamus. Dudum ob huius rei executionem, adhibitis nonnullis ex fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, adiuncto etiam aliquorum doctrina, & pietate inſignium virorum ſtudio, Decretum Gratiani nuncupatum abſque gloſſis, necnon idem Gratiani Decretum cum Decretalibus Gregorij Papæ Noni prædeceſſoris noſtri, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, non modo cum veteribus gloſſarum auctoribus, quibus cum viri pij, & Catholici fuerint, ignoſcendum videtur, ſi quid vel ob errorem in illis, vel quia nondum pleraque à ſacris Concilijs diffinita fuerant, liberius locuti ſunt: Verum etiam cum his, quæ ab impijs ſcriptoribus tam extra in marginibus, quàm etiam intra aſperſa fuerant Catholicæ veritati contraria reuidendi, corrigendi, & expurgandi curam demandauimus. Cum autem ipſum Decretum abſque gloſſis à præfatis à nobis deputatis iam totum emendatum, & correctum, ac nonnullis annotationibus illuſtratum exiſtat, ipſiuſque maior pars à dilecto filio Paulo Conſtabili, tunc ſacri noſtri Palatij Apoſtolici Magiſtro vnà cum dictis Decretalibus felicis recordationis Gregorij Noni prædeceſſoris noſtri iam impreſſis recognita, & approbata ſit. Reliquum vero eiuſdem Decreti vnà cum annotationibus prædictis tam abſque gloſſis, quàm ipſum totum cum gloſſis, Sextumque & Clementinas ſimul, & Extrauagantes à dilecto filio Sixto Fabri, eiuſdem Palatij noſtri Apoſtolici Magiſtro recognoſcenda omnia, & approbanda in officina Populi Romani, quæ ad hoc potiſſimum vt libri ſacri in ea fideliter, & incorruptè imprimantur, erecta fuit, imprimi, & impreſſa diuulgari iuſſerimus, ac vt ad maiorem Chriſtifidelium vbique tam intra, quàm extra Italiam citra, & vltra montes commorantium commoditatem hoc iuris Canonici Corpus fideliter, & incorruptè iuxta exemplar hic Romæ impreſſum à Catholicis Typographis, à Romano Populo, ſiue ab eo de-

Source : BIU Cujas

putatis, vel pro tempore deputandis electis imprimi possit. Nos opportunè prouidere volentes, vt hoc Ius Canonicum sic expurgatum ad omnes vbique Christifideles sartum tectum perueniat, ac ne cuiquam liceat eidem operi quicquam addere, vel immutare, aut inuertere, nullaue interpretamenta adiungere, sed prout in hac nostra Vrbe Roma nunc impressum fuit, semper, & perpetuò integrum & incorruptum conseruetur. Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicę potestatis plenitudine omnibus, & singulis in nostro, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Dominio, nobis, & eidem Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiecto commorantibus, vel ad illud quouis prætextu aduenientibus, ac etiam extra dictum dominium vbilibet existentibus Typographis, & librorum impressoribus, ac Bibliopolis, & quibuscunque alijs personis vtriusque sexus cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis maioris latæ sententiæ, & quo ad nunc, & pro tempore in dicto nostro, & Romanæ Ecclesiæ dominio mediatè, vel immediatè subiecto commorantes, etiam vltra præmissa sub amissionum librorum, ac mille ducatorum auri de Camera pro vna videlicet officio Inquisitionis hæreticæ prauitatis, & pro alia accusatori, & pro reliqua tertijs partibus Iudici executori irremissibiliter applicandorum, alijsque arbitrij nostri pœnis eo ipso si & quoties contrafactum fuerit, & per quemlibet contrauenientem incurrendis apostolica auctoritate tenore præsentium inhibemus, & interdicimus, ne ipsius Gratiani Decretum cum annotationibus, & idem cum glossis, Decretalibus Gregorij Noni prædecessoris nostri, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, vt præfertur, de cætero per Decennium à Data præsentium sub quouis titulo alibi quàm in Vrbe nostra, & in eadem officina impressoria dicti Populi Romani, & ijs, quibus ab eodē Populo Romano, & ab eo ad hoc pro ipso Populo deputatis, tam in Italia, quàm extra Italiam vbilibet facultas, & licentia per dictum tempus desuper concessa fuerit, prout nos eidem Populo Romano, & eisdem ab eo deputatis, vt huiusmodi licentiam, & facultatem tam in Italia, quàm extra Italiam vbilibet cuicunque, & quibuscunque ipsi Populo Romano, seu eius pro eo Deputatis pro tempore videbitur, & placebit, ac pro tempore eidem Populo, & eius Deputatis visum fuerit, significata prius nobis, & approbata persona, concedere, illamque sic concessam prout, & quando sibi placuerit, reuocare liberè, & licitè valeant, indulgemus, impressum, & imprimendum tenere, vendere, dare, donare, vel aliàs quomodolibet habere, vel transferre, neque etiam ipsi absque expressa etiam in scriptis licentia eiusdem Populi Romani, & ab eo Deputatorum dictum Gratiani Decretum cum ipsis annotationibus, & idem cum glossis, Gregorij Noni prædecessoris nostri Decretalibus, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, vt dictum est imprimere, nec per dictum decennium ab eis, vel alijs præterquam à dicto Populo Romano, & ab eo Deputatis, vel de eorum licentia, vt præfertur, impressum, & imprimendum aliàs habere, seu tenere, aut etiam vendere, vel donare, seu imprimi, teneri, vendi, donari, aut aliàs transferri facere per se, vel alium, seu alios publicè, vel occultè, directè, seu indirectè quouis quæsito colore, vel ingenio audeant, seu præsumant: ita quòd etiam nulli omnino hominum tam in Vrbe, & tota Italia, quàm extra vbiuis Terrarum, Regnorum, Regionum, & Prouinciarum totius orbis liceat huiusmodi libris dicti Iuris Canonici sic, vt præfertur, de mandato nostro recognitis, correctis, & expurgatis quicquam addere, detrahere, vel immutare, aut inuertere, nullaue interpretamenta adiungere, sed provt opus huiusmodi Romæ nunc impressum fuit, semper, & perpetuò integrum, & incorruptum conseruetur, statuimus, sancimus, & ordinamus,

Mandan-

Source : BIU Cujas

Mandantes vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, cæteriſque locorum ordinarijs, & eorum Vicarijs in ſpiritualibus, & temporalibus, & in ſtatu temporali ſanctæ Romanæ Eccleſiæ etiam Legatis, Vicelegatis, Sedis Apoſtolicæ, ac ipſius ſtatus Gubernatoribus, Poteſtatibus, & Locumtenentibus, vt quoties pro parte dicti Populi Romani, & ab eo Deputatorum, ſeu licentiam, & facultatem ab ipſis, vt præfertur, pro tempore habentium, fuerint requiſiti, vel eorum aliquis fuerit requiſitus, eiſdem Populo, & Deputatis, ac ab ipſis licentiam, & facultatem haben. efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, præmiſſa ad omnem Populi Romani & ab eo Deputatorum prædictorum licentiam, ſeu facultatem haben. requiſitionem contra inobedientes, & rebelles etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, etiam ſæpius aggrauan. & per alia iuris remedia auctoritate Apoſtolica exequantur: inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Et inſuper quia difficile admodum eſſet præſentes litteras ad quælibet loca deferri, Volumus, & eadem apoſtolica auctoritate decernimus, illarum tranſumptis, & exemplis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Curiæ, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, & etiam in ipſis operibus impreſſis plenariam, & eandem prorſus fidem vbique tam in iudicio, quàm extra iudicium haberi, quæ præſentibus haberetur. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac quorumcunque locorum, Gymnaſiorum, & Vniuerſitatum, etiam ſtudiorum generalium iuramento confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris apoſtolicis etiam illis, & illorum, ac quibuſuis alijs perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, & approbatis, ac imposterum concedendis, & approbandis. Quibus omnibus etiam ſi de illis ſpecialis mẽtio habenda eſſet, eorum tenores præſentibus pro expreſſis haben. illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, Contrarijs quibuſcũque. Aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras apoſtolicas non facien. plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud ſanctũ Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die prima Iulij. M. D. LXXX. Pontificatus noſtri Anno Nono.

Cæ. Glorierius.



† 3

Source : BIU Cujas

In nomine Domini, Amen.

HOc est sumptum, transumptum, & exemplare cuiusdam breuis per Sanctissimum Dominum nostrum Gregoriũ Pap.xiij. imprimendi Juris Canonici Corpus, de quo in eodem breue per decennium inclyto Populo Roman. sub die prima mensis Julij, 1580. concessi, fideliter, legaliterq; per me Notarium publicum infrascriptum transumpti & exemplati, nil addito vel diminuto quod substantiam mutet vel intellectum variet, nisi fortè litera vel syllaba, quæ substantiam mutare aut intellectum variare non habent: Cuius quidem breuis tenor talis est, prout infra sequitur, videlicet, Gregorius xiij. Pap. Ad futuram rei memoriam, Cum pro munere pastorali humeris nostris iniuncto id præcipuè nobis propositum habeamus, vt omni studio, diligentiaq; omnes Christifideles his præsertim tam grauibus, calamitosisq; temporibus, in recta & Catholica fide continere curemus, ac propterea id in primis nobis agendum & prouidendum sit, vt omnem omnibus oberrandi ab ea occasionem subtrahamus. Dudum ob huius rei executionem, adhibitis nonnullis ex fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, adiuncto etiam aliquorum doctrina & pietate insignium virorum studio, Decretum Gratiani nuncupatum absq; glosis, necnon idem Gratiani Decretum cum Decretalib. Greg. Pap. ix. prædecessoris nostri, Sexto, Clementinis & Extrauagantib. non modo cum veteribus glosarum auctoribus, quibus cum viri pij & Catholici fuerint, ignoscendum videtur, si quid vel ob priorem in illis, vel quia nondum pleraque à sacris conciliis diffinita fuerant, liberius locuti sunt: verum etiam cum his, quæ ab impijs scriptoribus, tam extra in marginibus, quàm etiam intra aspersa fuerant Catholicæ veritati contraria reuidendi, corrigendi, & expurgandi curam demandauimus. Cum autem ipsum Decretum absque glosis, à præfatis à nobis deputatis iam totum emendatum & correctum, ac nonnullis annotationibus illustratum existat, ipsiusque maior pars à dilecto filio Paulo Constabili: tunc sacri nostri Palatij Apostolici Magistro, vnà cum dictis Decretalibus felicis recordationis Greg. ix. prædecessoris nostri iam impressis recognita & approbata sit. Reliquum vero eiusdem Decreti vnà cum annotationib. prædictis tam absque glosis, quàm ipsum totum cum glosis, Sextumq; & Clementinas simul, & Extrauagantes, à dilecto filio Sixto Fabri, eiusdem Palatij nostri Magistro recognoscenda omnia, & approbanda in officina Populi Romani, quæ ad hoc potissimum, vt libri sacri in ea fideliter & incorruptè imprimantur: erecta fuit, imprimi, & impressa diuulgari iusserimus, ac vt ad maiorem Christifidelium vbique tam intra quàm extra Italiam, citra & vltra montes commorantium commoditatem hoc Iuris Can. Corpus fideliter & incorruptè iuxta exemplar hic Romæ impressum, à catholicis Typographis, à Romano Populo, siue ab eo deputatis, vel pro tempore deputandis electis imprimi possit. Nos opportunè prouidere volentes, vt hoc Ius Can. sic expurgatum ad omnes vbique Christifideles sartum tectum perueniat, ac ne cuiquam liceat eidem operi quicquam addere, vel immutare, aut inuertere, nullaue interpretamenta adiungere: sed prout in hac nostra vrbe Roma nunc impressum fuit, semper & perpetuò integrum & incorruptum conseruetur. Motu proprio, & ex nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnibus & singulis in nostro & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Dominio, nobis, & eidem Rom. Eccl. mediatè vel immediatè subiecto com-

moran-

Source : BIU Cujas

morantibus, vel ad illud quouis prætextu aduenientib. ac etiam extra dictum dominium vbilibet existentib. Typographis, & librorum impressoribus, ac Bibliopolis, & quibuscunque alijs personis vtriusque sexus cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis maioris latæ sententiæ: & quo ad nunc, & pro tempore in dicto nostro & Rom. Ecclesiæ dominio, mediatè vel immediatè subiecto commorantes, etiam vltra præmissa sub amissionis librorum, ac mille ducatorum auri de Camera, pro vna videlicet officio Inquisitionis hæreticæ prauitatis, & pro alia accusatori, & pro reliqua tertijs partibus Iudici executori irremissibiliter applicandorum, alijsque arbitrij nostri pœnis eo ipso si & quoties contra factum fuerit, & per quemlibet contrauenientem incurrendis Apostolica auctoritate tenore præsentium inhibemus & interdicimus, ne ipsius Gratiani Decretum cum annotationib. & idem cum glosis Decretalib. Greg. ix. prædecessoris nostri, Sexto Clementinis & Extrauagantib. vt præfertur de cætero per decennium à data præsentium sub quouis titulo alibi quàm in vrbe nostra, & in eadem officina impressione dicti Pop. Rom. & ijs quibus ab eodem pop. Rom. & ab eo ad hoc pro ipso populo deputatis, tam in Italia, quàm extra Italiam, vbilibet facultas & licentia per dictum tempus desuper concessa fuerit, prout nos eidem Popul. Rom. & eisdem ab eo deputatis, vt huiusmodi licentiam & facultatem tam in Italia quàm extra Italiam, vbilibet cuicunque & quibuscunque ipsi pop. Rom. seu eius pro eo deputatis pro tempore videbitur, & placebit, ac pro tempore eidem populo, & eius deputatis visum fuerit, significata prius nobis, & approbata persona, concedere, illamq; sic concessam, prout, & quando sibi placuerit, reuocarè liberè, & licitè valeãt, indulgemus, impressum & imprimendum tenere, vendere, dare, donare, vel aliàs quomodolibet habere vel transferre, neque etiam ipsi absque expressa etiam in scriptis licentia eiusdem inclyti pop. Rom. & ab eo deputatorum dictum Grat. Decretum cum ipsis annotationibus, & idem cum glossis Gregor. ix. prædecessoris nostri Decretalibus Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus vt dictum est, imprimere per dictum decennium, ab eis vel ab alijs, præterquam à dicto Popul. Roman. & ab eo deputatis, vel de corum licentia vt præfertur, impressum & imprimendum, aliàs habere seu tenere, aut etiam vendere vel donare, seu imprimi, teneri, vendi, donari, aut aliàs transferri facere per se vel alium seu alios, publicè vel occultè, directè seu indirectè, quouis quæsito colore vel ingenio, audeant seu præsumant: ita quod etiam nulli omnino hominum tam in vrbe, & tota Italia, quàm extra, vbiuis terrarum, regnorum, regionum & prouinciarum totius orbis liceat huiusmodi libris dicti Iuris Can. sic vt præfertur, de mandato nostro recognitis, correctis, & expurgatis, quicquam addere, detrahere, vel immutare, aut inuertere, nullâue interpretamenta adiungere: sed prout opus huiusmodi Romæ nunc impressum fuit, semper & perpetuò integrum & incorruptum conseruetur, statuimus, sancimus, & ordinamus. Mandantes vniuersis & singulis venerabilib. fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, cæterisq; locorum ordinarijs, & eorum Vicarijs in spiritualibus & temporalibus, & in statu temporali sanctæ Romanæ Ecclesiæ, etiam Legatis, Vicelegatis sedis Apost. ac ipsius status Gubernatoribus Potestatibus & Locumtenentib. vt quoties pro parte dicti Pop. Rom. & ab eo deputatorum seu licentiã, & facultatem ab ipsis vt præfertur, pro tempore habentium fuerint requisiti, vel eorum aliquis fuerit requisitus, eisdem Populo, & deputatis, ac ab ipsis licentiam, & facultatem habentem efficacis defensionis præsidio assistentes præmissa ad omnem Pop. Rom. & ab eo deputatorum prædictorum licentiam seu facultatem habentem requisitionem contra inobedientes, & rebelles, etiã per censuras ecclesiasticas & sæpius aggrauantem, & per alia iuris remedia, auctoritate Apostolica exequantur: inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, & insuper, quia difficile admodum esset præsentes litteras ad qualibet loca deferri, Volumus, & eadem Apost. auctoritate decernimus illarum transumptis & exemplis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo Curiæ vel

Source : BIU Cujas

ria vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, & etiam in ipſis eperibus impreſſis, plenariam, & eandem prorſus fidem vbique tam in iudicio quàm extra iudicium haberi, quæ præſentibus haberetur. Non obſtantib. conſtitutionib. & ordinationib. Apoſtolicis, & quorumcunq; locorum, Gymnaſiorum & Vniuerſitatum, & ſtudiorum generalium iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinib. priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis etiam, illis & illorum, ac quibuſuis alijs perſonis, ſub quibuſcunque tenorib. & formis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilib. ac alijs in contrarium quomodolibet conceſſis & approbatis, ac in poſterum concedendis & approbãdis: Quibus omnibus etiam ſi de illis ſpecialis mentio habenda eſſet, eorum tenores præſentibus pro expreſſis haberi, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus contrarijs quibuſcunque, aut ſi aliquib. communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas nõ facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mẽtionem. Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die prima Iul. 1580. Pontificatus noſtri anno ix. In calce vero ſupraſcripti breuis originalis talis aderat ſubſcriptio, &c. Ca. Glorierius. à tergo vero eiuſdem originalis breuis impreſſum aderat ſigillum ſub annulo Piſcatoris.

Et quia ego Nic. Pirotus, Rom. Pub. Dei gratia Apoſtolica & Imperiali poteſtate & conſ. ac illuſtr. dd. Conſeruatorum Cameræ almæ vrbis not. ſupradictum tranſumptum fideliter aliena manu mihi fida exemplari feci, factaq; de eo cum ſuo proprio originali diligenti auſcultatione: Ideo in præmiſſorum ijdem robur & teſtimonium me hic manu propria ſubſcripſi & publicaui, ſignóque meo ſolito & conſueto requiſitus ſig. ſub anno Domini, 1582. Põtificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & D.N.D Greg. Pap. xiij. anno eiuſdem vndecimo, indictione decima menſis Auguſti, die vero decima octaua eiuſdem.

N.P.

Hieronymus Mattheius, Prothonot. Apoſtolicus ſanctiſſimi D.N. Pap. eiusq; Camerarij, necnon Curiæ cauſarum Camer. Apoſtolicæ generalis Auditor, Romanæq; Curiæ Iudex ordinarius, &c. Vniuerſis, &c. fidem facimus & atteſtamur ſuperius D. Nicolaum Pirotum, de præmiſſis rogatum fuiſſe & eſſe pub. fidelem, legalem & authenticum Notarium, ſuisq; ſcripturis publicis in iudicio & extra ſemper adhibitam fuiſſe & de præſenti adhiberi fidem, in quorum fidem, &c. Datum Romæ, in ædibus noſtris, ſub anno, indictione, die, menſ, & Pontific. quibus ſupra.

Pro. D. Rodulpho Cellerio, Notario.

Marcuſanus Brutus, Connoc.

Source : BIU Cujas

In nomine Domini, Amen.

ANno à natiuitate eiuſdem milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domin. Gregorij, diuina prouidentia Papæ xiij. anno eiuſdem vndecimo, indictione x. menſis Auguſti, die vero xvij. In mei Notarij publici, teſtiúmque infra ſcriptorum, ad hæc ſpecialiter vocatorum & rogatorum, præſentia, præſentes, & perſonaliter conſtituti Illuſtres dom. Bernar. Aldobrandinus, Patritius de Patritijs, & Valerius de Valle, Patritij Romani, ab inclyto Popul. Romano ſuper ſtampa eiuſdem inclyti Populi Romani deputati pro ſeipſis ac meæ, & nomine illuſtr. Finis Proſperi Buccapadulij ſimiliter deputati abſentis, citra tamen quorumcunque procuratorum per eos quo ſupra nomine hactenus quomodolibet conſtitutorum reuocationem, ſponte & ex certa eorum & cuiuſlibet ipſorum ſcientia, ac ſpontanea voluntate, & non per errorem aliquem, ac omni meliori modo, via, iure, cauſa, titulo, ſiue forma, quibus magis melius, validius, & efficacius de iure fieri poteſt, & debet, ac poſſunt, & debent: conſtituerunt, fecerunt, ordinauerunt, ac deputauerunt, eorum ac dicti inclyti Populi Romani, procuratores, actores, factores, negotiorúmque ſuorum, ac dicti inclyti Populi Romani infra ſcriptorum geſtores, ac nuncios generales & ſpeciales: ita tamen quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec è contra, & c. mag. dd. Gul. Rouillium, ciuem & mercatorem impreſſorem in ciuitate Lugdun. abſentem tanquam præſentem, ac Dominic. Baſam, mercatorem in vrbe Rom. præſentem & acceptantem, & quemlibet ipſorum inſolidum: ita tamen quòd non ſit melior conditio primitus occupantis nec deterior ſubſequentis, ſed quod vnus ipſorum incœperit, alter id proſequi, terminare, ac finire poſsit, & valeat ipſo iudicio inchoato, ſpecialiter & expreſſe ad eiuſdem inclyti Pop. Rom. nomine, & pro eo omnia, & quæcunque iura eiuſdem inclyti Pop. Rom. contra quaſcunque perſonas, loca, Collegia, & Vniuerſitates, pro obſeruatione in regione Galliæ priuilegiorum dicto inclyto Pop. Rom. tam per ſanctiſ. Gregorium Pap. xiij. quàm per Catholicam maieſtatem Chriſtianiſſimi Regis, ſuper impreſsione Textus Canonici, defendendum, & obſeruare faciendum: & propterea coram quocunque iudice ſeculari vel eccleſiaſtico in præfato Regno Galliæ comparendum, & ab eiſdem dictorum priuilegiorum obſeruationem petendum & inſtandum, ac impetrandum & obtinendum, & generaliter omnia alia, & ſingula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ in præmiſsis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna, & quæ ipſimet domini conſtituentes facerent, dicerent, gererent & exercerent, aut facere, dicere, gerere & exercere poſſent, nunc, ſeu quomodolibet in futurũ, ac ſi præſentes, & perſonaliter intereſſent, etiam ſi alia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale quàm præſentibus eſt expreſſum. Et quaſcunq; perſonas, loca, Collegia, Capitula, & Vniuerſitates deſuper in iudicio conueniendum, agendum, procurandum, & defendendum, libellum ſeu libellos, & quaſcunque peti-

tiones

tiones, tam verbo quàm in ſcriptis dandum, & producendum, litem ſeu lites conteſtandum, & ex aduerſo conteſtari videndum, de calumnia vitanda, & veritate dicenda, & quodcunque aliud licitum, & honeſtum iuramentum in animam ipſorum conſtituentium præſtandum, & ſubeundum, & ex aduerſo præſtari videndum, poſitionibus, & alijs partis aduerſæ reſpondendum, ac ſuis reſponderi petendum, & faciendum, teſtes inducendum, & iurari videndum, iuraq; & inſtrumẽta quæcunq; producẽdum, & ex aduerſo produci videndum, & contra teſtes & eorum dicta opponendum, dicendum, & allegandũ, crimina & defectus obÿciendum, de iudice, iudicibus, & notarijs concordandum, eumq; vel eos recuſandum, cauſas ſuſpicionis allegandum, alioſq; dari petendũ, literaſq; remiſſorias, & commiſßiones quaſcunq; impetrandum & obtinendum, & contra ex aduerſo impetratis dicendũ, & impugnandum, beneficiumq; reſtitutionis in integrum, & quæcunq; alia iuris & facti remedia petendum, & obtinendum, in cauſa & cauſis concludendum & concludi petendum, videndum, & audiendum: expenſas, damna, & intereſſe petendum, & taxari faciendum, & ſuper illis ſi neceſſe fuerit iurandum: à ſententia ſeu ſententijs, vel quocunque alio grauamine illato, ſeu inferendo ſemel, & pluries prouocandum & appellandum, Apoſtoloſq; debita cum inſtantia petendum, & obtinendum, ac appellatum, & nullitatum cauſas proſequendum. Vnum quoque Procuratorem, vel plures cum ſimili vel limitata poteſtate ſubſtituendum, illoſq; reuocandum, præſente nihilominus mandato in ſuo robore duraturo. Et generaliter omnia alia, & ſingula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu aliàs quomodolibet opportuna, & quæ ipſimet domini conſtituentes facerent, dicerent, & exercerent, aut facere, dicere, gerere, & exercere poſſent, nunc ſeu quomodolibet in futurum, ac ſi præſentes & perſonaliter intereſſent, etiam ſi talia forent, quæ mandatum exigerent, quàm præſentibus eſt expreſſum, ſpeciale magis. Promittentes ijdem domini conſtituentes, quo ſupra nomine mihi Notario publico infraſcripto tanquã publicæ & authenticæ perſonæ præſenti, recipienti, & legitimè ſtipulanti pro omnibus & ſingulis, quorum nunc intereſt, intererit, aut intereſſe poterit nunc ſeu quomodolibet in futurum, ſeſe ratum, gratum, validum, & firmum perpetuò habituros totum id, & quicquid per ipſos dd. Procuratores, vt ſupra conſtitutos, & ſubſtituendos ab eis, actum, factum, dictum, geſtum, procuratúmue fuerit in præmiſßis, ſeu quomodolibet præmiſſorum, ac dependentibus & annexis ab eis. Releuantes, & releuare volentes dictos eorum Procuratores conſtitutos, & ſubſtituendos ab eis ab omni onere ſatiſdandi, iudicioq; ſiſti, & iudicatum ſolui, ſub hypotheca & obligatione omnium & ſingulorum bonorum eiuſdem inclyti pop. Rom. mobilium & immobilium, præſentium & futurorum, vbique exiſtentium. Et ad maiorem omnium & ſingulorum præmiſſorum cautelam, roborisq; firmitatem dicti domini conſtituentes iurarunt ad ſancta Dei Euangelia, manibus tactis ſacroſanctis ſcripturis in manibus mei eiuſdem Notarij publici infraſcripti. Rogaruntq; me eundem Notarium publicum infraſcriptum, vt de prædictis omnibus & ſingulis publicum ſeu publica conficerem atque traderem inſtrumentum, & inſtrumenta, vnum vel plura, prout opus fuerit. Actum Romæ in regione Arenubæ, & Domo, ac loco ſolitæ congregationis dictorum Illuſtr. dominorum deputatorum quærentibus ibidem audientibus hisq; magn. dominis Petro Polito, Senenſe, & Vincentio Accolito, Romano, ciue impreſſore in vrbe, teſtibus ad præmiſſa omnia, & ſingula vocatis, habitis ſpecialiter atque rogatis.

Et quia ego Nic. Pirotus, Rom. Pub. Dei gratia Apoſtolica & Imperiali poteſtate & Collegijs ac Illuſtr. dd. Conſeruatorum Cameræ almæ vrbis not. de præmiſßis omnibus rogatus: ideo hoc præſens publi. inſtrumentum manu propria ſubſcripſi & publicaui, ſignoq; meo ſolito in eiſdem ſign. rogatus pariter & requiſitus.

N.P.

Hieronymus Mattheius, Prothonot. Apoſtolicus ſanct. D.N. Pap. eiusq; Camerarij, necnõ Curiæ cauſa-

Source : BIU Cujas

cauſarum conſ. Apoſtolicæ Generalis Auditor, Rom. Curiæ iudex ordinarius, &c. vniuerſis, &c. notum facimus & atteſtamur ſupraſcriptum D. Nicolaum Pirotum de præmiſſis rogatum, fuiſſe & eſſe pub. fidelem, legalem & authenticum Notarium, ſuiſque ſcripturis publicis in iudicio & extra ſemper adhibitam fuiſſe, & de præſenti adhiberi fidem, in quorum fidem, &c. Datum Romæ in ædibus noſtris ſub Anno, indictione, die, menſe, Pontificatu quibus ſupra.

Pro d. Rodulpho Celerio, Notario.

Marcuſanus Brutus, Connoc.

Source : BIU Cujas



Source : BIU Cujas

DECRETVM ABBREVIATVM

SIGILLATIM CVNCTA ATTINGENS.

Liber Decreti diuiſus eſt in tres partes, quarum Prima eſt de Diſtinctionibus, Secunda de Cauſis, Tertia de Conſecratione. Prima pars diſtincta eſt in Diſtinctiones centum & vnam

PRIMA Diſtinctio tractat de iure naturali & humano, ius ipſum naturaliter eiúſque ſpecies omnes diffiniẽs, & inter ius ſcriptũ, & nõ ſcriptum differentiam ponens. col. 1.

Secunda, de iure Quiritũ ſiue Romanorũ, ipſum per ſpecies diffiniens. 6

Tertia, iuris canonici varia nomina diſtinguit, breuitérque expoſit. 7

Quarta, ad quid leges inuẽtę ſunt: & quid ſacri canones mandent. 10

Quinta, quomodo ius naturale eſt immobile, nec obſtat, quod ibi ponitur. 14

Sexta, an illuſiones nocturnę ad peccatũ imputẽtur: & circa finẽ proſequitur de iuris naturalis dignitate. 15

Septima, ponit legiſlatores: oſtendendo qualiter ius inceperit. 19

Octaua ponit differentiam inter ius naturale & conſuetudinem. 22

Nona, auctoritate & exemplo probat conſtitutiones hominum iuri naturali cedere. 26

Decima, oſtendit, quòd leges Imperatorum vincuntur à canonib. 30

Vndecima, dicit conſuetudinem legib. approbatis cedere. 35

Duodecima, habet laudabilem conſuetudinẽ eſſe ſeruandam: quæ nec canonib. ſacris, nec veritati, nec bonis moribꝫ obuiet. 41

Decimatertia, vult quòd contra ius naturale non admittatur diſpẽſatio: niſi in fuga maioris mali. 47

Decimaquarta, quòd quis nõ debet minus peccatũ committere, vt aliud maius euitare poſſit. 51

Decimaquinta, notat de tempore quo ſacri canones, libríque & concilia celebrata fuerunt. & quæ opuſcula ſunt admittenda. 51

Decimaſexta, ponit quòd canones Apoſtolorum ſunt recipiendi: poſtea oſtendit quo tempore & quo reſidẽte in papatu, vel imperio quodlibet concilium eſt celebratum. 59

Decimaſeptima, dicit non concilia ſed conuenticula celebrari ſine Papa. 67

Decimaoctaua oſtendit quod prouincialia concilia nihil generaliter poſſunt conſtituere: ideo conſequẽter declarat ad quid ſint vtilia, & quoties in anno. & quo tẽpore anni & cuius auctoritate ſunt celebrãda, & quòd metropolitanus nihil debet exigere ab epiſcopis ad concilium conuenientib. Addit de pœna epiſcopi qui vocatus ad ſynodum non venit. 71

Decimanona, vim Decretaliũ oſtendens dicit mãdata eccleſiaſtica deuote ſeruanda. 79

Vigeſima, dicit quòd in cauſis diffiniendis ſacri canones: in exponendavero ſacra ſcriptura ſancti doctores attenduntur. 87

Vigeſimaprima, tractat de diuerſis ordinib. & gradib. miniſtrorum: docendo qui ſunt executores ſiue miniſtri canonũ, à maiori vſque ad infimũ. Et differentias miniſtrorum locorum aſſignat: probans quòd maior à minori non debet iudicari. 90

Vigeſimaſecunda, de dignitate Romanæ eccleſię, & quarundam aliarum. 99

Vigeſimatertia, de ordinatione miniſtrorum, incipiens à Romano põtifice, & deſcendens vſque ad oſtiarium. 103

Vigeſimaquarta, de examinatione ordinandorum. 115

Vigeſimaquinta, de officiis clericorum: incipiendo ab oſtiario, & aſcẽdẽdo vſque ad epiſcopũ. Circa medium Diſtinctionis, inchoat tredecim præcepta regulæ Apoſtolicę: & proſequitur ibi, Oportet epiſcopum eſſe ſine crimine. Et in de nacta occaſione, ponit varias ſignificationes huius nominis crimen. Et oſtẽdit quod ſit mortale & quod veniale. 119

Vigeſimaſexta, exequitur ſecundum præceptum Apoſtolicæ regulæ, Oportet epiſcopum eſſe vnius vxoris virum. 127

Vigeſimaſeptima, probat, quòd nolentes vouere continentiam, ad ſacros ordines promouendi nõ ſunt: aſſignans differentã inter ſolenne & ſimplex votum. 131

Vigeſimaoctaua, probat quòd clericis haberevxores non licet in eccleſia occidẽtali: addens de ſubdiaconatu, qui olim prohibitus nõ erat. Vide quod ibi notatur. 135

Vigeſimanona, oſtendit quædam capitula tradita eſſe ex cauſa: quædam ex tempore: quædam ex loco quædam ex perſona. 143

Trigeſima, quia dictum fuit. 28. diſt. ſupra, quòd ſacerdotes non debent à ſe abiicere vxores ſuas prætextu religionis: hic dicit quòd ex cauſa fuit hoc ſtatutum: ſcilicet propter quoſdam hæreticos, qui coniugia deteſtabantur. 143

Trigeſimaprima, probat & ponit exempla in terminis qualiter clericicõtinere debent, & quòd ab omnib. eſt ſeruanda cõtinentia, niſi ab orié talibus, 147

Trigeſimaſecunda, adhuc proſequitur de continentia clericorum. Et dicit quòd conſtituti in quatuor ſacris ordinib. tenentur cõtinere: & ſi habent publicas concubinas, nullus eorum Miſſam audiat. 154

Trigeſimatertia, oſtẽdit, quòd bigami, corporevitiati, vſurarij, publicè pœnitẽtes, luſores in ſcena, ludẽtes, furioſi, arreptitij, accipiẽtes meretrices in vxores, & cõcubinas habẽtes promoueri non poſſunt. 163

Trigeſima quarta, ponit quòd oportet epiſcopũ vitare nimiam familiaritatem domeſticarum perſonarum, & etiam conſanguinearum, & quòd venari non licet. 167

Trigeſimaquinta, agit de tertio capitu. apoſtolicæ regulæ, Oportet ordinandũ nõ eſſe vinolẽtum. 174

Trigeſimaſexta, exponendo illud, prudentem, dicit quòd clerici debent habere peritiam litterarum ſacrarum. 178

Trigeſimaſeptima, oſtendit quòd clerici non debent libros gentilium reſpicere, peritiam tamen ſęcularium ſcientiarũ debent habere. 179

Trigeſima octaua, probat quòd litteris debet eſſe eruditus ſacerdos, & canones ignorare nõ debet. Ignorantia enim ipſi eſt periculoſa. 186

Trigeſimanona, oſtendit quòd oportet epiſcopum eſſe prudentem in negotiis ſæcularibus, vt ſua cautela reddantur eccleſiæ indemnes. 191

Quadrageſima proſequitur quintum capitulum Apoſtolicæ regulæ, Oportet epiſcopum eſſe ornatum. Et primo de ornatu interiori, qui conſiſtit in virtutib. 198

Quadrageſimaprima, tractat de ornatu, qui conſiſtit in grauitate, inceſſu, habitu, & temperantia potus & cibi. 194

Quadrageſimaſecunda declarat illud, hoſpitalẽ. 202

Quadrageſimatertia, illa duo, pudicum, & doctorem. 203

Quadrageſimaquarta, illud non vinolentũ, quod eſt pars eius quod diximus ſupra. 26. diſt. 210

Quadrageſimaquinta, illud, non percuſſorẽ. 214

Quadrageſimaſexta, illud, non litigioſum. 222

Quadrageſimaſeptima, illud non cupidum, domui ſuæ bene præpoſitum. 226

Quadrageſimaoctaua, illud, non neophytũ. 231

Quadrageſimanona, prædicta præcepta apoſtolicæ regulæ ſub compendio, & breuiter recapitulat. Et ponit cauſas & rationes quare criminoſi & vitioſi non debent in epiſcopos promoueri. 231

Quinquageſima agit de lapſu & reparatione clericorum. 245

Quinquageſimaprima, de curialib. ſiue officiariis ratiociniis obligatis, iudicib. & aduocatis ordinandis, vel non. 270

Quinquageſimaſecunda, de præpoſteratione ſacrorum ordinum, ſiue de clerico per ſaltũ promoto? 271

Quinquageſimatertia, de curiæ annexis in clero vel monaſterio recipiendis, vel non. Et ibi probat quare curiales & aliter obligati ordinandi non ſunt. 74

Quinquageſimaquarta, de ſeruis à non dominis manumiſsis non promouendis, niſi libertatem ſint conſecuti. 274

Quinquageſimaquinta, de corpore vitiatis, bigamis, illiteratis, publicè pœnitentib. ordinandis vel non. 286

Quinquageſimaſexta, de filiis preſbyterorum, & natis de fornicatione & adulterio non ordinandis. 291

Quinquageſimaſeptima, de baptizatis in ægritudine an ordinentur. 298

Quinquageſima octaua, de monachis nõ ordinãdis ſine licentia abbatis. 298

Sexageſima oſtendit ex quib. ordinib. aliquis eligendus ſit in præpoſitum, vel decanum, vel archipresbyterum, vel epiſcopum. 299

Sexageſima prima, oſtendit quòd laici non ſunt eligendi in epiſcopos, ſed poſtulandi. 302

Sexageſimaſecunda, oſtendit quòd clericorum eſt eligere, & populi conſentire. 311

Sexageſimatertia, probat quòd nullo modo laici debent ſe ingerere electioni epiſcoporũ. 311

Sexageſimaquarta, ponit quo tempore & quib. præſentib. debent epiſcopi conſecrari. 334

Sexageſimaquinta, dicit quòd præſentibus omnib. epiſcopis comprouincialibus vel ſe excuſantibus debet epiſcopus conſecrari ab archiepiſcopis. Et ibi dicit quòd ſi cæteris ordinationi epiſcoporum conſentientibus duo vel tres contradicant, obtineat plurimorum ſententia. 335

Sexageſimaſexta, de promotione archiepiſcopi, qui ab omnibus epiſcopis comprouincialibus eſt ordinandus, & non eſt conſecrandus à paucioribus quàm à tribus. 339

Sexageſimaſeptima, de promotione ſiue ordine preſbyterorum. 342

Sexageſimaoctaua, dicit quòd *illi*, qui ſunt ordinati ab illis, quos non conſtat eſſe epiſcopos, iterum ſunt ordinandi. Siue determinat de ordinatione non iteranda, & de chorepiſcopis. 342

Sexageſimanona, quòd prima tonſura clerici de manu abbatis poteſt ſuſcipi. Vel dic quòd determinat de non ordinatis, ne in eccleſia Dei miniſtrent. 346

Septuageſima, tractat ne quis ordinetur ſine tit. 347

Septuageſimaprima, ne quis ordinetur à nõ ſuo epiſcopo. 350

Septuageſimaſecunda, ne ignotus clericus ſine

Source : BIU Cujas

In versibus.

litteris dimissoriis, siue commendatitiis recipiatur. 351
Septuagesimatertia, ostendit qualiter litteræ formatæ & dimissorię fiant. 351
Septuagesimaquarta, tractat an inuitis ordines conferantur. 354
Septuagesimaquinta, de tempore & die consecrationis episcoporum, necnon de temporib.ordinationum aliorum clericorum. 359
Septuagesimasexta, de ieiuniis quattuor tẽporũ: & quare sunt ieiunanda. 363
Septuagesimaseptima, ponit qualiter clericisunt per gradus ordinandi, & etiã tractat de interstitiis temporum. 370
Septuagesimaoctaua, in qua ætate sunt sacerdotes ordinandi. 373
Septuagesimanona, repetit de ordinatione summi pontificis, quæ à solis Cardinalib. fieri debet. 375
Octuagesima, in quib.locis sunt ponendi episcopi vel archiepiscopi. 382
Octuagesimaprima, & epilogando docet quòd ordinandus in episcopum debet esse sine crimine: nec clerici mulieribus cohabitare debent. 383
Octuagesimasecunda, docet quòd episcopus his qui suis manib.laborare non possunt prouidere debet: & addit quòd si quis ministrorum fornicationem committat, & agat pœnitentiã ex dispensatione potest in ordinibus remanere. 394
Octuagesimatertia, docetur quòd prælatus non solum à peccato immunis esse debet, sed etiã peccatis aliorum consentire non debet. 399
Octuagesimaquarta, vult quòd prælatus sit vigilans circa defensionem pauperum, releuationem oppressorum, & curationem monasteriorum. 402
Octuagesimaquinta, tractat de hospitalitate clericorum, quæ est episcopis necessaria. 406
Octuagesimasexta, probat quòd oportet episcopum esse doctorẽ, vt sciat subditos corrigere. Item liberalem circa patiẽtes necessitatem, & non circa histriones. 407
Octuagesimaseptima, probat quòd viduis, orphanis, & oppressis, episcopus debet dare subsidium. 418
Octuagesimaoctaua, dicit quòd clerici cupiditatis causa negotiatores esse non debent: sed pietatis causa curam orphanis, & viduis impendere. 419
Octuagesimanona, dicit quòd oportet episcopũ esse domui suæ bene præpositum, vt sciat in dispensatione rerũ ecclesiæ regulam esse obseruandam. 426
Nonagesima, docetur qualiter litigiosi corripiendi sunt, & non ordinãdi, tractans de licitis & honestis operib. 430
Nonagesimaprima, de modo cantandi in ecclesia etiam de electi potestate. Dicit etiam quòd si clericis sua beneficia non sufficiant, possunt sibi necessaria quærere artificio suo licito. 434
Nonagesimasecũda, dicit quòd magis corde, quã vocib.cantandum est. 435
Nonagesimatertia, de obedientia minorum erga maiores, & quòd nullus debet communicare inimicis Romanæ ecclesiæ. 439
Nonagesimaquarta, de legato Romani põtificis, qui impediendus non est: & impedientes sunt excõmunicandi. Probat etiam quòd maior in officio minori vices suas committere potest: & de præsumptione archidiaconorum. 454
Nonagesimaquinta, dicit quòd etiam presentib. episcopis presbyteri quamuis eis subditi possunt sacra mysteria celebrare, & prædicare. 455
Nonagesimasexta, dicit quòd laicis (etiam Imperatorib.) non licet aliquem ordinare, vel de rebus ecclesiarum iudicare. 462
Nonagesimaseptima, dicit quòd precib. ecclesiæ Imperator & cæteri principes possunt eam iuuare: subiicientib. ecclesiam Romanã legationem vndecunque sine signatis apicib. non recipere. 474
Nonagesimaoctaua, dicit quòd clerici peregrini & vltramarini, sine testimonio quinque episcoporum recipiendi non sunt. 475
Nonagesimanona, dicit de Primatib. & potestate eorum, qualiter nullus est appellandus vniuersalis. 478
Centesima, tractat de pallio, & vsu eius. 482
Centesima prima, & vltima, dicit vnam prouinciam in duas non diuidendam. 486

Secunda pars, quæ est de Causis, distincta est in Causas xxxvj. quarum quælibet plures sub se Quæstiones continet

Prima causa quæstiones habet septem.

Prima, quærit vtrum vendere spiritualia sit peccatum. Sol.sic. 490
Secunda, an pro ingressu ecclesiæ vel monasterij pecunia sit exigenda vel persoluenda. Sol.nõ. 563
Tertia vtrum prębendas ecclesię emere sit simonia. Sol.sic. 570
Quarta, vtrum ille reus criminis sit, cuius pater pro eo ignorante simoniam cõmisit. Sol. ignorantia facti, non iuris, excusat eum. 579
Quinta, vtrum liceat ei retinere quod pater pro eo simoniacè acquisiuit. Sol. de rigore iuris nõ de misericordia secus. 590
Sexta, vtrũ ignoranter à simoniaco ordinati sint abiiciendi, vel non. Sol. probata ignorantia misericorditer tolerantur. 591
Septima, vtrũ renuntians suæ hæresi in episcopali dignitate sit suscipiendus. Sol. rigor vult eũ deponi, sed dispensatio sustineri. 394

Secunda causa habet octo quæstiones, & in ea quinta præcedit quartam.

Prima, quærit vtrum in manifestis sit ordo iuris seruandus, Sic, nisi sit notoria. 611
Secunda, vtrũ spoliatus ab aliquo sit iudicãdus. Non, ante restitutionem. 630
Tertia, qua pœna sint feriendi in accusatione deficientes. Tallione. 631
Quinta, vtrum accusatore deficiente reus sit cogendus ad purgationem. Non, nisi infamia publica laboret. 639
Quarta, an duorum testimonio episcopus sit cõdemnandus. Sic. 651
Sexta, quo remedio causa subleuatur, Appellatione, quæ tamen ei danda non est, qui causa dilationis appellat. 564
Septima, an laici, vel monachi, vel quilibet inferiorum ordinum sint admittendi in accusatione maiorum. Non, de iure nouo. 683
Octaua, qualiter accusatio fieri debeat. Solu. in scriptis. 711

Tertia causa quæstiones xj. complectitur.

Prima, vtrum restitutio sit facienda quibuslibet spoliatis. Sol.sic, nisi in casib. Nam infamatus, apostata, iustè spoliatus, præcisus, & suspectus non sunt restituendi. 715
Secunda, quærit de induciis, quo spatio sint dandæ: an post restitutionem tantum, an post vocationem ad causam quibuslibet concedendæ sunt. Sol. ad arbitrium iudicis. 718
Tertia, quo spatio mensium sint vtrique concedẽdæ. Sol. vt prius. 721
Quarta vtrum infames sint recipiendi ad testimonium. Sol. non, nisi contra sui similes. 726
Quinta an testes domestici vel inimici sint producendi. Sol. non. 730
Sexta, vtrum reus extra prouinciam sit producẽdus. Sol. non. 735
Septima, vtrum criminosus possit esse iudex. Sol. sic, ab ecclesia toleratus. 743
Octaua, vtrum episcopus possit ab vno iudicari. Sol. non, nisi à xij. episcopis, reseruata sententia summo Pontifici. 751
Nona, vtrum accusatores vel testes in absentem vocem accusationis vel testificationis exhibere valeant. Sol. non. 754
Decima, vtrum deficientes in vno capitulo sint admittendi ad sequentia. Sol. non. 762
Vndecima, vtrum accusatus in accusatorem possit conuertere accusationẽ. Sol. non, nisi in maiori crimine. 763

Quarta causa habet vj. quæstiones.

Prima, an in excommunicatione constitutus aliũ accusare valeat. Sol. non. 767
Secunda, an infra xij. annos in criminali causa quis testificari possit. Sol. non. 767
Tertia, an ab accusatione prohibitus possit esse testis. Sol. non. ibid.
Quarta, an idem possit esse accusator & testis. Sol. non. 778
Quinta, an si vocatus ad causam non veniat sit excommunicandus. Sol. sic, nisi iustam absentiæ causam probauerit. 779
Sexta, an calumniator in propria causa sit audiẽdus. Sol. sic, si causa non sit criminalis. 782

Quinta causa habes vj. quæstiones.

Prima, qua pœna sit feriendus qui famosum libellum scribit. Sol. anathemate, nisi scripturã probauerit. 782
Secunda, quoties quis sit ad causam vocandus antequã excommunicetur, Sol. non tãtum semel, sed bis. 783
Tertia, an per procuratorem quis causam agere valeat criminalẽ. Sol. non, nisi sit persona illustris. Causam verò iniuriarum ciuilem, sic. 786
Quarta, an absque synodali audientia episcopus sit damnandus. Sol. non. 787
Quinta, an sit habendus pro inimico qui aliquẽ accusat. Sol. non, si hoc faciat ex charitate. 790
Sexta, qua pœna sit plectendus qui non probat obiecta. Sol. tallione. 794

Sexta causa quæstiones v. continet.

Prima, vtrum criminosi vel infames religiosum episcopũ possint accusare de simonia. Non. 795
Secunda, si episcopus accusationem in accusantẽ conuertere voluerit, an eius verbo simplici fides adhibenda sit. Non. 806
Tertia, an liceat petere iudiciũ episcopi alterius prouinciæ. Non, nisi in causa damnationis. 807
Quarta, cuius iudicium sit expetendum cum episcopi prouinciæ in sua sententia discordant: Archiepiscoporum & episcoporum vicinæ prouinciæ. 811
Quinta, an accusatore deficiente reus sit ad probationem cogendus. Non, sed bene ad purgationem, si laboret infamia. 814

Septima causa habet ij. quæstiones.

Prima vtrum viuente episcopo alius poterit in eadem ecclesia ordinari. Non, nisi transferatur vel cedat. Tamen pro infirmitate vel senectute, datur sibi coadiutor. 815
Secunda, vtrum hi qui cesserunt causa infirmitatis, sanitate recepta possint cathedram repetere. Non. 846

Octaua causa quæstiones v. colligit.

Prima, vtrum liceat episcopo sibi successorem eligere. Non. 847
Secunda, an amicorum patrocinia in electione valeant. Non. 859
Tertia, an sit simonia post electionem pro indemnitate ecclesiæ iuramentũ præstare. Sic, si pactũ super hoc præcesserit. 859
Quarta, an liceat clericis declinare iudicia episcopi de crimine accusati ante sententiæ tempus. Non ante condemnationem, nisi per appellationem. 862
Quinta, an accusatus coram apostolico, sine eius litteris debeat reuerti. Non. 863

Nona causa habet iij. quæstiones.

Prima, an ordinatus ab excommunicato eiiciendus sit. Non, si ignorauit illum esse excommunicatum. ibid.
Secunda, an liceat archiepiscopo vel episcopo clericos alterius ordinare. Nõ, sine litteris proprij episcopi. 867
Tertia, an liceat archiepiscopo clericos sui suffraganei absoluere vel damnare. Non, nisi data negligentia, vel appellatione interposita. 871

Decima causa quæstionibus 3. est contenta.

Prima, an ecclesia cum omni dote ad episcopum pertineat, vel ad eius ordinationes. Sol.sic. 879
Secunda, an liceat episcopo res ecclesiæ distrahere. Sol.non, nisi in certis casibus. 886
Tertia, quid à singulis ecclesiis nomine cathedratici valeat exigere. Sol. duos solidos. 894

Vndecima

Source : BIU Cujas

Materia XXXVI. causarum.

Vndecima causa habet iij. quæstiones.

Prima,an clericus ante ciuilem iudicē sit trahendus.Non. 899
Secunda,qua pœna dignus sit qui clericū ad secularem iudicem traxit.Excōmunicatione.919
Tertia,qua pœna dignus sit qui sententiam episcopi non seruauerit.Depositione. 919

Duodecima causa quæstiones continet quinque.

Prima,an liceat clericis proprium habere. Nō regularib. 963
Secunda,an res ecclesiæ possint dare.Non,nisi in casibus. 969
Tertia, vtrū clerici acquisita de reb. ecclesiæ possint relinquere quib.voluerint.Non nisi ecclesiæ. 1015
Quarta,quib.possunt clerici relinquere quę de suis &ecclesię reb.prouenerunt. Partim ecclesię,partim hæredib. 101
Quinta,an liceat clericis testamentū facere. Sic, de propriis reb. 1019

Tredecima causa habet ij. quæstiones.

Prima:vtrum decimę sint dandæ ratione territorij vel personæ.Sol.ratione vtriusque. 1023
Secunda,an ius percipiendi & soluendi decimas tollatur ratione temporis.Sol.sic. 1027

Decimaquarta causa habet vj.quæstiones.

Prima,an liceat clericis in iudicio sua repetere. Sic. 1043
Secūda,an super reb.ecclesiæ testes eiusdem sint audiendi.Sic. 1047
Tertia,an præter sortem aliquid accipere sit vsura.Sic. 1050
Quarta,an liceat clericis vel laicis vsuras accipere.Non. 1051
Quinta, an eleemosynę sint de vsuris faciendæ. Non. 1054
Sexta,an vsurarij possint pęnitentiam agere.Nō, si habeant vnde possint restituere. 1059

Decimaquinta causa habet vij. quæstiones.

Prima,an ea quæ fiunt ab ignorantib . vel mente alienatis,sint eis imputanda. Non , nisi culpa sua ad ignorantiam deuenerint. 1063
Secunda,an pro impensis patrociniis liceat clericis munera exigere.Sic. 1071
Tertia,an per confessionem mulieris cū qua peccauit sacerdos sit condemnandus.Non. 1074
Quarta,an die dominico debeant episcopi causas audire.Non. 1078
Quinta,an neganti crimen purgatio sit dicenda. Sic,si laborat infamia. 1078
Sexta,an in criminalib.confessio si extorquenda. Non. 1079
Septima,an solus episcopus diaconū vel presbyterum deponere possit.Non. 108
Octaua,si confessus vel conuictus de his quæ ante ordinationem commisit, valeat ministrare. Non. 1087

Decima sexta causa habet vij. quæstiones
Et in ea quinta quæstio ponitur in tertio loco.

Prima,an liceat monachis officiū celebrare. Sol. sic,cum permissione episcopi:& licentia abbatis. 1091
Secunda,an liceat eis in capellis suis sacerdotes instituere.Sol.sic,si quas possideant pleno iure. 1127
Quinta,an episcopus vel abbas iure territorij capellam valeat vendicare.Sol.non. 1131
Tertia,an iura ecclesiæ per prescriptionem tollātur.Sol.sic. 1134
Quarta,an ecclesia contra ecclesiamvel monasterium possit præscribere.Soc.sic. 115
Sexta,si quis in rem ecclesiæ ab aliquo detentam sua auctoritate irrepserit,an cadat à causa.Sol. sic,sed non ecclesia. 1151
Septima,an liceat alicui ecclesiam de manu laici recipere.Sol.non,nisi ecclesia vel monasteriū habeat ius patronatus. 1151

Decimaseptima causa habet quatuor quęstiones.

Prima,an reus sit voti qui à proposito sui cordis recedit.Sol.non,quantum ad ecclesiā,nisi ore pronuntiauerit. 1174
Secunda,an beneficia ei reddenda sint qui eis in infirmitate renuntiauit.Sol.sic,si non erat sui compos. 1175
Tertia , an liceat illi qui se monasterio tradidit postea ad propria redire.Sol,non. 1178
Quarta,an discedēs de monasterio sine sui abbatis licentia,possit sua vendicare.Sol.non. 1178

Decimaoctaua causa habet duas quæstiones.

Prima,an abbas factus episcopus acquirat ecclesiæ,vel monasterio.Sol.dū fuit abbas, acquisiuit monasterio:sed factus episcopus ecclesiæ. 1195
Secunda , an per episcopum abbas sit eligendus vel instituendus.Sol.ab episcopo est ordinandus:à fratrib.vero eligendus. 1195

Decimanona causa continet iij. quæstiones.

Prima,an episcopus debeat permittere clericos transire ad monasterium.Sol.sic. 1710
Secunda,si noluerit,an liceat eis eo inuito transire.Sol.sic. 1211
Tertia,an liceat canonicis regularib.transire ad monasterium monachorum.Sol.non. sine licētia sui prælati. ibidem

Vigesima causa quæstiones iiij. comprehendit.

Prima,vtrū pueri traditi monasteriis sint cogendi ibi manere.Non,nisi postquam venerint ad annos discretionis. 1218
Secunda,si præter voluntatem parentū intrauerint monasteriū,an per eos inde possint extrahi.Sic,infra annum & diem:si sint infra annos discretionis. 1222
Tertia,an quinuitus cucullam induit , cogatur eam retinere,Non,nisi post consenserit. 1223
Quarta,an liceat abvno monasterio ad aliud trā sire.Sic. 1227

Vigesimaprima causa habet v. quæstiones.

Prima,an clericus possit in duab.ecclesiis inscribi.Sol.non. 1230
Secūda,an liceat clericis à sua ecclesia ad aliam transire.Sol.non,sine litteris vel licentia sui prælati. 1234
Tertia,an liceat clericis suscipere procurationē sæcularium negotiorū.Sol.non,nisi causa pietatis. 1235
Quarta,an liceat clericis vestib.fulgidis ornari. Sol.non. 1238
Quinta,qua pœna sint puniendi clerici ad iudicium sæculare fugientes.Sol. excommunicatione. 1239

Vigesimasecunda causa gerit quæstiones quinque.

Prima,an iuramentum sit præstandum.Sic, causa necessitatis. 1242
Secunda, an sit periurus qui iurat falsum,& credit verum.Sic,propter intentionem fallendi, tamen postea dicitur contrarium. 1250
Tertia,an liceat clericis denegare episcopo consuetam obedientiam.Non,ante condemnationem. 1263
Quarta,an iuramentum illicitum sit seruandū. Non. ibid.
Quinta,an periurus sit qui alium peierare cogit.Sol.sic. 1274

Vigesima tertia causa habet viij. quæstiones.

Prima,an militare sit peccatum.Non,si iustē fit. 1283
Secunda,quid sit bellum iustum.Sol. Quod fit edicto superioris repetendarum rerum , aut propulsandarum iniuriarum causa. 1290
Tertia,an iniuria sociorum sit armis propulsanda.Sic. 1291
Quarta,an vindicta sit inferenda.Sic , ab eo cuius interest. 1295
Quinta,an sit peccatū iudici vel ministro reos occidere.Non causa iustitiæ. 1334
Sexta,an mali sint ad bonum cogendi.Sic. 1358
Septima,an hæretici sint spoliandi suis & ecclesiæ suæ bonis.Sic. 1359
Octaua,an liceat clericis arma mouere.Nō manu propria,nisi causa necessitatis. 1363

Vigesimaquarta causa habet quæstiones iij.

Prima,an hæreticus aliquem possit excommunicare.Non. 1382
Secunda,an post mortem possit aliquis excommunicari.Sic,pro hæresi. 1410
Tertia,an pro peccato domini eius familia possit excommunicari.Non,sed interdicto supponi. 1410

Vigesimaquinta causa habet ij. quæstiones.

Prima,an auctoritate priuilegij quis contra ius commune valeat se tueri.Sol.sic. 1438
Secunda,an sequentia priuilegia derogēt prioribus.Sol.sic,si ex certa scientia fuerint cōcessa. 1443

Vigesima sexta causa quæstiones 8.continet.

Prima,an sint sortilegi qui sub ficto religionis nomine futura promittunt.Sol.sic. 1455
Secūda,an sit peccatum esse sortilegum.Sol. sic. ibidem .
Tertia,à quib. genus diuinationis sumpsit exordium.Sol.à Persis. 1459
Quarta,quot sunt genera diuinationis.Sol.quatuor secundum numerum,duo secundum formam,quod videre potes. ibid.
Quinta,an sortilegi sint excommunicandi. Sol. sic. 1463
Sexta, an excommunicatus ab episcopo possit reconciliari à presbytero. Sol. non episcopo inconsulto , nisi in necessitatis articulo 1471
Septima,an morientibus sit pœnitentia imponēda Solu.non , tamen est eis innotescenda. 1478

Vigesima septima causa habet quæstiones ij.

Prima,an coniugium possit esse inter vouentes. Solu.non,si votum sit solemnizatum.secus si simplex fuerit. 1483
Secunda,an liceat sponso à sua sponsa recedere.Solu.non,si desponsatio sit de præsenti. 1507.

Vigesimaoctaua causa gerit quæstiones 3.

Prima,an coniugium sit inter infideles. Solu. 1531.
Secunda,an liceat conuerso ad fidem ducere aliam viuente priore. Sic,si sit diuisus ab ipsa infideli. 1550
Tertia,an bigamus sit qui ante baptismum vnā vxorem,& post aliam habuit.Sic. ibidem

Vigesimanona causa habet duas quæstiones.

Prima,an sit coniugium inter seruum & ingenuam. Sol.sic,nisi error impediat. 1551
Secunda,si prius putabat hunc esse liberum , & postea deprehendit ipsum esse seruum,an possit eum deserere.Sol.sic. 1554

Trigesima causa habet quinque quæstiones.

Prima,an liceat reddere debitum vxori, qua filium de sacro fonte leuauit.Sic, nisi ex consensu vtriusque sit factum. 1559
Secunda,an sponsalia contrahantur inter infantes,Non. 1566
Tertia,an spirituales vel adoptiui filij possint naturalibus copulari.Non. ibid.
Quarta,an liceat alicui commatrem vxoris suæ ducere in vxorē.Sic,mortua vxore,si commaternitatis matrimonium præcesserit.
Quinta,an clandestina desponsatio manifestè præiudicet.Non,apud ecclesiam. 1570

Trigesimaprima causa habet tres quæstiones.

Prima,an possit duci in vxorem quæ prius fuit polluta per adulterium.Sol.sic , nisi adulter dederit ei fidem viuente viro,vel machinatus

Source : BIU Cujas

Decretum Abbreuiatum.

ſit in mortem eius. 1579
Secunda,an filia ſit inuita alicui vxorem traden da.Sol.non. 1587
Tertia,an poſt patris ſpõſionem poſſit alij nube re.Sol.ſic,ſi non conſenſerit. 1590

Trigeſimaſecunda cauſa habet octo quæſtiones.

Prima,an liceat ducere meretricem invxorẽ.Sic. 1591
Secunda,an ſit vxor appellanda quæ ducitur in continentiæ cauſa.Non. 1599
Tertia,an mulier ſequatur arbitrium aui, liberi, an patris ſerui.Aui. 1610
Quarta,an viuente vxore liceat alicui ex ancilla filios quærere.Non. ibid.
Quinta,an ea quæ patitur inuita, pudicitiã perdat.Non. 1622
Sexta,an adulter adulteram dimittere poſſit.Nõ. 1631
Septima,an viuẽte dimiſſa aliam accipere poſſit. Non. 1634
Octaua,ſi in hoc ſaltem infidelem ducere poſſit ea conditione vt ad fidem conuertatur. Non. 1643

Trigeſimatertia cauſa habet quinque quæſtiones.

Prima,an propter impotentiam coeundi ſit aliqua à viro ſeparanda.Sol.Sic. 1646
Secũda,an ſeparata poſſit nubere cum quoprius eſt fornicata.Sol.ſic,pœnitentia peracta. 1650
Tertia an ſola cordis contritione poſſit peccatũ deleri.Sol.ſic,vbi facultas confitendi non ſuppetit. 1662

Notandum hic quòd ratione huius tertiæ quæſtionis nota agitur de Pœnitentia,*cuius tractatus per* Diſtinctiones *ſeptem eſt diſtinctus.*

Prima,quærit an ſola cordis cõtritio deleat peccatum.Sic,ſi confitenti facultas deſit. 1663
Secunda:an charitas ſemel habita poſſit amitti. Sol.ſic,in via:ſecus tamen in patria. 1719
Tertia,an pœnitentia poſſit reiterari.Sol.ſic,præter ſolennem. 1751
Quarta,an peccata ſemel dimiſſa redeãt.Sol.nõ, ſimpliciter. 1783
Quinta, quis modus debeat obſeruari in imponenda & accipienda pœnitentia .Sol.ad arbitrium proprij ſacerdotis diſcreti. 1801
Sexta,cui quis confiteri debeat.Solu.proprio ſacerdoti,ſi ſit diſcretus:alioquin alteri de eius licentia. 180
Septima,an pœnitẽtia timore mortis accepta ſit fructuoſa.Sol.ſic. 1811
Quarta quæſtio cauſæ ſupra proximè: eſt, an actus coniugalis ſit prohibitus tẽpore orationis.Sol.ſic. 1814
Quinta,an vir ſine conſenſu vxoris & econuerſo vouere poſsit continentiam.Sol.non.1819

Trigeſimaquarta cauſa habet duas quæſtiones.

Prima,an rea ſit adulterij quæ credens maritũ mortuum nupſit alteri.Sol.non. 1828
Secunda,an redeunte priore cogenda ſit recedere à ſecunda,& ad priorem redire. Solu. ſic. 1828

Trigeſimaquinta cauſa habet ix quæſtiones.

Prima an liceat aliquã ducere de propria cognatione.Sol.non. 1835
Secunda,an liceat aliquam ducere de cognatione vxoris ſuæ.Sol.non. 1838
Tertia,vſque ad quem gradum debeat quis abſtinere à conſanguineis ſuis &vxoris ſuæ,Solu. olim vſque ad vij.hodie vſque ad iiij. 1838
Quarta,quare vſque ad ſeptimum gradum conputatur conſanguinitas.Sol. ad inſtar vij.ętatum mundi. 1845
Quinta,quomodo gradus conſanguinitatis ſunt computandi.Sol.ſicut oſtenditur in arbore. 1845
Sexta,qui iuſiurandum de propinquitate firmare debent.Solu.propinqui & vicini. 1863
Septima,an inceſtuoſi filij repetentur.Solu.non. 1868
Octaua, ſi conſanguinei ignoranter coniuncti ſimul poſsint remanere.Solu.non, niſi ex diſpenſatione Papæ in quinto gradu vel ſupra. 1869
Nona,an matrimonium per falſos teſtes ſeparatum,ſi poſtea apparuerit eccleſiam fuiſſe deceptam,ſit redintegrandum.Sol.ſic. 1871
Decima,ſi relicta alicuius in ſecundas nuptias tranſierit,an proles ex eis ſuſcepta poterit copulari conſanguineis prioris viri.Sol.non. 1876

Trigeſimaſexta & vltima cauſa habet duas quæſtiones.

Prima,an virginem opprimens raptum committat.Sic. 1878
Secunda,an rapta raptori nubere poſsit.Vtique. 1880

Tertia pars eſt de Conſecratione,quæ quinque Diſtinctiones *duntaxat complectitur.*

Prima,agit de conſecratione eccleſiarum, & miſſarum celebratione. 1886
Secunda,de ſacramento Euchariſtiæ. 1911
Tertia,de feſtiuitatib.per anni circulum celebrãdis. 1965
Quarta,de baptiſmi ſacramento. 1974
Quinta de confirmatione & ieiunio. 2036

Source : BIU Cujas

DECRETI TOTALIS MATERIA

PER METRA NOTATVR SEQVENTIA.

Decretum Domini Gratiani tres habet partes principales. Prima eſt de Diſtinctionibus, quæ ſunt vna ſupra centum. Et ſingulas Diſtinctiones ſinguli verſus ſequentes luculenter aperiunt.

***

1 Primo legat quiſque diuinum ius, hominiſque, col. 2
2 Altera dat textum quo noſces iura Quiritum. 6
3 Canonico varia iuri dat nomina terna: 7
4 Quarta docet legũ quæ cauſa, modúſque ſtatuti. 10
5 Ius naturale probat immutabile quinta. 14
6 Sexta notat vitium diſtinctio ludificatum. 15
7 Septima ſignat eos qui leges compoſuere. 19
8 Parte ſub octaua mores naturáque pugnant. 22
9 Nona ſtatuta tenet naturæ cedere iuri. 26
10 In decima regum leges canon ſuperabit. 30
11 Canonis & ſecli ſuperatur legib. vſus. 35
12 Id quod Roma tenet, diſcretio ſæpe relinquit. 42
13 Si perplexum te reddunt mala: tunc minus imple. 47
14 Non faciat leuia, quo quis vitet grauiora. 51
15 Canonis hæc ortum dabit, apocryphóſque libellos. 51
16 Suadet Apoſtolici vim canonis iſta teneri. 59
17 Auctor ſit Papa, ſi concilium celebretur. 67
18 Dicitur hic quòd bis ſynodus celebretur in anno. 71
19 Hæc decretalis referat quid epiſtola poſſit. 79
20 Biſdena Papæ ſanctorum dogmata cedunt. 89
21 Inferior ſummum non iudicat hac prohibente. 90
22 Iſta locus diſtinguit & ordinat eccleſiarum. 99
23 Ordinat hæc omnes, maiores, ſiue minores. 103
24 Poſt examen honos eſt ordinis attribuendus. 115
25 Optat Apoſtolus hic quòd ſit ſine crimine præſul. 119
26 Sit poſt baptiſma contentus coniuge ſola. 127
1. c. apoſtolicæ regulę, &c. 27 Nullus poſt factum preſumat nubere votum. 131
28 Iſta ſacratorum connubia pagina damnat. 153
29 Hac locus, & cauſa, tempus, perſona notantur. 143
30 Connubium terdena probat contra Manicheos. 143
31 Tangitur hic quòd contineant offerre volentes. 147
32 Deſere preſbyterum qui ſcorta palam retinebit. 154
33 Luſori, bigamóve ſacer non traditur ordo. 163
34 Fœmina pontifici perſona domeſtica non ſit. 167
35 Non vinolentus præſul, ſed ſobrius eſto. 174
36 Inſtruit hæc prudens quòd debeat eſſe ſacrandus. 178
1. c. 4. c. 37 Hæc prohibet lege gentilia metra ſacratum. 179
38 Scripturas ſacras ſacrandus ſcire iubetur. 180
39 Vult hæc pontifices callere negotia ſecli. 191
5. c. 6. c. 40 Internis pars dena quater virtutib. ornat. 194
7. & 8. 41 Sit modus ingreſſu, cunctis, verbóque, cibóque. 198
42 Clericus hoſpitiis peregrinos collocet omnis. 202
43 Factis & verbis doctor ſis, atque pudicus. 203
9. c. 10. c. 11. & 12. 44 Vites ingluuium, conuiuia, ſiue tabernas. 210
45 Atque caue quemquam palma linguáve ferire. 214
46 Reſpuit hęc hominem diſtinctio litigioſum. 222
47 Non bene præpoſitos domui, cupidóſque repelle. 226
48 Abiicitur ſacrandus in hac, ſi neophytus ſit. 231
49 Crimina non delet reliquorum, crimine vinctus. 131
50 An reparetur habet pars quinquagęſima lapſus. 235
51 Sacrari vetat hæc homines quos pondera ſtringunt. 270
52 Prępoſitus primo datus hic prępoſterus ordo. 271
53 Eſt, ratione quis annexos ordinet vllos. 274
54 Hæc prohibet ſeruus ſine libertate ſacrari. 274
55 Cæſos iſta viros reiicit, membríſque carentes. 280
56 Condemnatur in hac generatio preſbyterorum. 291
57 Qui baptizatur æger, manet ordinis expers. 298
58 Hæc vetat abbate monachos nolente ſacrari. 298
59 Officium negat hæc: niſi ſit bene quiſque probatus. 298
60 In ſacris præſul vult ſexageſima quod ſit. 299
61 Non in pontifices laicos aſſumere debes. 302
62 Clerus, plebs, princeps, hic eligit, hęc petit, hic vult. 311
63 Vſurpans laicus id vt eligat, audiat iſtam. 331
64 Pars hæc pontifices iubet à trib. eſſe ſacrandos. 334
65 Vt ſacretur ab omnib. archiepiſcopus, hæc vult. 335
66 Cum diſſenſio fit: à plurib. edita ſtabunt. 339
67 Preſbyter inſtitui valet hic à præſule ſolo. 342
68 Si dubius præſul quos ordinet: hi reſacrentur. 342
69 Si benedictus erit: lectoratum dabit abbas. 346
70 Expertes tituli pars ſeptuageſima pellit. 347
71 Reſpice dicta patrum, ne promoueas quòd alienum. 350
72 Vlli non detur miſſoria, ni rogitetur. 351
73 Illius hæc nobis formam diſtinctio præbet. 351
74 Inuitus nullus erit hic ad ſacra trahendus. 354
75 Diſtinguit tempus hæc in quo promoueantur. 359
76 Temporibus vult hæc nos ieiunare quaternis. 363
77 Rectos indicat hæc modulos interſtitiorum. 370
78 Iſta dat annorum numerum quo promouearis. 375
79 Ad Cardinales ſpectat electio Papæ. 375
80 Vrbes præſulibus pars octogeſima tradit. 382
81 Crimine quòd careat ſacrandus, in hac replicatur. 383
82 Præſul pauperibus dabis: & lapſos reparabis. 394
83 Nunquam peccatis conſenſum des alienis. 399
84 Solicitus quòd ſis, & monogamus, iubet iſta. 402
85 Non præſul fies: hoſpes, niſi noſceris eſſe. 406
86 Corrigito, doceas, des, ſed non turpibus vllis. 407
87 Libertos, inopes viduas defendere debes. 418
88 Reſpuitur clerus opus exercens, & auarus. 419
89 Iſta beneficia te diſpenſare docebit. 426
90 Placat diſcordes pars nonageſima fratres. 430
91 Arte parabis opes, niſi ſint eccleſiæ res. 434
92 Hæc plus corde probat domino, quàm voce canendum. 455
93 Hæc dat obedire maiorib. inferiores. 439
94 Sub leuita vices Papæ geſtare valebit. 465
95 Presbyteris præſente licent hic præſule multa. 455
96 Hic ſecli princeps non ordinet eccleſiæ res. 492
97 Eccleſiæ precib. huic princeps auxilietur. 474
98 Vult ius muniri peregrinos quinque ſigillis. 475
99 Vniuerſalem nullum finit iſta vocari. 478
100 Pallia prælatis donat centeſima multis. 482
101 Abſit vt vna duos habeat prouincia patres. 486

DECRETI SECVNDA PARS

principalis eſt de cauſis, quæ ſunt xxxvj.

Prima cauſa.

Cauſa prior labem condemnat ſimonialem.

Septem quæſtiones primæ cauſæ.

1 Delinquit qui res mercatur ſpirituales. 490
2 Eccleſias intrans non cogatur dare nummos. 563
3 Si pro præbendis dederis quid: dicere Simon. 580
4 Ignaros maculant natos delicta paterna. 579
5 Vult rigor vt linquat natus ſibi quæ pater emit. 590
6 Ordinet ignaros ſi quos Simon, tolerantur. 591
7 Abiurans hæreſim præſul poterit tolerari. 94

Secunda cauſa.

Accuſare docet, ac appellare ſecunda.

Octo quæſtiones ſecũdę cauſę: & i ea quita præcedit quartam.

1 Si ſit cauſa patens iuris non quæritur ordo. 611
2 Nemo ſuis reb. diiudicet expoliatum. 630
3 Talio punit eos qui falſo crimina ponunt. 631
4 Si cadit accuſans, ſe non purget reus inde. 639
5 Per teſtes binos præſul conuincitur aptos. 651
6 Qui cauſas differt appellans reiiciatur. 654
7 Arguit inferior maiorem crimine vinctum. 683
8 Mandato legis datur accuſato ſcriptis. 711

Tertia cauſa.

Tertia reſtituens tempus dabit induciarum.

Vndecim quæſtiones tertiæ cauſæ.

1 Singula reſtituit ius omnib. expoliatis. 715
2 Inducias debet varias ſpoliatus habere. 718
3 Induciis varium dat tertia quæſtio tempus. 722
4 Accuſare nequit hominem vir turpis honeſtum. 726
5 Ipſa domeſtica vox nulli nocet, aut inimica. 730
6 Sub cenſore reum proprio producere debes. 735
7 Hic non condemnet, ſimilis quem culpa remordet. 743
8 Solus pontificem iudex non iudicet vnquam. 751
9 Pellitur accuſans abſentem, teſtificánsque. 754
10 Submoueri à reliquis teſtem defectus in vno. 762
11 Mutua nunquam ſit delatio iure vetante. 763

Quarta cauſa.

Quarta quis accuſet, quis poſsit teſtificari.

Sex quæſtiones quartæ cauſę.

1 Accuſare nequit aliquos anathemate vinctus. 767
2 Impubes teſtis in cauſa criminis haud eſt. ibid.
3 Qui nequit accuſare, nequibit teſtificari. ibid.
4 Teſtis & accuſans nemo ſimul eſſe valebit. 778

Source : BIU Cujas

Decretum Abbreuiatum.

5 Non eſt ſtrîgendus anathemate,qui nequit eſſe. 779
6 Pontificis delator agit ciuilia tantum. 781
Quinta cauſa.
Quinta vocare docet,delatorémque ferire.
Sex quæſtiones quintæ cauſæ.
1 Multant ſcriptorem famoſi flagra libelli. 782
2 Eſt condemnandus ſemel & bis,térque vocandus. 783
3 Nemo procuret crimen,ciuilia curet. 780
4 Præſulis in ſynodo ſit condemnatio ſola. 787
5 Celant crimen obeſt multo plus quàm manifeſtans. 790
6 Aut caput,aut lingua delatori copuletur. 794
Sexta cauſa.
Sexta dat infames,delatos atque forenſes.
Quinque quæſtiones ſextę cauſæ.
1 Non accuſabunt infames ſimonialem. 795
2 Accuſans verbo non vincis ſimplice præſul. 806
3 Quærere iudicium nunquam debes alienum. 807
4 Externi veniant,ſi ſit ſententia diſcors. 811
5 Si cadit accuſator,erit reus exoneratus. 814
Septima cauſa.
Septima pontificem tangit cathedram repetentem.
Duæ quęſtiones ſeptimæ cauſæ.
1 Preſule vivente nullus det pontificatum. 885
2 Nec cathedram repetit præſul,quam ſponte reliquit. 841
Octaua cauſa.
Octaua legitur deſertio pontificalis.
Quinque quęſtiones octauæ cauſæ.
1 Vult ius ne ſtatuat ſucceſſorem ſibi præſul. 847
2 Nullus amicorum mihi proſit vt eligar inde. 859
3 Detur ab electo vitandi cautio damni. 859
4 Linquendus non eſt(niſi ſit ſententia)preſul. 862
5 Ad dimiſſa redire nequis Papæ ſine ſcriptis. 863
Nona cauſa.
Soluere nona vetat alienos,atque ligare.
Tres quæſtiones nonæ cauſæ.
1 Bannitus præſul nequit ordinis eſſe miniſter. 863
2 Alterius patriæ clerum tondere vetamus. 867
3 Pontificis clerum primas non ordinet vllum. 871
Decima cauſa.
Dena dat,in ſacra quid ſumat epiſcopus æde.
Tres quæſtiones decimę cauſæ.
1 Baſilicæ iuri ſubduntur pontificali. 879
2 Nullus eccleſię præſul fructus alienet. 887
3 Nil præter ſolidos præſumat quęrere binos. 894
Vndecima cauſa.
Præfigens vndena forum ligat,atque relaxat.
Tres quæſtiones vndecimæ cauſæ.
1 Non coram laico clericus producitur vllus. 899
2 Officij punit tales ſuſpenſio culpas. 919
3 Seu bona,ſeu mala ſit ſententia,dico timendam. ibid.
Duodecima cauſa.
Eccleſiæ res ac proprias biſſena docebit.
Quinque quæſtiones duodecimę cauſæ.
1 Clericus hic aliquid proprium prohibetur habere. 963
2 Accipiens vel emens res eccleſię,ſibi reddat. 979
3 Linquas eccleſiæ totum quod habebis ab illa. 1015
4 Ex re communi quæſitas diuide terras. 1038
5 Si fortaſſe vales teſtari,de proprio des. 1019
Tredecima cauſa.
Tertia poſt decimam decimas & funera tractat.
Duæ quæſtiones tredecimæ cauſæ.
1 Eccleſiæ dandæ baptiſmali decimæ ſunt. 1023
2 Tempora longa trahunt ius funeris & decimarum. 1027
Decima quarta cauſa.
Improbat vſuras poſt denam quarta voraces.
Sex quęſtiones decimęquartæ cauſæ.
1 Quiſque poteſt licitè ſua quærere dummodo non plus. 1043
2 Pro propria valet eccleſia quis teſtificari. 1047
3 Si tulerit plus quàm dederit quis,fœnus habetur. 1050
4 Non petat vſuras laicus vel clericus vllas. 1051
5 Ex malè quæſitis eleemoſyna non ſit egenis. 1054
6 Si malè parta tenet,dignè non pœnitet vllus. 1059
Decimaquinta cauſa.
In dena quinta furor & mulier memorantur.
Octo quæſtiones decimæquintæ cauſæ.
1 In furia pœnam non desinam ſat furor vrget. 1063
2 Pro patrociniis non quęrat munera clerus. 1071
3 Sola voce nequis condemnari mulieris. 1074
4 Nullas luce Dei cauſas tractare valemus. 1078
5 Infami detur purgatio probra neganti. 1078
6 Extorquenda rei pœnis confeſſio non eſt. 1079
7 Solus non tollit preſul quem præſtat honorem. 1083
8 Ordine non ſumpto tua te probra facta repellant. 1087
Decimaſexta cauſa.
In ſexta decima præbent monachi ſacramenta.
Septem quæſtiones decimæ ſextę cauſæ. Et in ea quinta quæſtio tertium locum occupat.
1 Dantur in hac monachi paſtores eccleſiarum. 091
2 Pleno poſſeſſas dabit abbas iure capellas. 1127
3 Eccleſias iure terræ non vendicat abbas. 1131
4 Temporis eccleſiæ tollit præſcriptio iura. 1134
5 Hæc quadragena dabit domibus ius religioſis. 1150
6 Vſurpans ſine iudicio,rem,decidet à re. 1151
7 Si dedit eccleſiam laicus,non hanc retinebis. 1155
Decima ſeptima cauſa.
Septima poſt decimam prohibet diſſoluere vota.
Quattuor quæſtiones cauſæ decimæ ſeptimæ.
1 Nulli facta Deo liceat dimittere vota. 1174
2 Gonſaldus tenuit ſua quæ dimiſerat æger. 1175
3 Abbas ad propria monachum nunquam ſinat ire. 1178
4 Dum reddit illicitè,quæ contulit illa manebunt. 1178
Decimaoctaua cauſa.
Fratribus abbatem bis nona dat inſtituendum.
Duæ quæſtiones decimæ octauæ cauſæ.
1 Si monachus fiat præſul,bona parta bipartit. 1195
2 Inſtituit præſul abbates à grege lectos. 1195
Decimanona cauſa.
Dat decimanona præſul clero monachatum.
Tres quæſtiones decimænonæ cauſæ.
1 Pontifices clerum non impediant monachandum. 1210
2 Præſule nolente clauſtrum bene clericus intrat. 1211
3 Multus canonicos canon prohibet monachari. ibid.
Vigeſima cauſa.
Biſdena pueri traduntur religioni.
Quatuor quæſtiones vigeſimæ cauſæ.
1 Quem pater offert,ſi placet exit cum fit adultus. 1218
2 Extrahit à clauſtro puerum pater illico ſi vult. 1222
3 Cogitur inuitus nemo retinere cucullam. 1223
4 Strictius ad clauſtrum monacho tranſire licebit, 1227
Vigeſimaprima cauſa.
Ter ſeptena docet veſtes geſtare decentes.
Quinque quęſtiones vigeſimæ cauſæ.
1 Prima ſit ex titulo:ſit commendata ſecunda. 1230
2 Præſulis eccleſiam ſine ſcriptis nemo relinquat. 1234
3 Hæc prohibet clero tractare negotia ſecli. 1234
4 Veſtib.hîc claris inhibetur clericus vti. 1238
5 Si proprium linquas cenſorem ſis anathema, 1239
Vigeſimaſecunda cauſa.
Iurantes falſum damnat biſdena ſecunda.
Quinque quæſtiones vigeſimæſecundæ cauſæ.
1 Peccat periurans,non iurans quando neceſſe. 1242
2 Non eſt periurus iurans veluti putat eſſe. 1250
3 Pare maiori quanquam malus eſſe putetur. 1263
4 Debent iurata mutari,turpia ſi ſint. ibid.
5 Si periurare cogis,periurus haberis. 1274
Vigeſimatertia cauſa.
Biſdena terna tractantur bellica geſta.
Octo quæſtiones vigeſimętertiæ cauſæ.
1 Ex iuſta cauſa multis licet arma mouere. 1283
2 Pro reb.licite bellum geritur repetendis. 1290
3 Ius eſt dum læſis ſociis ſuccurritur armis. 1291
4 Inferri vindicta valet,quæ crimina purget. 1295
5 Occidens iudex peruerſos inde meretur. 1334
6 Ad bona præcipiunt compelli iura malignos 1358
7 Eccleſiæ reb.ſunt hæretici ſpoliandi. 1359
8 Si ſis de clero,tu nunquam belliger eſto. 1363
Vigeſimaquarta cauſa.
Hæreſiarcharum dat nomina biſduodena.
Tres quæſtiones vigeſimæquartæ cauſæ.
1 Si ſis hæreticus,tua,ſit ſententia nulla. 1382
2 Sunt poſt facta mali nouum quam corripiendi. 1410
3 Ob domini labem non damnetur domus eius. 1415
Vigeſimaquinta ſunt cauſa priuilegia tacta.
Biſdena quinta ſunt priuilegia tacta.
Duæ quæſtiones vigeſimæquintæ cauſæ.
1 Tuta ſit eccleſia,quam lex priuata tuetur. 1348
2 Et ſi ſubſequitur lex altera,derogat illi. 1443
Vigeſima ſexta cauſa.
Biſdena ſexta ſunt ſortilegi reprobati.
Septem quæſtiones vigeſimæ ſextæ cauſę.
1 Qui ventura ſciunt per ſortes,ſortilegi ſunt. 1455
2 Peccat qui ſcriptis vel ſortibus abdita quærit. ibid.
3 A Perſis reprobæ ſumunt exordia ſortes. 1459
4 Quatuor his genera Varro fert ſortibus eſſe. ibid.
5 Ceſſent ſortilegi,ne ſint anathemate ſtricti. 1463
6 Quando neceſſe ſubeſt,vinctos à præſule ſolues. 1470
7 Aegris non dentur pœnæ,ſed notificentur. 1478

Vigeſima

In verſibus.

Vigeſimaſeptima cauſa.
Edocet an ſponſa ducant ter nona vouentes.
Duæ quæſtiones vigeſimæ ſeptimę cauſæ.
1 Si ſit ſolenne dirimit connubia votum. 1483
2 Sponſum ſponſa, virum non vxor deſerit vnquam. 1507
Vigeſimaoctaua cauſa.
Biſdena octaua gentiles nubere noſces.
Tres quæſtiones vigeſimæoctauæ cauſæ.
1 Inter gentiles connubia dicimus eſſe. 1531
2 Deſerat vxorem vir Chriſtum deſpicientem. 1550
3 Vir poſt baptiſma reliquam ducens, bigamus fit. ibi.
Vigeſimanona cauſa.
Coniugium ſeruile tenet vigeſimanona.
Duæ quæſtiones vigeſimænonæ cauſæ.
1 Connubij vires perſonæ diſſipat error. 1551
2 Inſcia cui nupſit dimittat libera ſeruum. 1554
Trigeſima cauſa.
Terdena claret cognatio ſpiritualis.
Quinque quæſtiones trigeſimę cauſę.
1 Fonte leuans proprium puerum non vincula ſoluit. 1559
2 Infantes prohibet ius coniugium celebrare. 1566
3 Tu naturalem non iungito ſpirituali. ibid.
4 Vxor compatris vxoris non mihi nubat. 1570
5 Fœdera non fiant clandeſtina coniugiorum. 1571
Trigeſimaprima cauſa.
Terdena prima mœcho polluta negatur.
Tres quæſtiones trigeſimæprimæ cauſę.
1 Ni certis cauſis mœcham bene ducit adulter. 1579
2 Inuitam ſponſo non det natam pater vlli. 1587
3 Tunc niſi conſenſum dederit: reliquo bene nubit. 1590
Trigeſimaſecunda cauſa.
An meretrix nubat, tangit terdena ſecunda.
Octo quęſtiones trigeſimaſecundæ cauſæ.
1 Turpia linquentem bene ducit vir meretricem. 1591
2 Obſtat coniugio ſacro complenda libido. 1599
3 Liber auus neptem ſponſat ſeruo patre natam. 1610
4 Illicito prolem coitu quęrat ſibi nullus. ibidem
5 Non ſine mente caro fertur violata puellæ. 1622
6 Non valet vxorem mœchus vir linquere mœcham. 1631
7 Non aliam ducas vxore ſuperſtite prima. 1634
8 Non duc gentilem ſi ſpondeat eſſe fidelem. 1643
Trigeſimatertia cauſa.
Terdena terna friget, compunctio, votum.
Quinque quæſtiones trigeſimętertiæ cauſæ.
1 Si vir ſit gelidus, ab eo ſeiungitur vxor. 1646
2 Nubere mœcha poteſt mœcho ſeiuncta marito. 1650
3 Quæritur an crimen purget contritio ſola. 1662

TRACTATVS DE POENITENTIA *habens ſeptem Diſtinctiones hic inſeritur.*

1 Gratia diuina contritis crimina delet. 1663
2 Perditur hic diuinus amor: non in paradiſ. 1719
3 Pœnam peccator bene pro vitiis iterabit. 1751
4 Iſta probat dimiſſa ſemel peccata redire. 1783
5 Vt purus fias pro crimine plurima voluas. 1801
6 Crimina pſbytero proprio dic, qui ſapiẽs ſit. 1807
7 Tandem letus erit, qui continue gemet iſtic. 1811
Redeamus ad quartam quæſtionem trigeſimætertię cauſæ.
4 Reddito temporib. poſcenti debita ſacri. 1814
5 Mens vtriuſque niſi ſit, non bene continet alter. 1819
Trigeſimaquarta cauſa.
Terdena quarta nubit viuente marito.
Duæ quæſtiones trigeſimæquartę cauſæ.
1 Morte viri dubia quæ nupſit adultera non fit. 1828
2 Reddatur primo coniunx hæc nupta ſecundo. ibid.
Trigeſimaquinta cauſa.
Cognatos gradib. numerat trigeſimaquinta.
Decem quęſtiones trigeſimęquintę cauſę.
1 Cognatam ducat propriam pro coniuge nemo. 1835
2 Omnes vxoris conſanguineas reprobabis. 1838
3 Copula ſeptenis gradib. talis prohibetur. ibidem
4 Hic graduum numerus ętates reſpicit orbis. 1845
5 Truncus ponitur hic cum ramis, vt docet arbor. 1845
6 Edocet in teſtes aſſumi ſexta parentes. 1863
7 Filius eſſe nequit, inceſtu qui genitus ſit. 1868
8 Diſpenſat ſolus cum iuncti ſanguine Papa. 1869
9 Non bene ſeiuncta connubia priſca reformes. 1871
10 Non conſanguineis prolem viduæ dato primi. 1876
Trigeſimaſexta cauſa.
Vltima de raptis tractabit cauſa puellis.
Duæ quæſtiones trigeſimæ ſextæ cauſæ.
1 Raptum committens per vim rapiendo puellam. 1878
2 Hæc tibi iungetur, purgato crimine raptus. 1880

DECRETO TERTIA PARS ADIVNgitur, *quæ eſt de Conſecratione quinque diſtinctiones continens.*

1 Conſecrat eccleſias, miſſaſque canit tibi prima. 1886
2 Sacrati tractat panis ſacramenta ſecunda. 1965
3 Tertia dat ferias, & poſt ieiunia ponit. 1965
4 Tempora baptiſmi diſtinctio quarta notauit. 1975
5 Frontes confirmans dabit vltima pneuma beatum. 2036

Expliciunt verſus peculiares, quibus ſatis clarè vniuerſalis materia Decreti *comprehenditur.*

Quæſtiones cauſarum ſunt clxxij.
Quæſtio centuplex, & ſeptuageſima duplex,
Eſt in cauſarum tractatu rite notata.

Quot quæſtiones habeat quælibet cauſa, oſtenditur per v. carmina ſequentia: in quib. ſunt tot dictiones quot ſunt cauſæ. ſ. xxxvj. Et quælibet dictio cauſam vnam repræſentat. 1. dictio primam cauſſam, 2. ſecundã, &c. Item quot ſunt litteræ in qualibet dictione, tot ſunt quæſtiones ſub illa cauſa per illam dictionem repræſentatæ. Verbi gratia: prima dictio, ſ. diſcere, quæ primam cauſam repræſentat ſeptem habet litteras, & hoc ſignificat primam cauſam ſeptem quæſtiones continere. Secunda dictio eſt cauſarum, vbi ſunt octo litteræ, ad denotandum quòd ſecunda cauſa habet octo quæſtiones. & ſic de aliis. Aduerte tamen, quòd ſuperior numerus ſignificat cauſas & inferior quęſtiones. Verſus.

1 2 3 4 5
7 8 11 6 6
Diſcere cauſarum quarumlibet ordine membra.
6 7 8 9 10 11 12 13 14
5 2 5 3 3 3 5 2 6
Optesvt doceo, ſed non ſis deſes, & anceps.
15 16 17 18 19 20 21 22
8 7 4 2 3 4 5 5
Inſtanti dabitur quod tu vis, quod petis illud.
23 24 25 26 27 28 29 30
8 3 2 7 2 3 2 5
Efficies. Res id famatum te dat ad omnes.
31 32 33 34 35 36
3 8 5 2 10 2
Vſu doctrinæ totum ſi conſtituas te.

Carmina ſubiecta eandem prorſus materiam complectuntur, neque ſunt ſententiæ ſalubris expertia.

Tempora labuntur vernantib. indita formis.
Diues te lædit res tua, nam miſer es.
Sperna fluentia, reſpice: cras cras ea non tibi ſumes.
Multa recondis, cur? vt moriens ea des.
Da celer. eſt ſiquidem tutum. da præueniens te.

Do. Baptiſta de ſancto Blaſio in repeti. primæ rubricæ Decreti dicit canones eſſe ter mille & nonaginta, ponens tales verſus,

Si numeres caute, ter mille capitula lector,
Atque decem nouies. Decretum continet in ſe.
Cauſæ decreti ſunt trigintaſex.
Sub magni longa Decreti parte ſecunda,
Sex & triginta cauſas reperire licebit.

Cauſæ ipſæ xxxvj. patent per xxxvj. vocabula, in ſeptem ſubiectis verſib. poſita, ex quib. non tantum numerum, ſed etiam principalem materiam cuiuſlibet facile cognoſces. Quilibet quinque vocabula complectitur, dempto vltimo, qui ſex habet.

1 2 3 4 5
Simon a appellat b ſpoliatus c teſted libello e.
6 7 8 9 10
Infames f viuens g ſucceſſor h ſolue i regendo. k
11 12 13 14 15
Cenſuram l teſtor m funus n fœnus o furioſus p.
16 17 18 19 20
Monachus q occidit r abbates ſ clauſtra t volentes u.
21 22 23 24 25
Commendat x iurans y pugnas z hæreſis a violatas b.
26 27 28 29 30
Sortilegus c ſponſis d infidis e ſeruiat f infans g.
31 32 33 34 35 36
Mœcha h coit i mente k dubitans l gradibus m rapiente n.

Source : BIU Cujas

Materia XXXVI. causarum.

SECVNDA PARS DECRETI VBI TRActantur Causæ: quia longè prolixior & difficilior est reliquis: ideo diligentius pro eius cognitione elaborandum est. Illius profecto obscuritatem paucis elucidatam conspiciet, quisquis hic impressa diligenter adnotauerit.

2 SIMON. Simoniacus est,& peccatũ cõmittit,qui spiritualia
1 vendit. Damnantur episcopi per pecuniam facientes ordinationẽ, & tunc lepram,non officium conferre dicuntur. Simoniacorũ sacramenta effectũ gratiæ non habent. Sacerdotes digniores facilius quàm reliqui à Deo exaudiuntur. Et ibi de dignitate verbi Christi, quod eius corpori æquiparatur. c. interrogo. Et in fine de crimine concussionis tractatur.

2 Simonia cõmittitur,si pro ingressu monasterij pecunia exigatur, vel exacta persoluatur. Ecclesiastica stipendia accipere non debet qui bonis patrimonialib. sustentari potest. c. clericos.

3 Simonia an committatur si præbendę emantur. Inuestitura ecclesiæ à laicis fieri prohibetur. c. laluator.

4 Simonia paterna,an sit ignoranti filio nociua. & ibi tractatur an pro crimine vnius alter pœnam patiatur.

5 Simoniacè acquisita ecclesia per patrem,an possit per filium licitè obtineri. Ité an possit filius fungi ordinatione quâ paterna pecunia est assecutus.

6 Simoniacus est,qui pecuniam largitur,vt eligatur.

7 Simoniaci in ordine malè accepto pœnitentiã agere nõ possunt, & ibi principaliter tractatur,an ab hæresi redeuntes sint in suis ordinib. & dignitatib. recipiẽdi: & quòd decreta possunt tẽperari: & canones quandoque relaxari.

b APPELLAT. Appellare non est opus à sententia à non suo
1 iudice lata: quia talis sententia nulla est. c. in primis. circa fi. & in prima q. huius ij. causę principaliter tractatur,an ordo iudiciarius sit in manifestis obseruandus,& quòd excõmunicatio non est ferenda antequàm causa fuerit examinata. c. nemo,& iudex peccatũ sibi soli notum damnare non debet. c. si peccauerit.

2 Appellare posset spoliatus si ante restitutionem sibi factam accusatori respõdere cogeretur. Nullus enim debet accusari dum suis reb. fuerit spoliatus.

3 Appellandus est calumniator,qui scienter falsa crimina intendit. Præuaricator,quivera crimina abscondit. Tergiuersator,qui in vniuersum ab accusatione desistit. §. notãdũ,& in hac 3. q. principaliter tractatur qua pœna feriendi sunt,qui in accusatione deficiunt.

4 Appellatur purgatio quædã vulgaris,quædã canonica, & ibi tractatur,an deficiẽtib. accusatorib. reus sit ad purgationẽ cogẽdus.

5 Appellatur testimonium sufficiens quod ore duorũ vel triũ firmatur: & ibi tractatur principaliter quot testes requiruntur, nõ tãtũ ad conuincendum episcopũ,sed etiã contra quẽlibet clericum.

6 Appellatio est remedium contra causas vitiatas. Appellatio intra decendium debet interponi. c. anteriorum,& ibi de libellis dimissoriis,& de iudicib. à quib. appellare non licet.

7 Appellatur quis altero maior non ratione dignitatis,sed vitę. c. quanquam. Dignitas enim non facit episcopum,sed vita. c. nõ omnes episcopi,& ibi tractatur principaliter,an laici possint episcopos accusare. Christiani per infideles accusari non possunt,nec sacerdotes per eos qui ad sacerdotium prohibentur eligi.

8 Appellatur & dicitur accusatio ritè facta qñ fit in scriptis. Et regulariter accusator se debet inscribere ad pœnam talionis,prętер quam in sex casib. in summa positis.

c SPOLIATVS. Spoliatus & eiectus ante omnia venit reinte-
1 grandus. c. redintegranda. Boni à malis semper molestantur.

2 Spoliatus & eiectus posi quàm fuerit restitutus,quas inducias debet habere antequàm cogatur in iudicio respondere,& ibi in summa videas de multiplicitate inductarum.

3 Spoliatis episcopis,& aliis ad iudicium venientib. inducię sunt præstandæ.

4 Spoliati cõmunione ecclesiæ,& anathematizati,infames,incestuosi sacrilegi,detractores,& multi alij sũt ab accusatione repellẽdi,& ibi dicit quòd anathema differt ab excõmunicatiõe. c. Engeltrudã.

5 Spoliatis & aliis quibuscũque inimici iudices esse nõ possũt,nec accusatores,nec testes,vox. n. inimicorũ contra nullos est audienda. Dicitur etiam ibi quòd testes familiares & domestici, & etiam consanguinei non sunt contra extraneos producendi.

6 Spoliatus & quilibet alius si aduersarium vult conuenire, ipsius forum sequi debet. c. pulsatus. Nec episcopi damnari, nec concilia celebrari possunt sine Papa.

7 Spoliati & alijvolentes litigare,non debent,aduersarios suos corã infamib. trahere: quoniam tales,scilicet infames & criminosi nõ possunt esse iudices. Solus enim ille iudicare debet alios,qui nihil in se habet reprehensibile. c. iudices.

8 Spoliationem vel alium reatum committens episcopus,à quot episcopis est iudicandus.

9 Spoliatorum & aliorum testes, testimonium dicant de his tantum, quæ præsentialiter & veraciter nouerunt,nec cõtra absentes sunt producendi. Absentes enim non debẽt iudicari nec accusari.

10 Spoliatorum & aliorum testes in vno deficientes an sint in aliis admittendi. Et accusans de pluribus criminibus, si in vno deficiat,an in aliis admitti debeat.

11 Spoliati accusantes suos spoliatores & inuasores,ab eis accusari non possunt.

d TESTES. Iuris dispositione excommunicati non possunt ad
1 accusationem admitti.

2 Testis esse non potest qui ad xiiij. annum nondum peruenit.

3 Testificantis peri onam assumere non potest qui ab accusatione prohibitus est.

4 Testis,accusator,& iudex aliquis simul esse non potest.

5 Testantur iura illum non esse à communione repellendum, qui die statuta ad causam venire non potuit.

6 Testis est iuris dispositio deficientem in episcoporum accusatione non posse de cætero agere nisi in ciuili & proprio duntaxat negotio.

e LIBELLO. Libello famoso vtentes, & ipsum contra aliquẽ
1 scribentes,qualiter puniendi sunt.

2 Libellum diffamatorium scribens,aut aliter reus trib. citationib. debet in ius euocari. Et per scripta nullius accusatio debet suscipi.

3 Libelli famosi scriptor, aut aliter criminosus, an admittatur in iudicio per procuratorem.

4 Libellus accusatorius,si in episcopum datur id est,si episcopus accusatur,eius causa à xij. episcopis audiatur.

5 Libellum famosum scribentes,aut aliorum crimina spõte confitentes,nõ debẽt ad accusationẽ admitti. c. illi. Et ibi habetur quòd nec qui parcit,est amicus,nec qui verberat,est inimicus. c. nõ ois.

6 Libellum famosum in alterum scribens aut alteri crimen inferens,qua pœna feriatur,si crimen illatum non probetur.

1 INFAMES. Infames,excõmunicatos,& criminosos à sacerdotum accusatione ius repellit. Et ibi tractatur qui dicantur infames. c. infames.

2 infamis est quodammodo episcopus & reprehendendus,qui sibi soli dicit aliquem crimen suum fuisse confessum, & ibi dicitur quòd episcopis alios accusantib. non creditur,nisi probent quod obiiciunt.

3 Infamem quodammodo dicimus & reprehendendum qui ponit falcẽ in messem alienam. c. 1. Et ibi dicitur quòd alicui alterius parochianu iudicare non licet,& quot ciuitates vnaquęque prouincia habere debeat. cap. scitote. Et quòd episcopus iudicio primatis,& non aliorum se subiicere debet.

4 Infamia aut criminalis accusatio si ponatur episcopo. i. si episcopus criminaliter accusetur,& episcopi cõprouinciales de causa cognoscentes sint in sententia ferenda discordes,quid iuris.

5 Infamis esset quodãmodo & reprehẽdus iudex qui vellet reũ cogere ad probandũ accusatore in probationib. deficiente, quia negatiua per rerum naturam est improbabilis. c. accusator.

6 VIVENS. Viuens si adhuc sit tempus,alius sibi succedere nõ valet,nec in eius locum subrogari,quod verum est,nisi esset depositus,vel de licentia Papæ renuntiasset,aut per ambitionem se ad aliam ecclesiam transtulisset. Episcopo autem ægrotanti, aut nimia senectute grauato dandus est coadiutor. Episcopus ecclesiam suam deserere non debet. c. sicut vir. Nec etiam est à suis subditis relinquendus. c. denique. Prælati duo invna ecclesia esse nõ debent. c. in apib. Beatus Aug. accesit & non successit Valerio Hipponensi episcopo. c. non autem.

2 Viuens episcopus aut sacerdos,qui pro ægritudine à missarum celebratione abstinuit, an possit celebrare recuperata sanitate. Et ibi habetur de morbo caduco laborantib.

h SVCCESSOR. Successoran possit eligi ab episcopo viuen-
1 te hoc est an successorem sibi possit episcopus eligere.

2 Et ibihabetur quòd locus regiminis est fugientibus offerẽdus.

3 Et episcopari potest qui prodesse desiderat. c. qui episcopatum.

4 Successor episcopi mortui non est eligendus munerum datione aut amicorum patrociniis.

5 Successor episcopi an post electionem teneatur iuramentum præstare pro indemnitate ecclesiæ.

6 Successus seu prouentus denegatur clericis,qui ante sententiã suspensionis vel depositionis à suo episcopo discedere præsumunt. In tales enim ferenda est censura.

7 Successus non continget episcopo à sede Apostolica vocato, si ad propria reuertatur,nisi prius fuerit purgatus,& apostolicis literis munitus.

i SOLVE. Solue & solui procura teipsum ò prælate excommu
1 nicate,alias non poteris ordinare, nec tua ordinatio erit rata.

2 Soluti sunt clerici vnius prouinciæ à prælato alterius, adeo quod archiepiscopus,primas,vel patriarcha clericos alterius prouinciæ non potest ordinare.

3 Soluere veldamnare subditos suffraganei non licet archiepiscopo illo inconsulto. Soluit Papa ab aliis excommunicatos,& cuiuslibet ecclesiæ clericos potest ordinare. Est enim ordinarius ordinariorum. c. cuncta per mundum.

K REGENDO. Regẽdo vnãquamque parochiam, & res ipsius
disponẽdo facit episcopus quòd debet. c. regenda. &c. nouerint. Regendi sunt subditi per episcopos visitantes, vt c. placuit.

Regendi

Source : BIU Cujas

Materia xxxvj. caularum.

2 Regendi officium episcopus transgreditur, si bona ecclesiarum vsurpare nititur, quamuis de illis precarias facere possit.
3 Regendi sunt subditi sine exactionibus. Et ibi de cathedratico quantum nomine ipsius valeat episcopus habere.
l CENSVRAM. Censuram formidare debent qui clericos ad
1 iudices seculares trahunt. c. inolita. & c. placuit. Et ibi de coniuratoribus, & eorum punitione. (est depositione dignus.
2 Censura ligatus, id est, excommunicatus vel suspensus celebrans
3 Censura siue iusta siue iniusta est timenda. Censura legati sunt vitandi plusquam pagani. c. ad mensam. Censura ecclesiastica ferire debet, & ore dæmonũ discerpi qui suo episcopo est inobediẽs. c. absit. Censura ex ira proferens grauiter delinquit. c. ira. & c. cum apud. Censura siue sententia vel iudicium quatuor modis peruertitur. ca. quatuor modis. Censura feriendi sunt & Iudæ proditori comparandi qui veritatem negant, & occultant, c. quisquis, & c. abiit Iudas. Censura siue sententia iniustè prolata, viribus caret. Episcoporum præceptis non semper obediendum est. Censurę seu anathematis forma habetur in c. debent.
m TESTOR. Testari seu testamenta facere cum de proprio li-
1 ceat, an permittatur clericis proprium habere. Clericis causas agere non licet, c. duo sunt genera Christianorum.
2 Testamenta condentes clerici an possint quibus voluerint ea relinquere quæ de bonis ecclesiæ acquisiuerunt. Testatur multiplex canon illos esse grauiter puniendos, qui res & prædia ecclesiastica inuadunt. De bonis ecclesiæ quatuor sunt portiones faciẽdæ. c. quatuor. Et ipsarum rerum alienatio an sit permissa. c. sine exceptione, & c. terrulas. Liberti ecclesiæ an possint ab ea discedere. Res sacræ ex quibus causis alienari valeat. c. aurum habet ecclesia. Pauperibus est prouidendum. c. gloria episcopi.
3 Testamentum an facere possint illi, qui prius nihil habentes tẽpore suæ administrationis aliqua acquisiuerunt, & quid iuris de talibus bonis. (ecclesiæ quæsitis.
4 Testamenta an facere possint clerici de bonis ex suis & rebus
5 Testamenta facere de rebus ecclesiæ an sit permissum sacerdotibus. Et quis succedat eis ab intestato.
n FVNVS. Funera, & exequias suas celebrare, & decimas soluere vbi debent illi, qui se de vna diœcesi aut parochia ad aliam transtulerunt.
2 Funerãdi iura an possint præscribi. Funera, id est, corpora mortuorum vbi debent sepeliri. Et an pro sepultura aliquid possit exigi. Funerum, id est, mortuorum animæ quatuor modis soluuntur. c. animę. Funera, id est, corpora mortuorum deflenda non sunt. c. quàm præposterum.
o FOENVS. Fœnus siue vsuram quodammodo committit, &
1 peccat qui vltra debitum exigit. c. quod debetur. Et ibi principaliter tractatur an clerici possint suam repetere, & pro illis litigare.
2 Fœneraria causa siue criminali aut etiã ciuili an possint produci testes domestici. Et an clerici possint pro sua ecclesia testificari.
3 Fœnus seu vsura committitur si præter sortem aliquid exigitur.
4 Fœnera seu vsuras nec clericis nec laicis licet exercere.
5 Fœnera seu vsuræ an sint aptę vt inde fiant eleemosynæ.
6 Fœneratores & vsurarij veram pœnitentiam agere non possunt, nisi restituant quæ rapuerunt.
p FVRIOSOS. Furiosos punire nõ decet ex his quæ faciunt,
1 cum sint mente alienati, & ibi habetur de Loth & alijs ebriosis.
2 Furiosis clerici quodammodo comparandi essent si patrocinijs impensis munera exigere vellent.
3 Furioso iudex comparari posset, qui ex mulieris confessione clericum condemnare vellet. Regulariter enim mulieres contra clericos testimonium ferre non possunt.
4 Furiosi quodammodo sunt ecclesiæ ministri, qui diebus dominicis & feriatis causas tractare volunt.
5 Furioso similis dici posset iudex qui neganti purgationem indiceret, nisi infamia laboraret.
6 Furoris quodammodo plena res esset, si à ministris & subditis confessio cruciatibus extorqueretur. Iuramenta quędam sunt irritanda, quædam relaxanda. c. auctoritate, & c. alius. in c. habetur quòd solus Romanus Pontifex regem Franciæ tanquam inutilem deposuit. Excommunicatis fidelitas seruanda non est.
7 Furiosè procederetur si diaconus vel presbyter sine concilij examinatione deiiceretur.
8 Furore quodam plenus censetur qui carnis fragilitate ante ordinationẽ lapsus, & in iudicio confessus vel conuictus, postea præsumit offerre, & in ordine susceptо ministrare, quod verum est de crimine depositionem inducente.
q MONACGVS. Monachus an possit licitè officia populis ce
1 lebrare, & pœnitentiam dare, & baptizare. Decimę de cõsensu episcopi sacerdotibus dari debent. c. reuertimini.
2 Monachi an possint in suis capellis presbyteros instituere.
3 Monachorũ & ecclesiarũ iura an per præscriptionẽ tolli possint.
4 Monachi an possit ꝑscribere cõtra ecclesias & ꝑlatos sæculares.
5 Monachi & ꝑlati res ecclesię sua auctoritate repellere nõ valent.
6 Monachi episcopi, & alij prælati si sua auctoritate vsurpant quæ ad se pertinere putant, an cadant à causa.
7 Monachi & abbates an possint retinere ecclesias, decimas, & iura patronatus de manib. laicorum sibi concessa sine episcopi consensu. Et ibi habetur quòd episcopus habet dispositionẽ omniũ ecclesiarum, quæ in sua diœcesi constitutæ sunt. c. omnes basilicæ. Et etiã ibi plenè de iure patronatus. c. quicũque. c. filiis. c. decernimus.
r OCCIDIT. Occidit seipsum spiritualiter qui à voto resilit.
2 Occidit quodãmodo tẽporaliter seipsum qui suum resignat beneficium sed si in infirmitate resignauit, an sit ei restituendum post quam conualuerit. Et ibi habetur quòd ante probationem triennij nullus in monasterio debet suscipi.
3 Occidit animam suam monachus ad propria rediens, postquam se & sua monasterio tradidit.
4 Occidens vel percutiens clericos diabolo suadente est excommunicatus ipso iure. c. si quis suadente diabolo. & ibi habetur quòd ecclesiæ concessa non sunt reuocanda, & qui talia aufert, sacrilegium committit, & ecclesiæ immunitas non est violanda.
s ABBATES. Abbates aut monachos & factos episcopos ius
1 obligat ad relinquendum quod ante habuerunt monasterio, quod post, ecclesiæ propriæ. c. statutum.
2 Abbates sunt à propriis fratrib. eligendi, & nõ ab episcopis. Abbates expellere non est permissum monachis, neque commatres facere, Abbates & monachos possunt episcopi visitare, & conditiones exigere tempore dedicationis cõstitutas. Abbates & monachi cum sanctimonialib. habitare non debent, quia sexuum commistio est periculosa. c. diffinimus.
t CLAVSTRA. Claustra siue religionem intrare volentib. clericis non est à suo episcopo denegandus ingressus.
2 Claustrum ingredi clericis permittitur etiam episcopo inuito.
3 Claustrum vnum petere altero derelicto an sit permissum monachis regularib. canonicis, sine permissione abbatum.
v VOLENTES. Volẽtes religiosi ad arctius monasteriũ intrãtes
1 pueros an cogant iura religionis propositũ tenere. Volũtariæ puellæ virginitatis propositũ susciꝑientes, nuptias eligere nõ possunt.
2 Voluntate patris spreta, si filius religionem ingreditur, an à patre reuocari possit,
3 Voluntariè habitum religionis susciꝑientes, illum deserere non possunt, sed qui coactus ingreditur, nullo modo obligatur.
4 Volentes religiosi ad arctius monasterium transire non sunt impediendi.
x COMMENDAT. Commendatam vnam ecclesiam potest ha
1 bere clericus in altera intitulatus. Commendandi sunt clerici qui in vna & non in pluribus ecclesiis volunt conscribi. & ibi habetur quod duobus episcopatibus potest quandoque quis præfici. capit. relatio.
2 Commendandi nõ sunt clerici qui sine litteris dimissorijs de vna ecclesia transeunt ad alteram. Matrimonium spirituale cõtrahitur inter curatum & ecclesiam, quæ non debet esse sortium. c. sicut.
3 Commendatio nulla sed potius vituperium est clericis, qui sæcularium negotiorum procuratores esse volunt.
4 Commendandi sunt clerici, qui vestibus sibi congruentibus vtuntur, vnguenta & fulgida vestimenta fugientes.
5 Commendare non debemus clericum, qui à suo episcopo depositus Imperatorem aut iudicem sæcularem adit.
y IVRANS. Iurans verum nõ peccat, sed secus si peierat, & per
1 creaturas iurare non licet.
2 Iurans falsum quod putat verum, an sit periurus. Quot comites habeat iuramentum, & quot sunt genera mendacij.
3 Periurum prælatum & criminosum ante sententiam diffinitiuã derelinquere an licet.
4 Iuramenta illicita non sint seruanda.
5 Peierare & contra iuramentum suum venire qui cogit aliquem licet periurus non sit, tamen mortaliter peccat. In qua ætate quis cogatur iurare. Et ibi ponit forma iuramẽti fidelitatis. c. de forma.
z 1 PVGNAS. Pugnas committere seu militare an sit peccatum.
2 Pugna siue bellum quod dicatur iustum.
3 Pugna an debeat committi pro repellenda sociorum iniuria.
4 Pugna non semper est exercenda contra malos. Mali enim sunt quandoque à bonis tollerandi, & non abiiciendi. Quædam tamen mala sunt repellenda, & punienda, quædam toleranda. Mali sunt medicinali seueritate ad bonum cogendi. vt Nabuchodono. Et hæretici etiam inuiti sunt ad salutem trahendi. Pugnis & bellis sunt coercendi ecclesiasticæ religionis inimici.
5 Pugnas seu bella qui Deo auctore gesserunt, præcepta non occidendi nomine transgressi sunt. Et ibi an mali sint occidẽdi, habẽs gladij potestatem potest occidere, si hoc faciat amore iustitiæ.
6 Pugna & coactio est exercenda in malos vt teneant bonum iã susceptum. Non autem sunt ipsi mali ad bonum non susceptum cogendi.
7 Pugna si iusta sit, possunt hæretici & omnes hostes licitè suis rebus spoliari.
8 Pugna seu bellum an possit per clericos committi, & an possint clerici arma sumere. Qui sacramenta Dei tractant, iudicium sanguinis agitare non debent.

HAERESIS

Source : BIU Cujas

Materia xxxvj. caularum.

2 HAERESIS. Hæresis quælibet ab ecclesia Romana destruitur. Hæreticus an possit alium excommunicare, priuare, vel sententia notare. Excommunicatus alium excommunicare non potest.
1 Hæreticorum consortia & eorum sacrificia sunt à catholicis fugienda.
2 Hæretici etiam post mortem sunt excommunicandi. Ecclesia viuentes & non mortuos an ligare possit vel soluere.
3 Hæreticus si dominus est, aut alio crimine irretitus, an possit excõmunicatio ferri in familiam suam pro delicto ipsius domini, & in filium pro peccato patris. Excommunicandi sunt qui corrigi nolunt, & etiam illi qui duas vxores habent: testes falsi: homicidæ, & multi alij. Hæreticorum tandem variæ species ponuntur.

b VIOLATAS. Violatas Romanorum Pontificum censuras à
1 nullo decet esse. Violantes sacros canones in spiritũ sanctum blasphemant. Violanda non sunt, sed seruanda sanctorum statuta, & eorum regulę in synodo constitutæ.
2 Violari non debent priuilegia ecclesiarum: nec archiepiscoporum. Violans ciuitates & occidens suos pręsules episcopali dignitate priuatur. c. ita nos.

c SORTILEGVS. Sortilegus quid sit, siue qui dicantur sor
1 tilegi.
2 Sortilegum esse an sit peccatum, sortibus an sit credendum.
3 Sortes siue diuinationes à quibus exordium sumpserunt. Et de
4 multiplici genere diuinationis, & quot modis dęmones futura prænoscunt.
5 Sortilegi vel diuinatores an sint excommunicandi, si cessare noluerint. Sortilegia & magicam artem debent episcopi eliminare. Sortilegijs vel maleficiis nullo pacto debẽt sacerdotes operam dare, alias abijciendi sunt.
Solennitas actus quandoque probanda est. 1589
Solēnitas non est de substantia matrimonij. 1508
Soliloquium est psalmus. 690
Solicitudo nimia est prohibita. 973
Sol, pro labore ponitur. 1724
Solui potest reo accusato. 862
Solutio an possit fieri ante tempus. 1903
Solutio partis non liberat pignus. 1779
Sonus est duplex. 523
Sors in electionibus est reprobata. 92
Sortes sunt in duplici differentia. 1456
Sortilegos consulentes & ipsi sortilegi qualiter puniuntur. 1455
Specialitas an sit generalitati præferenda. 110
Species sacramentales an descendant in stomacum. 1921
Spes vtrum inducat simoniam. 299
Spiritussanctus quando descendit in Apostolos. 2038
Spiritussanctus olim visibiliter, nunc inuisibiliter operatur. 533
Spiritussanctus extingui non potest. 1518
Spiritussanctus per partts non datur. 2022
Spiritualis iudicat omnia. 1271
Spiritualia tribus modis dicuntur. 489
Spoliatus à spoliatore reconueniri potest. 716
Spoliatus est semper restituēdus regulariter. 714
Spoliat° per vim vel metū agit ad quadruplū. 716
Spoliatus respondere non tenetur. 719
Spoliatus restitutus an recipiat fructus medij tēporis. 644
Spoliato in multis casib. denegatur restitut. 714
Spoliato à spoliatore nullum crimen potest obijci. 631
spoliator an possit spoliatum post restitutionem accusare. 716
spoliationis ratione quis conueniatur. 620
sponsus, si religionem ingrediatur quanto tempore expectabit sponsa. 1520
sponsa vtrum cogatur stare cum sponso. 1329
sponsa non est vxor. 1511
sponsa fornicata an erat olim lapidanda. 1528
sponsalia & matrimonium denotāt duplex sacramentum. 1514
sponsalia quę sunt nulla, impediunt matrimonia. 1513
sponsalia soluuntur multis casibus. 1529
sponsalia ante ætatem legitimam cōtracta, an sola taciturnitate post aptam ætatem confirmentur. 1565
sponsalia an inter infantes contrahi possint. 1565
sponsalium definitio. 1507 sportula. 182
sportulæ iudicibus debitæ. 725
spurius succedit matri. 1088
statuta vniuersalis concilij per quem possunt interpretari. 69
statuti causa est assignanda. 46
status saluandorum est triplex. 429
stipulatio intercedit in baptismo, per quam obligantur paruuli. 2006
Strena. 182
stultitia per verba & signa perpenditur. 223
stultus vnde dicitur. 101
stuprum in quibus personis committitur. 1879
stuprum in multis personis committitur. 1165
subdiaconus an de licentia papæ possit contrahere. 156
subdiaconus an olim poterat coniugari. 1517
subdiaconus in episcopum potest eligi. 300
Subditus an semper teneatur obedire plato. 50
Subditum laxare non cogitur quis. 407
Subditi non debent plus esse subditi quàm expediat. 1200
Subdiaconos etiam ante legem B. Gregorij in plerisque ecclesiis abstinuisse ab vxoribus, nō tamen in omnibus. 115
Substantiæ tres non sunt in trinitate contra Arianos. 1950
Substituto mortuo an possit qui renuntiauit, ab ecclesia repeti. 8, 9
Subtilitas reprobatur. 1424
Successor factum antecessoris confirmare tenetur. 136
Successorem sibi instituere nulli licet. 848
Successores prædecessorum statuta mutare possunt. 327
Suffraganei quandoque supplent defectum archiepiscopi. 675 Summa minima. 666
Summè malus, aut summè bonus quis esse non potest. 1765
Summè malus an nullus potest esse, vide quod ibi notatur. 226
Superius infinitatum efficitur pars inferioris infinitati. 1677
Supplicium patietur æternum qui temporale nō subiit. 1675
Suscipiendus non est aliquis vltra facultates ec clesiæ. 566
Suspectus an possit ab omnibus accusari. 72
Suspensus quis est. ibidem
Suspensus quid interim exercere poterit. 1383
Suspensus in vna ecclesia, est in omnibus suspensus. 1780
Suspicio est triplex. 621 Symbolum. 74
Symmachi nomine indicari libellū Ennodij. 194
Synodum nullum absque præcepto summi Pontificis debere generalem vocari, ex dictatu Greg. vij. 79
Synodi prouinciales quomodo prohibeantur. 70
Synodus Beneuentana tēpore Victoris iij. 301
Synodi octauæ nomine significari regulas B. Basilij. 39
Synodi nomine significari B. Basilij libellum de institutis Monachorū interprete Ruffino. 431
Synodi cōstantinop. sub Ioan. viij. locus græcè & noua cum versione. 840
*Synodus octaua duplex. 933
Synodo octauæ multa tribui, quæ habentur in scriptis ad monachos pertinentib. 933
*Syromastes. 1368

T

TAbernaculum. 573
Tabula qua nauigamus in hoc sæculo, est duplex. 1702
Tacens nou consentit. 2007
Tacens an consentiat. 132
Tatiani. 1433
Taciturnitas quandoque non obstat. 693
Taciturnitas in prælatis est peccatū mortale. 125
Taciturnitas in nō puniēdo simoniacè nocet. 492
Telum quid comprehendit. 1666
*Talamascas, 202
*Tarasij epistola ad Hadrianū græcè & noua cō uersione ex qua apparet flagitiosum mendum in impressa versione Balsamonis. 502
*Templum Hierusalem ter cōsecratū fuit. 1892
Templarij & hospitalarij non sunt laici. 116
Tempus feriarū vtrum impediat & dirimat matrimonium. 1817
Tēpus nō est modus tollendæ obligationis. 560
Tempus vnum pro altero sæpè ponitur. 1958
Tempore necessitatis omnia sunt cōmunicada. 5
Temporum interstitia sunt in ordinib. obseruanda. 369
*Tempora quatuor ieiuniorum in concilio Moguntino non rectè accipi. 365
Temporaliter remunerantur aliqui vt puniātur æternaliter. 1338
Tentare non est facere. 1393
Tergiuersator. 632
Terminus primus an possit esse peremptorius. 780
Territorium quid sit. 1133
Tertia oblationū an pertineat ad episcopū. 894
Tertullianistæ. 1435
Tessarescedecatitæ. ibid.
*Testamentum vtrum per ingressum monasterij rumpatur. 1216
Testamentum imperfectum nullum est. 1757
Testamentum secundum an reuocet primum. 75
Testamenta coram quo sunt aperienda. 422
Testes an sint de tempore interrogandi. 774
Testes quinque capitula iurare debent. 654
Testes an possunt producipost publicationē. 776
Testes si cōtradicunt instrumēto, quid iuris. 770
Testes in criminib. exceptis qui debent admitti. 494
Testes praferendi sunt qui pro reo deponūt. 394
Testes deponere possunt de actu cōtinuo diuersis horis viso. 759
Testes contra quodlibet instrumentum admitti possunt. 770
Testes noui publicatis attestatio. quandoque possunt admitti. 1227
Testes duo equippollent tabellioni. 1147
Testes sæpius possunt interrogari. 1875
Testes an debeant esse rogati. 759
Testes lite non contestata possunt quādoque recipi. 754
Testes contra matrimonium deponentes quid teneantur facere. 1867
Testes synodales quid iurant. 1865
Testes viles possunt produci. 791
Testes multi sub vnadilatiōe possūt torqueri. 723
Testes coram vtraque parte iurare debēt, sed nō deponere. 631
Testes in cā criminali debēt esse presentes. 1003
Testib. est præstanda securitas. 761
Testificari quis cogitur. 730
Testificari possunt quandoque domestici. 1047
Testificari multi prohibentur. 779
Testificari contra collaterales nemo cogitur. 730
Testificari licet de his quæ visa sunt in ætate pupillari. 2016

Source : BIU Cujas

Et nouis notationibus Decreti.

Teſtificari poteſt quis de eo quod vidit in ætate puerili. 186
Teſtimonium de auditu vtrum valeat. 1275
Teſtimonium per literas poteſt exhiberi. 785
Teſtimonium viſus quandoque fallitur. 1488
Teſtimoninm de auditu admittitur in matrimonio. 1866
Teſtimonium de auditu ſæpè admittitur. 758
Teſtimoniũ de auditu quãdoq; propriè fit. 1276
Teſtimonium patris pro filio admittitur aliquãdo. 1227
Teſtimonio vnius creditur in baptiſmo, & in cõſecratione eccleſiæ. 2016
Teſtimonia coniunctorum an faciãt fidẽ in cauſa matrimoniali. 1577
Teſti ſoli quandoque creditur. 775
Teſtis non eſt talione puniendus. 1826
Teſtis qui ſemel contra aliquem depoſuit, an iterum contra eundem teſtificari poſsit. 769
Teſtis an deponere debeat de die. 714
Teſtis & accuſator an poſsit quis ſimul eſſe. 777
Teſtis præſumitur nolle peierare. 610
Teſtis rationem ſui dicti aſsignare debet. 1417
Teſtis an ſit repellendus propter crimen ſibi obiectum. 700
Teſtis repellitur probato crimine ꝺ ipſum. 798
Teſtis obſcurus eſt ſuſpectus. 774
Teſtis an teneatur dicere cauſam ſuæ depoſitionis. 775
Teſtis quandoque vnus ſufficit, quandoque plures duobus requiruntur. 652
Teſtis eſt de ſua conuerſatione examinãdus. 689
Teſtium depoſitiones contrariæ an fidem faciãt. 769
Teſtium dignitas, an ſit attendenda. 770
Theodoſiani. 1435
Theologi & Decretiſtæ docentes, an poſſunt aliquid accipere. 577
Theſaurus inuentus cuius eſt. 1055
Thymelici qui ſunt. 2048
Thymele. 2047
Timotheus fuit circunciſus. 1875
Timor tollit meritum. 1348
Timor eſt duplex. 245
Timor initialis quis eſt. 1730
Timor charitatem introducit. ibidem
Titulus quid ſit. 1134
Titulum patrimonij ad quem quis ordinetur nõ haberi in capitulo neminem. diſtinctio. 70. 348
*Toletanum iiij. vocari vniuerſale. 1009
Tonſura prima eſt ordo. 92
Tonſura quandoque tres minores ordines comprehendit. 346
Tonſuram ferre non tenetur qui in minoribus contrahit. 268
Tormenta non ſunt ſine præſumptione infligenda. 494
Torquere poteſt iudex aliquas perſonas. 1080
Tot aſcendent ad gloriam, quot ceciderunt. 90
*Tractatoria & Tractaria. 77
Tragœdia vnde dicitur. 435
Tranſactio in ſpiritualibus interuenire non poteſt, ſed bene amicabilis compoſitio. 571
Tranſcriptum an valeat ſine originali. 366
Tranſigi licet in aliquibus criminibus. 637
Tranſire ꝑ agrũ alienũ multis in caſibus licet. 2
Trãſitus ad religionem arctiorem permiſſus eſt, non ad parem. 1210
Tranſubſtantiatio fit ad vocem ſacerdotis. 1953
Tremiſſis eſt media pars ſolidi. 450
Tres dicuntur multi. 342
Tres quæſtiones. 499
Tres regulæ notabiles 485
Tribulatus agere debet gratias Deo. 1241
Tributum eſt ſignum ſubiectionis 1374
Trifaria. 38
Triſmegiſtus. 20
Triſtitiæ cauſa permittuntur aliqua. 1467
Tritheitæ. 1435
Tropologia. 1701
Turpitudinem allegans, audiri non debet. 1589
Tutela eſt triplex. 417
Tutelam non tenentur clerici recipere. 417
Tutor teſtamentarius non tenetur ſatiſdare. 869
Tutor pupilli nomine non debet vſuras exigere. 224
Tutor an teneatur de leuiſsima culpa. 418
Tutiorem in partem interpretandum eſt vbi periculum vertitur. 1573
Tutoris dolus pupillo non obſtat. 2024

V

VAlentiniani. 1432
Vaſalus eccleſiæ cui debet fidelitatis iuramentum præſtare. 329
Vaſallus dominum non accuſat. 1280
Vaſallus an teneatur cõtra omnes dominum ſuũ iuuare. ibidem
Vaſallus poteſt ſeruire quandoque per ſubſtitutum. 1660
Vectigalia noua à ſolo principe induci poſſunt. 1427
Velum quibus diebus imponi debet. 1221
Velum eſt quadruplex. ibid.
Venatio eſt multiplex. 410
Venatio prohibetur, ſed non piſcatio. 411
Vendere quandoque quis compellitur. 501
Vendere quandoque quis cogitur rem ſuam. 282
Vendens duobus ſucceſsiuè, & tradens poſteriori ipſum efficit potiorem. 1553
Venditio hominis liberi tenet, qunque interuenientibus. 1558
Venditio tripliciter reſcinditur. 1554
Venditio non eſt, vbi in materia erratur. 1553
Venditor non tenetur de partu euicto. 1990
Veneti patriarcham & epiſcopum habent. 380
Veniam vnius peccati non poteſt quis obtinere niſi de omnibus ſatisfacias. 1778
Veniale ſine mortali non remittitur. 1809
Veniale poteſt ne quis committere vt alter euitet mortale. 51
Venialia delentur ſacrificijs. 1971
Venialia triplicia ſunt. 124
Venialia remittuntur varijs modis. ibidem
Venire poteſt quis contra factum ſuum. 287
Verbum vnius temporis ſæpe pro alio ponitur. 1625
Verbum indefinitè prolatum, eſt generaliter intelligendum. 1341
Verbum generale omnia debet cõprehendere. 81
Verba bona quandoque mala intentione proferuntur. 1277
Verba rebus deſeruiunt. 526
Verba an ſint ſemper attendenda. 1252
Verba ad quod inſtituta fuerint. 1949
Verba in ſacramentis ſunt neceſſaria. 513
Verba in contrahendo matrimonio an ſint de neceſſitate. 206
Veritas à quocunque dicatur eſt omnibus præferenda. 27
Veritas, figura, & res ſacramenti ſunt in altaris ſacramento. 1951
Veritas conſcientiæ à furto excuſat. 1250
Veritas diſciplinæ quandoque pôt deſeri. 1305
Veritas præiudicat opinioni. 24
Veſtes ferantur ſecundum regionis conſuetudinem. 238
Veſtis domini indiuiſa remanſit. 1401
Vetus ius manet ſimul cum nouo niſi expreſſè corrigatur. 1234
Vexationem redimere vtrum licitum ſit. 560
*Via paradiſi eſt arcta. 1747
Viç Domini miſericordia & veritas. 1402
vicarij conductitij presbyteri dici poſſunt. 1230
Vice dominus quis dicatur. 427. & 1165
Vicinorum facta præſumimur ſcire. 1286
Victimę impiorum abominabiles dicuntur. 1923
Victus & veſtitus ſufficit. 219
Victus nomine, comprehenditur veſtitus. 152
*Vidua. 417
Vidua non benedicitur. 1505
Viduę poſſunt indiſtinctè contrahere. 1595
Viduę ſunt ſumptib. eccleſię ſuſtentandæ. 598
Viduæ & pupilli ſunt circa forum priuilegiati. 417
Vigilia Pentecoſtes eſt neceſſario ieiunãda. 368
Vigilantib. iura ſcripta ſunt. 403
Vilitas eſt fugienda. 265
Vim vi repellere licet. 335
Vim faciens non ſemper vi poſſidet. 1761
Vindicta infertur duplici ex cauſa. 1296
Vindicta ratione multitudinis relaxatur. 1317
Vinum & aqua vtrum tranſeant in ſanguiné tantum, & vide quod ibi notatur. 1913
Vinum tranſubſtantiatur in corpus, hęc propoſitio concedenda non eſt, nec iſta, panis tranſubſtantiatur in ſanguinem. 1918
Violentia infertur perſonis & reb. 1283
Vir & vxor erunt duo in carne vna, qualiter exponitur. 1515
Vir non ſit vxoris ardens amator. 1616
Vir pro dote non tenetur fideiubere. 977
Vir vtrũ puniebatur talione in veteri lege. 1825
Vir & vxor tenentur duplici ſeruitute. 1550
Vir & mulier no debẽt iudicari ad imparia. 1630
Vir debitum vxori non ſemper, nec vbique reddere tenetur. 153
Vir quandoque habetur ab vxore, & non habet eam. 1641
Vir non poteſt eſſe curator vxoris. 1827
Vir cur miſceatur vxori cauſæ quatuor. 1601
Viro non licet adulterum interficere. 1488
Virgo dici poteſt etiam corrupta. 833
Virgo velata repræſentat eccleſiam. 1493
Virgo beata & ſanctus Ioannes fuerunt in vtero ſanctificati. 123
Virginitas ſoror eſt angelorum. 1598
Virginitas æquiuocatur. 1823
Virginitatis laudes. 1503
Virginitatem Deus reſtituere non poteſt. 1625
Virgiliũ putare eſſe Platoné eſt impoſſibile. 1552
Virtus omnia percunctatur. 1419
Virtus non eſt ſine fide & charitate. 1547
Virtus quælibet intenditur & remittitur. 1627
Virtutis diffinitio. 1623
Virtutem ingreditur qui malitiã egreditur. 1312
Virtutes omnes habet, qui vnam habet. 1987
Virtutes omnes ab vno vitio detrimentũ patiuntur. 448
*Viſitator an ius habeat in electione. 310
Viſitatorem quis conſtituere poteſt. 311
Viſitatio quoties fieri debet. 883
Viſitans ſit contentus euictionib. à iure taxatis. 897
*Vita an ſit pecunia redimenda. 399
Vita actiua an eſt cõtẽplatiuæ preferenda. 701
Vita hominis eſt peregrinatio. 1613
Vita præſens ſine venialib. non ducitur. 1945
Vitæ præſentis tempus breue dicitur eſſe. 448
Vitæ mutatio non eſt facilis. 1753
Vitam hominum corrigi bonum eſt. 408
Vitiis reſiſtere eſt verum poſſe. 1751
*Vnctio extrema poteſt iterari. 456
Vnctio extrema an poſſit fieri ſine oleo. 456
Vngere an poſſit quis ſine oleo nõ cõſecrato. 456
Vnguntur variis varia membra. 456
Vnguntur infirmi propter duas cauſas. 456
Vni ſoli quandoque creditur in marg. 19
Vnitas perfecta eſt inter nos & Chriſtum. 1958
Vnius dicto quandoque creditur. 415
Vniuerſitas delinquere poteſt. 821
Vniuerſitas an poſſit accuſari. 1095
*Vniuerſale concilium vocari interdum ipſius Africæ. 781
Vniuerſalis ex indefinita colligitur. 571
Vniuerſalis Papæ nomẽ qua notione Romano conueniat. 480
Vnus an puniatur pro alio. 580
Vnus vicem plurium ſupplere non poteſt. 426
*Vocatis ad munera quot dies dentur ad ſe excuſandum. 669
Vocem aptare ad clarius cantandum non eſt peccatum. 435
Voci vnius quandoque creditur. 476
Voci viuæ magis credendum eſt quàm mortuæ. 477
Volo, id eſt, velle debeo. 1
Voluntas verbo aut facto declarari poteſt. 1513
Voluntas etiam in bonis non operatur pro facto. 1665

Voluntas

Source : BIU Cujas

Notatu digna in glossis.

Vtilitas potius quàm factum attendi debet. 791
Voluntas sola non punitur. 805
Voluntas manifestatur signis,& voce. 355
Voluntas sine effectu non punitur. 1669
Voluntas an sit magis attendenda, quàm perseuerantia. 1772
Voluntas bona sufficit. 412
Voluntas nuda est quandoque plectenda. 581
Voluntas sola facit simoniacum. 491
Voluntate delinquendi efficitur quis reus. 1765
Voluntates duæ fuerunt in Christo. 61
Voluptas est spernenda testimonio Horatij. 2045
Votum de præsenti plus obligat quàm votum de futuro. 1764
Votum continentiæ tribus modis solennizatur. 1485
Votum quodlibet aliquas conditiones continet. 1253
Votum solennizatur tripliciter. 133
Votum quoddam est expressum: quoddam tacitum. 1509
Votũ simplex frangẽs an sit adulterio peior, 1495
Votũ an impediat & dirimat matrimonium, 1484
Votum an pro opere sit reputandum. 1665
Votum diuersa sortitur vocabula. 1487
Votum solenne potest fieri coram priuata persona. 1222
Votum vxoris potest maritus impedire. 954
Votum emittens an semper teneatur illud seruare. 1178
Votum deserere vtrum sit permissum. 1173
Votum solenne quod dicemus esse. 1484
Voti simulatio obligat. 1486
Voto nemo obligatur ante legitimam ętatem. 2118
Vouere non omnibus est permissum. 1174
Vouere religionem & vouere continentiam differunt. 1485
Vouentes simpliciter an possint ad inuicem contrahere. 1506
Vouentes contrahendo & contrahere volendo peccant. 1504
Vouens simpliciter qui contraxit, an mortua vxore continere teneatur. 1505
Vox præconia paucis innotescit. 1262
*Vrbani.II. decretum ex codice manuscripto de loco vbi dandæ sint decimæ. 1113
Vrbani.II. capitula duo ex vetustis Gratiani codicibus relata. 10,5
Vsucapio quid sit,& quot in ea exigantur. 1134
Vsucapio non currit contra creditores 1145
Vsucapio. 6
Vsus quatuor species. 1598
Vsucapi nequeunt res aliquæ. 1149
Vsusfructus an tollatur per ingressum religionis,vel an quæratur monasterio. 1216
Vsusfructus ecclesiæ relictus durat centum annis. 1122
Vsura quando nõ fit licet pro quatuor quinque soluantur. 103
Vsura centesima. 887
Vsura aliquando non committitur licet vltra sortem quid accipiatur. 1049
Vsurarij & alij multi non possunt promoueri. 164
Vsurario post mortem non est communicandũ. 1412
Vsuræ causa damni vitandi possunt peti. 1052
Vsuræ etiam secundũ leges nõ sunt dandæ. 1053
Vsurpare. 626
Vt dupliciter ponitur. 677
Vt, est consecutiuum. 462
Vtile per inutile quandoque vitiatur. 760
Vtile non debet per inutile vitiari. 2005
Vtilitas quando est fugienda. 265
Vtilitas. 354
Vtilitatẽ suã an possit quis præferre publicæ. 834
Vulnerans occidisse dicitur. 1378
*Vuiregeldum. 118:.& 1186
Vxor quæ à viro discessit,in tribus casib. sibi nõ restituitur. 1649
Vxor inconsultè dimissa est restituenda. 1518
Vxor adultera perdit dotem. 1653
Vxor & filij de bonis ecclesiæ pasci possunt. 58
Vxor clerici est de foro ecclesiæ. 161
Vxor à viro separata, sub qua cautione est ei restituenda. 1594
Vxor dans viro licentiam promouendi, vouere videtur. 7152
Vxor duplicem seruitutem viro debet. 1821
Vxor quę plures viros habuit, cũ quo sepelietur 1029
Vxor sequitur forum viri. 900
Vxor an teneatur sequi virum vagantem. 1029
Vxor viro leproso an debitũ reddere teneatur. 499
Vxor promoti an matrimonium contrahere possit. 162
Vxor potest accusare virum de adulterio. 1631
Vxori virum impotẽtem alleganti vtrum sit credendum. 1648
Vxori virũ petenti nõ semper fit restitutio. 462
Vxore adulteráte, an perdat vir ius exigẽdi. 1973
Vxorẽ occidere grauius est quàm matrem. 1654
Vxorem habens, nauiganti in periculis comparatur. 1176
Vxorem cognoscens cum qua votum emisit, incestum committit. 389
Vxores à viris per dominos nõ separentur. 1578
Vxores plures simul habere non licet. 1584
Vxores quare debent esse viris subditæ. 1820
Vxores ordinandorũ quid vouere debeant. 139
Vxores viris subsunt. 1497
Vxores clericorum si peccent, quid iuris. 166

X

Xenodochium. 1375

Z

Zelus domus tuæ comedit me, qualiter exponitur. 1325
Zelum bonum quidam ex Iudæis habuerũt. 1064
Zizania est à tritico separanda. 537

FINIS.

Source : BIU Cujas

EA DE QVIBVS LECTOREM PRINCIPIO VISVM EST ADMONERE, HÆC SVNT.

IN Ecclesia Romana omnium ecclesiarum magistra solitos esse asseruari conciliorum canones, & Pontificum decreta, ac ceteris ecclesiis communicari planè compertum est. Atque in vsu præcipue videtur fuisse collectio illa quam Nicolaus Papa in c. si Romanorum. dist. 19. Codicem canonum nominat: in quo continebantur canones, & regulæ illæ, quæ recensentur à Leone IIII. c. de libellis. distin. 20. Huius codicis tria manuscripta exemplaria Romæ habentur in Vaticana bibliotheca. Extat etiam impressus Moguntiæ An. Sal. M. D. XXV. Repertus est autem in vetustissimo Cardinalis Vercellensis codice Cresconij ad episcopum Liberinum quidam quasi nomocanon: in quo, cum pluribus causarum titulis propositis, exponatur deinde, quibus synodorum, ac Decretalium epistolarum locis causæ illę tractentur: capita capitibus, Mogũtini codicis, & numeri numeris optime respondent. Quæ quidem ì Cresconio adhibita diligentia satis indicat frequentissimum fuisse huius collectionis vsum: & hæc ea est, quæ in notationibus, quæ nunc eduntur, absolutè codex canonum vocatur. Ceterùm inter priuatos collectores, qui multo plura congerere studuerunt, perantiquus est, Isidorus: cuius collectio protenditur à canonibus Apostolorum vsque ad concilium Hispalense secũdum: habetúrque in duobus codicib. Vaticanæ bibliothecę, & vno monasterij Dominicani sanctæ Marię supra Mineruam: extat autem impressa in editionibus conciliorum, in antiquioribus quidem purior, in recentioribus autem, multis aliis conciliis, scriptísque admista. Isidorum hunc Igmarus Archiepiscopus Rhemensis in libro de synodis celeberrimum illum Hispalensem fuisse affirmat, à quo testatur etiam Trittemius librum Decretorum esse conscriptum: ac certe multa verba, quæ in præfatione huius collectionis leguntur, sunt in libro quinto Etymologiarum. In codice autem Dominicanæ biliothecæ initio præfationis ita legitur, Isidorus mercator seruus Christi lectori conseruo suo, &c. nec multo secus in Vaticanis: quo loco impressis est, Isidorus peccator seruus Christi, &c. Secutus deinde est (vt de iis primum, quorum opera typis excusa sunt, loquamur) Burchardus Vuormaciensis Episcopus Othonis III. & Henrici II. Bauari Imperatorũ ætate: qui non ordinem temporum, & prouinciarũ, vt Isidorus, sed rerum, & causarum sibi sequẽdum putauit. Iisdem vestigiis institit nõ ita multo post Iuo Carnotensis episcopus: sed exorta interim Berengarij hæresi multa ad illam confutandam pertinentia addidit, ac multa etiam præterea ex Pandectis, & Codice: dum de laicorum quoque officiis sibi agendum putat: quod Burchardo minus necessarium visum fuerat. Extant autem duo volumina Iuonis nomine inscripta, eandemque habentia præfationem: quorum vnũ, quod Pannormia, alterius, quod absolute Decretum inscribitur, quasi epitome quædam est. Verum in hoc eodem campo alij etiã grauissimi viri (quorum libri partim in publicis, partim in priuatis bibliothecis manuscripti habẽtur) Cresconius, Anselmus, Deusdedit Cardinalis, Gregorius presbyter, qui volumen suum Polycarpum inscripsit, alijque nonnulli præclarè se exercuerũt, suamque operam probauerunt. Nouissimus istorum omnium præter auctorem Pannormiæ (nam is recentior fortasse est) Gratianus Monachus Benedictinus non tantũ decretis colligendis, quod superiores fecerant, operam dedit: sed Iuonis fortasse præfatione excitatus eo potissimum incubuit, vt certis quæstionibus propositis, quid in vtramque partem ex canonibus, qui inter se nonnumquam pugnare videbantur, dici posset, ipse & afferret, & explicaret; omninoque eorum varietatem, quæ speciem dissensionis habebat, ad concordiam reuocaret. Ceterum in longo, ac perdifficili opere multa à parum æquis hominibus exagitabantur: nonnulla pij etiam & verecundi interdum desiderabant. Quamobrem ne huiusce vtilissimi & grauissimi codicis vacillaret auctoritas, placuit primum Pio IIII. ac subinde Pio V. & Gregorio XIII. (apud quem etiam huius perfecti operis, quemadmodum & aliarum maximarum rerum, laus fuit,) vt illi corrigendo summa opera daretur, menda librariorum tollerentur, si qua etiam in re Gratianus, vt homo, minus vidisset, modeste notaretur, ipsaque omnino capita suis auctoribus quã diligentissime restituerentur. Itaque & Romæ Vaticana bibliotheca, & monasterij Dominicani supra Mineruam, aliæque non paucæ excussæ sunt & ex alijs vrbibus, atque regionibus inuitati doctissimi homines, qui idem facerent, & si quid inuenissent, quod ad hanc rẽ pertineret, pro sua pietate libenter communicarent, atque ad Pontificem mitterent. Qua diligẽtia illud factum est, vt cum iam magnam partem suum vnicuique tributum sit, ac propterea intelligi plerumque possit, quæ synodorum generalium, quę summorum Pontificũ, quę prouincialium conciliorum, quæ Patrum decreta, ac sententiæ, atque inter hęc, quæ sanctæ Romanæ sedi probata sint, quæ minime, vix quisquam errare, atque incerta pro certis sequi, certa vero pro incertis suspecta habere posthac queat. Quod ad citationes auctorum pertinet, vbi error cuidens erat, aut nonnulla Gratiani exemplaria cum veriore, atque ab alijs collectoribus allata citatione consentiebant, sublatis falsis inscriptionibus veræ sunt restitutæ. Vbi verò, quamuis caput apud alium auctorem esset inuentum, fieri tamen poterat, vt illius quoque esset, quem Gratianus citaret (sunt enim haud raro decreta tralatitia, & sententiæ similes in bonis auctoribus) retenta Gratiani citatione satis visum est locum, vbi hodie habeatur, indicare. Et quoniam interdum aut capitis aliqua quidem pars illius auctoris est, qui citatur, aliqua verò minime, aut verba valde sunt mutata; id quoq; est indicatum, adscriptumq; præterea in margine, quo loco idem caput in glossa Bibliorũ ordinaria, in libris sentẽtiarum, & apud cæteros collectores habeatur, eos præsertim qui in huius operis emẽdatione magno vsui fuerunt. Animaduersum vero est multa olim fuisse (quorũ nonnulla hodie etiam habentur) homiliarum ex varijs auctoribus collectarum volumina: quib. homilijs nomen auctoris aut non esset præpositum, aut etiã mutatũ: quod decretorum collectorib. qui fontes adire in illa librorum penuria plerumque non poterant, errandi interdum dederit occasionem. Sępe etiam Gratianus multas Patrum sententias simul colligit, atque in vnum caput concludit, (quamuis in vulgatis codicibus plerũque in diuersa capita sint distractę, sed fere sine rubrica:) idque cum facit, non ipsa prorsus auctorum verba affert: sed arbitratu suo mutat, addit, imminuit, summatim complectitur: quod etiam Burchardus, & Iuo faciunt, cum citant hoc modò, ex dictis Augustini, ex dictis Hieronymi.

De Codice canonum.

De collectione Isidori.

Burchardus

Iuo.

Pannormia.

Cresconius

Anselemus.

Deusdedit cardinalis.

Gregorius ꝑsbyter au ctor Polycarpi.

GRATIANVS.

De citationibus.

In emendando textu, primum initia capitum ob vsitatas doctorum citationes non sunt mutata: sed vbi ab originali discrepabant: in margine, aut in notatione est indicata germana lectio. Deinde hæc glossæ ipsius habita ratio est, vt nihil in textu sit mutatum, vbi mutatio ipsa impeditura erat, quominus quid sibi auctor glossæ voluisset, animaduerti possit: sed eodem modo aut in margine, aut in notatione mendum est indicatum. Vbi verò hæc non obstabant, hæc fere seruata corrigẽdi ratio est: vt si videretur voluisse Gratianus auctorum, quos citaret, ipsa prorsus verba referre, ea ex ipso originali emendarentur, & interdum etiam non leui proposita vtilitate, ali-

De emendatione textꝰ.

Source : BIU Cujas

quã adderentur: niſi ſicubi vulgata lectio viſa eſt melior: nam tunc illa retenta notatum eſt, quomodo originale ipſum habeat. Sin autem Gratianus non eadem prorſus verba afferre voluerat, ſed aut in ſummam quãdam ipſa redigere, aut ab alijs redacta, vt ab auctore gloſſæ ordinariæ, ab Iuone, & alijs collectoribus referre, tunc nihil fere emendatum, vel additum eſt: niſi fortè Patris illius, vnde collector acceperat, reſtituta lectio magnam afferre viſa eſſet vtilitatem: multiſque locis id notatũ eſt, & verba ipſius originalis allata: vt lector identidem in memoriam huius adhibitæ cautionis reuocãretur, & labore ad originalia adeũdi leuaretur. Quòd ſi idem caput ex pluribus vicinis alicuius Patris locis confectum eſt; (nam quæ multum diſtabant, ſatis plerumque fuit in margine indicare) adiectæ ſunt in textu particulæ illę, & ſuprà & infrà: ſcilicet, vbi ſeriem & nexum collectionis impedituræ non erant. Vbi verò Gratianus ipſe loquitur, ex manuſcriptis huius libri exemplaribus pura, germanaque lectio eſt reſtituta. In codice canonum capita, quę ex græcis ſynodis recitantur, ſunt à Dionyſio Exiguo in linguam latinam conuerſa: cuius præfatio manuſcriptis ipſius codicis exemplarib. præpoſita legitur. Iſidorus autem partim hac ipſa Dionyſij verſione, quamquam raro, partim fortaſſe priſca illa, cuius mentionem in præfatione ſua Dionyſius facit, vſus eſt aut integris, aut aliquantulum immutatis, partim etiam alijs, quæ tunc, vt ipſemet Iſidorus teſtatur, extabant, hodie, præter quam apud iſtos decretorum collectores non extant. Quocirca mirandum magnopere non eſt, ſi cæteri collectores, & omnium ferè poſtremus Gratianus, qui & codicem illum canonum, & Iſidori collectionẽ, & alias etiam habebant, eumdem canonem non ſemper ex eadem verſione recitent. Qua de re ſæpe in notationibus lector eſt admonitus, & vbi neceſſarium viſum eſt, græca canonis verba cum verſione noua ſunt allata: idemque in cæteris Patrum græcorum ſententijs factum eſt. De nomine Paleæ ſunt variæ doctorum hominum ſententiæ. Multi ea capita, in quibus res inanes ac leues continerentur, hoc nomine appellari cenſuerunt: alij quaſi τὰ παλαιὰ, ideſt antiqua: alij quaſi additiones quaſdã, deriuata, aut potius deprauata voce ab aduerbio πάλιν. ideſt, rurſum, quo ſcriptores etiã latini tempore Gratiani vterentur. Verum Ioannes Andreæ in addition. ad Spec. tit. de diſputation. & allegatio. prope finem (quem Imola in rubr. de verbor. obligatio. Alexandrinus in proœmio Decre. Iaſon in rub. tit. de actio. & alij ſunt ſecuti) putat quemdam Protopaleam, quem Iaſon addit Cardinalem fuiſſe, collectioni Gratiani capita hęc adiunxiſſe. Atque vt in re tam incerta aliquid ſaltem coniectura poſſit, exponetur, quid in collatis exemplaribus obſeruatum fuerit. In tribus, quæ ſunt antiquiſſima, & videntur ſcripta paulò poſt Gratiani ætatem, pauciſſima ex huiuſmodi capitibus habentur. In vno valdè emendato ſunt appoſita in margine ſine vlla nota, ſed non omnia, quæ in impreſſis: quamuis viciſſim in illo additiones aliquæ ſint, quæ in his non habentur. In alio literis perantiquis deſcripto, Paleæ ipſę recentiori ſcriptura toti volumini præponuntur. In cæteris habẽtur aut omnes, aut pleræque, & partim quidem cum paleæ nomine, partim verò ſine vllo à cæteris capitibus diſcrimine. Ex qua obſeruatione illud videtur poſſe colligi, has paleas eſſe additiones non eodem tempore factas ad primam collectionem Gratiani, in margine primum adſcriptas, ac nonnullis fortaſſe ab ipſomet Gratiano, vt fit, inter componendum, aut relegendum: quas deinde librariorum quidam omiſerint, quidam in contextu poſuerint, interdum cõiunctæ cum prioribus capitibus, interdum cum aliquo diſcrimine. Falſam verò eſſe illorum opinionem, qui eas cõtemnendas putãt, ex eo conſtat, quòd multæ & in Decretalibus, & apud vetuſtiores Gratiano collectores habentur: quod ſuis locis indicabitur. In pleriſque vetuſtis huius collectionis exemplaribus hæc tamquam inſcriptio rubris litteris poſita eſt, Cõcordia diſcordantium canonum, addita in quibuſdam dictione, Incipit, ſine vlla Gratiani mentione. Verũ in Vaticano illo vetuſtiſſimo, cui voluminis ipſius initio recentiori ſcriptura paleas eſſe præpoſitas dictum eſt, ante ipſas paleas eſt hic titulus, Decretũ Gratiani monachi ſancti Felicis Bonoñ. ordinis ſancti Benedicti, compilatum in dicto monaſterio Anno Domini Milleſimo cẽteſimo quinquageſimoprimo, tempore Eugenii Papæ tertij. In alijs verò duobus codicibus, in extremo eſt. Explicit Decretum compilatũ à Gratiano monacho monaſterij ſancti Felicis de Bononia. In chronico, quod inſcribitur. Pomerium Eccleſię Phauennatis, qui liber in Bibliotheca Vaticana ſeruatur, hæc de Gratiano leguntur, Anno Chriſti milleſimo centeſimo quinquageſimo primo, Gratianus monachus de Claſſa † ciuitate Thuſciæ natus Decretum compoſuit apud Bononiam in monaſterio ſancti Felicis. Idẽ teſtatur Hugutio vetuſtiſſimus huius codicis interpres, ſecunda quæſtione ſexta, ca. poſt appellationem. & Vincentius in libro Hiſtoriarum bis, ſemel libro vigeſimotertio, ca. trigeſimoprimo, loquens de Iſidoro, & iterum libro vigeſimoquinto, c. octuageſimoquarto, agens de Iuone, & alijs Decretorum collectoribus: & ſanctus Antonius par. 3. hiſtor. ti. decimooctauo, c. 6. Trittemius verò in libro deſcriptoribus eccleſiaſticis Gratianũ agnoſcit huius collectionis auctorem: itemque in libro ſecundo de viris illuſtribus ordinis ſancti Benedicti: quo tamen loco addit (ipſam fortaſſe operis inceptionem ſpectans) fuiſſe ab eo compoſitum Anno Domini Milleſimo centeſimo vigeſimoſeptimo. Hanc collectionẽ Innocentius tertius in epiſtola ad Archiepiſcopum Compoſtellanum vocat corpus Decretorum. Ob has igitur auctoritates, & receptam apud omnes opinionem in prima huius voluminis pagina præpoſitus eſt titulus nomine Gratiani. Quod ad gloſſas pertinet, quæ pios & catholicos auctores habuerunt; quæ in illis errata paulò maioris ponderis pro humani ingenij infirmitate obrepſerunt, ea in margine ſunt notata, & quid Catholice ſentiendum ſit, oſtenſum eſt. Hæ autem notę, quibus aſteriſcus affixus eſt, neceſſario poſthac in omnibus impreſſionibus apponendæ erunt.

De verſionibus.

De paleis.

De titulo.

† Alij, Cluſio, alij Ginſa.

De notationib. in gloſſas.

Source : BIU Cujas

INDEX LIBRORVM QVI VARIIS EX LOCIS SVNT HABITI.

A

Ambrosij sermones aliquot, q adhuc non extãt impressi, ex bibliothecis Vaticana, & monasterij Mediolanensis sancti Ambrosij.

Anselmi collectio canonũ ex Vaticana, & Hieronymi Parisetti.

Alexãdri ij. epistolę aliquot, partim missæ ab Antonino Augustino archiepo Tarraconẽsi, partim ex bibliothecis, Vaticana, Nicolai Ormanetti episcopi Patauini, Michaelis Thomasij episcopi Ilerdensis.

Anastasij bibliothecarij chronicõ, & versio septimę synodi, & octauæ sub Hadriano ex Vaticana, & Cardinalis Sirleti.

B

Bonifacij Papæ concilium ex Hispania ex vetusto codice monasterij Populeti.

Bonifacij martyris epistola ex bibliotheca monasterij B. Mariæ supra Mineruam.

C

Cresconij Nomocanon ex bibliotheca Cardinalis Versellensis.

Capitula aliquot Põtificum ex eodẽ codice monasterij Populeti.

Capitularium liber septimus, & capitularia adiecta missa à Iacobo Amioto episcopo Antissiodorensi ex bibliotheca ecclesiæ Belluacensis.

Collectio decretorum Romanorum pontificũ ab Augustino archiepiscopo Tarraconensi.

Codex canonum, qui apud veteres pontifices in vsu fuit, vt Vaticana, Dominicana, & Cardinalis Sirleti.

Collectio canonum incerti auctoris ex Vaticana.

Collectio canonum ex bibliotheca ecclesiæ Mutinensis.

Collectio canonum pœnitentialium incerti auctoris ex bibliotheca Michaelis Thomasij episcopi Ilerdensis.

Conciliorum Hispanienſium, & Carthaginenſium varietates lectionis ex bibliothecis regis catholici Lucensi, & Soriensi à Cardinali Quiroga.

Contij Camerarij liber de formis iuramentorum ex bibliotheca Achillis Stathij.

Concilij alicuius fragmẽta quædam post Anselmi collectionem in codice Hieronymi Parisetti.

Cypriani operum exemplaria ex Vaticana, & monasterio sancti Saluatoris Bononiensi.

D

Decreti huiꝰ vndeuigĩti exẽplaria manuscripta, partim sine glossis, partim cũ glossis, duodecim quidẽ ex Vaticana, reliqua verò ex bibliotheca Marcelli Papæ ij. Cardinalium Versellensis, Sirleti, Michaelis Thomasij episcopi Ilerdẽsi, Achillis Stathij.

Decretorum excepta ex bibliotheca sancti Trudonis ab Alberto Leonino nomine vniuersitatis Louanienſis.

Deusdedit Cardinalis collectio canonum, & libri quatuor de rebus ecclesiasticis ex Vaticana.

E

Eugenij ij. ꝯcilĩũ ex Vaticana, & tertij ex Vaticana, & ex Gallia.

Emeritense concilium à Cardinale Quiroga.

Ephesini concilij primi antiqua versio ex Vaticana.

F

Fulberti episcopi epistola descripta vetusto codice ecclesiæ Belluacensis à Iacobo Amioto episcopo Antissiodorensi.

G

Gregorij iij. epistola ex bibliotheca monasterij supra Mineruã.

Gelasij scripta quædã, & aliorũ Pontificũ epistolæ ex Vaticana.

Gelasij epistola ab Antonino Augustino archiepo Tarraconẽsi.

Gregorij j. epistolæ manuscriptæ ex Vaticana, & epi Ilerdensis.

Gregorij vij. regestum ex Vaticana, & multis priuatis.

Gregorij iiij. epistola ad vniuersos episcopos per Galliam, &c. ex bibliotheca monasterij supra Mineruam.

Gregorij x. epistola ad regem Armeniorum ex bibliotheca Cardinalis Sirleti.

Græcorum patrum cõmentarij in sacram scripturã, aliaq; eorũdem scripta, & concilia ex Vaticana.

H

Humberti legati Leonis ix. ad libellum Nicetæ contra Latinos responsio ex monasterio S. Mariæ nouæ.

I

Isidori Hispalensis operum codex ex monasterio Neapolitano sancti Augustini Carbonaria.

Isidori collectio canonũ ex Vaticana, & Dñicana supra Mineruã.

Ioannis viij. epistolæ ex Vaticana.

Isidori collectionis canonũ præfatio alia à vulgata, missa ab archiepiscopo Tarraconensi, & Aluaro Gomez ex bibliotheca ecclesiæ Toletanę.

Isidori epistola ad Lanfredum ex bibliotheca supra Mineruam.

Innocentij ij. concilium ex Vaticana.

Isidori Hispalensis regula monachorum ex Hispania.

L

Leonis iiij. epistolæ duæ, vna ex bibliotheca M. Antonij Mureti, altera ex bibliotheca Francisci Turriani.

Leonis ij. epistolæ à Cardinale Quiroga ex vetusto codice regiæ bibliothecæ.

Leonis iiij. concilium ex Vaticana.

N

Nicolai primi plures epistolæ ex bibliotheca supra Mineruam.

Nicolai concilium aduersus Ioãnem Rhauennæ archiepiscopũ, ex bibliotheca ecclesiæ Mutinensis.

Nicolaus ad consulta Bulgarorum ex Vaticana.

P

Pontificalia manuscripta ex Vaticana, & Cardinalis Sirleti.

Polycarpus, id est, collectio canonum Gregorij presbyteri ex Vaticana.

Petri Damiani oratio de priuilegio sedis Apostolicæ, & disceptatio inter regium aduocatum, & Romanæ ecclesiæ defensorem ex bibliotheca Cardinalis Sirleti.

Paschalis primi epistola & decreta ex bibliotheca Ormanetti episcopi Patauini, & fragmentum cõcilij apud Guardastallum ex Vaticana.

R

Rhemense concilium in pago Trosleiano habitum, missum ab episcopo Antissiodorensi.

S

Scriptum de moribus, vita, & morte Agapiti ex Vaticana.

Stephani v. epistola in collectione canonum incerti auctoris ex Vaticana.

Sanctorum vitæ ex bibliotheca S. Mariæ maioris.

Stephani iiij. concilium in collectione Deusdedit Cardinalis ex Vaticana.

Synodus octaua ex bibliotheca Cardinalis Sirleti, & Vaticana.

T

Ticinense concilium à Iacobo Amioto episcopo Antissiodorẽsi.

Theodulphi capitula ex bibliotheca M. Antonij Mureti.

Theophanis cronicon ex Vaticana.

Toletanæ ecclesiæ priuilegiorum liber ex Hispania.

Toletana concilia xiiij. xv. xvj. xvij. à Cardinali Quiroga, & xvj. etiam à Petro Pontio episcopo Placentino.

V

Vrbani ii. concilium Placentinum, & fragmentũ alterius ꝯcilij, & epistola L. ꝓposito sancti Iuentij ex Vaticana, Synodꝰ apud Melphiã ex Vaticana, & à Iacobo Pãmelio canonico Brugẽsi, & ꝯcilij Clare montensis apud Aluerniam summæ capitum à Francisco Ricardotto episcopo Atrebatensi ex vetusto codice Lamberti episcopi Atrebatensis, eiusdemque concilij fragmentum à Iacobo Pammelio.

Z

Zozimi, & eꝑorum Africanorũ ad ipsum epistolæ ex Vaticana.

Zachariæ decreta ex bibliotheca Ormanetti episcopi Patauini, Synodus Romana ex Vaticana, Francica ex Dominica supra Mineruam.

Hæc sunt, quorum nunc memoria suppetit. Ceterùm & alia aliunde habita: & omnium fere librorum, quorum in hoc opere mentio fit, editiones cum manuscriptis codicibus Vaticanæ, & aliarum bibliothecarum diligenter collati sunt.

Source : BIU Cujas

GREGORIVS
PAPA XIII.

Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis, ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem.

EMendationem Decretorum,locorumque à Gratiano collectorum, (erat enim is liber mendis, & teſtimoniorũ deprauationibus pleniſſimus,) à nonnullis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris optimo cõſilio ſuſceptam, ſelectiſque ad id negotium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus,& alijs eruditiſſimis viris adhibitis commiſſam, multis autem, varijsque impedimentis hactenus retardatam, nunc tandem vetuſtiſſimis Codicibus vndique conquiſitis, auctoribusque ipſis,quorum teſtimonijs vſus erat Gratianus, perlectis, quæque perperàm poſita erant, ſuis locis reſtitutis, magna cum diligentia abſolutam, atque perfectam, edi mandauimus.In quo magna ratio habita eſt operis ipſius dignitatis, & publicæ eorum præſertim,qui in hoc ſtudio verſantur,vtilitatis.Iubemus igitur, vt quæ emendata, & repoſita ſunt, omnia quàm diligentiſſimè retineantur,ita vt nihil addatur,mutetur,aut imminuatur. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die ſecunda Iunij. M. D. LXXXII. Pontificatus noſtri Anno vndecimo.

ANT. BVCCAPADVLIVS.

CONCOR

CONCORDIA DISCORDANTIVM Canonum,

AC PRIMVM[a] DE IVRE DIVINAE & humanæ constitutionis.

DISTINCTIO PRIMA.

ps 1. HVmanum genus[a] duobus[b] regitur, naturali[c] videlicet iure, & moribus.[d] Ius naturale est, quod in lege & Euangelio cõtinetur: quo quisque iubetur aly facere, quod sibi vult[e] fieri, & prohibetur[f] alij inferre[g], quod sibi nolit fieri. Vnde Christus in Euangelio[h]: (Omnia quæcumque vultis[i] vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Hæc est enim[k] lex & Prophetæ.)

Hinc[l] *Isid. in v. lib. etymolog. c. 2. ait.*

NOT. a ¶ Ac primum.] *Hoc loco in manuscriptis codicibus magna est varietas. Nam partim nulla est hoc loco inscriptio: partim vero legitur,* De iure scripto, & non scripto, & quod cui pręponatur, & legum auctoribus, & duorum malorum electione, siue dispensatione. *Aut,* Ac primum de iure constitutionis naturæ diuinæ, & humanæ. *Aut,* De iure naturæ, & humanæ constitutionis, *quam Dominic. de Gem. agnoscit, & extat in nonnullis antiquioribus editionibus. Aut,* De iure naturę, & constitutionis: *quæ inscriptio maxime videtur conuenire tractationi Gratiani, qui sæpe ad hæc capita reuertitur, vt initio dist. 5. 7. 8. 15. & 11. q. 1. c. si quæ causa. hunc totum locum indicans scribit*: Requies in principio, vbi differentia signatur inter ius naturale, & ius constitutionis. *Verumtamen in hac tanta varietate, quæ, vt aliæ coniecturæ mittantur, argumento esse potest, nullam hic à Gratiano ipso positam esse rubricam, satis visum est retenta vulgata lectione cæteras indicare.*

¶ Diuinæ leges, natura, humanæ moribus constant. C. I.

OMnes leges[m] aut diuinę sũt, aut humanæ. Diuinæ natura, humanæ moribus constant: ideoque hę discrepant[n], quoniam aliæ aliis[o] gentibus placent. ¶ Fas lex diuina est: ius lex humana. ¶ Transire per† agrum alienum[p] fas est[q], ius non est.

Ex verbis huius auctoritatis euidenter datur intelligi, in quo differant inter se lex diuina & humana, cum omne quod fas est, nomine diuinæ vel naturalis legis accipiatur, nomine vero legis humanæ, mores iure conscripti, & traditi intelligantur. Est autem ius genera le nomen, multas sub se continens species. Vnde in e. lib. etym. c. 3. Isid. ait.

¶ Ius genus, lex autem species est. C. II.

IVs generale[r] nomen est, lex autem iuris est species. Ius autem est dictum, quia iustum est. Omne autem ius legibus, & moribus constat.

a ¶ *Humanum genus.*] Tractaturus dominus Gratianus de iure can. primo incipit à simplicioribus secundùm naturam, s. à iure naturali, "quod antiquius & dignius est[a]. Cœpit enim ab ipsa rationali creatura, vt inst. de rer. di. §. commodius. Assignat ergo multas differentias iuris naturalis ad alia iura, vsq; ad 15. dist. in qua aggreditur principale propositum de iure can. originem eius assignans.

"Ius natur. reliquis antiquius est.

a Vt 5. dist. c. j. in prin.

b ¶ *Duobus.*] Signatur contrarium. j. 96. distin. duo. sed illis duobus regitur tamquam auctoribus, istis tamquam instrumentis. 11. q. 1. c. sicut enim. §. ex his.

b Idẽ Ale. đ Im. in l. milis. C. de testa. mil.

c ¶ *Naturali.*] id est, diuino[b].

d ¶ *Moribus.*] id est, consuetudinario iure, vel etiam iure humano, siue scripto, siue non scripto. 25. q. 2. institutionis.

e ¶ *Vult.*] Sed nonne ego volo quòd alter det mihi rem suam, non tamen ego volo ei dare rem meam? Expone ergo, "vult, i. debet vel le. & sic exponitur ibi, Habe charitatem, & fac quod vis. & sic exponitur lex. ff. de sol. l. j. vel expone, iubetur, i. consulitur[c]. sic econuerso verbum rogandi pro verbo præcipiendi ponitur 11. q. 3. rogo.

"volo, i. vel le debeo.

cCõsulitur, & male, qa oĩno p̃ceptũ est, s; expõe, vult ex eodẽ naturali dictamine, ñ aũt ex pturbõe cõcupiscẽtiæ.

f ¶ *Prohibetur.*] Nunquam inuenimus expresse prohibitum in lege, vel in Euangelio, nisi per quandam consequentiam. Nam vbi vnum contrariorum præcipitur, per consequens aliud prohibetur: sic vbi aliquid iudicatur meum esse, per cõsequens iudicatur tuum non esse. ff. de proc. Pomponius. §. 2.

g ¶ *Inferre.*] Sed nonne iudex vult inferre mortem reo, sed tamen non vult vt sibi mors inferatur? Sed dic, " quòd iudex non infligit mortem, sed lex, vt 23. q. 5. homicidas. & c. cum homo. Vel intelligas hæc omnia de operibus misericordiæ, ad quæ quilibet tenetur, vt 86. dist. non satis. Ioan.

" Iudex nõ cõdemnat, sed lex.

h ¶ *In Euangelio.*] Matth. 7.

i ¶ *Vultis.*] id est, debetis velle.

k ¶ *Hæc est enim.*] id est, in his consistit. sic ponitur ibi, Deum time, & mandata eius obserua: hoc est omnis homo. Eccl. 12. de pœn. dist. 2. charitas.

l ¶ *Hinc.*] Ad probandam diuisionem supradictam.

Matth. 7.

OMnes leges.] Casvs. Cap. istud diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quòd legum aliæ sunt diuinæ, aliæ humanæ: diuinæ natura, humanæ autem moribus constant: & quia mores hominum sunt diuersi, propter quos humanæ leges statuuntur, ideo humanæ leges discrepant; quoniam aliæ aliis placent, & aliæ aliis. In secunda parte dicitur, quòd hoc nomine, fas, lex diuina: hoc nomine, ius, lex humana continetur. In tertia parte dicitur, quòd transire per agrum alienum fas est, id est iure diuino permittitur: ius autem non est, id est, non permittitur iure humano. Secunda pars incipit ibi, *Fas.* Tertia ibi, *Transire.*

m ¶ *Omnes leges.*] id est, omnis lex. " & ponitur plurale pro singulari. si enim demõstrares duas leges, vnam diuinam, & aliam humanam, non potest vere dici, istæ leges aut sunt diuinę, aut humanæ. Et valet talis interpretatio in rescriptis quandoque cum ita scribitur: si ista vera sunt, id est, si hoc verum est, & si illud verum est, sic ext. de ap. significauit. in fi. & extr. de præben. cum iam dudum. & ext. de rescr. ex parte. sic j. 2. q. 1. in primis[d]. & ff. de cond. & dem. falsa. & ff. de stat. ho. summa.

" Plurale in singulare resoluitur

d Ibi, si alij accusatores, &c.

n ¶ *Discrepant.*] Non tamen sunt contrariæ. nam transire per agrum alienum diuina lex permittit, humana prohibet, " sed prohibitio & permissio non sunt contrariæ. nam Dominus permittit vxorem infidelem dimitti, Apostolus prohibet, vt 28. q. 1. iam nunc.

† *per alienũ*] i Isid. manu.

" phibitio & permissio contraria non sunt.

o ¶ *Aliis.*] vt j. 12. dist. illa. & j. 32. distin. placuit.

p ¶ *Alienum.*] " Sed nonne iure naturali omnia sunt communia, vt j. c. ius naturale. & j. dist. 8. quo iure. non ergo aliquis ager alienus est, ideo expone, alienum, id est, qui est alienus modo.

" Oĩa sunt cõia iure naturali.

q ¶ *Fas est.*] id est, æquum est[e] cum subest causa, & innoxius est transitus, vt 23. q. 2. c. vlt. Item iure diuino licitum est comedere vuas in agro alterius, sed non exportare: conterere spicas & comedere licitum est. 6. q. 3. c. 1. sed non mittere falcem, vt j. de cons. dist. 5. discipulos. sed licet sit æquum iure diuino, tamen non est ius, id est, ius non dat ciuilem actionem. Vbi enim aliquid mihi prodest, & tibi non nocet, æquum est vt mihi non prohibeas, licet ius ibi deficiat, vt ff. de aq. plu. arc. in summa. §. item Varus. Transire tamen per agrum alienum licet in casibus, s. si seruitutem debeat, vt C. de serui. per agrum. Item si thesaurum suum quis vult effodere. ff. ad exhib. thesaurus. in fin. Item si glans mea decidit in agruum tuum. ff. de glan. leg. l. vnic. & dum quæro hominem fugitiuum. ff. de ser. fug. diuus. & in alio casu. 23. q. 2. c. vlt. Item dum via publica destructa est, vt ff. quemad. ser. am. si locus. §. vlt. Ioan.

e Vel dic, i. licitum est, s. dño ñ phibẽte. phibitio eĩ dñi tollit hãc pmissionẽ. Et dicas licitũ esse ei ĩ sua natura, & à iuŕ naturali pmisũ, & à l. Mosaica. nã ius positiuũ ex constõne licitũ est, ñ semp æquũ est, sẽcũdũ Laur.

EX VERBIS. Casvs. Concludit Gratianus ex supradicto c. differentiam esse inter legem diuinam & legem humanam: cum omne quòd fas est, nomine diuinę vel naturalis legis intelligatur: nomine vero legis humanæ mores conscripti & traditi intelligantur. In fine dicit, quòd ius est generale nomen multas continens species: & hoc probat per sequentia.

IVs generale.] Casus trium capitulorum sequentium planus est, & per te videbis.

r ¶ *Ius generale.*] quia iustum est: nec iudex dicitur nisi iustus sit, vt 23. q. 2. c. 1. Quandoque est aliquod ius quod non est æquum nec iustum, vt si alicuius vxor adulteratur, quòd ille non possit promoueri, vt 34. dist. si cuius. quod intelligo si ille postea cognouerit eam[f]: quia sine culpa sua puniri non debet, vt 16. q. 7. inuentum. Item æquum & iustum est, vt nemo cum alterius iactura locupletetur, vt extr. de pœn. suam. & ff. de cond. ind. nam hoc. & tamen contra illam ęquitatem inducta est vsucapio siue prescriptio. Item iniquum est vt vnus puniatur pro alio: quia non debet vltra progredi pœna quam reperiatur delictũm, vt extr. de his quæ fi. à ma. par. cap. quęsiuit. tamen contra hanc æquitatem multa iura loquuntur, vt 1. q. 4. ecclesia. §. item ex peccato Achor. & 6. q. 1. sunt plurimi. §. verum. & extr. de spons. non est vobis. " Sed dic quòd in omnibus casibus ex causa & pro bono pacis vel publico inducitur quandoque rigor contra naturalem ęquitatem: quandoque tamen sine ratione inducitur rigor cõtra æquitatem: & hoc solum pro ratione sufficit, quòd ita scriptum est, vt ff. qui & à quib. manu. lib. non fi. prospexit.

f Siue scienter, siue ignoranter.

"Rigor qñque pfertur æquitati.

Source : BIU Cujas

¶ Quid sit lex. C. III.

1 LEx est [a] constitutio scripta.

¶ Quid sit mos. C. IIII.

R*Egula.*] Casvs. Regula dicta est, eo quod recte ducit:nec aliorsum nos trahit quam ad rectitudinem. Alij dixerunt regulam esse eo quòd regat, vel quod normam viuendi præbeat, vel prauum corrigat.

m ¶ *Aliorsum.*] Ergo si regula nunquam trahit aliorsum,omnis regula est ius.male ergo dicit lex quæ ita diffinit regulam. Regula est quæ rem breuiter enarrat,non vt ex ea ius fiat. ff.de reg.iur.l.1. Ad hoc dicas quòd si illud appellas regulam , in quo aliquid generaliter stat

d Et habere præmium. C.qui mor. ad onus tutelæ [d]. Instit.de excusa.tu.in prin. Vel aliter constitutum ie excu.l.1.

g ¶ *Præmia.*] Hæc fuerunt præmia,quòd si quis haberet Romę tres filios, in Italia quatuor, in prouincia quinque, non poterat vocari est, quòd si quis habet minus quam xxv.an. excluditur ab honori-

Source : BIU Cujas

ter ſtatuitur non adiunctis exceptionibus, ſecundum hoc ex regula non ſumitur ius: & ita loquitur lex. ſed ſi appellas regulam id quod includit in ſe ſuas exceptiones, ſecundum hoc regula nunquam fallit: & ita ſumitur hic.

PORRO. Hæc eſt ij. pars diſtin. in qua diſtinguitur inter concilia prouincialia, & generalia, & priuilegia. Io. de Fan.

Casvs. facit hic Grat. quandam diſt. ſ. canonum alij ſunt decreta Pontificum, alij ſunt ſtatuta conciliorum vniuerſalium, alij sũt ſtatuta ꝓuincialium conciliorũ, quæ quandoque fiunt auctoritate Papæ vel patriarcharum, vel archiepiſcoporum. & hæc quidem generales regulæ dicuntur. Sunt autem quædam priuatę leges, quæ priuilegia appellãtur. & ad hoc inducit ſeq. cap. cuius caſus planus eſt.

a ¶ *Legato.*] Ad hoc ſpecialiter deſtinato.

" Legatus vtrũ poſſit cõcil. facere

" licet enim aliquis ſit generalis legatus, non tamen poteſt facere generale, vel etiam prouinciale concilium: quia ea quæ ſpecialiter Romano Pontificí conceduntur, mandata generali iuriſdictione non transferuntur, vt extra de off. le. ꝯ tranſlationem. & mandata generali iuriſdictione concilium non poteſt exercere is cui mandatur, vt ff. de of. eius cui man. eſt iu. l. 2. " Sed nunqd metropolitani in ſuis conciliis poſſunt condere canones? Nõ videtur,

" Metropolitani vtrũ poſſint canones condere.

vt ĩ. 17. diſt. nec licuit. & c. ſeq. Arg. contra. ĩ. 11. diſt. catholica. & de conſe. diſt. 3. c. 1. Dicas

aHãc ſnĩam hic t3 Hug. not. 18. diſt. in ſum.

[a] quòd de paruis negotiis, & de his quæ ſpectant ad onus, poſſunt condere canones: de magnis rebus non poſſunt, vt 17. diſt. multis. & 24. q. 1. quotiens.

Additio. Et de hoc no. 18. diſt. in ſumma. & hanc ſequitur de verbo ad verbum. Ioan.

" Priuati dupliciter dĩr

b *Priuilegia.*] *Priuatorum.*] " Priuati dicuntur proprie qui non ſunt conſtituti in aliqua dignitate, vt 24. q. 1. qui contra. Sed hic priuati dicuntur omnes exempti à iure communi: ſiue ſit collegium, ſiue aliqua ſpecialis perſona. 7. q. 1. petiſti. " Hic patet ratio quare verba poſita in priuilegiis potius pronuntur cauſaliter quàm conditionaliter, cum dicitur, ſicut iuſte poſſides. ſi illud verbum inuenis in priuilegio, exponas, ſicut, pro qa. & hac ratione, quia cum priuilegium ſit lex, & lex debet eſſe certa, vt ĩ. diſtin. prox. c. erit. & verba priuilegij debent eſſe certa [b]. hanc rationem aſſignat Innoc. extra de ver. ſig. abbate. & ſuper verſ. præteriti temporis moram.

" Priuilegiorum verba cauſaliter ponẽda sũt.

bAliàs inutile eſſet priuilegiũ. ext. de priuil. in his. arg. ff. đ le. j. ſi qñ. Io.

c ¶ *in priuato.*] id eſt, in priuatis.

OFFICIVM. Hæc eſt iij. pars, in qua dicit quid ſit officium legis. Ioan. de Fan. Casvs. Dicitur quòd officium legis eſt præcipue neceſſaria prohibere mala: permittere licita, & quandoque illicita, ne grauiora fiant.

Omnis autem.] Casvs. Dicitur hic quòd quadruplex eſt officium legis. aut enim permittit aliquid, vt ſi vir fortis præmium petat: aut vetat, vt monialium petere nuptias: aut punit, vt qui cædem fecerit, capite plectatur: aut præcipit, vt diliges Dominum Deum tuum.

" pmiſſio fit tripliciter.

d ¶ *Permittit.*] " Tribus modis dicitur aliquid permitti. Vno modo quod nullo iure prohibetur, vt ſecundas nuptias contrahere, vt 31. q. 1. hac ratione. Secundo modo quod contra conſtitutiones humanas indulgetur, vt contrahere in quinto gradu, vt 35. q. 3. quædam. & eſt hæc vera permiſſio: & dicitur abſoluta permiſſio. Tertio modo dicitur illicitum permitti, vt magis illicitum vitetur, vt confeſſationes die dominico, vt diſt. 4. deniq;. & permittitur adulterium, ne fiat homicidium, vt 33. q. 2. ſi quod verius. & permittitur ſubdiacono habere vnam fœminam, ne peccet cum pluribus, vt extra qui

" Permiſſio cõparatiua.

cler. vel vo. ſignificauit. & " hæc dicitur comparatiua permiſſio [c]: ſed potius appellatur tolerantia, quàm permiſſio. & ſecũdum hanc

c De hoc loquitur 26. q. 2. hi qui.

permiſſionem dicit canon quòd ea, quæ permittimus, non approbamus, vt 31. q. 1. hac ratione. & ſecundum hanc permiſſionem dicit decretal. quòd multa toleramus quæ ſi in iudicium deduceremus, caſſarentur, vt extra de præben. cum iam dudum.

e ¶ *Vt qui cædem.*] " Sed nunquid iudex eccleſiaſticus poteſt taliter dictare ſententiam in cauſa ſanguinis: cum nec cauſis ſanguinum poſſit intereſſe, vt 23. q. 8. his à quibus. Sed dic ꝯ iudex eccleſiaſticus poteſt dicere ius interroganti: ſed non poteſt illud præcipere vel conſulere. ſic. 5. q. vlt. delatori. 23. q. vlt. peſſimam. Ioan. ſed videtur hodie correctum de exceſſ. præl. ex litteris. B.

" Iudex eccleſiaſticus, an de cauſa ſanguinis ſe intromittat

fecerit [f], capite plectatur: eius [g] enim præmio [h], aut pœna vita moderatur [1] humana: diuina [A] autem præcipit [k], vt [Diliges Dominum Deum tuum.

A ¶ Diuina.] *Hinc vſque ad finem non ſunt in codicibus Iſidori: neque in aliquot exemplaribus vaticanis Gratiani. In aliis vero, omiſſa voce* diuina, *legitur* aut præcipit, vt diliges dominum Deum tuum.

DISTINCTIO IIII.

ps 1

Auſa[1] *vero conſtitutionis legum eſt, humanam coercere audaciam, & nocendi facultatem refrænare: ſicut in eod. lib. c. 20. Iſidorus teſtatur dicens.*

¶ Quare leges factæ ſint. C. I.

FActæ ſunt autem leges, vt earum metu humana coerceatur [m] audacia, tutaque [n] ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplico refrænetur nocendi facultas.

2 ps *Præterea in ipſa conſtitutione legum, maxime qualitas conſtituendarum eſt obſeruanda, vt contineant in ſe honeſtatem, iuſtitiam, poſſibilitatem, conuenientiam, & cetera, quæ in eod. lib. Iſidorus enumerat dicens.* [1]

¶ Qualis debeat eſſe lex. C. II.

2 ERit autem lex honeſta [o], iuſta [p], poſſibilis [q], ſecundum naturam [r], ſecũdum patriæ conſuetudinem [s], loco [t] temporique [u] conueniens, neceſſaria [x], vtilis [y], manifeſta [z] quoque, ne

f ¶ *Fecerit.*] vt de pœ. diſt. 1. ſi quis cũ telo.

g ¶ *Eius.*] id eſt, legis, *Deut. c.*

h ¶ *Præmio.*] id eſt, permiſſione.

1 ¶ *Moderatur.* paſſiue.

k ¶ *Diuina autem præcipit.*] hoc reſpicit ſuperiora.

Auſa.] Hæc diſt. diuiditur in quatuor partes. In prima ꝙritur quare ſunt factæ leges. Secunda ibi, *Præterea.* Tertia ibi, *ideo autem.* Quarta ibi, *Hæc etſi.* Ioan. de Fan.

Casvs. Dixit ſ. quod ſi legis officiũ: in hac 4. diſt. oſtẽdit ad quid ſit lex inſtituta, & qd in ea contineatur, & quando inſtituitur: & ꝯ etiam quædam capitula ſunt abrogata.

l ¶ *Cauſa.*] Hic intitulatur 4. diſt. in qua oſtendit qualiter leges ſint inuentæ: ſecundo oſtendit quæ ſint conſideranda in conſtituendis legibus: vltimo oſtẽdit quaſdam leges eſſe abrogatas per contrariam conſuetudinem.

1 C. 11. & l. 2. c. 10. 2 Iuo p. 4. c. 168. Pann. l. 2. c. 142.

Actæ.] Casvs. Quæſitum fuit ab Iſidor. quare leges ſunt factæ & inſtitutę: & reſpondet, quòd triplici de cauſa factæ ſunt. Vna, vt earum metu humana audacia coerceatur. Secunda, vt tuta ſit inter improbos innocentia. Tertio, vt vnius ſupplicio aliorum facultas nocendi refrænetur.

m ¶ *Coerceatur.*] nam per leges nemo cogitur bene facere, ſed male facere prohibetur, vt 23. q. 5. ad fidem.

n ¶ *Tutaque.*] id eſt, vt boni inter malos quiete viuant, vt 23. q. 5. non fruſtra. Ioan.

PRAETEREA. Hæc eſt ij. pars diſt. in qua ponit viij. quæ ſunt ſeruanda in legibus promulgandis. Ioan. de Fan.

Casvs. Modo dicit Grat. quæ ſint illa quæ in lege conſtituenda conſiderantur, vt contineat, &c. & ad hoc inducit c. ſeq.

ERit.] Casvs. In hoc c. enumerat Iſidorus decem, quæ lex in ſe continere debet, ita quòd hæc, ſcilicet patriæ, loco, temporiq; vere conueniens, pro vno ponantur, ſcilicet honeſta, iuſta, poſſibilis, &c.

o ¶ *Honeſta.*] quia in iure non tam deſideratur iuſtitia, quàm honeſtas. 35. q. 3. porro.

p ¶ *iuſta.*] aliter enim non eſt ius, niſi ſit iuſtum, vt ſ. diſtinct. 1. ius generale.

q ¶ *Poſſibilis.*] quia ſi de impoſſibilitate legis quis tranſgrederetur, fruſtra imputaretur ei ad pœnam, vt 15. quæſtion. 1. non eſt. 23. quæſtione 4. Nabuchodonoſor. & ff. quando appelland. ſit. l. 1. §. dies autem iſtos.

r ¶ *Secundum naturam.*] id eſt, naturalem rationem. ſupra diſtin. 1. conſuetudo. Ioan.

s ¶ *Secundum patriæ conſuetudinem.*] quia ſi eſt contra conſuetudinem inhabitantium, per contrariam conſuetudinem abrogatur, vt ĩ. eo. §. leges. & c. ſtatuimus. Item quia conſuetudo interpretatur legem, vt extra de verb. ſig. abbate. ff. de legib. cum de conſuetudine. & l. ſi de interpretatione.

t ¶ *Loco.*] quia in aliquibus locis aliqua ſtatuuntur, quæ alibi non reciperentur, vt 31. diſtinct. ante. & c. aliter. Item in iure conſtituendo conſideranda eſt vicinitas locorum vel remotio, vt 63. diſtinct. cum longe.

u ¶ *Temporique.*] Omnia enim debent conuenire ſuis temporibus, vt 23. q. 4. ſi eccleſia. & 2. q. 1. ſi peccauerit.

x ¶ *Neceſſaria.*] quia non niſi inſtante neceſſitate ius ſtatui debet, vt 29. diſt. regulæ.

y ¶ *vtilis.*] quia inutilis eſſet abiicienda. 68. diſt. corepiſcopi. 12. diſt. omnia.

z ¶ *Manifeſta.*] 4. q. 3. non in teſtibus.

Source : BIU Cujas

a Vide quod not. 14. q.3. plerique. & ff. de le. contra legem. Io. de Fan.

2 ¶ *Captionem.*] ne aliquis captiose possit eam interpretari, vel etiam ne alicui laqueus paretur per eam[a]. 27. q. 1. de viduis. Ioan.

b ¶ *Priuato.*] Tunc enim esset priuilegium.

IDEO AVTEM. Hæc est iij. pars dist. in qua ponit, quòd leges per desuetudinem abrogantur, & per consuetudinem confirmantur. & hoc probatur p 4. auctoritates. Io. Casvs. Dicit Grat. ꝙ ideo ista in lege considerantur statuenda: quia cum institutæ fuerint, non erit liberum de ipsis iudicare: sed postquam institutæ fuerint, minori indici non licebit iudicare de ipsis: sed secundum ipsas. & ad hoc inducit c. seq.

IN *istis.*] Casvs. Dicit Aug. ꝙ quando leges instituuntur, potest quis de ipsis iudicare: sed postquam institutæ fuerint, minori iudici non licebit de ipsis iudicare, sed secundum ipsas.

c ¶ *Iudicent.*] cum ergo Papa vult condere canones, episcopi possunt contradicere, & dicere, canõ iste non conuenit consuetudini regionis nostræ, vt ff. c. prox. Sed nũquid potius stabitur sententiæ Apostolicæ, vel omniũ episcoporum? Videtur ꝙ omnium episcoporum: quia orbis maior est vrbe, vt 93. dist. legimus. Arg. "quòd sententia Papæ præualet. 35. qu. 9. veniam. nam etiam error principis ius facit, vt ff. de sup. le. l. 3. in fi. Dicas quòd sententiæ Papæ stabitur contra omnes. 9. q. 3. nemo. & c. cuncta. si si contra fidem diceret. 25. q. 1. sunt quędã. d ¶ *Non licebit.*] Arg. quod semel est approbatum, amodo non potest reprobari, vt 8. q. 2. dilectissimi. & c. licet, & 32. q. 5. horrendus[b]. Ioan. Nisi ex noua causa, extra de off. deleg. c. insinuante.

1 Iuo p. 4. c. 169. Pann. l. 2. c. 143.

"Papæ sniã ꝑferatur snię olim eporũ.

b Vñ dicas, ꝙ hęc lra loquitur de inferiori iudice. nam si inferior index vellet aliqd proponere, quare lex illa si dret cõdi, facilius audiretur primo q̃ postea. ad hoc arg. 31. dist. Nicæna. nã multa impediũr promotiõnẽ, &c. 15 q. 1. c. fin. secũdũ Lau. 2 Iuo p. 4. c. 25. Pann. l. 2. c. 174. †al. carne & deliciis.

LEGES. Casvs. Ittem §. diuiditur in ij. partes. In prima parte, dicitur quòd leges instituuntur, cum promulgantur, & confirmantur, cum morib. vtentium approbantur. In secunda parte, quæ incip. ibi, *Sicut.* dicitur, quòd sicut leges moribus vtentium confirmantur: ita quædam leges sunt per desuetudinem abrogatæ: sicut & illud Telesphori abrogatur quod dixit de proposito ieiunandi suscipiendo à clericis à quinquagesima. & ad hoc inducit seq. c.

e ¶ *Abrogata.*] Abrogare est in totum tollere legem: derogare est pro parte detrahere legi, vt ff. de ver. sig. derogatur. sed qualiter potest populus abrogare canonem, cum nõ possit condere canonem? maxime ex quo tota potestas translata est in principem. ff. de const. prin. l. 1. Sed dic quòd non potest abrogare nisi per expressum consensum Papæ: vt extra de præb. cum iam dudum. licet quidam dixerint, quòd sufficeret sola scientia Papæ. Ioan. Sed credo, quòd consuetudo rationabilis & præscripta tollit leges, vt extra de consuet. c. vlt. etiam sine scientia principis. difficile enim esset eum omnes consuetudines, quæ seruantur, scire. B.

Statuimus.] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, ꝙ clerici debent incipere ieiunium à quinquagesim..: vt clericorum vita à laicali discernatur. In ij. parte, quæ incip. ibi, *Hæc ergo.* dicitur quòd per septem hebdomadas ante Pascha clerici ieiunando, hymnis, vigiliis, & orationibus insistere debẽt die noctuq;.

f ¶ *Statuimus vt septem.*] istis duobus c. ob. ĩ. de consec. dist. 3. à sacerdotibus. vbi quadragesima præcipitur seruari. Sed dic ꝙ istud c. non tenet: "quia hodie quinquagesima non seruatur, cum ipsa celebretur post Pascha, Ioan.

"Quinquagesima hodie non seruatur.

g ¶ *Statuimus.*] i. abrogamus: vel ponitur statuimus pro consulimus.

h ¶ *Clericorum.*] aliàs viles reputentur. 1. q. 1. vilissimus.

QVadragesima.] Casvs. Istius c. patet per se. Et hæc duo c. abrogata sunt, sicut & seq. c. in prin. & hoc dicit seq. §. quod similiter.

DEniq;.] Casvs. Istd c. diuiditur in v. partes. In prima parte quærebat Aug. à Greg. an clerici inciperе debeant ieiuniũ à quinquagesima. & resp. ꝙ sic. vt sicut loco præcellunt laicos, ita & religione præcellãt. In ij. parte quæ inci. ibi, *De ipsa vero.* quærebatur an laici qui in diebus dominicis consueuerint solennius epulari, debeant à tali consuetudine remoueri? & respon. ꝙ nõ, ne deteriores fiant, & hoc probatur auctoritate Salo. dicentis, ꝙ qui nimis emũgit, elicit sanguinem. In tertia parte, quæ incipit ibi, *Et post pauca.* quærebatur an tẽpore ieiuniorũ sit abstinendum ab ouis, caseo, & lacte, & resp. Greg. ꝙ sic: quia sicut à carnibus, ita ab omnibus quæ trahũt sementinam originem carnis, est abstinendum. In iiij. parte quæ inc. ibi, *Et post pauca. Ceterum.* quærebatur an piscibus in quadragesima sit vtẽdum, & resp. ꝙ sic, ad infirmitatis solatium, & nõ ad luxuriam: & non magnis piscibus, sed paruis. Quinto loco in fi. c. quærebatur an vino sit vtendum, & respon. quòd sic, vt tamen ebrietatem vitemus.

3 Iuo p. 4. c. 29.

i ¶ *Dignitas.*] Hic habes ꝙ quilibet ordo ecclesiasticus dicetur dignitas vel honor, vt j. q. j. reperiũtur. quandoque sæculares potestates dicuntur dignitates. 23. q. 5. administratores. quandoq; constantes homines dicuntur habere dignitatem, secundum quod serui dicuntur habere dignitatem, vt ff. de vsufru. sed & si quid. §. 1. Et ex hoc patet clericos nõ esse priuatas personas: cum illæ solæ dicantur priuatæ personæ, quæ nõ habent dignitatem, vt 24. q. 1. q. cõtra.

k ¶ ¶ *Ad pensum.*] id est, ad quantitatem[c], vt sint duæ partes.

c Siue mẽsurã, siue institutionẽ.

l ¶ *Sicut loco.*] id est, dignitate. & est hic arg. ꝙ qui præcedit alium dignitate, debet etiam præcedere in aliis, vt 1. q. 1. vilissimus. Ioan.

m ¶ *Dominica.*] carnisprivij.

n ¶ *Hæsitamus.*] Non quid iuris sit, sed quid statuendum sit, ne scandalum oriatur. C. de testa. l. omnium. 1, q. 2. quàm pio.

o ¶ *Et sæculares.*] Et pro, id est.

p ¶ *Consuetudine.*] Arg. "quòd consuetudo excusat in delictis, vt hic, & 32. q. 4. obiiciuntur. & extra de temp. ord. sane [d]. Sed contra, consuetudo non minuit peccatum, sed auget, vt 24. q. 1. schisma. 32. q. 7. flagitia. extra de si. non satis[e]. immo consuetudo veniale peccatum facit mortale, vt 25. dist. vnum orarium. §. criminis. Sol. consuetudo excusat à pœna temporali, sed non à gehennali.

"Consuetudo an excusetĩ delictis d Vbi plene de hoc. & ĵ. dist. 8. malae Extr. de cõsuẽ. cũ tãto.

a ¶ *Venia*

aliquid per obscuritatem in captionem[A] [a] contineat: nullo priuato[b] commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta,

A ¶ In captionem.] *Antea legebatur,* incautum captione. *Restituta est vera lectio ex codicibus Isidori manuscriptis libr. 5. c. 12. & ex impressis etiam lib. 2. c. 10. vbi eadem scribuntur; partimque ex antiquis Gratiani exemplaribus, à quibus abest dictio,* cautum. *Simili verò locutione vtitur Paulus lib. 5. sent. tit. 33. c. 2.* Ne quis, inquit, in captionem verborum in cauendo incidat.

3 ps *Ideo autem in ipsa constitutione ista considerandа sunt, quia cum leges institutæ fuerint, non erit liberum iudicare de ipsis, sed oportebit iudicare secundum ipsas. Vnde Augustinus ait in libro de vera religione. c. 31.*

¶De legibus tunc est iudicandum, cum instituuntur, non cum institutæ sunt. C. III.

1 IN istis temporalibus legibus, quanquam de his homines iudicent [c], cum eas instituunt, tamen cum fuerint institutæ & firmatæ, non licebit [d] iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas.

Leges instituuntur, cum promulgantur, firmantur, cum moribus vtentium approbantur. Sicut enim moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ [e] sunt, ita moribus vtentium ipsæ leges confirmantur. Vnde illud Telesphori Papæ, (qui decreuit, vt generaliter clerici à quinquagesima ab carnibus, & deliciis ieiunent) quia moribus vtentium approbatum non est, aliter agentes, transgressionis reos non arguit.

Telesphorus vrbis Romæ episcopus omnibus episcopis, epist. 1.

B ¶ Quinquagesima.] *Post hoc verbum in codicibus impressis sequebatur,* ieiunãdi propositum susciperent, & à carnibus, & deliciis abstinerent: *sed omnes fere manuscripti habent eo modo, quo restitutum est.*

¶ Septem hebdomadibus à carne, & deliciis ante Pascha clerici abstineant. C. IIII.

2 STatuimus [f], vt septem [g] hebdomadas plenas ante sanctũ Pascha omnes clerici in sortem Domini vocati à carne † ieiunent: quia sicut discreta debet esse vita clericorum [h] à laicorum conuersatione, ita & in ieiunio debet esse discretio. *& infra.* ¶Has ergo septem hebdomadas omnes clerici à carne & deliciis ieiunent, & hymnis, & vigiliis, atque orationibus Domino inhærere die noctuque studeant.

Item Ambrosius in lib. sermonum A.

A ¶Sermonum.] *Inuenti sunt Romæ in bibliotheca Vaticana, & Mediolani in bibliotheca monasterij S. Ambrosij sermones aliquot manuscripti, Ambrosij nomen præferentes: inter quos est sermo de sexagesima, cui* [o] *initium est:* Adest tempus. *Vnde hoc caput sumptum est.*

¶Septimam hebdomadam Telesphorus quadragesimæ addidit. C. V.

QVadragesima sex septimanas habet, cui addidit Telesphorus Pontifex septimam hebdomadam: & vocatum est hoc tempus quinquagesima.

Quod similiter de eo capitulo est intelligendum, quod B. Gregorius Augustino Anglorum episcopo scribit dicens.

¶ A quinquagesima ieiunandi propositum sumant, quos ecclesiastici gradus dignitas exornat. C. VI.

3 DEnique sacerdotes, & diaconi, & reliqui omnes, quos dignitas [i] ecclesiastici gradus exornat, à quinquagesima propositum ieiunandi suscipiant, quo & aliquid ad pensum [k] sanctæ institutionis adiiciant, & eorum, qui in laicali ordine consistunt, obseruantiam, sicut loco [l], ita religione præcellant. ¶De ipsa vero die dominica [m] hæsitamus [n], quidnam dicendum sit: cum omnes laici, & sęculares [o] illa die plus solito ceteris diebus accuratius cibos carnium appetãt: & nisi noua quadam auiditate vsque ad medias noctes se ingurgitent, non aliter se huius sacri temporis obseruationem suscipere putant, quod vtique non rationi, sed voluptati, immo cuidam mentis cæcitati adscribẽdum est: vnde nec à tali cõsuetudine [p] auerti possunt.

Source : BIU Cujas

a ¶ *Venia.*] Quid est ergo quod dicitur alibi nunquam esse veniam datam impœnitenti, vt 24.q.2.legatur.ideo intelligas de venia pœnæ, non de venia culpæ. tolerat ergo Greg.crimen tale propter periculum schismatis vel scandali.vnde non est dicendum quòd ignoscatur eis : licet non puniat eos propter multitudinem vel scandalum. " sustinēda enim sunt crimina ratione scandali vel schismatis, vt 23.q.4. non potest.& ratione multitudinis, vt 50. dist. vt constitueretur. hodie non toleratur, vt ext. de vi.& ho.cle. à crapula.

" Scandali rōe tollerātur crimina

1 Adde fere simile p Ias. in l. cūctos. col.12. C.de sum.trin. Prouerb.30

& ideo cum venia [a] suo ingenio relinquendi sunt, ne forte peiores [b] existant [1], si à tali consuetudine prohibeātur. Vt enim ait Salomon. [Qui multum emungit, elicit sanguinem [c].] *& post pauca.* ¶Par [d] autem est, vt quib⁹ diebus à carne animalium abstinemus, ab omnibus [e] quoque, quæ semen tinam† [f] carnis trahūt originem, ieiunemus:à lacte videlicet,caseo, & ouis.*& post pauca.* ¶Ceterum piscium esus ita Christiano relinquitur,vt hoc ei infirmitatis solatium, non luxuriæ pariat incendium. Denique qui à carne abstinet, nequaquam sumptuosiora [g] marinarum beluarum conuiuia præparet. Vinum quoque ita bibere permittitur †, vt ebrietatem omnino fugiamus : alioqui [h] restat,vt omnia,quę corpori libent, similiter faciamus.

b ¶ *Ne forte peiores.*] hæc est comparatiua permissio.

c ¶ *Sanguinem.*] sic qui multum corrigit, offendit, vt 45. distin. cum beatus. & alibi dicitur : Noli esse nimium iust⁹, vt de pœ. dist.1.serpens.2.q.7.c. plerumque.§.de his.

† al.semen tiuam.

d ¶ *Par.*]ideſt,æquum & iustum.

e ¶ *Ab omnibus.*] q.d. ex quo caro prohibetur:ergo & omnia quæ de carne procedunt.

† al.permittimur.

f ¶ *Sementinam.*] id est, semen.

g ¶ *Sumptuosiora.*]sed paruos piscículos potest homo comedere, vt j.82.dis. presbyter.

2Ex Greg.j. 25. q. 1. hac consona.

h ¶ *Alioqui.*] Argu.ex quo vnum conceditur:ergo omnia similia intelliguntur esse concessa, vt j.dist.proxi. ad eius. & 27. dist. quod interrogasti. 22. q. 2. si quis per testamentum [a].

aAd hoc fa. qđ le.&not. 95.di. illud. in gl.arg.omnia,&c.

HAEC ETSI.Hæc est iiij.pars distinct.in qua soluit supradicta. Archid.

Casvs. Dicit Grat.q; hæc tria c.supradicta sunt abrogata:&ideo qui nō obseruant ea, non dicuntur transgressores : sed si non essent abrogata, non obedientes eis ꝓprio priuarentur honore,nisi forte quis velit dicere, quod hæc supradicta c.loquantur de consilio,& non de præcepto.

1 ¶ *Conscripta.*] nam qui exhortatur,mandatoris opera nō fungitur.ff.de his qui no. infam.ob hæc verba.

Leuit.12.

Hæc quæ.] Hæc dist.diuiditur in duas partes. In prima probat, quòd naturale ius non mutatur.Secunda ibi,*Sed cum naturale.*

Casvs. Continuat magister dicta ab illo c.priuilegia.hucusque dicendis:& dicit quòd illa omnia conueniunt tam sęcularibus,quàm ecclesiasticis legibus.Nunc autem in hac 5.dist.reuertitur ad ius naturale, assignando differētiam iuris naturalis ad alia iura:nam istud ius primatum obtinet inter alia iura tempore & dignitate:tempore,quia cœpit ab exordio rationalis creaturæ : dignitate,quia non variatur.Sed cum ius naturale dicatur s.comprehensum lege & Euangelio,quædam autem contraria legi nunc inueniantur concessa,apparet quòd ius naturale mutabile * est & variatur.& hoc probatur exemplo mulieris,quæ statim post partum & menstruum potest nunc ingredi ecclesiam : licet aliter esset fecundum legem : & puer statim cum natus est potest baptizari. & ad hoc inducit c. sequentia.

* Declaratur j. dist.6. c. ſi est peccatū. §. his itaque.

k ¶ *Hæc quæ.*] In hac 5.dist.incipit assignare differentiam iuris naturalis ad alia iura. " No. ergo quòd ius naturale in iiij.differt ab aliis iuribus, in origine, dignitate, amplitudine,& sententiæ rigore. In origine differt:quia cœpit ab exordio rationalis creaturæ,vt instit. de rer.di.§.commodius. sed alia iura ortum habent ab inuentione hominum [b].j.dist.6.c.vlt.Dignitate differt:quia hoc ius nullam patitur immutationem.Inst.de iu.na.§.pe.nam si quid est contrarium iuri naturali,illud iniquum est.s.dist.1.ius naturale.in fi.Item amplitudine : quia iure naturali omnia sunt communia, sed hoc non est

" Ius naturale in 4.dist fert ab aliis

ps 1. *Hæc,quæ [k] de priuilegiis,& ceteris infra positis scripta sunt, tam sæcularibus, quàm ecclesiasticis legibus conueniunt. Nunc [A] ad differentiam naturalis iuris,& ceterorum reuertamur.Naturale ius inter omnia primatum obtinet tempore, & dignitate.Cœpit [l] enim ab exordio rationalis creaturæ, nec variatur tempore, sed immutabile [m] permanet.* ¶*Sed cum naturale [n] ius in lege & Euangelio supra dicatur esse comprehensum : quædam autem contraria his, quæ in lege statuta sunt, nunc inueniantur concessa,non videtur ius naturale immutabile permanere.In lege namque præcipiebatur, vt mulier, si masculum pareret, quadraginta [o] : si vero fœminam, octuaginta diebus à templi cessaret ingressu : nunc autem statim post partum ecclesiam ingredi non prohibetur.Item mulier,quæ menstrua patitur,ex lege immunda esse reputabatur : nunc autem nec statim intrare ecclesiam, nec sacræ communionis mysteria percipere, sicut nec illa, quæ parit,vel illud,quod gignitur, statim post partum baptizari prohibetur.Vnde eidem Augustino Anglorum episcopo Gregorius scribit dicens.*

A ¶Nunc ad differentiam.] *In vulgatis legebatur,*Nunc autem ad doctrinam.*Emendatum est ex vetustis codicibus, & ex principio dist.15.vbi hoc repetitur.*

DISTINCTIO V.

PALEA [B] C. I.

3 CVm enixa fuerit mulier, post quot dies intrare ecclesiam debeat,testamenti veteris præceptione didicisti : quia pro masculo xxxiij. pro fœmina vero lxvj.diebus debet abstinere:quod tamen sciendum, quia in mysterio accipitur.

B ¶ Palea.] *De paleis vniuerse in præfatione dictum est. Hæc vero,cui primum præponitur nomen Paleæ,habetur etiam in manuscriptis exemplaribus(exceptis duobus Vaticanis:)& in quatuor coniunctum est cum sequenti c.*Si mulier. *addita ad illius initium voce*, Nam, *quemadmodum est apud Gregorium.*

¶Mulier enixa gratias actura ecclesiam intrare hora eadem non prohibetur. C. II.

4 SI mulier [P] eadem hora, qua genuerit, actura gratias intrat ecclesiam,nullo pondere peccati ¶ grauatur:voluptas etenim carnis, non dolor in culpa est. In carnis autem commistione voluptas est:in†prolis vero partu dolor & gemitus. Vnde & ipsi primæ matri omnium dicitur[in doloribus paries.] Si itaque enixam mulierem prohibemus intrare ecclesiam, ipsam ei pœnam [r] suam, in culpam deputamus.

Idem ad eundem.

¶ Mulierem enixam, vel quod ab ea genitum fuerit,eadem hora nihil prohibet baptizari. C. III.

5 BAptizari autem vel enixam mulierem,vel hoc quod genuerit,si periculo mortis vrgetur, vel ipsa hora eadem qua gignit, vel hoc quod gignitur, eadē qua

Aptizari.] Casvs. Mulier vel quod ex ipsa natum est,statim in periculo mortis baptizari potest : ne parua mora imminente inueniri non possit quod redimatur.

bVt in fi.p̄ced. §. & j. dist.prox.§. his itaque.

Leuit.15.

c Et exercitium:nā tūc creaturę cæperunt eo vti.Arc.

3c.10.ad interrogata Augusti. An glorū epi.

4Greg.ibid. continēter. Beda lib.1.đ hist.Angl.c. 27.Nicol.ad cōsultaBulgarorū.c.68 " anima maribus citius infunditur q̄ fœminis. †*nam in prolis prolatione gemitus*] Orig. *Gen.3.*

5Greg.ibid. continēter. Burch. l. 4. c.32. Iuo p.1.c.62

libri habent,cum enixa:sed illud est palea vsque ad hunc locum.

q ¶*Pondere peccati.*] Sed nonne in brocardo legitur in pœnitentiali Theodori, quòd fœmina post partum masculi abstinebit xxxiij. diebus ab ingressu ecclesiæ:sed post partum fœminæ lxvj.& si ante intrabit, tot diebus pœnitebit in pane & aqua, quot diebus ante intrauit ecclesiam:& qui illis diebus commiscetur ei, x. diebus pœnitebit in pane & aqua?Item consuetudo est contraria illis c.Greg. Sed illud Theodori intelligas de ea, quæ non ex deuotione intrat: vel de illa quæ sine necessitate intrat. " Sed verius credo quod potest intrare siue sit necessitas,siue non:vt extra de pur.post par.volens.consuetudo tamen in contrarium se habet.Ioan.

" Mulieres enixæ ſi tīr hodie ab ingressu eccle się abstineſ.

r ¶*Pœnam.*] Afflictis enim non debet afflictio addi,vt septima quæstione prima. cum percussio. istud tamen fallit : quia corrupta per violentiam non consecratur. infra 26.distinct.Acutius.& 23.quæst. 5.ille autem.'"&mutilati membris non promouentur,vt 55.dist.per totum [d].

" Afflictio afflictis qñque datur.

d đ hoc no. j.e. ad eius. in glos. hoc est.Archid.

Source : BIU Cujas

a ¶ *Mora.*] ar. quòd mora est vitanda vbi timetur periculum, vt 28. dist. de Syracusanæ. de consec. dist. 4. ne quod absit. arg. contrà, ff. de iudi. si debitori. & ff. de sol. l. quod dicimus. Sol. illud in contractib. istud in periculo animæ. Ioan.

Ad eius.] Casvs. Tria dicit præsens c. Primo quòd vir non debet dormire cum vxore sua tpe purgationis antequam puer ablactetur: nec alij debet tradi ad nutriendũ causa incontinentiæ. Secundo ibi, *Quæ tamen.* dicit quòd mulier tempore purgationis potest ecclesiã ingredi: qa superfluitas non debet culpæ adscribi. Tertio ibi, *Sanctæ quoque.* dicit quòd mulier tempore partus non est arcenda à corpore Christi: si tamen abstinet ex deuotione, laudanda est.

b ¶ *Ablactetur.*] tempus ablactationis hic appellatur tempus post partum, quando mulier nimis abundat lacte: & nisi extraheretur per puerum, oporteret ipsam infirmari, ideo autem prohibetur illis temporibus cõmisceri cum eis, quia ex tali coitu nascũtur morbosi & leprosi, "sed qd si mulier petat debitum à viro tempore menstrui, vel tempore purgationis? Dico quòd non reddet debitum ei, nisi timeretur fornicatio eius. 13. distin. duo mala. Item si vir petit debitum tempore menstrui à muliere, mulier negabit, & exponet ei causam quare nõ potest. ff. de sol. l. quod dicimus.

c ¶ *Prohibeantur.*] id est, sub forma prohibitionis dissuadeantur, sic exponunt quidam,

d ¶ *Inuita.*] hoc est regulare, vt quod quis inuitus patitur, non afferat ei præiudiciũ, vt hic, & 50. distinct. presbyteros. & C. de instit. & subst. l. 1. & C. qui pe. tut. l. cum à matribus. C. de app. præses. Arg. contra. j. 55. distinct. c. vlt. 49. distinct. c. vlt. C. de condit. infer. legatum. "Item argum. quòd quæ fiunt ab inuitis & nolentibus, eis imputari non debent [a], vt de consecrat. distinct. 5. discipulos, 15. quæst. 1. aliquos. & quæstione 6. cap. 1. & 31. quæstione secunda, Lotharius. Ioan. Sol. si aliquis cogitur coactione absoluta aliquid facere contra Deum, non imputatur ei quo ad Deum: sicus si conditionali coactione, vt extra quod metus causa. sacris. 50. distinct. presbyteros. In contractibus si aliquis cogitur per metum qui debuerit cadere in constantem virum, non imputatur ei, vt ibi. & quod metus causa. ad audientiam. nisi culpa sua incideret in talem metum, vt ff. quod met. caus. si mulier. Sed in ordinibus secus. nam si quis per vim mutiletur, promoueri non potest, vt extra de corp. vit. exposuisti. etiam corrupta per vim non consecrabitur inter virgines, vt 32. quæstione 5. ille. & hoc fit propter reuerentiam sacramentorum, & defectum mysterij. sic mihi Bar. videtur breuiter distinguendum.

e ¶ *Quod vni personæ.*] Argument. quòd vni conceditur, per consequens videtur aliis esse concessum, sic supra distinct. quarta. denique. & hoc verum est si de iure communi aliquid conceditur. secus si ex priuilegio, vt 16. q. 1. hinc est. & 7. q. 1. petisti.

f ¶ *Agnoscere.*] Argum. contra j. 22. q. 2. cum humilitatis. Dic quòd quilibet potest dicere se peccatorem, dum tamen non credat contrarium, de pœnit. dist. 3. ad hæc.

g ¶ *Sine culpa.*] Arg. quòd non semper imputatur factum, vbi culpa præcedit. 15. q. 1. sane.

Via vero.] Casvs. Grat. quærit an post nocturnam pollutionem vel illusionem valeat quis sumere corpus Christi: & an sacerdos Missam valeat celebrare? & de hoc quid iuris sit, in cap. seq. di stinguitur.

h ¶ *Quia vero.*] Hic intitulatur. distinct. 6. in qua, quia fecerat mentionem de superfluitate naturæ, digreditur à principali proposito agens de nocturna pollutione. ostendit ergo auctoritate Gre. quibus modis, & ex quibus causis contingit, & quando sit peccatum, & quando non: postea respondet obiectioni factæ in præmissa distinct. in illo §. his itaque. Et no. secundum quosdam, quòd nocturna pollutio, & illusio, quę procedit ex infirmitate non est peccatum, etiam veniale, máxime cum sit pœna, vt infra c. proximo. ibi, omnino hæc pollutio, vel illusio non est timenda, quia animus, &c. Illa vero quæ procedit ex crapula, est veniale peccatum, vt infra c. proxim. ibi, habet exinde animus aliquem reatum. similiter illa quæ prouenit ex cogitatione præcedente, peccatum est, sed distinguitur, quia si illa cogitatio non processit ad consensum, veniale peccatum est [b] pollutio ex ipsa proueniens. Si vero processit, tunc est mortale [c], secundum istorum opin. ac cedit, quòd aliquis nesciens peccat mortaliter & venialiter [d], & operatur bonum, & etiam meretur vitam æternam: quia si corpus dormit, anima vigilat. Vnde illud: Cor meum vigilat ad te Deus. Idem in furioso dicunt, si culpa sua deuenit ad furorem. argum. decimaquinta quæstione prima, si quis. in fi. immo nesciens peccat. trigesimasecunda quæstione septima, quemadmodum. Argumentum contra. ff. de action. & obligat. ex maleficio. §. si quis absens. vbi dicitur, quòd nesciens non peccat. Alij dicunt, quòd dormientes non peccant. decimaquinta quæstione prima, si concupiscentia. & capit. aliquos. dormiens enim furioso comparatur. ff. de acquirenda possessione. l. prima. §. adipiscimur. & ita non peccat. Si ergo in nocturna pollutione homo non venit ad consensum, nullo modo peccat: si vero peruenit, peccat mortaliter secundum istos, nisi forte imaginetur cum vxore propria: quia tunc dirigit affectum in vxorem, & non peccat mortaliter. hanc opinionem fouet H. & probatur infra eadem distinctione. non est. ibi, luxuriæ, &c. Sed hoc non est verum: quia nullo modo peccat, vt infra cap. proxim. & decimaquinta quæstione prima. aliquos. " Sed contra priorem opinionem obiicitur, quid si cogitaui turpiter, sed antequam dormiui statim pœnitui, post polluor in somno, peccaui, vel non? & videtur quòd sic? Resp. licet contritus sim: tamen vestigia remanent, & reliquiæ, sicut in liberto vestigia seruitutis. vnde patronus ei succedit. Inst. de succ. lib. §. sed nostra. sic matrimonium in furiosis manet propter reliquias prioris voluntatis. ff. de his qui sui, vel alie, iuris sunt, l. patre furioso. Imputetur ergo mihi saltem si initialiter turpiter cogitaui.

natum est, nullo modo prohibetur: quia [A] sicut sancti mysterij gratia viuentibus, atque discernentibus cum magna discretione prouidenda est, ita quibus mors imminet, sine vlla dilatione offerenda est: ne, dum adhuc tempus ad præbendum redemptionis mysterium quæritur, interueniente paululum mora [a], inueniri non valeat qui redimatur.

A ¶ Quia sicut.] *Hinc Vsque ad ver.* Nedum. *addita sunt ex B. Gregorio.*

Item,

¶ Antequam puer ablactetur, vel mater purificetur, ad eius concubitum vir non accedat. C. IIII.

1 Greg. ibid. cõtinenter. Nicol. ad cõsulta Bulg. ca. 68. Beda libr. 1. histo. Angl. ca. 27. Iuo p. 8. c. 88

" Menstrui tpe cõiugale dbitũ an dẽat reddi,

† al. carnis incontinentia,

† *transierint*] Orig. Leuit. 15.

" Facta ab inuitis an sint imputanda.

a Nec talia pñt, vt p; in eo qđ legit. & not. j. 13. q. 2. quã prę posterum,

1 AD eius vero concubitum vir suus accedere non debet quousque qui gignitur, ablactetur [b]. Praua autem in coniugatorum moribus consuetudo surrexit, vt mulieres filios, quos gignunt, nutrire contemnant, eosque aliis mulieribus ad nutriendum tradant: quod videlicet ex sola causa † incontinentiæ videtur inuentum: quia dum se continere nolunt, despiciunt lactare quos gignunt. Hæ itaque quæ filios ex praua consuetudine aliis ad nutriendum tradent, nisi purgationis tempus prius transierit †, viris suis non debẽt admisceri: quippe cum & sine partus causa, cum in consuetis menstruis detinentur, viris suis misceri prohibeantur [c]: ita vt morte lex sacra feriat, si quis vir ad menstruatam mulierem accedat. Quæ tamen mulier, dum ex consuetudine menstrua patitur, prohiberi ecclesiam intrare non debet, quia ei naturæ superfluitas in culpam non valet imputari: & per hoc quod inuita [d] patitur, iustum non est, vt ecclesiæ ingressu priuetur. Nouimus namque, quòd mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur, post tergum Domini veniens †, vestimenti eius fimbriam tetigit, atque statim ab ea sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita, laudabiliter potuit Domini vestimentum tangere: cur quę menstruum sanguinis patitur, ei non liceat Domini ecclesiam intrare? *& infra.* ¶ Si igitur bene præsumpsit, quæ vestimentum Domini in languore posita, tetigit: quod vni personæ [e] infirmanti conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus, quæ naturæ suæ vitio infirmantur? ¶ Sanctæ autem communionis mysterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non præsumit, laudanda est: sed si percipiat, non iudicanda. Bonarum quippe mentium est ibi etiam [aliquo † modo] culpas suas agnoscere [f], vbi culpa non est: quia sæpe sine culpa agitur quod venit ex culpa. Vnde etiam cum esurimus, sine culpa [g] comedimus, quibus ex culpa primi hominis factum est, vt esuriremus.

DISTINCTIO VI.

2 *Via vero* [h] *de naturæ superfluitate sermo cœpit haberi, quæritur, an post illusionem, quæ per somnium solet accidere, vel corpus Domini quilibet accipere valeat, vel si sacerdos sit, sacra mysteria celebrare.*

3 *De his ita scribit B. Gregorius Augustin. Anglorum episcopo, resp. 11.*

† al. humiliter veniẽs.

Matth. 9.

† additę sũt istæ duæ vocẽs ex B. Gregor. & Beda.

b Sicut & ipsa cogitatio ex qua procedit.

c Sub. sicut innuitur. j. in fin. c. seq. & in palea, sed pẽsãdũ.

d Hoc respicit dictũ añ cedens, ibi, sed cogitatio, &c.

2 ex 11. inter rogõe Aug. Angl. epi.

3 Beda lib. 1. hist. Ang. c. 27.

" Pollutio nocturna turpem cogitationem sequens imputatur.

Source : BIU Cujas

¶De multiplici genere illusionis. C. I.

1 Burch.l.5. c.43.Iuo p.2 c.52.Pan.l.1. c.160. Poly. l.3.tit.16.

Testamẽtum.] Canvs. Capitulum istud diuiditur in tres par.In 1.part.dicitur, ꝙ si quis pollutus fuerit pollutione nocturna,nisi aqua lotꝰ fuerit,ei vsque ad vesperā intrare ecclesiam non conceditur. In 2. parte quæ incipit tibi, *Quod tamen.* dicit Greg. ꝙ hoc potest in telligi spiritualiter.l. de illo qui in mente prauis cogitationib. est pollutus,qui aqua penitentiæ lauandus est, & nisi prius ignis tẽtationis recesserit, se reum vsque ad vesperam cognoscat.In tertia parte, quæ incipit ibi, *Sed est.* "dicitur, ꝙ pollutio tripliciter accidit. Aliq̃n. accidit ex superfluitate naturæ, vel infirmitate,aliq̃n ex crapula, aliquando ex præcedenti turpi cogitatione. Cum ex superfluitate vel ĩfirmitate naturæ procedit,pollutio nõ imputatur alicui: ꝙa potius est pœna q̃ peccatũ. Cũ vero ꝓcedit ex crapula, talis pollutio hẽt aliquem reatum: verum tamẽ, si necessitas adest,ꝓp hoc sacerdos ñ prohibetur à celebratione missarum,sed si alij sacerdotes adsint, celebrare non debet: sed à corpore Christi nõ prohibetur,maxime, si dormiẽtem turpi imaginatione non concusserit pollutio. Cum ât ex turpi cogitatione p̃cedenti procedit,abstinere debet ab vtroq;:quia animo patet reatus suus: ꝙa quod cogitauit sciẽs, pertulit nesciens.

" Pollutio tripliciter accidit.

† al. quia

2 Iuo par.9. c.111.

† al.exhiberi

† al.abstineri

a ¶ *Testamentum.*] In Leuitico legitur Dominum dixisse, Si fuerit homo pollutus nocturno semine, egrediatur extra castra, & non reuertatur vsque ad vesperā, donec lauetur, & post solis occasum reuertatur ad castra. hoc Greg. exponit hic,&retorquetur ad illos qui polluuntur mente.

b ¶ *Hunc.*]talem morem, de quo queris, adhuc Romani seruant [a], vt 33. q. 4. vir cum propria vxore.

c ¶ *Immunditia.*]i. immunda cogitatione.

d ¶ *Veris imaginibus.*] cum videt mulierem, & delectatur in ea.

e ¶ *Aqua.*]idest pœnitentia.

f ¶ *Ad vesperam.*]i. quousq; recessit ignis tentationis.

aSub.Iudæi à contactu mortui in pollutis, de conſ.dist. 4. nec qsẽquã

Additio.Idest prauæ cogitationis.i. quousque cedat illa cogitatio reatu: licet.n.peccatum transeat actu,

† al.qui

1 Testamentum [a] veteris legis hunc [b] pollutum Domino dicit, & nisi lotum aqua, etiam vsque ad vesperam † intrare ecclesiam non concedit. ¶Quod † tamen aliter intelligẽs populus spiritalis quasi per somnium eum illudi reputat,qui tentatus immunditia [c], veris [A] imaginibus [d] in cogitatione inquinatur. Sed lauandus est aqua [e], vt culpam cogitationis lacrymis abluat,& nisi priꝰ ignis tentationis recesserit, reum se quasi vsque ad vesperam [f] cognoscat.¶Sed est in eadem illusione valde necessaria discretio, qua † subtiliter pensari debet,ex qua re accidat mẽti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex naturæ superfluitate vel infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem cum ex naturæ superfluitate, vel infirmitate euenerit, omnimodo hæc illusio non est timenda, quia hãc animus nesciens pertulisse [g] magis dolendus est,quàm fecisse. Cum vero vltra modum appetitus gulæ in sumendis alimẽtis rapitur,atque idcirco humorum receptacula grauantur:habet exinde animus aliquem reatum [h], nõ tamen vsque ad prohibitionem percipiẽdi sacri mysterij,vel missarum solemnia celebrandi : cum fortasse aut festus dies exigit, aut exhibere † mysterium pro eo,ꝙ sacerdos alius in loco deest,ipsa necessitas [i] compellit. Nã si adsunt alij, qui implere mysterium valeant,illusio per crapulam facta,à perceptione sacri mysterij prohibere non debet:sed ab immolatione sacri mysterij abstinere †, vt arbitror, humiliter [k] debet : si [B] tamẽ [l] dormientem turpi imaginatione illusio non concusserit [m]. Nam sunt,quibus ita plerumque illusio nascitur, vt eorum animus etiam in somno corporis positus non fœdetur turpibus imaginationibus.¶Qua in re vnum ibi ostenditur, quòd ipsa mẽs rea [n] nõ sit tunc [c] :sed suo iudicio penitus libera [o], cum se,etsi dormiẽti corpore nihil meminit vidisse , tamẽ in vigiliis corporis meminit in ingluuiem cecidisse.Si vero ex turpi cogitatione vigilantis oritur illusio in mente dormientis, patet animo suus reatus : Videt enim à qua radice [P] inquinatio illa processerit,quia †, qđ cogitauit sciẽs, hoc pertulit nesciẽs, & [D] propter talem pollutionem à sacro mysterio ea die abstinere oportet.

A ¶Veris.]*In plerisque codicib.B.Gregorij,& apud Bedam,& in collectione cõciliorum Coloniæ 1530. impressa,legitur* vanis:*in aliquib. vero B.Gregorij codicibus,*variis : *sed ob glossam non est mutatum.*

B ¶ Si tamen.] *In codicibus B.Gregorij,& apud Bedam est,* si tamen dormientis mẽtem turpis imaginatio non concusserit. *In collectione vero Isidori etiam manuscripta ,* si tamen animum dormientis turpes imaginationes concusserunt : *quem sensum retinet etiam lectio Panormiæ : nam Burchardus, & Iuo parum ab originali discrepant.*

c ¶Nõ sit tũc:sed suo.]*Omnia fere Gratiani manuscripta exemplaria habent,* vel suo:*Ceterum magna hoc loco est inter ceteros collectores,& Bedam,& B.Gregorij codices varietas. In collectione Isidori etiam manuscripta est,*qua in re vnum ibi ostenditur, ipsa mẽs non rea, nec tamen suo iudicio libera. *Verum ob codicum varietatem nihil est in contextu mutatum.*

D ¶ Et propter.] *Hæc vsque ad finem, neque in codicibus B. Gregorij, neque apud Bedam, neque in tribus vetustis Gratiani exemplaribus habentur.Sunt tamẽ apud Burchardum, & Iuonem,& Pannormiam,& Polycarpum.*

¶Peccatum non dicitur perpetratum cogitatione solum,sed delectatione,& consensu. PALEA.[A] C. II.

2 Sed pensandum est,ipsa cogitatio vtrũ in suggestione, an delectatione,vel(quod maius est) peccati cõsensu acciderit.Tribus enim modis impletur omne peccatũ,videlicet suggestione, delectatione,cõsensu:suggestio quippe fit per diabolũ , delectatio per carnem, consensus per spiritum, quia &† primo culpam serpẽs suggessit, Eua velut caro delectata est, Adam velut spiritus cõsensit. Et necessaria est magna discretio, vt inter suggestionem [B], delectationem , & consensum iudex sui animus p̃sideat.Cũ enim malignus spiritus peccatum suggerit in mente:si nulla peccati delectatio sequatur, peccatum omnimodo perpetratum nõ est:cum vero caro delectari cœperit,tunc peccatum incipit nasci:si autem etiam ad consensionem ex deliberatione descendit, tunc peccatum cognoscitur perfici. In suggestione igitur peccati semen est, in delectatione fit nutrimentum: in consensu perfectio. Et sæpe contingit, vt hoc, quod malignus spiritus seminat in cogitatione, caro in delectationem trahat,nec tamẽ animus eidem delectationi consentiat. Et cũ caro siue anima delectari nequeat, ipse tamen animus carnis voluptatibus reluctans in delectatione carnali aliquo modo ligatur inuitus,vt ei ex ratione contradicat,nec consentiat,& tamẽ delectatione ligatus sit,sed ligatum se vehementer ingemiscat. Vnde,& ille cælestis exercitus præcipuus miles gemebat dicẽs:[Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ,& captiuum me ducentẽ in lege † peccati, quæ est in membris meis.]Si autem [c] captiuus erat,minime repugnabat: quapropter & captiuus erat,&repugnabat. Igitur legi mentis eius lex, quæ in membris est, repugnabat : si autem repugnabat,captiuus non erat.Ecce itaque homo est(vt ita dixerim) captiuus, & liber, liber ex iustitia, quam diligit, captiuus ex delectatione,quam portat inuitus.

remanet tamẽ reatu. 22.q.7.non solum. de consec.dist.4. non ex quo.Vel dic,ad vesperam, i.pœnitentiam, quia vespera,idest finis est peccati. & idẽ sensus est.Hu.

g ¶*Pertulisse.*]q.d.potius intelligitur tunc pati,quàm facere.

h ¶*Reatum.*]i. veniale peccatum, & ideo non prohibet à sumptione Eucharistię,sed ꝓhibet vel dissuadet à confectione, nisi sit necessitas.

i ¶*Necessitas.*]quæ legem non habet. de consec.di.1.sicut.

k ¶*Humiliter.*] ergo est cõsilium. bene enim potest celebrare, si vult:nam pro leuibus criminib. non abstinebit sacerdos à celebratione missarum, sed pro talib. abstinebit,pro quibus posset excommunicari , vt de consec.di.2.si non sunt.& c,quotidie. tamẽ pro quolibet mortali peccato quilibet est suspensus quo ad se, vt ext. de coha.cl. & muli.c.vl. nisi peregerit pœnitentiam, vt extr. de temp.ord. quæsitum.Hu.

2Beda ibid. Burch.l.5.c. 43. Iuo p. 2. c.52.

l ¶*Tamen.*]i. maxime.

m ¶*Non concusserit.*] pollutio ipsa.

n ¶ *Rea.*] quasi dicat, nec mens est rea in somno,nec ẽ rea post somnum.cũ est libera in suo iudicio : sed tunc fuit rea quando se ingurgitauit. vnde satis patet hic, ꝙ hõ in somno nõ peccat.

† al.cum primam

o ¶ *Libera.*] supple. sed prius peccauit.

p ¶ *Radice.*]id est, mala cogitatione.

Rom.7.

† al.legem.

Source : BIU Cujas

NOn est.] Casvs. Quæsitum fuit ab Isidoro, an peccet homo cum dormiens nocturna illuditur pollutione? & respondet quòd non, nisi adsit concupiscentia: sed tunc peccauit cum vigilãs luxuriam prouocauit: sed tamen quocunque modo accidit pollutio, suæ culpæ attribuere debet.

a ¶ *Non concupiscendo.*] idest absque libidine præcedentis ardoris.

HIS ITAQVE. Casvs. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima par. soluit Gratianus quæstionem, quam fecit §. in illo. c. hæc quæ. de priuil. in 5. dist. de mutabilitate, & variatione iuris naturalis dicẽs, quòd ius naturale in lege, & in Euangelio continetur, sed tamen nõ omnia quæ sunt in lege & in Euangelio coherent iuri naturali quantum ad superficiem. Sunt enim in lege quędam præcepta moralia, vt non occides, &c. ista non mutantur, nec ius naturale in eis: quædam mystica præcepta, vt de agno sacrificãdo, & his similia. ista mutantur quãtum ad superficiem, & nõ quantum ad moralem intelligentiam: & quantum ad hoc ius naturale immobile, perseuerat, & permanet sicut fuit ab exordio rationalis creaturæ. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Ius vero consuetudinis.* dicitur, q̃ ius consuetudinis cœpit post legem naturalem: ex quo homines cœperunt simul habitare, quod creditur factum eo tempore quo Cain legitur ædificasse ciuitatem: quod ius cum fere esset extinctum propter diluuium, fuit reparatum à Nemroth, siue potius immutatum, quia cœpit opprimere homines. & hoc probatur auctoritate Gen. ibi, *Cœpit Nemroth*, &c.

1 Iuo par. 9. c. 112.

† al. ita.

b ¶ *His itaque.*] Hic ponit Magister sol. obiectionis quam fecerat in præcedenti dist. Nos ergo cum ipso plenius distinguamus, quòd eorum quæ continentur in lege, alia sunt moralia, alia mystica. moralia sunt quæ mores informant, & sic sunt intelligenda, vt ipsa verba sonant, vt diliges Deum: non occides: honora patrem, de quibus notatur. 32. q. 7. quid in omnibus. mystica sunt figuralia, quæ aliud significant præter id quod littera sonat. horum alia sunt sacramentalia: alia sunt cæremonialia. Sacramentalia sunt de quibus ratio reddi potest: quare ad litteram sic fuerint præcepta, vt de circuncisione, & obseruatione sabbati, de quibus habes ext. de bap. maiores. & ext. de const. translato. Cæremonialia sunt de quidus ratio reddi non potest, quare ad litteram sint mandata, vt non arabis in boue & asino, vt 16. quæst. 7. in noua. non feres vestem de lana, & lino contextam. non seres agrum diuerso semine. Lex ergo quantum ad moralia non recipit immutationem: sed quantum ad sacramentalia, & cæremonialia mutatur quantum ad superficiem literæ: sed non ob hoc dicitur esse mutatum ius naturale, q̃a in his non consistebat ius naturale, quo ad superficiem literæ, secundum quam hæc sunt mutata: sed quo ad mistycam intelligentiam, secundum quam non sunt mutata: sed mysticus eorum intellectus non est mutatus. vnde lex non dicitur mutata. 1. q. 1. Marchion.

c ¶ *Ius.*] nunc ostendit à quo tempore cœpit ius consuetudinarium, & constitutionis, & dicit, quòd à tempore Cain cœpit ius consuetudinarium, qui primo ædificauit ciuitatem, quam ex nomine filij sui vocauit Enoch: sed ius constitutionis à Moyse[a]. Io.

a Hoc nõ d; hic esse, q̃a hoc dr̃ i seq. dist. nec hoc ponit Hug. nec Lau. nec ẽt ponitur in antiqua gl. Io.

1 Quoniam [A] sanctæ [a], & vniuersales synodi, quinta sub Iustiniano Augusto, sexta sub Cõstantino patre tuo Augusto de mysterio [B] fidei plenissime disputantes, canones non fecerunt, sicut ceteræ quattuor vniuersales synodi, propterea nos conuenientes in hanc Imperialem vrbem sacros canones conscripsimus. *Item.* ¶2 Placuit huic sanctæ synodo, vt amodo confirmata, & rata sint canonum Apostolorum lxxxv. cap. *Item.* ¶3 Confirmamus [c] & ceteros sanctorum canones, & synodos, id est Nicænam, Ancyranam. Neocęsarienſem, Gangrenſem, Antiochenam, Laodicenſem, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, Chalcedonenſem, Sardicẽſem, & Carthaginenſem [D], & opuscula Teophili Alexandrini episcopi, & Dionysij [E] Alexandrini episcopi, & Petri Alexandrini episcopi & martyris, Gregorij Thaumaturgi Neocæsariẽſis episcopi, Athanasij episcopi Alexandrini, Basilij Cæsareæ Cappadocię episcopi, Gregorij Nyseni episcopi, Gregorij Theologi, Amphilochij Iconienſis episcopi, Timothei Alexandrini episcopi, Gennadij† Constantinopolitani episcopi, Cyrilli Alexandrini episcopi, Cypriani Carthaginẽſis episcopi, & synodum [F] suam.

† al. Germani.

A ¶Quoniam.] *Emendata sunt multa in hoc capite ex canone secundo eorum qui sextæ synodo tribuuntur, in quo indicantur concilia, & auctores canonum, quibus Græci vtebantur. Sunt autem verba illius canonis apud Gratianum, & Iuonem in summam redacta.*

B ¶Ꝺ mysterio.] *Græce est,* τὸ περὶ τῆς πίστεως πατρικῶς διατεμνόμενοι μυστήριον, id est fidei mysterium paterne declarantes.

c ¶Confirmamus.] *Iuo habet,* confirmamus sanctorum patrum canones, & synodos, &c. *Græce est,* Ἐπισφραγίζομεν ἤγουν τοὺς λοιποὺς πάντας μετὰ κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων, καὶ μακαρίων πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντας, τυτέστιν τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων, &c. ideſt, obſignando autem confirmamus & ceteros omnes ſacros canones, qui à ſanctis, & beatis Patribus noſtris ſunt editi, ideſt ab iis, qui Nicææ conuenerunt, &c.

D ¶Carthaginenſem.] *Apud Iuonem ſequitur,* Constantinopolitanã ſub Nectario, & opuſcula Theodoſij, al. Theophili, &c. *Græce aũt est,* καὶ τῶν ἁγίων ἐν τάυτῃ τῇ διοφυλάκτῳ, καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων ἐπὶ Νεκταρίου τοῦ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως πρώτου, καὶ Θεοφίλου τοῦ γνωμένου Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου, *ideſt,* & eorum, qui rurſus in hac à Deo cuſtodita, & imperiali vrbe conuenerunt ſub Nectario imperalis huius ciuitatis præſide, & Theophilo, qui Alexandriæ fuit archiepiſcopus.

E ¶Et Dionyſij.] *In canone Græco vulgato fere eſt, quemadmodũ antea apud Gratianum,* Dionyſij Alexandrini epiſcopi, & martyris. *Sed apud Balſamonem, & Iuonem legitur, quemadmodum reſtituendum eſt,* Dionyſij archiepiſcopi Alexandrinorum megalopolis, & Petri Alexandrię archiepiſcopi, & martyris. *Reliquas varietates per ſe accuratus lector notabit.*

F ¶Et ſynodum.] *In iſto canonis loco eſt error: quia illa ſynodus Cypriani probatur, ĩ qua ipſe cũ multis aliis Africæ epiſcopis putauit baptizatos ab hæreticis verum baptiſma non recepiſſe: cum tamen B. Auguſtinus aſſerat aliam extitiſſe traditionem Apoſtolorum, & ipſam Cypriani ſententiam plenario totius orbis concilio excluſam fuiſſe teſtetur.*

Item ex diurno libro profeßio Romani Pontificis.

¶Auctoritate Romani pontificis ſancta octo concilia roborantur. C. VIII.

4 Iuo p.4.c. 132. Pann. l. 2. c. 103.

4 Sancta [b] octo vniuerſalia cõcilia, id eſt, primum Nicænum, ſecundũ Cõſtantinopolitanum, tertium Epheſinum, quartum Chalcedonenſe, item V. Conſtantinopolitanum, & VI. Item Nicænum VII. Octauum quoque Constantinopolitanum vſque ad vnum apicem immutilata ſeruare, & pari honore, & veneratione digna habere, & quæ prædicauerunt & ſtatuerunt modis† omnib. ſequi, & pdicare, quæque condemnauerunt, ore & corde condemnare pfiteor.

† al. omnimodis] Iuo.

G ¶Item ex diurno.] *Integram profeßionem fidei, quando quis in Romanum Põtificem promouebatur, refert Deus dedit Cardinalis in collectione canonum, quæ ſeruatur in bibliotheca Vaticana.*

Quo autem tempore ſexta ſynodus, & prima, ſecunda, tertia, quarta, & quinta congregatæ ſint, Bed. in lib. de tẽporib. c. 65. ſcripſit dicens.

¶De temporibus conciliorum. C. IX.

5 Iuo p.4.c. 125. Pann. l. 2. c. 113.

5 Sexta ſynodus [c] vniuerſalis Constantinopoli celebrata eſt, & græco ſermone cõſcripta temporibus Papæ Agathonis, exequẽte, ac reſidente piiſſimo principe Cõſtantino intra palatiũ ſuum, ſimulq; legatis Apoſtolicæ ſedis, & epiſcopis cl. reſidẽtibus. ¶Prima enim vniuerſalis ſynodus in Nicæa congregata eſt contra Arium cccxviij. Patrum, temporibus Iulij [H]. Papæ ſub Constantino principe. ¶Secũda in Constantinopoli cl. Patrum contra Macedonium, & Eudoxium temporibus Damaſij Papæ, & Gratiani principis, quando Nectarius eidem vrbi eſt ordinatus epiſcopus. ¶Tertia in Epheſo ducentorũ Patrũ contra Neſtorium Auguſtæ vrbis epiſcõpum ſub Theodoſio magno principe, & Papa Cæleſtino. ¶Quarta in Chalcedone dcxxx. Patrum ſub Leone Papa, temporibus Martiani principis contra Eutychem nefandiſſimorum præſulem monachorum.

6 Pann. l. 2. c. 113.

¶6 Quinta item Constantinopoli temporibus Vigilij Papæ ſub Iuſtiniano principe cõtra Theodorum & omnes hæreticos.

H ¶Iulij.] *Certum eſt ſynodum Nicænam primam celebratam eſſe tempore Silueſtri. Sed in illa temporum obſcuritate mirandum non eſt Bedam & alios erraſſe.*

C. X.

7 Anſ. in plegom. ĩ principio collectionis conciliorũ.

7 Prima [I] autem ſynodus in Nicæa cccxviij. Patrum contra Arium Alexandrinum presbyterum, qui tres gradus in Trinitate aſſerebat, patrem ſcilicet maiorem, filium minorem, ſpiritũ ſanctum creaturam temporibus Constantini principis, & Silueſtri Papæ Romani, Macharij Hieroſolymitani, Alexandri [K] Alexandrini, qui condẽnata eadem hæreſi ſtatuerunt canones viginti: quorum auctor maxime pfatus† Alexander epiſcopus fuit. ¶Secunda in Cõſtantinopoli contra Macedonium, Constantinopolitanum epiſcopũ, qui negabat ſpiritũ ſanctum Deum eſſe, temporibus Gratiani, & Theodoſij principũ, Damaſi Papæ Romani, Cyrilli Hieroſolymitani, Nectarij [L]† Constantinopolitani, qui condemnata præfata hęreſi ſtatuerũt canones tres: quorũ maxime auctor Nectarius Constantinopolitanus fuit. ¶Tertia in Epheſo ducentorum Patrum contra Neſtorium Conſtantinopolitanum epiſcopũ, qui dicebat beatã Virginem Mariam nõ Dei ſed hominis tantũmodo genitricem, vt aliam pſonam carnis, aliã faceret deitatis, temporib. Theodoſij principis† iunioris, Cæleſtini Papæ Romani, Iuuenalis Cõſtantinopolitani epi, Cyrilli episcopi Alexandrini: qui duodecim capitula cõtra Neſtorij blaſphemiarum totidẽ capitula auctore eõdẽ ſancto Cyrillo anathematizãdo conſcripſerunt. ¶Quarta in Chalcedone ſexcentorũ triginta Patrum, cõtra Eutychem Cõſtatinopolitanum abbatem, qui aſſerebat Chriſtum poſt humanã aſſumptionem nõ ex duabus naturis exiſtere, ſed ſolam in eo diuinam naturã permanere, temporibus Martiani principis, Leonis Papæ Romani, Iuuenalis Hieroſolymitani, Anatolij Constantinopolitani, qui condemnata præſcripta hęreſi ſtatuerunt canones viginti ſeptem, quorum auctor maxime idem ſanctus Anatolius Constantinopolitanus epiſcopus fuit. ¶Quinta in Cõſtantinopoli cõtra Theodorum Mopſueſtenum, & omnes hæreticos, qui Theodorus dicebat aliud† eſſe Dei verbum, & aliud Chriſtum, & ſacrã Virginem Mariam negabat Dei genitricem fuiſſe,

† *Sanctus Alexander*] ori.

† *deeſt in* Orig.

† *magni principis*] Orig.

† al. alium Deum eſſe verbum, & alium Chriſtum.

tempo

Source : BIU Cujas

† al.Domni temporibus Iustiniani principis, Vigilij Papæ Romani, Domnini† Antiocheni, Eutychij Constantinopolitani; qui quatuordecim capitula anathematizando scripserunt contra Theodori, & sociorum eius blasphemias. ¶ Sexta in Constantinopoli c l. Patrum contra Macharium Antiochenum episcopum, & socios eius, qui vnam voluntatem, & operationem in Christo falsa suspicione asserebant, tẽporibus Constantini principis, Agathonis Papæ Romani, Georgij Constantinopolitani: qui condemnata hæresi præfata, anathematizando scripserunt nouem [M] capitula inferius annexa.

1 ¶ Prima.] *Caput hoc inuenitur & in recentioribus editionibus conciliorum, & in vetustiore Colonienſi An. M D X X X. & in manuscripta collectione, quam dictum est asseruari in bibliotheca Vaticana: sed non in collectione, quæ est in bibliotheca monasterij Dominicanorum. Ponitur autem ante præfationem, quæ nomen Isidori, mercatoris quidem in manuscriptis, peccatoris autem in impressis præfert. Et sane in illa præfatione tantum quatuor generalium synodorum mentio fit, sexta vero post Isidori Hispalensis ætatem est habita.*

K ¶ Alexandri.] *Apud Anselmum est vt apud Gratianum. In originali,* Alexandri Constantinopolitani. *Sed integra videtur lectio, si vtraque coniungatur. Nam & episcopus Constantinopolis, & episcopus Alexandriæ, tempore illius synodi, Alexandri nomine vocabantur.*

L ¶ Nectarij.] *Antea legebatur quemadmodum etiam apud Anselmum,* Nectarij Alexandrini. *Emendatum est ex originali. Sed fortasse & hoc loco integra lectio hæc est.* Nectarij Constantinopolitani, & Timothei Alexandrini.

M ¶ Nouem.] *In loco citato ex collectione Isidori legitur,* scripserunt octo capitula, *& verba illa,* inferius annexa, *ibi non habentur. In conciliis deinde Coloniæ impressis post actionem sextæ synodi ex vetusto codice monasterij S. Bauonis referuntur nouem capitula, & ante primum capitulum sunt hæc verba,* scripserunt nouem capitula inferius annexa, *quæ apud Anselmum quoque habentur.*

C. XI.

1 De[9] dedit Cardinalis Anselmus in proleg. Ante eandẽ Isidori collectionem.

1 PRima [A] adnotatio Ancyranæ synodi, quæ ante Nicænam fertur fuisse, sed propter auctoritatem maiorem [a] postponitur; in quas Patres xviij statuerũt canones xxiiij.† quorum auctor maxime Vitalis Antiochenus episcopus extitit. ¶ Secunda Neocæsarienſis, quę post Ancyranam, & ante Nicænam [B] legitur fuisse, in qua patres sexdecim statuerunt canones xiiij.† quorum auctor maxime Vitalis epĩscopus Salaminius † extitit. ¶ Tertia Gangrensis, quæ post Nicænam legitur fuisse, in qua Patres xvj. statuerunt canones xx. propter quasdam necessitates ecclesiasticas: maxime cõtra Eustathium, qui dicebat, quòd nullus in coniugali ordine positus, nec vllus fidelis, qui non omnibus renuntiaret, quæ possideret, spem apud Dominum haberet; & multa alia veneno sa, quæ enumerare longum est. ¶ Quarta Sardicensis, in qua Patres sexaginta [c] statuerunt canones xxj. quorum auctor maxime Osius Cordubensis episcopus, & Vincentius Capuanus episcopus, & Ianuarius [D] Beneuentanus, & Calepodius Neapolitanus sanctæ Romanæ ecclesiæ legati extiterunt. ¶ Quinta Antiochena, in qua Patres xxix.† statuerunt canones xxv. quorum maxime auctor Eusebius Palęstinensis episcopus extitit. ¶ Sexta Laodicensis, in qua Patres xxxij. statuerunt canones lix. quorum auctor maxime Theodosius episcopus extitit. ¶ Septima Carthagienensis, in qua Patres ccxvij. † statuerunt canones xxxiij. quorum auctor maxime Aurelius Carthaginensis episcopus extitit. Etiam S. Augustinus Hyponensis episcopus in eadem synodo legitur fuisse, temporibus Honorij Augusti. ¶ Octaua Africana sub Theodosio minore augusto: in qua Patres ccxvij. recitauerunt, & firmauerunt canones cv. qui per diuersa concilia Africanæ prouinciæ temporibus Aurelii Carthaginensis episcopi leguntur esse conscripti. ¶ Nona Arelatensis, in qua patres cc.† statuerunt canones quatuor: quorum auctores maxime Siluester vrbis Romæ episcopus, & S. Marinus Arelatensis episcopus extiterunt, temporibus Constantini Augusti, sicut quidam asserunt. ¶ Decima item Arelatensis, in qua Patres xix. statuerunt canones: quorum auctor maxime S. Cæsarius Arelatensis episcopus extitit. ¶ Vndecima item Arelatensis, in qua Patres xvi. statuerunt canones. ¶ Duodecima item Arelatensis in Vico Hortensii †, in qua patres xi. statuerunt canones: quorum maxime auctor S. Cæsarius Arelatensis episcopus extitit. ¶ Tertiadecima item Arelatensis, in qua Patres xix. statuerunt canones: quorum auctor maxime Sarpidius† Arelatensis episcopus extitit. ¶ Quartadecima Arausicensis, in qua patres xvi.† statuerunt canones: quorum auctor maxime Hilarius episcopus extitit. ¶ Quintadecima Epaunensis [F], in qua patres xxvi. statuerunt canones xxxix. quorum auctor maxime Cęsarius episcopus extitit. ¶ Sextadecima Agathensis, in qua patres xxix.† statuerunt canones: quorum auctor maxime Cæsarius episcopus extitit. ¶ Septimadecima [G] Aurelianensis, in qua patres lxxii. statuerunt canones: quorum auctor maxime Aurelius Arelatensis episcopus extitit, temporibus Clodouei Regis.

¶ Octauadecima item Aurelianensis, in qua patres xxxi. statuerunt canones: quorum auctor maxime Melanius Rhedonensis episcopus extitit. ¶ 2 Nonadecima item Aurelianensis, in qua patres xxx. statuerunt canones: quorum auctor maxime S. Albinus Andegauensis episcopus extitit. ¶ Vigesima Aruernensis, in qua patres xv. statuerunt canones: quorum auctor maxime Honoratus Breutensis † episcopus extitit. ¶ 3 Vigesimaprima Maticẽsis†, in qua patres xxi. statuerunt canones: quorum auctor maxime Priscus Lugdunensis episcopus extitit. ¶ Vigesimasecunda item Maticensis, in qua patres lxxxvi. statuerunt canones: quorum auctor maxime idem Priscus Lugdunensis episcopus extitit. ¶ Vigesimatertia Lugdunensis, in qua patres xviii. statuerunt canones: quorum auctor maxime Philippus Viennensis episcopus extitit. ¶ Vigesimaquarta item Lugdunensis, in qua patres xx. constituerũt canones: quorum auctor maxime idem Priscus Lugdunen. episcopus extitit.

† abest numerus à collectione ẽt Vaticana.

† al.Hortensico.

† al.Saparduſ] al.Sapidius.

† al.26.

† al.34.

2 Hactenus in collectione Isidori impressa.

† al.Briuatensis] al.Bituricensis.

† al. Maticensis.

3 Hactenus in collectione Vaticana

Prima adnotatio.

a ¶ *Maiorem.* Jarg. quòd nõ, qui prior est tempore potior est iure, sed melior præferendus est[a]: qa non gradus elegãtior, sed vitæ melioris actio comprobatur, vt 23. q. 4. ficut. & 40. distin. non loca. & c. multi. in fi. Auth. de monachis. §. ordinatione. honestorib. enim honores debentur. arg. ĩ. 25. dist. c. 1. in fi. & ff. de mu. & hon. honores. Arg. contra. C. de offi. mag. officiorum. nemo agẽtium. & 41. dist. miramur. & arg. contra. 65. dist. c. pen. & vlt. vbi de hoc in fin. & not. de hoc 67. dist. episcopus. Arch.

† al.30.

a De hoc ét not. ĩ. 74. di. eporum. & facit ad hoc qđ dixi s. e. qm̃. vers. sexta. ibi videas Ar.

† al.218.

† *in Græco vulgato, & apud Balsamonem sunt* 25.

† ibid. sunt 15.

† al. zelamitanus.

A ¶ Prima.] *Maior pars huius capitis, id est vsque ad fi. versiculi,* Nonadecima, *habetur in collectione Isidori impressa, ante præfationem ipsius Isidori: In Vaticana autem vsque ad finem vers.* Vigesimaprima. *Deus dedit, & Anselmus integrum ante suas collectiones habent. Neq; vero summula hæc eiusdem Isidori esse potest: nam neque præfationi ipsius, neque collectioni respondet, in qua, vt ceteræ mittantur varietates, multa referuntur concilia Hispaniæ, quorum hic nulla mentio.*

B ¶ Ante Nicænam..] *Sic est emendatum ex Anselmo, & Deus dedit, & Vaticana collectione. Nam ante legebatur.* Antiochenam. *In collectione autem Isidori impressa legitur quidem,* Nicænam. *sed deest vox,* ante. *Sic autem legendum esse, quemadmodum est emendatum, ostendunt verba, quæ ipsum Neocæsariense concilium antecedunt, οἱ μὲν τῆσδε μὲν ἀσὶ τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ, τῶν δὲ ἐν Νικαίᾳ προγενέστεροι, id est* qui canones posteriores quidem Ancyranis, anteriores autem Nicænis sunt, *quo loco in collectione Isidori impressa mendose est,* Et hi quidem canones secundi sunt eorum, qui in Ancyra, & Cęsarea expositi sunt. *rẽdundat enim illud, &* Cæsarea, *quare in recentioribus editionibus concilio rum omissum est. Similis error est in codice canonum Moguntino.*

c ¶ Sexaginta.] *In codice canonum lx. episcopi reperiuntur subscripsisse: sed postea additur,* & ceteri, & subscripserunt omnes episcopi diuersarum prouinciarum, vel ciuitatum, nu. 121. *Socrates lib. 2. c. 16. in eo concilio ex occidentis partibus episcopos circiter ccc. conueniſſe dicit, ex orientis vero lxxvi. qui etiam secessionem fecerunt.* Idem Nicephor

Source : BIU Cujas

cephorus lib.9.cap.12.& Tripertita.Theodoritus autem lib.2.c.7.docet ex antiquis narrationibus,epiſcopos ccl.conueniſſe. Omnino & in his, & Patrum, & canonum numeris multa ſunt emendata. Sed in multis etiam ſatis viſum eſt indicare varietates: nonnulla autem lectoris diligentiæ ſunt reſeruata.

d ¶ Et Ianuarius.] *Anſelmus habet vt Gratianus. In collectione indicata eſt,* & Vincentius Capuanus epiſcopus,& S.R.E.Legatus extiterunt. *In concilio ipſo c. 18, nominatur Ianuarius epiſcopus. In ſubſcriptione vero in codice canonum, non nominatur, ſed tantum Vincentius Capuanus S. R. E. Legatus, & Calipodius Depoſitanus legatus S.R.E.*

e ¶Septima.] *hic numeratur tantummodo vnica ſynodus Carthaginenſis, quæ habetur in codice canonum, de qua inferius xx.diſtin.c.de libellis.dicetur.*

f ¶ Epaunenſis.] *Ita emendatum eſt ex aliquot manuſcriptis,& collectione Iſidori Vaticana. Nam antea legebatur,* Empanenſis. *Verumtamen in concilio Epaunenſi impreſſo nullus Cæſarius nominatur: ſed Auiti primum eſt mentio.*

g ¶ Septimadecima.] *Hic numerantur tria concilia Aurelianenſia, quorum hæc in conciliis impreſſis indicia inueniuntur. In quinto Aurelianenſi, ſubſcribit primo loco Aurelius Arelatenſis. In primo inter alios legitur nomen Melanij Rhedonenſis. In tertio ſubſcribit quarto loco Albinus epiſcopus Andegauenſis.*

Sed quòd Nycæna ſynodus xx.canones ſupra ſtatuiſſe dicitur,contrarium videtur ei, quod in epiſtola Athanaſij inuenitur. [1] *Scribit enim Athanaſius Alexandrinus epiſcopus Marco Papæ ita dicens.*

1In epiſtola Athanaſij, & vniuerſorũ Aegypti eorum ad MarcũPapã ſed copioſi² quàm hic. 2 Iuo p.4.c. 108.Pan.l.2. c. 106. Anſ. l.1.c.59.Polyc.l.3.ti.20 Ibid. paulo ſuperius.

¶Epiſtola Athanaſij poſtulantis capitula Nicæni concilij. C. XII.

a *Eptuaginta.*]Sed contra.21.diſt.in nouo. 68.diſt.corepiſcopi. ibi enim dicitur, q̃ diſcipuli fuerunt lxxij. ſecundum Hug.dic,quòd minor numerus non excludit maiorem. arg. 10. q.1.hanc. ſic not.ſ.15. diſt.c.1.ver.harum.

2 SEptuaginta [A] [2] Nicæni concilij capitula, quæ de præfata ſynodo, iubente domino meo Alexãdro, decreto omnium epiſcoporum attuli,quę ſunt igne combuſta, optamus, vt à veſtræ ſanctæ ſedis auctoritate percipere per præſentes legatos mereamur. *Item.* ¶Præſentibus nobis octoginta capitula in memorata ſynodo tractata ſunt; quadraginta à Græcis,græca edita lingua,& quadraginta à latinis ſimiliter latina edita lingua. Sed viſum eſt cccxviij.epiſcopis † ſpiritu ſancto repletis,& maxime iam dicto Alexandro, & Apoſtolicæ ſedis Apocryſariis, vt decem capitula adunarentur aliis, atque congruis locis inſererentur,& ad formam ſeptuaginta diſcipulorum, vel totius orbis terræ linguarum,ſeptuaginta tanti & tam excellentis concilij fierent capitula;quę omnem Chriſtianorum informarent orbem.

† *patribus*] Orig.

A ¶ Septuaginta.] *Ex his Athanaſij verbis conſtat,non omnes Nicænæ ſynodi canones aut græce,aut latine nunc haberi.Et Iulius Papa ad orientales, & Innocentius Victricio, & alij multos ex illa canones citant,qui non ſunt in his viginti,qui in manibus omnium verſantur. De qua re ſcribit Iſidorus in præfatione conciliorum tomis inſerta .Et ex epiſtola quadam Gregorij decimi ad Regem Armeniorum, cum concilium Lugdunenſe indixiſſet (quam manuſcriptam habet Cardinalis Sirletus) intelligitur integrum Nicænum concilium in lingua Armeniorum eo tempore extitiſſe.Sic enim ſcribit:* Quia vero multipliciter expedit,vt in eiuſdem celebratione concilij,antiquorum conciliorum copiam habeamus, celſitudinem regiam rogamus, & hortamur attente,quatenus integrum Nicænum concilium,& alia concilia,quæ habere diceris in Armenica littera,cum aliquibus peritis interpretibus, nobis cum ea, qua poteris, celeritate tranſmittas. *Tuneti quoque,& Alexandriæ inuenti ſunt lxxx.canones Arabice ſcripti ſub nomine huius concilij,qui Romæ in Arabica,et Armenia lingua ſcripti penes eundem Cardinalem Sirletum ſunt, & nuper etiam in latinam linguam conuerſi ſunt,& impreſſi.*

Quomodo ergo viginti tantum capitula in Nicæna ſynodo ſtatuta dicuntur,cum ſeptuaginta capitula (vt Athanaſius ſcribit) in ea ſtatuta monſtrentur? ¶ *His ita reſpondetur:Capitulorum Nicænæ ſynodi quædam in deſuetudinem abierunt:viginti tantum in Romana eccleſia habentur.*

Vnde Stephanus Papa ſcribit dicens Luythobio epiſcopo Moguntino.

¶Nicæni concilij viginti tantum capitula habentur. C. XIII.

3 Iuo p.4.c. 237. Pan.l.2. c.107.

3 VIginti [b] tantum capitula Nicænæ ſynodi in ſancta Romana eccleſia habentur, ſed quo neglectu alia defecerint,ambiguum eſt. Plurimi arbitrantur ea Antiocheno concilio eſſe inſerta.

¶ *Apud Iuonem parte 4.c.232. habetur magis integrum hoc caput,* Capitula Nicæni concilij teſtimonio Athanaſij ſeptuaginta in figuram ſeptuaginta diſcipulorum ſcripta non dubitamus,è quibusviginti tantum in eccleſia ſancta Romana,& quæ ſequuntur.

Sardicenſe quoque concilium auctoritate Nicolai Papæ recipitur.

4 *Vnde idem ſcribit Clero † Conſtantinopolitano.*

¶ Auctoritate Apoſtolica Sardicenſe concilium recipitur. C. XIIII.

5 QVod dicitis neque Sardicenſe concilium, neque decreta † alia vos habere ſanctorum Pontificum,non facile nobis facultas credendi tribuitur, maxime cum Sardicenſe concilium, quod penes vos in veſtris regionibus [c] actum eſt,& omnis eccleſia recipit, qua ratione conuenerit †, vt hoc ſancta Conſtantinopolitana eccleſia abiiceret: & vt dignum eſt,non retineret?

DISTINCTIO XVII.

1. ps

Eneralia [d] *concilia quorum tempore celebrata ſint, vel quorum auctoritas ceteris præemineat,ſanctorum auctoritatibus ſupra monſtratum eſt. Auctoritas vero congregandorum conciliorum penes Apoſtolicam ſedem eſt.*

Vnde Marcellus Papa ſcribit Maxentio [B].

B ¶ Maxentio.] *Antea legebatur,* Maxentio epiſcopo. *In tomis autem conciliorum in epiſtolæ inſcriptione eſt,* ad Maxentium tyrannum, *ſed in principio epiſtolæ ipſius eſt,* Marcellus Maxẽtio,*quæ lectio viſa eſt retinenda.*

¶Abſque Romani Pontificis auctoritate ſynodus congregari non debet. C. I.

6 SYnodum [e] epiſcoporum abſque huius ſanctæ ſedis auctoritate (quanquam quoſdam dicit, quòd tantum auctoritate ſedis Apoſtolicæ poſſunt congregari, & hoc probat per c.ſeq.

d ¶ *Generalia quoque concilia.*] In hac diſt.oſtenditur qui poſſunt facere concilia. Sunt autem conciliorum quędam vniuerſalia, quædam particularia ſiue prouincialia,quędam epiſcopalia. Vniuerſale eſt quod à Papa, vel eius legato cum omnibus epiſcopis ſtatuitur [b]:particulare,ſiue prouinciale eſt,quod metropõlitanus, vel primas facit cum ſuffraganeis ſuis, vt 18.diſt. c.1.92.diſt.ſi quis epiſcopus. Sed vniuerſale non debet fieri ſine auctoritate Papæ, vt hic, nec particulare ſine auctoritate metropolitani,vel primatis,nec epiſcopale ſine auctoritate epiſcopi, metropolitanus tamen poteſt facere concilium ſine auctoritate primatis, vt 92.diſt.ſi quis epiſcopus. ſimiliter epiſcopus ſine auctoritate metropolitani, vt 38. diſt. quando.& 12.q.2.placuit.Nec obſt.quod legitur j.diſt.prox.c.propter.in fi.& c.pe.quia illud eſt intelligendum de prouincialibus conciliis,vel intellige illud de canonibus conſtituendis.Ioan.

Synodum.] Casvs. Maxentius epiſcopus volebat generalem ſynodum ad condendum canones congregare:ſed Marcellus dicit, quòd non poteſt ſine licentia Papæ : quamuis poſſit particularem ſynodum facere.

e ¶ *Synodum.*] ſcilicet generalem.

Additio. Vel etiam prouincialem ad aliquid generaliter ſtatuendum. Archidiac.

b ¶*Viginti.*] A Sardicenſi.

QVod dicitis.] Casvs.Clerici Cõſtantinopolitani dicebant ſe non hĩe ſtatuta concilij Sardicenſis, vel ſanctorum Patrum, nec recipere, ſed Papa redarguit eos dicens, non eſſe facile credendum eos non habere ſtatuta illa,cũ publice penes eos facta fuerũt,& cum tota eccleſia ea recipiat,Conſtantinopolitana ea recipere debet.

4 Hĩ epiſt. 6. q̃ prima adPhotium eſt. † *al.electo.*

c ¶*Regionibus.*]hic eſt duplex arg.vnum tale, ex quo omnes alij hoc faciunt, ergo & tu obſeruabis hoc, vt no.ſ.12.diſtin.illud.& c.quemadmodũ.item arg.“ quòd nulli licet ignorare ea, quæ publice facta ſunt. 12. q. 2.qui & humanis. 8.q. 1.licet.11.q.3.curæ.20. diſt.ſi decreta.87.diſt. c.vlt. 33.q.1. paratus. ff.de inſt.act.ſed & ſi. §.præſcribere.C.de liber.cau.ſi filia.ext.de poſt.præla.ad hanc[a]. arg.contra. 82.diſtin. & 1.q.1.ſi quis dederit.primũ regulare, ſecũdũ caſuale ,ppter caſum ignorantis.ext.q̃ ma.cc.poſ.cum in tua.

5 Iuo p.4.c. 135. Pan.l.2. ca.117. verſ. qđ dicitis.] † *decretalia vos.*

“ Facta publica debẽt ab omnib⁹ ſciri.

† *al. conueuerat.*

Eneralia.] Hæc diſtin.diuiditur in tres partes.In quarum prima magiſter intẽdit probare,quòd nullum robur habet concilium generale ſine licentia Papæ celebratum. Secunda ibi, *Quapropter.*Tertia ibi, *Hinc etiam.*

Casvs. Supra diſt. 15. c.1.& 16.c.ſexta.oſtenſum eſt quo tempore generalia concilia celebrata fuerũt,& quorum auctoritas ceteris præeminebat eſt ſimiliter oſtenſum.In hac vero.17.diſt.oſten

6 Anſ.l.2.c. 60.Iuo p.4. c.240.Poly. l.j.c.al.ti.13.

a ¶ *Cong*

Source : BIU Cujas

a ¶ *Congregare.*] Cum conueniunt episcopi ad examinandam causam criminalem alicuius clerici in sacris, & secundum hoc est arg. ꝙ talis congregatio episcoporum non dicitur synodus generalis.

Regula.] Casvs. Orientales episcopi facti hæretici multas fecerunt facto concilio constitutiones: cui concilio, nec Papa, nec eius legatus interfuit. Et ideo Iulius Papa dicit illud nullas vires habere, vel quod in eo est statutum. & hoc probat auctoritate canonum dicentium, concilia sine auctoritate sedis Apost. fieri non dēre. Casvs. seq. c. patet.

b ¶ *Legatus.*] ad hoc specialiter destinatus, aliàs non posset legatus facere concilium, vt no. §. dist. 3. c. regula. §. porro. & extr. de off. leg. quòd translationem.

Psal. 81.

c ¶ *Ratum est.*] arg. ꝙ id quod nullum est, non potest ratum haberi, vt no. 9. q. 2. cap. nullus alterius. extra de elect. auditis.

d ¶ *Vic soli sedi concessa.*] "Hic expresse habetur, ꝙ illud quod soli Papæ competit, non transfertur generali mandato, nisi specialiter mandetur, vt extra de off. leg. quod translationem. quæ autem illa sint, dixi 12. dist. præceptis. & alia habes extra de off. leg. quod translationem.

"Papæ soli cōpetēs, generali mandato nō trāsfertur.

1 Anſ. l. 2. c. 47. Polyc. l. 1 c. 13.

† *al. legatio.*

Nec licuit.] Casvs. Celebrato concilio quinto apud Constātinopolim, episcopi Venetię, Histrię & Liguriæ volentes recipere statuta illius concilij, conuenerunt ad examinandum, an illa statuta essent bona, vel mala, contra quos inuehitur Gregorius, dicens, quod si aliqua dubitatio emerserit de statutis in eodem concilio, mittere debebant ad sedem Apostolicam. Si vero fuerint cōtumaces, ab ecclesia sunt coercendi, & si per ecclesiam non possunt, per sæcularem debēt cōprimi potestatem.

2 Anſ. l. j. c. 55. Polyc. l. j. c. 17.

† *sanctæ.*

† al. Pelagi⁹ Papa Valeriano Pritio

3 Iuo p. 4. c. 239. Anſ. l. 12. c. 43. Polyc. l. j. c. 14.

e ¶ *Particularem.*] Ad aliqd generaliter statuendum[a], vel ad reuocādum illud, quod in vniuersalibus conciliis est statutum, vt isti episcopi, qui volebant retractare statuta Constantinopolitanę synodi. vī hic, ꝙ ad solum Papam spectat interpretari statuta vniuersalis concilij, vt ext. de concess. præben. & eccl. non vac. dilectus. Arg. contra, "quòd ab omnibus episcopis, vel à saniori parte eorum qui interfuerunt, potest fieri interpretatio: quia ab eo iudice prodire debet interpretatio, qui ius statuit. extra de sent. exc. inter. de iudic. cum venissent.

a Vel dic ꝙ particulare dt pp illos, q partē faciūt, s. hereticos, quib⁹ nullo mō ly cōciliū celebrare, secūdùm Laur.

†*Apostolicas sedes*] Iuo.

† *al. percipienda.*

† *al. quibusdam.*

[Prou. 18.] "Statuta vniuersalis concilij per quem pñt interptari.

f ¶ *ad recipiendam.*] Eo ipso quòd quis errat, non dicitur hæreticus, si paratus est corrigi, vt 24. q. 1. hæc est fides. sed si dubitat de fide, hæreticus dicitur, vt extra de hæret. c. 1.

g ¶ *Per sæculares.*] "Possunt ergo laici coercere[b] clericos etiam non depositos in casibus, vt no. 23. q. 5. principes. aliàs autem etiam depositum non potest laicus punire, nisi incorrigibilis sit, vt extra de iudic. cum non ab homine. nunquam enim clericus quantumcunque sit criminosus tradendus est curiæ sæculari, dum modo possit corrigi per ecclesiasticam potestatem, vt 81. dist. dictum. extra de iudi. at si clerici. nisi in crimine falsi litterarum Apostolicarum. vt ext. de cri. fal. ad falsariorum. Item habes hic, quòd vbicunque deficit ecclesiastica potestas, semper recurritur ad brachium sæculare, 11. quæst. 1. petimus. & 23. q. 5. de Liguribus.

"Laici vtrū possint alicos punire.

b Hic videas quod leg. & not. 17. q. 4. de ꝓsbytec. rorū. Arc.

† *al. opprimi*

Additio. Ad idem eadem quæst. administratores.

Multis.] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes: In prima parte dicitur, quòd Constantinopolitani episcopi celebrauerunt concilium ad vocationem Ioannis, qui tunc erat patriarcha: quod factum fuit absque sedis Apostolicæ licentia: quare Papa concilium illud euacuat & cassat, & quidquid in eo fuit constitutum, & prohibet ne decetero talia fiant. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Si vero.* dicitur, quòd si episcopi cœperūt super aliquo discrepare negotio, referatur qō ad sedem archiepiscopi, vel patriarchæ, & si ibi non potest terminari, referuetur ad synodum episcoporum: difficiliores vero quæstiones ad sedem Apostolicam referuentur.

4 Anſ. l. 2. c. 36. Poly. l. 1. c. 14.

h ¶ *Hortatu.*] Arg. ꝙ auctoritas superioris non excusat, vt 12. q. 2. quicunque militum. arg. contra. 12. q. 2. de rebꝰ. 63. dist. Salonitanæ[c]. Tu dic, quòd in leuibus excusat, aliàs

c Vbi d hoc. & 86. di. an non. putabis. Ar.

i ¶ *ad maiorem.*] idest, ad metropolitanum: "& ita cum appellatur ab omnibus episcopis prouinciæ ad metropolitanum, videtur, quòd metropolitanus solus maior sit omnib. episcopis prouinciæ: quia de pari ad parem non licet appellare. 2. q. 6. c. anteriorum. vers. illo videlicet. Item hic appellatur à metropolitano ad conciliū metropolitanum. ĵ. 2. q. 6. omnis. & sic concilium est maius[d] ipso metropolitano. & sic appellatur ab aliquo ad seipsum cum aliis, & est simile ff. quan. ap. fit. l. 1. §. solent. Sed quid est, quod hic dicitur, ꝙ si dissentiunt episcopi, recurratur ad superiorem

"Appellatur de epis prouinciæ ad metropolitanum.

d Ex hoc dicto vī, ꝙ cōciliū posset cognoscere d causis detrictorū metropolitani. de hoc dicā 11. q. 1. si clericus. vbi videas. Arch.

epiſcopos poſſitis congregare[a]) non poteſtis regulariter facere. Neque[A] vllum epiſcopum, qui hanc appellauerit Apoſtolicam ſedem, damnare: antequam hinc ſententia definitiua procedat. Nā ſi ſæculares in publicis iudiciis libellis vtuntur appellatoriis, quanto magis ſacerdotibus hęc eadem agere licet, qui ſuper illos ſunt? De quibus dictum eſt [Ego dixi, Dij eſtis.]

Pſal. 81.

A ¶ Neque vllum epiſcopum.] *hinc vſque ad finem non habentur in aliquot manuſcriptis Gratiani exemplaribus.*

Item Iulius Papa primus in reſcripto contra orientales pro Athanaſio c. xxix.

¶ Non eſt ratum concilium, quod auctoritate Romanæ eccleſiæ fultum non fuerit. C. II.

1 REgula veſtra nullas habet vires, nec habere poterit: quoniam nec ab orthodoxis epiſcopis hoc concilium actum eſt, nec Romanę eccleſię Legatus† [b] interfuit: canonibus præcipientibus ſine eius auctoritate concilia fieri non debere. Nec vllum ratum eſt [c], aut erit vmquam concilium, quod non fultum fuerit eius auctoritate.

† *al. legatio.*

Item Damaſus Papa I. ad Stephanum, epiſt. 3.

¶ Nullus vſurpet conceſſa Romanæ eccleſiæ. C. III.

2 HVic ſoli † ſedi conceſſa [d] nullus vſurpare ſine eius conſultu præſumat, qui non vult honore eccleſiaſtico indignus, vt contemptor, iudicari.

† *ſanctæ.*

Item Gregorius † [B].

¶ Abſque Apoſtolicæ ſedis auctoritate ſynodum particularem contra vniuerſalem aliquibus congregare non licet. C. IIII.

3 NEc licuit alicui aliquando, nec licebit particularem [e] ſynodum [c] congregare: ſed quoties aliqua de vniuerſali ſynodo aliquibus dubitatio naſcitur, ad recipiendam [f] de eo, quod non intelligunt, rationem, aut ſponte ij, qui ſalutem animæ ſuæ deſiderāt, ad Apoſtolicam † ſedem pro recipienda † ratione conueniant: aut ſi forte (ſicut de talibus † ſcriptum eſt [peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit]) ita obſtinati, & contumaces extiterint, vt doceri nō velint, eos ab eiſdem Apoſtolicis ſedibus aut attrahi ad ſalutem quoquomodo neceſſe eſt, aut (ne aliorum perditio eſſe poſſint) ſecundum canones per ſæculares [g] comprimi† poteſtates.

† *al. percipienda.*

† *al. quibuſdam.*

B ¶ Gregorius.] *Hoc proculdubio eſt Pelagij, ſicut ab Anſelmo & Iuone citatur. Sunt autem apud Gratianum multa capita ex Pelagio huius argumenti, ad Apoſtolicas ſedes recurrendum eſſe, cum inferiores epiſcopi, aut quiuis alij cognoſcere deſiderarent quid in aliqua vniuerſali ſynodo eſſet conſtitutum, & valde illos condemnandos, qui Apoſtolicis ſedibus non communicant, vt 23. q. 5. cap. non vos, & c. de Liguribus. Ex hoc autem cap. nec licuit. & c. iſtud. 11. q. 1. habetur integra epiſtola Pelagij, quemadmodum ab Anſelmo refertur. Verum in Polycarpo citatur ex Gregorio, & in margine eſt additum,* ad epiſcopos Mauritaniæ. *Atque in ſummariis capitum dictatus ipſius Papæ, qui habetur libr. 2. Regeſti Gregorij ſeptimi inter cetera hoc eſt,* quod nulla ſynodus abſque præcepto ſummi Pontificis debet generalis vocari.

c ¶ Synodum.] *apud Anſelmum, Iuonem, & in Polycarpo adduntur hæc,* ad iudicandum vniuerſalem ſynodum. *Hoc enim eſt, quod prohibetur hic à Pelagio. Multi enim eo tempore aut ignorantia, aut animi peruerſitate adducti nolebant quintum concilium recipere, (Qua de re B. Gregorius, lib. 7. epiſt. 53. & alibi ſæpe) & particularem ſynodum vniuerſali, ac ſedium apoſtolicarum auctoritati præferebant. Itaque hoc capite non prohibet Pelagius, ſiue Gregorius, ne epiſcopi poſſint diœceſanas, & Metropolitæ prouinciales ſynodos conuocare, ſed ne ipſas ad iudicandum vniuerſalem ſynodum congregent, atque ita eſt in rubrica emendatum.*

Item Pelagius Papa II. epiſcopis, qui conuenerant ad illicitam vocationem Ioannis Conſtantinopolitani, epiſt. 1. c. 1.

¶ Non eſt concilium, ſed conuenticulum, quod ſine ſedis Apoſtolicæ auctoritate celebratur. C. V.

4 MVltis denuo Apoſtolicis, & canonicis, atque eccleſiaſticis inſtruimur regulis, non debere abſque ſententia Romani Pontificis concilia celebrari. ¶ Quapropter, vt iam dictum eſt, recte non concilium, ſed veſtrum conuenticulum, vel conciliabulum caſſatur, & quidquid in eo actum eſt, irritum habetur, & vacuum. Vos quoque deinceps videte, vt nullius hortatu [h] talia præſumatis, ſi Apoſtolicæ ſedis cōmunione carere nō vultis. *& infra.* ¶ Si vero in qualibet prouincia ortæ fuerint quæſtiones, & inter ipſius prouinciæ epiſcopos diſcrepare cæperit ratio, atque inter ipſos diſſidentes non conueniat: ad maiorem [i] tunc ſedem referantur. Et ſi illic facile, & iuſte non diſcernuntur, vbi fuerit ſynodus regulariter congregata, canonicum

Source : BIU Cujas

riorem? quare non ſtatur hic ſententiæ plurium. 65. diſt. ſane? Intelligunt quidam, quòd hoc dicitur in cauſa criminali epiſcopi, vbi oportet oēs epos conſentire, vt 6. q. 4. c. 1. & 2. Sed poteſt intelligi in eo caſu, quando in prouincia dubitatur de negotio aliquo inter epiſcopos: tunc recurritur ad ſedem ſuperiorem. Vel intelligãs in eo caſu etiam quando diſſentiunt epiſcopi in ſententia, non quòd ſententiam aliquam proferant, ſed videtur quibuſdam vno modo ſententia, aliis alio modo.

† al. difficiles.

a ¶ *Maiores.*] vt de fide, vt 24. q. 1. quoties.

1 In lib. Enno. p defenſione. 4. & 5. ſyn. ſub Sym. Pap.

CONcilia.] CASVS. Quidam epiſcopi ſingulis annis ſine ſede Apoſtolica concilia faciebant, quare Symmachus Papa ea caſſat, cum non inueniatur aliquid conſtitutum ſine auctoritate ſedis Apoſtolic. immo ſemper ei maiora negotia reſeruantur.

2 Iuo p. 4. c. 242. Anſ. l. 2. c. 56. Polyc. l. 3. tit. 7.

† al. Legite.

b ¶ *Sacerdotum.*] id eſt, epiſcoporum.

c ¶ *Perdiderunt.*] No. quòd aliquis dicitur perdere quod nunquam habuit, ſic 5. q. 6. quia iuxta. 23. q. 4. Guiliſarius. 23. di. quorundam[a]. ſic 33. q. 2. ꝙ vero. & c. Moyſes.

† *collationem*] Orig.

HINC ETIAM. Hæc eſt 2. pars diſt. in qua ponitur quid iuris ſit de ſynodis.

aVbi d̄ hoc. Arch.

CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd Symmachus Papa erat de quibuſdam criminibus diffamatus: vnde Theodoricus Rex veniens Romam, concilium congregauit, vt examinarentur ea quæ obiiciebantur Papæ: Tunc ſurgentes epiſcopi Liguriæ & Aemiliæ & Venetiæ dixerunt Imperatori, quòd ad Papam ſpectabat conuocare concilium: Imperator ad hoc benigne reſpondit omnia eſſe in poteſtate ſyno di: committens negotium auctoritati Pontificũ, dummodo pax in ciuitate Romana ſeruetur. In ſecunda parte quæ incipit ibi, *Epiſcopi vero.* dicitur, ꝙ epiſcopi ibi congregati auctoritate eiuſdem Symmachi interueniente abſoluerunt ipſum ab humano iudicio, à ſolo Deo iudicandum, & reſtituendos clericos, qui receſſerãt à Symmacho Papa, in ſuis officiis decreuerunt: dummodo primo Symmacho ſatisfaciant: Cui ſtatuto primo ſubſcripſit Laurentius epiſcopus eccleſiæ Mediolanenſis, ſecundo Rauennas, & poſtea lxxv. epiſcopi. Omnia quæ poſtea ſequuntur, plana ſunt vſque ad diſt. 18.

3 Verba oĩa ſumpta ſũt ex quarta ſynodo Romana ſub Symmac.

† *Chriſtianis omnib, redderetur*] ori.

4 Ibid. ĵ. † *al. propoſitionib*ꝰ] Ori.

d ¶ *Præcepiſſet.*] Iſti epiſcopi venerunt ad citationem Regis, non ꝙ venire tenerentur, ſed vt reuocarent eum ab errore ſuo. Simile ad hoc extra de except. olim.

*Cõcilia ꝑprie ñ dederũt primatũ Rom. eccle. ſed explicarunt datum â Domino.

e ¶ *Iuſſione Domini.*] Habet ergo Romana eccleſia auctoritatem à conciliis, ſed Imperator à populo, vt 93. diſt. legimus. in fin. Contrarium huic ſignatur 21. diſt. quamuis. & 22. diſt. omnes. vbi dicitur, quòd Romana eccleſia habet primatum à Domino, & non à conciliis. Sed dic principaliter habuit à Domino, ſecundario à conciliis.

f ¶ *Reuerentiam.*] Debet Imperator reuerentiã eccleſię: ſed de rebus eccleſiæ nihil poteſt diſponere. vt 96. diſt. bene. vnde nec dignitates, nec præbendas dare poteſt[b], vt 16. q. 7. ſi quis deinceps. arg. contra, extr. de conſuet. cum inter. in parte deciſa. vbi dicitur rex conferre decanatum: ſed hoc forte ex conſuetudine, & ex priuilegio. 16. quæſt. 1. hinc etiam.

b Cõtra no. 10. diſt. imperium. ibi dixi. Arc.

ce, & iuſte iudicentur. Maiores [a] vero & difficiliores † quæſtiones (vt ſancta ſynodus ſtatuit, & beata conſuetudo exigit) ad ſedem Apoſtolicam ſemper referantur.

Item Symmachus Papa [1].

¶ Prouincialia concilia ſine Romani Pontificis præſentia pondere carent. C. VI.

2 CONcilia ſacerdotum [b] eccleſiaſticis legibus quotannis decreta per prouincias, quia præſentiam Papę non habent, valitudinem perdiderunt [A c]. Legiſtis† inſaniſſimi, aliquando in illis præter Apoſtolici apicis ſanctionem aliquid conſtitutum; & non de maioribus negotiis ad conſultationem†, ſi quid occurrerit, præfatæ ſedis arbitrio fuiſſe ſeruatũ?

A ¶ Perdiderunt.] *Hic in libello Ennodij in recentioribus editionibus eſt nota interrogationis. Sunt enim verba inimicorum Symmachi hoc tanquam abſurdum quidpiam obiicientium. Quibus Ennodius in ſequentibus verbis reſpondet*, Legite, &c.

2 3 [*Hinc etiam cum auctoritas Theodorici Regis ex diuerſis prouinciis ad vrbem Romam ſacerdotes conuenire præcepiſſet* [d], *vt ſanctum concilium iudicaret de iis, quæ venerabili Papæ Symmacho præſuli Apoſtolicæ ſedis ab aduerſariis ipſius dicebantur impingi, Liguriæ, & Aemiliæ, ſeu Venetiarum epiſcopi ſuggeſſerunt ipſum, qui dicebatur, impetitus, debere ſynodum conuocare, ſcientes, quia eius ſedi, primum Petri Apoſtoli meritum, deinde ſecuta iuſſione*† [e] *Domini, cõciliorum venerandorum auctoritas ſingularem in eccleſiis tradidit poteſtatem, nec antedictæ ſedis antiſtitem minorum ſubiacuiſſe iudicio.*] *& infra.* ¶ [*Ad hæc ſereniſſimus Rex, Deo adſpirante, reſpondit ſynodalis eſſe arbitrij in tanto negotio ſequenda præſcribere, nec aliquid ad ſe præter reuerentiam* [f] *de eccleſiaſticis negotiis pertinere, committens etiam poteſtati Pontificum, vt ſiue propoſitum vellent audire negotium, ſiue nollent, quod magis putarent vtile deliberarent, dummodo venerandi prouiſione concilij pax in ciuitate Romana daretur*†: *epiſcopi vero in ſynodo reſidentes congregata auctoritate eiuſdem Symmachi dixerunt* [4]: *Symmachus Papa ſedis Apoſtolicæ præſul ab huiuſmodi oppoſitionibus* † *impetitus, quantum ad homines reſpicit, ſit immunis* [g], *& liber, cuius cauſam totam Dei iudicio reſeruamus.*] *& infra.* ¶ [*De clericis vero memorati Papæ, qui ab epiſcopo ſuo ante tempus* [h] *contra regulas diſceſſerunt, & ſchiſma fecerunt: hoc fieri decernimus, vt* † *illi ſatisfacientes epiſcopo ſuo miſericordiam conſequantur, & officiis eccleſiaſticis ſe gaudeant reſtitui.*] *ibidem infra.* ¶ [*Laurentius eccleſiæ Mediolanenſis epiſcopus huic ſtatuto noſtro, in quo totam cauſam Dei iudicio commiſimus, ſubſcripſit. Petrus eccleſiæ Rauennatis epiſcopus ſub eiſdem verbis ſubſcripſit, & poſt eum ſeptuaginta quinque epiſcopi.*] *Illud de clericis pro pace in vrbe reformanda miſericorditer, & diſpenſatiue factum dignoſcitur.* ¶ *Hoc quoque notandum eſt, quòd in hoc concilio, & in alia ſynodo* [i] *Symmachi Papæ, ante Rauennatem epiſcopum Mediolanenſis ſubſcripſiſſe, & reſpondiſſe legitur: ex quo & ſedis prærogatiuam ante eum habere colligitur.*

Ait enim Gregorius primus libr. 7. reg. epiſtol. 112. Syagrio epiſcopo Auguſtudunenſi.

C. VII.

5 EPiſcopos ſecundum ordinationis ſuæ tempus [k], ſiue ad conſidendum in concilio, ſiue ad ſubſcribendum, vel in qualibet alia re, ſua attendere loca decernimus, & ſuorum ſibi prærogatiuam ordinum vindicare.

Verum tempus ordinationis non ad eccleſias, ſed ad perſonas refertur, ſicut ex conſuetudine Cardinalium ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & epiſcoporum vniuſcuiuſque prouinciæ euidenter apparet.

DISTINCTIO XVIII.

1. p.

Piſcoporum [1] *igitur concilia, vt ex præmiſſis apparet, ſunt inualida ad definiendũ, & conſtituendum* [m], *non autem ad corrigendum. Sunt enim neceſſaria epiſcoporum concilia ad exhortationem, & correctionem, quæ etſi non habent vim conſtitutionis*†, *habent tamen auctoritatem imponendi, & indicendi, quod aliàs ſtatutum eſt, & generaliter, ſeu ſpecialiter obſeruari præceptum.*

[*Ex Cabilonenſi concilio, c. 6.*]

¶ *In peruetuſto Gratiani codice palea hæc eſt in extremo præcedentis diſtinctionis, conuenitque cum vltimo illius capite*, epiſcopos. *Ex Cabilonenſi autem citant etiam ceteri collectores. extat vero in Bracarenſi primo, c. 24. & concordat cum c. 13. concilij Mileuitani, & c. 53. concilij Africani.*

† al. conſtituendi.

g ¶ *Immunis.*] ĵ. 2. q. 7. §. item cum Balaam. in fi. contra, ibi dicitur, quòd ſimoniacus poſt reſtitutionem tenetur reſpondere accuſatoribus. Sed dic, ꝙ primo fuit accuſatus de hæreſi, ſed cum appareret calũnia accuſantis, poſtea fuit abſolutus, vt hic dr̃.

†*vt eos ſatisfacientes epiſcopo ſuo miſericordia ſubſequatur*]ori.

h ¶ *Ante tempus.*] quod fieri non debuit, vt 8. q. 4. nonne. §. illud.

i ¶ *Synodo.*] vt 96. diſt. bene.

k *Epiſcopos.*] *Tempus.*] " Generale eſt, ꝙ qui prius dignitatem receperũt, præferẽdi ſunt aliis [c], vt 74. diſtin. epiſcoporum. & 75. diſt. c. vlt. & ext. de ma. & obed. c. 1. qm̃ ille gradu ceteros antecedit, quem labor prolixior & ſtipendia longiora fecerunt anteire, vt C. de off. ma. of. l. nemo. niſi aliquis receperit dignitatem â principe: ille enim præponitur aliis, vt extr. de ma. & obe. per tuas. & ff. de alb. ſcri. l. 2. & niſi ſint loco metropolitani, vel alicuius maioris dignitatis, ꝙ licet ſint poſterius ordinati, tamen præponuntur aliis, vt hic in Palea, placuit. diſt. prox.

"ordo inter bñficiatos.

c Contra 16. diſt. 6. ſynodus. ver. prima adnotatio. vbi de hoc. Arc.

5 Anſel. l. 6. c. 134.

Piſcoporum.] Hæc diſtinctio diuiditur in tres partes: In prima probat, quòd cõcilia epiſcoporum debent fieri bis in anno, & hoc probat per ſex canones: quod tamen correctum eſt. Secũda ibi, *Quoniam quidem.* Tertia ibi, *Singuli.*

CASVS. Dictum eſt ſupra & oſtenſum, quòd epiſcopi non poſſunt celebrare concilia ſine licentia Romanæ ſedis, ĩ quibus aliquid generaliter definiãt, vel ſtatuant: ad correctionem tamen concilia celebrare, & indicere ꝙ iam ſtatuta ſunt generaliter vel ſpecialiter, poſſunt.

l ¶ *Epiſcoporum.*] Hic intitulatur 18. diſt. In proxima diſt. magiſter oſtendit [d], quod prouincialia concilia nihil gñaliter pñt conſtituere: ideo conſequenter oſtendit ad qd ſint vtilia: addit & quotiens in anno, & quo tpe anni, & cuius auctoritate ſint celebranda [e], & ꝙ metropolitanus nihil debet exigere ab epiſcopis conuenientibus ad concilium. addit de pœna epiſcopi, qui vocatus ad ſynodum non venit. In fine dicit, ꝙ intra ſex menſes debet epiſcopus indicare ſuis ſubditis ea, quæ in concilio acta ſunt.

d ſ. diſt. px. ead. cõcilia. ſecundùm Hug.

e Vt ĵ. e. c. j. 2. & 3. c. pe uenit. & ca. quoniam.

m ¶ *Conſtituendum.*] Illud non eſt verum: qa epiſcopi bene poſſunt condere canones epiſcopales, & archiepiſ prouinciales: quia quilibet populus, & " quælibet eccleſia ſibi pt ſtatuere aliquod ius, vt ſ. diſt. 1. ius ciuile. & 8. diſt. quæ cõtra. & 12. diſt. catholica. & 12. diſt. illa. & de conſec. diſt. 3. c. 1. & ext. de fer. conqueſtus. ſed de maiorib. negotiis nõ pñt aliqd ſtatuere, vt hic, & 12. diſt. præceptis. vbi de hoc.

"Eccleſia q̃ libet pt ſibi ius ſtatuere

Source : BIU Cujas

DE *conciliis.*] Casvs. In hoc c. statuit Leo, vt concilia episcoporum fiant bis in anno, & ibi clericorum quæstiones dirimantur: & si ibi dirimi non possunt, referantur ad primatem, & si nec ibi poterunt terminari, ad sedem Apostolicam referantur.

a ¶ *Bini.*] Hoc corrigitur. j. eo. quoniam. & extra de acc. sicut olim.

b ¶ *De omnibus.*] ad eos spectantibus.

c ¶ *Ordines.*] idest, laicos vel clericos. loquitur Primati vel Patriarchæ.

d ¶ *Metropolitanus.*] Not. quòd in magnis negotiis semper consulet archiepiscopus suum Primatem, vt hic, & 65. dist. de persona. & 6. q. 4. si inter episcopos. " Item habes hic, quòd Primas non debet interesse concilio metropolitani. & 92. dist. c. pen. & 11. q. 1. si clericus adversus.

e ¶ *Instruere.*] Ergo iudex à quo appellatur, potest instruere iudicem ad quem appellatur, & eius causam quare nō recipit eius appellōnem, & exemplum sibi reddere debet, vt ff. de ap. reci. l. sciendum. nō tamen tanquam testis, vt 2. q. 6. statuendum.

Habeatur.] Casus trium seq. c. plani sunt.

f ¶ *Dies quadragesimæ.*] In seq. c. dicitur, q̄ post tertiam hebdomadā Paschæ, sed iste canon prēiudicat illi: quia iste canon est Nicæni concilij [a], vel loqtur secundum diuersas consuetudines. 16. distin. c. sexta. ver. j.

Additio. arg. 76. dist. vtinam. Archid.

g ¶ *Simultatibus.*] Simultas est odium priuatum. 65. dist. c. 3.

h ¶ *Circa tempora.*] Idibus Octobris, vt j. c. seq.

i *Propter.*] ¶ *Admoneant.*] id est, conuocent, vel proprie, & sic est arg. quod mora p̄t purgari, licet certus dies sit appositus [b], aliàs quare admonerētur? sic j. ead. dist. quoniam. & extr. de concess. præb. & eccl. non vac. quia diuersitatem. & ff. de per. & com. rei ven. l. 1. §. licet autem. Arg. contra extra de elect. cum in cunctis. argu. contra. 7. q. 1. præsentium. & 20. q. 2. puella. & C. de cōtrah. sti. magnam. & extra de do. & cont. cum dilecti. Sol. vbi dies præfigitur à canone, mora potest purgari: secus si ab homine præfigitur dies. arg. ff. de arb. si cum dies. §. vlt. & l. Celsus. Ioan. Sed hoc non est verum, vt extra de sup. neg. præl. licet. ibi dici videtur, quòd mora purgari non possit. sed certe noua decr. dicit quòd in solutione pensionis mora intra breue tempus possit purgari, vt extra de loc. c. vlt. sed illa loquitur in alio casu quam decretal. licet. Vel dic, quòd illa corrigit decret. licet. B.

1 Burc. l. 1. c. 55. Iuo p. 5. c. 165. Pann. l. 4. c. 20.

† *al. sedendi deferat.*

2 Burc. l. j. c. 43. Iuo p. 4. c. 241. Pann. l. 4. c. 13. Polyc. l. 3. ti. 19.

" Primas in cōcilio archiepi ñ d3 interesse.

3 Polyc. l. 1. tit. 15.

a Sub. q̄ inter alia primatū obtinet. 15. dist. c. 1. & 2.

4 Polyc. l. 3. tit. 19.

5 Burc. l. 1. c. 44. Iuo p. 5. c. 154. Pann. l. 4. c. 15. Polyc. l. 3. ti. 19.

PALEA. C. I.

1 PLacuit, vt conseruato Metropolitani primatu ceteri episcopi secundum suæ ordinationis tempus alius alij deferat† locum.

Vnde Leo primus, epist. 82. c. 7. Anastasio Thessalonicensi episcopo.

¶ Bini conuentus per singulos annos ab episcopis celebrentur. C. II.

2 DE concilis autem episcopalibus non aliud indicimus, quàm sancti Patres salubriter ordinarunt, vt scilicet bini [a] conuentus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus [b] querelis, quæ inter diuersos ecclesiæ ordines [c] nasci assolent, iudicetur 3. At si forte inter ipsos, qui præsunt, de maioribus (quod absit) peccatis causa nascatur; quę prouinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotij qualitate Metropolitanus [d] curabit instruere [e], & si coram positis partibus nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostram cognitionem quidquid illud est, transferatur.

Item ex Nicæno concilio, c. 5.

¶ Quo tempore concilia episcoporum sint celebranda. C. III.

4 HAbeatur semel concilium ante dies quadragesimę [f], vt omnibus, si quæ sunt, simultatibus [g] amputatis, mundum [A] ieiunium, & solenne Deo possit offerri: secundum vero agatur circa tempora [h] autumni.

A ¶ Mundum.] *Caput hoc est ex versione, qua vsus est Isidorus. In ea tamen hoc loco est,* mundum solenne Deo munus, *quemadmodum & in Polycarpo, & in aliquibus Gratiani codicibus est,* mundum, & solenne Deo munus. *Græce est,* ἵνα πάσης μικροψυχίας ἀναιρεμένης τὸ λῶφον καθαρὸν προσφέρηται τῷ θεῷ, id est, vt omni sublata animi angustia munus purum Deo offeratur.

Item ex Antiocheno concilio, c. 20.

¶ Ad morum correctionem, & controuersiarum dissolutionem bis in anno episcopale concilium fiat. C. IIII.

Ecce quòd ſacrarum litterarum oportet epiſcopum habere peritiam: vnde in veteri teſtamento inter cetera ornamenta pontifex rationale ferebat in pectore, in quo ſcribebatur manifeſtatio, & veritas, quia in pectore pontificis manifeſta debet eſſe cognitio veritatis. ¶ *Hinc etiam vectes, quibus arca portabatur, iugiter annulis erant inſerti, vt cum arca eſſet portanda, nulla fieret mora de intromittendis vectibus: quia prædicatores, per quos Eccleſia circumfertur, ſacris litteris ſemper debet inſiſtere, ne tunc quærant[a] diſcere, cum ex officio alios debeant docere.* ¶ *Hinc etiam Dauid prius ex gratia ſpiritus ſancti donum ſcientiæ percepit, & poſtea adminiſtrationem regni aſſecutus eſt.* ¶ *Salomon quoque non diuitias, non longa tempora huius vitæ, ſed ſapientiam à Deo petiit, & impetrauit.* ¶ *Hinc etiam Dominus prius ponit verba ſua in ore prophetæ, & poſtea conſtituit* [b] *eum ſuper gentes, & regna, dicens ad Hieremiam* [*Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna.*] ¶ *Hinc etiam Malachias ait* [*Labia ſacerdotis cuſtodient* [c] *ſcientiam, & legem requirent de ore eius, quia Angelus Dominus exercituum eſt.*] ¶ *Hinc etiam Saluator noſter prius in medio doctorum ſedit audiens illos, & interrogans, & poſtea prædicare cœpit: quia prius quiſque diſcere, & poſtea prædicandi officium vſurpare debet.* ¶ *Hinc etiam Salomon prius ait* [*tempus tacendi*] *& poſtea* [*tempus loquendi*] *quia veritas prius tacendo diſcitur, & poſtea loquendo prædicatur.* ¶ *Hinc idem Dominus ait.* [*Qui audit* [d], *dicat, veni.* [e]] ¶ *Hinc etiam prius Apoſtolos docuit, deinde eos ad prædicandum miſit, dicens* [*Eſtote ergo prudentes, ſicut ſerpentes* [f], *& ſimplices* [g] *ſicut columbæ.*] *Sic etiam poſt reſurrectionem prius illis ſenſum aperuit, & ſcripturas explanauit, & poſtea dixit eis* [*Euntes in mundum vniuerſum, &c.*] *Vnde, cum de quinque panibus quinque milia hominum vellet reficere, prius panes accipiens fregit, & poſtea diſcipulis dedit, & per eos demum turbis appoſuit: quia ſacramenta legis, & prophetarum prius diſſerendo expoſuit, & poſtea eorum ſcientiam diſcipulis dedit, & p eos tandem illam fidelib. diſpenſauit.* ¶ *Hinc & Petrus, cum rectoribus eccleſiæ ſcriberet, ait* [*Parati eſſe debetis reddere rationem omni poſcenti vos ſatisfactionem* [h] *de ea fidei & ſpe* [k], *quæ in vobis eſt.*] ¶ *Hinc etiam Paulus ſcribens ad Timotheum ait.* [*Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ*] ¶ *Ex quibus omnibus liquido colligitur, quòd non ſufficit prælatis bona conuerſatio, & morum honeſtas, niſi addatur ſcientia doctrinæ.* ¶ *Vnde ſacerdotes ingreſſuri tabernaculum, prius lauabantur in labro æneo, quod fecerat Moyſes ex ſpeculis mulierum.* ¶ *Hinc etiam in canticis canticorum oculi* [l], *per quos prælati eccleſiæ intelliguntur, aſſimilantur columbis, quæ reſident iuxta fluenta pleniſſima* [m].

Hinc etiam Hieronymus [A] *in Leuit.*

10 20 30 40 50 60

¶ *Sacerdotis eſt legis ſcientiam habere, non bellis, ſed orationibus vacare. C. III.*

SI quis vult pontifex non tam vocabulo eſſe, quàm merito, imitetur Moyſem, imitetur Aarõ. Quid enim dicitur de eis? quòd non diſcedũt de tabernaculo Domini. Erat ergo Moyſes indeſinẽter ĩ tabernaculo Domini. Quod autem opus eius erat? vt, aut à Deo aliquid diſceret, aut ipſe populum doceret. Hæc duo ſunt Pontificis opera, vt, aut à Deo diſcat legendo ſcripturas diuinas, & ſæpius meditando, aut populum doceat. Sed illa doceat, quæ à Deo ipſe didicerit, non ex proprio corde, vel humano ſenſu, ſed quæ ſpiritus ſanctus docet. Eſt & aliud opus, quod facit Moyſes: ad bella non vadit [n], non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? orat, & donec ille orat, vincit populus eius: ſi relaxauerit, & demiſerit† manus, populus eius vincitur; & fugatur. Oret ergo & ſacerdos eccleſiæ indeſinenter [o], vt vincat populus, qui ſub ipſo eſt, hoſtes inuiſibiles Amalechitas, qui ſunt dæmones impugnantes eos, qui volunt pie viuere in Chriſto.

“ Prælatus columbam imitetur.

Leuit. 18.

Si quis vult.] Casvs. Tria ſunt opera, q̃ Moſes & Aaron faciebant, ſcilicet legere, docere populum, & orare: hęc tria opera debet epiſcopus facere, ſi vult imitari Moſen & Aaron. & ſi orauerit epiſcopus, vincet populus eius dæmones, ſicut populus Iſrael vicit Amalechitas orante Moſe.

n ¶ *Non vadit.*] Numquid ergo epiſcopi non intererunt bellis? immo [b], quia etiã poſſunt alios hortari ad bellum, vt 23. q. 7. igitur. & c. hortatu. Ioan.

Exod. 17.
b Not. in c. hic all. 23. q. 8. igitur. in fi. Arch.

o ¶ *Indeſinenter.*] omnino, vel horis ſtatutis. ſic 21. q. 3. hi qui. & conſe. diſt. 5. numquã. 31. diſt. ſi laicus. ff. de cond. & dem. ſi quis ita. 22. di. ſacroſancta.

† *al. dimiſerit.*

Ed quæritur.] Hæc diſ. duditur in quinque partes. Secunda ibi, *Cur ergo.* Tertia ibi, *Relatum.* Quarta ibi, *Ideo.* Quinta ibi, *Vt itaque.*

Casvs. Ponitur hic 37. diſt. in qua quæritur an oporteat clericos eſſe eruditos litteris ſæcularibus, ſcilicet librisgentilium: Et primo probat eos non eſſe legendos vſque ad §. ſed ecõtra. deinde probat contrarium. poſtea dat ſolutionem ĩ. e. §. cur ergo. Prima duo c. plana ſunt.

p ¶ *Sed quæritur.*] in hac 37. diſt. quęrit [c] G. an ordinãdus debeat habere peritiam ſęcularium ſcientiarum. “ Primo autem oſtendit, quòd clerici non debent reſpicere libros gentilium [d]. Sed quidam legũt libros gentilium cauſa delectationis & voluptatis, & hoc eſt prohibitum: quidam legunt ad eruditionem, & illud licitum eſt, vt per

c ſc. incidẽter. Hug.
“ Clerici an liũ reſpicere poſſint.
d Et hoc ſecundum ponit arg. in citvſq; ad §. contrarium, & talem ĩ. e. ſed ecõdat ſolutionem, quòd tra.
1 Anſ. li. 7. c. 202. Bur. l. 1. c. 95. Iuo p. 4. ca. 160. & par. 5. c. 197. Pann. l. 2. c. 130. Pol. l. 4. tit. 7.

eos ſciant recte loq, & diſcernere verũ à falſo. Io. vt ĩ. e. §. cur ergo. Et no. q̃ in omnib. vſq; ad §. ſed contra. vĩ ſola voluptas prohiberi.

“ Epis an liceat leges audire.

q ¶ *Epiſcopus gentilium.*] “ ergo nec leges audire debent. nam opprobrium eſt eis, ſi ſe velint eſſe peritos diſciplinarum foreſium. C

DISTINCTIO XXXVII.



Ed quæritur p, *an ſæcularibus litteris oporteat eos eſſe eruditos.*

De his ita ſcribitur in concilio Carthaginenſi. 4. c. 16.

¶ *Libros gentilium non legat epiſcopus. C. I.*

1 ps

70 80

1 EPiſcopus gentilium q libros non legat: hæreticorum autem, pro neceſſitate, aut tempore.

Item Hieronymus ad Damaſum Papam de filio prodigo, epiſt. 146.

90

Source : BIU Cujas

fium: C. de testa. consulta diualia. Sed contra, leges sunt per ora principum diuinitus promulgatæ, vt 16.q.3. nemo [a]. Dic q̃ ad hoc licet audire leges, vt per eas melius intelligantur canones. arg. ĩ. ea. di. §. sed læculares. Ioan.

1 Iuo p.4.c.162. Pann.l.2.c.131.

a Ad idē C. de lōg. tem. p̃sc. l. ii. 25. q. j. ideo. Arc.

† *al. tenere in manibus.*

[a] *Acerdotes.*] ¶ *Necessitatis.*] vt sciant recte loqui.

NOnne. Casvs. Quattuor genera hominum in hoc c. reprehendūtur, scilicet dialectici, q̃ quotidie in arte dialectica torquentur, & physici, qui oculos trans cælum leuant, & verificatores, & cupidi, qui diuitias per fas & nefas acquirunt, quas in momento cui sint relicturi, ignorant.

Ephes. 4.

† *al. abyssi quoddam immane demergit.* † *al. tantum*

VIno.] Casvs. in hoc c. exponit quinque Hieron. Dicit enim, q̃ illi inebriantur vino, qui sacras scripturas male intelligūt, atque peruertunt. Secundo inebriantur sicera, qui sæculari scientia abutuntur. Tertio exponit, qui dicantur pseudoprophetæ. Quarto, q̃ sint diuini. Quinto, quod ille comedit vuam acerbam, qui aliter exponit scripturam, quàm veritas habet, etsi non contra fidem.

"Aures male intelligẽtibus sunt euellendæ.

[b] *Intelligunt.*] "Talibus qui male intelligunt dicta magistri, essent aures præscindendæ. vt 24.q.1. si Petrus.

[c] ¶ *Secundum' tropologiam.*] id est, secundū moralem intellectum à tropos, quod est cōuersio [b], quando verba nostra conuertimus ad mores informandos. 43. dist. si rector.

b Et logos sermo. inde tropologia, i. conuersio sermonis.

Hug. d hoc no. 76. di. ie iunio. in fi.

Additio. Isti contrarium faciebant. & facit de pœ. dist. 1. super tribus. Arch.

† *al. tendiculæ.*

LEgant.] Casvs. In hoc c. reprehendūtur sacerdotes a Hieronymo, q̃ filios suos & nepotes faciebant legere comœdias, & poetica carmina, & quia ad hoc pecuniā ecclesiasticā & ad alios turpes vsus conuertebant: vnde dicit eos presbyteros puniendos ad instar Heli, q̃ cecidit de sella supinus, & mortuus est, quia suos filios non correxit. Quæ sequuntur, plana sunt vsque ad §. sed è contra.

2 Hie. l. 5. ad c. 29. Ier.

3 Hier. l. 6. comment. ad c. 31. Ier.

[d] ¶ *Ecclesiasticis.*] arg. contra ŝ. 31. dist. omnino.

[e] ¶ *Strenam.*] Strena est primum donum, quod datur in principio calendarum. & dātur pro augurio. 26. q. vlt. non obseruetis. & dicitur strena quasi sine threna, id est, sine lamentatione.

4 Iuo p.4.c.166.

[f] ¶ *Sportulam.*] quę dātur pro fabulis saturni, vel pro festis saturni celebrādis, vel pro ludis saturni bonæ fortunæ.

[g] ¶ *Sed quia filios.*] Talis repellitur à testimonio, vt 6. qu. 1. qui crimen. Item nec potest esse episcopus, vt 48. dist. §. necesse. immo potius dicitur canis, quam episcopus, vt 2. quæst. 7. qui nec. Ioan.

[h] *Legimus.*] ¶ *Libros.*] qa legit eos cā delectationis, nō causa eruditionis, vt de conse. dist. 5. nō mediocriter.

1. Reg. 2.

[i] ¶ *De siliquis.*] "id est, sæcularibus scientiis, quæ inflant, non satiant [c].

"scientię sęculares non satiant.

[c] Sicut. n. filiquæ onerāt ventrē, & inflant, sed nō satiāt, sic & illæ à spirituali fame nō liberant, nec cæcitatē expellūt, sed onere peccatorū & gehennę reatu grauant. q̃cūq; ergo ad remouēdā cæcitatē ignorantiæ illas artes & scientias discere appetit, quasi filiqs ventrem suum replere cupit, secundùm Hug.

SED ECONTRA. Casvs. Amodo probat Gratianus, quod clerici sęcularib. scientiis debēt esse eruditi. Et hoc probatur sex rationibus. Prima est in principio. Secūda ibi, *Legitur etiam.* Tertia ibi, *In Leuitico.* Quarta ibi, *Magi.* Quinta ibi, *Denique.* Sexta ibi, *Hæc etiam. Ambrosius.*

5 Iuo par. 4. c. 229.

† *al. inuentorum.*

[k] ¶ *Vt expoliarent.*] 14. q. 5. dixit.

6 Ex Hiero. ad Eustoch. de custodia virg. Iuo p. 4. c. 164. Pā. l. 2. c. 132.

*Luc. 15. Act. 7. Dan. 1. Exo. 3. & 11.

[l] ¶ *Tres partes.*] ſ. moralem, naturalem, & rationalem.

Leuit. 2. Matth. 2.

7 Rab. ad hūc locum Matt. cap. 2.

¶ Reprehenduntur sacerdotes, qui omissis Euangeliis comœdias legunt. C. II.

[1] SAcerdotes Dei omissis Euangeliis, & prophetis videmus comœdias legere, amatoria bucolicorū versuum verba canere. Virgilium tenere †, & id quod in pueris necessitatis [a] est, crimen in se facere voluptatis.

Idem ad cap. 4. epist. ad Ephesios, lib. 2. comment.

¶ In vanitate, & obscuritate sensus ambulant, qui sæcularibus disciplinis occupantur. C. III.

NOnne vobis videtur. in vanitate sensus, & obscuritate mentis ingredi, qui diebus, ac noctibus in dialectica arte torquetur? qui physicus perscrutator oculos trans cælum leuat, & vltra profundum terrarum, & abyssi †, in quoddam mane demergitur, qui iambum ferit [A]? qui tantam † metrorum siluam in suo studiosus corde distinguit, & congerit? & (vt ad alteram partem trāseam) qui diuitias per fas, & nefas quærit? qui adulatur regibus, hæreditates captat alienas, & opes congregat, quas in momento, cui sit relicturus, ignorat?

[A] ¶ Ferit.] *Antea legebatur*, iambum feruet. *In originali autem impresso est*, Iambum struit. *Emendatum vero est ex antiquo Gratiani exemplari. Nam Terentianus de Iambo sic scribit:*

Iambus ipse sex enim locis manet.
Et inde nomen inditum est senario,
Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur,
Scandendo binos quòd pedes coniungimus.

Ac de iisdem senariis Isidorus l. 1. Etymo. c. 58. ait, hos græci, quia geminos feriunt, trimetros dicunt.

Idem lib. 9. ad c. 28 Esaiæ.

¶ Qui scripturas sacras male intelligit, vel sæculari sapientia abutitur, vino inebriatur, & sicera. C. IIII.

VIno inebriantur, quando scripturas sanctas male intelligunt [b], atque peruertunt: sicera, quando sæculari abutuntur sapientia, & dialecticorum tendiculis, quæ non tām vincula † sunt appellanda, quàm phasmata, id est vmbræ quædam, & imagines, quæ cito pereunt, atque soluuntur. *Idem.* ¶ [2] Secundum tropologiam [c] pseudoprophetas eos debemus accipere, qui aliter scripturarum verba accipiunt, quam spiritus sanctus sonat, & diuinos eos, qui coniectura mentis suæ in certa futurorum quasi vera pronuntiant absque diuinorum auctoritate verborum. *Idem.* ¶ [3] Quicunque scripturas non ita intelligit, vt rei veritas habet, vuā acerbam comedit.

Idem lib. 3. ad c. 6. epist. ad Ephesi.

¶ Reprehenduntur episcopi, qui filios suos sæcularibus eruditi litteris. C. V.

[4] LEgant episcopi, atque presbyteri, qui filios suos sæcularibus litteris eruditi, & faciūt illos comœdias legere, & mimorum turpia scripta cantare, de ecclesiasticis [d] forsitan sumptibus eruditos. Et quod in corbonam pro peccato virgo, vel vidua, vel totam substantiam suam effundens quilibet pauper obtulerat, hoc in kalendariam strenam [e], & saturnalitiam sportulam [f], & mineruale munus grammaticus, & orator, aut in sumptus domesticos, templi stipes, aut in sordida scorta conuertit. Heli sacerdos, ipse sanctus fuit: sed quia filios [g] suos non erudiuit in omni disciplina, & correptione, supinus cecidit, & mortuus est.

[*Item ex responsione Hadriani* [B] *Papæ ad Carolum, c. 49.*]

PALEA. C. VI.

[5] OMnem vim venenorum † suorum in dialectica disputatione cōstituunt hæretici, quæ, philosophorum sententia, definitur non adstruendi vim habere, sed studium destruendi. Sed nō in dialectica complacuit Deo saluum facere populum suum. Regnum enim Dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis.

[B] ¶ Hadriani.] *Hoc caput antea tribuebatur Vrbano. Sed est in scripto Hadriani de imaginibus ad Carolum magnum, c. 49. & inde emendatum est. Eadem vero habentur apud B. Ambrosium lib. 1. de fide ad Gratianum Imper. c. 3.*

Item Rabanus de præsuris ecclesiasticis.

¶ Beatus Hieronymus ab angelo verberatur, quia Ciceronis libros legebat. C. VII.

[6] LEgimus de beato Hieronymo, quòd cum libros [n] legeret Ciceronis, ab Angelo est correptus, eo quòd vir Christianus paganorum figmentis intenderet.

Hinc etiam filius ille prodigus in Euangelio reprehenditur, qui de siliquis [i], *quas porci manducabant, ventrem suum replere cupiebat.* ¶ *Hinc etiam Origenes* [C] *cyniphes, & ranas, quibus Aegyptij sunt percussi, vanam dialecticorum garrulitatem, & sophistica argumenta intelligit. Ex quibus omnibus colligitur, quòd non est ab ecclesiasticis sæcularium litterarum quærenda peritia. Sed contra legitur, quòd Moyses, & Daniel omni scientia Aegyptiorum, & Chaldæorum eruditi fuerunt. Legitur etiam, quòd præcepit Dominus filiis Israel, vt exspoliarent* [k] *Aegytios auro, & argento, moraliter instruens, vt siue aurum sapientiæ, siue argentum eloquentiæ apud poetas inuenerimus, in vsum salutiferæ eruditionis vertamus.* ¶ *In Leuitico etiam primitias* [D] *mellis, id est dulcedinem humanæ eloquentiæ, Domino iubemur offerre.* ¶ *Magi quoque tria munera obtulerunt Domino, in quibus nonnulli* [7] *tres partes* [l] *philosophiæ volunt intelligi. Denique (vt in expositione psalterij* [E] *Cassiodorus testatur omnis splendor rethoricæ eloquentiæ, omnis modus poeticæ locutionis, quælibet varietas decoræ pronuntiationis à diuinis scripturis sumpsit exordium. Hinc & Ambrosius* [F] *ait super epistolam Colossensium. [Omnis ratio scientiæ supernæ, vel terrenæ creaturę in eo est qui est caput earum, & auctor: vt qui hunc nouit, nihil vltra quærat, quia hic est perfecta virtus, & sapientia, quidquid alibi quæritur, hic perfecte inuenitur. In Daniele, & Salomone ostendit infidelibus se totius auctorem sapientiæ. Quod infideles non putant, quia non legunt in Euangeliis, & Prophetis astrologiam, geometriam, & alia*

[a] ¶ Deſſ

Source : BIU Cujas

a ¶*Despecta.*] respectu aliarum scientiarum. Ioannes.

Verbat.] Casvs. Quidam prohibebant Christianos ne legerẽt libros gentilium, quos Beda reprehendit, dicens quòd bene possunt legi sine peccato, vt vtilia inde sumantur, ad instar Mosi & Danielis, & etiam Pauli, qui suis epistolis inseruit versus poetarum, scilicet Cretenses, &c.

b ¶*Si qua.*] arg. quod vtile non vitiatur per inutile, vt 16.q.4.q.1. 5.dist.9. si ad scripturas. contra. Ioan.

c ¶ *Magister.*] Nam legitur quòd cum Paulus venisset Athenas, vidit arã ignoti Dei, in qua erat scriptum, Hæc est ara ignoti Dei[a], in quo viuim⁹: mouemur, & sumus. à qua scriptura Apostolus incœpit prædicationem suam, & aperuit illis Athenien sib. sensum illius scripturæ, prosequens de Deo nostro, & dicẽs: Quem vos dicitis ignotum, ego prædico &colo. tunc "Dionysius areopagita vidẽs quemdam cæcum trã seuntem dixit illi: Si illuminaueris istum cæcum, credam tibi, qui statim inuocato nomine Christi illuminatus est, &ille credidit.

a Al. ignoto Deo datiui culpa.

"Dionysius p pdicõnẽ Pauli fuit conuersus.

"Apostolus vsus est sententiis poeticis. 1 Iuo p.4.c. 85. Pan.l.2. c.133.

d ¶*Indidisset.*]" In epistola Pauli ad Titum illud Epimenidis poetę, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. 1.q.1. Dominus declarauit. Interseruit etiam in prima epistola ad Corinthios illud Menandri, Sæpe bonos morescorrumpunt colloquia praua. 28.q.1. sæpe. Item vsus est illo versu: Odero si potero, si nõ, inuitus amabo. sed Hiero. de consecr. dist. 5. nonnumquam. vsus est verfibus Virgilij, & Angu. illo Lucani, mens hausti nulla, &c. 26. qu. 5. nec mirum, & iurisperitus auctoritate Virgilij. ff. de rer. diui. in tantũ. §. cenotaphium. & Homeri, institu. de contrah. emp. §. pretium.

† *al. quibus vbilibet inuenta vtilia.*]

CVR ERGO. Casvs. Soluit Gratianus contrarietatem hãc, dicens quòd sæculares scientias debet qs ad discere nõ ad voluptatem, sed ad eruditionem, vt quæ in eis vtilia inueniuntur, ad vsum sacræ eruditionis conuertantur. Vnde Gregorius quemdam episcopum reprehendit, non quia sæculares scientias dicerit: sed quia ad voluptatem grammaticam loco Euangelij exponebat.

2 l.9.reg.epist.48.j.86 dist.ca.cum multa.

3 Pan.l.2.c.134.

huiusmodi: quæ ideo despecta[a] sunt à nostris, quia nihil valent ad salutem, sed mittunt in errorem, & dum his studet, curam animæ non habent. Qui vero Christum nouit, thesaurum sapientiæ & scientię inuenit, quia id nouit, quod vtile est.]

c ¶Origenes.] *Is homilia 4. ad c.7. Exodi. ranas quidem comparat poetis, Cyniphes autem dialecticis.*

d ¶ Primitias.] *Leuitici c.2. prohibetur fermentum, ac mel adoleri in sacrificio Domini: primitiæ tamen eorum iubentur offerri, sed non super altare imponi. Vbi in glossa ordinaria mel exponitur gentilis eloquentia, ab Isychio autem paganorum doctrina, cuius primitiæ ad imitationem beati apostoli Pauli possunt Deo offerri.*

e ¶Cassiodorus.] *In prologo psalterij. c.15. & sequenti multis verbis Cassiodorus diuinæ scripturæ eloquentiam explicat, & commendat. Sed quæ affert in principio explanationis psalmi. 6. valde videntur his, quæ nũc referuntur, conuenire.*

f ¶ Ambrosius.] *Ex beati Ambrosij principio expositionis capitis secundi epistolæ ad Colossenses. hæc summatim collecta sunt, referunturque in glossa ordinaria, & ab Anselmo ad idem caput secundum, cuius Anselmi verbis Gratiani verba magnopere sunt similia.*

Hinc etiam Beda libro 2. Regum, c.9. in Samuelis allegoricis expositionibus.

¶Non prohibeantur clerici sacras litteras legere. C. VIII.

1 TVrbat acumen legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis sæcularibus litteris omnimodo æstimat prohibendos, in quibus† si qua[b] inuenta sunt vtilia, quasi sua sumere licet. Alioquin nec Moyses, & Daniel sapientia, vel litteris Aegyptiorum paterentur erudiri, quorum tamen superstitiones simul & delicias horrebãt. Nec ipse magister[c] gẽtium aliquot versus poetarum suis vel scriptis indidisset[d], vel dictis.

2 *Cur ergo legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legenda probantur? Sed sæculares[e] litteras quidam legunt ad voluptatem, poetarũ figmentis, & verborum ornatu delectati: quidam vero ad eruditionem eas addiscunt, vt errores gentilium legendo detestentur, & vtilia, quæ in eis inuenerint, ad vsum sacræ eruditionis deuote conuertant. Tales laudabiliter sæculares litteras addiscunt.*[2] *Vnde B. Gregorius quemdam episcopum nõ reprehendit, quia eas didicerat, sed quia contra episcopale officium pro lectione Euangelica grammaticam populo exponebat.*

Hinc etiam Ambrosius scribit super Lucam in explanatione proœmij.

¶Sæculares litteræ legendæ sunt ne ignorentur. C. IX.

3 LEgimus aliqua, ne negligantur[f A], legimus, ne ignoremus g, legimus, non vt teneamus, sed vt repudiemus[h].

e ¶*Sed sæculares.*] Vnde beatus Gregorius 37.86. dist. cum multa.

Legimus aliqua.] Casvs. Totum hoc c. legi potest de secularib. scientiis secundum H. & ostenditur ratio triplex quare legantur, scilicet ne negligantur, ne ignorentur, & vt repudientur. Vel sic legimus aliqua vt nouum & vetus test. negligamus. Legimus aliqua, vt artes, ne ignoremus. Legimus aliqua, vt scripturas hæreticorum, vt repudiemus.

f ¶*Ne negligantur.*]] vt vetus testamentum.

g ¶*Ne ignoremus.*] Nam quamuis nullus sit vsus, tamen scientia necessaria est, vt 5. dist. 7. c. vlt.

h ¶ *Repudiemus.*] vt libros hæreticorum, vt 24.q.3.c.vlt.

A ¶ Negligantur.] *Sic etiam in Pannormia, sed in originali & in vno Gratiani manuscri.* ne legãtur. *Ibi enim agitur de pseudeuangeliis. Sed non est mutatum ob glossam.*

Item Hieronymus ad cap. 1. epist. ad Titum.

¶Grammatica legenda est, vt per eam sacræ scripturæ intelligantur. C. X.

4 SI quis artem grammaticam nouerit, vel dialecticam, vt rationem recte loquendi habeat, & inter falsa & vera diiudicet, nõ improbamus[B]. ¶Geometria[i] quoque, & arithmetica, & musica habent in sua scientia veritatem: sed non est scientia illa, scientia pietatis. Scientia pietatis est nosse legem, intelligere prophetas, Euangelio credere, Apostolos nõ ignorare. ¶[5] Grammaticorum[c] autẽ doctrina etiam potest proficere ad vitam, dum fuerit in meliores vsus assumpta.

4 Pann.l.2. c.135.

5 Iuo p.4.c. 107. Pan.l.2. c.136.

B ¶ Non improbamus.] *Absunt istæ duæ voces ab originali. Exponens enim beatus Hieronymus verba illa ex principio epistolæ ad Titum, & cognitionem veritatis, quæ est iuxta pietatem, ita scripsit:* Est plane veritas, quæ non habet pietatem, si quis grammaticam, &c.

c ¶Grammaticorum.] *Hæc non sunt B. Hieronymi, sed Isidori lib.3. de summo bono, c.13. ex quo citat Iuo.*

Item Hieronymus in primum caput Danielis.

¶Exemplo Danielis probatur non esse peccatum sæcularibus litteris erudiri. C. XI.

6 QVi de mensa[k] Regis, & de vino potus eius noluntt comedere, ne polluantur, vtique si ipsam sapientiam, atque doctrinam Babyloniorum scirent[l] esse peccatum, numquam acquiescerent discere, quod non licebat. Discunt autem, non vt sequantur, sed vt iudicent, atque conuincant: quomodo si quispiam aduersus mathematicos velit scribere imperitus mathematis, risui pateat: & aduersus philosophos disputans, si ignoret dogmata philosophorum. Discunt ergo ea mente doctrinam Chaldeorum, qua & Moyses omnem sapientiam Aegyptiorum didicerat. *Idẽ.*

¶[7] Si quãdo cogimur litterarum sæcularium recordari, & aliqua ex his dicere, quæ olim omisim⁹: non nostræ est voluntatis, sed, vt

6 Pol.l.4.ti.7

† *non vult.*] Ori. & Poly. & sic deinceps.

k ¶ *Qui de mensa.*] " Daniel, Ananias, Misael, Azarias[b]: nã turpe est alicui decretanti ius in quo versatur ignorare, vt ff. de origine iuris. l.2. §. Seruius.

" Daniel & socij sui.

b Isti alio nõe dicti sunt Baltha sar, Sidrac, Misac, & Abdenago, secundũ Hug. & Lau.

l ¶ *Scirent esse peccatum.*] ex eo quod Hieronymus hic inducit exemplum Danielis, colligitur ar. quod in dubiis recurrendũ est ad exempla maiorum & aliorum. 16.q.1. sunt nonnulli. 22.q.1. vt noueritis. 1.qu.7. *Act.7.*

7 Hieron. in prolog. in Danielem.

conuenientib. 12.q.2. questa. 16.q.3. præsulum. 14.q.1.c.vl. 26.q.2. nõ statutum. & c. non exemplo. C. de sen. & interl. nemo[c]. cõtra Sol. " vbi iura deficiunt, recurrendum est de similib. ad similia: aliàs non. 20. di. de quib. dic vt ibi. Item ar. præsumi eo ipso bonum, quod ab aliquo bono sit factum, vt 7.q.1. omnis qui. & 34.q.1. cũ beatissim⁹. 9.q.2. Lugdunensis. 12.q.1. expedit. 28.q.1. sic. n. 31. dis. omnino. Ioan.

cVt not. 20. dist. c. fi. "recurritur qñq; ꝺ simi lib. ad simil

Source : BIU Cujas

a ¶*Prædicta.*]scilicet de incarnatione,vt illud Virgilij.
"Virgilius. "*Iam noua progenies cælo demittitur alto.*
b ¶*Contineri.*]vt illud Ouidij.
"Ouidius. "*Odero si potero:si non,inuitus amabo.*

De quibusdam.] Casvs. Relatum fuit Eugenio in synodo sua quod in quibusdam locis non erant magistri,qui erudirẽt alios in liberalib.artibus:& ideo præcepit omnibus episcopis, vt in congruis locis magistros constituãt qui quotidie ĩ doctrinis liberalibus alios doceant.

c ¶ *Neque magistros.*] Arg.quod scholares[a] in scholis de ecclesiis suis debent habere p̃bendas.s̃. di.32.si qui. ff.ex quib.caus.ma.in integr. necnon. ff.de ne.ge.l.1.extr.de cle. non resi. inter quattuor.1.qu.2.facerdos. Sed contra 1.q.2. placuit.j̃.de consec.di.1. nemo.j̃.12.q.2.concessa.16.q.1.generaliter.

d ¶ *Subiectisque.*]i.baptismalib.ecclesiis.

e ¶*Vt magistri.*]Quid iuris sit de magistris, habes ext. de magist. quia nonnulli. & ext. de magist.ca,1.quia à clericis ipsius ecclesiæ,& à pauperib.nihil petent, vt ibi dicitur, "Sed numquid magister iure licito potest facere collectam? Videtur quod non: quia scientia donũ Dei est: vnde vendi nõ potest, vt 1.q.3. non solum,quia professores iuris &si honeste accipiunt,tamẽ inhoneste petunt, vt ff.d va.& extraor. co. l.1.§.est quidem.Item quia potius debent proiicere pecuniam exemplo Cratis.12.q. 2.gloria.§.Crates. Itẽ quia propter honorem adipiscendum legunt:non propter vtilitatem aliorum, quare tamquam suorum negotiorum gestores nihil ab auditorib.petere debent, vt ff. de neg.ge.si pupilli,§.2. Sed contra: qui pro tempore præstat obsequium,debẽt cõsequi beneficium,vt 12.q.2. charitatem.Item quare non posset magister vendere doctrinam suam, sicut iurisperitus consilium,vt 14.qu.5.non sane?Item nonne testis gratis testatur,& tamen recipit procurationem,i.pecuniam procurationis nomine, vt 4.q.3.c.venturis.& episcopus gratis consecrat ecclesiam:tamen recipere potest procurationem:vt ext.de simo.cum sit.& officium magistri remunerandum est,vt ff.de dona. Aquilius? So.tunc petat magister collectam cum ei sua plenissime non sufficiunt, vt 10.q.3. priscis.& 12.q.1.episcopus ecclesiasticarum rerum.Ioan.Ego credo quidquid dicat Ioan.q̃ magister potest facere collectam de qua vi- 80
bArg.cõtra 10.q.3. cauẽdũ. iuxta fi. vbi de hoc. & ibi dicã. Archid. uat,& procuretur, etiam si abundet[b]:qa episcopus cum consecrat ecclesiam,& cum visitat,recipit procurationem etiam si abundet, vt in decr.de fi.cum sit Romana.&ext.de cen.cum Apostolus.& e. tit.sopitę.nec vendit magister scientiam,quia æstimari non potest: sed pro labore suo promittitur ei præmium, nam prædicator non dicitur vendere prædicationem,& tamen petere potest sustẽtationem,vt ext.de præsc.cum ex officij. & de censi.cum venerabilis.&
c De hoc ẽt no.1.q.3. vẽdẽtes. &plene extra de mag.qa.Ar. 13.q.1.§.quia ergo.& §.his ita.Bar.[c]
f ¶*Assidue.*]idest,horis competentibus.sic s̃.31.dist.sacerdotib.ff.de cond.& dem.si quis ita legauerit.

Si quid veri.]Casvs.Manichæi dicebant,quod si Orpheus &Sybilla, & alij vates & philosophi gentilium de Deo aliquid dixerunt, tantæ est auctoritatis quantæ sunt verba prophetarum. Et respondet Aug.dicens,quod si quid veri ibi reperitur, valet ad conuincendum eos:sed non vt habeatur in auctoritate sicut verba prophetarum. Et hoc probat similitudine Dæmonum & Angelorum: qui dæmones, licet vera dixerint de Christo, non tamen sunt tantæ auctoritatis quantę verba Angelorum.

g ¶ *Si quid veri.*]Arg. "quod testes vel instrumẽta possunt pro parte rata haberi,pro parte non, vt dixi s̃. dist.9.si ad sacras. sed illud verum est, quando reprobantur ratione personę:secus si reprobentur propter dicta. Item arg.quod si aliquid induxero pro me, quod non teneor recipere contra me. s̃.distin.19. si Romanorum.contra. Io. Sol.si vtor aliquo cõtra me, & pro me vti debeo: nisi in casibus specialibus. 2.qu.7. si hæreticus. Dic vt ibi. Bart.

h ¶*Valet quidem.*]Arg. esse argumentãdum ab exemplis paganorum, & in dubiis ad ea recurrendum.j̃.13. qu.2.questa,s̃.dist. 21. submittitur.

i ¶ *Dæmoniorum.*]Cũ dixerunt filioDei,Ad quid venisti ante tempus torquere nos? Apostolus tamen in epistola ad Corinth. videtur contrarium dicere, cum dicit, Si cognouissent eum, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Dic quod si perfecte eum non nouerunt: "tamen credebant eũ filium Dei, cum viderunt eum ambulantẽ super aquas, cum viderunt eum esurire, non credebant.

Elatum.]hęc est 3. pars huius di. ĩ qua dicit quòd à sapientib. debemus audire, quæ leguntur in sacra scriptura. Io. de Fan.

Casvs.Quidam erãt, qui cum veritatis doctorem non haberẽt, diuinam scripturam exponebant pro suæ voluntatis arbitrio:& non secundum traditionẽ sanctorum patrum: ex suo ingenio quasdã similitudines capientes:quos Clemens reprehendit,ostendens, quòd diuina scriptura nõ debet intelligi secundum arbitriũ alicuius, nec extraneus sensus debet quæri, vel à littera alienus:licet multa sint in diuinis scripturis, quæ possunt trahi ad varios & diuersos intellectus. Et ideo docet scientiam esse discẽdam ab eo, qui veritatem à suis maioribus percepit: vt possit postea veritatem prædicare, & alios recte docere : & ad assertionem veri dogmatis artibus liberalibus poterit vti,vt falsa & simulata declinet. Sequẽs cap.patet.

k ¶*Traditionem.*]Tales dicuntur transferre terminos patrum,vt 24. q. 3.transferunt.

l ¶ *Verisimilitudines.*] id est, statim volunt per similitudines procedere in aliis,& licet per similia licitum sit argumentari[d],vt 20.dist. de libellis.non tamen semper,vt 17.quæst.1.nuptiarum. & 28.qu.1. sic enim.

m ¶ *Alienum.*] nisi illud reperiatur in auctoritate, vt cum inuenimus annum poni pro die, vel econtra, vt 31.distin.tenere. 33.qu.1. hoc ipsum.

n ¶*Discere.*]Prius enim debet discere quàm docere, vt 16.q.1.si clericatus.& c.sic viue.& 36.dist.§.ecce.

o ¶*In pueritia.*]Argum. "quod aliquis potest testificari de eo quod vidit

dAd hoc extra de cõsti. translato.& de rescr.inter.& d trãsla.inter.ext. de ap. vna. ff.ad l.Aq. illud.Arc.

"Testificari pt qs de eo qvidit ĩ ętate pueritię.

"diaboli vtrũ cognouerũt Christi esse filiũ Dei.

"Instra pñt p parte ap probari, & p parte reprobari.

[a]Iuo p.4. c. 214.Anſ.l.7. c.2. Pol.l.4. tit. 32.

a Intelligo aliquẽ esse ĩ scholis,l; aliqñ diuertat cã eũdi ad curiã Romanam vel alibi,statim reuersurus: nã tũc nec diuertisse vr de pœ.di.1. diuortium, Arc.

" Magister p docendo anpossit collectã facere

†sed ibi fusius.

3Ibid.infra.

Item ex synodo Eugenij[A] *Papæ secundi.*

¶Magistros,& doctores episcopi congruis locis constituant. C. XII.

De quibusdam locis ad nos refertur neq; magistros [c], neque curam inueniri pro studio litterarum. Idcirco in vniuersis episcopis, subiectisque [d] plebibus, & aliis locis,in quibus necessitas occurrerit, omnino cura, & diligentia adhibeatur, vt magistri [e] & doctores constituantur, qui studia litterarum,liberaliumque artium dogmata assidue [f] doceant: quia in his maxime diuina manifestantur,atque declarantur mandata.

A ¶Eugenij.]*Apud Anselmum citatur ex synodo habita Romæ in consist. Lateran. à Beato ..... In Polycarpo eodem modo,& additur nomen Eugenij: ex quo etiam citat Iuo. Inuentum vero est in synodo Eugenij Papæ ij. & in synodo Leonis iiij. quarum synodorum, vt alibi dictum est, exemplaria sunt in Vaticana bibliotheca. In indice etiam synodi à Gregorio .vij.Romæ habitæ, talis cuiusdam capitis hæc ponitur summa,* Vt omnes episcopi artes litterarum in suis ecclesiis doceri faciant.

Item Augustinus contra Faustum Manithæum,lib. 13.c.15. †

¶Auctoritatibus gentilium,eorum vanitas retunditur,atque conuincitur. C. XIII.

Si quid veri [g] de Deo Sybilla, vel Orpheus, aliiue gentium vates, aut philosophi prædixisse perhibentur, valet quidem [h] aliquid ad paganorum vanitatem reuincendam, non tamen ad istorũ auctoritatem amplectendam. [3] Quantum enim distat de Christi aduentu inter prędicationem Angelorum, & confessionem dęmoniorum [i], tantum inter auctoritatem prophetarum, & curiositatẽ sacrilegorum.

Item Clemens Papa I.epist.5.ad suos discipulos.

¶Ad intelligẽtiam sacrarum scripturarum, sæcularium peritia necessaria ostenditur. C. XIIII.

Relatum est nobis,quòd quidam in vestris partibus cõmorantes aduersantur sacris† doctrinis : & prout eis videtur, non secundum traditionem [k] patris, sed iuxta sensum suum,docere videntur. Multas enim quidam, vt audiuimus,vestrarum partium in genioſi † homines ex iis, quæ legunt,verisimilitudines [l] capiunt. Et ideo diligenter obseruandum est,vt lex Dei cum legitur,non secundum propriam ingenij intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt enim multa verba in scripturis diuinis , quæ possunt trahi ad eum sensum,quem sibi vnusquisque sponte præsumpsit , sed fieri non oportet.Non enim sensum†, quem extrinsecus adulteretis,alienum [m],& extraneum debetis quę rere, aut quoquo modo ipsum scripturarum auctoritate confirmare : sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis.Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere [n] scripturarum, qui eam à maioribus secundum veritatem sibi traditam seruauit , vt ipse possit ea quæ recte suscepit, competenter asserere.Cũ enim ex diuinis scripturis integram quis,&firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberalibus studiis,quę forte in pueritia [o] attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat : ita tamen, vt vbi vera didicerit,falsa & simulata declinet.

[a]Inſtra pñt p parte ap probari, & p parte reprobari.

[a]al,sanis.

† *secundum ingenium hominum.*] Orig.

† al.sensum extrinsecus alienum.

[a]"diaboli vtrũ cognouerũt Christi esse filiũ Dei.

vidit in puerilli ætate, vt hic, & de conſe. diſt. 4. cum itaque. & c. placuit. & 26. diſt. deinde. nam & liber factus poteſt teſtificari de eo qđ vidit cum eſſet ſeruus, vt ff. de ver. ſig. nationem. §. vl. [a] Arg. contra, quia hæc ętas neſcit quid agat, vt C. de fal. mo. l. 1. & impubes nihil intelligitur ſcire, vt ff. de iu. & fa. ig. l. vl. Dic quod ſi fuerit capax doli, bene poteſt de eo quod tunc vidit, teſtari de puro facto, ſed de circunſtantiis, ſc. qualiter quid factum ſit, nō: quia in hoc facile potuit falli memoria. Ioan. quod ſatis credo. arg. inſti. de inuti. ſtip. §. pupillus. ff. de reg. iur. l. in negotiis. Bar.

a Ad idē facit exp̄ſſe, vt vī ff. ad ſyl. excipiū̄tur. Arc.

1 Iuo p. 3. c. 167. Pan. l. 2. c. 137.

Item Iſidorus in libr. 3. ſententiarum de ſummo bono, c. 13.

¶ Quare prohibetur Chriſtianus poetica figmenta legere. C. XV.

4 [1] IDeo prohibetur Chriſtian[9] figmenta legere poetarum, quia per oblectamenta inanium fabularum mentem excitant ad incentiua libidinum. Non enim ſolum thura [a] offerendo, dæmonibus immolatur, ſed etiam eorum dicta libentius capiendo.

I Deo prohibetur.] Hæc eſt 4. pars huius diſtin. in qua dicit cauſam quare fuit p̄hibitum ſtudere in libris gentilium. Ioan. de Fan.

2 Ex Gre. ī l. 2. paſtor. c. j.

a ¶ *Thura.*] quaſi dicat non refert, an qd fiat, an eius ſimile, vt 11. q. 3. exiſtimant. & 86. di. paſce. ff. man. l. vlt.

Matth. 15.

Pſal. 68.

VT ITAQVE. Casvs. Concludit Grat. ex ſupradictis, quod ſacerdotes debent ignorātiam omnino vitare: quia ſi ſacerdotes cæci & ignorātes velint docere ſubiectos, ambo ī foueam cadunt: quod probatur auctoritate pſal. Et licet quis velit ſe excuſare auctoritate Euangelij dicentis, Seruus neſciens volū tatem domini, &c. nō tamen prodeſt. & hoc probatur auctoritate Apoſtoli: Qui ignorat, &c. quod debet ītelligi de eo, qui inuenit à quo potuit diſcere: aliàs punitur. quòd probatur auctoritate Auguſtini. Non omnis, &c. Sequens capitulum patet.

Luc. 12.

1. Cor. 14.

Pſal. 35.

b ¶ *Oculi eorū.*] id eſt, prælati [b], qui regunt alios.

b Alias oculi eorū, ſ. pla torū q. &c.

Additio. vt 36. dis. §. ecce. in fi.

c ¶ *Dorſum.*] i. ſubditos qui ſuſtentari debent à prælatis quaſi in dorſo: vel quia ſequuntur dorſum ipſorum. 11. q. 3. præcipue.

Luc. 23.

Gen. 20.

d ¶ *Qui ignorat.*] i. qui negligit ſcire, vel contemnit ſcire.

Additio. Nam ignorantia quæ eſt ex culpa. nocet. 28. quæſtio. 1. §. ex his.

e ¶ *Qui noluit.*] "Videtur ergo quòd illi ſint excuſati ad quos prædicatio Apoſtolorum non peruenit, vt 82. diſt. propoſuiſti, ſed non eſt ita: quia in omnem terram exiuit ſonus eorum. 19. diſt. ita dominus. nec excuſatur quis per ignorātiam, qui poteſt habere copiam peritorum. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. vel ſi ſua prudentia facile potuit illud ſcire. C. de ingen. manum. l. 3. & ff. quis or. in bon. poſſ. ſeruetur. l. 2. §. in bonorum.

"Excuſanturne hi ad quos Apoſtolorū prædicatio non peruenit.

f *Non omnis.*] ¶ *A pœna.*] i. à peccato pro quo debetur pœna, vel à pœna ęterna. aliter non congrue diceret, necverum etiam cum in quolibet ignorante ſit pœna eo ipſo quòd ignorat, ſecundum Hug.

Vm itaque.] Hæc diſt. diuiditur in tres par. In 1. intendit probare, quod omnes ſacerdotes & alij maiores & minores debent eſſe inſtructi in lege diuina, & præcipue in canonica, & probat hoc per x. auctoritates. Secunda ibi, *Quamuis.* Tertia ibi, *Sed licet.* Ioan. de Fan.

Casvs. Facta mentione ſupra de ignorantia in §. vt itaque. & in c. non omnis. ſupponit Gra. 38. diſt. in qua oſtendit quod ignorantia periculoſa eſt, maxime ſacerdotibus.

¶ *Caput hoc in pleriſque vetuſtis Gratiani exemplaribus coniunctum eſt ſuperiori, Eſt autem reſponſio ad quæſtionem, quam præmiſit B. Auguſtinus his verbis*: Quid eſt, quod in carne poſitus Saluator ait: Pater ignoſce illis, non enim ſciunt quid faciunt. Si enim neſciunt, quid eſt, quod ignoſcitur? maxime cum dicat Rex Abimelech ad Deum: Numquid gentem ignorantem perdes? Nō omnis ignorās, immunis eſt, &c. *In extremo autem addita ſunt nonnulla ex ipſo* B. *Auguſtino, quò ſententia ſit integrior.*

g ¶ *Cum itaque.*] Superiori diſt. facta fuit mentio de ignorantia ī deo magiſter annnectit iſtam 38. diſt. in qua oſtendit quòd ignorantia periculoſa eſt, maxime ſacerdotibus. "Notādum eſt ergo, quòd ignorantia iuris alia eſt iuris naturalis, alia ciuilis vel canonici. Ignorantia iuris naturalis neminem excuſat, ſi eſt adultus, vel diſcretut: quia in his parum intereſt decipere vel decipi poſſe, vt 16. q. 1. ſi cupis. de hac dicitur, Ignorans ignorabitur. Ignorantia iuris ciuilis vel canonici neminem excuſat, vt ī. e. ſi in laicis, &c. quæ ipſis. aliquos tamen excuſat, vt milites, mulieres [c], ruſticos, minores. Ioan. In damno tamen vitando nulli nocet, vt ff. đ tū. feminas iur. & fac. ign. error. tñ ñ in oīb⁹ in fi. niſi in iis quæ in introducta ſunt ad rigorem iuris conſeruandum, vt in cōſtitutione, ſi quis in tantam. C. vnde vi. & in præſcriptionibus. Bart." Ignorantia facti alia probabilis, & hæc excuſat: quia etiam peritiſſimos fallit, vt j. 1. q. 1. ſi quis à ſimoniacis. & 9. q. 1. ordinatio nes. alia eſt craſſa & ſupina, vt cum quis ignorat id quod publice factum eſt in ciuitate. hæc neminē excuſat, vt 16. diſt. quod dicitis. 12. qu. 2. qui & humanis. Hoc pleniº inuenies 1. q. 4. §. vlt. in fi.

"Ignorantia iuris eſt multiplex.

c De hoc legi. & no. 22. q. 4. §. illicido nulli nocet, vt ff. đ tū. feminas iur. & fac. ign. error. tñ ñ in oīb⁹ in fi. niſi in iis quæ in excuſat ignorātia, ſed in q̄buſdā, vt not. ff. de iur. & fa. ig. regula. ī pr. &C. e. ti. l. fi. 1. *Tim.* 4. *ibid. inferius*

"Ignorantia facti eſt multiplex.

3 Burc. lib. j. c. 100. Iuo p. 5. c. 202. Anſel. l. 7. c. 114.

4 Conc. Are. 4. c. 3.

Gnorantia.] Casvs Docet hic concilium Toletan. quòd ignorantiam ſacerdotes Dei debent vitare, quæ mater eſt cunctorum errorum: & ideo maxime in ſacerdotibus eſt vitanda. Vnde ſacras ſcripturas legere debēt, quibus populos ſibi commiſſos valeant erudire, tam in ſcientia fidei, quàm in morib. & hoc p̄batur auctoritate Apoſtoli dicentis: Attende lectioni. &c.

5 Burc. lib. 2. c. 157. Anſ. l. 7. c. 113. Iuo p. 3. c. 129. Pan. l. 3. c. 23

h ¶ *Ad Timotheum.*] Argu. quod vni dicitur, ad omnes extenditur, vt 24. qu. quodcumque. & 16. q. 1. predicator. 61. diſt. miramur. de pœnit. diſtin. 1. §. his auctoritatibus [d]. C. de diuer. reſcrip. l. 1. ff. de pac. iuriſgentium. §. pactorū. Ar. contra. 25. di. qualis.

6 Anſ. l. 7. c. 119. Pol. l. 4. tit. 4.

d Ver. nunc autem. aliàs eſt c. ad idē de conſ. diſ. 4. proprie.

Vando.] Casvs, Docet concilium Toletan. q̄ quando epiſcopi ordinant presbyteros in capellis, debent eos docere qualiter officia debeant celebrare, ne per ignorātiam in diuinis ſacramentis offendant. & cum ad litanias venerint, vel ad cōcilium, debent epiſcopo ſuo reddere rationem qualiter baptizauerint, vel officia celebrauerint. Sequens c. patet.

"pceſſiões rogationū.

"laici iuris peritiā debēt habere.

i ¶ *Officialem.*] in quo continetur officium eccleſiaſticum.

k ¶ *A ſacerdote.*] ideſt, epiſcopo.

l ¶ *Ad litanias.*] "id eſt, in rogationib. Et ſic patet q̄ omnes ſacerdotes venient ad cathedralem eccleſiam in feſto rogationum. ſic j. de conſ. diſt. 3. c. 3. de conſe. diſt. 1. & hoc.

eVel dic qđ hoc pōt intelligi de illis laicis, q̄ ī dignitate ſunt cōſtituti, de qb. hr exemplum, 59. diſt. ſi officia. Arc.

m ¶ *Vel ad concilium.*] Sic patet, quòd conuentus quem habet epiſcopus cum clericis ſuis, dicitur concilium, vt 18. q. 2. abbates. 2. q. 2. placuit. 18. diſt. propter. &c. placuit.

n *SI in laicis.*] "Videtur ergo quod laici habebunt peritiam iuris: maxime ſi ſint iudices, cum teneantur ferre ſententiam in ſcriptis, vt dixi 20. diſt. §. 1. Sed poteſt intelligi de iure conſuetudinario, vel de iure naturali, in quo periculoſa eſt ignorantia, vt 16. q. 1. ſi cupis [e].

DISTINCTIO XXXVIII.



Vmg itaque voluntaria ignorantia omnibus noxia ſit, ſacerdotibus eſt periculoſa.

Vnde in concilio Tolet. 4. c. 24. legitur.

¶ Sacerdotibus maxime ignorantia vitanda eſt. C. I.

3 [1] IGnorantia mater cunctorum errorum maxime in ſacerdotibus Dei vitanda eſt, qui docendi officium in populis ſuſceperunt. Sacerdotes enim legere ſanctas ſcripturas frequenter admonet Paulus apoſtolus dicens ad Timotheum [h] [Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ,] & [ſemper permane in his.] Sciant igitur ſacerdotes ſcripturas ſanctas, & canones, vt omne opus eorum in prædicatione, & doctrina conſiſtat: atque ædificēt cunctos tam fidei ſcientia, quàm operum diſciplina.

Item ex eodem Tolet. 4. c. 25.

¶ Officialem libellum ab epſcopo accipiāt presbyteri, cum ordinantur. C. II.

5 [1] QVando presbyteri in parochiis ordinantur, libellum officialem [i] à ſuo ſacerdote [k] accipiant, vt ad eccleſias ſibi deputatas inſtructi ſuccedāt, ne per ignorātiam etiam in ipſis diuinis ſacramentis offendant. Cum vero ad Litanias [l], vel ad concilium [m] venerint, rationem epiſcopo ſuo reddant, qualiter ſuſceptum officium celebrent, vel baptizent.

Item Leo epiſcopus ad clerum, & plebem Conſtantinopolitanæ vrbis, ep. 22.

¶ Inſcitia ſacerdotum nec excuſatione digna eſt, nec venia. C. III.

"SI in laicis [n] vix tolerabilis videtur inſcitia: quanto magis in iis, qui præſunt, nec excuſatione digna eſt, nec venia?

Source : BIU Cujas

NVlli sacerdotum.] Casvs. Multi populi normam canonum & decretorum non seruabant: & episcopi cum canones ignorarent, eos non corrigebant. Præcepit ergo Cælestinus, vt nulli episcoporum liceat canones ignorare, quatenus cum fuerit necesse, corrigant delinquentes.

Item Cęlestinus vniuersis episcopis per Apuliam, & Calabriam constitutis, epist. 3.

¶Canones non licet sacerdotibus ignorare. C. IIII.

1 NVlli sacerdotum liceat canones [a] † ignorare, nec quicquam facere, quod patrum possit regulis obuiare. Quæ enim à nobis res digne † seruabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu, licentia populis permissa, frangatur?

Item ex dictis Augustini.

¶ Quæ sint sacerdotibus necessaria ad discendum. C. V.

2 QVæ ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum [b], id est liber sacramentorum [c], lectionarius, antiphonarius, baptisterium, computus [d], canon pœnitentialis, psalterium, homiliæ per circulum anni Dominicis diebus, & singulis festiui tatibus aptæ. Ex quibus omnibus si vnum [e] defuerit, sacerdotis nomen vix [f] in eo cõstabit: quia valde periculosæ sunt euangelicę minæ, quibus dicitur [Si cœcus cœco ducatum prestet: ambo in foueam cadunt.]

¶*Ceteri etiam Collectores Augustinum citãt. Fere autem omnia hæc habentur in pœnitentiali Bedæ, & in libro de officiis ecclesiasticis, & alibi.*

Item ex 7. synodo, c. 2.

¶Quę oportet scire eum, qui episcopus est ordinandus. C. VI.

3 OMnes psallentes repromittimus § Deo [In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos.] Quod omnes quidem Christianos obseruare saluberrimum est, sed præcipue hos, qui hierarchicam consecuti sunt dignitatem. Vnde definimus omnem, qui ad episcopatus prouehendus est gradum, modis omnibus psalterium [h] nosse, vt ex hoc & omnis clerus, qui sub ipso fuerit, ita moneatur, & imbuatur. Inquiratur autem diligenter à metropolitano, si in promptu habeat legere scrutabiliter, & non transitorie tam sacros canones, & sanctum Euangelium, quàm diuini Apostoli librum, & omnem diuinam scripturam, atque secundum mandata Dei conuersari, & docere populum sibi cõmissum. Substantia [i] enim summi sacerdotij nostri sunt eloquia diuinitus tradita, id est vera diuinarum scripturarum disciplina, quemadmodum magnus perhibet Dionysius. [4] Quòd si disceptauerit [k], & ita libẽter facere, & docere minime spoponderit, nullatenus consecretur. Ait enim prophetice Deus. [Tu scientiam repulisti, & ego repellã te, ne sacerdotio fungaris mihi.]

Item ex concilio Carthag. 3. c. 3.

¶De eodem. C. VII.

PLacuit [5], vt ordinandis episcopis, vel clericis prius ab ordinatoribus suis decreta concilio rum auribus eorum inculcẽtur [l], ne se aliquid contra statuta concilij fecisse pæniteat †.

Item Zepherimus Papa epist. 1. ad episcopos Siciliæ.

¶Sacræ scripturæ inhærentes nõ obscuran tur iniquitate mundana. C. VIII.

SIcut stellas cęli non extinguit nox, sic mentes fidelium, firmamento [m] inhærẽtes sanctæ scri pturæ non obscurat mundana [n] iniquitas.

Item Hieronymus ad Eustochium in prœmio comment. in Esaiam.

¶Ignorantia scripturarum est ignorantia Christi. C. IX.

6 SI iuxta apostolum Paulum, Christus Dei virtus est, Deique sapientia, & qui nescit scripturas, nescit Dei virtutem, eiusq; sapientiam [o], ignoratio scriptura rum, ignoratio Christi est.

Item Gregorius in pastorali, p. 1. c. 1.

¶A Domino sciuntur, vel ignorantur, qui ea quæ Dei sunt, sapiunt, vel ignorant. C. X.

QVi ea, quæ Dei [A] sunt, sapiũt, à Domino sapiuntur [p]: & qui ea quæ Dei sunt, nesciunt, à Deo nesciuntur. Paulo attestãte, qui ait [Si quis ignorat [q], ignorabitur.] *Idem* [7]. Quicumque stultus est in culpa, erit sapiens in pœna.

A ¶ Dei sunt.] *In loco indicato legitur*, Qui ea, quæ sunt Domini nesciunt, à Domino nesciuntur, Paulo attestante, &c.

Item Augustinus in Enchiridio ad Laurentium, c. 17.

¶Non qui aliquid nescit, sed qui putat se scire quod nescit, errare probatur. C. XI.

2 [8] QVamuis erraret † [r], quanta possumus cura, cauendum sit, non solum in maioribus, verum etiam in minoribus rebus, nec nisi rerum ignorantia possit errari, nõ tamen est consequens, vt continuo erret quisquis aliquid nescit: sed quisquis se existimat scire quòd nescit. Pro vero quippe approbat falsum: qđ est erroris propriũ. Verumtamẽ in qua re quisq; erret interest plurimũ. Nam in vna eademq; [s] re, & nescienti sciens, & erranti non errãs recta ratione pręponitur. In diuersis autem rebus, id est, cum iste scit alia, ille alia, & iste vtiliora, ille minus vtilia, vel etiam noxia, quis non in eis, quæ ille scit, ei præferat nescientem, sunt enim quædam, quæ nescire, quàm scire [t] sit melius.

detur

a Ad idẽ 61. di. statuim⁹. &ext. đ cõs. &af. c. j. ĩ fi. & j. e. oẽs. 1Burc. lib. 2. ca. 160. Iuo par. 6. c. 251. Ansel. l. 7. c. 108. Pol. l. 4. tit. 4.

† *al. suos canones.*

† *al. digna.*

2Burc. l. 2. c. 2. & l. 19. c. 8 Ansel. l. 7. c. 109. Pol. l. 4. tit. 31. Iuo p. 6. c. 22. Pan. l. 3. c. 24.

b Scilicet, à princip. gl.

Matth. 15.

c Hic adde qđ le. & no. 13. q. 5. c. 2. in gl. 2. 23. dist. quorũdam. Arc.

Psal. 118.

3 Mutat⁹ est periodi ductus. Iuo p. 5. c. 373.

a Casvs. Octo exponit in hoc ca. Augustinus, q̃ sunt sacerdotib. necessaria, ad hoc vt ignorantiam vitent: s. libri sacramentorum, &c. de quib. octo si vnum defuerit, vix sacerdotis nomen habebit.

b ¶ *Ad discendum.*] supple hæc sunt.

c ¶ *Sacramentorum.*] id est, Missale.

d ¶ *Computus.*] quò ad dies & menses.

e ¶ *Si vnum.*] Ar. q̃ vbi plura requiruntur ex necessitate, si vnũ ex his deest, nihil agitur, vt de conse. di. 4. in synodo. 22. q. 2. animaduertendũ. sic qui offendit in vno, fact⁹ est reus omnium, vt đ pæ. di. 5. consideret. & est simile [b]. C. de test. si vnus. & ff. de trãsa. cum hi. §. si prætor. Arg. contra 30. q. 5. alter. ff. de ven. inspic. l. 1. in fi. [c]

f ¶ *Vix.*] quia vbi res deest, nec nomen habebitur, vt 68. di. cor episcopi. 7. q. 1. factus. C. de fer. à nullo. 35. q. 7. quid est.

g ¶ *Repromittimus.*] i. videmur nos obligare, cum dicimus illa verba: In iustificationib. tuis meditabor.

h ¶ *Psalterium.*] 85. di. archidiaconum [d]. 23. dist. qui episcopus.

d Al. incipit, Florentinũ.

i ¶ *Substantia.*] i. de substantia sacerdotij videtur esse, quòd ordinãdus habeat scientiam.

k ¶ *Si disceptauerit.*] id est, si cõtradixerit.

l ¶ *Placuit.*] ¶ *Inculcentur.*] similiter cum nouum celebratur concilium, vt 18. dist. decernimus. 11. q. 3. curæ.

m *Sicut stellas.*] ¶ *Firmamento.*] i. meditationi & lectioni. Hug.

n ¶ *Mundana.*] Vnde dicitur: Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis. de consec. dist. 5. numquam. Hug. & Lau.

† *al. vindicta quæ poſt pœnitentiam.*

l ¶ *A capite.*]i. epo.

a De iſtis hr̃ 15.diſt.c.j.

m ¶ *Vſque ad quartũ.*] id eſt, ſubdiaconatũ.

n ¶ *Ita & in crimine.*] j.24.q.1.nõ afferam [a].

o ¶ *Tritticũ.*]i. pniam.

p ¶ *Et fructum.*]id eſt, reſtitutionem.

q ¶ *Gaudeo,*]ideo dicit gaudeo, quia poſt pęnitentiam fortior reſurgit homo, vt j.ea. fidelior [b].

b ſcđm hũc intellectum iſtud, magis qđ eſt ĩ tex. tenetur cõparatiue, & legitur de veris iuſtis, & loquitur quadã ſimilitudine vulgari. Arc. *Luc.15.*

r ¶ *Nonagintanouem.*] Per hũc numerum deſignantur nouem ordines Angelorum, de quib. habes j. de pœ. diſt.2. principium.

t in deſerto] abeſt ab Orig.

s ¶ *In deſerto,*]i. in cęlo: quod diabolus per caſum deſeruit.

t ¶ *Et prima.*]ar. q̃ reſtituti pñt accuſare & teſtificari. ar. e. ferrũ. & c. domino ſancto.

Apoc.2.

v ¶ *Pauci.*] difficile. n. ẽ cõtinere, vt 28.diſ. đ his. & 33.q.5. qui ſitit. nec tñ ıó minus delictũ ẽ, vt 2.q.1. multi. ĩ fi. & 32.q.7. flagitia. & licet iſtud ſit naturale, nõ tñ excuſat, vt ff. ad l. Aq. ſi ſeruus. §. ſi fornicarius.

QVid eſt.] Casvs. Probat Gre. in hoc ca. qđ p̃lati poſt lapſum pacta pnĩa, ex offõ ſuo p̃ dicare pñt: & hoc probat exemplo Ezechielis prophetæ, q̃ cũ ſtaret & videret ſimilitudinem quattuor aĩalium, & quattuor rotarum, cecidit ĩ faciem ſuã, & Dñs dixit ei, Fili hoĩs, ſta ſupra pedes tuos, & loquar te cũ. Iacẽti ergo in peccato, pphetæ dr̃, vt reſurgat per pniam, & poſt pniam ad p̃dicãdum mittitur. Prælati ſimiliter ĩ peccato iacẽtes p̃dicabũt, ſicut fecit propheta. Nã cũ ſtant in peccatis ſuꝑbię p̃lati, dignũ eſt, vt ad bona opera cõſurgãt per pniam. Et no. qđ in p̃dicta auctoritate ſtare dupliciter ſumitur. Nã primo accipitur ĩ mala ſignificõe, poſtea in bona.

x ¶ *Prophetæ.*]Ezechieli, Ezechie.2.

a ¶*Stan*

Source : BIU Cujas

"Iura vario modo pñt exponi,

2 ¶*Stans.*] Hic ſtans accipitur in mala ſignificatione,& prius in bona, & ita eſt hic ar. "quod aduocatus variis modis poteſt iura exponere,ſicut hæc auctoritas,Verbũ caro factum eſt.vel illud: Veritas de terra orta eſt, qñq; exponitur,i.Chriſt⁹ de virgine nat⁹ eſt,vt 35. q.10. c.1. qñque exponitur.i.cõfeſſio de pœnitente. de pœ. di.1.qui cumque. ar. cõtra 23. q.7.quod autem. Sed hęc diuerſo reſpectu.

ADDITIO. Ad idem extra de ap. ſolicitudinem.in fi.vbi de hoc.

"Timor eſt duplex.

b ¶*Timore.*] "ſeruili ſ. cum quo charitas dignatur habitare. inducit tamẽ iſte timor filialem, ſicut ſeta filum,vt j. de pœ.di.2. ſi quis tantam.

Ferrum.] CASVS. Legitur in Iob, Habet argentum venarum ſuarum principia,& locus eſt auro, in quo conflatur.ferrum de terra tollitur, & lapis calore ſolut⁹ in æs cõuertitur. Per hanc auctoritatẽ vult Greg. probare, quod poſtq̃ prælatus ſeparatus eſt per pœnitentiam à peccatis, dẽt lucidus reputari, nec debet conſpici in eo id quod fuit, ſ3 quod modo ẽ,ad inſtar ferri, quod donec ẽ ſub terra, obſcurũ eſt:ſed poſtq̃ ſepuratur à terra,fit lucidum,&vtile ad ſecandum.Sic prælatus ad prędicandũ. & ad verba diuina declarandum.

c ¶*Ferrum.*]in Iob cõtinetur ita: habet argentum venarũ ſuarũ principia,& auro locus eſt in quo conflatur: ferrum de terra tollitur,& lapis calore ſolutus in æs conuertitur.

d ¶*Incipit.*] arg.quod poſt pœnitentiam reuertitur quis ad priores [a] actus.ſi.32.q.1.cũ renũtiatur.& q.5.præceptum.in fi.& 6.q.1. illi qui.& ſ. eo.c.quia ſanctitas tua.in fi.ff.d ædi.edi.qđ ita.ar.contra 61.di.i ſacerdotib. Reſp. q̃ numquam p pœnitentiam reuertitur res ad priorẽ ſtatum, vt 33.q.2.admonere.& 81.diſt.Romanus.& c.ſi quis clericus. ſed per diſpenſationem,vt 2.q.3.§. notandum. in fi.Io.niſi in occultis criminib,vt ext. de temp.ord.c.vlt.B.

1 Concord. text.in fi.in l.j.§.in ſumma. ff. đ aq. plu.ar.& in l. prouincia les.ff.đ ver. ſignific.

a Ad hoc ſ. e. quia tua. ver.ſicut in. vbi de hoc. & 23.q.6. vides. iuxta fi.vbi etiam de hoc.

"Ius multa fingit.

e ¶*Quod non fuit.*]i.qualis non fuit, & ſic nõ eſt hic aliqua fictio iuris. "Vel dic,quod ius fingit eum eſſe nouum hominem ſicut baptizatum,26.di.c.1.de pœ.di.2.§.Romanos.& c.quomodo, Verſi.expoliantes.alteratus tamen eſt.2.q.7. §.quia ergo ſic fingit non eſſe homicidam qui eſt homicida.23.q.5.ſi homicidium. ſimiliter fingit aliquem non tranſiſſe qui tranſiit,vt 7.q.1.mutationes.& non eſſe epiſcopum qui eſt eps,vt 2.q.7.non omnes.& c.qui nec.& eſſe virginem,quæ non eſt virgo,vt 32.q.5.propoſito.& non eſſe matrimoniũ quod eſt.vt 30.q.5.aliter. Sed nunq̃d per tales fictiones præiudicabitur iuris veritati:ita vt nõ admittatur ꝓbatio in contrarium? videtur quod ſic,vt ext.de reg.vidua.Videtur contra,vt ext.de ren. ſuper eo.& ff. q̃ me.cau.non eſt veriſimile. & vna præſumptio per aliam præſumptionem tollitur. ff.de in int.reſt.l.diuus. "Ego dico breuiter, q̃ contra omnem præſumptionem admittitur probatio, niſi vbi ius de iure alicuius non tm̃ præſumit,ſed ét certum qđ ſtatuit [b], nec multum appretior illam diſiunctionem quorũdam, q̃ eſt q̃dam præſumptio iuris, q̃dam hominis, q̃dam naturę,de qb.habes ext.de ſpõſ.is qui. quia lex dicit, q̃ per fictionem iuris veritas non confunditur,nec deletur,vt C.de iur.dot.in rebus.in prin.

"ꝓbõ vtrũ contra præſumptionẽ admittatur.

b Aliàs ſec⁹. ff. de re.du. qui duos. 2. 3.& 4.ſcđm Lau.q̃ hanc ſententiã tenet cũ Io.

Cum exaudiero.] CASVS. Probat Aug.in hoc c.q̃ prælatus ſi diluet peccata ſua per pœnitentiam, docere pt ſicut prius. Et hoc ꝓbat auctoritate Eſaiæ,quæ eſt ī principio c.& exẽplo Dauid. pra pedes tuos,&loquar,tecum.] Qui enim iacenti loquebatur,cur no ſe,niſi ſtãti promittit eſſe locuturũ? Sed ſciẽdum,quia alia ſunt, quæ iacentes,alia,quæ ſtantes audire debeamus.Iacenti enim dicitur,vt ſurgat,ſtanti autem præcipitur, vt ad prædicationem proficiſci debeat.Adhuc enim nobis ī infirmitatis cõfuſione iacentibus præberi non debet auctoritas prędicationis. Sed cum iam in bono opere ſurgim⁹,cum iam recti ſtare cœperimus, dignum eſt, vt ad lucrandos alios in prædicationẽ mitti debeamus.Stans [a] ergo propheta viſionem ſpiritualem vidit, & cecidit:cadens vero iam monitionis verbum ſuſcepit, vt ſurgeret:ſurgens autem præceptum audiuit,vt prędicaret.Nã qui adhuc ex ſuperbiæ vertice ſtamus, cum iã de æternitatis timore [b] aliquid ſentire cœperim⁹, dignum eſt, vt ad pœnitẽtiam cadamus. Et cum infirmitatem noſtram ſubtiliter cognoſcẽtes, humiliter iacemus, per diuini verbi conſolationẽ ſurgere ad fortiora opera iubemur.

Ibidem lib.18.moralium, cap 16.ad ca. 28.Iob.

¶De eodem. C. XVIII.

FErrum [c] de terra tollitur, cũ fortis propugnator eccleſiæ à terrena, quam prius tenuit, actione ſeparatur. Non ergo in eo debet deſpici [d], quod fuit, quia iam incipit eſſe,quod non fuit [e].

Item Hieronymus ad c.3.Micheæ.

¶Poſt condignam pœnitentiam priſtina recipiuntur officia. C. XIX.

CVm exaudiero [f] eos, dabo eis virtutem ſpiritus mei, & implebo eos iudicio meo,& fortitudine.] Animaduerte in præſenti loco poſſe docere aliquem poſt peccatum,ſi tamen vitia priſtina, pœnitentia digna diluerit. Vnde Dauid poſt adulterium,& homicidium loquitur in pſalmo[Aſperges me hyſſopo,& mundabor:lauabis me & ſuper niuem dealbabor.]Nec ſua tantũ puritate contentus eſt,ſed infert[Redde mihi lætitiã ſalutaris tui,& ſpiritu principali confirma me:]cumque hoc feceris [docebo, ait, iniquos vias tuas,& impij ad te conuertẽtur.]

Idem Hieronymus lib.2.contra Iouinianum.

¶De eodem. C. XX.

[2] IEſus filius Ioſedech ſacerdos magnus, quamquam ī typo [g] præceſſerit Saluatoris, qui noſtra peccata portauit, & alienigenam ſibi ex gentibus copulauit eccleſiam, tamen ſecundum litteram poſt ſacerdotium ſordidatus [h] inducitur,& ſtat diabol⁹ [i] à dextris eius:& candida [k] illi deinceps veſtimenta redduntur.

Item ex concilio Agathenſi,c.2. [3]

¶Per pœnitentiam clerici correcti gradum ſuum,& dignitatem recipiant. C. XXI.

[4] COntumaces clerici, prout dignitatis ordo [l] permiſerit,ab epiſcopis corrigantur, & ſi qui prioris [m] grad⁹ elati ſuperbia, communionem [n] fortaſſe contemſerint, aut eccleſiam frequentare,vel officium ſuum implere neglexerint [o], peregrina [p] eis communio tribuatur, ita, vt cum eos pœnitẽtia correxerit, reſcripti in matricula [q] gradum ſuum,dignitatemque [r] recipiant.

Item ex concilio Martini Papæ,c.17. [5]

Ezech.3.

Pſal.50.

f ¶*Cum exaudiero.*] Eſaias propheta.37.c.

Ieſus.] CASVS. Iudæi venientes de Aegypto per deſertum cum viderent vxores ſuas valde ſqualidas ex labore itineris, abiecerũt eas,& ſuperinduxerũt alienigenas,qđ fecit Ieſus filius Ioſedech ſacerdos magnus:à quib.alienigenis compellebãtur idolatrare,quas poſtea ad monitionẽ Eſdræ dimiſerunt.De iſto Ieſu Zacharias ꝓpheta vidit viſionem quãdam,q̃ recitat ſic: Oſtendit mihi Dominus ſacerdotem magnum Ieſum coram Angelo Dei, & ſatan.i. vxor idolatra, ſtabat à dextris eius,&Ieſus erat indutus ſordidis veſtib.Dixitq; Angelus ad eos qui coram ſe ſtabant: Auferte ei ſordida veſtimenta,& date ei candida veſtimẽta.& poſuerunt ſup caput eius cidarim, induerunt q; eum candidis veſtibus.

g ¶*In typo.*] qa duxit alienigenã:ſicut Chriſtus eccleſiam.

h ¶*Sordidatus.*] quia dimiſit vxorem.

i ¶*Diabolus.*] i. vxor quæ idola coluit.

k ¶*Candida.*] quando ad conſilium Eſdrę reliquit illam. 28.q.1.§. 1.& 2.

2 j. de pœ. di.2.c.ſi eñ §.Ieſus.

Zach.2.

Contumaces.] CASVS.quidam clerici communionẽ fratrum &intrare eccleſiam cõtemnebãt, officia ſua penitus negligentes:q̃ſitum fuit in concil.Aga, quam pænam pati deberẽt: & reſpondetur,quod puniri debent prout ordo permiſerit,i.maiores ſuſpẽdantur officio & bñficio:& eis peregrina cõmunio tantum tribuatur: minores vero acrius puniantur: qui tamen ſi poſtea reſipuerint & pœnitẽtiam egerint, in matrice eccleſia reſcribentur,& in ſtatũ priſtinum reuertẽtur.

l ¶*Prout dignitatis ordo.*] "Alio enim modo ſunt puniendi clerici minorum ordinum, & alio maiorũ, vt 35.diſ.ante omnia. & 11.q.1. ſi clericorũ.

3 Et capitul. l.7.c.311.

4 Iuo par.6. c.366.

"clerici maiores aliter puniũtur,q̃ minores.

5 Apud Martin.Bracar.

& 12.q.2.fraternitas.

m ¶*Prioris,*]id eſt,altioris.

n ¶*Communionem.*] d eſt,nolunt eſſe inter alios [c].

o ¶*Neglexerint.*] Auferetur eis officium & beneficium.Ioan.per ſuſpenſionem,ſecundum Hug.

p ¶*Peregrina.*]quæ aliàs dicitur laica.ext.de ele.c.2.

q ¶*In matricula.*]ſic 2.q.1.nomen.

r ¶*Dignitatemque.*]" ñ enim à vigiliis deeſt, auferendum eſt ei ſtipendium,vt 91.diſt.clericus victum.ſed ſi prælatus per tres hebdomadas deeſt,per triennium ſuſpenditur:vel etiã ſi diebus ſolennib. deeſt,vt 7.qu.1. ſi quis in clero.ſi per duos menſes, priuatur eccleſia,vt 7.q.1.præſentium.niſi velis dicere hodie correctum,vt ext.de cle.nõ reſid.ex tuæ [d]. Sed an poſſit repetere fructus poſtea cum reuertitur?non videtur,vt C.de re mil.l.1.lib.12. alioquin ſpe reſtitutionis facilius delinqueret,vt ſ. e.diſtin.ca.1. Item quia pœnæ non ſolent repeti.ff.de cond.indeb.pœnæ,&pœnam quam quis ex ſuo delicto præſtitit.non repetit [e].ff.de procu.qui proprio. §.pœnam. Item hic & in ſeq.c.videtur quod epiſcopus poſſit diſpenſare cum depoſito.Nam & ſanatus reſtituit. ff.de poſtu. l.1.§.de qua autem. & ſenatus æquiparatur principi, ff. de aqua plu.arcen. quod principis. & eccleſia habet ſuum ſenatum,vt 16.q.1.eccleſia.argum.ad hoc 11.q.3.epiſcopus.& C.de epiſ.& cler. placet.Argu.contra ext. de cler.non reſiden.ex tuæ.in fin. & dixi de hoc 2.qu.6.ideo.Ioan. Solu. "cum depoſito ſolenniter ſolus Papa diſpenſat,vt de pœnit. diſt.6.c.1.in fi.B.

"Prælatorũ eccleſias negligentium punitio.

d đ hoc plene not. ext. vt lit.ſi cõt. qñ.§. ſi vero. & 7.q.1. ambitiõis. ibi dicã.Ar. eDic q̃ ſi iuſtã cãm abſẽtiæ hj; oĩa recupat.ff.đ re mi.ex cã. nã &ſñia reſcinditur ꝓ bata iuſta cã abſẽtiæ, ext. đ re iu. cũBertold⁹.

" Papa ſol⁹ cũ ſoleniter depoſito diſpenſat.

Si quis

Source : BIU Cujas

SI *quis.*] CASVS. Quæsitũ fuit in concilio Martini Papę quam pœnam deberet pati presbyter vel diaconus qui casu illicito calicem vel librum ecclesiæ alienat: & resp. quod non debet haberi in ordine clericorum: vel debet ab administratione causæ remoueri. in iudicio enim episcopi dimittitur, si cum eo voluerit dispensare.

a ¶*Iudicio tamen episcopi.*] "Hic ergo permittitur epo dispensare i sacrilegio, sic & in hæresi, vt j. ea, presbyteros qui. & in occultis etiam magnis, infra, de his vero, & hoc verum est nisi sit enorme sacrilegium, vt 12.q.2. de viro.

"Eps in hæresidispẽlat 1 Burc. l. 3. c. 179. ex Bracarensi. Iuo p. 3. c. 173. ex Martino. & 240. ex Bracarensi.

QVOMODO. Hęc est tertia pars huius dist. in qua cõcordat iura: & dicit q; qui vere pœnitent, possunt reparari: & qui ficte pœnitent, non sunt reparandi: & hoc probat ex aucto. Ioan. de Fan.

CASVS. Probauit supra Gratianus, quod lapsi reparari nõ possunt, postea probauit contrarium. Nunc vero ponit solutionem, dicens q; illi qui agũt ficte pœnitentiam nõ odio criminis, sed timore vilitatis, vel affectione honoris, nõ debẽt restitui: sed qui vere pœnitentiam agũt, restitui possunt. Et hanc solutionem probat per sequentia c. vsque ad §. quicumque.

VT *constitueretur.*] CASVS. Quæsiuit Bonifa. ab Augu. quare in ecclesia sit statutum vt clerici post pœnitẽtiam de criminib. non promoueantur, vel deiiciantur, vel non reuocentur: & resp. Augu. quod hoc non est cõstitutum propter desperationem indulgẽtiæ, i. q; ecclesia dispẽsare nõ possit: sed propter ficte pœnitentes est constitutum, vt de posita spe tẽporalis altitudinis, non superbe, sed humiliter agerent pœnitentiam. & licet possint reparari post lapsum, vt Dauid & Petrus: non tamen canones qui ꝓhibent reparationem, inutiliter sunt cõstituti: quoniam facti sunt propter ficte pœnitentes, vt secũdum varia genera morborũ varias medicinas inuenirẽt: rigor quorum canonum non est seruandus vbi multitudo est in causa.

Hier. 8,

2 Greg. l. 7. ep. 53.

b ¶*Non desperatione.*] id est, ob hoc quod ecclesia desperet se posse restituere tales.

¶De eodem. C. XXII.

1 SI quis presbyter, aut diaconus[A] inuentus fuerit aliquid de ministeriis ecclesiæ venundasse, quia sacrilegium commisit, placuit eum in ordinatione ecclesiastica non haberi. In iudicio tamẽ episcopi [a] dimittendum est, siue dignus sit, siue indignus in suo recipi vt debeat gradu: quia multo ties hoc ipsum, quod de sacrosancto altario contaminatum est, in episcopi potestate dimissum est.

A ¶Diaconus.] *Sequebatur:* aut subdiacon⁹. *quæ duæ dictiones expunctæ sunt, quia neque apud Martinum, aut Burchardum, aut Iuonem, neque in antiquis Gratiani codicibus habentur.*

[*Item Augustinus ad Bonifacium.*]

PALEA. B C. XXIII.

B ¶ Palea.] *In aliquot vetustis exemplaribus Gratiani hæ duæ paleæ non habentur: sed post finem capitis,* si quis presbyter. *sequitur continenter,* Quomodo igitur, *sunt tamen in multis, atque in iis quidem, à quibus plerumque paleæ absunt. Ac videntur summæ quædã partim præcedentium capitum,* ponderet: & quia sanctitas. *partim sequentis,* vt constitueretur. *quod refertur ex Augustino ad Bonifacium. Atque inde potuit in has paleas hæc eadem irrepere citatio.*

BEne valet sacerdos restitui ad honorem suum post peractam pœnitentiam: licet in hoc diuersi diuersa sentiant, dicentes non posse restitui ad honorem. Sed sic dictum est propter simulatas pœnitentias quorumdam, & propter affectatas honorum dignitates.

PALEA. C. XXIIII.

SAcerdos quidem si cadit, valet, & habet restitutionis locum post dignam peractam pœnitentiam, in honorem suum propheta attestante, qui ait [Numquid qui cadit, non adiiciet, vt resurgat?] [2] Et Beat⁹ Gregorius hoc dicit ad Secundinum inclusum, amicum suum. Etiam ab ipso propheta in hoc argumentum habemus: qui cum post peractum adulterium, & homicidium perpetrauit, tamen postea peracta digne pœnitẽtia per Dei gratiam ad pristinum officium restituitur.

3 *Quomodo igitur huiusmodi auctoritatum dissonantia ad concordiam reuocari valeat, breuiter inspiciamus. Sunt quidam quos non odium criminis, sed timor vilitatis, & amissio proprij gradus, & ambitio celsioris ad pœnitentiam cogit. Hos sacri canones ir-*

gis humiles.

h ¶*Addiderunt.*] scilicet, vt non possint restitui.

i ¶*Per.*] id est, propter.

k *Potentias.*] id est, dignitates.

l ¶*Experimenta.*] sic 29. dist. sciendum. vel aliter vt quandoque fiat restitutio: quãdoque non.

recuperabiliter† deiiciunt: quia qui simulatione pœnitentiæ, vel affectione honoris à Deo non consequitur veniam, nec ab ecclesia reparationem meretur.

† *al. irrepa-rabiliter.*

Vnde Augustinus scribit ad Bonifacium epist. 50.

¶Quare cõstitutum est in ecclesia, ne post pœnitentiam quis ad clericatum redeat. C. XXV.

3 VT constitueretur in ecclesia, ne quisquam post alicuius criminis pœnitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatũ redeat, vel in clericatu maneat, non desperatione [b] indulgentiæ, sed rigore [c] factum est disciplinæ. Alioqui contra claues datas ecclesiæ disputabitur, de quibus dictum est [quæ solueritis in terra, soluta erũt & in cælo.] Sed ne forte etiam de ceteris† [d] criminib⁹, spe honoris ecclesiastici animus intumescens superbe ageret pœnitentiam, seueriſſime placuit, vt post actam de crimine damnabili pœnitentiam, nemo sit clericus: vt desperatione temporalis altitudinis, medicina maior, & verior esset humilitatis. Nam & sanctus Dauid de criminibus mortiferis pœnitentiam egit, & tamen in honore suo perstitit. Et Beatũ Petrũ, qñ amariſſimas lacrymas fudit, vtique Dominum negasse pœnituit, & tamen Apostolus mansit. Sed non ideo [e] superuacua putanda est posteriorum diligentia, qui vbi saluti nihil detrahebatur [f], humilitati aliquid [g] addiderunt [h], quo salus totius muniretur, experti, credo aliquorum fictas pœnitentias per [i] affectatas honorum potentias [k], Cogunt enim multas inuenire medicinas multorum experimenta [l] morborum [4]. Verum in huiusmodi causis, vbi per graues dissensionum scissuras non huius, aut illius hominis est periculum, sed populorum strages [m] iacent, detrahendum [n] est aliquid seueritati, vt maioribus [o] malis sanandis charitas sincera subueniat.

† *al. detectis.*

"Rigor, dispẽsatio, & ius, differũt

Item ex epistola cleri Romani[P] *missa Papæ Cypriano*[q] [5],

¶Reparationis beneficium non nisi post pœnitentiam potest concedi. C. XXVI.

c ¶*Sed rigore.*] Hic manifeste colligitur, quod canones qui dicunt lapsos non esse reparandos vel restituendos, de rigore loquuntur.

d ¶*Etiam de ceteris.*] id est, omnibus. nomine enim ceterorum omnes intelliguntur. ff. de ver. sig. ceterorum.

e ¶ *Sed non ideo.*] quasi dicat licet possint restitui aliqui secundum rigorem.

f ¶*Nihil detrahebatur.*] id est, vbi non timetur periculum.

g ¶*Aliquid.*] id est rigorem, vt non restituerentur, vt sic fierent magis humiles.

m ¶*Strages.*] ſ. 44. di. comessationes.

n ¶*Detrahendum est.*] "Hic habes quod dispensatio quandoque est debita, scilicet vbi strages multorum iacet: & alibi, vt 45. dist. licet. & 1. q. 7. dispensationes. & 11. q. 3. plerumque. 23. qu. 1. noli. in fin. & j. eo. considerandum. cum enim dispensatio sit quasi quædam misericordia: & est certum quod quilibet tenetur esse misericors, vt 86. dist. non latis. & licet debita sit, tamen peti non potest: sicut episcopatus debetur bono: & tamen non potest eum petere, vt 8. q. 1. qui episcopatum. quandoque autem prohibetur dispensatio, vt 1. q. 1. erga. & ſ. eo. miror. quãdoque etiam permittitur dispensatio, vt j. e. domino. & ſ. e. si quis presbyter. "Et nota ꝙ aliud est rigor, aliud est i⁹, spẽsatio, & aliud est dispensatio. Rigor est quidam excessus iuris, & quædam austeritas facta ad terrorem, secundum quod dicit, canon, quod pœnitentia imponitur contrahenti secundas nuptias, vt 31. q. 1. c. hac ratione. & ca. præcedenti. & quod communio non est danda etiam in fine vitæ his qui defecerunt in accusatione clericorum, hoc est episcoporum, vt 2. q. 3. si qs episcoporum. & rigor non est seruandus [a], nisi vbi timetur exemplum mali, vt 45. dist. sed illud. quandoque tamen rigor est idem quod subtilitas iuris, vt ext. d ref. spo. in litteris. & ext. de no. op. nunc. intel-leximus. Dispensatio est idem quod iuris relaxatio: & ea non est vtendum nisi sit necessitas vel vtilitas, vt 1. q. 7. tali. I⁹ autẽ media strãta incedit inter rigorẽ, & dispẽsationem. ff. de iu. om. iu. qui iurisdictio ini. & 24. q. 2. legatur. ADDITIO. Dicit Hugo idem, ſ. quod rigor nõ est ius, immo est iuris

"Diſpensatio qñque est debita.

3 In capitul. adiectis. ca. 132. Pol. l. 6. tit. 20. Ans. l. 8. c. 3. Iuo in ꝓlogo & p. 6. c. 386. Pan. in prolog. c. 8.

a Et dic q; in ris rigor ex cã multipli ci mitigatur, vt not. ext. de sent. exc. pueris. Arch. 4 j. 23. q. 4. ipsa pietas. §. verum.

5 Extat inter opa B. Cypr. lib. 2. ep. 7.

n ¶*Detrahendum est.*] "Hic habes quod dispensatio quandoque est debita, scilicet vbi strages multorum iacet: & alibi, vt 45. dist. licet. & 1. q. 7. dispensationes. & 11. q. 3. plerumque. 23. qu. 1. noli. in fin. & j. eo. considerandum. cum enim dispensatio sit quasi quædam misericordia: & est certum quod quilibet tenetur esse misericors, vt 86. dist. non latis. & licet debita sit, tamen peti non potest: sicut episcopatus debetur bono: & tamen non potest eum petere, vt 8. q. 1. qui episcopatum. quandoque autem prohibetur dispensatio, vt 1. q. 1. erga. & ſ. eo. miror. quãdoque etiam permittitur dispensatio, vt j. e. domino. & ſ. e. si quis presbyter. "Et nota ꝙ aliud est rigor, aliud est i⁹, spẽsatio, & aliud est dispensatio. Rigor est quidam excessus iuris, & quædam austeritas facta ad terrorem, secundum quod dicit, canon, quod pœnitentia imponitur contrahenti secundas nuptias, vt 31. q. 1. c. hac ratione. & ca. præcedenti. & quod communio non est danda etiam in fine vitæ his qui defecerunt in accusatione clericorum, hoc est episcoporum, vt 2. q. 3. si qs episcoporum. & rigor non est seruandus [a], nisi vbi timetur exemplum mali, vt 45. dist. sed illud. quandoque tamen rigor est idem quod subtilitas iuris, vt ext. d ref. spo. in litteris. & ext. de no. op. nunc. intel-leximus. Dispensatio est idem quod iuris relaxatio: & ea non est vtendum nisi sit necessitas vel vtilitas, vt 1. q. 7. tali. I⁹ autẽ media strãta incedit inter rigorẽ, & dispẽsationem. ff. de iu. om. iu. qui iurisdictio ini. & 24. q. 2. legatur. ADDITIO. Dicit Hugo idem, ſ. quod rigor nõ est ius, immo est iuris

"Diſpensatio qñque est debita.

3 In capitul. adiectis. ca. 132. Pol. l. 6. tit. 20. Ans. l. 8. c. 3. Iuo in ꝓlogo & p. 6. c. 386. Pan. in prolog. c. 8.

a Et dic q; in ris rigor ex cã multipli ci mitigatur, vt not. ext. de sent. exc. pueris. Arch. 4 j. 23. q. 4. ipsa pietas. §. verum.

5 Extat inter opa B. Cypr. lib. 2. ep. 7.

excessus in austeritate. Ius autem est æquitas, i. æqualitas ius suum vnicuique tribuẽs, bonis præmia, malis supplicia: hoc debet iudex semper obseruare: arg. C. de iud. placuit. Arch.

o ¶*Maioribus.*] sic dist. 4. denique.

p ¶*Cleri Romani.*] vel Cornelij Papæ.

q ¶*Cypriano.*] In chronicis non inuenitur quod aliquis Papa dictus fuerit Cyprianus: tamen quod fuit Papa, habes j. ea. de eo tantum. sed forte hic & ibi est mendosa littera.

Abſit

Source : BIU Cujas

r Anſ.lib.8. c.104.

ABſit.] CASVS. Cyprianus fuaſit Cornelio Papę, vt Nouatianos & ſchiſmaticos facile reciperet. ſ3 reſp. Cornelius: abſit vt eos recipiamus tā ꝓfana facilitate: cum adhuc iaceant in peccatis, & quotidie cadāt de peccato ī peccatū: qa per hoc dare tur eis & aliis occaſio delinquendi. nam ꝑfatus qui omiſſa pœnitēntia delinquentib. parcit: non curat, ſed potius occidit.

2 ¶*Vigorem.*]i. rigorē.

b ¶*Fidei.*]i. diſciplinę.

c ¶*Sed etiam cadant.*] vlterius.

†*al. procedere.*

d ¶*Ruinæ.*]id eſt, euerſi & ruentes fratres.

e ¶*Properata.*]quia q̄ cōmittūtur in Deum, remitti non poſſunt ſine pœnitentia: & qa facilitas venię incentiuum tribuit delinquendi, vt j.23.q.4.ſi is qui. & c. eſt iniuſta.

f ¶*Intercepta.*] id eſt, dimiſſa.

2 Anſel.l.8. c.32.

SI quis.] CASVS. Cyprianus reprehēdit hic quoſdam preſbyteros, qui ad māda tum aliquorū martyrum, i. eremitarum & religioſorum virorū etiam impœnitentib. remittebant pœnam peccatorum, & dicit ꝙſi quis hoc facit, ꝓuocat Deum ad iracū diam cōtra delinquētes. Item oſtendit, qđ ſi martyres præcipiāt ea, quæ ſcripta ſunt & licita, facienda ſunt: quia non ſunt contra Deum, ſed vt diſpenſetur cū eo qui vere pœnitet, & non ficte. Si vero præcipiāt ea, quę ſcripta non ſunt, expectandum eſt donec probētur ea Deo placere: quoniam nō ſtatim concedit Deus quod poſtulat martyr, ſicut Moyſes non ſtatim impetrauit veniam peccatorum populorum cum petiit.

g ¶*Remiſſionem peccatorum.*] Quę enim in nos delinquūtur, poſſumus remittere ſine pœnitentia, “ſed nō quæ in Deum. 23.q.4.ſi is qui.

“ Delicta cōmiſſa in Deum remittere nō poſſumus. † *al. Maſſonem. al. Maſſenum*]Ori.

“ Appellās fruſtratorie iudicem offendit.

3 Anſ.lib.8. c.37. Pol.l.4 tit. 39. Iuop.6.c.397. p.15.57.&86 Burc.l.19.c. 43.&73. Pann.l.3. c. 149. Rab. pœ.l.1.c.1. Cōc. Neocę ſar.c.1.

†*al. xx.*

“ Credulus ñ debet qs eſſe nimis.

h ¶*Sententiam.*] Qui ergo non ſeruat ſententiam iudicis, offendit iudicē, “&iniuriā facit iudici, q fruſtratorie appellat ab ipſo. C. quan. prou. non eſt neceſſ. l. vlt. in fi. & hæc poteſt eſſe cauſa quare iudex debeat eſſe ſuſpectus ei q appellauit ab ipſo, vt extra de ap. ad hæc.

i ¶*Martyres.*] i. Chriſti ſacerdotes.

k ¶*Vt ſciamus.*]per ſigna exteriora cōſideñ rata in pœnitentib.

l ¶*Videri.*]ar. “ꝙ non

1 ABſit à Romana eccleſia vigorem a ſuum tam profana facilitate dimittere, & neruos ſeueritatis euerſa fidei b maieſtate diſſoluere, vt cum adhuc non tantum iaceant, ſed & cadāt c euerſorum fratrum ruinæ d, properata e nimis remedia communicationū vtiq; non profutura præſtentur, & noua per miſericoroiam falſam vulnera veteribus tranſgreſſionis vulneribus imprimantur, vt miſeris ad euerſionē maiorem eripiatur & pœnitentia. Vbi enim poterit indulgentiæ medicina profice re†, ſi etiam ipſe medicus intercepta f pœnitentia indulget periculis? ſi tantummodo operit vulnus, nec ſinit neceſſaria tēporis remedia conducere cicatricem? Hoc nō eſt curare, ſed ſi dicere verum volumus, occidere.

¶*Locupletatum eſt caput hoc ex originali.*

Item Cyprianus in ſermone de lapſis.

¶Impœnitentibus venia concedi non poteſt. C. XXVII.

2 SI quis præpropera feſtinatione temerarius remiſſionē peccatorum g dare ſe cunctis putat poſſe, aut audet Domini præcepta reſcindere, non tātum nihil ꝓdeſt, ſed obeſt lapſis. Prouocaſſe eſt iram, non ſeruaſſe ſententiam h: nec miſericordiam prius Dei deprecandā putare, ſed contempto Domino de ſua facilitate præſumere. *&infra.* ¶Mandant aliqua martyres i fieri: ſi iuſta, ſi licita, ſi nō contra ipſum Dominum à Dei ſacerdote facienda, ſit obtemperantis facilis, & prona conſenſio, ſi petentis fuerit religioſa moderatio. Mandant aliquid martyres fieri, ſed ſi ſcripta nō ſunt in Domini lege, quæ mandant, ante eſt, vt ſciam⁹ k illos de Deo impetraſſe quod poſtulant, tunc facere quod mandant. Neque enim ſtatim videri l poteſt de diuina maieſtate conceſſum, quod fuerit humana pollicitatione promiſſum. Nam & Moyſes pro peccatis populi petiit, nec tamen peccanti bus veniā cum petiiſſet, accepit.

Item Iſidorus ad Maſſonum†epiſcopum.

¶Qui ſunt reparandi poſt lapſum, vel qui non. C. XXVIII.

3 DOmino ſancto meritiſque beato fratri Maſſano epiſcopo ſalutē. Quod in epiſtolis m venerabilis fraternitas tua innotuit, videlicet, quod in cānone A Ancyrano, c.xix.†legitur, poſt lapſum corporalem reſtaurandum honoris gradum poſt pœnitentiam: alibi vero legitur, poſt huiuſmodi delictum nequaquam reparādum antiqui ordinis meritum, hæc diuerſitas hoc modo ſoluitur. Illos enim ad priſtinos gradus redire canones præcipiunt, quos pœnitentiæ præceſſit ſatisfactio, vel condigna peccatorum confeſſio. At contra hi, qui neque à vitio corruptionis † emendantur, atque hoc ipſum carnale delictum, quod admittunt, vendicare n quadam ſuperſtitioſa o temeritate nituntur, nec gradum vtique honoris, nec gratiam communionis recipiunt. Ergo ita eſt determinanda ſententia, vt neceſſe p ſit illos reſtaurari in locum honoris, qui per pœnitentiam reconciliationem recepiſſe merentur diuinæ pietatis. Hi enim non immerito conſequuntur ademptæ†, dignitatis ſtatum, qui per emendationem pœnitentiæ recepiſſe noſcuntur remedium vitæ. Id autem ne forte magis ſit ambiguum, diuinæ auctoritatis ſententia confirmetur. Ezechiel quidem propheta ſub typo prȩuaricatricis Hieruſalem oſtendit poſt pœnitentiæ ſatisfactionem priſtinum poſſe reſtaurari honorem. [Confundere, inquit, ô Iuda, & porta ignominiā tuam.] & poſt paululum: [Et tu, inquit, & filiæ tuæ reuertimini ad antiquitatem tuam.] ¶ Quod dixit [Confundere] oſtendit poſt† pecati opus debere quemque erubeſcere, & poſt confeſſionem pro admiſſis ſceleribus verecūdam frontem humi proſtratam demergere, pro eo ꝙ dignū confuſione perpetrauerit opus. Deinde præcepit, vt poſt ignominiam, & deiectionem nominis ſui, ſiue dignitatis reuertatur ad ſuam antiquitatem q. Ergo dum quiſq; poſt op⁹ confeſſionis ſuæ cōfunditur, atq; ignominiam r portans, depoſitionem s ſuam cū humilitate luget, reuocari ſecūdum prophetam ad priorem ſtatū poterit. Item Ioannes Euāgeliſta Angelo Epheſi eccleſiæ inter cetera quædā ſimilia ſcribit. [Memor eſto vnde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac, alioqui veniam tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco eius.] ¶ Ecce B, inquantum valui, concilij Ancyrani antiquam plane, & plenam auctoritatem ſacris teſtimoniis explanaui, oſtendens eum poſſe reſtaurari in proprio gradu, qui per pœnitentiæ ſatisfactionem nouerit propria delicta deflere. Qui vero negligit, nec luget quæ geſſit, & lugēda ſine vllo pudore religionis, ſtatim tenetur qs credere etiā bono viro. vt 9.di. egoſolus. ſi. ff. quod cum fal. tut. l.2. immo imputatur alicui, ꝙnimis eſt credulus. 9.q.3. non ſolum. 86.diſt. ſi quid vero. ff. de eo per quem fac. l.1.§.1. Non ob. 23. q. 1. quid culpatur. vbi ī dubio obeditur: quia ibi loquitur dum prælatus præcipit ꝙ eſt dubiū, hic de martyrib. qui non erant ꝑfati. 26.q.5. nec mirum.

†*al. corporis*

Domino ſancto.] CASVS. Maſſanā eps inuenerat in cōcilio Ancyrano, ꝙ lapſi ī fornicationem poſt pnīam poterant reſtitui. Alibi inuenerat eos nō eſſe reſtituendos: & iō rogauit Iſidorū vt hāc cōtrarietatem ei ſolueret. Et reſp. ꝙ illi qui vere pę nitēt, ad gradū priſtinū reſtituuntur & honorem: qui vero ficte pœnitēt, nō reſtituuntur. & hoc probat autoritate Ezechielis & Io. Euangeliſtæ. In fi. dicit, quod vbicumque inuenitur diſcors conciliorū ſententia, illa ſuſcipiatur, q̄ ē antiquior & potior pietate. i. miſericordior.

†*al. adeptæ.*

Ezech.16.

m ¶*In epiſtolis.*]Maſſanus rogat Iſid. vt ſolutionem canonum contrariorum circa reſtitutionem lapſorum ei reſcriberet.

†*al. poſt confuſionem, id eſt, peccati.*

n ¶*Vendicare.*]i. defendere. ſic etiam ecōtra ponitur.

o ¶ *Superſtitioſa.*]ſ. 8. diſt. quo iure.

p ¶ *Neceſſe.*] Ex hoc verbo, neceſſe, & ex illo verbo, ꝓcipiūt, qđ ſupra ponitur, patet diſpēſationē qñq; eē debitā b, vt ſ. e. vt cōſtitueretur. “& ſic pa tet, ꝙ eps peccat ſi ñ diſpēſat, vbi patet rō diſpenſandi, vt 34. di. fraternitatis. ar. 2. q. 5. q̄to. tamen cum ſupe riore agi ꝑt officio iudicis, vt ext. de iur. pat. nullus. licet nō poſſit peti iure actionis, ſicut poteſt dici đ elemoſyna pauperi debita. 47. diſt. ſicut.

b Ad hoc j. 23. q. 1. noli. tet, ꝙ eps peccat ſi ñ vbi de hoc. diſpēſat, & j. e. ſi qs. ver. ꝙ ſi. vbi de hoc. arg. q̄to. tamen cum ſupe j. c. conſide riore agi ꝑt officio iudicis, vt ext. de iur. pat. peccat ſi ñ randū. Arc. dicis, vt fiat diſpenſa “ Eps qñq; tio, vt ext. de iur. pat. peccat ſi ñ nullus. licet nō poſſit diſpenſat.

Apoc.2.

q ¶ *Antiquitatem.*] i. mores antiquos.

r ¶ *Atque ignominiā.*] Ex hoc verbo, & ex illo verbo, đpoſitionē, eſt ar. “ ꝙ eps ꝑt depoſitum & *infamē re* ſtituere c, qa ignominia idem eſt, ꝙ infamia, vt ff. de iis q no. & not. ſ. e. infa. l.2. ignominiæ. & cōtumaces. ſic patet, ꝙ poteſt tollere infamiam, ꝙ concedo d vbicūq; poteſt diſpenſare, vt dixi. 2. đ Fan. q ap q.3.§. hinc colligitur. probat iſtā s ¶*Depoſitionem.*] i. ſuſpēſionem. ſic 46. diſt. clericus.

“*Infamiam poteſt eps tollere.*

c De hoc le. totam gl.

d Idem Io.

Source : BIU Cujas

"Canon canoni an ꝑiu dicet.

a Videas qđ leg. &no.18 di.qm̃ qdē.

vel timore iudicij diuini committit, eum nullo modo posse ad pristinum gradum restaurari cognoscas. In fine[c] autem huius epistolę hoc adiiciendum putaui, vt quotiescumque in gestis conciliorum discors [a 1] sententia inuenitur, illius concilij magis teneatur sententia, cuius aut antiquior [b], aut potior extat auctoritas.

1 j.3.q.2.c. hoc ipsum.

b Et melius 25.q.1. violatores. & j.c. px. in pr. &j.e.si ille. Arch.

a ¶ *Discors.*] Nonne illa sentētia est potius sequenda quæ maiorem cōtinet pietatem? vt 9.di.sana. [c] licet enim canō Apostolorum potior sit, qa antiquior sit aliis canonib. tamē præiudicatur[a] ei per posteriores, vt 82.di.presbyter. idem patet in canone Hieron. vt 26.di. deinde. & c. acutius. Item quandoq; præiudicat ille canon, qui non est potior, vt 25.qu.1. contra statuta. quod ergo dicitur hic, intelligе cū ambæ cōstōes sunt particulares, & locales: & de illis loqtur c.19.dis. in canonicis. sed si ambæ sunt gñales, sp posterior p iudicat, vt ext. de co. spi. c.1. ff. dele. non est nouum. Sed qualiter præfertur vnus canō alteri, cū omnes sint promulgati instinctu spiritus sancti. 16.q.3. nemo [b]? Resp. qꝑ duo canones possunt esse contrarij, &tamen vterque est iuste institutus. quod eā vnus statuit, & iuste: alter cōtrarium potest statuere, &iuste. 63.di.§. verum. ext. de cōsan. & affi. non debet.

b ¶ *Cuius aut antiquior.*] si ambo sunt æqualis pietatis. 19. dist. in canonicis.

QVICVMQVE. Casvs. Cōcludit Gra. ex supradictis breuiter epilogando solutionem, quæ est supra in §. quomodo. sed huic solutioni obiicit c. sequens, & alia vsq; ad §. sed illud.

SI *quis.* casvs. Hoc c. diuiditurī duas part. In 1. par. probat Hormisda, qꝑ si aliqs clericus fuerit ī adulterio deprehēsus, vel conuictus, vel confessus, non potest ad suū honorem redire. Et hoc probat per verba Nicæni concilij 300. &18. episcoporū. & reprehendēdo deridet eos qui dicebāt rigorem non esse seruandum circa delinquētes. In 2. par. quæ inc. ibi, *Quòd si eos.* dī, qđ si clerici delinquētes vere pœnitent, restitui possunt exemplo Dauid. Si vero non resipiscunt, non est eis indulgendū, cū Deus nō indulgeat. & si eis falso indulgeamus, in die iudicij dicturi sūt contra nos, qꝑ nos nō debuissem[s] eis indulsisse, nec pmisisse eos in delictis ꝑpter blanditias permanere, vel minas eorum. Et no. qꝑ prima pars facit cō tra solutionem Gratiani: sed secunda pro eo. sequens c. patet.

2 Arausicū. c.23. & Aurel. 5. c. 4. Pann. l. 3. c. 98. Anſ. l. 11. c. 87.

3 Concord. cū hoc tex. in l. si adulteriū. cū ibi no. per Bar. ff. de adul.

4 7. c. miror.

c ¶ *Si quis diaconus.*] prima pars c. facit cō tra solutionem Gratiani, idem facit pro ea in 2. parte, quæ incipit ibi, *Quòd si eos.*

d ¶ *Ecce.*] vsq; ad hūc locum sunt verba Nicæni concilij.

e ¶ *Cccxviij.*] Ergo videtur, qꝑ hoc sit statutum Nicæni concilij, cui tot interfuerunt, vt 15. dist. canones. licet Damasus Papa de ccc. tantum loquatur. 10. q.1. hanc consuetudinē. sed minor numerus non excludit maiorem.

f ¶ *Deprehensi.*] aliquo sequentium modorū. Videtur ergo, quod sola deprehēsio sufficit, vt hic, & 81.di. presbyter. & habes j. e. de his. sed nō est ita, nisi sint conuicti vel confessi, vt sequtur j. 2. q.1. nos ī quemquam. & 12.q.1. non dicatis. Vel intellige, deprehēsi ita qꝑ factum sit notoriū ex facti euidētia[c], vt ext. de coh. cle. & mulie. tua. tale senim qui in maleficio publice deprehendūtur, sine iudicio damnantur, vt C. đ def. ci. l. defensores. lex 7. est.

c Sola deꝑhensio sufficit ad notā infamię inducēdā. ff. đ rit. nu. palā. §. q̄ in adulterio. scđm Gof. qui ita not. extr. de iud. cū ñ ab hoie. Arc.

† *al. pro exemplo & remedio*] Anſ. †*al. prona.*

g ¶ *Non possunt.*] de iure.

h ¶ *Pietate.*] ironice loquitur.

i ¶ *In sancto.*] s. ea. miror.

k ¶ *Remedia.*] i. pœnas contra illos, qui non seruant statuta.

l ¶ *Omnibus.*] ar. qꝑ qui vni facto cōtradicit, omnib. cōtradicit. sic s. 4. di. deniq;. de pœ. dist. 5. fratres. & extr. de reg. iur. de fleat. de conse, dis. 2. comperimus.

m ¶ *Et inimicos.*] not. [c] qꝑ eo ipso, quod aliquis non obedit prælato, ei[9] est inimicus, vt 24.q.1. quoniam vetus. s. e. si quis præpostera.

[c] Inobediēs ꝑlato est ei inimicus. Psal. 6.

n ¶ *Palpare.*] id est, adulari.

o ¶ *Deberemus.*] no. dispensationem esse debitam. vt s. e. vt cōstitueretur, & 11.q.3. plerumque.

Psal. 101.

ADDITIO. Dicas breuiter, qꝑ vbicumq; persona res, & locus eam exigit, debita est. 19. di. c.1. &2. s. e. di. duo. ver. præcipiūt. & ver. necesse. & j. e. considerandum. Quod dic vt plene no. in Spec. de legato. §. genera autem. & not. extr. de sen. excom. pueris. Archid.

p ¶ *Digna.*] quod nulli facit. 24.q.2. legatur.

q ¶ *Dimiserit.*] non enim tā cito dimittit Deus sicut sacerdos absoluit. de pœ. dis. 1. quem pœnitet.

r ¶ *Dicturi.*] Numquid voce tunc loquētur, cum Apostolus dicat, quod tunc linguę cessabunt, licet propheta contrarium dicat: Exultationes Dei in gutture eorum. Sed quidquid sit, tūc nullo accusabit alium, [c] sed sola cōscientia accusabit quemlibet. 9. q. 4. aliorum.

[c] Conscientia sola dānandos accusabit. *Num. 16.*

s ¶ *Indulgemus.*] id est, indulsimus.

t ¶ *Permittimus.*] ideſt, permisimus.

v ¶ *Quia vno.*] scilicet Achor. 8. qu.1. audacter. j.1. q.4. §. itē peccato Achor. Ioan.

a ¶ *Quicumque igitur pro criminibus suis digne Deo pœnitentiam obtulerint, auctoritate Gregorij, & Augustini, & Hieronymi, & Isidori gradum pristinæ dignitatis recipere possunt. Qui autem non odio criminis, sed timore vtilitatis, vel ambitione honoris falsas Deo pœnitentias offerunt, in pristini honoris gradum reparari minime poterunt.*

Sed obiicitur illud Hormisdæ Papæ, qui scribit omnibus episcopis per vniuersas prouincias.

¶ Diaconus, aut presbyter in adulterio deprehensi reparari non possunt. C. XXIX.

2 SI quis[A] diaconus [c], aut presbyter post acceptam benedictionem leuiticam cum vxore sua incontinens inuenitur, ab officio suo deiiciatur[3]. ¶ Ecce [d] manifeste constat, quia secundū titulos antiquorum Patrum sancto[B] spiritu suggerente conscriptos, & secundum sententias cccxviij. [e] episcoporū, quas etiam Gallicani canònones continere videntur, clerici in adulterio deprehēsi [f], aut ipsi confessi, aut ab aliis cōuicti ad honorem redire non possunt [g 4]. Sed quia forte non desunt quibus pronimia pietate [h] suprascripta sanctorum patrum seueritas minime placeat, sciant se cccxviij. episcoporum, qui fuerunt congregati in concilio Nicæno, & reliquos statuerunt canones, sententias reprehendere, vel damnare. Sed forte maior est in illis pietas, quàm ī supraſcriptis trecentis decem & octo episcopis? maior est ī illis misericordia, quàm in sancto [i] Ioanne apostolico Papa? maior charitas, quàm in reliquis sanctis sacerdotibus, qui hoc † exemplo remedia [k] ecclesiarum suis definitionibus deliberauerunt? Et ideo aut prompta † voluntate præceptis illorum cōsentiant, aut si non fecerint, omnib⁹ [l] illis cōtrarios se, & inimicos [m] esse cognoscant. Quæ est ista iustitiæ inimica benignitas, palpare [n] criminosos, & vulnera eorum vsque in diem iudicij incurata seruare? ¶ Quòd si eos durissimam pœnitētiam per plures annos videremus agere, tunc nos & saluti eorum possemus consulere, & statuta canonū deberemus [o] temperare. Cum vero in aliquib⁹ nec compunctio humilitatis, nec instantia orandi, vel plāgendi appareat, nec beatum Dauid imitētur, qui dicit [Lauabo qꝑ singulas noctes lectū meū, lacrymis meis stratum meum rigabo.] & illud [Cinerem tamquam panem manducabam: & potum meum cum fletu miscebam,] nec eos ieiuniis, vel lectionibus vacare videamus, possumus agnoscere, si ad pristinos honores redirent, cum quāta negligentia, & cum quāto torpore, & animæ suæ inimica securitate permanerent, credentes, qꝑ sic eis, non acta pœnitentia digna [p], dimiserit ¶ Deus, quomodo sacerdotes indulsisse videntur. Vere dico, quia illi ipsi, quibus cum periculosa, & falsa misericordia indulgere videmur, cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi aduenerint, contra nos causam dicturi [r] sunt, dicētes, qꝑ dum aut asperitatem linguæ eorum expauimus, aut falsa blādimenta, & periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus, in eisdē permanere peccatis, eis inutiliter indulgem⁹ [s], aut ipsa peccata augere permittimus [t], non recolentes illud, quod in vetere testamento scriptum est: quia vno [u] peccante, contra omnes ira Dei desæuit.

A ¶ Si quis.] *Hinc vsque ad ver. Ecce. sunt ex c.23. concilij Arausici, quod videtur citatum fuisse ab Hormisda, siue alio quisquis fuerit huius capitis auctor, Anselmus quidem & ipse Hormisdam citat.*

B ¶ Sancto spiritu.] *Apud Anselmum legitur,* à sancto Ioāne Papa trāsmissos, & cccxviij.

a ¶*Diuini.*]id est,ecclesiastici.
b ¶*Difficile.*]tale difficile habes.47.di.quantumlibet.aliàs ponitur pro nõ.2.q.6.§.biduũ.ver.si aduersus.&47.di.c.fi.

QVi sub gradu.] Casvs. Aliqs existẽs in gradu sacerdotali mortaliter peccando cecidit,dr,qille talis dẽt esse cõtẽtus baptizare,cõionem infirmis dare, & diuina officia celebrare. sed ad superiores ordines ñ ascẽdat,vel diuina officia celebrabit tamẽ clericus,sed non sacrificabit. Alia littera habet. Qui ceciderit à gradu. & secundũ hoc sic ponescasum:Aliqssacerdos depositus fuit pp peccatum,qui acta pœnitẽtia volebat restitui, quæritur an possit? respondetur,qp nõ : sed in necessitate p̃t baptizare , communionẽ dare, & altario ministrare,non tamen Missam cantabit.

t al.ex dictis Hieron.

1Pol.l.4.tit. 39.Bur.l.19. c.78. Iuo p. 15.c.91.

† *post lapsum*]desunt fere in oĩb. exempl..

2Bur.l.19.c. 80. Iuo p.15 c.93.

c ¶ *Sub gradu.*] id est, in gradu.

† *a suo gradu.*

d ¶*Baptizare.*]Sed nõ ne istud laico conceditur, vt 1.q.1.quod qdã? Sed dic quod iste p̃t solenniter baptizare[a], "quod laicus nõ p̃t,vt 81.di.si diacon⁹. Itẽ obiicitur, qp si iste p̃t baptizare, ergo & sacrificare, vt d̃t Hie. 1.qu.1. sicut Christus. Sed ibi loqtur de adhuc tolerato.

aEtiã poterit rõe ordinis,qd ñ poterit laicus. Io.de Fan. " Baptizare solẽniter laicus non p̃t.

e ¶*Ministrare.*]sed nõ celebrare. Vel dic,qp potest remanere [b] in officio sacerdotali [c]: sed non potest esse episcopus.

bDispensatiue.Hug.

cSc̃dm hũc intellectum poterit cõficere, & corpus Christi &alia facere,&ea sola pœna hic j. ponitur in eũ, qa ñ p̃t amplius ꝓmoueri, secũdũ hoc ñ est cõtra 1. quæ.1. sicut Christus.

3Burc.l.5.c. 40. & 41. Iuo p.2. ca. 49.& 50. Poly.l.6.tit. 12. C.2.

PResbyteros.] Casvs. Hoc c.diuiditur in tres part. in 1. par. loqtur de quibusdã presbyteris &diacõib.q coacti coactione cõdõali dæmonib. immolauerũt: de qb. q̃situm ẽ qũo debeãt puniri,& resp.presbyteri &diaconi,q coacti fuerunt coactione condõali,si vere pœnitet eos feciſſe, & postea fideliter & nõ ficte paganos impugnauerũt, honorẽ suũ retineãt,ſ3 in suis officiis nullo mõ ministrẽt, nisi eps laboris eorũ postea cõscius, cũ eis duxerit dispẽsãdum.In 2. par.inc.ibi, *Qui autem fugientes.* dr, qp illi qui fugiẽtes comprehensi sunt, & coacti coactione violẽta dæmonib. immolare, nec peccauerũt: & nullo mõ sunt puniendi, nec laici propter hoc debẽt à ꝓmotione repelli.In 3.parte,inc.ibi, *De his autem.*dicitur, quod illi qui sponte hoc fecerũt, sicut factum fuit sub tyranno Licinio, admitti debẽt,ad pœnitentiam & communionem ecclesiæ.

illum]prisca versio.

C.3.

f ¶ *Qui immolauerunt.*]coacti cõditionaliter.

episcoporum sententias, *quod videtur conuenire cum his,quæ paulo inferius habentur,* Maior est in illis misericordia, quàm in sancto Ioanne apostolico Papa?

Item Hieronymus.†

¶Difficile est post lapsum ad pristinum gradum redire. C. XXX.

1 QVicumque dignitatem diuini [a] gradus non custodiunt, contenti fiant animam saluare. Reuerti enim in pristinum gradũ post lapsum† difficile [b] est.

¶*Simile quiddam priori parti huius capitis habetur in can.27. Basilij ad Amphilochium, & in can.26.synodi in Trullo.*

Item Basilius[A].

¶Lapsus post pœnitentiam altario tantum ministret, C. XXXI.

2 QVi sub† gradu [c] ceciderit post pœnitentiam, cõtentus fiat baptizare [d] , communionem infirmis dare,&altario tantũ modo ministrare [e].

A Basilius.]*Iuo citat ex dictis Augustini. Habetur nonnihil ad hanc rem faciens in epistola Basilij ad Amphilochium can.27. Sed propius etiam ad hanc sententiam accedit can. 14.concilij Aurelianensis primi,& canon nonus concilij Neocæsariensis(qui habetur infra 15. q. 8. qui admisit.)præcipue si hic legatur, quemadmodum in plerisque Gratiani codicibus,*communionem infirmis dare, non autem sacrificare,& altario ministrare, *Similem quamdam sententiam refert ex nouella Leonis Balsamon ad canonem, 21. synodi in Trullo.*

Item ex concilio Ancyrano, ca. 1.& sequentibus.

¶De sacerdotibus, diaconis, & laicis, qui idolis thurificant. C. XXXII.

3 PResbyteros, qui immolauerunt [f],& postea certamen iterum inierunt [g],si[B] ex fide luctati sunt,& nõ ex compacto [h] ad ostentationem, vt caperentur, ipsi fecerunt, hos placuit honorem [i] quidem sedis propriæ retinere:offerre [k] autem illis , & sermonẽ ad populũ facere,aut aliquib⁹ sacerdotalib⁹ officiis fungi [l] nõ liceat. ¶Diaconi similiter, qui immolauerũt, postea vero iterum reluctati sunt,aliàs† quidẽ honorem habere oportet: cessare autẽ debent ab omni sacro ministerio, ita vt nec panem,nec calicem [m] offerãt, nec Euangelium pronuntient, [c] nisi forte aliqui episcopotum cõscij sint laborum eorum,& humilitatis,& mansuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, vel adimere.Penes [n] ipsos ergo erit de his potestas. ¶Qui autẽ fugientes cõprehensi sunt, vel à domesticis traditi, vel ademptis facultatibus substinuere tormenta, aut in custodiam trusi proclamauerunt se Christianos esse,&eousque adstricti sunt, vt manus eorũ comprehendentes violẽter attra-

g ¶*Inierunt.*]scilicet superbiæ causa.
h ¶*Et non ex compacto.*]id est,figmento.
i ¶*Honorem.*]scilicet beneficium.
k ¶*Offerre.*]id est,officium non retinent [d].
l ¶ *Fungi.*]hic dispensatur in beneficio,sed non in officio, vt ext.de cle.pug.in du.Henricus.& j.e.di. studeat.

herẽt, & funestis sacrificiis admouerẽt, aut aliquid polluti cibi per necessitatem [o] sumere cogerẽtur, confitentes iugiter se Christianos esse,& luctum rei,quæ cõtigit,incessabiliter ostendentes omni dectiõe & habitu,& humilitate vitæ,hos velut extra delictum constitutos,à cõmunionis gratia non prohiberi decernimus. ¶Si vero prohibiti sunt ab aliquibus propter ampliorẽ cautelam [p],vel propter quorumdam ignorantiam: statim recipiantur.¶Hoc autẽ similiter,& de clericis,& de laicis ceteris obseruari cõuenit.¶Perquisitum est autẽ & illud, si possunt etiam laici,qui in has necessitatis angustias inciderunt, ad clericatus ordinẽ promoueri. ¶ Placuit ergo &hos,tãquam qui nihil peccauerunt,si & præcedens eorũ vita probabilis sit, ad hoc officium prouehi.¶[4] De his autem,qui negauerũt præter necessitatem, aut præter ablationem facultatũ, aut præter periculum,vel aliquid huiusceмodi (quod factũ est sub tyrannide Licinij) placuit sanctæ synodo, quamuis humanitate probentur indigni , tamen eis beneuolentiam commodari [q].

B ¶Si ex fidei.]*Hic verba cõcilij sunt in compẽdium redacta:omnino autem versio Dionysij,quam attulerunt Burchardus & Iuo,propius accedit ad verba græca.Sunt tamen non nulla in hoc c.emendata, & locupletata, ex versionibus,quas Gratianus videtur secutus.*

c ¶Nec Euãgelium pronuntient.] *In versione antiquiore est* , nec pronuntient. *in alia, quam Burchardus attulit,* vel prædicando, *græce,κηρύσσειν,quod proprie significat Euangelium,& fidei doctrinam prædicare.*

Sed illud Hormisdæ[r] *Papæ desidiosos,& negligẽtes,non vere pœnitentes reparari prohibet.¶Illud autem Hieronymi*[s] *fatetur hoc esse difficile,non impossibile.* ¶*Basilius*[t] *autem circa delinquentes rigorem iustitiæ seruandum ostendit,quem circa pœnitentes alij relaxandum misericorditer affirmant.* ¶*Possunt & aliter distingui præmissæ auctoritates.*[5] *Quorum enim crimina manifesta sunt, ante vel post ordinationem à sacris ordinibus deiiciendi sunt:quorum autem peccata occulta sunt,& satisfactione secreta secundum sacerdotis edictum purgata, in propriis ordinibus remanere possunt.*[6]

Vnde Nicolaus Papa Carolo archiepiscopo,& eius suffraganeis.

¶Non potest restitui in sacerdotem,cuius crimen fuerit manifestum. C. XXXIII.

7 SAcerdotes , si in fornicationis laqueum ceciderint,& † criminis manifestus [u] ,siue ostensus fuerit actus, sacerdotis nõ possunt [x] [8] habere honorem secundum canonicæ institutionis auctoritatem.

m ¶*Nec calicem.*]ante cõfectionem, qa post confectionem nõ est eis licitum offerre. & sic non est contra, 93. dist.peruenit.

n¶*Penes.*]Hic patet,qp episcopus dispẽsat in hæresi, & cũ schisma tico,vt s̃.e. vt constitueretur. non tamen cum excommunicato ministrante.11.q.3. si quis episcopus.

o ¶ *Per necessitatem.*] famis,immo potiꝰ debent mori fame, quã vesci idolothytis. 32. q.4.sicut satiꝰ. & j.31. qu.5.ita ne.Vel vocat hic necessitatem coactionem.

p ¶*Ampliorem cautelam.*] Quandoque.n. ad cautelam imponitur alicui pœnitẽtia, vt 34.q.2.in lectum.

q ¶*Commodari.*] quia restituuntur ad communionem [e], non ad officium vel beneficium, tamen dabitur sustẽtatio eis. 16.q.6. de lapsis.Io.de Fan.

Additio. Sed videtur cõtra, quod no.1.q.7. maximum.& 21.di.§. non autem. in gl. sed videtur.in fi.

SED ILLVD. Casvs. Modo resp. Gratianꝰ trib.c.supradictis, sc. illis c.si quis diaconꝰ. & duobus sequentib. & cuilibet dat suam solutionem, & generalem solutionem ad omnes supradictas contrarietates, dicẽs, quod cap.quę prohibent restitutionem laꝑsorum, intelligenda sunt cum crimina sũt manifesta ante ordinationem, vel postquę vero permittunt, de occultis intelligũtur, quibus per occultam pœnitẽtiam purgatis in suis ordinib. remanere possunt.Et hoc probat duobus c.seq,

d Dic plãnius offerre i. ĩ altari cõficere. q. d. bñficiũ retinebit. sed ñ offm.sic j.e. studeat. ĩ fi. 28.di.p̃sbyterũ. ext.de cle.pu.ĩ du. Hẽricus. sic ecõtra retinet qs offm sed ñ bñficiũ. 1.q.5.c. j.Io.de Fan.

e Sc.si digne pœniteant.

4Cõc.Nicænum 1. c.11.

f ¶*Comas.*]Sed numquid deponet mulier comam, cum etiam ei solennis pœnitentia imponitur, vt 33.q.2.de his? Resp. non: " quia habet eam in signum subiectionis. 30.dist.c.2. ideo autem comam deponet vir, quia amodo in habitu viuet clericali [c]. ĵ.de consec.dist.5.

1 SI quis post remissionem [a] peccatorum, cingulum militiæ sæcularis habuerit, ad clericatum admitti omnino non debet.

Potest & aliter intelligi. Est quædam pœnitentia, quæ solennis appellatur, quæ semel tantum in ecclesia conceditur: de qua Ambrosius ait, [2] [*Sicut vnum est baptisma, ita vnica est pœnitentia.*] *Item* [*Non est secundus locus pœnitentiæ.*] [3] *Merito reprehenduntur* [A], *qui sæpius agendam pœnitentiam putant, quia luxuriantur in Christo. Nam si vere agerent pœnitentiam, iterandam postea non putarent.*]

2 Libr.2.de pœ.c.10.de pœ. dis.3.c. reperiũtur. & c.fi.

3 Hug.lib.d sacram.p.14 c. 4. Ambr. ibid.

A ¶Reprehenduntur.]*Legebatur*, reperiuntur. *Emendatum est hic ex originali: quod tamen fieri non potuit.* ĵ.c.reperiuntur. de pœ. dist.3. *quia vox*, reperiuntur, *ibi est initium capitis.*

Item Augustinus ad Macedonium, epist. 54.

¶De eodem. C. LXII.

4 QVamuis caute, & salubriter prouisum sit, vt locus illius humillimæ pœnitentiæ semel tantum in ecclesia concedatur, ne medicina [b] [B] nimis vtilis vilis [c] habeatur: tamen quotidie peccantibus numquam per pœnitentiam [d] venia negatur.

B ¶ Ne medicina.] *In aliquot vetustis exemplaribus Gratiani caput hoc est coniunctum superiori. Locum enim Diui Augustini suo modo aprat. Apud illum quidem hoc loco ita legitur*: Ne medicina vilis, minus vtilis esset ægrotis, quæ tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit: quis tñ audeat dicere Deo, quare huic homini, qui post primam pœnitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis? &c.

Hæc autem pœnitentia quomodo imponenda sit in Agathensi concilio legitur, in quo sic statutum est, c. 15. [5]

5 Capit.l.5. c.58. & l.7. c.310.

¶ Quomodo pœnitentes ad pœnitentiam accedant. C. LXIII.

6 POenitentes tempore quo pœnitentiam petunt, impositionẽ [e] manuum & cilicium super caput à sacerdote (sicut vbiq; constitutum est) consequantur. Si autem comas [f] non deposuerint, aut vestimenta non mutauerint, abiiciantur, & nisi digne pœnituerint, non recipiantur. Iuuenibus [g] etiam pœnitentia nõ facile committenda est propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus [h] in morte positis non est negandum.

Item ex eodem [A].

¶Quæ sint seruanda in solenni pœnitentia.

C. LXIIII.

7 IN capite Quadragesimæ omnes pœnitentes, qui publicam suscipiunt, aut susceperunt [i] pœnitentiam, ante fores ecclesiæ se representent episcopo ciuitatis, sacco [k] induti, nudis pedibus, vultibus in terram demissis, reos se esse ipso habitu, & vultu protestantes. Ibi adesse debent decani, id est archipresbyteri [l] parochiarum, & [B] presbyteri pœnitentium, qui eorum couersationem diligenter inspicere debent, & secundum modum culpæ pœnitentiam per præfatos† [m] gradus iniungere [n]. Post hæc eos in ecclesiam introducant†, & cum omni clero septem pœnitentiales Psalmos in terra prostratus episcopus cum lacrymis pro eorum absolutione decantet: tunc resurgens ab oratione, iuxta quod canones iubẽt, manus eis imponat, aquam benedictã [o] super eos spargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum operiat: & cum gemitu & crebris suspiriis denuntiet eis, quòd sicut Adam proiectus est de paradiso, ita ipsi pro peccatis ab ecclesia abiiciuntur: post hæc iubeat ministris [p], vt eos extra ianuas ecclesiæ expellant: clerus vero prosequatur eos cum responsorio [In sudore vultus tui vesceris pane tuo, &c.] vt videntes sanctam ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam, atque commotam, non paruipendant pœnitentiam. In sacra autem Domini cœna [q] rursus ab eorum decanis, & eorum presbyteris, ecclesiæ liminibus represententur [r].

7 Burc.l.19. cap.26. Iuo p.15.c.45.

" ætatis rõ in pœnitentiis est habenda.

Genes.3.

" Eps vtrũ sit iudex omnium clericorũ suæ diœcesis.

†*al.præfixos*

†*al. introducat.*

" Pœnitentes solenniter quanto tpe debeãt esse extra ecclesiam.

A ¶Ex eodem.]*Ex Agathensi etiam Burchardus & Iuo, & Rhebaldus Cardinalis (qui tem*

dictum. & 81.dist.dictum. & 33.q.2.admonere. & ĵ.ead.c.vlt.

g ¶*Iuuenibus.*]& si fuerit imposita, nõ ideo prohibentur contrahere. 33.q.2.in adolescentia. Alij autem non possunt contrahere. 33.q. 2.de his. Idem dico de decrepitis: " quia ætatis ratio habenda est in pœnitentia. 26.q.7.tempora. & c.hoc sit. Sic præsumitur magis pro sene, quàm pro iuuene, vt 34.dist.fraternitatis.

h ¶*Omnibus.*] 2.q.3.si quis episcopum. contra: illud terroris est, vel hoc de pœnitentibus digne: ibi ficte. 24.q.2.legatur.

ADDITIO. Vel viaticũ nõ conceditur. ext.de pœ. & re. quod in te. in princ. de sent.exc. permittimus. & adde quod legitur & no.27. q.1. impudicas. in fin. Archid.

IN *capite.*] CASVS. Dicitur hic q̃ volentes solenniter pœnitere, debent in capite Quadragesimæ secũ archipsbyteris & presbyteris suis episcopo ciuitatis añ fores ecclesiæ representare ĩ tristi habitu, nudis pedibus: & eis in ecclesia introductis, eps septem Psalmos pœnitentiales decantet: deinde manũ eis imponat. cineres & cilicium super capita eorum ponat, eos aqua aspergẽdo benedicta, demũ expellantur de ecclesia, sicut Adam fuit de paradiso eiectus: & totus cler⁹ eos cum responsorio prosequatur, & in cœna Domini à suis archipresbyteris & presbyteris liminibus ecclesiæ præsententur.

i ¶*Susceperunt.*]Ergo alio tempore p̃t pœnitentia imponi à sacerdote: & postea hęc solennitas fiat ab episcopo.

k ¶*Sacco.*] sicut fecit Achab. de pœ.dist.3. §.ecce.

l ¶*Archipresbyteri.*]vĩ ergo q̃ alius sit decanus, alius archipresbyter. & sic est contra 60.di.c.1.sed ibi ponitur hæc dictio aut, subdisiunctiue. Vel loquitur hic de rurali decano.

m ¶*Per præfatos.*] in parte ca. quæ hic non est. ad hoc facit. 33.q. 2.latorum.

n ¶*Iniungere.*] Arg. q̃ eps nõ p̃t iudicare de subditis suorum prælatorum, vt ext.de of.ord.cum ecclesiarum. Io. quod non est verum, " cũ sit iudex ordinarius omnium clericorum suæ diœcesis. sed dicitur ibi q̃ non debet eps renocare sententias excõicationis iuste latas ab eorum prælatis sine eorum cõsensu. B. ADDITIO. De hoc no.11.q.3.qui resistit. Argum.

dSed quare hęc fiant in die cœnæ dñi, not. de cõs. di.4.de pœnitẽtib. ibi videas ĩ gl. sed pone, &c.

o ¶*Benedictam.*]vt per eam tollantur venialia peccata, vt de consec. dist.3.aquam. & dist.4.nec quemquam.

p ¶*Ministris.*]id est, ostiariis, ad quorum hoc spectat officium, vt 21. dist.cleros. & 25.dist.perlectis.

q ¶*Cœna.*] ĵ.de consec.dist.2.in cœna.

r ¶*Representantur.*]ita fit quolibet anno [d], vt tali die immittãtur in ecclesiam: & licet stẽt in ecclesia, nõ tñ cõicabũt cũ aliis in eucharistia vel osculo: & sic erũt vsq; ad octauã Paschæ, & tũc iterũ exibũt de ecclesia, & erũt extra ecclesiam vsq; ad talẽ diẽ sequẽtis anni: & hoc vsq; fiet ad finem pniæ. " & ẽt si bñ pœniter, secundo vel tertio anno potest ei reddi ingressus ecclesiæ, vt 12.q.2.dist.viro. & 33. q.2.latorem. Quandoque etiam vsque in finem vitæ manebit extra

Source : BIU Cujas

ecclesiam, vt 33.q.2.admonere. & hæc intromissio fit à proprio sacerdote, nisi solenniter debeat reconciliari ecclesiæ, scilicet finito tempore pœnitentiæ:vel etiam ante si episcopo visum fuerit expedire:hanc enim solus episcopus potest facere,vt 26.q.6. c.1.Item solennis pœnitentia non est imponenda , nisi pro crimine manifesto & enormi, quod totã vrbem commouit.26. q.6.c.vlt.

HANC. Casvs. Dicit Grat. in hoc §. quòd nulli clericorũ permittitur agere solennem pœnitẽtiam: & ideo huiusmodi pœnitentes non admittuntur ad clerum.

Confirmandum. Casvs. Dicitur in hoc c.quòd si presbyter vel diaconus aliquid commiserit,pp quod debeat à ministerio ecclesiæ remoueri:ñ tamen pp hoc eis solennis pœnitentia iniungatur, sicut laicis cõsueuit imponi. In fine dicitur, q̃ rebaptizati ordinari non permittuntur.

1Bur.l.19.c. 72.Iuo p.15. c.85. Capit. 5.c.66.

† *al. confirmatum*]ori.

a ¶ *Pœnitentibus.*] nisi sit depositus : tunc p̃t solennem pœnitentiam facere. & sic intelliguntur contraria de pœn. dist.6.sacerdos[a].tamẽ publicam pœnitentiam potest facere sacerdos,vt 28. dist.presbyter.30.dis. si quis presbyter, & 81.dist. si quis episcopus.& hoc pro publico crimine , non pro priuatõ.

a Et hoc cõtingit pp scãdalũ qđ subditis imꝑmineret.ar. ꝫ.c.đ his vero. 61.dis.in sacerdotib. Io.de Fan.

b ¶ *Rebaptizati.*]scilicet, vt ꝫ.de conse.dist. 4.qui bis.tamen in habitu clericali vel regulari semper erunt, vt de consecra. dist.5. dictum.

2 Ansel.l.7. c.20. Burc. l.19.c.49. Iuo part. 6. c.54. & p.15 c.65.

Illud.] Casvs. Quæsitum fuit an laici, qui solennem pœnitentiam egerũt, mundati à cõtagione peccatorum omnium valeãt promoueri? Et respõdet Siricius Papa, quòd sicut clericis nõ permittitur agere solennem pœnitẽtiam: sic nulluslaicorũ post solennem pœnitentiam potest promoueri, cum dudum fuerit vas vitiorum.

† *al.*92.

3 Polyc.l.4. tit.39. Burch. l.19. c.71. Iuo p. 6.c.67.

c ¶ *Par.*]i.æquum.

d ¶ *Instrumenta.*] i.ordines,vel vtensilia.

e ¶ *Qui dudum.*] si.ꝫ. 61. dist. in sacerdotib. arg.cõtra. ſ.eo.ferũ. & 33.q.2.admonere.

Additio. Item argu. contra 23.quæst.6.vides. iuxta fin. vbi de hoc.Archid.

Confirmandum.] Casvs. Dicitur in hoc c.quòd si presbyter vel diaconus aliquid commiserit,pp quod debeat à ministerio ecclesiæ remoueri:ñ tamen pp hoc eis solennis pœnitentia iniungatur, sicut laicis cõsueuit imponi. In fine dicitur, q̃ rebaptizati ordinari non permittuntur.

a ¶ *Pœnitentibus.*] nisi sit depositus : tunc p̃t solennem pœnitentiam facere. & sic intelliguntur contraria de pœn. dist.6.sacerdos[a].tamẽ publicam pœnitentiam potest facere sacerdos,vt 28. dist.presbyter.30.dis. si quis presbyter, & 81.dist. si quis episcopus.& hoc pro publico crimine , non pro priuatõ.

b ¶ *Rebaptizati.*]scilicet, vt ꝫ.de conse.dist. 4.qui bis.tamen in habitu clericali vel regulari semper erunt, vt de consecra. dist.5. dictum.

Illud.] Casvs. Quæsitum fuit an laici, qui solennem pœnitentiam egerũt, mundati à cõtagione peccatorum omnium valeãt promoueri? Et respõdet Siricius Papa, quòd sicut clericis nõ permittitur agere solennem pœnitẽtiam: sic nulluslaicorũ post solennem pœnitentiam potest promoueri, cum dudum fuerit vas vitiorum.

c ¶ *Par.*]i.æquum.

d ¶ *Instrumenta.*] i.ordines,vel vtensilia.

e ¶ *Qui dudum.*] si.ꝫ. 61. dist. in sacerdotib. arg.cõtra. ſ.eo.ferũ. & 33.q.2.admonere.

Additio. Item argu. contra 23.quæst.6.vides. iuxta fin. vbi de hoc.Archid.

Lienum.] Casvs.Quidã quæsiuit à Leone Papa,an presbytero vel diacono solennis pœnitentia sit imponenda?Et respondet, quòd non:quia sic est traditum ab Apostolis,vel Apostolicis : Sed huiusmodi lapsis secretus locus est requirendus , scilicet monasterium,vbi si digne pœniteant, valeant ad statum pristinum reduci.Quod dicitur in sequen.§.patet.

f ¶ *Alienum est.*] Hæc omnia capitula loquuntur de solenni pœnitentia.

g ¶ *Secessio.*] nec tamen credendum est statim,q̃ causa pœnitentiæ sit in monasterio. nam quandoque boni viri ingrediuntur monasterium:quia meritum augere desiderant.17.q.2.sunt qui dicunt.

pore Paschalis Pontif.claruit) *in libro suo de pœnitentia publice non iteranda. In vno tamen manuscripto Burchardi exemplari citatur ex pœnitentiali Romano. Sententia vero huius c.magna ex parte habetur in Pontificali,& ordine Romano à pag.24.vsque ad 30.*

B ¶ Et presbyteri.] *Apud Burchardum legitur,*id est presbyteri.

¶ *Hanc pœnitentiam nulli vmquam clericorum agere conceditur, atque ideo huiusmodi pœnitentes ad clerum admitti prohibentur.*

Vnde in Carthaginensi concilio, 5. *c.* 11. *statutum est.*

¶ Clericis nõ imponatur manus, tamquam pœnitentibus. C. LXV.

1 COnfirmandum † est, vt si quando presbyteri, vel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint,qua eos à ministerio necesse sit remoueri:non eis manus tamquam pœnitentibus [a] ,vel tamquam fidelibus laicis imponatur , neque vmquam permittendum,vt rebaptizati [b] ad clericatus gradum promoueantur.

Vnde Siricius Papa Hymerio, epistol. 1. *cap.*14.

¶ Nec clerico pœnitentiam agere,nec pœnitenti ad clericatum accedere permittitur. C. LXVI.

2 ILlud quoq; nos par [c] fuit prouidere , vt sicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum,ita & post pœnitudinem , ac reconciliationem nulli vmquam laico liceat honorem clericatus adispici:quia quamuis sint omnium peccatorum contagione mundati , nulla tamen debent gerendorum sacramẽtorum instrumenta [d] suscipere, qui dudum [e] fuerunt vasa vitiorum.

*Item Leo Papa Rustico Narbonensi, epist.*90.† *cap.* 2.

¶ Presbyteris,& diaconis tamquam pœnitentibus non debent manus imponi. C. LXVII.

3 ALienum est [f] à consuetudine ecclesiastica , vt qui in presbyterali honore,aut in diaconij gradu fuerint consecrati, ij pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant pœnitendi:quod sine dubio ex Apostolica traditione descendit,secundum quòd scriptum est: [Sacerdos [A] si peccauerit, quis orabit pro eo?] Vnde huiusmodi lapsis ad promerendum misericordiam Dei priuata est expetenda secessio [g] [B] : vbi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.

A ¶ Sacerdos.] *Vulgò sæpe indicatur in margine locus iste ex* 1.*Reg.c.*2.*vt* ꝫ.*de pœn.dist.*1. *c.si sacerdos. cum tamen in eo scripturæ loco in vulgata legatur* , si autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? *Verum B.etiam Gregorius ad illum locum in morali interpretatione,talem sententiam elicit,* Quis ei intercessor remanet,cum ille se transgredien do præcipitat , qui ad intercedendum pro aliis ordinatus est?

B ¶ Secessio.] *Sic emendatum est ex antiquis codicibus,& epistola ipsa : & hanc lectionem habuit auctor glossæ , quod ex manuscriptis glossis constat:idcirco & in ea emendandum. Antea legebatur,*est expetenda successio.

Probantur etiam auctoritate Toletani concilij primi,huiusmodi pœnitentes ad clerum non admittendi:in quo, cap. 2 *sic statutum est.*

¶ Causa necessitatis ad clerum pœnitentes admittantur. C. LXVIII.

4 PLacuit, vt pœnitentes non admittantur ad clerum, nisi tantum si necessitas, aut vsus [h] exegerit: & tunc inter ostiarios deputentur,vel inter lectores,ita vt Euangelia,aut epistolam [i] †non legant.¶Si qui autem ante ordinati sunt diacones : inter subdiacones habeantur,ita vt manum non imponant [k] ,nec sacra cõtingant. Eum†vero pœnitentem dicimus, qui post baptismum, aut pro homicidio,aut pro diuersis criminibus , grauissimisque peccatis publicam pœnitentiam gerens sub cilicio † diuino fuerit reconciliatus altario.

7 *Apostatæ quoque ad clericatus officium admitti non debent.*

*Vnde in concilio Arelatensi,*2.*c.*25.

¶ Ad clericatus officium non admittantur apostatæ. C. LXIX.

5 HI, qui post sanctam religionis professionẽ apostatant, & ad sæcularem [m] †redeunt conuersationem,&post modum pœnitentiæ remedia non requirunt, sine pœnitentia communionem penitus non accipiant. Quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti.Et quicumque ille sit, post pœnitentiam sæcularem [n] habitum accipere non præsumat. Quòd si præsumpserit,ab ecclesia [o] alienus habeatur.

PLacuit.] Casvs. Statutum fuit in concilio Toletano,vt solenniter pœnitentes non promoueantur , si tamen necessitas, vel vtilitas exegerit,ad minores ordines poterũt promoueri, ita quòd ad maiores non promoueantur, in quibus epistolam, vel Euangelium legere possunt:si qui tamen eorum promoti fuerint in diacones, inter subdiacones religanturiita tamen,quòd manũ altari non imponant,nec sacra contingãt.Item cũ dubitaretur quis esset solenniter pœnitens , responsum fuit in concilio, vt solenniter pœnitens diceretur, qui post baptisma ꝑ homicidio , vel pro alio graui crimine publicã gerẽs pœnitentiam sub cilicio diuino altari fuerit reconciliatus. Quod sequitur in §.patet.

h ¶ *Aut vsus.*] i.vtilitas : hæc enim inducunt dispẽsationem. 1.q.7. tali. vel vsus, i. consuetudo. Sic est argum. "quòd consuetudo attenditur circa ordinãdos, vt dixi 12. dist. nos consuetudinem.

"Consuetudo attenditur q̃nque circa ordinandos.

i ¶ *Epistolam.*]arg. "q̃ difficilius dispensatur cum pœnitẽte,quàm cum bigamo [b] ,vt 34. dist.lector.

"Dispensatur cũ bigamo facilius quàm cum pœnitente.

k ¶ *Non imponant.*] i. non ministrent in officio subdiaconatus, sed tantũ nomen habeant:& habeant locum subdiaconorum in choro,&in cibo.Et est sim.15.q.8. qui admisit. & c.si quis presbyter.

b đt Laud. hoc ñ est verum. sed est arg. q̃ magis est dispẽsandũ. Sz dictũ hoc ẽ verius in quo consentit.Io.de F.

APOSTATAE. Hæc est septima pars huius dist. in qua tractat de apostatis, Io. de Fant.

4 ĩ cap.Martin.Bra.c.23 Pol.l.2. ti.31 Burc. l.2. c. 37. Ans. l.7. c.31. Iuo p. 6.c.138. Pã. l.3.c.61.

l ¶ *Apostatæ.*] "Apostatæ dicuntur retro abeuntes à fide, religione , vel clericatu. 26.q.vlt. non obseruetis.Ioan.

†*al. Apostolum*]Orig.

"Apostatæ qui dñr.

HI *qui.*] Casvs. Quidam clerici relicto clericali habitu ad sæculũ redierunt,quare quæsitum fuit in concilio Arelatensi, an debeant admitti ad communionem corporis Christi? Et respõdet,quòd non , nisi resipiscant, nec etiam ad clericatus officiũ admittantur. Post pœnitẽtiam vero habitum sæcularem non assumant: quod si fecerint , excommunicentur.

†*Expœnitentem*]in capitul. Martin. Brach.

†*al. concilio* 5Rab.pœn. c.33.Burc.l. 19.c.67.Iuo p. 15.c.81.

m ¶ *Ad sæcularem.*] quod fieri non licet: quia qui semel habuit tonsuram clericalem, semper vtetur ea , vt

†*sæculum redeunt*]Ori.

"tonsuram ferre ñ tenetur, q̃ in minorib. contrahit.

32.distinct.si qui clerici. 20.quæst.3.eos. Ioan. " Hoc tene pro certo, quòd in minoribus ordinibus constitutus potest contrahere,& ad sæculum redire,nec tunc debet ferre tonsuram:nec apostata iudicatur,vt extra de cler.coniug.Ioannes.Si autem retinendo ecclesiam dimitteret tonsuram & habitum , vel religiosus religionem [c] suam,apostata iudicatur,vt extra de apost.c.1.& vlt.

cSub. dimittat: qđ intelige, vt dixi ſ.§.px.Arc.

n ¶ *Sæcularem.*] quidquid interim acquisierint , cedet monasterio.18.quæst.2.abbates. & C.de episcopis & clericis. l.vltim. §.hoc etiam.

o ¶ *Ab ecclesia.*] vt ſ.ead.dist.si quis post remissionem.

Ecce.]

Source : BIU Cujas

Ecce.] Casvs. Supra ostensum est, quòd criminosi & solenniter pœnitentes promoueri non possunt. In hac vero 51. dist. ostendit Gratianus, quòd curiales, & arma ta militia vtentes, & aduocati promoueri non possunt. quod probat c. seq.

D. ISTINCTIO LI.

Ecce, quòd criminosi, vel nõ pœnitentes, vel publicã pœnitentiam agentes: à sacris prohibentur ordinibus. Adiecit quoque a *sancta mater ecclesia, vt curiales, aut post baptisma militantes, aut in foro decertantes à sacris prohibeantur ordinibus.*

Vnde ait Innocentius Papa episcopis in Toletana synodo cõstitutis, epistola 24. c. 2.

¶ Post baptismum militantes, vel in foro decertantes, à sacris prohibentur ordinibus. C. I.

A Liquãtos † ex his, qui post b acceptã baptismi gratiam in forensi exercitatione c versati sunt, & obtinendi pertinaciam susceperunt, accitos ad sacerdotium d esse cõperimus, è quorum numero Rufinus, & Gregorius perhibentur: aliquantos ex militia e, qui cum potestatibus obedierunt, sæua † necessario præcepta sunt executi: aliquantos ex curialibus f, qui dum parent potestatibus, quæ sibi sunt imperata, fecerunt: aliquantos, qui voluptates g, & editiones h populo celebrarunt, ad honorem summi sacerdotij peruenisse: quorum omnium neminem, ne ad societatem quidem ordinis clericorum oportuerat peruenisse. Quæ si singula discutienda i mandemus, nõ modicos motus, aut scandala Hispanensibus prouinciis, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducemus: idcirco remittenda k potius hæc putamus. Sed ne deinceps similia committantur, dilectionis vestræ maturitas prouidere debebit, vt tantæ vsurpationi saltem nunc finis necessarius imponatur: eo videlicet constituto, vt quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur.

Aliquantos.] Casvs. Quatuor genera hominum notantur in hoc c. sc. aduocati, milites, curiales, i. officiales, & histriones, qui postquam exercuerunt officia sua, sunt in sacerdotes ordinati ab episcopis Hispaniæ. Quidam etiam ex eis qui histriones fuerãt, facti sunt episcopi. Scribit ergo Innocentius Papa cuidam archiepiscopo. & dicit quòd tales non debuerunt promoueri: sed propter scandalum quod inde fieret in prouinciis Hispanorum, patienter tolerat eos. Verumtamen prohibet ne decetero tale fiat, & si contra factum fuerit, ordinati cum suis ordinatoribus deponentur.

Idem Felici episcopo Nuceriano, epistol. 4. cap. 3.

¶ De quibus laicis aliqui ad clericatum non possunt peruenire. C. II.

1 DEsignata sunt genera laicorum, de quibus ad clericatum peruenire non possunt, id est si quis fidelis k militauerit, si quis fidelis causas egerit, hoc est postulauerit, si quis fidelis administrauerit m. De curialib⁹ autem manifesta ratio est, quoniam etsi inueniantur huiusmodi viri, qui debeant n clerici fieri: tamen quoniam sæpius à curia † repetuntur, cauendum ab his est propter tribulationem, quæ sæpe o de his ecclesiæ prouenit.

Idem Victricio episcopo Rothomagensi, epist. 2. c. II.

¶ Non admittantur curiales ad clericale officium. C. III.

2 PRæterea frequẽter quidam ex fratrib⁹ nostris, curiales, vel quibuslibet publicis functionibus p occupatos, clericos facere

a Adde qđ nia. 53. dist. legẽ. Qui dam addũt duas alias rationes, s. q eccl̃ia tristatur de eis cũ repetũtur, de quib. gaudere dẽret. Itẽ pp voluptates, quas forte habuerũt in suis officiis, vt j. ea. præterea. "Dñr aũt large curiales omnes qui aliquo modo sunt obligati curiæ, siue milites, siue aduocati forẽses, siue iudices, siue officiati, siue histriões b. sed isti prohibentur à promotione, vt sequitur. nullus ergo officialis promoueatur, nisi prius absolutus à curia, postea sic, dum tamen sæua non exercuerit, nec effuderit sanguinẽ humanum, nec turpia & inhonesta facta fecerit, vt histriones. De iudicib⁹ autẽ & aduocatis est dicendũ, q si tantum interfuerũt ciuilibus causis, non repelluntur, vt 61. dist. Osius. & hoc est verũ, si post baptisma huiusmodi officium exercuerũt: secus si ante, vt j. ea. c. si quis. Baz. tamen dicit, q si ante baptismum aliquis ex officio occidit hominem, talis post baptismũ nõ p̃t promoueri: quia baptismus tm̃ crimina tollit, vt 26. di. deinde. & c. vna. B. dicit, quòd potest: quia non debet esse melioris conditionis peccans, quàm nõ peccans. ad hoc facit ff. quod vi, aut clam, l. Seruius.

a Adde qđ obligat⁹ ad ratiocinia, nullaten⁹ p̃t promoueri. not. in l. offi ciales. C. de epi. & cle.

† *Quantos enim*] Orig. & p interro gationem.

" Curiales q dicuntur,

† *seuera*]ori.

b Sub. siue quodcũque offm̃ hñtes honestũ vel inhonestũ. Q̃ñq; vero strict̃e dñr curiales, q honesta curiæ officia, p curãt, vt de curiones. Quãdoque strictius dñr curiales illi q erãt officiales in cã sanguinis, à cruore dicti secũdũ Lau.

"Cã sanguinis multos impedit, p moueri. cAl. vt 2. q. 7 sicut sacerdotes. nec iudex, &c. aliàs, vt 2. q. 7. si qs. & c. sacerdotes. d 11. q. 1. clericũ nullus. e p̃terea ad uocat⁹, nec agit, nec accusat, vt ff. de bo. li. cũ maior. §. pe.

f Adde ad

Liquantos.] Casvs. Quatuor genera hominum notantur in hoc c. sc. aduocati, milites, curiales, i. officiales, & histriones, qui postquam exercuerunt officia sua, sunt in sacerdotes ordinati ab episcopis Hispaniæ. Quidam etiam ex eis qui histriones fuerãt, facti sunt episcopi. Scribit ergo Innocentius Papa cuidam archiepiscopo. & dicit quòd tales non debuerunt promoueri: sed propter scandalum quod inde fieret in prouinciis Hispanorum, patienter tolerat eos. Verumtamen prohibet ne decetero tale fiat, & si contra factum fuerit, ordinati cum suis ordinatoribus deponentur.

b ¶ *Qui post.*] Hoc ideo dicit, quia quæcumque peccata quis fecerit ante baptismum, non imputantur ei postea, vt j. ea. si quis post. & s̃. dist. prox. si quis viduam. & c. placuit. & 26. dist. vnius.

c ¶ *Exercitatione.*] vt aduocati.

d ¶ *Ad sacerdotium.*] " Quicumque fuit accusator, aut aduocatus, aut iudex, aut testis, vel etiam notarius in causa sanguinis, non potest promoueri, vt s̃. dist. prox. si quis viduam. nam constat, quòd c clericus non potest esse accusator in causa sanguinis, vt 2. q. 7. sicut. & c. sacerdotes d. nec iudex. 23. q. vlt. his à quib. nec testis. 11. q. 1. testimonium. nec notarius. 23. q. 4. illud. & in extrauag. ne cle. vel mo. sentẽtiam. Baz. tamen intelligit hoc de aduocato accusatoris. nam cuilibet licitum est defendere reum. 23. q. 5. reos. & C. de episc. aud. addictos. Et si obiiciatur ei, nonne si accusator deficit, punietur pœna talionis? & sic videtur hoc imponendum aduocato qui obtinendi pertinaciam susceperit? Sed ipse respondet, quia ad hoc non egit aduocatus, vt accusator puniretur, sed vt reus absolueretur e. Item quia alio iudicio agendum est de calumnia accusatoris, & dicit clericum appellare posse pro conuicto in causa sanguinis: quia ibi qui libet auditur appellans, vt ff. de app. non tantum. & sic causam appellationis potest exercere. Prior opinio est magis tuta, vt nec pro accusatore, nec pro reo possit clericus aduocare f. nec obstat 23. q. 5. reos. quia ibi nõ dicitur, quòd aliquis possit patrocinari pro damnatis, sed possumus intercedere pro eis. licet enim aduocatus rei non intendat ad hoc, quòd accusator puniatur: tamen per quamdam consequentiam tendit ad hoc, vt 15. q. 1. merito. & arg. 1. q. 3. si quis obiecerit. ad idem arg. opti. s̃. dist. prox. clericum.

e ¶ *Ex militia.*] id est, milites.

f ¶ *Ex curialibus.*] id est, officiatis.

g ¶ *Voluptates.*] i. ludibria, quibus voluptatibus excitabantur homines.

h ¶ *Et editiones.*] quæ narrabantur voluptatis causa, scilicet ea q̃ edita erant ab hominibus: scilicet turpes fabulas, vel cantus.

i ¶ *Discutienda.*] id est corrigenda.

k ¶ *Remittenda.*] arg. " ratione scandali aliquid tolerari. sic s̃. di. 4. denique. 28. dist. de Syracusane. & no. 44. dist. comessationes g. Itẽ quòd aliqd prohibetur fieri, factum tamen toleratur h. 7. q. 1. eps̃ in dioœcesi. s̃. di. prox. quicumque. Io.

Designata.] Casvs. Quæreb atur vtrũ illi qui sæua exercuerũt iudicibus obtemperando, possint promoueri? Et respondet Innocentius, Si hoc fecerunt postquam fideles sunt facti, promoueri nõ possunt. Idem dicit de curialibus, quorum quidam etsi de iure promoueri possint, tamẽ quia ecclesię tribulationem sustinẽt, cum à curia repetuntur, promoueri nõ debẽt.

l ¶ *Fidelis.*] id est, post baptismum.

m ¶ *Administrauerit.*] curiæ in sæuis actib⁹.

n ¶ *Qui debeant.*] ex merito vitæ. Et est argum. hic, quòd si aliquid est p me, & aliud contra me, magis nocet mihi, quod est contra me, quàm prosit id quod est pro me, sic 56. dist. Ismael. & ff. quib. ad lib. procl. non lic. l. vlt. i & ext. de of. dele. super quæstionum. §. si vero. in fi. arg. contra. ff. de iu. fis. non intelligitur. §. 1. & ext. de sen. & re iu. causam. in fi. Sol. primum regulare propter promptitudinem ad malum. 12. q. 1. omnes. alia casualia propter restrictionem doli mali. ext. de do. & cont. finem. & quia non est delegatus à principe.

o ¶ *Sæpe.*] Arg. aliquid statui propter cautelam futurorũ, vt 27. dist. de Syracusanæ. 54. dist. generalis. 23. dist. in nomine Domini.

Præterea.] Casvs. Quidam volebant promouere curiales. consultus fuit Papa super hoc à quodã archiepiscopo: s. an possent promoueri? Et respondet quòd nõ, propter tres rationes. Prima est: quia maiorem tristitiam habet ecclesia de eis reuocandis, quàm habuit gaudium de aduentu eorum. Nam Imperator præsens quandoque instituit supradicto archiepiscopo præsente, vt tales in minoribus non solum ordinibus ordinati, sed etiam ad sacerdotium promoti reducerentur. Secunda ratio est: quia tales in suis officiis voluptates turpes exercuerunt. Tertia ratio est: quia præfuerunt, vel interfuerunt apparitoribus & ludis mimorum.

p ¶ *Functionibus.*] i. officiis, & intelligitur de his, qui alicui officio obligati sunt, vt tutores & curatores vel procuratores, qui finito officio suo licite promouentur, vt ext. de obl. ad rat. c. vnico. Nam qui ex administratione aliqua est obligatus reipublicę, non potest proue hi ad honores, vt ff. de mu. & hon. rescripto. §. debitores. secus si obligatus est pro aliquo debito, vt ibi dr̃, & C. de epis. & cler. quisquis emersis. " Sed quid si aliquis est obligatus ad scribendum aliquid, forte iuramento: numquid talis potest conuerti in monasterium? Dicit Hug. quòd sic: nec fit iniuria illi cui seruire tenetur: quia instinctu spiritus sancti fit. sic 14. q. 5. dixit. arg. pro eo ext. de vot. scripturæ. & ext. de conuer. coniu. ex publico. & c. vlt. & 33. q. 2. c. admonere. 19. q. 2. duæ. sicut soluitur ingratitudo religionis ingressu, vt 19. q. 3. c. 1. Sed econtra videtur, quòd etiam mortuus debitor non potest sepeliri inuito creditore, nisi satisfaciat ei, vt extr. de ap. qua fronte. Satis videtur quòd possit intrare: & quod monasterium non in amplius tenetur, quàm ad ipsum peruenerit, nisi postea ratione sui ad

" Scandali rõne aliqua tolerantur.

1 Polyc. l. 2. tit. 31. Ans. l. 7. c. 10. Iuo p. 6. c. 95. gConcord. text. in l. si oleum. ff. de do. & in l. æquissimũ. ff. de vsufr. hAd hoc 45 dist. de Iudæis. Hug.

† *al. ad curiam.*

2 Iuo par. 3. c. 349.

i Ad idẽ ff. ad Syl. si qs in graui. & ita quod nocet p̃ualet. vt ibi p̃t dici qđ valet p̃ualet. ff. de sena. emãci patũ. §. vlt. secũdũ Lau.

" obligatus ad aliqd faciẽdũ, ñ impeditur ingredi monasterium.

Source : BIU Cujas

sui ad pinguiorem fortunam perueniat per succeſſionem aliquam, vt 19.q.vlt. ſi qua[a]. Vel dic quòd in monaſterio exiſtens poteſt exequi tale officium, dum tamen non negligat diuinum obſequium, vt 91.diſt.clericus.

a ¶ *Muneribus*]id eſt, officiis munerum mimorum.

b ¶ *Inſtabat.*] tamen facti ſacerdotes non reſtituuntur. 54. diſt. ex antiquis.

SI *quis poſt.*] Casvs. Aliqs ex præcepto vel auctoritate maioris poſt baptiſma cingulum militare accepit ad vexandum fideles, & necauit: quæſitum fuit in concilio Toletano, an poſſit promoueri. Et reſpõdet quòd de iure promoueri non poteſt: & ſi non peccauerit, & diſpenſatiue ad minores ordines fuerit promotus: diaconus tamen fieri non poteſt. Vel aliter. Aliquis accinxit gladiũ ad necandum fideles: nõ interfecit tamen, ſed per eum non ſtetit: quęritur vtrũ poſſit promoueri? & reſpondet quòd nõ, niſi diſpenſatiue in minoribus ordinibus: ita q̃ diaconus non fiat.

c ¶ *Si quis,*] Pone caſum ꝯ. de pœ. diſt. 1. ſi quis cum telo. Alij ponunt caſum de officiali.

d ¶ *Militauerit,*] " milites (vt videtur) non poſſunt promoueri ſine licentia Papæ. 19. q.3. monaſteriis. ſed intelligo illud de his q̃ irregularitatem contraxerũt [b]. vnde non concedo quòd hoc ſolum impediat promotionẽ, quòd gladium aſſumpſit & militiã, niſi ſæua facta exercuit, vt ꝯ. 53. diſt. legẽ. ſi vero ſæpe interfuit bellis, & per eum non ſtat quin occidat aliquem: licet non occidat, tamen pp ambiguum duplicitatis ad mitterem talẽ ad clerum. ar. 23. q.5. excommunicatorum.

"Milites an promoueri poſſint.

b Et in hoc caſu loqtur hoc c. ſi qs. vt not. ꝯ. 21. q. 3. pſens. ĩ gl. ar. q̃, &c.

e ¶ *Aut cingulum.*] id eſt, characterem militarem, vt 1.q.1. quod quidam. in fi.

f ¶ *Si ad clerum,*] id eſt, ſubdiaconatum.

g ¶ *Admiſſus fuerit.*] ex diſpenſatione.

QVi *in aliquo.*] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte aſſignantur 26. impedimenta quæ repellunt ab epiſcopatu, vel archiepiſcopatu, vel etiam ab alia dignitate. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, *Sed nec ille.* dicitur quòd epiſcopus debet eligi à clero & à populo ciuitatis auctoritate metropolitani: qui poſtea legitime examinatus ab omnibus epiſcopis de prouincia, vel à tribus de conſenſu aliorũ, die Dominica conſecretur auctoritate metropolitani: & vbi ipſe elegerit. Metropolitanus vero in ciuitate metropolitana ab epiſcopis ſuæ prouinciæ conſecrabitur. Et ſi ordinati vel ordinatores contra hoc egerint, honoris ſui periculo ſubiacebunt.

h ¶ *Qui in aliquo.*]Primo ponit xxvj. impedimenta quæ impediunt

contendunt, quibus poſtea maior triſtitia, cum de reuocandis eis aliquid ab Imperatore præcipitur, quàm gratia naſcitur de accito†. ¶ Conſtat enim eos in ipſis muneribus [a] † etiam voluptates exhibere, quas à diabolo inuentas eſſe non dubium eſt, & ludorum, & † mimorum apparatibus, aut præeſſe, aut forſitan intereſſe. Sit certe in exemplum ſolicitudo, & triſtitia fratrum, quam ſæpe pertulimus Imperatore præſente, cũ pro his ſæpius rogaremus, quam ipſe nobiſcum poſitus cognouiſti: quibus † non ſolum inferiores clerici ex curialibus, verum etiam in ſacerdotio cõſtituti ingens moleſtia, vt redderentur, inſtabat [b].

Item ex concilio Toletano, 1.c.8.

¶ Non promoueatur ad diaconatum, qui poſt baptiſmum ad fidelem necandum accinctus fuerit. C. IIII.

SI quis [c] poſt baptiſmum militauerit [d], & clamydem ſumpſerit, aut cingulum [e] ad necandos [A] fideles, etiam ſi grauia non admiſerit, ſi ad clerum [f] admiſſus fuerit [g], diaconij non accipiat dignitatem.

A ¶ Ad necãdos fideles.] *Verba hæc non ſunt in codice Lucenſi Regio.*

Item ex concilio Toletano, 4.c.18.

¶ A quibus debet eſſe immunis, qui in epiſcopum ordinatur. C. V.

QVi in aliquo [h] crimine detecti ſunt, qui infamiæ [i] nota aſperſi ſunt, qui ſcelera aliqua per publicam pœnitentiam ſe admiſiſſe confeſſi ſunt, qui in hæreſim lapſi ſunt, vel qui in hæreſi baptizati, aut rebaptizati eſſe noſcuntur, qui ſemetipſos abſciderunt, aut naturali defectu mẽbrorum, aut deciſione [A] aliquid minus habere noſcuntur, qui ſecundæ vxoris cõiunctionem ſortiti ſunt, aut numeroſa coniugia frequentauerunt, qui viduam, vel à marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas [k], aut fornicarias [B] habuerũt, qui ſeruili conditioni obnoxij ſunt, qui ignoti ſunt, qui neophyti, vel laici [l] ſunt, qui ſæculari militiæ dediti ſunt, qui curiæ nexibus obligati ſunt, qui inſcij litterarum ſunt, qui nondum ad triginta annos peruenerũt, qui per gradus eccleſiaſticos non aſcenderunt, qui ambitu honorem quærũt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur, qui à deceſſoribus [m] in ſacerdotium eliguntur. ¶ Sed nec ille deinceps ſacerdos erit, quem nec clerus, nec populus propriæ ciuitatis elegit, vel auctoritas metropolitani, vel comprouincialium ſacerdotum aſſenſus non exquiſiuit. Quicumque ergo deinceps ad ordinẽ ſacerdotij poſtulatus, & in his, quæ prædicta ſunt, exquiſitus, in nullo horum deprehenſus fuerit, & examinatus, probabili vita, & doctrina extiterit: tunc ſecundum ſynodalia, vel decretalia conſtituta, cum omnium clericorum, vel ciuium voluntate, ab vniuerſis comprouincialibus epiſcopis, aut certe à tribus, in ſacerdotem die Dominica [n] conſecrabitur, conniuentibus ceteris, qui abſentes ſunt, litteris ſuis, & magis auctoritate, vel præſentia eius, qui eſt in metropoli conſtitutus. Epiſcopus autem comprouincialis ibi cõſecrandus eſt, vbi metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non niſi in ciuitate metropoli [o], † comprouincialibus ibidẽ conuenientibus [p]. ¶ Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum, ad gradum ſacerdotij indignus aſpirare contenderit, cum ordinatoribus ſuis adepti honoris periculo ſubiacebit.

A ¶ Aut deciſione aliquid.] *Addita hæc ſunt ex conciliis olim Coloniæ, ac Lutetiæ impreſſis. In nouiſſima vero Colonienſi editione legitur,* vel defectione, *pro,* vel deſectione.

B ¶ Aut fornicarias.] *In codice Lucenſi Regio legitur,* ad fornicationes: *quod videtur intelligendum de concubinis ad tempus adhibitis. vt ſ. diſt. 34. c. is qui. eſt annotatum.*

DISTINCT. LII.

1. ps QVi *vero prætermiſſis aliquibus gradibus non ſuperbia, ſed negligentia ad maiorem aſcenderit, tamdiu à maioribus abſtineat, quouſque congruo tempore prætermiſſos accipiat,*

QVi *vero.*] Casvs. Supra in prox. capitulo dicitur, q̃ qui per gradus eccleſiaſticos non aſcenderunt, non debent eſſe epiſcopi, cuius verbi occaſione ſupponitur hic 52. diſt. in qua oſtenditur quòd ſi quis prætermiſſo ordine minori aſcenderit ad maiores non ſuperbia, ſed negligentia: abſtinere debet à maioribus donec prætermiſſum ordinem ſuſcipiat: quod probatur ſeq.c.

Solicitud

promouendum epiſcopum. " Secundo dicit quòd epiſcopus ad minus à tribus epiſcopis eſt conſecrandus ibi, *vbi metropolitano placuerit.* Metropolitanus autem eſt conſecrandus in ciuitate metropoli à ſuis ſuffraganeis.

"Epi & archiepi à quot ſunt conſecrãdi.

i ¶ *Infamiæ.*] etiam de facto, vt dixi 2.q.7.c. ipſi Apoſtoli.

k ¶ *Qui concubinas.*] " Ex hoc videtur q̃ epiſcopus ipſo facto non diſpenſet [c]. ſi eñ ipſo facto diſpẽſaret, quare hic puniretur q̃ mouens concubinarium, cum tamẽ cum ipſo poſſit diſpenſare ipſo facto? vt extra de iud. at ſi clerici. & facit ad hoc 81. diſt. ſi q. & extra de ſchiſm. fraternitatis. & extra de præb. referente. Item ſecundum hoc epiſcopus ſemper diceret ſe diſpenſaſſe, vt ſic non puniretur. Quod autem ipſo facto diſpenſet, probatur extra de fil. presby. veniens. & 28. diſt. diaconi. & extra qui matr. acc. non poſſ. per tuas. 54. diſt. ſi ſeruus. & extra de reſt. ſpol. litteras. §. opinioni. vbi habes q̃ eccleſia mãdando vel diſſimulando diſpenſat. Et hoc credo q̃ circa notum ſolo facto diſpenſat, ſed non circa ignotum: quia noti examinatione non egent, vt 47. diſt. de Petro. Conſulo tamen quòd teſtes vel litteras habeãt ſuper diſpenſatione facta ſi bi. Vel dic quòd hic redarguuntur illi qui ex contemptu ordinant aliquos non examinando eos, vt 81. diſtin. dictum. & c. quicumque. & tantum in diſcreta diſpenſatio redarguitur hic, & in omnibus ſimilib. ext. de præb. de multa.

"Cõcubinariũ, pmouẽs an vr cũ ipſo diſpẽſare c Ad hoc efficax ar. ext. d fil. pſb. ex tua. iuxta fi. vbi dt cũ aliqbus cleri cis diſpenſaſti, &c. ergo à contrario cũ qb. diſpẽſatũ nõ eſt, pñt pcedere iudices illi ſecũdũ q̃ eis datũ eſt in mãdatis. ext. de relc. ſi qñ. & ca. cũ dilecta. icẽm Hug.

† *al. à*

l ¶ *Laici.*] non enim repente de laico fiet epiſcopus. 61. diſt. c. 1. & 2.

m ¶ *Qui à deceſſoribus.*] niſi in hoc Papa diſpenſauerit, vt 7. q.1. petiſti.

n ¶ *Dominica.*] hora tertia. 75. diſtin. quòd die.

o ¶ *Metropoli.*] " in propria ciuitate cõſecrandus eſt metropolitanus, vt hic, & 63. diſt. metropolitano.

"Metropolitanus in propria ciuitate eſt cõſecrãdus.

p ¶ *Conuenientibus.*] " Hic habes quòd metropolitanus conſecrandus eſt à ſuffraganeis, vt 66. diſt. c. 1. extra de temp. ord. ſi archiepiſcopus. & in authen. de eccle. tit. §. 1. coll. 9. Arg. contra. 24. q.1. pudenda. vbi dicitur, quòd à Papa ſit conſecrandus. ſed primum eſt de iure: Papa tamen iam præſcripſit contra ius illud.

"Archieps à quibus eſt cõſecrãdus.

Source : BIU Cujas

Solicitudo.]Casvs. Quidam clericus ordine subdiaconatus præ termisso,negligentia potius quàm contemptu factus est diaco nus &presbyter.quare quæsiuit Constãtien. episcopus an posset in officio diaconi vel presbyteri ministrare?Et resp. Ale. Tandiu cesset ab officio sacerdotali, donec in proximo quattuor temporum ie iunio recipiat subdia conatum.

« Sacerdos qs ñ efficiturfine aliis ordinibus.
†al.Rainaldo, al. Rumatdo.
†al.Constantiensi.
1 Iuo par.6. c.409.
†al.præpropero.

a ¶ *Subdiaconatus.*]« Videtur ergo ꝙ aliqs promouetur in sacer dotẽ qui nullum habuit ordinẽ, vt laicus qui fit sacerdos secun dũ Hug. sed huic ob. 40.di. sicut[a].&ext.de presb.nõ bap.veniẽs. Sed contra ext. de cl. per sal.promo.c. vnico. episcopus autem non põt esse nisi fuisset sacerdos [b], vt ext. de excess.prælat.ex lit teris. in fi.ḋ hoc dixi. 40.dist. sicut. Si vero non baptizatus promoueretur vel chrismaretur,nullum reci peret sacramentũ: qa baptismus est ianua sacramẽtorum, vt 32. di.§.verum.nisi enim positũ sit fundamentum, nihil potest sup ędificari,vt 1.q.1.cum Paulus.Et ẽ ar.ꝙ præ posteratio facti nõ vi tiat factum.Ar.cõtra. 7.q.1.nihil.23.di.quorumdam. de cõse.dist. 4.omnis.Io.Sol.dicas ꝙ laicus recipit ordinem sacerdotij, & etiam episcopat[c]: qa character imprimitur,si cõferetur in forma ecclesię ab eo qui potestatem habet, vt ext.de cle.per sal.pro mo.ca.1.& hoc dummodo sit baptizatus, nec decre. illa,ex litteris.in aliquo cõtradicit.B.

2dist. 51.designata.
c Si intelligasꝙprimo recipiat sacerdotiũ,& post eꝑatũ, verũ dicit. Aliàs falsũ est: qa nec ĩ eꝑatu imprimitur character, scḋm quosdã: sed alij contra,arg. ext. de ren. post trãslationẽ.§.vlt. vbi de hoc ext. de ord. ab epi.q re. ep.c.j.Arc. 3 Iuo p. 10. c.124.

Vnde Alexander secundus scribit Grimaldo†Constantiensi†episcopo.

¶De eo qui subdiaconatus ordine postpositio,diaconus & presbyter est ordinatus. C. I.

1 Solicitudo dilectionis tuæ studuit consulere, vtrum portitor istarum litterarum, diaconatus, &presbyteratus officium ido neus sit peragere, nec ne, cum ad id præpostero†cursu,subdiaconatus [a] ordine postposito,negligentia potius,quàm superbia cognoscatur ascendisse. Vnde nos consulendo charitati tuæ mãdamus, vt ab officio sacerdotali eum pro hibeas, donec proximo quattuor temporum ieiunio subdiaconatus ministeriũ sibi rite imponas, & sic deinceps ad maiora officia cum redire concedas.

¶ *In libro peruetusto est epistola eiusdem Alexandri ad Geruasium Rhemensem archiepiscopum: cui hoc idem consilium dat, quod Rumaldo Constantiensi episcopo se dedisse narrat.*

DISTINCTIO LIII.

2 *Vriales [b] autem, vt supra scriptum est, ideo ordinari prohibentur, quia frequenter,dum ab ecclesia repetũtur, plurima incõmoda ecclesia consequitur: vel quia iidem curiales non voto religionis, sed vt officiorum suorum ratiocinia fugiant, ad ecclesiam se transferunt.*

Vnde Greg.Papa scribit lib.7.reg.epist.11. episcopis Siciliæ de lege Mauritij Augusti.

¶Quare sit constitutum,ne curiales ordinentur. C. I.

3 Legem,quam [c] piissimus Imperator dedit,ne fortasse hi, qui militiæ vel rationibus sunt publicis obligati,dum causarum sua rum periculum fugiunt, ad eccle siasticum habitum veniant,vel in monasteriis conuertantur, vestræ studui fraternitati transmittere, hoc maxime exhortans,quod hi, qui sæculi actionibus implicati sunt,in clero ecclesiæ præpropere suscipiendi non sunt[d],quia dũ in ecclesiastico habitu non dissimiliter,quàm vixerãt,viuunt,nequaquam student sæculum fugere,sed mutare. Quòd si etiam tales quoque monasterium petunt, suscipiendi nullo modo sunt, nisi prius à ratiociniis†publicis absoluti fuerint.¶Si qui vero ex militaribus [d] viris[A] in monasteriis conuerti festinant, non sunt temere suscipiendi, nisi eorum vita fuerit subtiliter inquisita. Et iuxta normam regularẽ debẽt in suo [e] habitu per triennium [f] probari, & tunc monachicum habitum Deo auctore suscipere.

A ¶ Viris.]*In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, & apud Iuonem legitur*, numeris, *vt significentur milites in breuiculo, seu matricula descripti.*

DISTINCTIO LIIII.

1 ps *Erui [g] autem ordinari prohibentur, nisi à propriis dominis libertatem legitimam consequantur.*

Vnde Leo episcopus scribit epist. prima omnibus episcopis per Campaniam,&c.

¶Seruus ad clericatus officium non promoueatur. C. I.

5 Nvllus episcoporũ seruum alterius ad clericatus officium promouere præsumat, nisi forte eorum [h] petitio, aut voluntas [i] accesserit, qui aliquid [k] sibi in eo vendicant potestatis. [6] Debet enim esse immunis ab aliis, qui diuinæ militiæ est aggregandus,vt à castris dominicis,quibus nomen eius adscribitur, nullis ne cessitatis vinculis abstrahatur.

studui fraternitati transmittere, hoc maxime exhortans,quod hi, qui sæculi actionibus implicati sunt,in clero ecclesiæ præpropere suscipiendi non sunt[d],quia dũ in ecclesiastico habitu non dissimiliter,quàm vixerãt,viuunt,nequaquam student sæculum fugere,sed mutare. Quòd si etiam tales quoque monasterium petunt, suscipiendi nullo modo sunt, nisi prius à ratiociniis†publicis absoluti fuerint.¶Si qui vero ex militaribus [d] viris[A] in monasteriis conuerti festinant, non sunt temere suscipiendi, nisi eorum vita fuerit subtiliter inquisita. Et iuxta normam regularẽ debẽt in suo [e] habitu per triennium [f] probari, & tunc monachicum habitum Deo auctore suscipere.

decr.etiã contradicit ext.de reg.statuimus.

f ¶ *Per triennium.*] « « ꝑbari qs quanto tpe debet.
incognitus ꝑbabitur per triennium,vt hic & 17.q.2.si quis incognitus.sed laicus cognitus vel clericus ignotus per biennium. 19. qu.3. monasteriis. clericus notus per annum. 17.q.2. Gonsaldus[d]. vel forte notus statim potest recipi. ext. de reg.ad aposto licam.Sed hodie non debet per decre.Alexander quartus. extr. e. non solum. In cruce signatis statuitur dimidius annus. ext. de reg.c.1. [e]

4Adde quæ no. s. dist.5. in summa. in gl.vnic.

dVbi ḋ hoc videas.

†al.actionibus]Orig.

Erui.]hęc dist. diuiditur in qnq; par. In prima principaliter tractatur de seruis nõ ordinandis, quod probatur per decem auctoritates sanctorum.Secunda ibi, *Hoc tunc.* Tertia ibi, *Si seruus absente.* Quarta ibi,*De seruis.* Quinta ibi, *Quod autem.*Io.de Fan.

eNot.Ho.ꝙ ḋt H.ꝙ si vita & condõ hois sit nota, ꝑbaturꝑ annũ. & sic loqtur ꝑce. ca.Gõsald[e]. Si vero cõditio nota est, sed vita ignota, tũc ꝑ biẽniũ. & sic loquitur ꝑced.c. monasteriis. ꝙ si vtraq;,sc. cõdõ &vita sit ignota, vel saltẽ cõditio, tunc triẽniũ ẽ ex pectãdũ. & sic loquitur ꝑced.c.fi qs ignotus. & istud c.legẽ & j. di.,ꝑxi. multos. Ar. 5 Polyc.l.2. tit.31. Ans. l.7.c.28.

6Burc.l.2.c. 22.in fi. Iuo p.6.c.64.

Casvs. Hic intitulatur 54.dist. in qua dicitur,quòd serui ordinari non debent nisi prius à dominis suis plenam libertatẽ fuerint consecuti. Ostenditur secũdo quid iuris sit si serui fuerint promoti non adepta libertace.Tertio qualiter serui Iudęorum, siue pagani,siue Christiani ab eorum dominio debeant liberari.

g ¶*Serui.*] Primo ostẽdit, quòd nec priuatorum, nec ecclesiarum serui sunt promouendi, nisi libertatem sint cõsecuti. Secundo ostendit quid iuris sit si aliter sint ordinati.Tertio qualiter serui Iudæorum à dominio ipsorum valeant liberari. "No.ergo,quòd numquam seruus priuati est promouendus nisi plenam libertatem sit consecutus, ita quòd nihil iuris retineat in eo dominus, vt j.e. quicumque. & cap.nullus. Si vero sunt ecclesiarum,non possunt similiter promoueri nisi primo consequantur libertatẽ. j.e.c.3.ecclesia tamen non potest manumittere seruos suos pleno iure nisi det prælatus duos eiusdem meriti.12. q.2.episcopus qui,nec tunc pleno iure manumittit, vt ibidem colligitur.De hoc distingue vt ext.de ser.non ord.eo libentius. & de rebus eccl.non alie.consensus.

"seruus priuati sine libertate nõ ꝑt,ꝑmoueri

Nvllus.]Casvs. Prohibet hic Leo Papa ne quis episcopus ordinet seruum aliquem,nisi prius eorum volũtas accesserit, qui in eo seruo sibi aliquid vendicant potestatis, ne postea *in* seruitutem redigatur, cum immunis esse debeat ab omni vinculo qui castris dominicis applicatur.

h ¶*Eorum.*]id est,istius vel illius,distributiue.*sufficit enim vnius voluntas si plures sunt domini,*vt inst.de dona.§.erat olim.C.de com. ser.man.l.1.§.si autem.

i ¶*Aut voluntas.*]etiam si tacita,vt j.e.si seruus.

k ¶*Qui aliquid.*] argumentum,quòd omnium consensus est requirendus, quorum iuri in aliquo detrahitur, vt hic, & 85.dist. Archidiaconum.& extr.de offic.delega. super eo. C.de auctor. præstan. l.vltim.& ff.de aqua plu.arcen.l.in concedendo.66. dist. archiepiscopus.8.q.1.licet.

b ¶*Curiales.*] Hic assignat tertiam causam quare curiales non promouentur.Ioan.

Legem.] Casvs.Hoc ca.diuiditur in duas par.In 1.part.ostendit Greg.quòd qui militię,vel qui rationib. sunt publicis obligati, nec in clero,nec in monasterio suscipi debent,quia vitam sæculi nolunt fugere,sed mutare, cum eodem modo viuant in ecclesia sicut in sæculo, & hoc probatur per legẽ Mauritij Imperatoris:sed si voluerint causa religionis intrare monasterium,non recipiantur, nisi prius à publicis ratiociniis fuerint absoluti. in 2.part.quæ inc. ibi, *Si qui vero.* dicitur, quòd milites non sunt proprie in monasteriis suscipiendi,nisi vita eorum subtiliter inuestigetur, & per triennium in habitu laicali fuerint probati.

c ¶ *Legem quam piissimus.*] no. qualiter ex sequenti facto & præcedenti probatur medium, vt 28.di.quia.Nã ex bona vita præcedente & sequente pręsumitur medium, scilicet,quòd bono zelo petierit habitum monachalem.

Additio.Ad idem 33.q.1.c.1.secundum Hug.18.di. peruenit.Laur.

d ¶*Ex militaribus.*]milites non impedit religio sacramenti, quia & clerici sacramento tenentur episcopis,vt 23.dist.quamquam.& tamen eis inuitis possunt intrare religionem.19.q.2.duæ.

"Religiõis asperitas in quo habitu ꝑbãda est.

e ¶ *In suo.*]No. ꝙ in suo habitu quisque probandus est,vt hic,& 54. di. multos.& ext.de reg.super eo.& 17.q.2.si quis incognitus. "Di-

Source : BIU Cujas

Nvlli.]CASVS. quę ſitũ fuit in concilio Triburienſi, vtrũ ſeruus ſit promouendus? Et reſp. q̃ nõ, niſi prius à domino plenam libertatẽ conſequatur, chartula cui⁹ libertatis prius in publico legatur, & ſi nullus contradixerit, ordinetur. Si vero aliqs ſeruus per obreptionem fuerit ordinat⁹, deponatur, & eiuſdẽ ſit conditionis cuius ipſe ante fuit.

1 Poly. ibid. Burc. l. 2. ca. 21. Iuo p. 6. c. 41. Pann. l. 3. c. 48.

a ¶ *Cuius & c. in ambone publice legatur.*]ar. "q̃ ſi aliqua ſunt publicefacta, nemo poſt ea auditur contradictor. 8. q. 1. licet. & 16. di. quod dicitis. & 12. qu. 2. qui & humanis. ſim. extra qui ma. acc. poſ. c. vlt. arg. contra. 15. q. 6. c. 1. in fi.

"Publice facti⁹ nemo cõtradicere poteſt.

uitium incaute retinemus, illi inuenimur negare [a] quædam, qui dedit omnia [b]. Vnde neceſſe eſt, vt quiſquis ex iuris eccleſiaſtici ſeruitute, vel ſæcularis militiæ [c], ad Dei ſeruitium conuerti deſiderat, probetur prius in laico habitu conſtitutus. Et ſi mores illius, atque conuerſatio, bono deſiderio illius teſtimonium ferunt, abſque vlla retractatione ſeruire in monaſterio omnipotenti Deo permittatur, vt à ſeruitio humano liber recedat, qui diuino amore diſtrictiorem ſubire appetit ſeruitutem. Si autem & in monaſtico habitu, ſecundum Patrũ regulas irreprehenſibiliter fuerit conuerſatus, poſt præfixa ſacris canonibus tempora, licenter iam ad quodlibet eccleſiaſticum officiũ prouehatur: ſi tamen illis non fuerit criminibus maculatus, quæ in teſtamento veteri morte [d] multantur.

Ecce quomodo ſerui ad clericatum aſſumi valeant, vel quomodo non admittantur. Liberti quoque non ſunt promouendi ad clerum, niſi ab obſequiis ſui patroni fuerint abſoluti.

Vnde in concilio Eliberitano, c. 80.

¶Abſque patroni aſſenſu liberti non promoueantur ad clerum. C. XXIIII.

PRohibendum eſt, vt liberti, quorũ patroni in ſæculo fuerint [e], ad clerũ non prouehantur.

DISTINCTIO LV.



Orpore vero vitiati ſimiliter à ſacrificiis prohibentur.

Vnde Gelaſius Papa epiſcopis per Lucaniam, & Brutios conſtitutis, epiſt 1. c. 2. & 3. ſcribit dicens.

¶Qui de monaſterialibus diſciplinis ad clericale munus accedit, & de laicis, ante acta eius vita examinetur. C. I.

PRiſcis igitur pro ſui reuerentia manentibus conſtitutis (quæ, vbi nulla vel rerum, vel temporum perurget anguſtia, regulariter conuenit cuſtodiri) eatenus [A] eccleſiis, quæ vel cunctis ſunt priuatæ [2] miniſtris, vel ſufficientib⁹ g vſqueadeo deſpoliatæ ſeruitiis, vt plebibus ad ſe pertinentibus diuina munera ſupplere nõ valeant, tam inſtituendi, quàm promouẽdi clericalis obſequij ſic ſpatia diſpenſanda concedimus: Vt ſi quis monaſterialibus [h] diſciplinis eruditus ad clericale munus accedit, etiam de laicis anteacta eius vita req̃ratur. [3] ¶Ne ſit aliquo facinore infectus, vel illiteratus, vel bigamus, vel ab adoleſcentia ſordidatus, vel corpore vitiatus, vel ſeruilis, vel originariæ conditionis, vel curiæ, vel publicarum rerum nexibus implicatus, vel publica pœnitentia notatus, vel nulla congruentis temporis expectatione diſcuſſus.

1 Ps

A ¶ Eatenus eccleſiis.] *Reſtitutus eſt hic locus ex epiſtola Gelaſij, & Iuone.*

B ¶ Monaſterialibus.]*Hic de induſtria videntur Gelaſij verba mutata, & in compendium redacta: integra autem referuntur infra diſt. 77. c. ſi quis. & ibi legenda.*

Item ex concilio Arelatenſi, 3. c. 3.

¶Annuæ ſuſpenſioni ſubiaceat, qui præter canonum formam aliquem ordinat. C. I I.

NVllus pœnitentem, nullus bigamum, nullus viduarum maritos in prædictis honoribus audeat ordinare. Et licet hoc iam prope omnium canonum inſtituta contineant, tamen ne cuiquam ſacerdotum ſupplicantium (ſicut iam diximus) importunitas, vel ſuggeſtio iniqua ſubrepat: neceſſe fuit, vt nunc ſeueriorem [i] regulam ſibi velint Domini ſacerdotes imponere. Et ideo, quicumque ab hac die contra ea, quæ ſuperius ſunt comprehenſæ, clericum ordinare præſumpſerit, ab ea die, qua ei potuerit hoc approbari, anno [k] integro Miſſas facere† non præſumat. Quam rem ſi quis obſeruare noluerit, & contra conſtitutum fratrum faciens Miſſas celebrare pręſumpſerit, eccleſiæ c communinone priuetur, & ab omnium fratrum communione † nouerit ſe alienum: quia dignum eſt, vt ſeueritatem eccleſiaſticæ diſciplinæ ſentiat, qui toties ſalubriter à ſanctis patrib. inſtituta obſeruare contemnit.

3 Ibid. c. 3. ĩ. diſt. 77. ſi qs

" Legitimis deficientib. aſſumuntur minus legitimi.

† *al. celebrare.*

† *al. charitate.*

Nvllus.] Casvs. Antiquitus facta fuit conſtitutio, vt nullus epiſcopus ordinaret pœnitentem, vel bigamum, vel viduæ maritum, vel corpore vitiatum, quam epiſcopi male ſeruabant: & ideo Arelaten. concilium nunc ſtatuit regulam ſeueriorem, vt quicumque amodo tales ordinauerit, anno integro ceſſet à celebratione Miſſarum: & ſi celebrauerit poſt excommunicationem, deponetur. Sequens cap. patet.

i ¶*Seueriorem.*]Et nonne ſeuerior fuit illa conſtitutio, quę priuat tales poteſtate ordinandi, vt 36. diſt. qui eccleſiaſticis. & ſic hic adiici tur alia pœna.

k ¶*Anno.*]Not. hic annum computari à tempore ſcientiæ, vt 17.q.2. ſi quis

e Et iſta fuit ſnĩa Tan. & Gof. Dñt. n. q̃ ĩ iſta dec. mõachi. cõtinetur ius cõe. ex diſt. eo. ti. monachi. f pẽlatiõe tũ epi, cũ conſenſu abba. ꝓmonach⁹ ꝓſici eccleſię parochia li. 16.q.1. in parochia. c. doctos. cũ ꝓ vtilitate. c. ſi monach⁹. Et hoc de paupib. dñt intell. Arc.

Source : BIU Cujas

"Annº bissextil. duos dies facit vno. a Adde hic ad hoc, an bissextº cõputetur in numero dierũ & mẽsiũ. not. in gl. fi. in l. 2. ff. de di. & tẽ. pſc. & gl. in l. bissextus. ff. de verb. sign. b 13. di. vsq;. cVbi đ hoc. extr. de pb. cũ nõ ignores. in fi.

1 Anſel. l. 7. c. 16.

2 Ex prisca versione.

3 Anſel. l. 7. c. 37.

† *ista est gl. in veterever sione.* C. 23. dAdđ an & qñ qs possit cõtra factũ ꝓpriũ venire. & not. in l. post mortẽ. ff. đ ado,

† Si *qui.* Orig.

"Origenes se eunuchũ fecit.

4 In conc. Tribur. c. 33 Pol. l. 2. ti. 31 Bur. l. 2. c. 14 Iuo p. 6. ca. 58. Anſl. l. 7. c. 35. Pann. l. 3. c. 43.

" Marcus sibi pollicem præscidit.

5 Infertur ex isto text. ꝙ aliqđ impedit faciẽdũ qđ factũ tenet. l. non dubiũ. C. đ leg. & l. 1. §. biduũ. ff. qñ ap. sit.

† *al. vindicata.*

e Ad hoc 2. q. 7. §. is ita. 4. q. 3. c. vlt.

" Mẽbra ꝑt qs qñq; diminuere, vt Hierony. & Eſa.

P Aenitentes.

¶ *Dissoluet.*] Aliquem venire cõtra factũ proprium. ſi. 35. q. 9. quod quis. 12. q. 1. certe[c]. ext. de ele. no ſti. Ar. cõtra de cle. cõ iug. diuersis fallaciis. ext. de cõcеſ. præb. cũ ſuper quæſtione. ext. de fil. preſ. veniẽs. Vel dic ꝙ ipſe dicitur diſſoluere, quia ob ignominiã ſui diſſoluitur. ſic. 70. diſt. neminem. & 21. q. 2. c. 1. cum. n. ipſe ob hoc ſit dignus depoſitione, ipſemet non diſſoluet. Io. Sol. de iure communi nõ poteſt aliquis venire contra factum ſuum, niſi in caſib. expreſſis in iure[d]. Bar.

CORPORE. Casvs. Dicit Gratianus hic, ꝙ illi corpore vitiati ordinari prohibẽtur, qui non caſu ſed volũtate, propria ſe abſciderunt: quod probat ſequentib. capitulis.

S *I quis.*] Casvs. In hoc c. dicitur, ꝙ ſi quis laicus ſibi virilia abſciderit, ad clericatum promoueri non ꝑt: cũ ſit ſui ipſius homicida. Si vero abſcinderet, debet deponi, quia ſui ẽ homicida. Sequens c. patet.

b ¶ *Abſcidit.*] ex indignatione, vel etiam cauſa continentiæ.

c ¶ *Clericus.*] Sed quid dices de Origene", q ſe eunuchum fecit, vt liberi[e] in occulto poſſet prędicare tempore ꝑſecutionis eccleſiæ mulierib. tñ poſtea apud Cęſaream factus ẽ ſacerdos? "Itẽ Marcus præſcidit ſibi pollicem, vt ſic fieret indignus ſacerdotio: & tamen poſtea factº ẽ ſacerdos, vt legitur in hiſtoria eccleſiaſtica. Sed hæc non ſunt trahẽda ad cõſequentiam. 4. q. 1. c. vl. 7. q. 1. petiſti[e].

d ¶ *Homicida.*] non ꝙ homicida tunc ſit factus: ſed prõpter homicidij periculum qđ ſequi poterat ſectionem, dicitur homicida: ſicut qui infantem exponit, homicida dicitur. 87. diſt. c. vlt. Et eſt arg. quòd non eſt conſiderandum quid eueniat, ſed quid euenire poſſit, vt 22. q. 1. in nouo. 21. di. denique. 23. q. 5. relegentes. ff. de his qui deiec. vel effu. l. ſi vero. §. pe. & C. de vſufr. ambiguitatem. Arg. contra. 23. qu. 5. de occidendis.

e ¶ *Si qui vitio.*] ſ. 33. diſt. maritum, &c.

Q *Vi partem.*] Casvs. Duo fuerunt homines, qui ſemetipſos abſciderunt: vnus ſponte, alius caſu, cum ruſticano operi curam impenderet. quæſiuit Nucerianus epiſcopus an valeant promoueri? Et reſpondet Felix Papa, quòd ille qui ſe abſcidit ſponte, non poteſt: ille vero qui caſu ſe abſcidit, poteſt promoueri: & ſi clericus eſt, non deponetur: quia caſus veniam meretur: ſed voluntas propria vindicanda eſt.

f ¶ *Digiti.*] "Forte ſi haberet ſuperfluos digitos, eos poſſet præcidere: ſicut vngues, vel dentes nimis prolixos præcidere poſſet. & Hieronymus fecit ſibi ſecari dentes: & Eſaias ſuam linguam amputauit, vt 8. q. 1. in ſcripturis. Arg. contra 35. diſt. ab exordio. vbi dicitur,

c ¶ Eccleſiæ communione priuetur.] *Hæc verba non ſunt in ipſo concilio, et videntur idem ſignificare, ac ſequentia: ſunt tamen in vetuſtis quoque Gratiani codicibus.*

Item Hilarius in concilio Romano ab ipſo habito, c. 3. [*Paulo tamen aliter.*]

¶ Non ordinentur pœnitentes, vel illiterati. C. III.

1 PÆnitentes, vel inſcij litterarum aut aliqua membrorũ damna perpeſſi ad ſacros ordines aſpirare non audeant. Quiſquis autem talium conſecrator extiterit, factum ſuum ipſe diſſoluet [a].

Corpore autem vitiati intelliguntur non caſu, ſed propria voluntate abſciſſi.

Vnde in canonibus Apoſtolorum, c. 22. & 23. legitur. [2]

¶ Qui ſemetipſum abſciderit, non ordinetur. C. IIII.

3 SI quis abſcidit [b] ſemetipſum [id eſt†, ſi quis amputauit ſibi virilia] non fiat clericus [c]: quia ſui eſt homicida [d], & Dei conditionis inimicus. ¶ Si quis cum clericº fuerit abſciderit ſemetipſum, omnino damnetur: quia ſui eſt homicida.

Item ex concilio Arelatenſi 2. c. 7.

¶ Non producantur ad clerum, qui ſeipſos abſcindunt. C. V.

H †, qui ſe, carnali vitio [e] repugnare neſcientes, abſcindũt, ad clerum peruenire nõ poſſunt.

Item Innocentius ſcribit Felici Nucerino epiſcopo, epiſt 4. c 1.

¶ Non eſt ordinandus, qui partem digiti volens ſibi abſcidit. C. VI.

4 QVi partem cuiuſlibet digiti [f] ſibi ipſi volens abſcidit, hunc ad clerum canones non admittunt. Cui vero caſu aliquo contigit, dum aut operi ruſtico curam impendit, aut aliquid faciens ſe non ſponte percuſſit, hos canones præcipiunt [g] & clericos fieri, & ſi in clero fuerint reperti, non abiici. ¶ [5] In illis enim voluntas eſt iudica[t]a†, quę ſibi auſa fuit ferrum iniicere [A]: in iſtis vero caſus [h] veniam meruit.

A ¶ Iniicere.] *In originali ſequitur*, ꝙ. ſ. & alij id facere dubitari non poſſit, in iſtis, &c.

quòd Deus nihil ſuperfluum creauit in nobis: & eſt arg. ad hoc ſ. e. ſi quis. vbi dicitur quòd Dei conditioni eſt inimicus.

g ¶ *Præcipiunt.*] id eſt, permittunt, ſic 31. q. 1. hac ratione.

h ¶ *Caſus.*] ſic ſimplicitati & ignorantiæ venia tribuatur. ĵ. de conſecra. di. 2. c. 3. & ext. de re. permu. cum vniuerſorum [f]. tamen caſus non excuſat in amotione terminorum. ff. de termi. mo. l. 2.

f Concord. tex. in l. j. ff. de don. fac. tex. in l. tutor. ff. de ſuſpe. tut.

SIMILITER. Casvs. Nunc dicit Gratianus, quòd illi qui à medicis ſecantur, vel à barbaris, vel qui caſtrãtur à dominis, poſſunt promoueri. & ad hoc inducit ſequens c.

6 In Tribur. ibid. Anſel. l. 7. c. 36. Polyc. ibid.

i ¶ *Similiter.*] iſtud reſpicit vltimam partẽ præced. c.

Similiter i vero intelligendum eſt de iis, qui per languorem à medicis ſecantur, aut à barbaris abſcinduntur, aut à dominis caſtrantur.

Vnde in Nicæno concilio, c. 1. legitur.

¶ Qui per languorem à medicis deſecatur, ad clerum valet admitti. C. VII.

6 SI quis à medicis [k] propter lãguorem deſectus eſt [l]: aut à barbaris exciſus, hic in clero permaneat. Si quis autem ſeipſum ſanus, abſcidit, hunc & in clero conſtitutum † abſtinere conuenit, & deinceps [B] nullum debere talium promoueri. Sicut autem hoc claret, quòd de his, qui hanc rem affectant, audentque [m] ſemetipſos abſcindere, dictum ſit, ſic eos, quos aut barbari, aut domini [n] caſtrauerũt, ſi inueniuntur aliàs† digniſſimi, tales ad clerum ſuſcipit regula.

B ¶ Et deinceps.] *His verbis nihil reſpondet in græco vulgato codice: ſed optime apud Balſamonem quemadmodum et in Carthaginenſi 6. in capitulis Nicænæ ſynodi à Teilone, & Theariſto verſis.*

Item ex canone Apoſtolorum 21.

¶ Licite ordinetur epiſcopus, qui per homicidias eunuchizatur. C. VIII.

E VNuchus [o], ſi per [c] inſidias hominum factus eſt, vel ſi in [P] perſecutione, eius ſunt amputata virilia, vel ſi ita natus [q] eſt, & eſt dignus, fiat epiſcopus [D].

c ¶ Per inſidias.] ἐξ ἐπηρείας. id eſt ex inſultu, & iniuria.

D ¶ Epiſcopus.] *In græcis exemplaribus non habetur vox iſta, & videtur ſubintelligi κληρικός.*

Item ex Martino Bracharenſi epiſcopo in capitulis ſynod. græc. c. 21.

¶ Non excluduntur à clero, qui à medicis, vel à barbaris: vel à dominis ſuis caſtrantur. C. IX.

7 SI quis pro ægritudine naturalia à medicis ſecta habuerit, ſimiliter & qui à barbaris, aut dominis ſuis fuerint caſtrati, & moribus digni fuerint viſi, hos ca non admittit ad clericatus officiũ promoueri. Si quis autem ſanus, non per diſciplinam [r] religionis,

k ¶ A *medicis.*] "Medicus licite promouetur, ſi eum non remordet conſcientia. extr. de ætat. & qual. ad aures. ei enim non imputatur euentus mortalitatis. ff. de of. prẽſi. illicitas. §. ſicut. & tamen imperitia eius culpæ annumeratur. ff. ad leg. Aquil. idem iuris. circa medium.

" Medicus poteſt promoueri.

l ¶ *Deſectus eſt.*] vt tamen non pariat nimiam deformitatem, vt extra de cler. ægrot. presbyterum.

m ¶ *Audentque.*] Qui enim ſibi audet manum inferre, multo potius aliis auderet, ff. de ædil. edic. cum autem. §. excipitur. 23. quæſt. 5. ſi non licet.

7 Iuo p. 6. c. 374. Pann. l. 3. c. 56.

Additio. Et miles qui ſeipſum vulnerauit, punitur: ſecundum id quod habetur ff. de re mil. omnes. §. qui ſe.

n ¶ A*ut domini.*] qui autẽ ſeruum caſtrat, capite punitur & ſeruus, & medicus, ff. de ſic. l. 4. §. vlt. & locus in quo hoc factum eſt, confiſcatur. C. de eun. l. 1.

o *Vnuchus.*] Talis enim vitioſus eſt, vt ff. de ædil. edict. cum autem. & quandoquè pretioſior. ff. ad leg. Aqui. ſi ſeruus. §. & ſi puerum.

p ¶ *Si in perſecutione.*] Non eſt ergo neceſſe ſeruare carnem illam, vel puluerem, vt dicunt vulgares.

q ¶ *Natus.*] vt frigidus.

Si quis pro ægritudine.] Casvs. Dicitur in hoc c. quòd ſi quis propter infirmitatem à medicis ſectus fuerit, vel barbaris, vel à domino ſuo caſtratus fuerit: ſi aliàs dignus eſt, poterit promoueri. Si quis vero cum ſanus eſſet ſponte ſibi virilia amputauit, vt à carnali concupiſcentia abſtineret: propter hoc, & non ꝑpter abſtinentiam non poteſt promoueri: & ſi promotus eſt, debet deponi. Sequens c. patet.

r ¶ *Non per diſciplinam.*] vt videatur coram hominibus eius continentia. & forte hoc facit propter hypocriſim: ſic 35. diſtin. eccleſiæ principes.

Source : BIU Cujas

a *Si quis.*] ¶ *Claudus.*]non tamen vt oporeat ipsum ire cum baculo ad altare, vt de consecr. dist. 1. nullus eps. "tñ secũdum legẽ veterem claudus ñ ꝓmouebatur. 49. dist. c. 1. & vlt.

"Claudus an possit ꝓmoueri.

Lator præsentiũ.] Casvs. Flauius clericus captus à Normannis amisit digitũ sinistræ manus: & pp hoc Robertꝰ eps suus misit eũ ad Papã cum litteris suis: & q̃siuit si posset promoueri. Et rñ. Papa se vidisse qđ acciderat. Vñ cõmendãs epm de sua solicitudine đt, ꝙsi à barbaris sectꝰ fuerit, & aliàs dignus est, poterit ꝓmoueri: cum canones in similibus casibus idem dicant.

1 Cõcordat Triburiẽse cap. 33.

2 Burch. l. 2. c. 15. Iuo p. 6. c. 34. Pan. l. 3. c. 42.

3 Iuo p. 6. c. 118. Pann. l. 3. c. 44.

b ¶ *A Normannis.*]"de istorũ ferocitate hẽs j. 7. q. 1. sciscitaris[a].

†*al. Flauianus.*

"Normãni feroces sũt. aDe Vngaris habes đ conſ. dist. 1. concedimꝰ. Arc.

c ¶ *Sinistræ.*]idẽ si dextræ, dũ tñ nõ sit deformitas magna. ext. eo. c. 1. & ext. de cle. ægr. presbyterũ. maxime si non amisit aliquem de illis, per quos fit signum crucis.

Præcepta.] Casvs. Presbyter Stephanus inter acutas sudes amisit bursam testiculorũ dum præsidio fugæ niteretur euadere imminentes gladios barbarorum, qui Thusciã præ omnib. prouinciis deuastabãt: & pp hoc Palladius eps priuauit eũ officio & beneficio. Stephanus vero conqueſtꝰ est Papæ de facto epi. precepit ergo Gelasiꝰ Palladio epo, vt sibi restituat vniuersa: quia sicut canones nõ patiuntur debilitatos per culpam suam in magnis membris ꝓmoueri: ita promoti p casum fortuitũ debilitati in membris, nõ debẽt repelli.

d ¶ *Debiles.*] scilicet voluntate, non casu.

4 Anſ. l. 7. c. 39. Iuo p. 6. c. 107. Pan. l. 3. c. 55. Pol. l. 2. tit. 31.

e ¶ *Inferiores.*]Videbatur ꝙ iste nõ posset esse sacerdos: "ꝙa nec miles esse posset nisi hñret ad minus vnum testiculum. ff. de re milit. qui cum vno.

"Miles esse ñ ꝑt q̃ caret testiculis.

†*in eo actu*] Iuo.

f ¶ *Postmodum.*] Arg. ꝙ licet quis peruenit ad statũ à quo non ꝑt incipere: tñ toleratur. 29. q. 2. perlatũ. 30. q. 1. ad limina. 32. q. 7. hi q. & c. neque. Arg. cõtra ext. de æt. & qual. c. 1. Sol. hic nõ fuit in culpa: ibi fic. 15. q. 1. c. fi.

†*al. indicio.*

b Adde hoc qđ le. & no. 1. q. 1. c. 1. in fi. in gloſ. in ea. eccleſia.

HOC AVTEM. Hæc est ij. pars dist. in qua dr̃ qđ j. prox. cõtinetur. Io. de Fan. & sic continuatur. dictũ est s̃. in plurib. c. ꝙ nõ repellitur à promotione ꝙ casu vel ægritudine vel persecutione & abstinentiæ, sed per abscissionem plasmati à Deo corporis exi stimans posse à se carnales concupiscentias amputari, castrauerit se: non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quòd si iam ante fuerit promotus ad clerum: prohibitus à suo ministerio deponatur.

Item ex concilio Ilerdenſi[1].

¶ Non prohibetur à sacris ordinibus, qui à medicorum incisione claudus efficitur. C. X.

[2] SI quis in infirmitate positus clericus, medicorum incisione claudus[a] efficitur, promoueri ad sacros ordines eum non denegamus,

Item Stephanus Roberto Metenſi epõ.

¶ Non prohibetur à clero, qui digitum sibi casu abscidit. C. XI.

[3] LAtor præsentium Flauius † scilicet clericus ad sanctam sedem Apostolicam veniens detulit à te nobis directam epistolam, qua indagare studuisti, cũ à Normannis[b] nuperrime captum sinistræ[c] manus digitum habere abscissum: sciscitans, si ob hoc ad ecclesiasticum ordinem valeat promoueri, an non. ¶ Quod & nos reperientes, quia solertia tua magis super hoc solicita à sede Apostolica doceri flagitat, normam iustitiæ semper sequi exoptans, studium tuæ sanctitatis merito collaudamus, reuerentiam tuam scire volentes, quoniam si ita est, ꝙ à Normannis digitum ipsum habeat abscissum, ad promouẽdum (si aliàs dignus fuerit) nil ei nocebit: eo quod quid de his, qui à dominis vel medicis, siue à paganis non sponte tale quid patiuntur, sacri censeant canones, dilectionem tuam latere non credimus.

Item Gelaſius Papa Palladio epiſcopo.

¶ Tempore sinceritatis dignitas accepta sequente debilitate non amittitur. C. XII.

[4] PRæcepta canonum, quibus ecclesiastica regitur disciplina, sicut ad sacerdotium debiles[d] corpore nõ patiuntur venire: ita & si quis in † eo fuerit constitutus, ac tunc fuerit sauciatus, amittere non potest, quod tempore suæ sinceritatis accepit. ¶ Stephanus siquidem presbyter petitorio nobis defleuit oblato, quod habetur in subditis, Olim sibi ante annos plurimos collatã presbyterij dignitatẽ, quam re vera immaculati corporis iudicio † suscepisset: sed nuper propter prouinciæ vastitatem (quam Thusciæ præ omnibus, Barbarorum[5] feritas diuersa sectantium, & ambiguitas inuexit animorum) dum imminentes gladios euadere fugæ præsidio niteretur, acutis sudibus occurrentia sibi septa transiliens, inferiores[e] partes corporis inseruisse suggessit, q̃ vix adhibita curatione biennio potuissent abstergi †. Et ideo frater charissime, supradicto locum suum, dignitatemque restitue, quatenus sacrosancta mysteria, sicut consueuit, exerceat. Neque enim conuenit ob hoc auferri ante susceptum ordinem, in quo postmodum[f] in inualetudinem corporis casu probatur faciente collapsus.

†*al. abſtringi.*

A ¶ Quod habetur.] *Sic est emendatum ex Anſel. & antiquis codicibus Gratia. Nam hæc est vsitata forma in epistolis Romanorum Pontificum, vbi propria verba petitionum subiungunt. Antea legebatur*:quod haberet.

2 *Hoc autem non de omnibus membris intelligendum est. Qui enim oculum casu amiserit, licet desit voluntas: tamen sacerdotium adipisci non potest.*

Vnde Gelaſius †ſcribit Rufino epiſcopo.

¶ Non sunt præstanda iura sacerdotij, cui oculus erutus est. C. XIII.

[6] SI euangelica admonitio iracundiam nec vsque ad verbum furentem prosilire permittit, ne si Racha fratri suo quis dixerit, reus sit gehennæ ignis: quali putamus pœna plectendum esse, qui non solum pugno impie percussit in leuitici hominem officij ministerio seruientem: sed quasi non sufficeret ad cedem manus, ita (instigante se diabolo) raptus est ad iracundiam, vt fuste non solum percuteret, sed etiam erueret oculum fratris? Et quamuis huius modi excessus grauiori esset pœna plectendus: bene tamen fraternitas tua fecit ab officio eum presbyterij remouere. Hoc tamen solicitudinis tuæ sit, vt locum ei pœnitentiæ constituas, & in aliquo eum monasterio retrudas, laica tantummodo sibi communione concessa. In loco autem illius alium te necesse est ordinare presbyterum.[7] Nam illi, cui erutus est oculus, non possunt secundum canones sacerdotij iura concedi. Neque enim aliquid ei prodest, quòd oculũ inuitus[g] amisit: cum nec volens quisquam oculum amisisse credendus est: nec sacratissimos canones aliquem casum in amissione oculi, qui ad sacerdotium adipiscendum non impediret, suis excepisse[h] regulis inuenimus: sed hoc tantummodo ad prohibitionem sufficisse videmus patribus, vt qui careret oculo, sacerdotij officium adispici non possit. Sed nec illi vllatenus quasi in compensationem iniuriæ[i] sacratus ordo concedi poterit: qui ad tantam sacerdotem proprium potuit iracundiam prouocare[k], vt & ille perdidit membrum: Nũc vero dicit Grat. ꝙ hoc nõ intelligitur de quolibet mẽbro. Nam qui oculũ quali tercumq; amisit, promoueri non debet ad sacerdotium.

Si euangelica.]Casvs. Quidam diaconꝰ ad tantã iracundiam quemdam sacerdotem prouocauit, ꝙ ille sacerdos non solũ percussit diaconũ fuste, sed ẽt oculũ eius eruit. Iõ Rufinus eps priuauit eum officio presbyterij. post hoc factũ postulabat diaconus in sacerdotem promoueri duabus rationib. Tũ qa inuitus oculũ amiserat. Tum quia in recompẽsationem suę iniurię, quod totũ Rufinus eps Papę significauit. Præcipit ergo Gelasius Papa, vt presbyterũ detrudat in monasteriũ: & loco eius aliũ ordinet: nec diaconũ in sacerdotem ꝓmoueat: qa sacri canones nullũ casum in monoculo excipiũt vt promoueri possit: nec ei prodest, ꝙ oculũ inuitus amisit: maxime cũ ad tãtã iracũdiam sacerdotem prouocauerit, vt ille officium, & iste promouendi facultatem amitteret.

†*al. Pelagius*

6 Poly. ibid. Anſel. l. 11. c. 169.

Matth. 5.

g ¶ *Inuitus.*]Arg. est ad qõem, ꝙ si sponsa est oppressa à spõso, non posset[c] intrare religionem: qa nõ ꝓdest ei, ꝙ inuita est passa. Quid de hoc sit, ĩ qõibus dixi. B. Dic ꝙ ingredi poterit non obstante corruptela: qa non debet esse melioris condõnis malus q̃ bonus. nam nemo ex suo delicto, &c. vt ff. de reg. iu. nõ fraudantur. tamen q oculum amiserit, remanet tutor, vt C. de excuſ. tu. frater tuus.

cArg. cõtra 5. di. ad eius ſcđm Hug.

h ¶ *Excepiſſe.*] Arg. ꝙ vbi canon nõ excipit, nec nos excipere debemꝰ. 2. q. 5. cõsuluisti.

i ¶ *Iniuria.*] "qa pœna vnius non dẽt conuerti in præmium alterius. ff. ad Syll. l. si sequens. ff. quod metus cau. sicut in exceptione. §. Pedius,

7 Iuo par. 6. c. 111. "Pœna vniꝰ ñ debet esse præmiũ alterius.

k ¶ *Prouocare.*]Grauiꝰ delinquit qui me ad iracũdiam ꝓuocat, q̃ ego. C. ad le. Iul. de vi priua. quoniam, & 23. q. 5. cum homo.

Presbyt

Source : BIU Cujas

Presbyterorum.] Hæc dist. diuiditur in tres partes. In prima parte probat, ꝙ nullus illegitime natus promouetur nisi in cœnobiis vel canonia regulari : & hoc probat per c. Vrbani, quod solum c. continet ius commune. Secunda ibi, *Sed hoc.* Tertia ibi, *Contra.* Io. de Fan.

Casvs. Hic intitulatur 56. dist. in qua agit Gratian. de filiis presbyterorum, & ostẽdit qui eorum promoueri possunt, & qui nõ, allegando pro vtraq; parte, & solutionem ponendo.

a ¶ *Presbyterorum.*] "De legitimis filiis non est dubium, quin licite promoueãtur. j. e. §. cum ergo. sed il legitimi nõ : si tñ sint in monasteriis vel canoniis regularibus, li cite promouentur. vt j. eo. c. 1. & ext. eo. c. 1. & c. ad abolẽdam. qa ingressus monasterij tollit irregularitatẽ[a], vt 16. q. 1. legi. 19. q. vl. c. vl. & ī aut. de mon. in prin. col. 1. Licet qdam cõtrarium dicãt: & dñt ꝙ religio circa eos nõ plus operatur, nisi ꝙ facilius cum eis dispẽsatur. arg. ꝙ eis. 55. dist. c. priscis. & 50. dist. c. si ille. & dico episcopum posse dispensare circa tales, vt extr. eo. veniens. & c. ex transmissa [b]. sed solus Papa dispẽsat cum eis in ẽpatu, vt ext. de elect. innotuit. Dicũt tamen quidam, ꝙ circa paternas ecclesias immediate habendas solus Papa possit dispensare. arg. extra eo. ex tua. [c] quod nõ credo, per illam decret. veniens. Io. Sed certe solus Papa dispẽsat in hoc casu, vt ext. eo. c. dilectus filius. & extr. eod. c. vlt. vbi de hoc traditur. B.

Resbyterorum.] Casvs. Quæsitum fuit an filij presbyterorũ sint promouẽdi? Et resp. ꝙ non, nisi in monasterio vel regulari canonia fuerint conuersati.

b ¶ *Presbyterorum.*] Idem de diaconis & subdiaconis, quia non est alia causa prohibitionis, nisi qa timẽtur in eis exempla paterni criminis, vt 6. q. 1. si qs cũ. & ẽt pp odium paternum, vt 15. q. vlt. cum multæ. & 24. distinct. quando.

c ¶ *Filios.*] Sed numquid hoc ad nepotes extenditur: & videtur quòd sic: "quia nomine filiorum nepotes continentur. ff. de ver. sig. liberorum. & arg. ff. ad Maced. filium. Sed non est ita: quia odia sunt restringenda, vt de pœ. dist. 1. pœnæ. ff. de lib. & posthu. cum quidam. tollitur enim vitium per successionem, vt j. eo. dominus. & licet senator non possit ducere illam cuius pater vel mater artem ludicram fecit: tamẽn potest illam ducere cuius auus, vel auia artem ludicram fecit, vt ff. de rit. nup. l. lege Iulia, §. 1.

d ¶ *Cœnobiis.*] Sed hoc ad facilitatem dispensationis referas, vt quidam dicunt. Idem est vbicumque conuersentur religiosi: "quia locus non sanctificat hominem, vt 40. dist. non loca. nam conuersati in monasteriis sæpe deteriores sunt aliis, vt 47. dist. quamtumlibet.

SED HOC. Hæc est ij, pars huius dist. in qua probare vult, ꝙ si boni fuerint, non nocent illis natales parentum. & hoc vult probare per viij. auctoritates. Ioan. de Fan.

Casvs. Dicit Gratianus, ꝙ supradicta intelligũtur de filiis sacerdotum, qui paternam incontinentiam imitantur. sed si sunt bonæ vitæ, non solum sacerdotes, sed ẽt Papæ fieri possunt. Quod probatur exẽplo Bonifacij, Felicis, & Agapiti, & multorum aliorũ, qui fuerunt filij sacerdotum: & tñ ad summũ sacerdotiũ sunt promouẽti.

e ¶ *Sed hoc intelligendum est.*] Istud spectat ad principium cap.

Osius.] Aliàs Orosius. Omnia ista exempla intellige de his, qui laicali statu vel minorib. ordinib. orõnib. parẽtũ susceptis sunt : qñ suis parẽtibus licebat vti vxoribus suis. j. eod. cum ergo. Arch.

Vndecumq;.] Casvs. Ab hoc loco vsque ad §. *contra.* probat Gratian. peccata parentum filiis nõ imputari. est ergo casus isti[e] c. talis. Duę quæstiones factę fuerunt Aug. Prima fuit, an peccata parẽtum filiis imputentur. Et respondet, ꝙ nõ, si paterna vitia nõ sequantur. Semen enim hominis ex quocunque homine bonum est, & Dei creatura est, secunda fuit, an mali filij coniugatorũ nuptias vituperent: & respondet ꝙ non : sicut nec boni filij adulterorum eos ab adulterio excusant.

f ¶ *Nulla est.*] similis locutio: *Vestes quas geritis sordida lana fuit.*

g ¶ *Sic mali.*] Nota ꝙ bonũ præcedens non excusat malũ sequẽs: nec bonum sequens purgat malum præcedẽs, vt 23. q. 5. relegentes. & 14. q. 5. forte. & c. neque. "Sed verum est, quòd non nocet delictum patris filio quantum ad vitã æternam: nocet tamẽ quo ad ordines: item quo ad successionem, vt 6. q. 1. si quis cum. item quo ad alias pœnas, vt 1. q. 4. §. item pecca to. Mitius tamen loquitur lex de illis qui spurij sunt. quòd non obest eis hoc, quum possint eligi ad decurionatum: quia nõ est impedienda dignitas eius qui nihil admisit[d], vt ff. de decu. spurij. in prin. & l. generaliter. §. spurios. & Boetius, quid genus aut proauos, &c. & Iuuenalis:

Tolle tuum Hannibalem. Malo pater tibi sit Tersites, dummodo tu sis Facidæ similis, Vulcaniaque arma capessas: Quam te Tersitæ similem producat Achilles.

Nvmquam.] Casvs. Dicit Ioan. Chrysost. quòd numquam filius debet erubescere de vitiis parẽtum, dummodo sit virtuosus. Nam quantumcumque quis matrem habeat vilem & pollutam, numquam de eius vilitate obfuscabitur, vel polluetur: quia si fornicatrix, vel fornicator post pœnitentiam ex vita nõ maculatur, multo minus maculatur filius de meretrice natus, si virtute propria decoratur: immo magis laudandus est, quàm natus ex bonis & nobilibus parentibus, si malitiam sequatur, & malus sit.

ficium, in quo erat, amitteret, & iste prouectus sui perderet facultatem.

DISTINCTIO LVI.

1. Presbyterorum [a] etiam filij ad sacra officia non sunt admittendi.

Vnde Vrbanus Papa secundus, ait.

¶ Filij presbyterorum à sacris prohibentur officiis. C. I.

2 Presbyterorum [b] filios [c] à sacris altaris ministeriis remouemus, nisi aut in cœnobiis [d], aut in canoniis † religiose probati, fuerint conuersati.

2 *Sed hoc intelligendum est* [e] *de illis, qui paternæ incontinentiæ imitatores fuerint. Verum si morum honestas eos commendabiles fecerit : exemplis & auctoritatibus non solum sacerdotes, sed etiam summi sacerdotes fieri possunt.*

[*Vnde Damasus Papa scribit.* [3]]

PALEA. C. II.

OSius Papa fuit filius Stephani subdiaconi. Bonifacius Papa fuit filius Iucundi presbyteri. Felix Papa filius Felicis presbyteri de titulo fasciolę, Agapit[9] Papa filius Gordiani presbyteri. Theodorus Papa filius Theodori episcopi de ciuitate Hierosolyma. Siluerius Papa filius Siluerij † episcopi Romæ. Deusdedit Papa filius Stephani subdiaconi. Felix enim tertius, natione Romanus, ex patre Felice presbytero fuit. Item Gelasius natione Afer ex patre episcopo Valerio natus est. Item Agapitus natione Romanus ex patre Gordiano presbytero originem duxit. Complures etiam alij inueniuntur, qui de sacerdotibus nati Apostolicæ sedi præfuerunt.

¶ *In nullo vetusto Gratiani codice adscribitur hic nomen Paleæ. In decimo Vaticano, & aliis quibusdam habetur coniunctè cum verbis superioribus Gratiani, à versicul.* Felix enim tertius, *vsque ad finem. In alio autem satis etiam emendato ista eadem cohærent cum superioribus: sed post illa verba,* ex patre Gordiano presbytero originem duxit, *sequitur,* vnde Damasus Papa scribit: Deusdedit Papa filius Stephani subdiaconi, Bonifacius Papa filius Iucundi presbyteri, Felix Papa filius Felicis presbyteri de titulo fasciolæ, Agapitus Papa filius Gordiani presbyteri, Theodorus Papa filius Theodori episcopi de ciuitate Hierosolyma, Siluerius Papa filius Hormisdæ episcopi Romæ. Complures etiam, &c. *Nec vero magnopere mirandum est hæc omnia ex Damaso citari, qui vixit ante istos, qui hic enumerantur. Liber enim qui* Pontificalis dicitur, *vbi hæc scripta suis locis leguntur, à Damaso cœptus est scribi: ideoque licet ab aliis multa deinde sint addita, retinuit tamen primi auctoris nomen: Iuo quidem eadem fere ista refert ex Gestis Romanorum Pontificum. Omnino partem aliquam huius c. saltem illam, quæ in* 10. *Vaticano habetur, ab ipso Gratian. scriptam esse constat ex verbis Gratiani in extremo præcedente cap. & c. pen. huius dist. Auctor vero Paleæ, dum vnum per se caput conficere voluit, ordinem perturbauit, præsertim in repetitione Felicis ij. & illud de Osio temere adiũxit, quod nulli Romanorum Pontificum nomen fuit.*

Hinc Augustinus ait libro de bono coniug. c. 16.

¶ Vitia parentum filiis non imputantur. C. III.

4 VNdecumque homines nascantur, si parentum vitia non sectentur, & Deum recte colant, honesti, & salui erunt. Semen enim hominis ex qualicumque homine, Dei creatura est : & eo male vtentibus male erit, non ipsum aliquando malum erit. Sicut autem boni filij adulterorum, nulla [f] est defensio adulterij † : sic mali filij [g] coniugatorum nullum est crimen nuptiarum.

Item Ioannes Chrysostomus homilia tertia in Matthæum [5].

¶ De eodem. C. IIII.

6 NVmquam de vitiis erubescamus parẽtum, sed vnum illud quæramus [A], & amplectamur, virtutem videlicet. Huiusmodi enim, etiam si alienigenam quis habeat matrem, etiam si fornicatione pollutam, vel quolibet eiusmodi dedecore sordidatam, nihil tamen de eius aut vilitate fuscabitur, aut crimine polluetur. Quòd si fornicatorem ipsum ad meliora conuersum nequaquam prior vita commaculat, multo magis ex meretrice natus, & adultera, si propria virtute decoretur, parẽtum suorum nõ dedecoratur opprobriis. *Item infrà.* ¶ Non est omnino, nec de virtute, nec de vitio parentum aut laudandus aliquis, aut culpandus : nemo inde vere, aut obscurus, aut clarus est:

1 In cõcilio Claramontens. c. 25. & Melphiensi, & in cõcil. Innoc. ij. c. 19. Snia est in cõc. Lateran. sub Ale. iij. p. 19. c. 2.

" Filij ꝑsbyterorum dum plices sunt.

2 Ex decretis Greg. 7. & Vrban. ij. Anselm. l. 6. c. 150. Iuo p. 6 c. 410. Pan. l. 3. c. 51.

† *al. canonicis, al. canonicis regularibus.*

3 Arg. cõtra ext. q cl. vel vo. c. 2. & de apo. c. 2. vbi de hoc. & ibi videas.

3 In Pontificali.

b Inn. intelligit istã decret. de dispensatione Papæ. Aliq cõtra. e. tit. conquerente. Arch.

c Dicas scd3 Rayner. & Host. ꝙ i ta lib. ecclesiis ꝑt epꝰ dispẽsare cũ filio illegitimo. vt ꝓbatur in hac decr. ex tua cũ ibi respõdeatur ad consultationem. Arch.

† *al, Hormisdæ,* Iuo in plog. Pan. in plog. ca. 30. & ib. 3. c. 52.

" Filiorum appellatiõe nepotes cõtinentur.

" Locus nõ sanctificat.

a ¶ *Nesc*

[A] *Nvmquam.*] Casvs. Dicit Ioan. Chrysost. quòd numquam filius debet erubescere de vitiis parẽtum, dummodo sit virtuosus. Nam quantumcumque quis matrem habeat vilem & pollutam, numquam de eius vilitate obfuscabitur, vel polluetur: quia si fornicatrix, vel fornicator post pœnitentiam ex vita nõ maculatur, multo minus maculatur filius de meretrice natus, si virtute propria decoratur: immo magis laudandus est, quàm natus ex bonis & nobilibus parentibus, si malitiam sequatur, & malus sit.

4 Sent. 4. di. 33. 32. q. 4. ficut. §. vnde cũque. in fi. Iuo ī ꝓlog. & p. 6. c. 415 Pann. in ꝓl. c. 29.

† *adulteriorum*] Orig. 5 ad illa verba, Iudas autem genuit, &c.

6 Sent. ibid. Iuo p. 6. ca. 414.

" Patris delictũ an noceat filio.

d Nã mala parẽtũ filiis nõ imputantur. ff. ꝺ decur. l. 2. §. 2. & vlt. & filius fugitiui fugitiui filius nõ est. ff. de fugit. l. 1. secũdum Laur.

Source : BIU Cujas

a ¶ *Nescio.*] Hoc vult dicere, ꝙ ille q̃ natus est ex parẽtibus prorsus alienis à virtutibus, dum tamen ipse sit bonus, melior est quàm ille qui natus est de bonis parentibus, licet ipse etiam sit bonus[a].

a Magis eñ admirabilis est, q̃ exempla ſi habuit & bonus est, q̃ q̃ hũc & bonꝰ est. arg. 96. dist. in scripturis. Arch.

b ¶ *Parentibus.*] id est, ratione parentum.

NAsci.] Casvs. Rufinus natus fuit ex adulterio, & ideo despicie bat creatorem, qui sic eum formaue rat, & culpabilem & peccatorẽ se pp hoc reputabat. Sed Ioan. Chrysost. scribit contra eum, & docet, ꝙ propter hoc non dẽt despicere Dominum, nec se peccatorem reputare: quia non ipse, sed qui eum de adulterio generauit, peccauit, semine abuten do: sicut nec peccat semen qđ in sulcis nascitur, sed peccat fur q̃ rapit: & consolatur eũ duob. exẽplis, s. Iepte, qui licet fuerit filius meretricis, tamen sanctus fuit. Et exemplo Esau, qui licet natus fuerit de legitimo cõiugio, tamen malus fuit & pessimus.

immo etiam (si quiddã[B] à cõmuni opinione abhorrens dicẽdum est) nescio [a] quomodo ille magis resplendet, qui ex parentibus [b] à virtutibus prorsus alienis, ipse tamen fuerit de virtute mirabilis.

A ¶ Quæramus.] *In versione, quæ nunc vulgata est, legitur*, atque omnibus studiis assequamur nobilitari propriarum honore virtutum. *Græce integer locus ita habet,* παιδευων ημᾶς διὰτούτων μαθησιν ἐγκαλύπτουσαν ὅτι τῶν προγόνων κακία, ἀλλ' ἴδιον ἁμάρτημα, πλὴν ἀρετῶν.

B ¶ Si quidam à communi.] *Sic est emendatum ex græco.* εἰ δέ τις ἐκτὸς παράδοξον εἰπεῖν. *Antea legebatur, quemadmodum fere & in vulgata versione, & apud Iuonem*, vt considerat ius aliquid dicamus, aut expressius.

c ¶ *Quod suum est.*] " Mulieres. n. ad hoc natura genuit, vt partus ederent [b], vt C. de indi. vid. l. 2. & pudor est feminis nuptiarũ præmia non habere, vt 32. q. 2. pudor.

" Mulieres ad quid producuntur.

b Et est maximũ in mulieribꝰ cõcupere, &c. ff. de ædil. edi. q̃ritur. §. 1. 1 Iuo par. 6. c. 413.

d ¶ *Sanctos.*] tamen in hoc non fuit sanctus, ꝙ temerarium iuim voluit seruare, vt 22. q. 4. vnusquisque.

Additio. Ibi inuenies hanc historiam secundum Hu.

e ¶ *Triticum.*] 24. q. 1. quoniam vetus.

Item Hieronymus in epistola ad Pammachium contra errores Ioannis Hierosolymitani.

¶ Non parentum, sed propria culpa quemque condemnat. C. V.

[1] NAsci de adulterio, non est eius culpa, qui nascitur, sed illius, qui generat. Quomodo in seminibus non peccat terra, quæ fouet: non semen, quod in sulcis iacitur: non humor, & calor, quibus temperata frumenta in germen pullulant: sed, verbi gratia, fur, & latro, qui fraude, & vi eripit semina: sic in generatione hominum recipit terra, id est vulua, quod suum est [c], receptum confouet, confotum corporat, corporatum in membra distinguit, & inter illas secretas ventris anguſtias Dei manus semper operatur, idemque est corporis creator, & animæ. Noli despicere bonitatẽ figuli tui, qui te plasmauit, & fecit, vt voluit. Ipse est Dei virtus, & Dei sapientia, qui in vtero virginis ædificauit sibi domum. Iepte inter virosanctos [d] Aposto li voce numeratus meretricis est filius. Sed audi. Esau de Rebecca, & Isaac genitus hispidus tam mente, quàm corpore, quasi bonum triticum [e] in lolium, auenasque denegerat: quia nõ in seminibus, sed in voluntate nascentis causa vitiorum est, atque virtutum.

Item Augustinus contra Faustum, libro 22. c. 64.

¶ Iniquitates parentum filiis obesse non possunt. C. VI.

SPonsus [f] ille, qui vocaturus erat ad nuptias bonos & malos, suis congruens inuitatis, nasci etiam voluit de bonis & malis: quo exemplo discant fideles parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse.

dam casum in eo qui ignoranter adeptus est beneficiũ pecunia patris, vt 1. q. 5. c. 1. Sed illud iõ perdit, q̃a furtiuum est. " Sed q̃d si pater commisit crimen læsæ maiestatis, nonne filius priuandus est beneficio, cum sit infamis factus, vt 6. q. 1. si quis cum. & infames promoti ẽt deiiciuntur, vt 6. q. 1. infames? Non, quia cum clericus sit, est à iurisdõne principis exemptus †, vt 96. dist. duo. 1. q. 4. §. econtra. in fi. Item fallit illud ext. de ecc. ædi. edi. ad audientiam. 2. & ext. de cle. ægr. c. 2. vbi q̃s sine culpa priuatur iure suo: hoc tñ scias, ꝙ multoties quis punitur sine culpa, sed nõ sine causa, vt extra vt lit. non contest. quoniam. 5. 34. dist. si cuius vxorem.

" Patris delictũ ẽt grauissimũ nõ tollit filio beneficiũ.

† Exẽptus.

¶ *Apud B. Augustl. li. 22. contra Faustum, c. 64. sic legitur*: Fideles enim eius venturi ex omnibus gentibus, etiam exemplo carnis ipsius discere debuerunt, parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse. Proinde sponsus ille suis congruens inuitatis, qui vocaturus erat ad nuptias bonos & malos, etiam nasci voluit de bonis & malis. *Et ex his compositum est hoc c.*

Item Gregorius ad Colombum episcopum Numidiæ, lib. 10 epist 8.

¶ Non aliena culpa, sed propria aliquem ab eo, quo fungitur, deiicit gradu.

C. VII.

SAtis peruersum [g], & contra Ecclesiasticam probatur esse censuram, vt frustra pro quorumdam voluntatibus quis priuetur, quem sua culpa, vel facinus ab officij, quo fungitur, gradu non deiicit.

Item Hieronymus.

¶ Ex adulterinis nati coniunctionibus à sacerdotio non prohibentur.

C. VIII.

[2] DOminus noster Iesus Christus voluit non solum de alienigenis, sed etiam de adulterinis commistionibus nasci, nobis magnam fiduciam præstans, vt qualicũque modo nascamur, dum tamen eius vestigia imitemur, ab ipsius corpore non separemur, cuius per fidem membra effecti sumus. Et sicut ille verus est Pontifex ex adulterinis natus coniunctionibus: ita qualicumque ordine natus sit aliquis, tantum † vt perfectam fidem habeat, & quod fide tenet, operibus impleat, sitque litteratus, & vir vnius vxoris, nequaquam à sacerdotio [h] repellitur [i]. Iudas enim Patriarcha cõcubuit cum Thamar nuru sua, & ex illo cõcubitu nati sunt Phares, & Zaram: inde postea Salmõ, qui fuit dux in deserto: inde Obeth [A]: inde quoque Booz, inde postea Isai, qui fuit pater Dauid. Ex illa ergo progenie origo ducitur Christi, qui verus sacerdos est: ideoque si filij eius sumus: quæ ipse fecit, nos imitari debemus.

A ¶ Inde Obeth.] *In 1. cap. Euangelij S. Matthæi, Booz dicitur genuisse Obeth.*

Item Augustinus de vnico baptismo contra Donatistas, lib. 1. c. 15.

¶ A populo Dei non separat aliquem materna conditio, sed propria culpa.

C. IX.

[3] ISmael, vt separaretur à populo Dei, non obfuit mater ancilla, sed obfuit fraterna [k] discordia: nec profuit potestas [l] vxoris, cuius magis filius erat: quia per ipsius iura coniugalia & in ancilla seminatus erat, & ex ancilla susceptus.

¶ A *sacerdotio.*] non intelligas, quòd ipso iure possit promoueri: sed hoc ideo dicit, q̃a eps tenetur in hoc casu dispẽsare: q̃a dispensatio quandoque est debita, vt dixi 50. dist. vt cõstitueretur.

† *al. tamen.*

i ¶ *Repellitur.*] " Sed nonne filij sacerdotũ sunt serui ecclesiæ? vt 15. q. vlt. cum multæ. qualiter ergo promouentur non adepta libertate? Sed dic, quòd illud loquitur de his qui quasi legitime & solenniter ducunt [c], vel derogatum est ei contraria consuetudine. 4. dist. §. leges.

" Filij sacerdotum an sint serui ecclesiæ. Genes. 38. Ruth 4

c sc. vt vxores, ñ vt cõcubinas. & ita ẽt intelligitur 81. di. q̃dã. scđ̃ Vin. Gof. & In. q ita no. ext. de coh. cler. c. 2. De hoc not. 32. di. eos. Arc.

Ismael.] Casvs. Abraham auctoritate & licentia vxoris suæ, s. Saræ cognouit Agar ancillam, & ex ea genuit Ismaelem, qui repulsus fuit à populo Dei. nõ ideo q̃a natus fuerat de ancilla, sed q̃a faciebat iniuriã fratri suo Isaac, compellendo ipsum adorare terreas imagines, & aliàs sibi nocendo.

Ito p. 8. c. 61. Pan. l. 6. c. 47.

k ¶ *Fraterna discordia.*] quam habuit contra Isaac. 32. q. 4. re currat.

l ¶ *Potestas.*] Hanc olim habuerunt potestatem mulieres, vt de

Source : BIU Cujas

licẽtia, vel poteſtate ipſarũ viri poſſent accedere ad ancillas ſuas[a], & filij ita nati dicebantur potius filij dominæ quàm ancillæ: ſed erat legalis filius dominæ, & carnalis filius ancillæ. ita ſecundum legem Moſaicam mulieres poterant adoptare filios [b]. ſed ſecundum legem Iuſtiniani nõ poſſunt, niſi filij eius ſint in acie amiſſi, vt inſt. de adop. §. fœminæ.

CONTRA. Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua probat contrarium eius quod præmittitur. Io. de Fan.

CASVS. Hactenus probauit q̃ peccata parentum filiis non imputantur. Nunc vult probare contrarium per ſequens c.

SI *gens.*] CASVS. Improperabatur Bonifacio in Italia & Francia, & ẽt ab ipſis paganis, quòd gens Anglorũ ducebat fœdam vitam adulterando & fornicando ad inſtar Sodomiticæ gẽtis. Scribit ergo Bonifaci⁹ martyr Regi Anglorum, dicẽs nõ eſſe mirũ, ſi nuper fuit in bello deuictus: cũ ex tali commiſtione vilis gens oriatur, & libidinoſa, nec Deo amabilis: & hoc ꝓbat exẽplo Hiſpanorum & Prouincialium & Burgundionum, qui tandiu fornicati ſunt donec per Saracenos puniti & deuicti fuerunt.

a ¶ *Degeneres.*] quo ad fortitudinem & nobilitatem, vt 35. quæſt. 3. quædam.

b ¶ *Permiſit.*] Nota, q̃ propter delictum permittit Deus inferri[c] pœnas, vt 5. qu. 5. non omnis. 16. q. 1. & temporis. & c. reuertimini. & 7. q. 1. ſciſcitaris.

VNDE. Iſtud vnde, ita continuatur: peccata parentum nocẽt filiis: vnde nõ poſſunt promoueri niſi in cœnobiis, vel niſi diſpenſetur cum eis. Quod ſequitur, planum eſt vſq; ad c. apoſtolicã.

c ¶ *Vnde.*] iſtud vnde, continuatur ei quod dixi ſupra in illo §. ſed hoc. in prin.

Apoſtolica.] CASVS. In quadam eccleſia ẽpali duo fuerunt clerici: vnus fuit electus ab eccleſia, & canonice qui dignior erat: altero electo ab eccleſia, & digniori obiiciebatur, q̃ erat filius ſacerdotis. Super hoc fuit cõſultus Papa, qui mandat electum canonice conſecrandum, non obſtante eo quòd dicitur filius ſacerdotis: ſi aliàs dignus inueniatur.

d ¶ *Ab eccleſia.*] "No. quòd dicitur ab eccleſia electus, qui à maiori parte capituli eſt electus, vt extra de elect. cum nobis. ff. ad munic. quod maior. extra de elect. cum inter. in princ.

e ¶ *Cetera.*] improprie ponitur. ſic 26. diſt. deinde [d]. vel nomine ceterorum, omnes [e] comprehenduntur, vt ff. de ver. ſig. ceterorum.

3 *Contra Bonifacius martyr ſcribens Echelbaldo Regi Anglorum.*

¶ Vitia parentum etiam ad poſteros tranſferuntur. C. X.

1 SI gens Anglorum (ſicut per iſtas prouincias diuulgatum eſt, & nobis in Francia, & in Italia improperatur, & ab ipſis paganis improperium eſt) ſpretis legalibus connubiis, adulterando, & luxuriando ad inſtar Sodomiticæ gentis fœdam vitam duxerit, de tali commiſtione meretricum æſtimandum eſt degeneres [a] populos, & ignobiles, & furentes libidine fore procreandos, & ad extremum vniuerſam plebem ad deteriora, & ignobiliora vergentem, & nouiſſime nec in bello ſæculari fortem, nec in fide ſtabilem, & nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem eſſe venturam: ſicut aliis gentibus Hiſpaniæ, & Prouinciæ, & Burgundionum populis contigit: quæ ſic à Deo recedentes fornicatæ ſunt, donec iudex † omnipotẽs talium criminum vltrices pœnas per ignorantes [A] legem Dei, id eſt † per Saracenos venire, & ſæuire permiſit [b].

A ¶ Per ignorantes.] *In epiſtola B. Bonifacij martyris (quæ vnà cum multis aliis extat manuſcripta in codice ſæpe memorato bibliothecæ Dominicanæ) legitur:* per ignorantiam legis Dei, & per Saracenos, &c. *cum qua lectione concordant aliquot vetuſta Gratiani exemplaria, & fere etiam Iuo.*

Vnde [c] *Vrbanus in fine ſuperioris capitis diſtinguendo ſubiunxit* [2].

¶ Si religioſi inuenti fuerint filij ſacerdotum, ordinentur. C. XI.

¶ *Rubrica huius cap. abeſt ab aliquot vetuſtis (neque enim eſt vlla capitis diſtinctio) & præponitur ſequenti capiti,* apoſtolica.

NIſi aut in cœnobiis, aut in canoniis † religioſè probati fuerint conuerſari.

Idem Alexander II.

¶ De eodem. C. XII.

3 APoſtolica auctoritate præcipimus vobis, vt ſi eum, qui ab eccleſia [d] electus eſt, altero digniorem eſſe, canonicamq; eius electionem probaueritis, fulti noſtra auctoritate conſecretis. Nam pro eo, quòd filius ſacerdotis dicitur, ſi ceteræ [e] virtutes in eum conueniant, non reiicimus, ſed ſuffragantibus meritis conniuendo eum recipimus.

Hoc autem, quod de filiis ſacerdotum dicitur, ex diſpenſatione eccleſiæ introductum videtur: & quod ex diſpenſatione introducitur, ad conſequentiam regulæ trahi non poterit.

Vnde Vrbanus Papa II. ſcribit Bartholomæo Turon. archiepiſcopo.

¶ Filij ſacerdotum non prohibentur ab epiſcopatu, ſi cæterę virtutes in eis inueniantur. C. XIII.

4 CŒnomanẽſem electum [f] pro eo, quòd filius ſacerdotis dicitur, ſi ceteræ virtutes in eum conueniunt, non reiicimus, ſed ſuffragantibus meritis patienter ſuſcipimus: non tamen, vt hoc pro regula in poſterum aſſumatur, ſed ad tempus [g] eccleſiæ periculo conſulitur.

Cum ergo [h] *ex ſacerdotibus nati, in ſummos Pontifices ſuprà* [5] *leguntur eſſe promoti, non ſunt intelligendi de fornicatione* [i]*, ſed de legitimis coniugiis nati: quæ ſacerdotibus* [A] *ante prohibitionem vbique licita erant, & in orientali eccleſia vſque hodie eis licere probatur.*

Quòd autem vitium originis ſemini imputari negatur [k]*, videtur eſſe contrarium illi ſententiæ* [*Adulterorum filij abominatio ſunt Domino.*] *Sed ſicut ſuprà dictum eſt de presbyterorum filiis, ita & hoc de filiis adulterorum intelligendum videtur, vt illi dicantur eſſe abominatio Domino, ad quos paterna flagitia hæreditaria ſucceſſione deſcendunt. Similiter & illud Vrbani intelligendum eſt, quod ipſe ſcribit Petronio Legionen. epiſcopo.*

A ¶ Sacerdotibus ante.] *Hic oſtendit aperte Gratianus, ſe in ea fuiſſe opinione, aliquando in Latina eccleſia presbyteris etiam licuiſſe vti coniugio, quod in eccleſia Græcorum & olim, & nunc permiſſum eſt. Id vero minime ita eſſe ſuperius initio diſt. 31. eſt adnotatum. De illis vero, quos antea narrauit creatos fuiſſe ſummos Pontifices, dicendum eſt eos, antequàm patres ipſorum vllo ſacro ordine eſſent decorati, fuiſſe generatos.*

¶ De eodem. C. XIIII.

6 QVia ſimpliciter ad ſedem apoſtolicam veniens humiliter peccatum confeſſus es, quod Pontificij tui videbatur officium impedire, videlicet, quòd ex matre non legitima procreatus ſis, quam viuente propria vxore pater tuus cognouiſſe dignoſcitur † [l]: Nos Apoſtolicæ manſuetudinis gratia admonente, à ceteris, quæ ſacerdotium impediunt, criminibus, tam tui profeſſione, quàm fratrum teſtimonio, qui tecum ſunt, immunem te agnoſcentes, & vitam [m] tuam religioſam audientes, ab huius te peccati vinculo abſolutum in ſuſcepto ſacerdotali officio confirmamus [n].

m ¶ *Et vitam.*] Ex quo plura fecerunt pro ipſo: & tantum vnum faciebat contra ipſum, & non debuit impediri eius promotio. 28. diſt. de Syracuſanæ. & 13. diſt. duo mala [f].

n ¶ *Confirmamus.*] Et hoc fit ex diſpenſatione. Ioan.

Item

a Vt 32. q. 3. dixit.

b Adde ſacerdotes habere idẽ ius cũ mulieribꝰ, not. in l. 2. §. illud. & in l. ſi pater §. fi. & in l. ſi arrogator. penult. ff. d adopt. 1 Iuo par. 8. c. 224.

c Ad hoc 23 q. 5. remittũ tur. & §. hĩc notandũ. & q. 4. ſi quos. Arc.

25. e. c. preſbyterorum.

† *al. vindex.*

† *al. etiam,*

† *al. canonicis.*

3 Anſel. l. 6. c. 29.

[e] Electus à maiori parte capituli dr electꝰ ab eccleſia.

d Sic j. cap. prox.

e De hoc ẽt le. & no. 50. diſt. vt cõſtitueretur. & ſecũdũ hoc dic, ceteræ, i. ſi oẽs. Ar.

f Vbi d hoc. Sed ſi aliqd eſt pro me, &c. vt not. 51. diſt. c. 2.

5 5. c. Oſius.

h ¶ *Cũ ergo.*] reſpicit primum §. huius diſt.

Sap. 3. ſed paulo aliter

i ¶ *De fornicatione.*] ñ dicit bñ: qa ſi eſſent legitimi ſine diſpenſatione promouerẽtur.

QVOD AVTEM. CASVS. Obiicit Gratianus ſibi in hoc §. & poſtea ſoluit dicens, quòd illud quod dictum eſt s̃. in c. vndecumque. quod vitium originis non imputatur ſemini: videtur contrarium ei qd dicitur in eccleſiaſtico, q̃ adulterorũ filij abominatio ſunt Domino. Sed dicit illud ſic eſſe intelligẽdum, ſicut intelligitur qd s̃. dictum eſt de filiis presbyterorum, vt illi tantum dicantur abominatio eſſe Dño, q̃ paterna vitia vel flagitia eorũ ſequuntur.

6 Pann. l. 3. c. 54.

¶De eodem. C. XIII.

EPiscopos per Æmiliam [n] non consecres, nisi post electionem cleri, & populi.

¶In vetusto codice Mutinensi sex concilij Romæ habiti referuntur capitula, quorũ secundum est hoc. Et de hac eadẽ re habentur multa in Pontificali manuscripto in gestis Nicolai primi.

Item Pelagius Papa Iuliano episcopo Grumentino.

Litteras

k ¶*Imolensem.*] tamen tempore Stephani non erat Imola sedes episcopalis sed iuxta, in castro sancti Cassiani [d]. Et sic est argu. quòd non vitiatur rescriptum, licet quis nominetur episcopus non nomine cathedræ sed hoc ideo fecit, quia locus ille celebrior erat.

l ¶*Sæpe.*] j. e. c. vlt. & j. 8. q. 1. nec nouum.

m ¶*Clero & populo.*] Et no. verbum semel hic positũ, æquiuoce poni. sic 28. dist. presbyterorum.

n *Episcopos per Aemiliam.*] Aemilia dicitur à Rauenna vsque ad Placentiam.

Source : BIU Cujas

Litteras.] Casvs. Iulianus episcopus Grumentinus significauit Pelagio, ꝙ clerus & populus Marcellian. ecclesiæ postulabat in episcopum Latinum diaconum suum. Papa vero rescribit, ꝙ gaudet, si vult ipsum concedere, & deinde si potest electus occurrat ante pascha, vt & tunc in sabbato immediate post pascha ordinetur.

¶De eodem. C. XIIII.

1 LItteras charitatis tuæ suscepimus, quibus significas, Latinum diaconum tuum ad episcopatum ecclesiæ Marcellianensis à clero, & omnibus, qui illic conueniunt, postulari. *& infra.* ¶ Sed nunc & hoc dicimus, vt si eum omnes [a] eligunt, & vis [b] eum concedere, gratum nobis esse cognosce, & si potest, ante diem sanctũ festinet occurrere, vt vel sabbato ipso noctis magnæ post baptismũ cum Dei gratia valeat ordinari.

Idem Laurentio episcopo Centumcellensi.

¶Ex sacra a principis quis ordinatur. C.XV.

2 PRincipali [c] deuotissimorum militum, qui illic in ciuitate Centumcellensi consistunt, relatione ad nos directa sacram insinuant se clemẽtissimi principis [d] impetrasse, quæ eis presbyterum, diaconum, & subdiaconum fieri debere præcepit. Ideo hortamur dilectionem tuam, vt personas ipsas videas, & diligenter inquiras, ne aliquid contra canones commisissent: & si eos inculpabiles repereris, & vitæ ipsorum laudabile testimonium videris, veniente mediana [e] septima † Paschæ, si Dominus voluerit, & si vixerimus [f] vnumquemque per officia, quæ prædiximus, non differas promouere.

A ¶Ex sacra.] *Emendata est hæc rubrica, vt in dicet illum, de quo agitur, fuisse ad petitionẽ Imperatoris ordinatum: sacra enim epistolam Imperatoris significat.*

Item Leo quartus Lothario, & Ludouico Augustis.

¶Papa rogat Augustos, vt Reatinam ecclesiam cuidam electo dignentur concedere. C. XVI.

3 REatina [g] ecclesia, quę per tot temporum spatia pastoralibus curis destituta consistit, dignum est, vt brachio amplitudinis vestrę subleuetur, ac gubernationis tegmine protegatur. Vnde salutationis alloquio præmisso vestram mansuetudinem deprecamur, quatenus Colono humili diacono eamdem ecclesiam ad regendum concedere dignemini, vt vestra licentia [h] accepta [i] ibidem eum Deo adiuuante, consecrare valeamus episcopum. Sinautem in prædicta ecclesia nolueritis †, vt præficiatur episcopus, Tusculanam † ecclesiam, quæ viduata existit, illi vestra serenitas dignetur concedere, vt consecratus à nostro præsulatu Deo omnipotenti, vestroque imperio grates [k] peragere valeat.

Item Ritæ Comitissæ.

¶Regio præcepto ab Apostolico Colonus Reatinæ ecclesiæ ordinatur episcopus. C. XVII.

NObis dominus [l] Imperator, & imperatrix per suas epistolas dixerunt, vt Colonum in Reatina ecclesia, quæ pastoris officio per longa iam tempora destituta videbatur, episcopum facere deberemus, sicut & fecimus.

Item Stephanus Guidoni Comiti.

¶Imperatoris epistola in electionis confirmatione desideratur. C. XVIII.

3 LEctis sagacitatis vestræ apicibus, qui defuncto ecclesię Reatinę antistite, clerum & plebẽ eiusdẽ ecclesiæ elegisse sibi futurum antistitẽ, nobisq; consecrandum vestro studio directum esse, ne ipsa ecclesia diu [m] sine proprio cõstet pastore, fatebantur, nos de obitu prioris dolẽtes, nunc ipsum electum vnanimitate †, & canonica ipsius ecclesiæ electione, vt mandastis, tam citissime ordinare omisimus, quòd imperialem nocundum naturam rei gestæ. Est ergo casus illius c. lectis. Reatina ecclesia pastore destituta, Colonus diaconus ab omnib. vnanimiter est electus, pro quo ordinando, & consecrando Guido comes Stephano Papæ supplicauit. Stephan° vero noluit eum ordinare: quia imperialem epistolam absolutionis iuxta morem non detulerat. & ideo ne molestaretur imperialis animus: eius petitionem non admisit, sed suadet comiti, vt acquirat epistolã imperialem, & tunc habita licẽtia iuxta eius voluntatem consecrabitur.

c ¶*Principali.*] Ex c. isto & seq. dicit H. patronum debere eligere cum aliis in ecclesia conuentuali. Alij dicunt ꝙ ecclesia episcopalis nõ habet patronum.

d ¶*Principis.*] Sed quare petebatur istud ab Imperatore? quia forte isti curiales erant, vel forte patronus erat. Et ita est arg. "qđ patronus nõ tantum prælatum, sed etiam subdiaconum, & diaconũ potest instituere. ar. 18. q. 2. Eleutherius. 16. q. 2. si quis episcoporum. in auth. de san. epis. §. si quis oratorij domum. coll. 9. & extr. de fil. pres. ex transmissa. dum tamẽ hoc fiat cum consensu prælati, vt ext. e. ti. proposuit, Sed verius credo hoc spectare ad ipsum [c] prælatum, vt ipse possit ministros præficere, quos velit, vt ext. de iu. pa. postulasti. Quid iuris habeat in electione patronus dicit decre. extr. de iur. patr. nobis. B.

e ¶ *Mediana septimana.*] l. cum cantatur, si tientes, Io.

f ¶ *Si vixerimus.*] si habes vixeritis, planum est, si habes vixerim°, est arg. quod mandatum & præceptum morte mandantis re integra [d] soluitur ext. de of. del. gratum. Io.

R*Eatina.*] Casvs. Leo Papa præmisso salutationis alloquio rogauit Imperatorem Lotharium, & Ludouicum, vt ecclesiam Reatinam dudum destitutã pastore concederet gubernandam Colono diacono, quod si nollet facere, concederet ei Tusculanam ecclesiam, quæ diu vacauit: vt consecratus Deo, & sibi gratias agere possit.

g ¶*Reatina.*] hoc c. & duo seq. loquuntur in eadem materia.

h ¶ *Licentia.*] " consensus principis est requirendus electione celebrata, vt extra de elect. quod sicut. nisi aliud suadeat scandalum. ext. eo. quia. vel præscripta consutudo [e], vt extra de iure patr. nobis.

i ¶*Accepta,*] 26. q. 7. decernimus.

k ¶*Grates,*] Spirituales, non carnales. 1. q. 1. filium. hoc enim esset simonia, vt 1. q. 1. sunt nonnulli. & q. 2. sicut. Immo videtur, quod non sit simonia, dummodo ex post facto mere sine aliqua ambitione petentis. 1. q. 2. sicut episcopum.

NObis.] Casvs. In hoc c. dicitur qualiter Impator misit litteras suas Papę, in quib. dedit ei licentiam cõsecrandi dictum Colonum in ecclesia Reatina, quod & Papa fecit.

l ¶ *Dominus Imperator.*] ex humilitate hoc fecit, cum ipse sit filius ecclesiæ, vt 96. dist. si Imperator.

m LEctis.] ¶*Diu.*] id est, vltra tres menses, vt 50. dist. postquam. ni si causa necessitatis [f], vt 75. dist. quoniam. & 7. q. 1. constitutũ. Et ita restringitur quandoque vaga significatio alicuius verbi, vt 65. dist. de persona.

1 j. dist. 76. c. vlt. Pol. l. 2. ti. 29. Ans. l. 6. cap. 60. Iuo part. 6. c. 112.

a ¶*Omnes.*] Hic colligitur, quod omnes consentire debent in postulatiõe extranei, vt dixi. s. 61. di. nullus. & ideo dicit decr. quod postulatio non admittitur in discordia, vt ext. de postul. præ. bonæ. quod tamen verũ est secundũ distinctionẽ eius ꝙ legitur ext. de ele. scriptum est.

b ¶*Et vis.*] Hic habes ꝙ cleric° alterius epi est postulãdus, vt 61. dist. §. sed aliud. & c. Osius. & laicus etiam est postulãdus, vt ibi dr: & illegitimus, vt ext. de elec. innotuit. Item hic habes, ꝙ eps non cogitur dare postulatum, vt 85. di. Florentium. Nemo enim cogitur emancipare filium suum, vt instit. qui. mo. ius pa. po. so. §. vl. "Sed pone ꝙ eligatur talis clericus, & eps eius postea non consentiat: numquid isti sũt priuati electione, quia elegerunt eũ quem non poterant habere: vel numquid consensus illius àquo erat postulandus, cõfirmat electionẽ? arg. ꝙ non confirmat, ext. e. auditis. Argu. ꝙ sic, ext. e. ꝙ sicut. & ext. đ iu. pa. cura pastoralis. Ad hoc dico, ꝙ si eligitur ĩ postulandũ [a], bñ tenet talis electio, vt ext. de renun. post trãslationem. Vel dic, quod si elegerunt eo ꝓposito, vt statĩ dẽat tenere electio, non ratificatur per sequẽtẽ cõsensum illius à quo esset postulandus. Si vero sciebant electionem per se inualidã esse, sed sperabãt, qđ Dominus Papa eam ratam haberet, cũc ratificatiõe Domini Papæ confirmatur. sic 9. q. 2. Lugdunensis. Similem distinctionem facit lex ff. de so. si qs offerenti. Vel dic, quod non est inconueniens, si clericus alienus eligatur, quia talis primo debet eligi, & postea postulari, vt dixi 61. di. §. sed aliud. Item obiicitur, cũ clericus contradicente episcopo possit fieri Monachus, vt 19. q. 2. c. 1. ergo multo fortius potest ꝓmoueri ad episcopale regimen, cum ille trãseat pro priuata vtilitate, iste pro communi, quæ ꝓiudicat priuatæ, vt 7. q. 1. scias. & 8. q. 1. in scripturis. ext. de post. bonæ. 1. Resp. monachus trãsit ad locum deiectionis vbi nulla præsumitur ambitio: hic vero præsumitur ambitio ex eo, quod nolente episcopo vltro se ingerit. q potius trahi deberet, vt 8. q. 1. sciendum [b]. male tamen facit episcopus si eum absque iustitia negat, vt 7. q. 1. omnis qui. & per superiorem cogi potest. arg. ext. de iu. pa. nullus principali.

P*Rincipali.*] Casvs. Milites Centumcellenses impetrarunt rescriptum à principe, in quo dabat eis licentiam, vt in ecclesia Centumcellensi ordinaretur vnus presbyter, & vnus diaconus, & subdiaconus, quod cum Papæ significassent, præcepit Laurẽtio episcopo, vt si personas illas inculpabiles inueniret, & bonæ vitæ, & laudabilis testimonij, adueniente mediana hebdomada vnumquemq, per ꝓfata officia promoueret. Et dicit H. quod ista 4. c. intelliguntur de ecclesiis in quib° Imperator habebat iuspatronatus, vel isti erãt curiales qui postulati fuerũt ab Imperatore. No. quod ista tria seq. c. sc. Reatina, nobis. & lectis. de vno & eodem clerico loquuntur, i. Colono. & illud c. lectis. præcedit alia duo c. & primo debet legi se

† *al. hebdomada.* a Idẽ si simpliciter eligitur, vt satis patet 76 di. dilectionis. extr. de ele. ecclesia 2. & ext. li. 6 e. tit. c, quã sit.

a Ans. lib. 7, c. 94.

"electio vel postulatio de clerico alteri subdito facta, an valeat.

b Et c. episcopatũ. 1. q. 5. sicut. C. đ epi. & cle. si quẽquã, secũdũ Io. de Fan. q sequitur hæc oĩa supradicta,

c Istã sniam sequitur H. 16 q. 7. decernimus. vbi dixit, Nõ credo ꝙ ꝓpr° dẽt eligere nisi ꝑlatũ, vel interesse electioni nisi prẽlati. Arch.

3 S. Antoninus part. 2. ti. 16. c. j. §. j.

d De hoc j. 13. q. 1. c. vlt. dic vt ibi.

† *al. vnanimi*

" Principis cõsensus est electione celebrata requirendus. eIdẽ not. est s. e. in summa. dic ꝙ i° eligendi in collegiata ecclesia nõ cadit in laicũ, secus in parochia. 16 q. 1. in parochia. 3. q. 7. decernim°. Arch.

f Ad hoc s. 61. di. Osius & ca. bene. & ibi đ hoc ext. đ ele. ne ꝓ defectu.

Source : BIU Cujas

Metropolitano.] Casvs. Dicitur hic, q̃ defuncto metropolitano omnes suffraganei debent ad sedem archiepiscopalem conuenire, vt omnium ciuium & clericorum voluntate discussa, ex presbyteris vel diaconibus eiusdem ecclesiæ optimus ordinetur.

a ¶ *Ad ciuitatem metropolim.*] ibi enim consecrandus est metropolitanus, vt 51.di.qui in aliquo. Et est arg. hic q̃ prouinciales episcopi intererunt electiõi metropolitani[a], vt ſ. eo. Valẽtinianus.

a Facit ad hoc 63.dist. c.1.

b ¶ *Ex presbyteris.*] presbyterum præmittit. qui enim prior est in ordine, erit prior in electione[b] .75.di.c. vlt. & 61.di. statuimus. vnde hæc dictio, vel, nõ dat illis optionem sic vel sic eligẽdi, sed ordo verborũ ostẽdit quo ordine debeant eligere. sic ĩ. de cõse. dist.2. in Christo.2. & optime hoc dr. ff. ad Treb. l. heredes. in fi.

b i. vt prius eligatur. ar. ad hoc 64. di. eorũ. secundũ Lau. † *al. vt à vestra.*

c ¶ *Vel diaconis.*] hodie ex subdiaconis potest eligi, extra de æta. & qual. à multis.

d ¶ *Optimus.*] ſi. ĩ auth. de monach. §. ordinationem. coll. 1. Sed q̃s dicetur optimus? q̃ & principalem locũ tenet. " quod enim per superabũdantiam dr, vni soli conuenit, vt ff. de verb. ob. vbi aũt nõ apparet. 1. resp. ff. de ædil. edict. ſi vendi tor. §. vlt. Qualiter iſtud intelligatur, inuenies 8.q.1. licet.

" Qđ p sup abundantiã dr, vni soli conuenit. 1 Anſ. l. 6. c. 19. al. 15. Iuo p. 5. c. 348. Deuſde. p. 1

† *al. metropolitanam.*

Si *in plebibus.*] Casvs. Isidorus docet hic, q̃ ad officium archidiaconi ptinet, vt defuncto vel depoſito archipresbytero alicuius loci archidiaconus illuc vadat, & à clero, & à populo faciat electionem fieri, & ipſam plebẽ regat donec archipresbyter ibi ordinetur.

e ¶ *Proficiſcatur.*] ſpeciali auctoritate epiſcopi, aliàs non liceret[c], vt ext. de of. arc. cum ſatis. niſi hoc habeat de cõſuetudine præſcripta. & ſic intelligo extr. de excẽſ. præl. ad hoc. & ext. de app. bonę. & extra de inſtit. cum veniſſent. Quid tamen de hoc iuris ſit, dixit 25. dist. perlectis.

† *al. presbyteris.*

c Arg. opt. 94. di. c. vlt. ĩ fi. decr. hic all. cũ ſatis. ñ ꝓbat, qm̃ loqtur ĩ cõmiſſione curę animarũ. hoc aũt c. ſi in plebibus loqtur đ cuſtodia vacãtis eccleſię, quod dic vt no. 16. q. 7. c. nullo. Arc.

Agatho.] Casvs. Consuetudo erat, quòd electio Papæ ſubſcripta repræſentaretur Imperatori Cõſtantinopoli. & tũc temporis electus dabat quamdam ſummam pecuniæ Imperatori, ad quam ſummam releuandam mittit Agatho Ioannem

2 In Põtifica li Vaticano. in decretis Agathonis, & tomo 2. conc. in decret. eiusdẽ.

bis, vt mos est, absolutionis minime detulit epistolam. Pro qua scilicet re ambiguum est nobis: ideo voluntati vestræ in hoc parere distulimus: ne augustalis animus durissime hoc, quocumque modo perciperet. Sed sciẽtes ecclesiam Dei sine proprio diu pastore non debere consistere, gloriæ vestræ mandamus, quoniam aliter nos agere non debuimus, vt vestra † solertia, imperiali, vt prisca cõsuetudo dictat, percepta licentia, & nobis, quemadmodum vos scire credimus, imperatoria directa epistola tunc voluntati vestræ de hoc parebimus, eumdemq; electum, Domino adiuuante, consecrabimus: quod, chariſſime fili, moleste nullo modo suscipias.

Item Leo Papa I. ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem epiſcopum, epiſt. 82. al. 84. c. 6.

¶ Clericorum, & ciuium voluntate metropolitanus est ordinandus. C. XIX.

1 Metropolitano defuncto, cum in loco eius alius fuerit subrogãdus, prouinciales episcopi ad ciuitatem metropolim † [a] conuenire debebunt, vt omnium clericorum, atque ciuium voluntate discussa ex presbyteris [b] eiusdem ecclesiæ, vel diaconis [c] optimus [d] ordinetur.

Item Iſidorus in lib. officiorum.

¶ Cum clero, & populo archipresbyteri fiat electio. C. XX.

Si in plebibus archipresbyteri obierint, aut pro aliquo reatu exinde electi fuerint, archidiaconus, quanto ocius proficiscatur [e] illuc, & cum clericis, & populis † ipsius plebis electionẽ faciat, quatenus dignus pastor domui Dei constituatur, & dum ordinatur, eius prouidentia ipsa plebs custodiatur.

Item ex geſtis Romanorum Pontificum [2].

¶ Electus in Romanum Pontificem non ordinetur, nisi eius decretum Imperatori primum præsentetur. C. XXI.

A Gatho natione Siculus, cuius legatione fungens Ioannes episcopus Portuensis Dominico die octauarum Paschæ in ecclesia S. Sophiæ publicas Missas coram principe, & patriarcha latine celebrauit, hic suscepit diualem † secundum suam postulationem, per quam relaxata est quantitas, quæ solita [f] erat dari pro ordinatione Pontificis facienda †, sic tamen vt si contigerit post eius transitum electionem fieri, non debeat ordinari, qui electus fuerit, nisi prius decretum generale introducatur in regiam † vrbem secũdum antiquam consuetudinem, vt cum eius scientia, & iussione debeat ordinatio prouenire †. ¶ [3] Item Vitalianus natione Signiensis direxit respõsales suos cum synodica epistola iuxta consuetudinem in regiam vrbem ad piissimos principes significans de ordinatione sua.

Item ex hiſtoria eccleſiaſtica.

¶ Imperator ius habet eligendi Pontificem. C. XXII.

4 HAdrianus Papa Romam venire Carolum regem ad defendendas [g] res ecclesiæ postulauit. Carolus vero Romam veniens Papiam obsedit: ibique relicto exercitu in sancta resurrectione ab Hadriano Papa Romæ honorifice susceptus est. post sanctam vero resurrectionem reuersus Papiam cepit Desiderium regem: deinde Romam reuersus constituit ibi synodum cum Hadriano Papa in patriarchio Lateranensi in ecclesia sancti Saluatoris: quæ synodus celebrata est à cliij. episcopis religiosis, & abbatibus. Hadrianus autẽ Papa cum vniuersa synodo tradiderunt Carolo ius, & potestatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apostolicam sedem. Dignitatem quoq; patriciatus [h] ei concesserunt. Insuper archiepiscopos, & episcopos per singulas [i] prouincias ab eo in uestituram accipere diffiniuit: & vt nisi à rege laudetur, & inuestiatur, episcopus à nemine consecretur: & quicumque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum innodauit, & nisi resipisceret, bona eius publicari [k] præcepit.

4 Pann. l. 8. c. 134.

d Ad hoc fa cit, qđ not. hac conditione, vt consensus eius requiratur in electione? Sed dic, Io. B. & H. quòd non, quia prius vtrumque ius habuit, suam. & ĩ. e. vnde modo alterum potuit [e] remittere. ideo autem petiit à Papa hanc consuetudinem tolli, quia continebat speciem mali, vt 1. q. 1. emendari.

e Ad hoc ad de qđ leg. & not. extr. de rel. domib. cõstitutus.

† *iuſsionem*] Orig. † *al. faciendi*

H *Adrianus.*] Casvs. Desiderius Rex morabatur Papiæ, qui totam Italiam stimulauit, propter quem repellendum Hadrianus Papa fecit Carolum venire, qui Papiæ dimisso exercitu, Romã iuit, ibique honorifice receptus, Papiam rediit, & tamdiu eam obsedit, donec Desiderium regem cepit. Deinde Romam reuersus, synodum congregauit, vbi Hadrianus cum cliij. episcopis dedit Carolo potestatem eligendi Papam, & ordinandi sedem Apostolicam, & confirmandi omnes episcopos & archiepiscopos per prouincias: & quicumque contra hoc priuilegium veniret, anathema esset: & nisi resipisceret, bona eius publicari præcepit.

† *al. regia vrbe.*

† *al. proſperari.*

3 In Põtific. in gestis Viderium regem Taliani Papę

g ¶ *Defendendas.*] ad hoc tenentur omnes principes, vt 23. qu. 5. principes. & si nollent eam defendere, possunt excommunicari. 23. q. 5. administratores. Ioan.

h ¶ *Patriciatus.*] vt puniret crimina, & secundum hoc potest intelligi. 2. quæstio. 6. omnis oppressus. " Et ita iudex ecclesiasticus alij potest committere causam sanguinis. Vel intellige quòd est aduocatus Romæ, vt extra de elect. venerabilem.

" Iudex ecclesiasticus cãm sanguinis alij committere pt.

i ¶ *Per ſingulas.*] ergo in Francia & in Hispania. vnus est enim [f] Imperator, vt 7. quæstio. 1. in apibus. quod cõcedo nisi probant se exemptos ab Imperatore, vt vigesimatertia quæstione octaua. §. ecce. vnde adhuc de capite suo dabunt tributum Imperatori omnes, cum non probent se exemptos ab Imperatore, vt ff. de cens. l. vltima. si enim dicunt se non

f Vnus est. Sol. intelligitur p singulas ꝓuincias sui imperij.

g Istã gl. seqũtur Cy. Bart. & Bal. Sal. & Iaſ. in l. 2. col. 2. C. de ſum. tri.

h Adde hic an regesFrãciæ ſubiiciãtur impio. gl. in c. 1. in prin. de pa. iu. fir. tenet q̃ ſic: cõiter tñ tenetur contrariũ p tex. in c. per venerabilẽ. ext. q̃ fi. ſint leg. Spe. tit. đ ap. §. nũc tractemus. ĩ prin. Bar. ĩ l.

f ¶ *Quæ ſolita.*] Quilibet enim episcopus dare consueuit aliquid Imperatori in electione sua, vt ĩ. ead. quia. dummodo redditus episcopales excederent duas libras auri, vt in auth. de sanct. epiſc. §. 4. & forte tunc cum mos erat, crimen non erat [d], vt 32. q. 4. obiiciuntur. Sed nonne Imperator commisit simoniam relaxando illud ius sub hac conditione, vt consensus eius requiratur in electione? Sed dic, Io. B. & H. quòd non, quia prius vtrumque ius habuit, suam. & ĩ. e. vnde modo alterum potuit [e] remittere. ideo autem petiit à Papa hanc consuetudinem tolli, quia continebat speciem mali, vt 1. q. 1. emendari.

d Ad hoc fa cit, qđ not. extr. de rel. domib. cõstitutus.

† *iuſsionem*] Orig. † *al. faciendi*

H *Adrianus.*] Casvs. Desiderius Rex morabatur Papiæ, qui totam Italiam stimulauit, propter quem repellendum Hadrianus Papa fecit Carolum venire, qui Papiæ dimisso exercitu, Romã iuit, ibique honorifice receptus, Papiam rediit, & tamdiu eam obsedit, donec Desiderium regem cepit. Deinde Romam reuersus, synodum congregauit, vbi Hadrianus cum cliij. episcopis dedit Carolo potestatem eligendi Papam, & ordinandi sedem Apostolicam, & confirmandi omnes episcopos & archiepiscopos per prouincias: & quicumque contra hoc priuilegium veniret, anathema esset: & nisi resipisceret, bona eius publicari præcepit.

† *al. regia vrbe.*

† *al. proſperari.*

3 In Põtific. in gestis Viderium regem Taliani Papę

4 Pann. l. 8. c. 134.

g ¶ *Defendendas.*] ad hoc tenentur omnes principes, vt 23. qu. 5. principes. & si nollent eam defendere, possunt excommunicari. 23. q. 5. administratores. Ioan.

h ¶ *Patriciatus.*] vt puniret crimina, & secundum hoc potest intelligi. 2. quæstio. 6. omnis oppressus. " Et ita iudex ecclesiasticus alij potest committere causam sanguinis. Vel intellige quòd est aduocatus Romæ, vt extra de elect. venerabilem.

" Iudex ecclesiasticus cãm sanguinis alij committere pt.

i ¶ *Per ſingulas.*] ergo in Francia & in Hispania. vnus est enim [f] Imperator, vt 7. quæstio. 1. in apibus. quod cõcedo nisi probant se exemptos ab Imperatore, vt vigesimatertia quæstione octaua. §. ecce. vnde adhuc de capite suo dabunt tributum Imperatori omnes, cum non probent se exemptos ab Imperatore, vt ff. de cens. l. vltima. si enim dicunt se non

f Vnus est. Sol. intelligitur p singulas ꝓuincias sui imperij.

g Istã gl. seqũtur Cy. Bart. & Bal. Sal. & Iaſ. in l. 2. col. 2. C. de ſum. tri.

h Adde hic an regesFrãciæ ſubiiciãtur impio. gl. in c. 1. in prin. de pa. iu. fir. tenet q̃ ſic: cõiter tñ tenetur contrariũ p tex. in c. per venerabilẽ. ext. q̃ fi. ſint leg. Spe. tit. đ ap. §. nũc tractemus. ĩ prin. Bar. ĩ l.

ſubeſſe Romano Imperio, per consequens dicunt se non habere aliquid proprij, vt suprà distinct. 1. ius Quiritum. fateamur [g] ergo Imperatorem esse dominum mundi, vt ff. ad legem Rhod. de precatio. Obstat [h] quòd Reges Hispaniæ cum non subessent Imperio, regnum ab hostium faucibus eruerunt.

k ¶ *Publicari.*] Hic ecclesia publicat bona laicorum, & quandoque deponit laicos à dignitatibus. 32. quæst. 5. præceptorum. in fin. Vel dic quòd hic docet ecclesia quid fieri debeat. sic 24. q. 3. de illicita. & 5. quæst. vlt. delatori.

Source : BIU Cujas

hostes.col.2 ff.de cap.& Bal.in d.c.j. ꝺ pa. iu.fir. reprobata. ibi gl. & ét ibi póitAn. de Iſ. Ité ꝓ hoc addꝫ cõ cor. ĩ apoſt. ad Iaſ.in l.j. C. de ſum. tri. Idẽ ꝺ re ge Hiſpan. gl. mag. ad fi.in c.& ne ceſſe.de do. int.vi. &vx. Pan. c.vene rabilẽ.co.9. de ele.Iaſ.l. id quod a- pud hoſtes. de leg.1. 1 Pann.l.8. c.136.

IN ſynodo.] CASVS. In hoc c.continetur ꝙ ſicut Hadrianus conceſſit priuilegium Carolo:ita Leo Papa in ſynodo Romæ cõgregata cõceſſit idem priuilegium Othoni primo Regi Teutonicorũ, & eius ſucceſſoribꝫ.vt ipſe eligat ſibi ſucceſſorem, & ordinet Romanum Pontificem, & epos & archiepos, vt ab eo inueſtituram accipiant, niſi aliquorum inueſtiturã cõceſſerit Romanis Pontificib. vel archiepis:& ꝙ cõtra venerit, decreuit excõicationi ſubiacere:& niſi reſipiſceret, irreuocabiliter exulare:vel ſi laicus eſt, vltimo ſupplicio affici.

Item Leo Papa.

¶Electio Romani Pontificis ad ius pertinet Imperatoris. C. XXIII.

1 IN ſynodo [A] cõgregata Romæ in eccleſia S. Saluatoris. Ad exemplum B.Hadriani Apoſtolicæ ſedis antiſtitis, qui domino Carolo victorioſiſſimo regi Francorum, & Lõgobardorum, Patriciatus dignitatem, ac ordinationem Apoſtolicæ ſedis, & inueſtituram epiſcoporum cõceſſit:ego quoque Leo epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, cũ toto clero, ac Romano populo cõſtituimus, & confirmamus [a], & corroboramus, & per noſtram Apoſtolicam auctoritatem concedimus, atque largimur domino Othoni primo [b] regi Teutonicorum, eiuſque ſucceſſoribus huius regni Italiæ in perpetuum facultatem eligendi ſucceſſorem [c], atque ſummæ ſedis Apoſtolicæ Pontificem ordinandi, ac per hoc [d] archiepiſcopos, ſeu epiſcopos, vt ipſi ab eo inueſtituram accipiant, & conſecrationem, vnde debent, exceptis his quos Imperator Pontificibus, & archiepiſcopis cõceſſit [e]:& vt nemo deinceps cuiuſque dignitatis, vel religioſitatis eligendi vel Patricium, vel Pontificem ſummæ ſedis Apoſtolicæ, aut quemcumque epiſcopum ordinandi habeat facultatem abſque cõſenſu ipſius Imperatoris (quod tamen fiat abſque omni pecunia) & vt ipſe ſit Patricius [f], & rex. Quòd ſi à clero, & populo quis eligatur epiſcopus, niſi à ſupradicto rege laudetur, & inueſtiatur, nõ conſecretur. Si quis contra hanc regulam, & Apoſtolicam [g] auctoritatem aliquid molietur, hunc excõicationi ſubiacere decernimus:& niſi reſipuerit, irreuocabili exilio [h] puniri, vel vltimis ſuppliciis affici [i].

a ¶*Confirmamus.*] ar. quòd idem ꝓt dare & confirmare. 23. diſt. in nomine. ext. de elect. cum inter. Arg. cõtra ext. de fi. inſtr. c. inter dilectos [a]. dic ꝙ nõ ꝓt eodem reſpectu: ſed diuerſis, vt ĩ d.c. cum inter. & ff. de iur. om. iu. & qa qñq; ẽt dr̃ dare, i. datum oſtẽdere, vt 23. qu. 5. §. hinc notandum. ff. de teſtam. heredes. §. ſi quid.

b ¶*Primo.*] non dicas primo regi, ſed primo Othoni, i. añ quẽ nullus alius fuit. ſic extra de ver. ſi. Ioſeph. & ff. de ver. ſig. proximus.

c ¶*Succeſſorem.*] Hoc ſpãle fuit contra id. 8. q. 1. Moyſes. ſic 7. q. 1. petiſti. hic patet quòd maximã hẽt ptãtem Papa circa imperiũ. Sed dic quòd tantum in Italia permittit ei facere ſucceſſorem.

d ¶*Ac per hoc.*] q.d. ex quo in Romana eccleſia hoc permittitur: ergo & in minorib. Et eſt arg. quòd idẽ iuris eſt in membris, quod in capite, vt 16. q. 2. c. 1. 12. q. 2. cognouimus. & q. 1. præcipimus. & 1. qu. 3. ſi quis epiſcopus. 24. q. 1. rogamus.

e ¶*Conceßit.*] vr̃ ergo quòd Imperator poſſit dare priuilegium libertatis, vt ext. de reſtit. in integ. auditis.

" Papa dat gladij potẽſtatem.

f ¶ *Sit Patricius.*] " & ſic Papa dat hic gladij poteſtatem: cuius tũ exercitium ipſe nõ habet. Io. ext. de elec. ſuffraganeis. B.

g ¶*Apoſtolicam.*] Sed nũqd Papa poſſet ei ptãtem dare, vt deponeret ipſum? ſic in hæreſi. & de cõſenſu Cardinaliũ: immo in omnibus ſe poteſt ſubiicere ei, vt 2. quæſt. 7. nos ſi.

h ¶*Exilio.*] no. eccleſiam poſſe aliquem mittere in exilium. vt 3. q. 4. hi qui.

i ¶*Affici.*] Cum hæc priuilegia fuerint omnibus ſucceſſoribus data, quare non vtuntur eis? Reſpon. " quia Imperatores eis renuntiauerunt, vt ĵ. ead. tibi. Item quia per abuſum ea perdiderunt, vt ĵ. ead. §. verum. Itẽ quia ex cauſa fuerunt eis conceſſa. vnde ceſſante cauſa, ipſa ceſſauerunt, vt 1. q. 7. quod pro remedio. Nec obſt. quod hic dicitur de ſucceſſoribus: quia hoc intelligendum eſt de illis ſucceſſoribus, qui hoc impetrare poſſunt, vt 23. diſt. in nomine.

"Imperatores multa p diderũt priuilegia.

Item Gregorius libr. 4. reg epiſt. 34. ſeu c. 78. ad Conſtantiam Auguſtam.

¶Præcepto principum, Maximo remittitur, quòd abſque auctoritate Apoſtolica ordinatur. C. XXIIII.

2 SAlonitanæ ciuitatis epiſcopus me, ac reſponſali meo neſciente, ordinatus eſt: & facta res eſt, quæ ſub nullis anteriorib⁹ principibus euenit. Quod ego audiens, ad eumdẽ præuaricatorem, qui inordinate ordinatus eſt, protinus miſi, vt omnino Miſſarum ſolennia celebrare nullo modo præſumeret, niſi prius à ſereniſſimis dominis cognoſcerem, ſi hoc fieri ipſi iuſſiſſent [k]. Quod ei ſub excommunicationis [l] interpoſitione mandaui. Quĩ contempto me, atque deſpecto, in audaciam quorumdam ſæcularium hominum, quibus, denudata ſua eccleſia, præmia multa præbere dicitur, nunc vſque Miſſas facere præſumit, atque ad me venire ſecundum iuſſionem dominorũ noluit. Ego autem præceptioni pietatis eorum obediens [m], eidẽ Maximo, qui me neſciente ordinatus eſt, hoc, ꝙ in ordinatione ſua me, vel reſponſalem meum prætermittere præſumpſit, ita ex corde laxaui [n], ac ſi me [o] auctore fuiſſet ordinatus. Alia vero peruerſa illius, ſcilicet mala corporalia, quæ cognoui [p], vel quia cum pecuniis eſt electus, vel quia excommunicatus Miſſas facere præſumpſit, propter Deum irrequiſita relinquere non poſſum. *& infrà.* ¶ Et ſi ad me diu venire diſtulerit, in eo exercere diſtrictionem canonicam nullo modo ceſſabo.

A ¶ In ſynodo.] *Initium huius c. videtur eſſe iſtud*: Ad exemplum, &c. *verba autem, quæ antecedunt, ipſa quoq; pertinere ad titulum, vt integer titulus ita habeat.* Leo Papa in ſynodo congregata Romæ in eccleſia S. Saluatoris. *Eſt autem Leo octauus, de quo multa ſcribit Luitprandus in fine lib. 6. & S. Antoninus par. 2. tit. 16. c. 16.*

a ¶*Iuſſiſſent.*] Ar. quòd auctoritas maioris excuſat [b], vt 14. q. 5. dixit. 28. di. diaconi. 23. q. 5. miles. Arg. contra 12. q. 2. quicumque. & 16. q. 1. in canonibus. Io. Sol. " in malo nulli eſt obediendum: nec aliqs excuſatur, vt 11. q. 3. ſi dominus. B.

b Etiã *in* atrocioribus quo ad qd, vt no. 86. di. an putatis. " Obedien dũ ñ eſt alicui ĩ malo. " Excõicatio an feratur per hæc verba, ꝑcipio ſub pœna excõicationis.

l ¶*Sub excommunicationis.*] " Ex hoc vr̃ ꝙ per talia verba fiat excommunicatio: cũ ſic dr̃, præcipio tibi hoc ſub pæna excommunicationis. Et eſt arg. ad idẽ ext. de eo q or. fur. re. c. 1. Arg. contra ext. de iu. pa. relatum. in fi. & de ſagit. c. vno. vbi de hoc. Hug. dicit quòd ſi talis prohibitio fiat à canone, non fit excommunicatio per illa verba, vt 30. di. per totum. ſecus ſi ab homine [c]: quia canon mitius agit q̃ homo, vt 26. q. 7. alligãt. & ff. de arbitr. Celſus. Alij dñt, quòd refert an diffiniẽdo illa verba proferãtur, vt tũc per ea fiat excommunicatio, an cõſtituendo ius: & tunc nõ fiat excommunicatio per illa verba. Sed hæc veritas eſt, quòd illa verba nõ habẽt vim ſnĩç, ſed tm̃ comminationis, vt C. commin. epiſtolas, per totũ. Hoc autem ſcias, quòd ſub cõditione poteſt quis excommunicari: & taliter hic intelligo latam ſentẽtiam: vnde exiſtente conditione ligat excommunicatio, & non prius: & tamen à tali excommunicatione poteſt appellari: licet H. contrarium ſcripſerit, vt extre de ap. præterea. 2. & hoc ideo, quia excommunicatio tunc non trahit ſecũ ſuam executionẽ: quia non cedit, nec venit dies ante exiſtentem conditionem, vt ff. de verbor. ſign. cedere. Sed quid ſi excommunicans moritur priuſquam exiſtat conditio? tunc dico excommunicatum quando extat conditio: " & ita aliquis excommunicatur à mortuo [d]. Vtrum autem conditione exiſtente intelligatur retro fuiſſe excommunicatus, per id quod legitur. ff. qui pot. in pig. hab. l. potior. & ff. de man. teſt. Neratius. Vel tantum à tempore conditionis extantis, per id quod eſt. ff. de ædi. edi. bouem. §. ſi ſub conditione. diſputationi relinquo. Ioan. Ego credo quòd à die exiſtentis conditionis per decret. illam, præterea. extra de appel. B.

2 Pol. l. 1. ti. 5

c Quia tunc eſt ligatus, vt hic. & extra de app. ꝑterea. & ꝺ eo q fur. or. re. c. 1. ſcdm Laur. q hic ſeqtur hãc ſniam Hug.

†*al.* &] Ori. " Excõicari ꝓt quis ſub cõditione.

" Excõicatur quis à mortuo.

d Arg. cõtra 27. q. 1. ca. 2. in prin.

m ¶ *Obediens.*] hoc dicit ex humilitate, quia ei præcipere non poterant. Hug.

n ¶*Laxaui.*] No. " epiſcopũ remittere poſſe quæ ad ipſum ſpectãt, non quæ ad Deum [e]: argu. 23. q. 4. ſi is qui prælatus. Sed nonne quæ fiunt in perſonam epiſcopi, vel alterius prælati, fiunt in contemptum eccleſiæ, & ideo in Deum? vtique, ſed principaliter in prælatum. ĩ. diſt. 45. & qui emendat. & 23. q. 4. inter.

" Eps an poſſit iniuriãtibi factã remittere.

e Adde ad hãc gl. tex. ĩ l. ſi quis in hoc. cũ ſua auth. C. de ſan. epiſc.

o ¶*Ac ſi me.*] Ar. quòd ratihabitio ſequens facit aliquid legitimum, quod ab initio factum fuit illegitime. extra de iu. pa. cura. 18. q. 2. de monachis. 9. q. 2. Lugdunen.

p ¶ *Cognoui.*] per auditum. 2. q. 5. quanto. 22. q. 5. hoc videtur. non tamquam iudex. 2. q. 1. §. quando.

Cum

Source : BIU Cujas

Cvm longe.] Casvs. Cõsuetudo erat in Hispania, quòd quoties moriebatur episcopus, omnes episcopi cõprouinciales congregabãtur, vt Regi de obitu præsulis significarent. Sed quia quandoque nuntiorum impediebatur celeritas, ita quòd sine magno incommodo electio principis non valebat expectari: & si recederent, oportebat eos iterum conuenire ad consecrationẽ electi: & sic eis difficultas maxima incumbebat, simi liter & Regi imminebat difficultas, cum ofo pendet aliis negotiis impedi tus nõ posset tam cito consulto episcopo rum respõdere, quod cõsultũ numerosa necessitas expectabat: ideo placuit omnibus episcopis Hispaniæ, vt archiepiscopus Toletanus haberet potestatem cõfirmandi & ordinandi in quibuslibet prouinciis episcopos, quos regalis potestas eligat saluo priuilegio cuiuslibet prouinciæ: ita tamen vt quicumque fuerit ordinatus, post suam ordinationẽ intra spatium trium mensium proprio archiepiscopo se præsentet.

†*Dum*] Ori. in quo hæc ofo pendet ab alio principio.

†*al. iniuriosa.*

†*al. Galliæ.*

a ¶*Potestati.*] nihil tñ hic Regi subtrahitur: quia sicut prius eligebat, ita & modo post priuilegium Toletano episcopo concessum. B.

b ¶ *Atque Galliciæ.*] connumerat hic Galliciam Hispaniæ, cum tamen sit pars eius: & ita pars connumeratur suo toti. sic j. eod. ego. & C. de excu. tu. exactores. vbi dicitur, onerib. & tutelis. Additio. Cũ tamen omnis tutela sit onus: & ita ius non respicit talem connumerationem. Vel locus est sicut loquuntur peregrini. vel non est pars eius, secundum Laur.

c ¶*Priuilegio.*] i. iure.

a Et sic not. q̃ consentit aliquid saluo iure suo. ẽ. e. c. nosse

sic 9. q. 3. saluo a. ff. qb. mo. pig. vel hyp. fol. fi debitor. §. 1. potius ergo onus quàm ius primatię concessum fuit huic Toletano episcopo. cum enim Rex eligeret olim de cõsilio omnium episcoporũ, hoc consilium concedit ei hic.

d ¶*Maneat.*] Argu. pp loci & temporis difficultatem electionem fieri à quo nõ debeat: sic ext. de iu. pa. si vero. & 24. q. 1. pudenda.

ẽ. dist. 61. c. nullo. Poly. l. 2. titu. 1. & ceteri. vt ẽ. b sub. immo potio cõtor dat, cũ hic dr, intra 3. mẽsiũ, &c. i duob. mẽsibus impletis: qd idẽ esset scdm Ioan.

93. dist. iuxta.

e ¶*Episcopis eligere.*] i. à Rege electos consecrare & confirmare.

f ¶*Infra.*] j. di. 93. iuxta. ext. de iu. pat. si vero. j. 65. dist. si quis contra. sed non est contra b.

ELECTIONES. Casvs. Iste §. respicit prox. c. cum longe. Non solũ in Hispania eligebantur epi per Reges, sed ẽt electiones sumorum Pontificum & episcoporum quondã Imperatoribus repręsentabantur: sicut factum est de Ambros. & Greg. Vnde apparet laicos ab electione non esse excludendos. Hanc vero contrarietatem soluit Grat. dicens, q̃ laici non debent vocari ad electionem faciendam, sed ad præbendum electioni consensum. Nam clericorum est eligere, & populi consentire: sicut ẽ. in c. nosse. in fi. Et quòd laici vocentur ad electionem non vt eligãt, sed vt consetiant electioni, probat per duo seq. cap. quorum primum patet.

g ¶*Bt beati Gregorij.*] non in hoc volumine, nisi arg. ẽ. ea. Agatho.

h ¶*Stephani.*] ẽ. ead. dist. nosse.

Item ex concilio Toletano, 12. c. 6.

¶In electione episcoporum, principis desideratur assensus. C. XXV.

Cvm † longe lateque diffuso tractu terrarum, commeantium impeditur celeritas nuntiorum, quo aut non queat regis auribus decedẽtis præsulis transitus innotesci, aut de successore morientis episcopi libera principis electio præstolari, nascitur sæpe, & nostro ordini de relatione talium difficultas, & regiæ potestati [a], dum consultum nostrum pro subrogandis Pontificibus substinet, innumerosa † necessitas. vnde placuit omnibus Põtificibus Hispaniæ, atque Galliciæ † [b], vt saluo priuilegio [c] vniuscuiusq; prouinciæ, licitum maneat [d] deinceps Toletano Pontifici, quoscumque regalis potestas elegerit, & iam dicti Toletani episcopi iudicium dignos esse probauerit, in quibuslibet prouinciis & in præcedẽtium sedibus præficere præsules, & decedentibus episcopis [e] eligere successores: sic tamen, vt quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tempus infra [f] trium mensium spatium proprij metropolitani præsentiam visurus accedat.

Electiones quoque summorũ Pontificum, atque aliorum infra præsulum quondam Imperatoribus repræsentabantur: sicut de electione B. Ambrosij, & B. Gregorij g *legitur. Quibus exemplis, & præmissis auctoritatibus liqdo colligitur, laicos non esse excludendos ab electione, neque principes reiiciendos ab ordinatione ecclesiarum. Sed q̃ populus iubetur electioni interesse: non præcipitur aduocari ad electionem faciendam, sed ad consensum electioni adhibendum* [1]. *Sacerdotum enim (vt in fine superioris cap. Stephani* h *Papæ legitur) est electio, & fidelis populi est humiliter consentire. Desiderium ergo plebis requiritur, vt clericorum electioni concordet. Tunc enim in ecclesia Dei rite præficietur antistes: cum populus pariter in eum acclamauerit, quem clerus communi voto elegerit.*

Vnde Cælestinus Papa ait ad episcopos Galliæ, epist. 2. c. 5.

¶Plebis non est eligere, sed electioni consentire. C. XXVI.

[2] Cleri, plebis, & ordinis consensus, & desiderium requiratur.

Item Leo primus ad episcopos Viennensis prouinciæ, epist. 87. al. 89. [*sed paulo aliter, & copiosius.*]

¶De eodem. C. XXVII.

Vota [i] ciuium [k], testimonia populorum, honoratorũ [l] arbitrium [m], electio clericorum in ordinationibus [n] sacerdotum expectantur. *& infrà.* ¶Per pacem, & quietem sacerdotes, qui præfuturi sunt, postulentur, teneatur subscriptio clericorũ: honoratorum testimonium, ordinis consensus [o] & plebis [p].

3 *Principibus vero, atque Imperatoribus electiones Romanorum Pontificum, atque aliorum episcoporum referendas vsus, & constitutio tradidit pro schismaticorum, atque hæreticorum dissensionibus, quibus nonnumquam ecclesia Dei concussa periclitabatur: Contra quos legibus* q̃ *fidelissimorum Imperatorum frequenter ecclesia munita legitur.* ¶*Repræsentabatur ergo electio Pontificum catholicorum principibus, vt eorum auctoritate roborata nullus hæreticorum, vel schismaticorum auderet contraire, & vt ipsi principes tamquam deuotissimi filij in eum consentirent, quem sibi in patrem eligi viderent, vt ei in omnibus suffragatores existerent: sicut Valentinianus B. Ambrosio supra legitur dixisse* [3] *Noli timere: quia & Deus, qui te elegit, semper te adiuuabit, & ego adiutor, & defensor tuus, vt meum ordinem decet, semper existam.*]

Vnde Stephanus Papa statuit, dicens.

¶Præsentibus legatis Imperatoris ordinetur Pontifex Romanus. C. XXVIII.

4 Qvia sancta Romana Ecclesia, cui, auctore Deo, præsidemus, à pluribus patitur violentias, Pontifice obeunte: quæ ob hoc inferuntur, quia absque imperiali notitia Pontificis fit consecratio: nec canonico ritu, & consuetudine ab Imperatore directi intersunt nuntij, qui scandala fieri vetent: volumus, vt cum instituendus est Pontifex, conuenientibus episcopis, & vniuerso clero eligatur præsente [r] senatu, & populo, qui ordinandus est: & sic ab omnibus electus præsentibus legatis imperialibus consecretur, nullusque sine periculo sui iuramenta [s], vel promissiones aliquas noua adinuentione audeat extorquere, nisi quæ antiqua exigit consuetudo [t], ne vel ecclesia scan

i ¶*Vota.*] i. conniuentia & consensus, vt ẽ. dist. 24. episcopus.

k ¶*Ciuium.*] non rusticorum extra ciuitatem consistentium.

l ¶*Honoratorum.*] sc. maiorum de populo, & clero. ẽ. ea. Hadrianus. in fi.

m ¶*Arbitrium.*] ẽ. dis. 23. c. 1. 24. di. c. nullus.

n ¶*In ordinationibus.*] id est, electionibus.

o ¶*Ordinis consensus.*] quia dicitur ordo cerdonum, pelliparioru, vel alterius corporis.

p ¶*Et plebis.*] "nomine plebis cẽsentur illi, qui non sunt collecti ad aliqd corpus [c] faciendũ: de quo corpore hẽs ff. quod cuiusque vni. l. 1. & est ad hoc bonum simile. C. de epi. au. l. iubemus. PRINCIPIBVS. Hæc est iij. pars huius dist. in qua reddit rationem, quare vocabantur principes ad electiones. Arch. Casvs. Hic duplex rõ redditur, quare quondã Regibus & Imperatoribus electiones repræsentabãtur: s. vt nullus hæreticorũ & schismaticorum electioni contraueniret, pro quibus sæpe ecclesia periclitabatur: & vt ipsi principes tamquam filij deuotissimi cõsentirent in electum, quem sibi viderent in patrem eligi: sicut de Ambros. fecit Valentinianus. Et q̃ principes interessent propter hæreticos & schismaticos, probat per sequens c.

q ¶*Legibus.*] 23. q. 7. c. 1. & 2. & di. 8. quo iure.

Qvia.] Casvs. Romana Ecclesia sæpe patiebatur molestias in obitu Papæ, & in electione successoris: q̃a nuntij Imperatoris defuerãt: ideo statuit Stephanus, quòd electio Papæ non fieret nisi præsente populo, & senatu, & Imperatore, vel eius legatis, vt scãdala remouentur, & eis præsentib⁹ consecretur: & nullus audeat extorquere iuramenta vel ꝓmissiones, nisi quæ fuerint de antiqua consuetudine.

r ¶*Præsente.*] j. 79. dist. nullus.

s ¶*Iuramenta.*] "videtur ergo, quòd ante electionem non sit præstandum iuramentum de indemnitate ecclesiæ, vt 8. q. 3. Artaldus, & ẽ. 28. di. de Syracusanæ. præsumentur. n. hæc ideo facere vt eligeretur. Dicunt tamen quidam, quòd si est consuetudo, quòd præstetur, præstari potest: & sic intelligunt quod dicitur hic in fi. Quid tamen iuris sit de hoc, habes 8. q. 3. *in summa.*

t ¶ *Consuetudo.*] "Per hoc videtur, quòd in spiritualibus seruanda sit consuetudo in recipiendis muneribus [d], vt ẽ. eod. Agatho. & in auth

3 Principibus vero] "Plebis nomine q̃ censentur.

cDe hoc le. & no. ext. d excess. pl. de licta. & per Inn. extr. de of. ord. cum ab ecclesia rum. Arch.

3 ẽ. c. Valentinianus.

4 Pan. l. 3. c. 1. §. Stephanus Papa.

"Iurãdũ ne est de indẽnitate ecclesiæ ante electionem.

"Consuetudo an possit inducere, vt aliquid recipiatur ĩ spiritualibus.

d Quia hoc

Source : BIU Cujas

assertiuè pò nūt Ioan.B. Host. ext. de simo. tua. & facit adhoc q̄ consuetu do facit nō delictū, q̄d aliàs esset delictū. 32. q.4. obiiciū tur. Ad idē hēs ar. opt. ext. de tēp. ordi. c.2. ibi videas, Arc,

auth. de san. epi. §.4. col.9. & 1.q.3. quæsitum. & 9.q.3. conquestus. & ext. de simo. ad Apostolicam. Arg. contra ext. de sim. cum in ecclesiæ. & c. sicut. Ad hoc dicunt quidam, quòd licitum est aliquid pete re in spiritualibus, sed non pro spiritualibus, vt non petatur pro consecratione, sed pro consuetudine. Vel dic quòd si consuetudo illa pietatem contiñet, non potest peti: tamē superior cogere potest, vt seruetur talis consuetudo, vt dicit illa constitutio, ad Apostolicā. H. tamen dicit, quòd istud refe ratur ad legatos Imperatoris, vt nō aliud Romana ecclesia petat ab eis, quàm ipsi soliti sunt facere, s. vt Papa non cogat eos aliud iuramentum fa cere Papæ, quam iura mentum fidelitatis,

4. Reg. 18. quod Imperator con suevit præstare, vt j. ead. tibi. & hoc indi cat illud verbum, minuatur.

VERVM. Hæc est quarta pars huius di. in qua dicitur, quare principes postea fue rūt prohibiti, scilicet quia impedimentum præstabant: & quia ip si renuntiauerunt. Io. de Fant.

CASVS. Dictum est j. in c. quia. quòd consti tutio facta fuit quon dam, quòd Imperato res deberēt interesse electioni Papæ & e piscoporum, vt j. patet in multis c. Nunc vero dicit Gratianus in hoc §. quòd postea statutum fuit contrarium propter tres ra tiones. Prima ratio est, quia Imperatores abutebantur priuile

1 Iuo par. 5. c. 16. gio suo: quia non so lum consentire vole bant, sed etiam ele ctionibus se ingere bant. Secunda ratio fuit, quia in hæresim labebantur, & sæpe ecclesiam impugna bant. Et quòd Aposto lici potuerunt in con trarium statuere, & destruere constitutio nes quas antecessores fecerunt pro bono, probat exemplo Eze chiæ, qui serpentem æneum, quem fecerat Moyses pro liberatio nes populi, destruxit: cum populus illum coleret sicut Deum. Tertia ratio est, quia Imperatores suis priuilegiis renuntiauerunt: & postea electiones Apostolicorum celebratæ sunt præsentibus & inconsultis legatis Imperatoris, quod probat sequens cap.

dalizetur, & imperialis honorificentia minuatur.

4 *Verum, quia Imperatores quandoque modum suum ignorantes, non in numero consentientium. sed primi distribuentium, immo exterminantium esse voluerunt, frequenter etiam in hæreticorum perfidiam prolapsi catholicæ matris ecclesiæ vnitatem impugnare conati sunt, ideo sanctorum Patrum statuta aduersus eos prodierunt, vt semet electioni nō inserentes, & quisquis eorum suffragio ecclesiam obtineret, anathematis vinculo innodaretur: sicut scriptura quoque diuina dicit, quòd Ezechias dissipauit excelsa* [a], *& contriuit statuas, & succidit lucos, & fregit serpentem æneum, quem fecit Moyses: videlicet, quia illum serpentem Deus fieri iusserat, ne serpentina morte populus interiret, ideo* [b] *ipse populus colere, & venerari eum cœperat: & idcirco destruxit* [c] *iste, quem iubente Deo fecerat ille. Ac per hoc magna auctoritas ista est habenda in ecclesia, vt si nonnulli ex prædecessoribus, & maioribus nostris fecerunt aliqua, quæ illo tempore potuerunt esse sine culpa, & postea vertuntur in errorem, & superstitionem, sine tarditate aliqua, & cum magna auctoritate à posteris destruantur* [d]. *Postremo præsentibus legatis Imperatorum, & inconsultis, electiones Romanorum Pontificum leguntur celebratæ, & tamdem iidem Imperatores religioso mentis affectu præfatis priuilegiis renuntiauerunt: multa insuper donaria ecclesiæ conferentes.*

Vnde Gregorius [A] *scribit.*

¶ Inconsultis legatis Imperatoris Hadrianus II. ad pontificatum eligitur.

C. XXIX.

1 CVm Hadrianus secundus ad Romanum Pontificatum ab ecclesia Dei genitricis Dominæ nostræ, quæ dicitur ad præsepe, traheretur [c] ad Lateranense patriarchium, certatim à clero, & proceribus, & plebe deportatus est. Quod audientes missi Ludouici Imperatoris molestè tulerūt, indignati scilicet, q̄ dum præsentes essent, non fuerunt inuitati, nec optatæ à se futuri præsulis electioni interesse meruerunt. Qui accepta ratione, quòd non causa contemptus Augusti, sed futuri temporis [f] prospectu omissum hoc fuerit [2] (ne videlicet legatos principum in electione Romanorum præsulum expectandi, mos per huiusmodi fomitem inolèsceret) omnem indignationem medullitus sedauerunt, & ad salutandum [g] electum etiam ipsi humiliter accesserunt [B].

a ¶ *Excelsa.*] id est, templa idolorum in excelsis posita,

b ¶ *Ideo.*] quia iussu domini factus erat: & quia eum respicientes liberabantur.

" Ezechiæ cōmēdatio. c ¶ *Destruxit.*] " Hic Ezechias commendatur ex destructione imaginis, quæ erat occasio superstitionis. quare ergo Massilienfis episcopus condemnatur, qui destruxit imagines, in quibus populus idolatriam committebat, vt de cons. dist. 3. perlatum? Dic quòd serpens iste fuit temporalis ad sanandum vulnera, vnde cessante causa cessare debuit effectus, sed causa imaginum perpetua est, vt habeatur in eis memoria Dei.

" Successores, p̄decessorū statuta mutare p̄nt d ¶ *Destruantur.*] Arg. " successores debere mutare facta & instituta prædecessorum etiam bona, si viderint esse ea pernicioſa exemplo. 7. q. 1. videntes. 35. q. 1. c. 1. & 96. dist. bene. in fi. di. 69. chorepiscopi. & extr. de deci. suggestū. vbi est arg. quòd priuilegium quod est exemplum mali, remouendū est. inst. vi bo. ra. §. sed ne dū talia.

CVm Hadrianus.] CASVS. Hadrianus secundus ab ecclesia S. Mariæ maioris deportatus est à clero & populo & proceribus certatim ad patriarchium Lateranense, quod audientes nuntij Ludouici Imper. molestè tulerunt, quòd cum præsentes essent, vocati non fuerunt: qui audientes quòd non fuit factum in contemptum eorū, sed ad cautelā futuri temporis, omnem indignationē medullitus sedauerunt, & accesserunt humiliter ad salutandum electum.

e ¶ *Traheretur.*] Debet enim ire quasi inuitus, vt argumen. 1. q. 6. sicut is. C. de episco. & cler. si quemquam. sic enim appellātur qua si proprio nomine: & quia portatur Papa in manibus, ne offendat ad lapidem.

f ¶ *Temporis.*] No. quæ non sunt mala, interdum debent omitti, ne sint exemplo pernicioſa, vt s. dist. 23. in nomine. s. dist. 21. denique. 12. q. 2. liberti. 2. qu. 7. acculatio. & 30. q. 1. c. 1. inst. vi bo. rap. §. sed ne dum.

g ¶ *Et ad salutādum.*] arg. " eos consensisse electioni ex quo interfuerunt, & eum salutauerunt, & non reclamauerunt. sic ext. de his quæ fi. à maio. part. cap. ex ore. in fi. & ext. de priuile. cum olim. in fi. & extra de sen. excom. si aliquando [a]. & eo ipso quòd quis salutat alium, videtur consentire ei, vt 24. q. 1. omnis. Sic ex eo quòd quis non vult salutare alium, p̄sumitur inimicus. vt extra de off. deleg. cum super. in parte decisa. & eo ipso quòd Stephanus dixit, perlegatur: intelligitur consensisse, vt 96. dist. bene. sic j. de consec. dist. 2. pacem.

2 Concord. tex. in l. si exhæredat⁹. & l. si ,,ponas. §. 1. ff. de inof. test.

"Electū salutans electiōi ejus p̄ bet cōsēsū.

a Ad hoc fa. qd̄ le. & no. ext. d̄ p̄b. di lecto. in gl. ad hoc vide bat. Sed ōt dici, q̄ ibi eps ignorabat illū minº canonice fuisse recep tū: & iō nō obfuit. arg. ff. de interr. act. d̄ ætate. §. vsum. Ar.

EGo Ludouicus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In j. parte dicitur, q̄ Imp. Ludouic. concessit & confirmauit Paschali & eius successoribus Romam cum toto suo ducatu & territorio in perpetuum tenere, & habere quiete, sicut sui antecessores quiete possederunt. In secunda parte dicitur, quòd quando Papa de hoc mundo migrauerit, nullus electionē successoris cuiuscunque sit gentis impediat, vel electoribus contradicat: scilicet Cardinalibus, sed eo electo & consecrato nuntij dirigantur ad regem Francorum ad pacem & amicitiam inter eos sociandam. Secunda pars incipit ibi, *Idem quando diuina.* Seq. c. patet.

3 S. Antonius p. 2. tit. 16. c. 1. §. 2. Volaterr. l. 3 Ans. l. 4. c. 35 Iuo p. 5. c. 51

†al. villulis.

h ¶ *Confirmationis.*] Arg. quòd aliquid simul datur & confirmatur, vt no. s. ead. in synodo.

MOs antiquus.] Casvs. dicitur in hoc c. ꝙ secundum antiquam cõsuetudinem honor proprius reseruatur per suas ꝓuincias Alexandrino patriarchæ, qui similis est Romano. Idem dicit, de Antiocheno, & aliis patriarchis. In seq. c. dicit ꝙ honor ꝓprius deferatur Hierosolymitano patriarchæ, ita ꝙ non fiat præiudicium metropolitano.

k ¶ *Mos antiquus.*] ar. pro consuetudine seruanda, vt 9. q. 3. conquestus.

l ¶ *Et Pentapoli.*] regio est.

m ¶ *Parilis.*] i. similis quibusdam: quia vterque deponit episcopos. Vel dic[d] Ro. i. Cõstantinopol. sic ponitur. 24. q. 2. sane ꝓfertur. hęc eñ subest Papæ sicut aliæ. 9. qu. 3. cuncta. & 24. q. 1. quoties.

† *al. Hieroſolymæ.*

d Melius & planius secundũ Hug.

n ¶ *Ecclesiæ.*] j. dist. 99. ecce.

o QVoniam.] ¶ *Vt Aeliæ.*] Aelia vocata est ciuitas Hierosolyma, ab Helio quæstore[e], qui sitũ ciuitatis mutauit: "cum primo dicta fuit Salem, postea Hiebus, postea Salomonia à Salomone, in de dicta est Hieroſoly ma à Hieron, qđ est sacra, & Salomõ, quasi sacra ciuitas Salomonis.

e Quęstore. imo ab Hadriano Imperat. Euseb. hist. eccl. l. 4. c. 6

" Hieruſalẽ varia habet nomina.

p ¶ *Manente.*] vt nõ minuatur ab eo. electio enim episcoporum ad solum metropolitanum est referenda, sed consecratio non debet fieri sine notitia primatis.

QVI VERO. Casvs. Hic est tertius articulus, *vbi dicitur*, ꝙ episcopus consecratus de metropolitani licentia, *absente tamen*, eius se conspectui præsentet intra tres menses.

SI *quis.*] Casvs. Dicitur in hoc c. ꝙ si episcopus *in* sede metropolitana non fuerit ordinatus, intra tres mẽses à tempore ordinationis conspectui metropolitani se repręsentet, vt ab illo doceatur quid debeat obseruare: quod si negligat episcopus, in synodo corrigatur. Si vero ire non potest, hoc *suis litteris* studeat indicare.

q ¶ *Non fuerit.*] vbi enim vult metropolitanus, ibi ordinandus est episcopus, vt 51. dist. qui *in* aliquo.

Source : BIU Cujas

"Epi inscio metropolitano conse crati, qd facere debēt. aQuidā dñt hoc dictū nō est verū: qa hic ñ lo quitur d eo q pter cōsciē tiā est ,pmo tus ad ordi nes, sed loq tur qñ or dinatur ex mādato ar chiepi cōfir mati ñ cōse crati. &sic ē sim. extr. de ele. suffraga neis. & hoc hic tenebat Iac. de Al. Arc. tamen contra.

† al. non fuerint.

1 Burc, l, 1. c. 26. Iuo p. 5. c. 137.

a ¶*Impletis.*] "sic ergo episcopus consecratus præter cōscientiam[a] metropolitani eius conspectui debet præsentari intra trés menses, vt ℨ. di. 63. cum longe, sed ordinati à Papa debēt se præsentare conspectui eius singulis annis. 93. dist. iuxta sanctorum.

b ¶*Duobus.*] ℨ. dist. 63. cum longe, contra, sed potius consonat: quia ibi & hic intra terminum mensem hoc facit.

c ¶ *Et si forte infirmitate.*] simile ℨ. dist. 18. episcopus ad synodum. 5. q. 3. c. 1. vbi de hoc tractaui, & ff. de leg. 1. si grege. §. fi. idē est in aliis impedimētis. & hoc pōitur gratia exempli.

HIS AVCTORITATIBVS. CASVS. Supra dictum est, quòd episcopi à comprouincialibus episcopis debent ordinari, sed nunc quæritur quid fieri debeat, si tantū vnus episcopus in prouincia remanserit ceteris defunctis. Et de hoc quid fieri debeat, vt in seq. c. dicetur.

SI forte.] CASVS. Quęsitum fuit in concilio Sardicensi, si contingat, quòd omnes episcopi prouinciæ sint defuncti præter vnum, & aliquis velit in episcopū promoueri siue ordinari, à quibus fit ordinandus. Et respondet quòd ille supstes debet episcopos vicinæ prouinciæ conuocare, vt cum ipsis ordinet. Si autem hoc negligat facere, populi cōueniant episcopos vicinæ prouinciæ, & illum solum episcopum qui in prouincia remansit, ipsi episcopi citabunt, vt veniat. Si vero non venerit, ipsi nihilominꝰ eum ordinabunt.

d ¶*Si forte.*] Hoc cap. semper ad hoc consueuit induci, ꝙ vniuersitas stet in vno, vt ff. quod cuiusl. vni, l, ficut, immo potius in contrarium potest induci, cum iste solus non possit id quod vniuersitas potuit, vnde dico, quòd vniuersitas periit cum redigitur ad vnum caput. ar. ff. de le, 1. si grege. Vnde satis dici potest, quòd si omnes delinquant in eligendo præter vnum, ꝙ ille solus non potest eligere, cum non consistat in eo ius vniuersitatis, Io. quod credo falsum, vt ff. quod cuiusq. vni. l. sicut municipij, in fin, & extr. de elec. bonæ memoriæ. 2. Vnde dico, quòd si omnes peccent præter vnum, quòd ille solus potest eligere, per iura superius posita.

"Ius eligendi pt in vno remanere.

e ¶*Supersłes.*]" & ita ius vniuersitatis deuoluitur ad vnum, inst. de leg. §. fi grex. ff. quod cuiusq. vniuer. sicut. §. in decurionibus. B. Sed quis dabit ipsis episcopis expensas? Ecclesia quæ vacat. argu. 4. q. 3.

dinatus, postquam suscepta bene dictione per metropolitani litteras honorem fuerit episcopi adeptus: id optimum esse decreuimus, vt postmodum statuto tempore, id est impletis [a] duobus [b] mensibus, se metropolitani sui repræsentet aspectibus, vt ab illo monitis ecclesiasticis instructus plenius, quod obseruare debeat, recognoscat. Quòd si forte hoc implere neglexerit, in synodo increpatus à fratribus corrigatur. Et si forte infirmitate [c] aliqua, ne hoc impleat, fuerit præpeditus, hoc suis litteris metropolitano indicare procuret.

3 His auctoritatibus datur intelligi, quòd episcopi à comprouincialibus suis debeant ordinari. Sed quæritur, si in prouincia plurimi episcopi fuerint†, & contigerit forte vnum remanere episcopum, quid fieri debeat. Ille, quia solus est, ordinare non potest episcopum: comprouinciales enim nō habet, cum quibus episcopum consecrare valeat. Cum ergo talis necessitas fuerit, quid faciendum sit, in Sardicensi concilio definitur, in quo, ca. 5. sic statutum legitur.

¶Si forte vnus tantum in prouincia remanserit episcopus, ad consecrationem episcopi de vicina prouincia conuocentur. C. IX.

1 SI forte [d] in prouincia vnum tantum contigerit remanere episcopum, supersłes [e] episcopus conuocet [f] episcopos vicinæ prouinciæ, & cum eis ordinet comprouinciales sibi episcopos. Quod si facere neglexerit §, populi [h] cōueniant episcopos prouinciæ vicinæ, & illi prius commoneant episcopum, qui in eadem prouincia commoratur, & ostendant, quòd populi petant sibi episcopum rectorem, & doceant iustum esse, vt veniat [A] ipse, & cum eis ordinet episcopum. Quòd si litteris conuentus tacuerit [i], & dissimulauerit, nihilque rescripserit, tunc satisfaciendum est populis, vt cōueniant ex vicina prouincia episcopi, & ordinent episcopum,

¶ *Capitulum hoc quomodo refertur à Gratiano, præcipue in priore parte, neque cum latino, quod geminum est in tomis conciliorum, multoque minus cum græco canone conuenit: quinetiam apud Burchardum, & Iuonem varie legitur. Huius vero concily canones à Latinis latine, & à græcis græce à principio scriptos fuisse Nicolaus Papa Photio scribens in epistola, quæ incipit,* Innumerabiventuris. & 10. q. 3. cauendum. & 12. q. 2. charitatem. si est tenuis, comedent de suo, vt ext. de vit. & hon. cle. cum ab omni.

f ¶ *Conuocet.*] Sed nūquid tenētur illi conuenire ad conuocationē illius? Tenentur quidem, & nisi venirent, peccarent, arg. 11. q. 1. sicut enim. argum. dist. 90. præcipimus. & debent tunc cogi ab ipsorum prælato vel Papa. H. dicit ꝙ ab isto compelli possunt auctoritate huius canonis." nam quandoque par in parem [b] habet imperium, vt 2. q. 6. placuit. 2. & 6. q. 4. c. 2.

f ¶*Conuocet.*] ar. ꝙ vacante ecclesia clerici possunt vicinos episcopos conuocare, vt 7. q. 1. Pontifices.

g ¶*Neglexerit.*] Ar. ꝙ si subditi negligunt facere quę debent, ea debeant suppleri à maiori vel per se vel per alium, & econuerso. argu. 9. q. 3. cum simus. arg. 89. dist. volumus. 8. q. 3. Artaldus.

h ¶*Populi.*] large sumitur hic populus, quia causa communis est, & ita non est contra. 9. q. 3. cum simus.

i ¶*Tacuerit.*]"hic tacens pro contumace habetur. Alibi pro fugiente, 63. dist. sit rector. Alibi pro contradicente, vt ff. de proc. filiusfamil. §. in uitus, 86. dist. tanta. Alibi pro consentiente, 54. dist. si seruus. ff. de inter. act. de ætate. §. qui tacuit. Alibi ꝙ neutro. ff. de rē. iu. qui tacet.

"Par ī parē qñq; imperium habet.

b ¶Certe in hoc casu iste epūs ñ est par, immo est superior quo ad vocationē auctoritate hꝰ canonis.

"Præsumitur in multis contra tacentem.

†*al. admitti*

ARchiepiscopus. hęc dist. diuiditur in duas par. Secunda ibi, *De episcopis.* Io. de Fan.

CASVS. Supra in duabus proximis dist. dictum est de ordinationib. episcoporum: nunc vero dicit Gratianus de ordinatione archiepiscoporū in hac 66. dist. in qua dicitur, quòd debet ab omnibus episcopis prouinciæ ordinari, & repetit de ordinatione episcoporū.

k ¶ *Archiepiscopus.*] hic depingitur 66. di. in qua ostendit magister duo: scilicet qui debeant interesse in consecratione metropolitani: quia omnes suffraganei, & ꝙ nullus debeat consecrari in episcopū à paucioribus quàm à tribus. Dicit ergo Hug. hoc referre inter consecrationem episcopi, & archiepiscopi," quia in consecratione archiepiscopi omnes episcopi intererunt, nisi esset vrgentissima necessitas, in consecratione episcopi etiam si non sit gravis, dum tamen aliqua sit necessitas, sufficit per litteras consentire. 51. dist. c. fi.

"Consecratio epi & archiepi differunt.

† Sic Iustin. *nouel.* 151. *in prin.*

ARchiepiscopus ab omnibus.] CASVS. Anitius Papa statuit in hoc ca. vt Archiepiscopus ordinetur ab omnibus episcopis suæ prouin

*I*ps *ARchiepiscopus* [k] *autem ab omnibus suæ prouinciæ episcopis debet ordinari.*† *Vnde Anicetus Papa in epist. ad episcopos Galliæ.*

¶Ab omnibus suffraganeis suis archiepiscopus ordinetur. C. I.

Ὅσιος ἐπίσκοπος ἔπρεπε μὲν συνοδικῶς ἐν μιᾷ ἐπαρχίᾳ ὑπὸ τῶν πλείστων ἐπισκόπων τὸν ἀρχιερέα χειροτονεῖσθαι· κακεῖνος κατὰ τινὰ ἀμέλειαν μὴ βεβιασθῆναι σωισθῆναι καὶ σωσάντων τὴν κατάστασιν τῶν ἐπισκόπων τὰ δὲ πλείονα σωσάντων παρακαλοῦντα γίνεσθαι τὴν κατάστασιν τὸ παρ' αὐτῶν ἐπιστὰν ὑμῶν ἐπισκόπου, χρὴ πρότερον ἐκεῖνον τὸν ἀναπομένοντα ἐπίσκοπον προμνημονεύεσθαι διὰ γραμμάτων τὸ ἐξάρχου τῆς ἐπαρχίας (λέγω δὴ τὸ ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως) ὅτι ἄξιοι τὰ πλείονα ποιμένα αὐτοῖς δοσθῆναι, ἡγούμενα καλῶς ἔχειν καὶ τοῦτο ἐκ δ' χρόνου, ἵνα παραγένηται. Εἰ δὲ μὴ διὰ γραμμάτων ἀξιωθεὶς παραγένηται, μήτε μὴν αὐτιγράφει, τὸ ἱκανὸν τῇ βουλήσει τὸ πλῆθος χρὴ δὲ καὶ μετακαλεῖσθαι καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας ἐπισκόπους, πρὸς τὴν κατάστασιν τὸ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου.

Id est, Osius episcopus dixit. Si qua in prouincia, in qua plurimi sunt episcopi, contigerit vnum episcopum morari absentem, neque is propter negligentiam quandam conuenire voluerit, neque episcoporum creationi consentire, populi vero congregati postulent eum, quem ipsi expetunt, episcopum constitui: primum oportet episcopum illum qui absens moratur, admoneri litteris primatis prouinciæ (nimirum episcopi metropolitani) de populorum postulato, pastorem sibi dari petentium: recte autem se habere puto eum quoque, vt interfit, expectari†. Quòd si neque per litteras rogatus affuerit, ac ne rescripserit quidem, satisfaciendum populi voluntati est. Conuocari autem oportet ex vicina etiam prouincia episcopos ad metropolitani episcopi creationem.

DISTINCTIO LXVI.

Source : BIU Cujas

prouinciæ:nec debet hoc mutari:quia qui omnib. episcopis debet præesse,debet ab omnib.approbari & constitui:quod si aliter factũ est vel fuerit,irritum erit. Sequens §.patet.in quo dicitur quòd episcopus debet ordinari saltem à tribus episcopis.

"Electioni abbatis qs consentire debet.

a ¶*Archiepiscopus.*] Arg. "qsi eligitur abbas alicuius monasterij,qui præest aliis monasteriis,omnes abbates illorum monasteriorũ debent consentire,& electioni interesse.

1 Ext.d tẽp. ord. c.fi archieps. Pol. l.2.tit.8. Ansel.l.6.c. 39.Burc.l.1. c.28. Iuo p. 5.c.139.Pan. l.3.c.10.

1 ARchiepiscopus [a] [A] ab omnibus suæ prouinciæ episcopis ordinetur. *& infra* [B]. ¶Illud tamen, quod de archiepiscopi consecratione prædictum est,atque præceptum, id est, vt omnes suffraganei eum ordinent,nullatenus immutari licet: quia,qui illis præest, ab omnibus [b] episcopis, quibus præest, debet constitui. Sin aliter præsumptum fuerit, viribus carere non dubium est, quia irrita [c] erit eius secus acta ordinatio.

b ¶*Ab omnibus.*] Arg. quod omnes tangit, ab omnib. debet approbari, vt 8.qu.1.licet. C.de auct. præstan. l. vltim. & 54. distinct. cap.1.

c ¶*Irrita.*]quo ad officij executionem.

d ¶ *Quam à tribus.*] Sed quare tres episcopi debent interesse? quia in trib⁹ est fidei fundamentum:quam puris & simplicibus verbis confiteri tenentur.23.dist. qui episcopus. & 24. dist. quando.

A ¶Archiepiscopus.] *Hæc prior pars in epistola ipsa,& apud ceteros collectores fusius exponitur.*

B ¶ *Hic in epistola cum multa alia sunt interiecta, tum c.* comprouinciales. *supra distin.64.*

De episcopis autem non ordinandis à paucioribus quàm tribus [d] *episcopis, Anacletus epist.2.ad episcopos Italiæ scribit,dicens.*

¶Episcopus non minus, quàm à tribus episcopis ordinatur. C. II.

2 POrro & Hierosolymitarum primus archiepiscopus [e] beatus Iacobus,qui iustus dicebatur, & secundum carnẽ Domini nuncupatus [f] est frater,à Petro,Iacobo,& Ioanne apostolis est ordinatus [g], successoribus videlicet suis dantibus formam, vt non minus, quàm à tribus episcopis,reliquisque omnibus assensum prębentibus, vllatenus episcopus ordinetur, & communi voto ordinatio celebretur.

2 Idẽ repetitur in epist. Aniceti. Polyc.ibid. Ansl.l.6.c.53 Bur.l. 1.c.15. Iuo par.5.c. 139. Pann.l. 3. c.17.

"Iacob⁹ fuit primus archieps.

"Iacob⁹ frater Dñi nũcupabatur.

a Arg.22. q. 2.quæritur.

" Apostoli oẽsvtrũ fuerunt epi.

b Et 24.q.1. loqtur.iuxta princ.

cAd hoc vĩ facere qđ dicit psal. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. Dic secũdũ d.Hu. Card. ꝙ reuera ñ legitur ꝙ Moyses fuerit sacerdos, nisi quia aliqua fecit q̃ pertinent ad sacerdotẽ, ió psal. dicit, Moyses & Aaron,&c.

d ¶ *Quam à tribus.*] Sed quare tres episcopi debent interesse? quia in trib⁹ est fidei fundamentum:quam puris & simplicibus verbis confiteri tenentur.23.dist. qui episcopus. & 24. dist. quando.

POrro.]CASVS.quę situm fuit ab Anacleto vtrum eps posset ordinari à paucioribus quam à tribus episcopis. Et respondet quòd non,& hoc exemplo Iacobi Hierosolymitani archiepiscopi, qui fuit ordinatus à tribus:sc. à Petro,Iacobo,&Ioanne. Et in hoc dederunt formam suis successoribus, vt ad minus à tribus episcopis ceteris consentientibus cõsecretur episcopus.

e ¶*Archiepiscopus.*] ẽ. 21.dist. cleros. contra. Sed Mathias fuit primus ordinatus in clericum, "iste primus in archiepiscopum.

f ¶*Nuncupatus.*]" qa filius fuit sororis matris Dñi: vel quia fuit ei similis prorsus in persona:vel quia mater sua fuit filia fratris Ioseph, qui putabatur pater Domini [a].27.q. 2.coniunx.

g ¶*Ordinatus.*]id est,ad certi loci administrationem electus:vel ordinatus simpliciter. " Sed nonne omnes apostoli erant episcopi? Videtur quòd sic: quia Petro primo fuit datus pontificatus: & omnes alij fuerunt pari potestate prædi ti, vt 21. distinct. in nouo [b]. Item episcopi successerunt in locum apostolorum, vt 68. distinct. quorum. ergo apostoli fuerunt episcopi. Item legitur de Iuda, quòd episcopatum eius accipiat alter. Ad hoc dicunt quidam, quòd omnes apostoli erant simplices sacerdotes, & tamen consecrare poterant. nam Moyses simplex sacerdos erat [c]: & tamen consecrauit Aaron, vt 21. distinct. §. primo. nec tunc differentia erat inter episcopum & sacerdotem: vt 95. distinct. olim. Vel dic quòd tantum vĩsibili vnctione hi tres consecrauerunt eum: sed prius erat inuisibiliter vnctus à Domino. vel dic quòd non ordinauerũt eum: sed tantum formam ordinandi aliis ostenderunt. Vel dic quòd non in episcopum, sed in archiepiscopum eum ordinauerunt. Vel dic ordinauerunt, id est,inthronizauerunt eum ad administrationem certi loci. prius enim erat episcopus sine titulo.

Resbyteri.]Hæc dis. diuiditur in duas par. Secunda ibi, *Episcopus.* Ioan.de Fan.

CASVS. Expedito tractatu de ordinatione episcoporum & archiepiscoporum: nunc in hac 67. dist. ostendit Gratianus à quibus presbyteri, chorepiscopi, & reliqui clerici,sint ordinandi. Et quòd ab vno episcopo sunt ordinandi,& non à pluribus.

h ¶*Presbyteri.*]Hic depingitur 67. dist. ostenso quòd episcopus non potest ordinari nisi à pluribus: ostendit hic quòd reliqui sacerdotes & clerici ordinari possunt ab vno solo episcopo. In ordinatione tamen sacerdotum & diaconorum alij sacerdotes & ciues assensum debent præstare. In reliquorum ordinatione sufficit testimonium trium.

Reliquis.] CASVS. Dicitur hic,quòd reliqui sacerdotes & diaconi à proprio episcopo sunt ordinandi:ita quòd ciues & alij sacerdotes consentiant:ita quòd ordinatio à ieiunantib. fiat. In ordinatione vero ceterorum sufficiunt tres testes,&episcopi approbatio. Quod sequitur planum est.

DISTINCTIO LXVII.

1 ps

Resbyteri [h] *vero, & chorepiscopi ab vno episcopo ordinari possunt.*

Vnde Anacletus epist. 2. ad episcopos Italiæ.

¶Sacerdotes ab vno episcopo possunt ordinari. C. I.

3 REliqui sacerdotes à proprio ordinentur episcopo,ita vt ciues [i] & alij sacerdotes [k] assensũ præbeant, & ieiunantes [l] ordinationem celebrent. Similiter &diaconi [m] ordinentur. Ceterorum autem graduũ distributioni trium [n] veracium testimonium, cum episcopi scilicet approbatione, sufficere potest.

Item in Hispalensi concilio,2.c.6.legitur.

¶De eodem. C. II.

2 [4] EPiscopus sacerdotibus ac ministris solus [o] honorem dare potest, solus auferre [p] non potest.

DISTINCTIO LXVIII.

1 ps

Væritur ¶*de illis, qui ordinantur ab his, quos non constat fuisse episcopos, an sint iterum consecrandi, an nõ. Quod vero consecrandi non sint, probatur auctoritate Gregorij qui scribens Ioanni Rauennati episcopo,lib. 2.epist. 32.ait.*

¶Semel consecratus iterum consecrari non debet. C. I.

5 SIcut [r] semel baptizatus iterũ baptizari non debet: ita qui consecratus [s] est semel, in eodem cluduntur clerici:"quia nec sine illis potest beneficia conferre,nisi hoc habeat ex consuetudine,vt ext.de his quæ fiunt à maio. parte ca.ea noscitur.

i ¶*Vt ciues.*]quib. debent præesse.

k ¶ *Sacerdotes.*] quibus debet associari: vel de quorum collegio est. Vel de clericis maioris ecclesiæ dicit: sine quorum consensu episcopus clericos ordinare nõ debet, vt dixi 24. dist. episcopus.

l ¶ *Ieiunantes.*] tam ordinantes, quàm ordinati, vt infra de consecrat. distinct. 5. vt episcopi. infrà distinct. 75. quod à patribus.

3 Pol.ibid. Ans.l.6.c.53

m ¶ *Diaconi.*] Nam ecclesiæ præcipue committuntur presbyteris & diaconis. 12. quæstio. secunda. diaconi.

n ¶ *Trium.*] infra.1. quæstio. 1. placuit vt de ordinatione. vers. multorum. contra. " Sed ibi multi possunt dici tres. institu. de iure person. §.vlt. supra distinct. 23. episcopus. contra, supra distinct. 23. lector. contra. Sed hoc de notis intelligitur: illud de ignotis. Vel hic cum occulte ordinat, &sine solennitate: illud cum publice,&c.

" Tres dicũtur multi. 4 15. q.7.c. sexta.& ca. episcopus.

EPiscopus,&c.] Hæc est secunda pars distinc. & habes hoc 15.q.7.ca.1. Ioan. de Fan.

o ¶ *Solus.*] id est,sine aliis episcopis potest ordinare aliquos: sed sine aliis episcopis non potest deponere, vt 14. quæst. 7.felix.non autem ex

5 4.sen.dist. 25.B. Pol.l.2 tit.36. Ans. l.7.c.104. Pan.l.3.c.76 Iuo p.6.c.82

" Eps solus bñficia conferre nõ pt cessante có suetudine.

p ¶*Auferre.*]21.q.3.episcopus.& 15.q.7.c.vlt.

Q*Væritur.*] Hæc dist. diuiditur in quattuor part.in quarum prima quæritur, si aliquis fuerit ordinatus ab eo de quo dubitatur an esset episcopus,vtrum debeat iterum ordinari.& primo probatur,quòd non, superficialiter. Secunda ibi,*Inter episcopos.* Tertia ibi, *Hi vero.* Quarta ibi, *Quod autem.* Ioan.de Fan.

CASVS.Supra ostendit Grat.de ordinatione eorum quos constat esse episcopos:in hac vero 68.dist.quæritur,an illi sint reconsecrandi qui ordinantur ab illis, quos non constat esse episcopos. Et primo probat, quòd non sunt reconsecrandi qui ordinantur ab illis quos constat non esse episcopos.Postea probat contra. Tandem dat solutionem. ĩ. in §. *Quod ergo.*

q ¶*Quæritur.*] Hic depingitur 68.dis. in qua magister ostendit quid iuris sit de clericis qui ordinantur ab eis quos non constat esse episcopos:& quæ differentia sit inter episcopos & chorepiscopos [d],& quare chorepiscopi recesserunt ab aula domini. quarto ostendit, qui successerunt in loco apostolorum.

d Quia magister.s.dis. prox. in pr. fecerat mẽtionem de chorepis: ió de ipsis interserit ĩ hac dist. secundũ Hug.

SIcut.] CASVS.Ioan.archiepiscopus Rauennæ de duobus quæsiuit. Primo, vtrum sacerdotes semel consecrati essent iterum consecrandi. Et respondet quòd non: sicut non sunt rebaptizandi. Secundo, vtrum illi qui cum leui culpa sunt ordinati presbyteri,debeant deponi. Et respondet quòd non,sed eis debet pœniten tia imponi.

r ¶ *Sicut.*] Hoc ca.non facit ad propositum Grat. *quia hoc ca.loquitur de illis qui sunt ordinati à talibus quos constat esse episcopos:*& illud contra quod sequitur, *similiter male inducitur:*quia nullo modo est contrarium: & ita superficialis est argumentatio magistri.

s ¶*Consecratus.*]Prima q.1. si qs confugerit.contra. & 1.q.7.Daibertum.

Source : BIU Cujas

" Ordinatꝰ semel, an possit iterũ ordinari.

a Hæc fuit sñia H. & L. & hic videas qđ no. 15. q. vlt. in summa. & qđ q̃dã mortalia sint grauiora, q̃dã leuiora, hr̃ de conſ. dis. 3. đ pœnitentibus. Arc.

1 Anſ. l. 7. c. 110. Iuo p. 6 c. 117.

† *à quibus fuerint ordinati*] Orig.

" Sacramenta ñ p̃sumitur, excepto matrimonio.

" Baptizatũ se dicenti creditur.

bAl. 1. q. j. §. cũ honoris.

c In hoc pũcto videas qđ no. 3. q. 4 cõsanguine orũ. & ext. đ p̃sum. illud. ñ gl. sed qua re. & extr. q fil. sint legi. lator. in gl. sed vr. Arc.

" Baptizatꝰ vel ordinatus pluries, an plures recipiat characteres.

tum. contra. ibi dicitur, " quòd ordinatus male vel baptizatus, iterum ordinatur. Sed illud verum est, cum extra formam ecclesiæ est ordinatus vel baptizatus: aliàs secus. de conse. dis. 4. ostenditur. ver. fi. & c. quomodo.

a ¶ *Cum leui culpa.*] dicunt quidam, veniali: ar. 25. di. §. criminis. Alij leui[a], id est, mortali præeunte, non tamen permanente: nã peccauit, sed pœnituit. Sed qa post talem culpam le permisit promoueri, aliam culpã contraxit, cum qua p̃motus est: de qua hic loquitur. tu dic quòd promoueri potest cũ culpa existente & manente mortali, dum tamen leui. De huiusmodi culpis collige exempla 5. q. 4. 1 loco. 21. q. 4. c. vl. 18. di. c. vl. de conse. dis. 2. relatũ. Sed hic no. q̃ omnes concordantiæ istæ de promotis loquuntur. sed si enorme peccatũ tacuisset, secus esset, vt 50. di. ex pœnitentib. Io. nisi esset occultum peccatum, vt ext. de temp. ord. quę situm. nisi in homicidio, vt ibi. B.

ECONTRA. Casvs. Modo vult probare contrarium: scilicet, q̃ sunt consecrandi.

P *Resbyteri.*] casvs Quidam cum putarẽtur epi, quosdam presbyteros ordinauerunt: sed postea dubitabatur vtrum fuerint episcopi in veritate, aut nõ. vnde fuit quęsitum à Gregorio, vtrum illi sint iterum à ꝓprio episcopo ordinandi & consecrandi. Et respondetur q̃ sic, ex quo scilicet dubitabatur: si tamen sint bonæ vitæ, & eruditi i ministerio Christi, & in lege diuina.

b ¶ *Qui ordinãt.*] Vera littera est, ordinãt. ad † *lotione.* hoc facit 3. qu. 4. omnes quos.

c ¶ *Et consecrentur.*] Hic in dubio potius præsumitur non ordinatus quam ordinatus. similiter in dubio præsumitur potius non baptizatus quam baptizatus, vt de consec. dis. 4. paruulos. & in dubio potius p̃sumitur ecclesia non consecrata q̃ consecrata, vt de conse. dist. 1. solennitates. "Sed cum ita præsumitur in his sacramentis: quare in sacramento matrimonij potius præsumitur pro ipso, quam contra ipsum, vt 33. qu. 1. si quis acceperit? Resp. sine omni periculo est, si sacramenta illa iterentur. Sed periculum esset, si iudicaretur non esse matrimonium vbi est. Item quare nõ creditur hic verbo illius, qui se dicit ordinatum: " sicut creditur ei qui se dicit baptizatum, vt de conse. di. 4. placuit. & c. de infantibus? Resp. quia sola fides confert alicui sacramentum baptismi, vt ext. de presby. non bap. c. 2. sed sola fides non dat ordinem. ad hoc facit. 1. q. 1. c. spiritus sanctus[b]. §. ecce quãdoq;. Item licet in viuo p̃sumatur aliquis potius non baptizatus, tamen in mortuo præsumitur[c] potius baptizatus, vt de conse. dist. 4. si eos. supple vt suffragia ecclesiæ ei proficiant. 13. q. 2. non æstimemus. & c. animæ.

QVOD ERGO. Soluit Gratianus contrarietatem prædictam, dicens quòd illud c. sicut intelligitur de eo quem constabat esse episcopũ: & ideo non deberet reordinari ordinatus ab eo. Illud autem. c. presbyteri, intelligitur de eo quem non constabat fuisse episcopum: & ideo ab eo ordinati reordinãtur: qui si prius non fuerint ordinati, secunda ordinatione vere recipiunt ordines. si vero in prima ordinatione ordines receperunt, in secunda nihil recipiunt nisi solam vnctionem. Et hoc probat ad instar baptismi. & idem dicit esse faciendum de ecclesiis.

d ¶ *Non reiteratur.*] Hæc solutio est canonica. dixit tamen G. " q̃ si millies ordinatur presbyter, tot p̃sbyterales ordines recipit quot recipit sacerdotalia. Idem dicit de baptismo. aliter enim quomodo fieret iniuria sacramento, vt j. de conse. dist. 4. ostenditur. vel quomodo diceretur quis bis baptizari, vt j. de conſ. dist. 4. qui bis. & c.

iterum ordine non debet consecrari. Sed si quis forsitan cum leui culpa[a] ad sacerdotium venit, pro culpa pœnitentia indici debet, & tamen ordo seruari.

Contra Gregorius tertius ad Bonifacium episcopum, epistola 2. scribens testatur.

¶De presbyteris, qui ordinantur ab eis, quos constat episcopos non fuisse. C. II.

1 PResbyteri, quos ibidem reperisti, si incogniti fuerint illi, qui † ordinant[b], & dubium est eos episcopos fuisse, an non, qui eos ordinauerunt, si bonæ actionis, & catholici viri sunt, ipsi presbyteri, & in ministerio Christi, omnique lege sancta edocti, ab episcopo suo benedictionem presbyteratus suscipiant, & consecrentur[c]: & sic ministerio sacro fungantur.

Quòd ergo consecratus, in eodem ordine iterum consecrari prohibetur, de eo intelligendum est, qui consecratus est ab illo, quem certum erat consecrandi ius habere. Qui autem ab illo consecratur, quem non constat ius consecrandi habuisse, iterum consecrandus est: quia si ille consecrandi ius non habuit, iste ex olei effusione nil consecrationis accepit. Et quia in ipso ordine cõsecratus non erat, nunc quasi primum ad consecrationem veniens ab episcopo sacerdotalem benedictionem, & consecrationem consequitur. Si autem ius consecrandi habuit, in prima vnctione consecutus est consecrationem: in secunda vero non reiteratur[d] consecratio, sed sola vnctio: sicut, de quo dubium est, an sit baptizatus, vel non, debet baptizari, qui si prius baptizatus non fuerat, consequitur gratiam baptismi: si autem baptizatus erat, nihil accipit in secunda vnctione †: nec pertinet hoc ad reiterationem baptismi, sed ad cautelam salutis. Hoc & de ecclesiis consecrandis similiter obseruandum est.

eos. Item cum dicatur accedat verbum ad elementum, &c. 1. q. 1. de trahe. ergo quoties dicuntur verba illa, & apponitur elementum, fit nouum sacramentum[d]. Nam & sæpius sumit aliquis corpus Christi, & sæpius excommunicatur aliquis, & ex pluribus causis aliquis possidet rem aliquam, vt ff. de acq. pos. possideri. §. ex pluribus. Sed certe secundum hoc si centies aliquis contraheret cum aliqua, tot essent matrimonia, qđ falsum est. 31. q. 1. quo modo. Item posset secundum hoc deponi ab vno sacerdotio & retinere aliud. Dicas ergo quòd non iteratur nisi vnctio exterior, & sicut secunda manumissio nihil adiicit primæ, vt C. de manumiſ. vindi. l. 2. sic in sacramento. Vltima opinio verior est.

Vnde in Nicæno concilio legitur.

¶Non debet iterum consecrari ecclesia semel consecrata. C. III.

2 ECclesiis[e] semel consecratis Deo nõ iterum debet consecratio adhiberi, nisi aut ab igne exustæ, aut sanguinis effusione, aut cuiuscumq; semine[f] fuerint pollutæ: quia sicut infans à qualicumque sacerdote in nomine Patris, & Flij, & Spiritus sancti semel baptizatus, non debet iterum baptizari: ita nec locus Deo dicatus, est iterum consecrandus, nisi propter eas[g] causas, quas superius nominauimus: si tamẽ fidem sanctæ Trinitatis tenuerũt, qui eum consecrauerunt.

2 *Inter episcopos, & chorepiscopos*[h] *autem hæc est differentia, quòd episcopi non nisi in ciuitatibus, chorepiscopi etiam in vicis ordinari possunt: episcopi formatas*[i] *tribuũt, chorepiscopi non nisi commendatitias*[k], *& pacificas dare valent. Episcopi ius consecrandi habent, chorepiscopi tantum minores ordines tribuunt, leuiticam*[l] *autem, & sacerdotalem benedictionem non valent præstare. De his ita scribit Leo. I. ad episcopos Germaniæ, & Galliæ, epist. 86. al. 88.*

¶In quibus chorepiscopi ab episcopis differant. C. IIII.

3 QVamuis chorepiscopis, & presbyteris plurima[m] cũ episcopis ministeriorum communis sit dispensatio: quædam tamẽ auctoritate veteris legis, quædam nouellis, & ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint: sicut est presbyterorum & diaconorum, aut virginum consecratio, sicut constitutio altaris, ac benedictio, in qua ponit differentiam inter episcopos & chorepiscopos. Ioan. de Fant.

Casvs. In hoc §. assignat Gratianus differentiam triplicem inter episcopos & chorepiscopos, quia episcopi ponuntur tantum in ciuitatibus, chorepiscopi in vicis. episcopi formatas tribuunt litteras, chorepiscopi commendatitias siue pacificas tantum. Item episcopi conferunt sacros ordines, chorepiscopi tantum minores.

h ¶ *Inter episcopos.*] Ponit tres differentias inter episcopos & chorepiscopos. "Isti autem chorepiscopi aliquid habebãt supra presbyteros, sed non bene determinat quid.

i ¶ *Formatas.*] " formatæ siue dimissoriæ dicuntur litteræ, quibus quis eximitur à iurisdictione sui episcopi, quæ olim cum solennitate magna fiebant, vt 73. distinct. cap. 1. Commendatitiæ siue pacificæ dicuntur, quæ dantur clerico viatori, quibus commendatur, vt pacifice possit exequi officium suum. Et licet Gratianus dicat, quòd chorepiscopi dare tales poterant, illud non credo[e], sed solus episcopus, vt de conse. distinct. 5, non oportet. 71. distinct. extraneo. Quod archidiaconus eas dare non possit, habes ext. de off. archid. significasti.

k ¶ *Commendatitias.*] arg. contra 71. dist. extraneo.

l ¶ *Leuiticam.*] nec subdiaconalẽ, nisi tãtum lectoratum, vt j. prox. dist. c. 1. in fi. Sed G. fuit deceptus ex ca. seq. vbi non dicitur nisi de duobus ordinibus tantum. Io. de Fan.

Q *Vamuis.*] Casvs. In hoc c. 10. enumerantur, quæ pertinent ad officium episcoporum, quæ chorepiscopi sibi vsurpare non debent, licet multa sint communia chorepiscoporum, & presbyterorum cum episcopis.

m ¶ *Plurima.*] quo ad minores ordines conferendos, quo ad prędicationem, quo ad confessionem: ita tamen, quòd non possit conferre nisi lectoratum, & inferiores, ostiariatum, & psalmistatum.

d Dicas q̃ sacramẽtadñr iterari quo ad opinionẽ, vel quo ad facti spẽciẽ. ar. C. de adult. eũ q. nã ibi scđm mr̃imoniũ nullũ est: & đt lex, q̃res mea non p̃t amplius esse mea. insti. đ act. §. sic ita que. ext. de fi. inst. inter dilectos. Ar. 2 De conse. dist. 1. c. ecclesiis.

e ¶ *Ecclesiis.*] quid iuris sit de hac materia, notaui de conse. di. 1. ecclesiis.

3 Iuo p. 6. c. 72. Anſ. l. 7. c. 122. Poly. l. 4. tit. 26.

f ¶ *Semine.*] fornicario. nam dicit G. quòd etiam in ecclesia vir vxori tenetur debitũ reddere, sed male. ar. ff. de solutio. quod dicimus.

g ¶ *Propter eas.*] adde alium casum de conse. dist. 1. si motum.

INTER EPISCOPOS. Hæc est secunda pars distinctionis,

" Chorepi aliqđ habebant vltra p̃sbyteros.

" Formatæ, siue dimissoriæ.

eEt bñ Io. đ Fan. & ita ẽ arg. q̃ chorep̃s ñ p̃t dare licẽtiam clericis, vel laicis, vt eãt ī peregrinationẽ, qa ñ p̃nt formatas dare, secũdũ L. & H.

Source : BIU Cujas

"Altaria aſi conſecrõnẽ erigi pñt.

a ¶*Erigere.*]in eccleſia conſecrata. "Nam ante conſecrationem licet presbyteris conſtituere altaria,ſed poſt non niſi de conſenſu epiſcopi,quod ſi fecerit,deponatur.arg.ĵ.de conſe.di.1.nullus preſbyter. hæc expoſitio eſt illius verbi,conſtitutio altaris.

b ¶*Fidelibus baptizatis.*] Hugo intelligit litteram ſic, baptizatis,ſc. extra eccleſiam,& redeuntib.ad eam, vt d conſe.diſt. 4.ab antiqua, quod poſtea ſequitur, de hæreticis intelligit in eccleſia baptizatis. Vel dic q idem reperitur ĩ ſeq. littera. Alij intelligũt de inſolenniter baptizatis in neceſſitate à patre vel à matre.30. q.1.ad limina. quibus poſtea epiſcopus in confirmatione debet ea conferre,quæ collata eis non fuerunt, vt hic.1.q.1.§.ecce.ſequens vero littera intelligitur de baptizatis non in neceſſitate, & ita non repetit idem[a].

† *baptizandis*]Orig.& Iuo.

†*ex hæreſi.*] Orig.

† *al.lxx.*

a Hoc dicit Lau. ſed lĩa hoc ſi patitur,q̃a aperte loquitur de hæreticis.Io.de F.

c ¶*Hæreticis.*] ĵ.de cõſe.diſt.4.quamuis.

d¶*Nec publice.*] quod ſolus epiſcopus põt. 50.di.in ea.niſi in neceſſitate, vt 26.q.6.c. vlt.& c.1.

HI VERO. Hæc eſt 3. pars diſt. in qua probat, q̃ chorepiſcopi receſſerunt ab aula. Io.de Fan.

1 Poly.ibid. Anſelm.l.7. c.123.

Casvs. dicitur in hoc §.q̃ chorepiſcopi epiſcoporum officia vſurpabant, & ordo eorũ eſt hodie extirpatus.

e¶*Vnde Damaſus.*]ſed tamen hũc Nicolaus eſt ſecutus, & ſic eſt contra di.50.ſtudeat. ſed iam tempore Nicolai aboleuerat conſtitutio Damaſi, vel fuerunt prohibiti,nõ quin eſſent, ſed ne eſſent vt prius.

†*al.lxxij.* *Horepiſcopi.* Casvs. Quæſitum fuit à Damaſo Papa, quare ordo chorepiſcoporum ſit hodie,p hibitus. Et reſp.propter duas rationes. Prima eſt:q̃a ſibi improbe vſurpabant officia epiſcoporum.Secunda eſt: quia tm̃ duos fuiſſe ordines legitur inter diſcipulos Chriſti,ſc.duodecim apoſtolorum, & ſeptuagintaduorum diſcipulorum. & cum non poſſit ratio reddi,vnde iſte tertius ordo proceſſerit,ideo merito extirpari debet. Et iſtud quod poſtea ſequitur, eſt pars c.vt dicit Hug. Alij tamen dicunt, quòd eſt §.Caſus patet per ſe.

†*al. enim*

f ¶*Vnde.*]id eſt,ex qua cauſa.

g ¶*Proceſſerit.*]quo ad talem præſumptionem.

h¶*Ignoramus.*]Sed nonne per totum orbem fuerunt chorepiſcopi, ergo præſumendum eſt, "quòd fuerunt ab apoſtolis vel conciliis inſtituti,vt 12.diſt.illa. Sed hic non negat illos ab apoſtolis inſtitutos,ſed cauſam inſtitutionis ignorat.Et eſt hic ar.quòd à quocumque auctore aliquid ſit inſtitutum,& quamtumcumque diu obtentum,ſi non ſubeſt cauſa,vel ſi oneroſum eſt,extirpandum eſt,vt 12. diſt.omnia.ĵ.de conſe.diſt.1.placuit.10.q.1.hanc. & 63.diſt.§.verũ. ext.de cẽſi.peruenit.

"Chorepiſcopi an fuerunt ab Apoſtolis inſtituti.

i ¶*Et quod ratione.*] inſtitutionis. Et eſt argumentum pro ratione reddenda[b], vt ext.de cenſi. peruenit. & C.de cod.l.pen.ff.ſol.matrimonium.

b Ad idem ext. de pſc. ſi qñ.vbi de hoc.& 23.q. 4.de tyriis.

QVOD AVTEM. Hæc eſt quarta pars diſt.in qua probat,quòd filij eccleſiæ poſſunt fieri patres:ſcilicet poſſunt fieri epiſcopi loco apoſtolorum.Io.de Fan.

c Vide Nic. Euerar. de loc.lega.ab Etymolog. col.vlt.

k ¶*Nomen non habent.*] arg.*Si re priueris,nec nomen* [c] *habere mereris.*32.qu.4.dicat.in fin.C.de fer.à nullo.argum.86.diſt.fratrem.16. quæſt.1.ſi cupis.

Vorum vices.] Casvs. Quæſitum fuit ab Vrbano quorum locũ epiſcopi hodie teneant in eccleſia,&quorũ vice fungantur.Et reſp.q̃ locum tenent apoſtolorum,&eorum vice funguntur.Et hoc probatur auctoritate Auguſtini dicentis, Pro patrib.tuis nati ſunt tibi filij,&c.quæ auctoritas durat vſq; in finem.

vel vnctio.Si quidẽ nec erigere [a] eis altaria, nec eccleſias, vel altaria cõſecrare licet,ne per impoſitionẽ manuum,fidelibus [b] baptizatis†,vel conuerſis hæreticis† [c] paracletũ Spiritum ſanctum tradere, nec chriſma conficere, nec chriſmate baptizatorum fontes ſignare,nec publice [d] quidẽ in Miſſa quemquam pœnitentem recõciliare, nec formatas cuilibet epiſtolas mittere. Hæc enim omnia illicita ſunt chorepiſcopis,qui ad exemplum, & formam lxxij. †diſcipulorũ eſſe noſcuntur,vel preſbyteris,qui eamdem geſtant figuram:quoniam quamquam conſecrationem habeant,põtificatus tamen apicem non habent.

3 Hi vero propter inſolentiam ſuam, qua officia epiſcoporum ſibi vſurpabant,ab eccleſia hodie prohibiti ſunt.

Vnde Damaſus [c] *Papa ait ad epiſcopos Africæ,epiſt.4.*

¶Ordo chorepiſcoporum à ſacra ſede reprobatur. C. V.

1 CHorepiſcopi tam ab hac ſacra ſede, quàm à totius orbis fuerant epiſcopis prohibiti. Nimis ergo eorum inſtitutio improba, nimis eſt praua, quia vt hi de ſummo ſacerdotis miniſterio aliquid præſumant,omni auctoritate caret.*& infra.*Nã non amplius quàm duos ordines inter diſcipulos Domini eſſe cognouimus, id eſt duodecim Apoſtolorum,& ſeptuaginta† diſcipulorum. Vnde [f] iſte tertius proceſſerit [g],funditus ignoram[9] [h]. Et quod ratione [i] caret,extirpari neceſſe eſt.4¶Quòd autem†epiſcopi non ſint,qui minus, quàm à tribus ſunt ordinati epiſcopis, omnibus patet:quoniã vt bene noſtis,prohibitum à ſanctis eſt patribus,vt qui ab vno,vel à duobus ſunt ordinati epiſcopis, nec nominentur epiſcopi. Si nomen non habent [k], qualiter officium habebunt?

Item Vrbanus ſecundus.

¶Apoſtolorum in eccleſia locum epiſcopi teneant. C. VI.

QVorum vices [l] in eccleſia habeant epiſcopi, & quis eis hanc dignitatem dare debeat, ſanctus Auguſtinus oſtendit, inquiẽs[Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. Quid eſt pro patribus tuis nati ſunt tibi filij? Patres miſſi ſunt Apoſtoli:pro Apoſtolis filij nati ſunt tibi.conſtituti ſunt epiſcopi.Hodie enim epiſcopi,qui ſunt per totum mundum, vnde nati ſunt?Ipſa eccleſia[m] patres [n] illos appellat, ipſa illos genuit [o],& ipſa illos [p] conſtituit in ſedibus patrum. Non ergo te putes deſertam,quia non vides Petrum,quia non vides Paulum: quia non vides illos, per quos ¶ nata es [r]. de prole tua tibi creuit paternitas. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij,conſtitues eos principes ſuper omnem terram.] & infra. [Filios genuit eccleſia,conſtituit eos pro patribus ſuis principes ſuper omnem terram.]

l ¶ *Quorum vices.*] ĵ. 12.q.1. videntes.ĩ.diſ. 21.in nouo.

m ¶ *Eccleſia.*] "ergo eſt eccleſia mater &filia. Item eccleſia quãdoque dicitur vxor.7. q.1.ſicut. & 21.q.2.ſicut.quandoq; mater. 12.q.2. qui abſtulerit. quandoque dicitur filia, vt de conſe. diſ.1. eccleſia. nam catholicorum collectio, quæ eſt eccleſia, per epiſcoporum prædicationem generatur,vt 23. q.4.recurrat. Item eccleſia etiã dicitur locus vbi Deum timentes veniam poſtulãt. in Auth.vt liceat ma. & auiæ. §. quia vero. col.8.

"Eccleſia ẽ mater,vxor & filia.

Pſal.44.

n ¶*Patres.*] quia eam ꝓtegũt,& defendũt.

o ¶*Genuit.*] per baptiſmum.&ita eccleſię filiꝰ datur ei curator, q̃ etiam lex dicit. ff.đ tu.&cur.datis ab his. l. is qui. dic vt notatur 12.q.1.c.vlt.

p ¶*Illos.*] "in hoc cõparatur patri epiſcopus, & eccleſia filio: quia ſicut filius non poteſt ſine auctoritate patris litigare, vt C.de bo. quæ li.l.vlt. ſic eccleſia ſine auctoritate prælati, vt ext. de iud.cauſam. & 16. q.1.monachi.Item ſicut filius non conuenitur,ſed pater nomine filij, vt C.de bon. ma.l.1. C.de an.exce. l.1.ſic ipſe prælatꝰ eſt conueniendus, nõ eccleſia, niſi negotia eccleſiæ diſtincta ſint à negotiis prælati, vt ext.đ reſc.c.edoceri. q ¶*Per quos.*] per eos pullulauit, & creuit, cum nulla eſſet tunc temporis.

"Eps patri, & eccleſia filio compatur.

2 Iuo par.5. c.376.

r ¶*Nata es.*]id eſt, augmentata.

DISTINCTIO LXIX.

1 p

Onſura vero [s] *clerici de manu abbatis ſuſcipi poteſt, ſi eidem abbati manus impoſitio ab epiſcopo facta noſcatur.*

Vnde in ſeptima ſynodo c.14.legitur.

¶Abbates,quibus ab epiſcopo manus imponitur,aliquos tonſurare poſſunt. C. I.

2 QVoniam videmus ſine manus impoſitiõe à paruula ætate tonſurã [s] cleri quoſdã accipientes,nondumque ab epiſcopo

*Onſura.*hæc di.diuiditur in tres part. Secũda ibi, *Lectoris.*Tertia ibi,*Simili modo.*Io.de Fan.

Casvs.Hic intitulatur 69.diſt.in qua oſtendit,quòd non ſolum epiſcopi poſſunt conferre minores ordines, ſed etiam abbates in propriis monaſteriis poſſunt conferre lectoratum : quibus abbatib.ab epiſcopo manus impoſitio facta eſt.

s ¶ *Tonſura vero.*] in hac 69. diſtinct. tractat de collatione minorum ordinum vſque ad lectoratum. "Et nomine tonſuræ, accipe hic tres minores ordines, pſalmiſtatum, oſtiariatum, & lectoratum. & hoc licet abbati tantum in ſuo monaſterio : exorciſtam tamen facere vel acolythum non licet. *infrà ead.* cap.vlt.

"Tonſura q̃nque tres ordines cõprehendit.

Q Voniam.] Hoc capitulum diuiditur in duas partes. *In prima parte prohibetur, ne aliquis ſuper pulpito in eccleſia vel monaſterio legat epiſtolam, vel lectionem, niſi primo fuerit ordinatus, & tonſuram habeat ad modum clerici. In ſecunda parte dicitur, quòd abbates & ſacerdotes, quibus ab epiſcopo manus imponitur iuxta morem præficiendorum abbatum conferre poſſunt in ſuis monaſteriis lectoratum. Idem licebat quondam chorepiſcopis. Et nota quòd legere epiſtolam pertinet ad ſubdiaconum, legere lectiones ad lectorem* pertinet.

t ¶ *Tonſuram.*] id eſt coronam. nam aliam tonſuram poſſet femina dare.

a ¶*Lecto*

Source : BIU Cujas

manus impositione percepta super ambonem irregulariter in collecta legentes, præcipimus amodo id minime fieri. Idipsum quoque obseruandum est etiam inter monachos. ¶ 2 Lectoris [a] autem manus impositione† [b] licentia est abbati solummõ in proprio monasterio [c] faciendi, si dumtaxat ei dem abbati manus impositio [d] facta noscatur ab episcopo, [secundum† morem [e] præficiendorum Abbatum,] dum constet illum esse presbyterum. ¶ Simili etiam modo secundum antiquam consuetudinem chorepiscopos præceptione [f] oportet episcopi promouere lectores.

a Hæc fuit snia H. & L. q dñt idem quod prox. sequitur.

b Credo Angel. Clauas. ver. ordo. 2. §. 1. sp reqũri iurisdõnequasi epa lẽ i oi ordinecõferẽdo cum cõtingat. Io. Ego non credo, q̃ possint cõferre tales ordines abbates, nisi lectoratum, vt vr̃ dicere hoc c. & decr. cum cõtingat. Si autem esset sacerdos abbas, posset etiam cõferre psalmi statum, vt 23. di. Psalmista. quia psalmistatũ dat simplex sacerdos, vt 23. d. psalmista.

† *al. impositionem.*

b ¶ *Manus impositione.*] s. 23. di. subdiaconus. contra [c].

† *Hæc non sunt in græco canone.*

c Hoc c. nõ obstat, quia hic loquit̃ d impositiõe manus ordinaria, sz cõtrariũ d cõsecratoria, scdm Hu. & idem sentit Gof. ext. de ẽcta. & qual. cum contingat, Arch.

† *al. prouecti*

c ¶ *Monasterio.*] Sed & monachos alteri⁹ monasterij p̃t ordinare, si inuitatus fuit. 9. qu. 2. Lugdunensis.

d ¶ *Impositio.*] quæ nõ est nisi benedictio, vt 1. q. 1. manus.

e ¶ *Secũdum morem.*] De quo habes 12. q. 2. alienationes. nec hoc postulabit à superiore, nã sufficit semel à iure concedi. ff. de cõdi. inst. l. quę sub conditione. §. fi.

f ¶ *Præceptione.*] generali: ar. 16. q. 1. cunctis. 64. dist. ordinatiões. & 75. dist. ordinationes.

NOn oportet.] Casvs. dicitur hic, q̃ non debent exorcizare in ecclesiis vel ĩ domib. priuatorum, q nõ sunt ab episcopis consecrati. Et nota q̃ vnum vel duo neque, superabundant.

g ¶ *Exorcizare.*] i. legere exorcismos.

h ¶ *Promoti.*] ad ordinem exorcistæ.

DISTINCTIO LXX.

A episcopis [k] alterius [l] ciuitatis clericus ordinari non poterit, nec etiam à proprio [m] absolute ordinandus est: absoluta enim ordinatio Chalcedonensi concilio prohibetur, & vacuam habere manus impositionem præcipitur: in quo sic statutum est canone 6.

¶ Nemo ordinandus est absolute. C. I.

i ¶ *In domibus.*] i. in ecclesiis non sacratis. Superfluunt duo neq;. Io.

A episcopis.] Casvs. Supra ostensum est, q̃ clerici sunt à proprio episcopo ordinandi. nunc autem vult ostendere Gratianus q̃ nullus episcopus debet ordinare clericum alterius sine eius licentia: quod ostendit. j. 71. di. Et ostendit q̃ nullus debet ordinari sine titulo: & si ordinetur, irrita erit talis ordinatio quo ad executionem: quòd ostẽdit in hac 70. dist. c. 1. & 2. Ioan. de Fan.

k ¶ *Ab episcopis.*] Hic depingitur 70. di. Quia dixerat presbyteros & reliquos clericos ab episcopo debere ordinari, inde sumpta occasione ostẽdit, quòd nullus ordinandus est sine titulo, i. sine ecclesia vel ecclesiastico beneficio. "& si fuerit ordinatus, debet deponi tã in iniuriam ordinantis quàm ordinati: quia permisit se sic promoueri. 16. q. 7. decernimus. 21. q. 2. c. 1. sed quoniam episcopi hanc pœnam nullam reputabant, hodie prouisum est, vt remaneant promoti, & episcopus vel etiam eius successor eis prouideat. ext. de prẽb. episcopus, ext. e. tit. cum secundum.

" Ordinat⁹ sine titulo deponi dz.

l ¶ *Alterius.*] hoc exequitur in dist. sequenti.

m ¶ *A proprio.*] hoc exequitur in ista dist. &c.

Neminem.] Casvs. Statutum fuit in Nicæno concilio, vt nullus epus ordinet aliquem clericum sine certo titulo alicui⁹ ecclesię in ciuitate vel extra ciuitatem. & si ordinauerit aliquem clericũ sine titulo, in opprobrium ordinantis officij executione carebit.

n ¶ *Neminem.*] etiam in minorib. ordinib. non debet ordinari. ar. 12. q. 1. videntes. 32. dist. si qui vero. cum enim habeat officium in ecclesia, ergo & beneficium debet habere. ext. de præb. dilectus. extr. de fil. presby. propositum. ne dicatur: "Mendicat in plateis infelix clericus, vt 93. dist. diaconi.

" Clericus infelix efurit ĩ plateis.

o ¶ *Absolute.*] id est, sine titulo,

p ¶ *Ciuitatis.*] hoc ideo dixit, "quia potius est præsentandus clericus qui est de ciuitate quàm extraneus, vt j. dist. prox. hortamur. C. de epis. & cle. in ecclesiis.

" Clericus ciuitatensis ẽ extraneo pferendus.

q ¶ *Siue possessionibus.*] idest, si ordinatur ad titulum patrimonij sui, vt ext. de præb. c. tui. Vel hoc ideo dicit, quia potius sunt illi clerici instituendi, de quorum bonis fundad est ecclesia, vt ext. de rescrip. cum adeo,

d Fundata, idẽ Arc. prę pos. hic vide Koc. Cur. d iur. pat. ver. honorificũ, q. 18.

r ¶ *In martyrio.*] Vbi sunt reliquiæ martyrum. vel loquitur de regulari ecclesia. Colligitur etiam hic ex eo, quòd dicit, siue possessio-

nis, arg. quòd si quis habet patrimonium sufficiens, ordinari potest sine titulo. ext. de præb. episcopus.

s ¶ *Vacuam.*] quo ad executionem.

t ¶ *Ad iniuriam.*] & etiam suum delictum: quia se sic permisit promoueri, aliàs alterius odio non debet alius prægrauari. C. de inoff. test. si quis in suo. ext. de his quæ fi. à maio. par. cap. c. q̃siuit. in fi.

Sanctorũ.] Casvs. In hoc c. quinque per concilium Vrbani statuuntur. Primũ est, vt ordinatio sine titulo facta irrita habeatur. Secundum est, vt clericus perpetuo p̃seueret in ecclesia in qua est intitulat⁹. tertium est, vt clericus ñ intituletur in duabus ecclesiis: quia licet ex dispensatione episcopi clericus possit duabus ecclesiis prę̃sidere, canonicus tñ prębendarius in duab. ecclesiis esse nõ potest. Quartum est, vt præpositus maioris eccle siæ curam habeat de ecclesiis pauperib. q̃ clericos suos sustẽtare non possunt. Quintum est, vt præter nouem prefatiões decima dicatur, quæ incipit: Aequũ & salutare.

1 Anſ. l. 7. c. 105. Pol. l. 2. tit. 31. Burc. l. 2. c. 6. Iuo p. 6. c. 26. Pan. l. 3. c. 27

v ¶ *Perpetuo.*] i. dũ viuit [e]. ff. p̃ sol. l. 1. filius enim non debet esse tẽporalis nec hæres. ff. de adop. quæsitũ [f]. & inst. de hær. inst. §. hæres.

e Add̃ qd p priedicatur ppetuũ, & qd æternũ, not. in l. eũ debere colũnã. ff. de ser. vrb. pd. 2 S. Antoninus par. 2. c. 1. §. 22.

f Aliàs incipit, si tibi.

x ¶ *In duabus.*] Qui enim titulum habet in vna ecclesia, si recipit secundam ecclesiam vel præbendam pro titulo, perdit primã, vt ext. de cõcess. præb. & eccl. non vacan. literas. sed si recipit ipsam quasi beneficium, & quasi commendatam siue stipendium, tũc secus: & tunc non est canonicus secundæ præbendæ, nec cum eis potest eligere. Si quæras quare canon iste permittit epo dispensare in ecclesiis, & non in p̃bendis, dico q̃ eque potest dispẽsare in prębendis sicut in ecclesiis, dummodo sint de eodem episcopatu. Est ergo hæc veritas, q̃ de iure communi non potest quis habere duas ecclesias vel præbẽdas in eodem episcopatu vel in diuersis, nisi in casib. notatis 21. qu. 1. in summa. " Sed numquid hodie beneficium huius canonis est sublatum episcopis per illam nouam constitutionem, de multa, in tit. de præb. ex eo q̃ dicitur ibi, per sedem apostolicam poterit dispensari [g]? Dico q̃ non: sed tantum vaga & indiscreta dispensatio est ablata ab eis non probabilis: sicut per remotionẽ appellationis non remouetur necessaria appellatio vel probabilis, ext. de ap. pastoralis. sic cum Dominus prohibuit iurare, non prohibuit iuramentum necessarium, sed temerarium, vt 22. q. 1. ca. ita. sic cum Dominus prohibuit vxorem separari à viro, intelligendum est tãtum de illa separatione, quę fit sine ratione, vt 33. q. 2. quos Deus. "Si obiicias, q̃ punitur episcopus, qui pmittit ipsum habere prius stipendium, vt ibidem dicitur ext. de præb. quia in tantum. de cler. non resid. quia nonnulli. ergo dispensare non potest. Non sequitur: quia episcopus punitur qui ordinat clericum cõcubinarium, vt 51. di. qui in aliquo. & tantum cum ipso dispensare potest: sed ideo punitur, quia indiscrete dispensat. Si obiicis quod dicitur ibi per sedẽ apostolicam; ergo non potest per alium, non sequitur: quia eodem modo decretum dicit q̃ ordinationes eporum faciẽdæ sunt auctoritate apostol. 64. di. ordinationes. & tamen propria auctoritate fieri possunt. Sic etiam alibi dicitur, q̃ quilibet presbyter p̃t & debet baptizare vel celebrare de licentia episcopi, vt 16. q. 1. cunctis. & tamen suo iure potest baptizare: sed ideo dicit hoc, quòd eius auctoritate saltem generali debeat fieri dispensatio. Vel dic quòd tunc solus Papa dispensat, cum quis diuersa beneficia in diuersis episcopatibus vult habere propter repugnantiam quæ ex hoc proueniret: quia nemo duobus dominis potest seruire [h], vt 21. quæstio. 1. capit. 1. Ioan. Hæc glossa nihil valet: quia Papa tantum dispensat circa plures ecclesias habentes curam animarum, & plures dignitates, vt expresse dicit decret. de multa. sed circa plura beneficia simplicia non videtur episcopo dispensare prohibitum.

5 IN singulis gradibus hæc tempora sunt obseruanda, si ab[a] infantia[m] ecclesiasticis misteriis nomen[n] dederit, vt inter lectores & exorcistas quinquennio[o] teneatur, exinde p acolyth⁹, vel subdiaconus[q] xiiij. annis[r] fiat, & sic ad benedictionem diaconatus, si meretur, accedat: in quo ordine

4 Epist. 82. Anastasio.

Source : BIU Cujas

ſcentiæ vſque ad xx. annum fiat acolythus, & ſubdiaconus, ſed in xv. anno acolythus, in 21. ſubdiaconus.

a ¶*Pontificatum.*]j. de conſe. diſt. 5. de his vero. s. di. 18. ſi epiſcopus. & diſt. 59. ſi officia.

b ¶*Defenſores.*] id eſt aduocati caſtaldi. 1. q. 3. ſaluator[a].

c ¶*Ex laicis.*]j. di. 89. in dicatum. contra. Sed hic iſti laici erãt de foro eccleſiæ, ibi nõ. & conſtitui debent iſti quo ad tẽporalia, nõ quo ad ſpiritualia. 16. q. 7. in nona.

d ¶*In ordine.*] contra. Nonne iſti ſunt grandæui, cũ eis committatur adminiſtratio. ergo per ſeptem annos tantum poſſunt aſcẽdere ad omnes ordines, vt j. c. px. quare ergo hic dr ſupradicta obſeruatione. Reſp. iõ vt gradatim omnes recipiant, & nullum permittant, nec tamen per tanta interſtitia, vel hoc corrigitur. Io.

a Adde hic, q defenſor appellatur prõnus ſiue aduocatus eccleſiæ, extra de elec. venerabilẽ. Itẽ reus dr defenſor. 4. q. 4. ca. 1. Itẽ cuſtos patronę Romanę eccleſię. 28. diſt. quia ſunt culpæ. Item cuſtos cuiuſlibet eccleſiæ, vt hic. Itẽ exorciſta. j. e. monach⁹ noui tius. Arch.

Q *Vicumque.*] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas par. In 1. proſequitur de pueris: in 2. de grandæuis. In prima igitur dr quod pueri añ pubertatis annos baptizari debẽt, & fieri oſtiarij, lectores, & exorciſtæ, deinde vſq; ad xx. an. ita quod vſque teneatur incluſiue: inde fiat acolyth⁹ & ſubdiaconus. poſt 25. diaconus: poſt 30. presbyter, poſt decẽnium computandum à 20. an. fiat eps: quia poſtq̃ eſt p̃sbyter, ſtatim poteſt fieri eps. In ſecunda vero parte dicitur quod ſi qs eſt grãdis ætatis, pri⁹ baptizetur, & in primo biennio fiat oſtiarius, lector & exorciſta. In ſequenti quinquennio fiat acolyt⁹ & ſubdiacon⁹: poſtea diaconus, poſtea preſbyter, epiſcopus. Secũda pars incipit ibi, *Qui vero iã.* Sed duo ſequẽtia c. plana ſũt.

1 Iuo p. 6. c. 91. & 92.

e ¶ *Pubertatẽ.*] i. annum 14. ſecũdũ quoſdam: ſecundum H. ante 12. inſt. qui. mo. tu. ſi. in prin. ext. d deſp. impu. puberes. 20. q. 1. illud. "vbi incipit adoleſcentia, exſuflatur & exulat pubertas. Io. quod dicit H. de 12. annis, nõ eſt verum in maſculo, ſed in puella, vt inſt. qui. mo. ſi. tute. in 1. col. B.

"Pubertas q̃ſi finitur.

f ¶ *Baptizari.*] Sed quare dicit q tũc debeat baptizari, cum ſit dubium & periculoſum intantum differri baptiſma, vt de conſe. di. 4. quando quis. & c. ne quod abſit? "ideo dicit quia cum baptiſma ſit ianua omnium ſacramentorum, vt 32. diſ. §. verum. in fi. non poſſet ordinari ſi non eſſet baptizatus, ext. de presb. non bap. c. 3. nõ quod debeat differri: ſed ſi caſu dilatum eſt, baptizari debet.

"Baptiſma eſt oĩm ſacramẽtorũ ianua.

g ¶ *Acolythus.*] "Et ita videtur quod de iure non debeant minores ordines ſimul conferri: quod credo niſi diſpenſatiue: vel niſi ſit conſuetudo, vt ext. de eo qui fur. or. re. cum H. lator.

"Ordines minores an ſimul cõferri poſſint.

h ¶ *Ad diaconij.*] Continentia præeunte. ideo hic non dixit de ſubdiaconatu, quia nondũ erat ſacer ordo tẽpore Syrici, qui antiquiſſimus fuit. 32. diſt. erubeſcant. hodie vero eſt ſacer ordo.

i ¶ *Exinde.*] j. e. di. epiſcopus. contra. Sed referas hoc ad xx. annum, de quo ſermo præceſſit, nõ ad quinquennium proximum: & ſic erit in xxx. anno, vt ibi dicitur, & ext. de elec. cum in cunctis. Vel dicas eſſe conſtitutionum varietatem. Hug.

quinque annis, ſi inculpate ſe geſſerit, hærere debebit. Exinde ſuffragantibus ſtipendiis, per tot gradus datis propriæ fidei documentis, presbyterij ſacerdotium poterit promereri: de quo loco (ſi eum exactior ad bonos mores vita perduxerit) ſummum Pontificatum [a] ſperare debebit. *& infra.* ¶ Defenſores [b] etiam eccleſię, qui ex laicis [c] fiunt, ſupradicta obſeruatione teneantur, ſi meruerunt eſſe in ordinem [d] clericatus.

A ¶ Si ab infantia.] *Prior hæc huius capitis pars ſummatim refertur. Integer locus ſic habet.* Si ab infantia eccleſiaſticis miniſteriis nomen dederit, inter lectores vſque ad vigeſimum ætatis annum continuata obſeruatione perduret. Si maior iam, & grandæuus acceſſerit, ita tamen vt poſt baptiſmũ ſtatim ſe diuinæ militiæ deſideret mancipari, ſiue inter lectores, ſiue inter exorciſtas quinquennio teneatur, exinde acolytus, vel ſubdiacon⁹ quattuor annis, & ſic ad benedictionẽ, &c. *Ac ſane in vno etiam peruſto Gratiani codice, & apud Rabanum, lib. 1. ca. 13. de inſt. cleric. legitur*: quattuor annis, *non*, quattuordecim. *Sed ob gloſſas nihil mutatum, additumve eſt.*

Item Syricius Papa ad Hymerium Tarraconenſem, epiſt. 1. c. 9.

De eodem. C. III.

1 Q Vicumque itaque ſe eccleſiæ vouerit obſequiis à ſua infantia, ante pubertatis [e] annos baptizari [f], & lectorum debet miniſterio ſociari. Qui ab acceſſu adoleſcentiæ vſque ad [A] vigeſimum ætatis annum, ſi probabiliter vixerit, vna tantum, & ea, quam virginem communi per ſacerdotem benedictione percepit, vxore cõtentus, acolythus [g], & ſubdiaconus eſſe debebit, poſteaq; ad diaconi [h] gradum (ſi ſeipſum primitus, continentia præeunte, dignũ probauerit) accedat. Vbi ſi vltra [B] quinquẽ annos laudabiliter miniſtrauerit, congrue presbyterium conſequatur. Exinde [i] poſt decẽnium epiſcopalem cathedram poterit adipiſci: ſi tamen per hæc tẽpora integritas vitæ, ac fidei eius fuerit approbata. Qui vero iam ętate grandæuus [k] melioris propoſiti conuerſatione prouocatus, ex laico ad ſacram militiam perueni re feſtinat, deſiderij ſui fructũ nõ aliter obtinebit, niſi eo, quo baptizatur, tempore, ſtatim [l] lectorũ, aut exorciſtarum numero ſocietur: ſi tamen eum vnam habuiſſe, vel habere [m], & hanc virginem ac cepiſſe cõſtet vxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud [n] acolythus, & ſubdiaconus fiat, & ſic ad diaconatum (ſi per hæc tempora dignus iudicatus fuerit) prouehatur. Exinde iam acceſſu temporũ, presbyterio, vel epiſcopatui, ſi eũ cleri, ac plebis euocauerit electio non immerito ſocietur.

A ¶ vigeſimum.] *In pleriſque vetuſtis exemplaribus, & Gratiani, & epiſtola: atque apud Iuonem legitur*, trigeſimum. *Sed in epiſtola Zozimi, quæ relata eſt in antecedente notatione*, vigeſimum.

B ¶ Vltra.] *Sic legitur in omnibus manuſcriptis, & in originali ipſo. In vulgatis erat*, intra.

Item ex ſexta ſynodo, c. 15.

¶ De eodem. C. IIII.

S Vbdiaconus non minor viginti annorum [o] ordinetur. ¶ Si quis vero in aliquo ordine ſacerdotali præter conſtituta tempora ordinatus fuerit, deponatur.

Item ex concilio Carthaginenſi, c. 4. [2]

¶ De eodem. C. V.

3 P Lacuit [p], vt ante vigintiqnque annos ætatis nec diaconi ordinentur, nec virgines conſecrentur, & vt lectores populum non ſalutent [q].

Item ex concilio Agathenſi, c. 16. & 17.

¶ Minoribus xxv. annis leuitica non præſtetur benedictio. C. VI.

4 E Piſcopus benedictionem diaconatus minoribus, quã xxv. annorum, penitus non committat. ¶ Sane ſi coniugati iuuenes [r] conſenſerint ordinari, etiam vxorum voluntas ita requirenda

k ¶ *Grandæuus.*] ſ. 23. anno [b]. vel 30. quia hæc eſt virilis ætas. j. e. c. epiſcopus [c]. ętas enim multum facit ad eruditionem. 16. q. 7. hoc ſit. & ſi ſit 23. annorum, ita recipit omnes ordines intra 30. annũ, ſicut quilibet alius, qui à pueritia deſeruiuit eccleſiæ. Vel grandæuus, ſ. 18. annorum: arg. 28. diſt. de his. & 32. diſt. lectores.

l ¶ *Statim.*] s. di. 47. §. 1. ar. contra. Sed non dicit ſtatim, i. inconti nẽti: ſed ſtatim, i. paulo poſt. tale ſtatim habes. ff. de proc. qui p curatorem. vel ibi nõ prohibetur, niſi de epiſcopatu & presbyteratu.

m ¶ *Vel habere.*] Ita tamen q dudum iam promiſerit continentiam. nam præire debet continẽtia, vt 28. diſt. c. priuſquàm. prę terea de iſto grandęuo non exprimitur in canone. 26. diſ. qui ſine. diſtingue tamen inter ordinem & ordinem. & ita arbitrio boni viri relinquitur. ext. de of. del. de cauſis. ff. de iu. deli. l. 1.

n ¶ *Aliud.*] à biennio ſi eſſet in 15. ann. nec refertur ad antecedens quinquennium: quia non præceſſit aliud. ſic C. quomo. & quand. iud. Auth. qui ſemel.

o ¶ *Non minor xx. annorum.*] Ita vt compleuerit xx. annum. "hoc enim requiritur in honorib. eccleſiaſticis, vt ext. de ele. cum in cunctis. licet ſecus ſit in honorib. ciuilibus [d], vbi ſufficit attigiſſe 25. an. vt ff. de mu. & ho. ad rẽ. licet ſit arg. contra j. diſt. prox. ca. presbyter. In vſuſcapionib⁹ ſufficit attigiſſe vltimum diem, vt ff. de diuer. & temp. præſc. in vſucapione. & ſimiliter quantum ad factionem teſtamenti ſufficit attigiſſe vltimum diem 14. anni, vt ff. de teſt. qua ætate. Sed quantum ad excuſationem ciuilium munerum requiritur quod annus ſit completus, vt ff. de iure imm. maiores. Sed quantum ad beneficium reſtitutionis ſit computatio de momento ad momentũ. vt ff. de min. l. 3. §. minorem. Sed in temporalibus actionib. oportet vt vltimus dies ſit completus, vt ff. de act. & obl. l. in omnibus temporalibus. Ioan.

"ætas ĩ horibus & multis aliis neceſſaria ẽ

d Etiã forte eſt rõ, q̃a honores eccleſiæ poti⁹ ſpectãt ad on⁹, q̃ honorẽ.

p P *Lacuit.*] j. 20. q. 1. placuit.

q ¶ *Salutent.*] Solebant forte lecturi in pulpito aliquam ſalutationem nobis ignotam præmittere, vel dicebant, Dominus vobiſcum. vbi modo dicunt: Iube domine benedicere. 21. diſtinct. denique.

E *Piſcopus benedictionem.*] Casvs. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur quod minor xxv. annorum fieri diaconus non debet. In ſecunda parte dicitur, quod ſi coniugatus iuuenis voluerit ordinari, requirenda eſt vxoris voluntas: & ſequeſtrato cubiculo & religione promiſſa ordinetur. In tertia parte dicitur, quod ante xxx. annum presbyter vel epiſcopus non ordinetur. Secunda pars incipit ibi, *Sane.* Tertia ibi, *Presbyterum vero.*

r ¶ *Iuuenes.*] idem eſt de aliis regulariter. ar. 32. q. 5. per totum. ſi ſunt ſenes bene poteſt alter conuerti: & alter in ſæculo remanere. extr. de conuer. coniu. cum ſis.

ibid. c. 10.

b Hãc lram ponit Laur. cui⁹ fuit hæc gl. Sed Hu. ponit 18. vt 28. di. d his. 32. di. lectores. ſed hoc ſcdm Hu. ñ vs, q̃a tũc in ſeptẽnio ñ poſſet recipere oẽs ordines.

c Concord. tex. cũ gl. in l. nõ aliter. ff. de le. 3. & l. 1. ff. d min.

2 Et concil. Cartha. comiliter quantum ad dicis c. an. 16.

3 Burc. l. 2. c. 11. Iuo p. 6. c. 31. Pan. l. 3 c. 30. Pol. l. 2 tit. 27. Anſ. l. 7. c. 96.

4 Iuo par. 5. c. 365.

Source : BIU Cujas

a ¶*Sequestrato.*]j.81.di.volumus. cõtra. Sed hic de suspectis. Vel dic q̃ thalamus tantum debet sequestrari, non ãt mansio[a]: & hoc obtinet in vxore promouendi: secus est in vxore illius q̃ vult conuerti: quia tunc vxor intrabit religionem. vel si est senex promittet continentiam, vt extr. de conuer. coniu. cum sis. & de illa materia no. 28. dist. q̃ sunt culpæ. "Quid si vxorarũ promouet eps ad minores ordines? debet neab eo exigere cõtinentiã: cũ sine titulo eũ ñ debeat ꝓmouere, & beneficium simul cũ vxore habere nõ possit: ext. de cle. coni. c. & ca. diuersis? Sic: si tamen promouetur, nec exegerit, habebit bñficiũ: ar. 32. dist. si q̃. ab eo ãt qui vxorem non habet: nõ est exigenda cõtinentia. 15. q. 3. §. cum autem. Io.

a Vlra idẽ dicere, cum dicat sequestrato mansionis cubiculo. đ hoc legi. & not. ext. đ cõue. coniu. cõiugat⁹. ibi vid. "coniugati an possint promoueri. 1 C. 17. Burc. l. 2. c. 9 Iuo p. 6. ca. 29. Pan. l. 3. c. 28.

b ¶*Religione.*]i. castitate: q̃ qualiter ꝓmitti debet, dixi 32. di. seriatim. nec enim ista debet religionẽ intrare: q̃a nec vir eius intrat. secus est ĩ vxore monachi vel epi. ext. de conu. coniu. sane.

2 Pol. l. 2. tit. 27. Burc. l. 2. c. 12. Iuo p. 6 c. 32. Pan. l. 3 c. 31.

c ¶*Antequam.*] No. "q̃ canon aliter interpretatur virilem ętatem, aliter interpretatur lex. ff. de mi. l. 1. C. his qui veni. ęta. imp. l. vl. sed diuersificant: q̃a diuersos habẽt respectus. prætor non habuit respectum nisi ad rerum suarum administrationem.

"ætas virilis diuersimode interpretatur.

d ¶*Ne per ætatem.*]ar. ratione ætatis præsumi ꝓ aliquo vel contra, vt ſ. 34. di. quorũdam. 33. q. 2. antiqui.

e ¶*Leuitæ.*]"In veteri lege à 25. anno Leuitę deseruiebant tabernaculo, & custodiebant vasa tabernaculi aurea. antea nõ.

"Leuitæ officium.

f ¶*Tabernaculo.*] "qd sit tabernaculum, habes ff. de ver. si. l. inde tabernacula.

"Tabernaculum.

g ¶ *Nos.*] commiscet se aliis, vt citius reprehendat.

h ¶*Pueros.*]"Puer q̃ que seruũ, q̃q; puellam significat. ff. de ver. si. pueri. quandoque dicitur puer 18. annorum. ff. de ali. & ci. le. l. mela.

"Puer quid significat.

i ¶*Leuitæ.*]Omnes qui in templo seruiebant, dicebantur Leuitæ: "quia de tribu Leui assumebantur. Sed nũquid conferebatur eis tũc character? Sic. arg. de conſ. dist. j. c. j. sed non idem qui hodie. ar. ext. de sacra vnct. cum venisset. in fi. 21. di. c. 1. quod est contra opi. Hug. quam dixi ſ. 75. dist. c. 1. q̃ scilicet sine Missa conferatur character." Sed hodie immutata est forma per Christum. vnde nec Aaron sine Missa conferret hodie characterem.

"Leuita à leui dicitur.

"character hodie sine Missa non confertur.

Si quis.]Casvs. Dicitur hic quod si quis monachus voluerit promoueri, vita eius præterita requiri debet, si fuerit criminosus vel irregularis, contrahendo cum secunda vxore, vel repudiata.

k ¶*Munus.*]id est, si vult ad ordinem promoueri. Archid.

Monachus.]Casvs. Hoc c. diuiditur duas par. In 1. loquitur de monacho. In 2. de laico. In prima ergo dicitur q̃ monachus nouitius, si bonæ vitæ & bonæ conuersationis fuerit, intra annum

35. di. 55. c. 1. Ansel. l. 7. c. 47. Iuo p. 3. c. 143.

In veteri.] Casvs. Quidam epi ante 25. annũ leuitas ordinabant: sed Toletanũ cõcil. ꝓhibet ne hoc decetero fiat: sed post 25. annum leuitæ ordinẽtur: & ꝑsbyteri post 30. quod ꝓbat auctoritate legis Mosaicæ & canonicæ.

est vt sequestrato[a] mansionis cubiculo, religione[b] promissa, postea quam pariter conuersi fuerint, ordinẽtur. ¶ Presbyterum vero, vel episcopũ, ante triginta annos, id est antequam[c] ad viri perfecti ætatem perueniat, & diaconos ante vigintiquinq; nullus metropolitanorum ordinare pręsumat: ne per ætatẽ[d] (quod aliquoties euenit) aliquo errore culpentur.

Item ex concilio Toletano. 4. c. 19.

¶De eodem. C. VII.

In veteri lege ab anno vigesimoquinto leuitæ[e] in tabernaculo[f] seruire mãdantur: cuius auctoritatem in canonibus & sancti patres secuti sunt. Nos[g] & diuinę legis & conciliorum præcepti immemores, infantes & pueros[h] leuitas facim⁹ ante legitimam ætatẽ, ante experientiam vitæ: ideoque ne vlterius fiat à nobis, & diuina lege, & canonicis admonemur† sententiis, vt † à vigintiquinque annis ætatis leuitæ[i] cõsecrentur, & à triginta presbyteri ordinẽtur.

† In codice regio *admonemus exemplis.*

† *al. sed.*

Item Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam, epist. prima, c. 3.

¶Per quæ interualla temporum ordinetur, qui de monachis in clericatum eligitur. C. VIII.

Si quis de religioso proposito, & disciplinis monasterialib⁹ eruditus ad clericale munus[k] accedat, in primis eius vita præteritis acta temporibus inquiratur, si nullo graui facinore probatur infectus, si secundam non habuit fortassis vxorem, nec à marito relictam sortitus ostenditur, si[A] pœnitentiam publicam fortassis non gessit, nec vlla corporis parte vitiatus apparet, si seruili, aut originariæ non est conditioni obnoxius, si curiæ iam probatur nexibus absolutus, si assecutus est litteras, sine quib. vix fortassis ostiarij possit implere ministerium.

A ¶ Si pœnitentiam.] *Hinc vsque ad finem addita sunt ex epistola ipsa, vt melius percipiatur nexus sequentis capitis. Nam post verbum,* ministerium, *continenter apud Gelasium sequitur,* vt si his omnibus, quæ sunt prædicta, fulcitur, continuo lector, &c.

Item eodem capite, & sequenti.

¶De eodem. C. IX.

Monach⁹ vero nouitius[m] morum honestate fulcitur, cõtinuo lector vel notarius[n], aut certe defensor[o] effectus, post tres mẽses existat acolythus: maxime si huic ætas etiam suffragatur: sex to mense subdiaconi nomen accipiat, ac si modestæ conuersationis, honestæque volũtatis existit, nono mense diaconus, completo que anno sit presbyter: cui tamẽ, quod annorum interstitia fuerãt collatura, sancti propositi sponte suscepta doceatur præstitisse deuotio[p]. ¶ Si vero laic⁹ quispiam ecclesiasticis est aggregandus officiis, tanto sollicitius in singulis, quæ superius comprehensa sunt, huiusmodi decet examinari[q] per sonam, quantum inter mundanam, religiosamque vitam constat esse discriminis: quia vtique conuenientia[r] ecclesię ministeria reparanda† sunt, non incõuenientibus meritis ingerenda: tantoq; magis, quod sacris aptum possit esse seruitiis, in eorum quærendũ est† institutis, quantum de tempore, quo fuerant hæc assequẽda, decerpitur, vt morũ habere doceatur hoc probitas, quod prolixior consuetudo non contulit: ne† per occasionem supplendæ penuriæ clericalis, vitia[s] potius diuinis cultibus intulisse†, non legitimæ familiæ Domini computemur procurasse compendia[t]: Quorum[u] promotionibus, super anni metas[x], sex mẽses nihilominus subrogamus: quoniam, sicut dictum est, distare[y] conuenit inter pſonã diuino cultui deditam, & de laicorum conuersatione venientem. Quæ tamen eatenus indulgenda credidim⁹, vt[c] ecclesiis ab hac occasione cessantibus[z] canonum paternorum vetus forma seruetur.

l ¶*Monachus.*]Hoc c. loquitur secũdum casum illum ſ. dist. 55. prisc. s. de dispensatione, procedente de iure communi.

m ¶*Nouitius.*]quia de nouitio maior dubitas videbatur esse.

n ¶*Vel notarius.*]A notis. i. litteris legẽdis[b]. Pedius tamen scripsit litteras nõ esse notas. ff. de bo. pos. sed cum patrono. §. notis. Notę autem quandoque dicũtur cicatrices. Vnde lex dicit, q̃ & notę & nomina fugitiuorum ad magistratus sunt referenda. ff. de ser. fu. l. 2. iuxta illud: *Foliisque notas & nomina mandat.*

b Scdm hoc expone vel notari⁹, vel pro ideſt, & sic exponũt Grat. & Hu.

o ¶*Defensor.*] exorcista. nã prius fit ostiarius, post exorcista. ſ. e. c. 1. dicitur exorcista defensor: quia defendit corpus à dæmonibus.

4 Ibid. c. 4.

p ¶ *Deuotio.*] "Sicut enim ingenium supplet tempus in bene studente, sic & bonitas ætatem: & ita cõpensatur probitas cũ tempore. sic ergo bonitas supplet ætatem sicut tempus, vt C. de prępo. sacro. scr. l. 1. li. 12. & malitia dicitur ętatem supplere. C. si mi. ma. se dix. l. 3. ext. de despon. impuber. de illis. ita probita & honestas supplet tempus. C. de his qui ve. æta. impe. l. omnes. & ff. de decr. ab or. fa. l. 1. sic aliquid quod est minus, æquiparatur alij quod est maius, facta compensatione hinc inde. 7. q. 1. quæro. & 19. di. in canonicis. Istud idem considerat⁹ ĩ testib. quia fit compensatio auctoritatis ad numerum. extr. de testib. in nostra.

†*al. deputanda.*

"Ingenium & alia tps supplere possunt.

†*al. nec.*

†*al. intulisse iudicemur.*

q ¶*Examinare.*] Arg. quòd si laicus inducitur in testem, diligentius est examinandus quam clericus, propter maiorem duritiam. 12. q. 1. duo.

"Clericꝰ laico pfertur.

r ¶*Conuenientia.*]id est, conuenientibus ministris.

s ¶*Vitia.*]id est, vitiosos clericos.

t ¶*Compendia.*]id est, vtilitates, vel vtiles ministros.

v ¶*Quorum.*]"Arg. potest colligi ex hoc quod tantum valeat testimonium quattuor clericorum, quantum sex laicorum. nam in sex quialtera proportione videtur quod se habeant, sicut se habent sex & quattuor: quia tantum potest clericus facere per annum, quantum laicus per annum & dimidium. 46. dist. c. pe.

c Ad idẽ 61. di. in sacerdotib⁹. ſ. 4. di. statuim⁹. & c. deniq;. 1. q. 1. vilissimus.

x ¶*Metas.*]ſ. e. di. quicumque. contra. Sed ibi de neophyto: hic de renato ab infantia loquitur. Vel illud regulariter & de iure communi: hoc specialiter ex dispensatione. vnde subiicit, quæ tamen, &c.

y ¶*Distare.*]j. 8. q. 1. nec sufficere[c].

z ¶ *Cessantibus.*] Cessante causa concessionis, cessare debet pariter & conc

& conceſſum. vt 1.q.7.quod pro remedio.& c.exigunt. ſ. diſt.55.priſcis. 56.diſt.Iſmael.ar.contra.C.fam.erc.l.2.Lau.

ADDITIO. Dic vt no.61.diſt.neophytus.& 19.q.2.duæ.Arch.

Qua vero ætate.] CASVS. Supra in proxima diſt.in c.epiſcopus benedictionē.dictum eſt quòd qui ordinatur in presbyterum debet eſſe 30. annorum. Nunc vero in hac 78.di.idem repetit, vt addat causā quare tunc,& non ante, ſ.quia Chriſtus in 30.an. baptizat[a] fuit, & poſtea cœpit prædicare, vt j.e.presbyter. Et omnia plana ſunt vſq; ad c. qd eſt. a ¶ *Qua vero.*] Hic intitulatur.78.di.in qua oſtendit magiſter nō debere ordinari ſacerdotes de iure cōmuni ante triginta annos completos: "quia in tali ætate Dominus baptizatus eſt,& prædicare cœpit: & quidam alij ꝓphetæ. ſed quia & ante hoc tempus prophetæ ad prædicandum miſſi ſunt, poſſunt neceſſitate imminente à 25. ann. ordinari. j.e.diſt.c.vl. ar.ff.ad Tre.filiū.§.1.

" Chriſtus qua ætate baptizatus eſt.

b *SI quis.*] ¶ *Non impleuerit.*]Ext.de ele.cum in cunctis.

1Pol.l.2.tit. 20.Burc.l.2. c.10. Iuo p. 6.c.30. Pan. l.3.c.29.

c ¶ *Sit dignus.*]arg.eſt non debere derogari iuri communi ꝓpter perſonam. ſ. di.50.ex pœnitentib. di.61.miramur. Sed ꝓpter neceſſitatem vel vtilitatem derogatur iuri, licet non propter dignitatem tantum, vt 1. q.7.c.tali[a].

a Ad idē 15. q.vlti.c.vlt. &de hoc ēt no.j.e.c.vl. 2Poly.lib.2. tit.27.

Vid eſt manus.] CASVS. Super epiſtolam ad Timotheum habetur. Manus cito nemini impoſueris, nec cō municaueris peccatis alienis. Nunc vero Leo Papa exponit literam Apoſtoli: & dicit, quod ille cito manum imponit qui ordinat aliquem ante congruam ætatem, & ante examinationē, & antequam ſit diſciplinatus. Et ille communicat peccatis alienis qui efficitur mal[e]: ſicut eſt ille quem ordinat, & in malo eſt ei ſimilis.

b Cap.1. ꝫ ſ.diſt.61. c.miramur. verſi. qd eſt cito]Anſ.li. 6.c.34. Iuo p.5.c.105. † *al.laboris.* b Hoc forte intelligitur ꝺ cōuētuali ſcdm Laur. ſ; intelligas indiſtincte, vt probatur ext.lib.6.de ele. licet ca non. qđ eſt cōcil.Greg. x. ætatis ꝓbatio,cui incumbit. c Adde an ꝺ ætate filij credatur libro pris vel ei[a] aſſertiōi, not.gl.i l.ēt ff.ꝺ ꝓb.Bal. i l.neq; nata les.C.e.tit. ꝺ Nā factū

B ¶ Monachus.] *Quomodo hic locus in originali habeat, proxima ſuperiore notatione indicatum eſt.*

c ¶ Vt eccleſiis.] *Hæc multo plenius à Gelaſio exponuntur*: Vt illis, inquit, eccleſiis, quibus infeſtatione bellorum vel nulla penitus, vel exigua remanſerunt miniſteria, renouentur: quatenus his, Deo propitio, reſtitutis, in eccleſiaſticis gradibus ſubrogandis canonum paternorum vetus forma ſeruetur, nec contra eos vlla ratione prævaleat, quod pro accidentis defectus remedio ꝓuidetur, nō aduerſus ſcita maiorum noua lege proponitur, ceteris eccleſiis ab hac occaſione ceſſantibus, quas non ſimili clade vaſtatas priſtinam faciendis ordinationibus conuenit tenere ſententiam.

DISTINCTIO LXXVIII.

Qua vero [a] ætate ſacerdotes ordinari debeant, Bonifacius [A] Papa diffiniuit dicens.

A ¶ Bonifacius.] *Ceteri collectores citant ex decretis Fabiani. Extat apud Martinum Bracarenſem in ca.græc.ſynod.c.20.ex Neocæſarien.c.xi.*

¶Ante annos triginta presbyter non ordinetur. C. I.

1 SI quis [b] triginta ætatis ſuæ annos nō impleuerit, nullo modo presbyter ordinetur, etiam ſi valde ſit dignus [c].

[*Item in nouellis Authentica de ſanctiſ. epiſcopis.§ clericos.apud Iulian.Antec.conſtit.123.c.19.*]

¶De eodem. PALEA. C. II.

2 NEmo presbyter conſecretur, qui minor triginta annis ſit: nemo diaconus, vel ſubdiaconus fiat, qui minor vigintiquinque annis ſit: nemo lectoribus connumeretur, qui minor xviij. annis fuerit: nemo inter diaconiſſas conſecretur ſacroſanctæ eccleſiæ, quæ minor ſit xl. annis, vel ad ſecundum matrimonium peruenerit.

Item Leo Papa ad epiſcopos Africanos, epiſt.85.c.1.

¶Non eſt ordinandus ſacerdos, niſi longo ſit probatus examine. C. III.

3 QVid eſt [d] manus cito imponere, niſi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum obedientiæ†, ante per hoc quod ante xxx.annum non poſſit promoueri.

HOC REGVLARE EST. CASVS. Dicit nunc Grat.quod hæc quæ dicta ſunt. ſ.de 30.an.vera ſunt, & ſeruanda de iure cōi. Et hoc probat exemplo Chriſti, & Ioannis Bap. & Ezechielis qui tantū in xxx. anno prædicare cœperunt, ſed diſpēſatiue ante tale tempus poteſt

dñi non eſt trahēdū ad cōſequētiā, ſecūdùm B.

experientiam diſciplinæ, ſacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid eſt communicare [e] peccatis alienis, niſi talem effici ordinantē, qualis ille eſt, qui non meruit ordinari.

Item ex concilio Neocæſarienſi,c.11.

¶Ante triginta annorum ætatem presbyter non ordinetur. C. IIII.

4 PResbyter ante xxx. [f] annorum ætatem non ordinetur, quamuis ſit probabilis vitæ: ſed obſeruet vſque ad præfinitum tempus. Dominus enim noſter Ieſus Chriſtus trigeſimo anno baptizatus eſt,& tunc prædicauit [g].

5 *Hoc regulare eſt, vnde & Chriſtus, & Ioannes Baptiſta, & Ezechiel, & nonnulli prophetarum non leguntur ante hoc tempus prophetaſſe, vel prædicaſſe*[h]. *Verum, quia Hieremias, & Daniel ante iuuenilem ætatem ſpiritum prophetiæ accepiſſe leguntur, Dauid, & Salomon in adoleſcentia vncti inueniuntur, Ioannes etiam Euangeliſta, cum adhuc eſſet adoleſcens, à Domino in Apoſtolum electus, & cum aliis ad prædicandum miſſus inuenitur, Paulus quoque Apoſtolus in adoleſcētia à Domino electus, & ad prædicandum miſſus aſſeritur, eccleſia ſimiliter, neceſſitate exigente, nonnullos ante triginta annos ordinare conſueuit.*

Vnde Zacharias Papa, Bonifacio epiſcopo, epiſtol. 6. cuius initium [*Benedictus Deus.*]

¶Neceſſitas exigente xxv. annorum presbyteri ordinentur. C. V.

SI triginta annorum non reperiuntur, & neceſſitas [i] expoſcit [6], à vigintiquinque annis & ſupra leuitæ, & ſacerdotes ordinentur.

DISTINCTIO LXXIX.

1 ps *Poſtolicus autem [k] non niſi à Cardinalibus, & religioſis clericis eſt inthronizandus.*

Vnde Nicolaus Papa II. ait in epiſtola, qua ſynodum à ſe Romæ habitam refert,c.1.

experientiam diſciplinæ, ſacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid eſt communicare [e] peccatis alienis, niſi talem effici ordinantē, qualis ille eſt, qui non meruit ordinari.

Item ex concilio Neocæſarienſi,c.11.

¶Ante triginta annorum ætatem presbyter non ordinetur. C. IIII.

4 PResbyter ante xxx. [f] annorum ætatem non ordinetur, quamuis ſit probabilis vitæ: ſed obſeruet vſque ad præfinitum tempus. Dominus enim noſter Ieſus Chriſtus trigeſimo anno baptizatus eſt,& tunc prædicauit [g].

5 *Hoc regulare eſt, vnde & Chriſtus, & Ioannes Baptiſta, & Ezechiel, & nonnulli prophetarum non leguntur ante hoc tempus prophetaſſe, vel prædicaſſe*[h]. *Verum, quia Hieremias, & Daniel ante iuuenilem ætatem ſpiritum prophetiæ accepiſſe leguntur, Dauid, & Salomon in adoleſcentia vncti inueniuntur, Ioannes etiam Euangeliſta, cum adhuc eſſet adoleſcens, à Domino in Apoſtolum electus, & cum aliis ad prædicandum miſſus inuenitur, Paulus quoque Apoſtolus in adoleſcētia à Domino electus, & ad prædicandum miſſus aſſeritur, eccleſia ſimiliter, neceſſitate exigente, nonnullos ante triginta annos ordinare conſueuit.*

Vnde Zacharias Papa, Bonifacio epiſcopo, epiſtol. 6. cuius initium [*Benedictus Deus.*]

¶Neceſſitas exigente xxv. annorum presbyteri ordinentur. C. V.

SI triginta annorum non reperiuntur, & neceſſitas [i] expoſcit [6], à vigintiquinque annis & ſupra leuitæ, & ſacerdotes ordinentur.

DISTINCTIO LXXIX.

1 ps *Poſtolicus autem [k] non niſi à Cardinalibus, & religioſis clericis eſt inthronizandus.*

Vnde Nicolaus Papa II. ait in epiſtola, qua ſynodum à ſe Romæ habitam refert,c.1.

aliquis ad dignitatem presbyterij promoueri. & hoc probat ſex exemplis: ſcilicet Hieremiæ & Danielis, Dauid & Salomonis, Ioannis Euangeliſtæ & Pauli: qui omnes ab adoleſcentia acceperunt officium prædicandi, & gubernationem ſuper alios. Et ad hoc probandū inducit ſeq. ca. cuius caſus per ſe patet.

4Pol.l.2.tit. 27. Anſ.l.7. c.95. Pann. lib.3. c.29.

h ¶ *Prædicaſſe.*] ante hoc tempus.

SI *xxx. annorum.*] i ¶ *Neceſſitas.*] vel vtilitas, cū illa etiam inducat diſpenſationem, vt 1.q.7.tali. immo de iure communi (vt videtur) cū enim in 25. anno ad regimē eccleſiæ poſſit aſſumi, vt ext.de ele.cum in cunctis. " & quilibet prælatus debeat eſſe presbyter. 21.q.2. ſicut. cum etiam talis debeat eligi, qui per breue tēpus poſſit promoueri, vt ext. de æta.& quali. præterea. Et breue tempus eſt vt non vacet eccleſia niſi per tres menſes ad plus, vt 50 diſt. poſtquam. ergo prædicta ca. videntur correcta. Io. quod nō credo, vt ext. de elec. dudum.& ext. de præben.cum iamdudum. in fine.

5 S.Greg.in Ezechiel. hom.2. *Hier.1. Daniel.1.* " Prælatus quilibet ſpbyter eſſe debet. *Matth.4. Act.7.*

Poſtolicus. Hæc diſt. diuiditur i ſex par. in quarū prima dicitur, ꝙ nullus debet eligi in eccleſia Romana niſi à Cardinalib. nec ante mortem Papæ aliquo verbo, vel facto de Papatu debet promitti. Et hoc probat ꝙ ſex auctoritates. Secunda ibi, *Nullus Pontifice.* Tertia ibi, *Sed quæritur.* Quarta ibi, *Hoc autem.* Quinta ibi, *Electio.* Sexta ibi, *Sicut ſupra.* Io. de Fan.

6 & iſto tex. infertur, ꝙ plura fiunt neceſſitatis cā, q̄ aliàs ñ fierēt. concor. l.ñ ſolū §. fi. ff. de excuſ. tut.

CASVS. ſupra in 23.di. c.1. tractatum eſt de electione & confirmatione Papæ: nunc vero in hac 79.diſt. idem repetit, vt aliquid addat. continet enim hæc diſt. quattuor articulos. In primo dicit, quod Papa non debet eligi niſi à Cardinalib. In ſecundo dicitur quid iuris ſi duo apoſtolici eliguntur. In tertio dicitur quod electio ſucceſſoris debet fieri cū deliberatione prædeceſſoris. In quarto dicitur quod electio apoſtolicorū ſoli Deo reſeruatur, quæ omnia per ſuos §§. patebunt.

k ¶ *Apoſtolicus autem.*] Hic depingitur 79. diſt. in qua ſpecialiter magiſter agit de electione ſummi Pontificis, oſtendens à quib. debeat eligi: "& dicit quod à Cardinalib. & quando: quia die tertia poſt depoſitionem defuncti, vt j.eo. nullus. ſubdit etiam quid iuris ſit cum duo malo zelo eligunt, vt j.e. ſi duo. vel cum ſimoniace aliquis eligitur, vt j.ea, ſi quis pecunia [e]. & dicit quod à ſolo Deo poteſt deici. de ordinatione eius non tractatur hic, quia de ea dictum eſt. ſ. 23.diſt. in nomine.

" Papa à q-bus & qñ eſt eligendus. e Et j.e.c.1.

ADDITIO. Iſtud c. non fuit ibi introductum niſi propter ordinationem: & ideo repetit hoc de electione & inthronizatione, & non de ordinatione, ſecundum Hug.

SI *quis.*] CASVS. Statuit Nicolaus in hoc c. quod ſi quis ſine concordi & canonica electione Cardinalium & aliorum religioſorum

Source : BIU Cujas

rum clericorũ fuerit electus vel inthronizatus, non habeatur apostolicus, sed apostaticus.

"Electio Papę h; aliqua specialia.

a *Et canonica.*] Quam electionem vocas canonicã? "numquid dices idem esse qđ in aliorũ electionib. saltem quo ad hoc vt debeat esse de eadem ecclesia[a], vel vt melior eligi debeat[b], vel ẽt prior[c], vel vt non sit aliquo mõ irregularis? Sed breuiter dico, quod si est electus à duabus partib. amodo nullo admittitur contra ipsum exceptio, nec de vitio eligendi: vel electi, quia non esset coram quo iudice exceptiones illæ præponerentur. vnde si tertia pars vellet probare electionem esse simoniacam[d], non audiretur, vt ext. de ele. licet. qui tamẽ sic eligunt, peccant: & electio talis vitiosa est.

aVt 63. dist. nullus.

bVt 61. dist. metropolitanus.

cVt 75. dist. c. vlt. in fi.

1 Pol. l. 2. ti. 4 Ans. lib. 6. c. 15. j. ea. si qs pecunia.

b ¶*Sequentium.*] Hi cõsentire debent: nõ tamen vocandi sunt de necessitate.

c ¶*Religiosorum.*] ℣. di. 23. c. 1. contra. sed ibi dicit religiosos viros præduces, non respectu Cardinalium, sed respectu laicorum.

d De hoc j. c. si quis pecuniã. A. c.

¶De eo, qui sine concordi Cardinalium electione inthronizatur. C. I.

j[1] SI quis[A] Apostolicæ sedi sine concordi, & canonica[a] electione Cardinalium eiusdem ecclesiæ, ac deinde sequentium[b] religiosorum[c] clericorum inthronizatur, non Papa, vel apostolicus, sed apostaticus habeatur.

A ¶Si quis.] *Verba Nicolai in epistola, quæ in voluminibus conciliorum impressis post decreta Nicolai primi habetur, hæc sunt.* Primo namque inspectore Deo est statutum, vt electio Romani Pontificis in potestate Cardinalium episcoporum sit, ita vt si quis Apostolicæ sedis sine præmissa concordi & canonica electione eorum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorum, & laicorum consensu inthronizatur, &c. *Idem fere habetur ad finem illius synodi, & refertur infra c. si quis pecunia.*

Item Symmachus Papa in synodo Romana prima, c. 3. & 5.

¶Papa superstite, eo inconsulto, de electione futuri Pontificis nemo audeat loqui. C. II.

ij[2] SI[A] quis, Papa superstite, pro Romano[d] Pontificatu cuiquam quolibet modo fauorem præstare conuincitur, loci sui honore, vel communione priuetur. Si quis presbyter, aut diaconus, aut clericus, Papa incolumi, & eo inconsulto, aut subscriptionem[e] pro Romano pontificatu commodare, aut pyctacia[f] promittere, aut sacramentum præbere tentauerit, aut aliquod certe suffragium polliceri, vel de hac causa priuatis conuenticulis factis deliberare, atque decernere, loci sui dignitate, atque †communione priuetur. *& infra.* ¶ Propter occultas fraudes, & coniurationum secretas insidias, quas huius sententia districtionis[g] consequitur†, si quis ad ecclesiasticam pertulerit[h] notitiam consilia eorum qui contra hanc synodum de pontificali egerint ambitu, & rationabili probatione conuicerit, particeps actionis huiusmodi non solum purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneratione[i], quæ non indigna sit, subleuetur. Vniuersa synodus, &c.

A ¶Si quis Papa.] *Initium hoc vsque ad versiculum,* Si quis presbyter. *est caput secundum suggestionis Fulgentij archidianoni Romanæ ecclesiæ: quod vna cum tribus aliis capitulis, in tomis conciliorum, præcedit primam, vel secundam synodum sub Symmacho, cum hac inscriptione:* Capitula primę synodi Romanæ sub Symmacho Papa. *In codice vero canonum prænotantur his verbis:* Tituli decretorum Papæ Symmachi numero quattuor.

B ¶Si quis presbyter.] *Hæc sunt propria verba capitis tertij ipsius synodi, quod est secundum in codice canonum.*

Item ex concilio Stephani Papæ III. [*Deus dedit addit, habita in basilica Cõstantiniana, act. 3.*]

¶In apostolatus culmen nullus, nisi ex Cardinalibus promoueatur. C. III.

4 OPortebat, vt hæc sacrosancta domina nostra Romana ecclesia (iuxta quod à beato Petro, & eius successoribus institutũ est) rite ordinaretur, & in Apostolatus culmen vnus de Cardinalibus presbyteris, aut diaconis cõsecraretur.

Item ex eodem.

¶De eodem. C. IIII.

5 NVllus vmquam laicorum, neque ex alio ordine præsumat, nisi per distinctos gradus ascendens diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacri Pontificatus honorem promoueri.

¶In Pontificalibus manuscriptis vno Vaticano, & altero Cardinalis Sirleti in vita Stephani Papæ III. referendo synodum ipsius tempore habitam, hæc leguntur ad caput hoc pertinentia. Tunc allatis sacratissimis canonibus, eisque liquido perscrutatis, prolata est sententia ab eodem sacerdotali concilio, sub anathemate interdicentes, ne vllus vmquam præsumat laicorum, neque ex alio ordine, nisi per distinctos gradus ascendens, diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacri Põtificatus honorem promoueri: & alia plura, quæ canonica indigebant correctione, in eodem concilio statueruntunt emendanda.

Item ex eodem.

¶Anathematizetur episcopus, monachus, vel laicus Romanam ecclesiam inuadens & in gradum filiorum eius prorumpens. C. V.

iij[6] SI quis ex episcopis, vel presbyteris, vel monachis, vel laicis cõtra canonũ, & sanctorum patrũ statuta prorũpens, in gradũ filiorũ sanctæ Romanæ ecclesiæ, id est presbyterorum[k] Cardinalium, & diaconorum ire præsumpserit, & hanc Apostolicam sedẽ potest accusare: & ille punietur, & iste non: quod Hug. intelligit vbi res non processit ad actum: s. ad donationem vel receptionem pecuniæ. Tunc enim vterque debet deponi. Io. quod ego non credo: cum crimen istud procedat ad instar criminis læsæ maiestatis, vt 15. qu. 3. sane. in quo si socius criminis probat crimen, remuneratur. vt 6. q. 1. si quis[f]. B. arg. ext. de testi. veniens.

f Aliàs §. verum.

"Dicunt tñ quidam q̃numquam in simonia socius socium accusat. 15. q. 3. nemini. nisi qñ simul committitur crimen læsæ maiestatis, vt hic. Et ad ca. sane, respondeo q̃ quo ad quædam, non quò ad omnia simonia æquis passib. ambulat cum crimine lęsæ maiestatis. Sed videtur quod ille q̃ accusat illum quẽ dicit fuisse socium i crimine, non esset audiendus: Tũ ideo, quia statim puniendus esset, ex quo sponte confessus est crimen suum, vt 2. q. 1. nos in quem quam. Tum quia turpitudinem suam allegans non auditur, vt ext. de don. inter dilectos. Sed dic esse speciale in hoc crimine, vt allegans suam turpitudinem audiatur, & vt cõfessio eius nõ puniatur[g]: Tum quia non est directa cõfessio, quando quis ideo cõfitetur vt accusetur. Sed licet confessio accusatoris non puniatur in simonia, tamen confessio testis punitur, vt ext. de ele. per inquisitionem. Sed qd si confessus non potest probare crimen quod intendit? Videtur q̃ tunc puniendus sit: quia tacere debuit crimẽ quod probare non potuit, vt 2. q. 7. plerique. 6. q. 2. si tantũ. quod concedo. Io. 1 ¶*Remuneratione.*] ñ ipso facto, sed à iudice eã impetret, vt C. quib. ex cau. ser. pro

" Accusatoribus qñq; præmium datur.

præmio li. acci. l. 1. "& ita inuitatur aliquis p præmium ad accusandum, vt 6. q. 1. §. verũ. & l. si quis cum.

OPortebat.] Casvs. Hoc ca. & sequens idem dicunt: scilicet quod nullus debet eligi in Papam nisi de Cardinalibus presbyteris vel diaconibus, dummodo inter eos idoneus inueniatur.

SI *quis ex episcopis.*] Casvs. Hoc c. & sequẽs fere eumdem habent casum. Dicitur enim hic quod si quis clericus vel laicus electioni cardinalium contradixerit, vel sedem apostolicam voluerit vsurpare, anathema sit: & non solum ipse, sed etiam omnes ei fauentes. *In seq. c.* dicitur, quod si quis contradixerit eligentibus Romanum Pontificem, anathema sit.

4 Deusdedit p. 1. Ans. l. 6. c. 25. Pol. li. 1 tit. 4.

5 Deusd. ibi. Polyc. ibid. Ansel. l. 6. c. 24. S. Ant. l. 6. c. 24.

g Itẽ qa nõ agitur ad hoc vt crimẽ suũ publicetur, ergo ñ fiat ei iudiciũ, vt ff. de lib. ag. l. j. in fi. Arc.

6 Deusd. ibi. Ansel. l. 6. c. 26. & 27. In Põtificali Rom. manuscr.

2 Burc. l. 1. c. 223. Iuo p. 5. c. 336. Pol. l. 1. tit. 4. Ans. lib. 6. c. 1.

3 Poly. ibid.

†*al. vel* C. 5.

†*al. persequitur.*

a ¶*Perpe*

Source : BIU Cujas

a ¶*Perpetuum.*]donec pœniteat.10.q.1.quia ſacerdotes, ſimile ext. de conſt.ex litteris.& inſt.locati,§.adeo.Aliter ſumitur, ff.pro ſo.l. 1. & 10.q.2.perpetua.ext. de iur.iu.veritatis.

ADDITIO. De hoc no.70.diſt.ſanctorum.in 1.gl.& 1.qu.1.reperiuntur.in fi.Arch.

b *Si quis.*] ¶*Seu primatibus.*]Primates appellat quoſdã forte nobiles, q̃ inter ſunt vt populum arceant[a], q̃ ſi iuſte moueretur, exaudiretur,

a Ad hoc arctic.63.di.q̃ facta.64.di. q̃a p̃ ambitiones.Arc.

NVllus.] CASVS, Mortuo Apoſtolico vel epo aliquo, Cardinales vel canonici intantum feſtinabant, q̃ nihil curabãt d̃ ſepultura defuncti: quare ſtatutũ fuit, q̃ nec Papa nec epo viuente, nec etiam eo defuncto electio fiat ſucceſſoris, niſi tertia die poſt ſepulturam.

†al. hanc canonicam.

c ¶*Viuente.*]Idem dicitur ext. d̃ ele.bonæ. Sed nunquid mortuo Papa eccleſia erit mõſtrum ſine capite, vel numquid vniuerſitas Cardinalium erit caput? Si hoc dicas, Cardinales tũc temporis poſſunt deponere epiſcopum: eadem rõne canonici mortuo epo poſſunt deponer̃ clericum aliquẽ. Dic ergo & eccleſiam tunc viuere, & tñ carere capite. "Ar, tamen eſt, quod Cardinales ſuppleant defectum mortui Papæ j.eo. ſi quis, Io.melius ext.de ma. & obe. his quæ.& ca, cum olim.B,

1 Deuſdedit ibid. Anſ.l, 6.c.28.

2 In Pontificali Rom. manuſc.

" Cardinales an ſuppleant defectum mortui Papæ.

3 Anſel.l.6. c.11.Deuſdedit p.1.

SED QVAERITVR. CASVS.Hic eſt ſecundus art. vbi quæritur quid iuris ſit, ſi duo apoſtolici eligãtur temeritate certantium: & quis alteri ſit præferendus : & quid de hoc ſit,legitur ſeq.ca. d ¶*Honorius.*] Sed qd ſpectat ad Imperatorem ſtatuere aliquid de electionib. contra id 96.di.bñ? Sed iſtud fecit rogatu eccleſiæ, "Et eſt ar. ad q. illam q̃ laicus de reb. eccleſiaſticis vel ſpirituali b° poſſit iudicare. Ar. contra,ẽ,diſ.96.denique. ſed ibi intelligitur præter auctoritatem eccleſiaſtici prælati.De hoc dixi extr. de arb.contingit.

4 In tomis cõciliorum inter epiſtolas Bonif. 5 j.diſt.97.c. Victor Honorius.Anſ. lib.6.c.17.

" Laicus an poſſit de reb° eccleſiæ iudicare.

† *certantes*] Orig.

SI *duo.* CASVS.Bonifacius Papa rogauit Imperatorem Honorium vt conderet legem, qua doceretur quid eſſet faciendum, ſi duo apoſtolici temeritate certantium eligantur. Cõſtituit ergo Honorius, quòd neuter illorum duorum ſit Papa, ſed noua electione communi conſenſu tertius eligatur.

e ¶*Contra fas.*]Et ideo neuter obtinet, vt ext. de ele. cõſiderauimus, nec priuantur Cardinales hoc caſu poteſtate eligendi, contra id ext. de elec. cum in cunctis." Sed quis erit Iudex de hoc an electio ſit contra fas? Non ipſi Cardinales: quia ſi ſic, eſſent iudices in proprio facto, nam nullus ſuperior poteſt inueniri, vt ext. de ele. licet. in fi. Dic iſtud c. locum habere quando neuter eſt electus à duabus partibus. Vel dic quòd concilium conuocabitur.

" Electio facta p Cardinales, ſi dicatur cõtra fas eſſe, q̃s erit iudex.

f ¶*Nullum.*]ẽ.di.63.ſi forte contra. Sed q̃d hic dicitur, fit cum vtraq; pars ducitur malo zelo. ibi cum vtraque pars bono zelo ducitur: & hoc patet per hæc verba, contra fas,

HOC AVTEM. CASVS. Dicit nunc Gratianus, quòd c. ſi duo. intelligitur quando vterque male eſt electus: & non intelligitur quando vnus per apoſtaſiam ordinatur. & alter canonice: cui[b] electio facta fuit extra Vrbem propter intruſionem alterius.

inuadere quilibet ex ſupradictis tentauerit, & ad ſummum Pontificalem honorem aſcendere voluerit, ipſi, & ſibi fauentibus fiat perpetuum [a] anathema. *& infra.*

¶Si quis reſiſtere p̃ſumpſerit ſacerdotibus, atque primatibus eccleſiæ, vel cuncto clero ad eligendum ſibi Romanum Pontificem ſecundum canonicam† traditionem, anathema ſit.

¶*Deuſdedit presbyter Cardinalis tituli Apoſtolorum in Eudoxia, pa.2.c.131.refert multa ex ſynodo habita à Stephano tertio, in quibus caput hoc integrum continetur.*

Item ex concilio Leonis Papæ IIII.

¶Anathema ſit, qui canonicæ electioni Romani Pontificis contradicere præſumpſerit. C. VI.

iiij[1] SI quis ex ſacerdotibus, ſeu primatibus [b] nobilib°, ſeu cuncto clero ſanctæ Romanę eccleſiæ, electioni Romani Pontificis contradicere præſumpſerit, ſicut in concilio Bonifacij, & Stephani Papæ legitur ſtatutum, anathema ſit.

Item ex concilio Bonifacij Papæ III.[2]

¶Nullius epiſcopi fiat electio niſi poſt diem tertium depoſitionis alterius. C. VII.

[3] 2 NVllus, Pontifice Romano viuente [c], aut epiſcopo ciuitatis ſuæ præſumat loqui, aut partes ſibi facere, niſi tertio die depoſitionis eius, adunato clero, & filiis eccleſiæ: & tunc electio fiat.

3 *Sed quæritur, ſi duo concertantium temeritate electi fuerint, quis eorum alteri præferendus ſit? De his ita ſcribit Honorius [d] Auguſtus ad Bonifacium Papam.*[4]

¶Si temeritate concertantium duo fuerint ordinati. C. VIII.

[5] SI duo forte contra fas [e] temeritate cõcertantium† fuerint ordinati, nullum [f] ex his futurum penitus ſacerdotem, ſed illum ſolum in ſede apoſtolica permanſurum, quem ex numero clericorum, noua ordinatione diuinum iudicium, & vniuerſitatis conſenſus elegerit.

4 *Hoc autem capitulum non de eo intelligendum eſt, qui vno per Apoſtaſiam ordinato, à Cardinalibus, & religioſis clericis Apoſtolicæ ſedi inthronizatur: etiam ſi ille apoſtaticus ita cathedram beati Petri violenter tenuerit, vt canonica electio intra Vrbem fieri non valeat.*

Vnde Nicolaus Papa II. in concilio Romano ſtatuit dicens,[6]

¶De eo qui per pecuniam, vel populari tumultu, non canonica electione ordinatur. C. IX.

v[7] SI quis pecunia, vel gratia humana, vel populari, ſeu militari tumultu, ſine concordi, & canonica electione, ac benedictione Cardinalium epiſcoporum, ac deinde ſequentium ordinum religioſorum clericorum fuerit Apoſtolicæ ſedi inthronizatus, non Apoſtolicus [g], ſed apoſtaticus habeatur, liceatque Cardinalibus epiſcopis, cũ religioſis, & Deum timentibus clericis, & laicis [h] inuaſorem etiam cum anathemate, & humano auxilio, & ſtudio à ſede Apoſtolica repellere, & quem dignum iudicauerint: præponere. Quod ſi hoc intra vrbem perficere nequiuerint, noſtra auctoritate Apoſtolica congregati in loco, qui eis placuerit, eligãt quem digniorem, & vtiliorem Apoſtolicæ ſedi perſpexerint, conceſſa ei auctoritate regendi, & diſponendi res, & † vtilitatem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ſecundum quòd ei melius videbitur, iuxta qualitatem temporis, quaſi iam omnino inthronizatus [i] ſit.

5 *Electio vero Romani Pontificis etiam cum deliberatione prædeceſſoris fieri debet.*

Vnde Symmachus Papa ait in ſynodo Romana prima.c.4.

¶Si Papa de electione ſui ſucceſſoris ante decernere non potuerit. C. X.

[8] SI tranſitus Papę (quod abſit) inopinat° euenerit, vt de ſui electione ſucceſſoris (vt ſupra placuit) non poſſit [k] ante decernere, intra vrbem fieri non poteſt, fiat extra: & electº habeat plenam poteſtatem diſponendi res in vtilitatem eccleſiæ, & faciendi omnia quaſi eſſet inthronizatus.

g ¶*Non apoſtolicus.*]videtur per principium iſtius ca. "quod Papa de ſimonia poſſit accuſari: quia non eſt apoſtolicus, ſed apoſtaticus. & quia ſimonia hæreſis eſt, 1.qu.1, eos q̃. & c.fertur. & ca.liqueat. & per primum c. huius di. quod non credo. & loquitur hic de eo qui per ſimoniam electus eſt ab illis, qui non habebant poteſtatem eligendi, non à Cardinalib°. " " Simonia autem large dicitur hęreſis, nõ ſecundum q̃ Papa vel alius de hæreſi poteſt accuſari, cum.ſ.errat aliquis in articulis fidei, ſed antequam eligatur Papa, exceptione cuiuſlibet criminis repelli poterit. Sed pone q̃ aliquis accuſat Cardinales, q̃ ſimoniace elegerint Papam (hoc enim licite põt fieri, vt j. ca. px.) numquid ſi probata fuerit ſimonia, Papa deponetur? Non. arg. 2.q.5. interrogatũ. ff. de adul. denuntiaſſe. Sed quid ſi dum vxor tua creditur mortua, eligeris in Papã & cõſecraris, & vxor tua te repetit, an ei reddẽdus es, vel ſi tu neges eam tuam vxorem eſſe, apud quem cognoſcetur, cum Papa iudicari nõ poſſit niſi de hęreſi? Reſp, ſi reuocetur in dubium, nõ eſt cogendus ſtare iudicio alicuius, immo excipere poteſt, Dominus eſt qui me iudicat. 9.qu.3.aliorum. " "Si autem certum eſt, tenetur ei reddere debitum, niſi mulier induci poſſit ad continentiam obſeruandam, vel abrenuntiabit papatui, & ſatisfaciet vxori, &c.

"Papa vtrũ poſſit accuſari de ſimonia.

6 In fine.

7 ẽ. fere idẽ diſt.e.c.ſiqs Apoſtolicę. Anſ.l.6.c.16 Pol.l.1. tit.4 Iuo p.4.c.8.

" Simonia dr hæreſis.

† *al. in*

" Coniugatus in Papa electus, an debitũ reddere dẽat.

8 Deuſdedit ibid. Pol.lib. Anſ.l.6. c.1. Pan.l.3. c.2.

h ¶ *Laicis.*] infra diſtinct. 96.cap.1. contra. Sed illud generaliter prohibetur [b] in aliis quod ſpecialiter contra inuaſorem Apo. ſedis permittitur, vel ſingulis referenda ſunt ſingula: licet clericis anathematizare, & laicis humano auxilio à ſede Apoſtolica pellere. Et ſic aliquis punitur ſimul pœna canonica & ciuili [c], contra id extra vt lit, non conteſtat, quoniam. in fine. Sed hoc ſpeciale eſt in intruſo, in quo non ſufficit altera pœna. 23. quæſtio.5.cap. quid ergo.

b Alias ,phibetur in malis, hoc ſpãliter, &c.

c De hoc 16 q.j.ſtatuim'

i ¶*Inthronizatus.*]ſi.23.diſt.in nomine.

ELECTIO. CASVS. Hic eſt tertius articulus, vbi dicitur quod electio ſucceſſoris debet fieri cum deliberatione anteceſſoris.

SI *tranſitus.*]CASVS. Symmachus Papa ſtatuit, vt ſi mors inopinata contingat, ita vt anteceſſor non poſſit ante decernere de electione ſui ſucceſſoris, ſi quidem ab omnib. fuerit canonice electus, conſecretur. Si autẽ (vt fieri conſueuit) duo eligantur, electus à pluribus præferatur, niſi fuerit ſimoniace electus.

k ¶ *Non poſſit.*] j.8.q.1. epiſcopo non. contra. Solutio" aliud eſt de ſui ſuc

" Papa an ẽ ſuo ſucceſſore poſſit cum Cardinalibus deliberare.

Source : BIU Cujas

† *al. conuenerit.*

sui successoris electiõe cum fratrib. deliberare, quod posset fieri, vt hic permittitur, & aliud est ex testamento quasi dignitatis suæ hæredem substituere, quod ibi penitus prohibetur, quia nec Papæ licet [a], quia hoc nec Moyses potuit. 8. q. 1. Moyses. nec est trahendum ad consequentiam factum Petri Clementẽ substituentis sibi. 8. q. 1. c. 1. quia & ad eius vmbram curabantur infirmi. de hoc dici consueuit. 1. q. 1. Petrus,

a Sed nũqd Papa pt dare licẽtiam alij, vt eligat sibi successores, certe sic, 7. q. 1. petisti. quare ergo ñ pt sibi eligere? Resp. Hu. q multa sunt, q aliisindulgem[a] licite, nobis tñ talia indulgeri ñ licet. Eps em sæpe cũ aliis dispensat, priuilegiũ vel honorẽ dat aliis. S; nũqd talia possit sibi impẽdere? ñ, qa nemo assumit sibi honorẽ 8. q. 1. in scripturis. secũdùm H.

1 Iuo par. 5. c. 238.

a ¶ *Sententia plurimorum.*] sc. duarum partium ext. de ele. licet.

b ¶ *Careat.*] accusabitur ergo iste de simonia, nec præiudicabitur Papæ, arg. 2. q. 5. interrogatum est.

SICVT. CASVS. Hic est quartus articulus in quo dicitur, q electio summorum Pontificũ soli Deo reseruatur, licet electio à Cardinalib. fiat. Quod probatur seq. c. cuius casus planus est.

c ¶ *Electionem.*] & ita fallit regula, ad quẽ spectat institutio, & destitutio. 16. q. 2. visis. quia bene dicere potest, & male dicere, q ligare, & absoluere pt, vt 21. di. inferior. & c. denique.

Oca vero.] Hæc. di. uiditur in duas part. in quarũ prima quæritur vbi debeat fieri sedes patriarchalis, vel primatum vel metropolitanorũ vel episcoporum vel aliorum minorum. Secũda ibi, *Sedes autem.* Io. de Fan.

CASVS. Supra ostẽdit quando & à quib. clerici debeant ordinari: nũc vero in hac 80. di. ostendit in quib. locis debeant præponi patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, & p̃sbyteri. Patriarchæ debent poni in capitib.

2 Extat apd Stephanũ. j. epist. 2. c. 5.

prouinciarum, vt j. 99. dist. prouincię. archiepiscopi in singulis prouinciis, vt j. 6. q. 3. scitote. episcopi vero in ciuitatib. Presbyteri p castella & villas, vt j. e. episcopi.

d ¶ *Loca.*] hic intitulatur 80. di. supra magister ostendit à quibus & quando sint ordinãdi clerici, nunc subdit in quib. locis ordinandi debeant ordinari. & quidem primates ibi cõstituuntur, vbi olim ponebantur

3 Anſ. lib. 6. c. 118.

" Protoflamines.
" Archiflamines.
" Flamines.

" protoflamines gentilium. archiepiscopi vbi " archiflamines. episcopi vbi eorum " flamines. & hoc ex maxima parte factum est institutione beati Petri, vt j. e. c. 1. & 2.

Vrbes.] CASVS. Hoc c. loquitur de primatib. gentilium & Christianorum. Est ergo casus. Lucius consultus fuit in quib. locis primates Christianorum sunt collocandi: qui respondet dicens, q multo tempore ante aduentum Christi vrbes sunt statutæ, in quib. erant primates gentilium, ad quos ipsi gentiles pro maioribus negotiis appellabant, & in eisdem locis post aduentum Christi apostoli & eorum successores posuerunt primates Christianorum, ad quos (salua apostolica auctoritate) episcoporum maiora negotia sunt referenda.

e ¶ *Statutæ.*] à gentibus. & ita est arg. quòd constitutiones gentiliũ sunt authenticæ. arg. 99. dist. c. 1. Nec est contra. 13. q. 1. c. 1. nam illud de parochiis, hoc de ciuitatibus.

si quidem in vnum totius inclinauerit † ecclesiastici ordinis electio, consecretur electus episcopus. Si autem, vt fieri solet, studia cœperint esse diuersa eorum, de quibus certamẽ emerserit, vincat sentẽtia plurimorum [a], sic tamẽ, vt sacerdotio careat [b], qui captus promissione, nõ recto iudicio de electione decreuerit. Synodus dixit, placet, &c.

6 Sicut supra monstratum est, electio summorum sacerdotum à Cardinalibus, & religiosis clericis fieri debet, electio vero eorum, iudicio diuino reseruata est.

Vnde Anacletus Papa ait ad episcopos Italiæ, epist. 2. c. 2.

¶Summorum Pontificum electionem sibi Dominus reseruauit. C. XI.

1 ELectionem [c] vero summorum [A] sacerdotum sibi Dominus reseruauit, licet electionem eorum bonis sacerdotibus, & spiritualibus populis concessisset.

A ¶ Summorum.] *sequebatur.* Pontificum vel sacerdotum. *Sublatæ sunt duæ priores voces, quia neque in originali, neque apud Iuonem, neque in vetustis Gratiani exemplaribus leguntur.*

DISTINCTIO LXXX.

1 ps *Oca vero, in quibus primates, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, presbyteri sunt ordinandi, hæc sunt secũdum Lucium Papam, & Clementem, atque Anacletum. Ait enim Lucius Papa.* [2]

¶In quibus locis primates, vel patriarchæ debeant ordinari. C. I.

3 VRbes, & loca, quibus primates præsidere debent, non à modernis, sed etiam multis ante aduentum Christi sunt statutæ [e] temporibus, quarum primates etiam gentiles, pro maioribus etiam negotiis appellabãt [f], In ipsis vero vrbibus post Christi aduentum, Apostoli, & successores eorum, patriarchas [g], vel primates posuerunt, ad quos episcoporum negotia (salua in omnibus Apostolica auctoritate) & maiores causæ, post Apostolicam sedem sunt referendæ.

f ¶ *Appellabant.*] ergo bene dicitur, appello Papam, appello sedem Apostolicam, & Apostolus dixit, Cæsarem appello.

g ¶ *Patriarchas.*] Repetitio est eiusdem, " quia idem est primas & patriarcha. 99. dist. c. 1. sicut. & dicit lex differentia tantum nominis est inter pignus & hypothecã. ff. de pi. res hypothecæ. §. inter pignus.

" Primas, & patriarcha idem.

Item Clemens Papa ad Iacobum, epist. 1.

¶De eodem. C. II.

4 IN illis vero ciuitatibus, in quibus olim apud ethnicos primi † flamines eorum, atque primi legis doctores erant, episcoporum primates poni, vel patriarchas beatus Petrus [h] præcepit, qui reliquorum episcoporum causas †, & maiora, quoties necesse foret negotia in fide [i] agitarent. *& paulo post.* ¶In illis autem ciuitatibus, in quibus dudum apud prædictos erant archiflamines, quos tamen minores tenebant [k] quàm memoratos primates, archiepiscopos institui præcepit. *& infra.* ¶In singulis vero reliquis ciuitatibus [5] singulos [l], & non binos, vel ternos, aut plures, episcopos constitui præcepit, qui non primatum, aut archiepiscoporum, aut metropolitanorum nomine, quia matres ciuitatum non tenent, sed episcoporum tantum vocabulo [m] potirentur: quoniam nec inter ipsos Apostolos par [n] institutio fuit: sed vnus omnibus præfuit.

Item Anacletus epist. 3. c. 2.

¶De eodem. C. III.

6 EPiscopi non in castellis [o], aut modicis [p] ciuitatibus debent constitui: sed presbyteri per castella, & modicas ciuitates, atque villas debent ab episcopis ordinari, & poni: singuli [q] tamen per singulos titulos suos. Et episcopus non ab vno, sed à pluribus debet episcopis ordinari, & vt dictum est, non ad modicam ciuitatem, ne vilescat [r] nomen episcopi: sed ad honorabilem vrbem titulandus, & denominandus est. Presbyter vero ad qualemcumque † locum, vel ecclesiam in eo constitutam est præficiendus.

Item Leo Papa ad episcopos Africæ, epist. 85. c. 2.

h ¶ *Petrus.*] arg. à tempore Petri esse limitatas prouincias.

i ¶ *In fide.*] j. 24. qu. 1. quoties. contra j. 16. q. 1. frater noster. contra " vbi dicitur, q tantum ad Petrum est referẽda quæstio fidei. sed expone hoc in fide, i. fideliter. Vel possunt agitare causas fidei, sed non procedere ad sententiam. vel distingue qui sint qui dubitat. nam si laici, videtur, q episcopi possint determinare. ext. de hær. ad abolendam. si clerici, Papa. ext. e. ti. cum Christ[a].

4 Leo ix. ep. 3. Pol. l. 2. ti. 22. Burc. l. 1. c. 155. Anſ. l. 6. c. 113.

† *al. Archiflamines.*

† *iudicia*] Orig.

" Fidei quæstio est referenda ad sedem Petri.

k ¶ *Tenebant.*] i. reputabant.

l ¶ *Singulos.*] ar. in vna ciuitate nõ plures esse debeẽ episcopos [b], de Augustino & Valerio fuit speciale, vt j. 7. qu. 1. non autem. " Sed quid de Venetis qui patriarchã hñt & episcopum? Sed dicq non est patriarcha Venetorum, sed Grãdensis, qui locus differt multum à Venetiis.

5 Addq qd sit ciuitas, qd villa, & qd castrũ, not. Bar. in l. j. §. si autẽ. ff. de no. op. nun. & l. si hęres. ff. de leg. j.

b Ad hoc extra d off. or. qm̃. 22. q. 2. sicut.

" Veneti patriarchã, & eẽm habẽt.

m ¶ *Vocabulo.*] nam olim, &c. 95. dist. olim.

n ¶ *Par.*] ſ. di. 21. in no uo. cõtra. 24. q. 1. loquitur. cõtra. Sed par fuit quo ad consecrationem, non quo ad administrationem.

6 Idem est Clementis in epist. px. citata. Bur. l. 1. ca. 4. Iuo p. 5. ca. 58. & 98.

Illud

o ¶ *Non in castellis.*] quandoque tamen episcopus est in castro. 16. q. 1. & temporis. vbi dicitur Cumani castri sacerdos.

p ¶ *In modicis.*] " similiter leges in maioribus ciuitatibus & regalibus tantum sunt docendæ, vt in proœmio. ff. [c]

" Leges vbi debẽt legi.

q ¶ *Singuli.*] argumen. nullum debere in duabus ecclesiis intitulari [d].

c Cõcor. l. 1. C. de stu. li.

r ¶ *Vilescat.*] quantum ad vulgi opinionem. nam propter hoc non est vilior episcopus, vt 93. distinct. legimus. Similiter sponsa non est statim tradenda, ne vilescat desideranti, vt 27. quæst. 2. institutum. est simile in fide susceptæ per vim, vt 45. dist. de Iudæis. " Sic episcopus non erit solus, ne vilescat per hoc. 93. dist. diaconi qui. Idem est in pœnitentia non iteranda. de pœnit. dist. 3. quamuis. & 50. dist. quamuis.

vr. Ro. l. xj. d 70. distin. sanctorum.

" Eps ñ dẽt esse solus.

Source : BIU Cujas

Illud.] Casvs. Statuitur in hoc c. vt in minoribus locis, & vbi est paucitas hominum ponãtur presbyteri, & eorum cura sufficiat: episcopi vero in frequentioribus ciuitatibus, & maiorib. populis.

a ¶*Et vbi.*] vt & j. 16. q. 1. felix episcopus. & c. multis conciliis. & 16. q. 1. plures.

b ¶*Consecrentur.*] nisi multitudo excreuerit, vel gens de nouo sit cõuersa ad fidem, vt j. 16. qu. 1. præcipimus. arg. dif. 99. nulli archiepiscopi. ext. de eccle. ædifi. ad audientiam[a].

1 Pol. l. 2. tit. 23. Burc. l. 1. c. 32. Iuo p. 5 c. 107. & 143

aIdem & in alio casu 7. q. 1. temporis. 12. qu. 2. abbatibus. 2 ext. de priuil. c. 1.

¶De eodem. C. IIII.

1 ILlud sane, quod ad sacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus canonum statuta seruari, vt non in quibuslibet locis, neque quibuslibet castellis, & vbi[a] ante non fuerunt, episcopi consecrentur[b]: cum vbi minores sunt plebes, minoresque conuentus, presbyterorũ cura sufficiat. 2 episcopalia autem gubernacula non nisi maioribus populis, & frequentibus ciuitatibus oporteat præbere: ne, quod sanctorum Patrum diuinitus inspirata decreta vetuerunt, viculis, & possessionibus, vel obscuris, & solitariis municipiis tribuatur sacerdotale fastigium.

Item ex concilio Laodicensi, c. 57.

¶De eodem. C. V.

NOn debere in vicis, & villis† episcopos ordinari, sed visitatores[c] A id est, qui circumeant, cõstitui: hos autem, qui antehac ordinati sunt, nihil agere cẽsem[9] sine cõscientia episcopi ciuitatis. Similiter etiam presbyteri[d] nihil sine præcepto[e], & consilio episcopi agant.

† *al. castellis*

b Sic ẽt no. 75. di c. 1. & hoc rõe officij ecclesiastici, secundum H.

A ¶Sed visitatores.] *In codice græco impresso legitur,* ὑ περιοδευτὰς, *in trib. autem manuscriptis,* ἀλλὰ περιοδευτὰς.

2 *Sedes autem episcoporum non longo interuallo debent disiungi, vt ad consecrationem sui comprouincialis sine difficultate possint occurrere.*

Vnde Gregorius Augustino Anglorum episcopo, responso octauo.

¶Episcopales sedes non longo interuallo à se debent disiungi. C. VI.

3 FRaternitatem tuam ita volumus in Anglia episcopos ordinare, vt ipsi sibi episcopi lõgo[f] interuallo minime disiungantur: quatenus nulla sit necessitas, vt in ordinatione alicuius episcopi cõuenire non possint. Nam episcoporum ordinatio sine aggregatis habita consideratione situs & qualitatis regionis ipsius, & difficultatis viarum. sic 16. q. 1. & temporis.

Fraternitatẽ tuã.] Casvs. Præcepit Greg. Augustino Anglorum episcopo, vt ordinaret episcopos non longo interuallo inter se distantes, vt leuiter possint conuenire ad episcoporum ordinationem faciendam: quæ ad minus cum trib. episcopis, vel quattuor fieri debet & cõuenit.

f ¶*Longo.*] Dicunt quidam longo, vt xx. miliarium. arg. ff. de ver. sig. l. 3. melius hoc relinquitur arbitrio boni viri, i. iudicis. ar. ff. de iu. delib. l. 1. ext. de of. iud. del. de causis. Vnde si multũ distant ciuitates illæ inter se, in locis intermediis debet poni eps. "conuenienti ergo interuallo debet distingui,

3 Pann. l. 3. c. 16.

" Epatus sunt distinguendi interuallo cõuenienti.

g ¶*Tribus.*] ad minus. 5. dist. 51. c. vlt. 5. dist. 64. episcopum.

Hæc de ordinandis.] In hac dist. incipit sexta pas tractatus distinctionum, & protenditur vsque ad 93. dist. Et diuiditur hæc dist. in quattuor partes: in quarum prima probat qualiter intelligitur illud verbum, *Oportet episcopum esse sine crimine.* Secunda ibi, *Quolibet.* Tertia ibi, *Clericus.* Quarta ibi, *Oportet.* Ioan. de Fan.

Casvs. Egit supra Gratianus de ordinationibus & officiis singulorum. Ab hoc vero loco vsque ad 91. di. breuiter epilogat quædam c. apostolicæ regulæ, vt addat quædam quæ prætermiserat. Et continuans dicta dicendis, primo ponit de primo c. apostolicæ regulæ: scilicet, oportet episcopũ esse sine crimine, id est, sine peccato mortali: quod verum est non solum de episcopo, sed etiam de quolibet prælato: quòd probat per seq. c.

h ¶*Hæc de ordinandis.*] A 25. dist. vsque ad 50. tractauit magister 13. c. apostolicæ regulæ. Sed quia quædam omisit, ideo ab hac 81. dist. vsque ad 93. dist. nouem c. apostolicæ regulæ repetit: non ordine illo quo illa executus est. Et in hac exequitur illud, oportet episcopum esse sine crimine, addit etiam de incõtinentib. in quo includitur secundum c. apostolicæ regulæ, & q̃ qui priuatur officio, debet priuari beneficio[c]. & quòd archidiaconus solus non debet accedere sub prætextu humilitatis ad tabernacula matronarum[d].

i ¶*Sub epilogo.*] id est, breui repetitione superiorum.

Additio. Et dicitur ab epi, quod est supra, & logos, quod est sermo.

tribus g, vel quattuor episcopis fieri non debet.

DISTINCTIO LXXXI.

Hæc de ordinandis[h], *& ordinatoribus, atque de singulorũ graduum distinctionib*[9]*, & officiis dixisse nos sufficiat. Verum quia aliquantulum diffusius in his immorati sumus, quædam præcedentibus cohærentia sub epilogo*[i] *ad memoriam subiiciamus. Debet ordinandus in episcopum (vt Apostolus scribit) esse sine crimine, id est sine peccato mortali: quod non solum de episcopo, sed etiam de quolibet electo ad aliquam præposituram ecclesiæ oportet intelligi.*

Vnde Augustinus scribit tractatu 41. ad c. 8. Ioannis.

¶Sine crimine, & graui peccato debet esse, qui ordinatur episcopus. C. I.

APostolus Paulus quando elegit[k] ordinandos vel presbyteros, vel diaconos, & quicumque ordinandus est ad præposituram[l] ecclesiæ, non ait, si quis sine peccato est: (hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur[m], nullus ordinaretur[n].) sed ait [si quis sine crimine est] sicut est homicidium, adulterium, aliqua immunditia fornicationis, furtũ, fraus, o sacrilegium, & cetera huiusmodi.

Item. ¶[p] Crimen autem est peccatum graue accusatione, & damnatione P dignissimum.

2 *Quolibet itaque horum implicatus ordinari non debet, vel si iam ordinatus, ante tempus, vel post tempus suæ ordinationis ali quod eorum admisisse conuincitur, suscepti gradus officio priuabitur.*

Vnde Symmachus Papa ait.

¶Monitoris personam non recte suscipit, qui verbis non operibus docet. C. II.

NEmo recte monitoris q̃ personam suscipit, nisi qui actibus suis errata[r] condemnat, & amorem innocentiæ conuersatione demonstrat.

Apostolus. Casvs Paulus apostolus docuit, q̃ quando eligitur aliquis ad ordines, vel ad aliquam dignitatem, debet esse sine crimine, quod sit dignum accusatione, & depositione, vt homicidium, & adulterium, & huiusmodi. sed nõ ait sine peccato: qa si hoc dixisset, omnis homo repelleretur.

k ¶ *Quando elegit.*] i. eligi præcepit. 6. q. 1. si sacerdos.

l ¶*Ad præposituram.*] i. ad quodcumq; eccle siasticum officium & ita patet "q̃ crimino- sus etiã à minimo ordine prohibetur, vt hic, & 33. dist. c. 1. & 2. 34. dis. cognoscamus. 24. di. c. vlt. hoc hodie terminatur extra de temp. ord. c. vlt.

Tit. 1.

" Criminosus ẽt à minimo ordine prohibetur.

Beda ad Tit. 1.

m ¶ *Reprobaretur.*] j. de pœ. di. 3. septies. §. Niniuitæ.

n ¶*Ordinaretur.*] simile de pœ. dist. 3. c. pe. & dist. 2. si enim.

o ¶*Fraus.*] hoc verum est, " cum fraudi dolus inest. nam omnis dolus est fraus: sed nõ cõuertitur, ff. de pac. iurisgentium. §. dolo. & sic sumitur ext. de rescr. ceterum. quandoque large sumitur fraus. ff. de re. iu. fraudis.

Tit. 1. & 1. Tim. 3.

" Fraus est genus doli.

p ¶*Et damnatione.*] solet quẽri propter quę crimina quis depõ[t] debet. non enim pro quolibet deponitur. 7. qu. 4. in loco. Et est super hoc duplex opinio. "Quidam dicũt, q̃ pro quolibet crimine deponitur, nisi expressum sit in contrarium, q̃ pro eo deponi non debet. Alij dicũt, quòd numquam deponi debet pro aliquo nisi expressum sit. pro quo ego dico, quòd pro quolibet crimine, in quo quis est incorrigibilis, deponi debet: sed statim tamen ñ deponitur aliquis pro prima contumacia, vt 45. dist. licet. & 74. distin. honoratus. illud autem non est crimen. 5. qu. 4. in loco. nec illa quorum exempla posui. 68. dist. c. 1. & multa exempla de hoc posui 15. q. 8. in summa.

4 Aug. ibid. sup. 5. di. 25. c. vnũ orariũ. Ex libello Ennodij ꝑ defensiõe synodorum Romanarũ.

" Crimina digna depositione quæ sunt.

QVOLIBET. Hic incipit secunda pars huius dist. in qua probat per 16. auctor. sanctorum patrum, quod si clericus ceciderit in lapsum criminis post ordinationem, debet deponi. Ioan. de Fan.

Casvs. Supra dictum est in cap. Apostolus. quod ordinandus debet esse sine crimine, vt homicidio, & adulterio, & similibus. Nunc autem dicit, quod si his criminibus aliquis est obnoxius, promoueri non debet nec ordinari. & si ordinatus talia conuincitur commisisse ante ordinationem vel post, debet deponi, vt probatur per seq. c.

Nemo.] Casvs. Dicit Symmachus in hoc c. quòd nullus debet assumere prædicandi officium, nisi qui suis actibus errata condemnat: & amorem innocentiæ sua conuersatione demonstrat.

q ¶*Monitoris.*] id est, prædicatoris.

r ¶*Errata.*] id est, maiora[f]. 68. dist. c. 1. aliàs contradiceret proposito Grat. sic 25. dist. c. vlt. & 3. q. 7. iudicet.

f Hæc est vera lra, scdm L. & I. de F.

a ¶*Tant*

c Vt j. c. siqs sacerdotũ. Arch.

d Vt j. e. clericus. & ca. seq.

Source : BIU Cujas

T*Antis.*] Casvs. Daniel cum esset electus in episcopum, accusatus fuit apud Cælestinum de multis criminibus, & præcipue de incestu cum monialibus: propter quæ crimina inuestiganda citatus fuit vt Romam veniret, qui contemptis litteris Papæ, in episcopum est promotus: committit igitur causam quibusdam Cælestinus, & præcipit eis vt de his cognoscãt, q̃ si vera esse inuenerint, ipsum & ordinatorẽ ipsius deponant: quia qui talem ordinat, ostendit se esse similem illi.

Item Cælestinus ad episcopos Galliæ, epist. 2. c. 3.

¶ Careat ordine, quem præstat, qui indignum sublimare non metuit.

C. III.

TAntis Daniel grauatus testimoniis, tanta facinorum accusatione pulsatus, sacrarum, vt dicitur, virginum pollutus incestu, episcopus asseritur ordinatus. Et, vt in nostri libellis scrinij continetur, quorum ad vos quoque exemplaria direximus, in Pontificij dignitatẽ, hoc tempore, quo ad causam dicendam, missis à nobis litteris [a], vocabatur, obrepsit [b]. Sacro nomini absit iniuria. Facilius est, vt hanc dignitatem tali dando, ipse amiserit ordinator, quàm eam obtineat ordinatus. Cui conuicto [c] sociabitur [d], qui sibi eum credidit, largiendo Pontificium, sociandum. Qualis enim ipse sit, quisquis tales ordinauerit, ostendit.

Item ex concilio Nicæno, c. 9.

¶ Non recipit ordo ecclesiasticus eum, qui sine examinatione, vel postea confessus ordinatur. C. IIII.

[1] SI qui sine examinatione [e] promoti presbyteri sunt, & postea examinati [f], cõfessi sunt peccata sua, & cum confessi fuissent, contra regulam [g] venientes homines eis manus imposuerunt, hos ecclesiasticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehẽsibile est, sanctat defendit ecclesia.

Item eiusdem concilij, c. 10.

¶ Lapsi per ignorantiam, aut contẽptu ordinantium, ordinati deiiciantur. C. V.

QVicumque ex his, qui lapsi sunt, per ignorãtiam [h] sunt ordinati, vel contemptu [i] [A] eorum, qui eos ordinauerunt, hoc non præiudicat [k] regulæ ecclesiasticæ. Cum enim compertum [l] fuerit, deponuntur.

a ¶ *Literis.*] Et ita res iam erat litigiosa. ex. de of. iu. deleg. gratũ.

b ¶ *Obrepsit.*] "Ex quo autem se promoueri fecit, lite pendente deponendus est, ẽt si innocens inuenitur, ext. de acc. Deus omnipotẽs [b]. ff. de li. cau. qui de libertate. Ioan. quod falsum credo, prout notaui in quæstionib. B. de hoc no. 8. q. 4. nonne. Io. Si autem accusator per annum tacuerit, postea potest promoueri electus, vt ff. de mu. & ho no. reus. sed in epatu tm̃ tres mẽses dãtur, vt in auth. de san. epi. §. 3. colla. 9. nisi iudex breuius tps fuerit moderatus, vt 4. q. 5. quisquis. ar. ext. de fi. inst. accepimus. ext. de ap. personas. in fi.

c ¶ *Conuicto.*] de crimine, vel quòd post accusationem fuerit ordinatus.

d ¶ *Sociabitur.*] Sic ergo sententia lata contra ordinatum præiudicat ordinatori, vt hic, & 59. dist. ordinatos. & hoc vr̃ pp causæ cognitionem, vt di xi 3. q. 6. hæc quippe. Vel dic, q̃ tunc præiudicat ordinatori sententia lata contra ordinatum, q̃n præsens est, & scit causam agi ordinati. cum. n. quasi sua causa agi videatur, & tacet: nec defendit cãm, sibi præiudicat, vt ext. de sen. & re iud. quamuis. & ff. de reg. iur. sæpe.

SI *qui.*] Casvs. Quidam presbyteri promoti sunt sine examinatione: & postea cum examinarentur, ipsi in iudicio confessi sunt omnia peccata sua. Alij ante ordinationem cum examinarentur, cõfessi sunt peccata sua, & tamen episcopi promouerunt eos. quæsitum est in Nicæno cõcilio, vtrum isti debeant recipi & defendi in suis ordinibus? Et resp. q̃ non. Sic ponit casum Beneuen. H. vero intelligit de eisdem personis casum sic. Aliqui sine examinatione in presbyteros sunt promoti: postea examinati in iure cõfessi sunt peccata sua: nihilominus tamen promoti sunt ad episcopatum, vel ad aliam dignitatem: quæsitum est in concilio, vtrum tales debeant recipi? Et resp. quòd non.

e ¶ *Sine examinatione.*] "Sed quid de episcopo, qui sine examinatione tales ordinat? Dicit lex & canon eum deponendum. in auth. quo. opor. epis. §. oportet. & 1. q. 1. si qui episcopi. & s̃. dist. 24. §. vlt. s̃. dist. 50. de his vero. & c. ex pœnitentibus. Item quid si dicat eps se dispensasse cum eis? non est ei credendũ, nisi probet se cum eis dispensasse: vel nisi sibi bonas litteras dederit. nam hæc res commissa est episcopo quærenda, non negligẽda. ff. de trãsa. cum hi. §. si prætor [c]. debet ergo probari dispẽsatio, vt est expressum ext. de schism. c. 2. maxime cum eps dispensare non debeat sine consensu capituli vel maioris partis: aliàs post errores suos sp mentiretur eps se cum eis dispensasse, quod verum credo etiam circa notum. hoc tamen [d] non nego, quin circa notam personam solo facto dispensat episcopus, vt dixi s̃. di. 51. c. vlt. punitur tamen eps si indiscrete dispensat.

f ¶ *Examinati.*] cum ad maiora promouentur, s. ad episcopatum.

g ¶ *Contra regulam.*] quæ interdicit tales ordinari.

QVicumque.] Casvs. Quidam criminosi ordinati sunt ignoranter ab episcopis: quidam vero scienter. Quæritur an debeant deponi? Et respond. quòd sic.

A ¶ Côtemptu.] *Græce est in concilio vulgato τῆ παρὰ προειδότων τῶν προχειρισαμένων, id est:* Vel etiam iis antea scientibus, qui ordinauerũt.

Item Innocentius ad Maximum, & Seuerum, epist. 5.

¶ Alienus fiat à ministerio, qui illud, viuendo illicite, polluit. C. VI.

[2] MAximianus † [m] filius noster agens in rebus huiusmodi, qualem [n] querelam detulerit, libelli [o] eius series annexa declarat. Qui zelo fidei, & disciplinæ ductus, non patitur ecclesiam pollui ab indignis p̃sbyteris, quos in presbyterio filios asserit procreasse. Quod non licere exponerem, nisi nossem vestram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideo, fratres charissimi, libelli, qui subiectus est, tenore perspecto [p], eos, qui talia perpetrasse dicuntur, iubebitis in medio collocari, discussisque obiectionibus, quæ ipsis presbyteris impinguntur, si conuicti fuerint, à sacerdotali remoueantur [q] officio (quia qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt) atque alieni efficiantur à ministerio, quod viuendo illicite, polluerunt [r].

Item Eugenius Papa.

¶ Cuilibet ab ordine depositio, episcopi prouidentia, locus pœnitentiæ deputetur. C. VII.

[3] SAcerdos, aut quiuis alius in ordine ecclesiastico proiectus, si in eo [s] scelere inuenitur, quo abiiciendus comprobatur, depositus, prouidentia episcopi, bene prouiso [t] loco constituatur, vbi peccata lugeat, & vlterius non committat.

Item ex concilio Moguntino.

¶ Retrudantur in monasterium presbyteri, qui pœnitentiam agere contemnunt. C. VIII.

[4] DIctum est nobis presbyteros propter suam negligentiam [u] canonice degradatos, tib[9]: tamen scd; istã cor rectionẽ B. Brix. ñ est đ gl. sed ita d; esse vt hic é posita cum addit. B. Bri. sed Io. de F. hoc ponit í suo appara tu sicut iacet.

h ¶ *Per ignorantiam.*] ordinantium: & dic ignorantiam iuris vel facti secundum Hug.

i ¶ *Vel contemptu.*] id est, eis scientibus.

k ¶ *Non præiudicat.*] Factum enim prætoris iuri publico non derogat. ff. de fer. l. 1.

l ¶ *Compertum.*] Arg. q̃ quandocũq; de veritate constat, sequenda est. 8. di. qui cõtempta. nam diuturnitas temporis, &c. extr. de simo. nõ satis. inducit tamen dispensationẽ. 35. q. 8. de gradibus [e]. & ext. qui ma. ac. pos. per tuas.

MAximianus.] Casvs. Quidã presbyteri ex concubinis filios habuerũt, quos Maximianus zelo Dei accensus, corã Apostolico accusauit, cõmisit ergo causam Innocẽtius q̃busdam, & præcepit eis, si hęc ac vera inuenerint, remoueant eos ab officio sacerdotali.

m ¶ *Maximianus.*] j. 3. q. 2. quia ea.

n ¶ *Qualem querelã.*] subaudi criminalem. nam clericus erat iste. non enim laicus posset istos accusare. 2. q. 7. per totum. nisi forte patronus prælatũ de dilapidatione: qa tunc sua interest. arg. 16. q. 7. filiis. aliàs laic[9] non auditur de hoc crimine, vt 28. distin. consulendum.

o ¶ *Libelli.*] Per hoc q̃ dicit, libelli, & postea presbyteris. argumentatur "q̃ quis in eodem libello plures accusare possit. Io. Quid iuris sit de hoc, not. plene 2. q. 1. prohibentur. in gl. quæ incipit, quæstus. B.

o ¶ *Libelli.*] i. chartæ quam Papa misit. 30. q. 3. Pyctacium. B.

p ¶ *Perspecto.*] videtur ergo, quòd non sufficiat si authentice ipsum exhiberet: sed vt etiam teneatur exhibere libellum quem porrexerat Papæ, vt 7. quæst. 1. præsentium. & 55. dist. præcepta. & maxime vbi procurator impetrauerat literas, & dubitatur an ille de hoc habuit speciale mandatum, vt extra de rescr. nonnulli. vel an fuerit excommunicatus, vt extra de prob. c. post cessionem.

q ¶ *Remoueantur.*] "ergo presbyter propter simplicem fornicationem deponitur, vt 27. q. 1. vt lex. contra. & j. 82. di. c. presbyter. & 34. dist. fraternitatis. Ioan. Communiter autem dicitur, quòd pro simplici fornicatione quis deponi non debet, cum pauci sine illo vitio inueniantur, vt 50. dist. quia sanctitas tua.

r ¶ *Polluerunt.*] quantum ad se. 49. dist. c. vlt.

SAcerdos.] Casvs. Dicitur in hoc cap. quòd si sacerdos de aliquo crimine conuincatur, deponi debet, & episcopus ei locum prouidere debet, in quo pœnitentiam agere possit.

s ¶ *Si in eo.*] ergo pro omni causa non deponitur. B.

t ¶ *Prouiso loco.*] id est, monasterio, vt c. seq.

DIctum.] Casvs. Dicitur hic, q̃ si sacerdos propter delictum vel negligentiam suam fuerit degradatus, detrudi debet in monasterium, vel canonicam regularem ad pœnitentiam agendam, nec debet amodo viuere fæcularitẽr, & si contra facere præsumpserit, excommunicari debet.

u ¶ *Negligentiam.*] no. "q̃ aliquis æquæ deponitur propter negligentiam

1 Rab. lib. pœ. c. j. Bur. l. 2. c. 13. Iuo p. 6. c. 33. Ansel. l. 8. c. 13. s̃. di. 24. c. vl.

†al. catholica.] sic in epist. j. Cali. 1

"Accusatus lite pẽdẽte promotus, an sit deponendus.

a Cũ ista gl. cõc. gl. not. in l. reus de latus. ff. de mu. & ho.

b Ibi not. Gof. q̃ si ali q̃s pendẽte accusatiõe vel denunciatione p̃moueatur remouend3 q̃is innoxi[9] sit. de re mil. q̃ statu. & l. qui cũ vno. §. reus.

"Epi clericos sine examinatione ordinantis punitio.

c Et sic intelligitur extr. de fil. p̃sby. veniens. secundũ Lau. d Licet ita hẽatur ĩ antiqs appara

3 Ansel. l. 5. in princ.

"Accusari pñt plures simul.

4 In conc. Cabilonen. c. 40. Bur. l. 2 c. 191. Iuo p. 6. c. 236.

"Presbyter an q̃ simplici fornicatione sit deponendus.

"negligẽtia q̃nque dolo cõparatur.

Source : BIU Cujas

gentiam, ſicut propter dolum. 86.diſt.c.1.& 11.q.3.placuit. & 100. di.quoniam.&ext. de ſta.mo.cum ad monaſterium.in fi.& C.de of. præſe.ori.ſi quos.& ff.de cu.& exh.re.carceri.& l. milites.quod intelligo cũ craſſa eſt negligẽtia,vt 1.q.1.qdqd.& ff.de ver.ſi. magna.

a ¶*Gradu.*]arg. pro illis qui dicunt exauctoratum priuari ſacramento [a]. vnde colligitur talem poſſe ver beraquidã. verſ. ſi forte. ri ſine ſacrilegio. arg. eſt ad hoc 50.diſt. accedens.

a Arg.cõtra 1.qu.1.quod

b ¶*Sæculariter.*] hic patet, q̃ depoſitus ſecundum regulam eccleſiaſticam tenetur viuere.arg.ad hoc 32. di.ſi qui vero.& 20.q. 3.eos. "vnde verberans eos incidit in canonẽ, & eccleſia eos tueri debet, niſi ſint incorrigibiles,vt ext. de iudic. cum non ab homine.Io. quod falſum credo,cum ſit ex auctorat⁹,& nudatus omni priuilegio [b].B. "Sed nũquid q̃ hoc mõ detruditur in monaſterium,ibi cogitur eſſe perpetuo, quòd videtur di.50.c.1.j.ea. ſi qs clericus. Sed dic hoc eſſe in arbitrio iudicis,&ſecundũ qualitatem delicti: nam quandoq; ad rempus detruditur,vt 2.q.1.in primis. quandoq; iubetur peregrinari per orbem,vt de pœ.diſt. 6.ſacerdos. quandoq; traditur curiæ ſæculari,vt 11.q.1.ſtatuimus. aliàs numquam cogitur quis inuitus ingredi monaſterium niſi propter delictum, vt 20.q.1.ſicut.&55.diſt. ſi euangelica.Ioan.

"clericũ depoſitũ verberans incidit in canonem.

b Ar.ad hoc 54.di.c.2. in fi.vbi đ hoc "Detruſus in monaſterium, an cogatur ibi perpetuo eſſe.

Valet.] Casvs. Statuitur hic,q̃ ſi aliquis de crimine fuerit conuictus, dẽt ſeparari à loco in quo commiſit delictũ ad pœnitẽtiam peragendam. Nam interdum valet loci mutatio cũ affectus mentis ſæpe cum loco mutetur, cum non videat vbi male geſſit. Seq.duo c.plana ſunt,q̃ de hac materia loquuntur.

[1] Iuo p.8.c. 285.Pan.l.3. c.143.

[2] Pann.l.3. c.144.

c ¶*Valet.*]gratia cooperante.

d ¶*Interdum.*] interdum nocet, vt ſ. diſt. 74.quorumdam.& C. quo.&qñ iu.l.5.ſed valet ſi fiat ex charitate.

e ¶ *Mutatur locus.*] j. 35.q.6.ab iſto die.j.diſtin.86.fratrem.

"Delictorũ memoria an ſit bona.

c Ad hoc 32 q.7. ſi ſolũ.i pr.vbi đhoc

3 In cõc. Tribur.c.11. Rab.l.pœn. c.1.Anſ.l.11. c.29.Burc.l. 2.c.189. Iuo p.6.c.234. Pol.l.4.ti.31

† *Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus*]orig.

& ſæculariter gradu amiſſo viuere, & pœnitentiæ agendę bonum negligere. Vnde ſtatuimus, vt gradu [a] amiſſo, agendæ pœnitentiæ gratia, in monaſterium [A], aut in canoniam regularem mittantur. ¶Si vero hoc fieri cauſa quælibet prohibuerit,vbicumque ſint, pœnitentiam agere non deſiſtant. Si autem amiſſo gradu ſæculariter [b] viuere voluerint, & pœnitentiam agere neglexerint, ab eccleſiæ communione ſeparentur.

A ¶In monaſteriũ.] *In concilio Cabilonenſi, vbi hic canon habetur(licet Burch.etiam, & Iuo ex Moguntino citent)& apud ceteros collectores legitur*, in monaſterio, aut canonico, aut regulari: *in vno autem peruetuſto Gratiani codice*, in monaſterio iuxta canonicam regulam.

Item Iſidorus, ſententiarum de ſummo bono,lib.2.c.10.

¶Mutatio loci aliquando valet conuerſis ad pœnitentiam. C. IX.

VAlet [c] interdum [d] conuerſis pro animæ ſalute mutatio loci. Plerumque enim dum mutatur [e] locus, mutatur & mentis affectus. Congruum eſt enim inde etiam corporaliter auelli,vbi quiſque illicebris deſeruiuit.Nam locus,vbi quiſque praue vixit, hoc in aſpectu [f] mentis apponit,quod ſæpe ibi vel cogitauit, vel geſſit.

Item ex 3 ſynodo Aurelianenſi,c.7.

¶Clericus adulteraſſe conuictus, vel confeſſus,in monaſterio detrudatur. C. X.

j [1] SI quis clericus adulteraſſe aut confeſſus,aut conuictus fuerit, depoſitus ab officio, cõione [g] conceſſa, in monaſterio,toto vitæ ſuæ tempore detrudatur.

Itẽ Pelagius Papa Conſtantino defenſori.

¶De eodem. C. XI.

[2] ROmanus eccleſiæ Thæanẽſis clericus pro crimine adulterij, quod admiſiſſe perhibetur,à clericatus ordine depoſitus, in monaſterio hic in vrbe Romana [h] ad agendam pœnitentiam ex noſtra iuſſione detruſus eſt.

Item ex canone Apoſtolorum 25.

¶In crimine captus presbyter, vel diaconus deponatur,non tamen communione priuetur. C. XII.

[3] PResbyter †, aut diaconus, qui in fornicatione,aut periurio,aut furto [i],aut [A] homicidio captus [k] eſt,deponatur:nõ tamen communione priuetur [B]. Dicit enim ſcriptura [l] [Non†vindicabit Dominus bis [m] in idipſum.

A ¶Aut homicidio.] *Hæc dictio non eſt in canone 25. Apoſtolorum. Sed in concilio Triburienſi, cum Patres illi ita dixiſſent*: legimus in canonibus Apoſtolorum, quòd epiſcopus,presbyter,& diaconus,qui in fornicatione,aut periurio,aut furto captus eſt,deponatur:*hinc argumentatur idem multo magis ſtatuendum eſſe de homicida, quæ fortaſſe cauſa fuit, quamobrem à Gratiano, & aliis collectoribus ea dictio huic canoni adiecta ſit. In canone autem 32. Baſilij idem ſtatuitur de clericis peccantibus peccatum ad mortem, quod etiam de fornicatoribus expoſitum erat in canone tertio.*

B ¶Priuetur.]*In codicibus impreſſis ſequebatur*,ſi paruerit ſententiæ,*quæ verba ſunt ex puncta, quia neque in originali,neque in vetuſtis Gratiani exemplaribus leguntur.*

Item.

¶De eodem. C. XIII.

ij [4] SI quis epiſcopus,aut preſbyter, aut diaconus poſt diaconij gradum acceptum fuerit fornicatus, aut mœchatus,deponatur,& ab eccleſia proiectus,inter [A] laicos [n] agat pœnitentiam.

¶*Proprius auctor huius c.non eſt inuentus:ſed ſimile habetur in concilio Neocæſarienſi, c.1. & in capitulis Martini Bracarenſis,cap.27.*

A ¶Inter laicos.] *Hæ duæ dictiones non leguntur in c.1.cocilij Neocæſarienſis citato. ſ.diſt. 28.c.presbyter. (vt ibi notatum eſt) neque in capitulis Martini Bracarenſis.*

Itẽ ex concilio Aurelianen.1.c.11.& 14.

¶De eodem. C. XIIII.

[5] SI diaconus,aut preſbyter crimen capitale commiſerit,ſimul & ab officio,& à communione [o] pellatur. Si vero pro reatu ſuo ſe ab altaris communione ſub pœnitentis profeſſione ſubmouerit:his†quoque ſi alij defuerint,& cauſa certa neceſſitatis [P] exoritur [6] poſcentem baptiſma liceat [q] baptizare [r].

Itẽ Gregorius V I I.omnibus per regnum Italicum, & Teutonicorum debitam S.Petro obedientiam exhibentibus.

¶Non ingrediantur eccleſiam presbyteri, diaconi,ſubdiaconi,qui in fornicationis crimine iacent. C. XV.

iij [7] SI qui ſunt preſbyteri,diaconi, vel ſubdiaconi, qui in crimine fornicationis iaceant, interdicimus eis ex parte Dei omnipotentis, & ſancti Petri auctoritate , eccleſiæ introitum, vſque dum pœniteant [s],& emendent [t].

Naum 1.*ſecundum* 70. †ὁκ κλιήσεως *dus ἐπὶ τὸ αὐτο*

"laicus cõtra clericũ teſtificari nequit.

d Adde qua liter,p batur adulterium vel fornicatio, no.Bar. in l.2.§.fi.ff. de adul.&l. q̃rebatur.ff. de teſt. mil.

4 ſ.diſt.28. c.p̃sbyter. Anſ.l.11.c.31 eNon.n. ſufficit ſi capiatur,niſialiàs cõiugatur, vel cõſteatur. arg. 12. q.j.ñ dicatis 15.q.vl.c.vl. l3 contra videatur hic dici, vt 50. di.de his vero.& c.ſi qs diaconus.ſecundũHug.

f Vel cũ ex hoc magnũ ſcandalũ ortũ eſt,vt 50. diſt. ſacerdotes.

5 Iuo p.6.c. 368. & p.15. c.18. C.14.

†*al.ſic.*

6cõcor.tex. i l.ſi libert⁹. ff.de bo.lib. & l.ſ; & hę. §.prætor.ff. de procur.

gNõ eſt extranea iſta expoſitio, q̃a bñficia clericorum cõia ſunt.32 diſt. c. præter hæc. 16. q.1.c.ſi.

7 Anſel.l.6. c.177.Pann. l.3.c.134.

Presbyter.] Casvs. Quæſitum fuit ab Apoſtolis quam pœnam pati debet presbyter vel diaconus,qui publice in adulterio,vel fornicatione,periurio vel homicidio fuerit deprehenſus. Et reſp.q̃ debet deponi,ſed excõicari non debet, cum nõ debeat duplici contritione flagellari, more tñ laicorum debet pnĩam agere,cum eius crimen ſit manifeſtũ.

i ¶*Aut furto.*] ſed qualiter laici probabunt iſtud eſſe "cum non poſſint teſtificari contra clericũ.2.q.7.epi. k ¶*Captus eſt.*]& conuictus.extr.de iud.cũ non ab homine. de hoc dixi 50.di.de his. 1.& c.ſi qs diacon⁹ [d]. vñ cum capitur,detineri debet per xx. horas diurnas,& nocturnas, vt videatur,vt ff. đ adul.capite.ſed nec teſtibus admiſſis creditur, niſi à principio clericũ ĩ adulterio viderint, nec laicis credetur de hoc:q̃a laici oppido nobis infeſti ſunt.2.qu.7.laici. Vel dic,captus per ſententiam,vel p confeſſionem [e] ,ppriam,vel rei euidẽtiã, vt ext.de cha.cle.veſtra.& c.vlt.

l ¶*Scriptura.*] extr.de iud.at ſi clerici.de pę. diſt.3. §.auctoritas.ff. nau.cau.licet.§.vlt.

m ¶*Bis.*]i.perfecte.

n ¶ *Inter laicos.*] hoc intellige,quando crimen venit in notitiam populi, vt ſ. 27. diſt.presbyter [f].

Si quis epiſcopus.

Si diaconus.] Casvs. Dicitur hic, q̃ ſi diacon⁹,vel preſbyter cõmiſit crimen aliquod dignum depoſitione , ab officio & cõione dẽt repelli: ſi vero non eſt depoſitus , ſed ſe pp delictũ ab altaris miniſterio remouit more pœnitẽtis,ſi alij presbyteri deſunt, poterit in neceſſitate baptizare.

o ¶ *A communione.*] corporis Chriſti, vel ad tempus. & ſic ſoluitur contra illius ca. presbyter. vel expone,i.beneficio , & ſic ſoluitur contra. ſ.ea. c. presbyter [g].

p ¶*Neceſſitatis.*] arg. alicui licere cauſa neceſſitatis baptiſmum conferre, cui nõ licet aliud ſacramẽtũ conferre. j. de conſe.diſt. 4.conſtat. 1.qu.1.ſicut Chriſtus. contra.ſ.di. 50.c.qui ſub gradu.

q ¶*Liceat.*]cum ſolennitate. aliàs etiam laicus hoc poſſet.

r ¶ *Baptizare.*] dic vt 50.diſ.qui ſub gradu.

Si qui.] Casvs. In Italia Teutonia presbyteri,diaconi & ſubdiaconi publice tenebãt cõcubinas,quib.omnib.Greg.officium interdixit donec pœnitentiam agerent, & ſi vellẽt in crimine perſeuerare, præcepit omnib.vt eorum officia nõ audirẽt:quia eorum benedictio in maledictionẽ conuertetur.& hoc probat auctoritate prophetę dicentis:Maledicam inquit,&c.Et quicumque præceptis noſtris non obedeirit,peccatũ idololatriæ,& paganitatis incurret.

s ¶ *Dum pœniteant.*] ex hoc determinantur contraria. ſ.diſt.61.miramur,verſic.ſicut enim.

t ¶*Emendent.*] ex hoc videtur,q̃ ſicut tales ipſo facto ſuſpẽduntur, ſic ip

Source : BIU Cujas

sic ipso facto per contrarium restituitur eis officium, vt dixi 32. dist. nullus. arg. ad hoc 15. q. 6. nos sanctorũ. & 16. q. 7. si quis deinceps[a].

a Dicit Lau. hoc speciale esse in notorio.

a ¶ *Audire.*] s. 32. dist. nullus. & c. præter hoc. sed j. 15. q. 8. sciscitantibus. contra. sed ibi soluam.

b ¶ *Maledicam.*] i. reprobabo, vel reputabo maledictionem cum benedixerint[b] vobis.

b Vel dic vt not. 1. q. 1. c. maledicã. & c. multi. Ar.

c ¶ *Paganitatis.*] i. infidelitatis.

d ¶ *Contemnit.*] Qualiter sit hoc intelligẽdum, dixi 22. dist. oẽs. 19. dist. in memoriam. & c. nulli. Ioan.

Si vero in suo peccato perseuerare maluerint, nullus vestrum officium eorũ audire [a] præsumat: quia benedictio eorũ vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum, testante Domino per Prophetam [Maledicam [b], inquit, benedictionibus vestris.] Qui vero huic saluberrimo præcepto obedire noluerit, idololatrię peccatũ incurrit, Samuele testante, & beato Gregorio adstruente [Peccatũ ariolandi est non obedire, & quasi scelus idololatriæ non acquiescere.] Peccatum igitur paganitatis [c] incurrit, quisquis dum Christianum se asserit, sedi Apostolicæ obedire contemnit [d].

Malach. 2.

1 Iuo p. 5. c. 36. li. 35. moral. c. 12. 8. q. 1. c. sciendũ.

1. *Reg.* 15.

¶ In regesto epistolarum Gregorij VII. non est inuenta hæc epistola, in qua sint omnia prorsus verba huius cap. Sunt tamen in eo multæ, quæ huius decreti faciunt mentionem. Libro 1. epist. 30. episcopo Salzburgensi. & lib. 2. epi. 61. Leodiensi episcopo, & seq. epistola Sicardo Aquilegiensi. De quo decreto, vt ipsum exequi omnino curarent, eod. lib. 2. epist. 66. Burchardo Halberstatensi episcopo, & epist. sequenti, Annoni Coloniensi Archiepiscopo diligentissime scribit. & lib. 3. epist. 4. Sigifredo Archiepiscopo Moguntino idem mandat, & lib. 4. epist. 10. comitissæ Flandrien si, & sequenti, comiti de eadem re scribit. Inter decreta etiam Innocentij ij. fit istius decreti mentio. Verum propria verba huius c. vsq; ad vers. Qui vero huic saluberrimo, Marianus Scotus refert in fi. suorum chronicorum. Sequentia autem verba valde sunt ipsi Greg. vij. familiaria.

Item Alexander secundus, episcopis, & Regi Dalmatiarum.

¶ Officio & beneficio priuetur episcopus, presbyter, vel diaconus feminam accipiens, vel acceptam retinens.

C. XVI.

iij [2] Si quis amodo episcopus, presbyter, aut diaconus [e] feminam acceperit, vel acceptam retinuerit, gprio gradu decidat [f] vsque dum ad satisfactionem veniat: nec in choro psallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus ecclesiasticis habeat.

Idem clero Mediolanensi.

¶ De eodem. C. XVII.

iiij [3] Si quis sacerdotum, vel diaconorum, officium [g] contumaciter deserens feminam sibi potius eligit, sicut sponte ob fornicationem dimittit officium: ita ob præuaricationem dimittere cogatur [h] etiam inuitus beneficium.

Idem populo Mediolanensi.

¶ De eodem. C. XVIII.

[4] Eos etiam, qui vt fornicari eis liceat, diuinũ officium derelinquunt, & à Deo recedentes, diabolo & operibus eius seruiunt: sicut se iustissime ab officio alienos faciunt: ita beneficio [i] ecclesiarũ priuatos esse adiudicam [o].

Item Lucius Papa.

¶ De eodem. C. XIX.

[5] Ministri altaris presbyteri, siue diaconi ad Dominica tales eligantur officia qui continentiam seruent. ¶ Si vero post ordinationẽ suam ministros contigerit proprie vxoris [k] inuadere cubile, sacrarij nõ intrent limina, neque sacrarij [l] [A] portitores fiant, neque altare cõtingant, neque ab offerentibus [m] holocausti [n] oblationem suscipiant: neque ad Dominici corporis portionem † accedant [o]: neq; propinent [B], neque sine maioris natu auctoritate minora [p] gerant officia: vrceum sane ad altare, vel calicẽ ne suggerant.

A ¶ Sacrarij.] *In epist. 2. Clementis (vnde c. hoc sumptum videri po est, & vnde citat Iuo) legitur:* sacrificij. *in vno autem vetusto Gratiani codice,* sacri.

B ¶ Neque propinent.] *In epistola Clementis est:* nec aquã sacerdotibus porrigat ad manus, ostia forinsecus claudat, minora gerat officia, vrceum, siue calicem ad altare non sufferat†. *Apud Iuonem vero:* Sed aquam tantum sacerdotum manibus porrigat, ostia forinsecus claudat, minora gestet officia: vrceum sane ad altare suggerat.

Idem.

¶ Clericus matronarum domicilia frequentans deponatur. C. XX.

3 [6] Clericus solus ad feminæ tabernaculum non accedat, nec propter† sine maioris natu sacerdotis† iussione [A] nec solus presbyter cum sola femina [q] fabulas misceat. Nec archidiaconus sub prætextu humilitatis [r], aut officij frequenter [s] intret domicilia matronarum, aut forte per clericos, aut domesticos † matronæ mandet aliquid† secrere [t]. Si agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus arceatur ecclesiæ.

A ¶ Iussione.] *In epistola Clementis sequitur:* Nec presbyter solus cum sola admungatur, sed duobus adductis testibus visitet infirmam: nec solus cũ sola femina fabulas misceat: nec archidiaconus, aut diaconus sub prætextu officij humilitatis frequẽtet, &c. [*Idem.*]

¶ De eodem. C. XXI. PALEA.

7 Sed si forte aliqua intercessio fuerit, episcopo suggeratur. Et si talis est, ad quam debeat ire pio interuentu, ipse pergat: sinautem, de latere suo dirigat [A], cum duobus, aut tribus testibus. Nemo tamen cum extranea habitet femina, nisi proxima, aut soror fuerit. Et hoc cum magna solicitudine fiat. Non enim ignoramus malitias satanæ.

¶ *Hæc Palea in plerisque vetustis exemplaribus habetur coniuncta cap. antecedenti.*

A ¶ Dirigat.] *In epistola S. Clementis sequi-*

"Beneficiũ qñque permittitur, & non officiũ.

"Eligens vnum, renunciat alteri.

2 Pann. l. 3. c. 138.

i Eos *beneficio.*] j. 16. q. 6. illud. argum. ff. de pecu. l. 1. C. de vsur. l. vlt.

3 Pan. l. 3. c. 139.

k Ministri.] ¶ *Propriæ vxoris.*] maxime: qa idẽ est in aliena. Et not. q dicit inuadere, qa iam non est vxor quo ad debitum reddẽdum. s. 77. di. eps. cũ qua votum emisit [c]: "& si eã cognoscat, incestũ committit, & filij erunt illegitimi, & serui. 15. q. vlt. cum multæ. est tñ vxor quo ad administrationẽ. 31. di. lex. & plus peccat cum ista qua votum q̃ cum soluta. H. arg. contra. j. di. prox. pro stũ cõmittit posuisti.

cAd hoc 33. q. 5. qđ Deo. s; videas qđ not. 30. q. 1. nosce. in gl. ille tñ. in fi.

4 Pan. l. 3. c. 140.

"Vxorẽ cognoscẽs cũ qua votum emisit, ince

"Offerẽtes qui dñr.

5 Hĩ epist. 2. Clem. ad Iacobũ fratrem Dñi. Anf. l. 8. c. 2. Pol. l. 4. ti. 31 Iuo par. 6. c. 87.

Additio. 91. distinct. cleros.

n ¶ *Holocausti.*] id est, cucharistiæ. & dic intransitiue.

o ¶ *Accedant.*] presbyteri, i. nõ conficiant.

p ¶ *Minora.*] i. minorũ ordinum officia sine licentia superioris: & planum est capitulũ, vt 16. q. 6. illud. Argu. contra. C. de vsufru. l. vlt. & ff. de sup. le. l. 1.

C *Lericus.*] Hæc est tertia pars dist. in qua dr. q archidiaconus non dẽt frequentare domos matronarum vel aliarum mulierum, nec mittere xenia per clericos, & hoc probatur in sequen. c. Ioan. de Fant. Casvs. Hoc c. de trib. personis loquitur, sc. de clerico, presbytero, & archidiacono. Dr ergo hic, q clericus solus non debet intrare tabernaculũ mulierum: nec etiam cum socio sine iussu prẽlati. nec presbyter cum sola femina cõfabuletur. Archidiaconus vero sub prætextu officij sui non frequẽtet domicilia matronarũ, nec illis per clericos suos vel domesticos aliquid secrete mittat: de quo si conuincitur, & ille deponatur, & illa excommunicetur.

† *al. portationem.*

† *al. suggerat*

6 Clem. Papa ibid. paulo inferius. Iuo p. 6. ca. 89. Anf. l. 7. c. 147. Poly. l. 4. tit. 31.

† *al. frequenter.*

† *al. ac sacerdotis.*] *al. principis.*

† *al. domesticos eius.*

† *al. secreti aliquid.*

q ¶ *Femina.*] arg. "ex solitudine vel societate præsumi, p aliquo vel contra. j. ea. in, omnibus. & c. clerici. argum. 18. qu. 2. in decima. & c. diffinimus.

"ꝑsumptio sumitur ex solitudine & societate

r ¶ *Humilitatis.*] Prætextu. n. pietatis non est committenda impietas. ff. depos. si hominem. & 30. q. 1. nosse. & 14. di. quod ait.

7 Clem. ibi. continẽter. Polyc. ibid. d Concord. text. in l. cũ alius. C. de cu. fu. & l. fi. §. pen. C. de bo. quæ lib.

s ¶ *Frequenter.*] Ratione frequentiæ pro aliquo, vel contra aliquem præsumitur [d], similiter ex longa mora arg. 34. di. quorumdã. 19. dist. Anastasius.

"Peccare vter magis dr, an manifeste delinquens.

t ¶ *Secrete.*] "magis enim peccat occulte peccans q̃ manifeste, vt 19. dist. Anastasius. Sed cõtra. ff. de ri. nu. l. vlt. ff. de auct. tu. pupillus. §. vlt. q. n. male agit, odit lucẽ. 18. q. 2. pernicioſam. extra de of. iu. dele. cõsuluit. & ext. vt ec. bene. vt nostrum. Io. Sol. * vbi qs magis cõtẽnit, ibi magis peccat, siue secrete siue palam. De hoc 40. di. hõ christian[e]. [e]

2. *Cor.* 2. * text. hic ñ loquitur de peccato publico, vel secreto, s; dãnat ea q̃ secrete fcã aferunt suspicionẽ, ñ aũt facta palã.

e Et extr. de

Source : BIU Cujas

cele.miſ.de homine. & 32.di.nemo. ibi videas.

Si quiſpiam.]Hæc palea habetur extra de cohab.cler.& mul.c.2. vbi exponitur.

a ¶*Iudicetur.*]Nota quòd ratione delicti mulier efficitur de foro eccleſiæ.Archid.

Porter.]Hæc eſt quarta pars diſt.in qua probat per 10.c.ſanctorũ Patrum, quòd cum clericis nõ debent cohabitare ſuſpectæ mulieres, nec ſolus cum ſola debet cõfabulari.Io.de Fan. Casvs. Greg.monet hic presbyteros eſſe vigilantes ſuper gregem ſibi commiſſum: ne lupi morſibus, id eſt, diaboli lanientur. &reprehendit eos de conſortio mulierum: quia vbi fuerit cum mulieribus cohabitatio, antiqui hoſtis ſtimulus nõ deerit,cum quibus ſi fornicẽtur, ſacrificare non debẽt. Quod probat tribus auctoritatib.prophetarum,ſcilicet Moyſi, Sophoniæ, & Malachiæ.Seq.c.patet.

†*al.ſcire.* 1Poly.l.4.ti.31.ex Lucio Anſ.l.8.c.9. ex pœ. Romano.

2 Iuo p.6.c.76. Polyc.l.4.tit.31.

b ¶*Nefarium.*] id eſt, horribile.nam ſi nefarium eſſet dicere, male faceret Gregor.dicendo.

c ¶ *Stimuli.*] Nam ex cohabitatione preſumitur acceſſus.18.q.2. diffinimus.

d ¶ *Ne fallamus.*] Publicum enim teſtimonium &opinio nõ eſt fallenda.C.de lat.lib. tol.l.1.§.ſed & qui ſcimus. & arg.27.diſtin. quod interrogaſti.

e ¶ *Qui fallitis.*] Dicuntur enim fallere, ex quo habent voluntatem fallendi [a]. nec minus peccat, de pæ. di.1.ſi cui.aliàs autem non fallunt.24.quæſt. 3.Deus.mentiri enim Deo,&c. de conſecr. diſt.2.panem.

a Adde gl.ĩ l.vẽdicatio. ff.đ rei ven. Bar. in l.q̃ đ tota.e.ti.

f ¶*Pollutos.*]quantum ad ſacerdotes. 49.diſ. cap.vlt.

Additio.Ad hoc 49. di.c.vl.de conſe.di.4. quæris. & 1.q.1.quod quidam.Archid.

g *Volumus.*] Qđ dicitur in iſtis c.videtur corrigi ext. de cohab.cle.& mul. ca.1, Vel intellige illud quando perſonæ ſunt ſuſpectæ, vel ſecum habẽt ſuſpectas.

2.Cor.6. 1.Tim.2.

" Sed vſque ad quem gradum licet clericis cum conſanguineis habitare?Dici poteſt, quòd vſque ad ſecundum in linea tranſuerſali. ĩ.ead.cum omnibus. ſed inaſcendente vel deſcendẽte vſque ad ſeptimum,vel hodie vſque ad quintum:quia cum his naturale fœdus nihil læsi criminis,&c. vt extra de cohab.cler.à nobis. & C.de epiſ.& cle. eum qui.etiam ſi illæ perſonæ iuuenes ſint.Vltra ſecundum vero diſtingue an ſuſpectæ, quia iuuenes ſunt : an non, quia ſunt ſenes,& tunc poteſt. in primo caſu,non. ſic etiam diſtingue in ancillis:& ſic intellige ĩ.eo.feminas.Sed contra,nonne clerici debent ſimul dormire. 12.q.1.neceſſaria. ſed hoc de aliis qui ſimul non viuunt. Ioan. Et not.quòd illi decret. à nobis. eſt ſtandum, quæ vltima eſt de illa materia,& corrigit decret.primam illius tituli.B.

Leuit.20. " clerici cũ mulieribus conſanguineis habitare poſſunt.

Soph.3. ſecũdum 70.

taminant ſancta, & reprobant legem] quos & alius Propheta increpat dicens [O vos ſacerdotes, qui fallitis [e] nomen meum,& diximus in qua re fallimus nomen tuum?quibus reſponſum eſt:offerentes ad altare meum panes polluti [f].Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus , & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris:quia polluti eſtis.]

*tur:*cum duobus, ac tribus,qui hoc ſanare† debeant.Sane ad viſitandum mulierem infirmã nullus clericus ingrediatur, niſi cum duobus,aut tribus.Nemo tamen,&c.

[*Ex* [A] *decreto Eugenij Papæ.*

¶De eodem. C. XXII.

PALEA.

1 SI quiſpiam ſacerdotum,id eſt preſbyter, vel diaconus , vel ſubdiaconus de quacumque femina crimine fornicationis ſuſpectus, poſt primam , ſecundam, & tertiam admonitionem [B] inueniatur fabulari cum ea,vel aliquo modo conuerſari , excommunicetur:femina vero canonice iudicetur [a].

A ¶Ex decreto.]*Hic canon in concilio Romano primum ab Eugenio ij. editus, & poſtea à Leone quarto etiam in concilio fuit repetitus , & citatur in decretalibus tit. de cohab. cle.& mul. Et in pleriſque vetuſtis exemplaribus eſt ſine nomine.*

B ¶Admonitionem.]*In eodem canone ſequitur* , metropolitani, vel alterius epiſcopi, aut eius,cui ſubiacere videatur.

Item Gregorius.

¶Simul cum mulieribus ſacerdotes habitare non licet. C. XXIII.

d ¶ *Rusticum.*] " quid sit rusticum prędium, & quid sit vrbanum prędium, habemus ff. de ser. rust. præd. & ff. de seru. vrb. præd. per totum.

" Prædium est duplex

e ¶ *Titulis.*] siue donationis, siue emptiõis.

f ¶ *Maximus.*] sic & iurisperiti dicunt quid sentiant. ff. de his quæ in testa. delent. l. proxime.

g ¶ *Laico.*] " nõ licuit laico iure suo, sed ex delegatione Papę bñ: arg. 32. dist. §. verum. 10. q. 3. c. vl. Sed vtrum episcopus laico possit hoc committere, iam dicemus ĩ. ea. c. q̃ nõ. M. tñ dicit cõtra: quia mucro est epi: immo nec presbyter hoc põt.

" Laicus põt excõicare ex Papæ delegatione legationis.

h ¶ *Mumtum.*] nam si quis emit rẽ ecclesiæ, vel aliam rem in casu illicito, nõ põt præscribere. Nam dicit lex, q̃ nõ est dubiũ eũ malæ fidei possessorem, qui cõtra legũ interdicta mercatur. C. de ag. & cen. li. 11. quemadmodũ. nã nec iuris ignorantia põt eum excusare. ff. de iu. & fa. ign. l. iuris. & hoc benigne statuerat: secus tñ est de iure: " quia bene præscribit laicus rem ecclesiæ cũ fructibus etiam percipiendis, si sit malæ fidei possessor. de re. spol. grauis. ADDITIO. Ad hoc ext. de præscr. ad audientiam. iuxta fi. Super hoc videas quæstionem B. quæ incip. esto quòd res ecclesiastica, &c. & quod not. ĩ. 16. quæst. 3. vniuersas. in gl. non dicit. Arch.

1 Verba Basilij.

" Laicus vtrũ rem ecclesiæ possit p scribere.

i ¶ *Perlegatur.*] ff. de legib. & senatusconsul. l. inciuile.

† al. q illud.

k ¶ *Heredes.*] turpia. n. lucra ab heredib. sunt extorquenda. extr. de vsur. tua. ff. de calum. in heredem. Sed & alienator posset conueniri, vt not. 12. q. 2. monemus.

2 cap. 3. Basilij verba,

l ¶ *Reliquerit.*] in morte. relinquendi nam q; verbum, &c. ff. de tab. exhib. l. 1. §. vlt.

† al. suorum

m ¶ *Vendantur.*] argu. C. de admi. tut. lex.

† al. alienatum.

n ¶ *Proficiant.*] hic terminatur lex ipsa.

aEt hẽs hoc qd hic dr. 16 q. 1. in canonibus. Arc.

o ¶ *Mediolanensis.*] ar. Mediolanensis prærogatiuam sedis habere

Source : BIU Cujas

tione auctoritatis aliqua repelli,licet sint bona. arg.16.dist. c.1.1.q. 1.principatus.ff.de re mil.l.3.§.in bello. arg.contra. 1.q.1.Dominus declarauit.arg.contra.1.q.1.nonne Sodomitæ.

a ¶*Actione.*] dicitur prima actio:quia fiebat pro prima die in synodo.16.quæ.7.in nona.

b NOs.] ¶*Interesse.*] Similiter solebat interesse electioni Papæ propter hæreticorum scandalum: arg. dist.63.quia sancta.

"Disputari vtrũ possit de fide catholica.

c ¶*Inuenta.*] "Et ita videtur q̃ possit de fide catholica disputari.ar.cõtra.C.de sum. tri.nemo. 24.q.3.cum quib. Respondeo:dubitãdo nõ licet disputare de ea:quia dubia in fide, hæreticus est. ext.de hær.dubius.aliàs disputatur.j.ea.satis.23.q.6.vides. C.de epis.& cler.quoniam.

Q *Vædam.*] infra ead.satis.

d ¶*Seruauimus.*]confirmanda & terminanda.Hug.

e ¶*Sanciri.*]q.d.voluimus eam per nostram legem siue constitutionem determinari & confirmari.Hug.

V *Bi nam.*]Casvs. Hæc quatuor c. de Ignatio loquuntur iniuste deposito auctoritate Michaelis Imperatoris. Reprehendit ergo hic Nicolaus Imperatores,qui conciliis eorum interesse volebãt, quod nõ est faciendum,nisi vbi de fide tractatur,

1 Ansel.l.3. c.107. quæ communiter pertinet ad omnes tam clericos quàm laicos.

a sc.istud & tria seq. f¶*Vbi nam.*]Hęc 4.c.[a] loquuntur de materia Ignatij, de quo dr̃ s̃.21.dist.submittitur. Arg.omissum intelligi quod scriptum nõ inuenitur. arg.10.q.1. hanc cõsuetudinem. de consec. dist.4.cum itaque. & c. seq. ff.de ver.ob.quidquid.

2 Ansel.ibid. Deusd.p.3. g ¶*Interfuisse.*] nisi rogatos [b].63.distin.Hadrianus.

b Et scdm hoc cessat cõtrarium. 35.q.1.ad sedem. Arc. h ¶*Ad clericos.*] Dic q̃ hoc nomen, clericos, stricte accipitur, vnde per fidem & ad omnes, &c. comprehendit Deo deuotos & tales personas. Vel dic prout sonat.

3 Ansl.l.j.c.75 Qd oẽs tãgit, dẽt ab omnib. approbari. i ¶*Pertinet.*]Arg.“qd omnes tangit, ab omnibus debere tractari, & approbari[c].arg.di. 66.c.1. C.de au.præst. veterẽ. de hoc ext.de iis, quæ fi.à præl. c.fi.

c Concord. ext.de his q̃ fi.à pl.si.cõ. capit. c.vlt. ibi videas.

D *Enique.*]Casvs.Statuit hic Nicolaus, vt Imperatores,qui tantum rebus humanis præsident,se de rebus ecclesiasticis non intromittant,nec de clericis iudicent.

k ¶*Denique.*] argum.quòd episcopus in causis ecclesiasticis laicum non possit præficere.Arg.contra.s̃.ea.bene quidem.

d Conc.tex. in l.1. C. de sum. tri.&l. mercatores C.đ com.& merc.& l.1. cum gl.C.đ eunuc. l ¶*Iudicare.*] j̃.17.q.4.diffiniuit.contra.in fi. sed ibi dic,principis,id est,principalis personæ vel,id est,episcopi.35.dist.ecclesiæ.

m ¶*Præsumant.*] arg.quòd clericus diffinitionibus principum & laicorum non debeat supponi[d] nisi per reconuentionem.

C *Vm ad verum.*] Casvs.Michael Imperator auctoritatem præstitit : & præcipit vt Ignatius Constantinopolitanus patriarcha ab episcopis deponeretur : quod factum est.sed dicit Nicolaus Papa,quòd hoc facere non potuit nec debuit:nam cum in veteri te

subsistere, modis omnibus in synodali cõuentu prouida beatitudinis vestræ sentẽtia eneruari conueniebat, & in irritum deduci,ne in exemplum remaneret præsumẽdi quibuslibet laicis, quamuis religiosis, vel potentibus in quacumque ciuitate quolibet modo aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus, quarum solis sacerdotibus disponendi indiscusse à Deo cura commissa docetur.

A ¶Cum in Mausoleo.]*Hoc initium scripturæ Basilij in tomis conciliorum, & codice canonum sic habet*, Cum in vnum apud beatum Petrum Apostolum residissent, sublimis,&c. *Omnino autem multæ sunt huius c. varietates in exemplaribus Gratiani, in variis conciliorum editionibus, & in codice canonum:ex quibus eæ tantum partim indicatæ, partim notatæ sunt,quæ maioris ponderis sunt visæ.*

B ¶ Reuocare.] *Sic est emendatum ex omnibus concilij exemplaribus & impressis,& manuscriptis,cum antea legeretur*, retinere.

c ¶Qua pœna.]*In omnibus editionibus conciliorum legitur*, Quam pœnam placuit accipientis heredes, proheredesque respicere. *In codice vero canonum manuscripto non est dictio*, proheredesque.

Vnde in sexta actione [a] *Chalcedonensis concilij Martianus Imper. dixit inter cetera.*

¶Imperatores ad fidem confirmãdam,non ad potentiam ostendendam synodo interesse debent. C. II.

1 NOs ad fidẽ confirmandam, non ad potentiam ostendendam, exemplo religiosissimi principis Constantini synodo interesse [b] voluimus, vt inuenta veritate [c],non vltra multitudo prauis doctrinis attracta discordet.

Item ex eadem sexta actione,in fi.

¶ De eodem. C. III.

2 QVædam capitula sunt,quę ad honorem vestræ reuerentiæ vobis seruauimus [d],decorum esse iudicantes à vobis hæc regulariter potius firmari per synodũ, quàm nostra lege sanciri [e].

Item Nicolaus Papa in epistola ad Michaelem Imp.quæ incipit [proposueramus.]

¶Sydonali conuentui Imperatores interesse non conuenit,nisi vbi de fide agitur. C. IIII.

3 VBi nam [f] legistis, Imperatores antecessores vestros synodalibus conuentibus interfuisse [g],nisi forsitan in quibus de

stamento eadem persona Rex erat & sacerdos,& temporalia simul cum spiritualibus administrabat. Sed post quam Christus venit in mundum,præcipit vt Rex tantum terrenis præsideret:Pontifex vero cælestia dispensaret : ne propter superbiam dignitatis vtriusque alteruter superbiret. sed sibi inuicem (si necesse fuerit) auxilium præbeant.

fide tractatum est,quę vniuersalis est, quæ omnium communis est, quæ non solum ad clericos [h], verum etiam ad laicos,& ad omnes omnino pertinet [i] christianos?

Idem in eadem epistola.

¶ De præsulibus diuinarum rerum,qui humanis rebus præsunt,iudicare non possunt. C. V.

4 DEnique [i] hi,quibustantum humanis rebus,& non diuinis, præesse permissum est, quomodo de his,per quos diuina ministrãtur,iudicare [l] præsumant[m], penitus ignoramus.

Idem Paulo inferius.

¶Nec etiam Imperator iura Pontificis,nec Pontifex iura regia vsurpet. C. VI.

5 CVm [n] [A] ad verum [o] ventum est,vltra sibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium vsurpauit [P]:quoniam idem mediator Dei,& hominum homo Christus Iesus sic actibus propriis [q],& dignitatibus distinctis,officia potestatis vtriusque discreuit [r] propria volens medicinali humilitate sursum efferri,non humana superbia rursus [s] in infernum † demergi,vt & Christiani Imperatores pro æterna [t] vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium [u] tantummodo [x] rerum imperialibus legibus vterentur : quatenus spiritalis actio carnalibus distaret incursibus : & ideo militans Deo minime se negotiis sæcularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus diuinis præsidere videretur, qui esset negotiis sæcularibus implicatus.

A ¶Ad verum.]*Post vltima verba capitis antecedentis sequitur continenter in eadem Nicolai epistola.* Fuerunt hæc ante aduentum Christi,vt quidam typice reges simul & sacerdotes existerent. Quod sanctum Melchisedech fuisse sancta prodit historia: quodque in membris suis diabolus imitatus:(vt pote, qui semper quæ diuino cultui conueniunt,sibimet tyrannico spiritu vendicare contendit) vt pagani Imperatores iidem &maximi Pontifices dicerentur. Sed cum ad verum vẽtum est, eumdem Regem atque Pontificem, vltra sibi,&c. *Nihil autem mutatum est,& ob glossam,& quoniam est initium capitis. Nonnulla vero alia huc pertinentia notata sunt s̃.dist.10.c.quoniam.*

n ¶*Cum.*]Hoc c.expositum est s̃. 10.dist. quoniam.ideo hic nõ labores.

o ¶*Ad verum.*] i.ad discussionem veri.vel i.ad tempus Christi.

p ¶*Vsurpauit.*] "Argum. cum iste potestates sint diuisæ, Imperator non habet gladium à Papa, vt j. ead.in scripturis.& c. duo. & cap.si Imperator. & 93.distin. legimus. & qa imperium à solo Deo est.23.q.4. quæsitum [e]. Argum. contra. 63.dist. cap.1. & cap. tibi domino. Item quia Petro sunt datæ claues cœlestis & terreni imperij.22. dist.c.1.Item quia deponit Imperatorem. j.15.q.6.alius. & c.iuratos.& 1.quęstion.4. quia pręsulatus [f] quęre. s̃. de hac materia. 10.dist.c.quoniam.

"Impator vtrum hẽat iurisdõnem à Papa.

4 Ansl.ibid. e Concord. rext.in aut. vt p̃po. no. impe.in pr. col.6.

5 s̃. dist.10. c.quoniam. Ansel.ibid.

fIn prin.sed parũ facit.

q ¶*Propriis.*]id est,imperij & sacerdotij:vel propriis quo ad Christum. "quædam enim gessit tanquam Imperator:puta cum eiecit de templo,&c. 2. quæst. 7. accusatio, & cum coronam de spinis portauit. quod est signum regni, 12. q.1.duo.quædam gessit vt sacerdos:quãdo seipsum obtulit in ara crucis pro sacrificio.

"Christus q̃dã vt Imperator,&q̃dam vt Rex gessit.

† *al.inferna.*

r ¶ *Discreuit.*] Immo videtur contra:"quia non discreuit,sed confudit, cum ipse vnus &idem vtrumque officium gessit. Sed dic q̃ideo ipse vtrumque officium gessit per se, vt notaret q̃ ex eodẽ fonte processerũt. 21. dist.cleros.in fi. nam dicit lex,q̃ summa nobis dona à Deo concessa sunt, scilicet sacerdotium, & imperium. in auth. quo.o. por.epis.in prin.col.j.

"Christus officiũ sacerdotis,& imperatoris gessit. 2.Tim.2.

Genes.14.

s ¶*Rursus.*] Primus p superbiam cecidit, vñ homines in infernum demergebãtur."Christus autem nos humilitate sua sursum erexit, sed si haberẽt oẽs omnia officia,superbirent, ita quòd iterum demergerentur in infernum.

"Christ⁹ humilitate sua oẽs erexit. "Legib⁹ an sit vtẽdum in causis spiritualibus.

g Adde qd q̃n cõtrariã tur canõib. no.Cy.i l.fi. C.đ int.ma. inter pu. & tut.& i aut. cassa. C. de sacrosc.eccl.

t ¶ *Pro æterna.*] j̃.de pœn.dist.1.multiplex.

u ¶*Temporalium.*] Argum."quod in causis spiritualibus(vt in matrimonio) non sit vtendum legibus imperialibus. argum.32.quæst. 2.inter hæc.11.quæst.1.continua. argument.de consecrat.distinct.3. celebritatem. Sed in aliis licet eis vti, si non obuient canonibus [g],argum.distinct.10.si in adiutorium.argum.distinct.54.ex antiquis. Ber.

h Adde ad hoc Cyn.& Pe.đBellap. in l.j.C.q̃ sit lon.cõs.&l. cũ clericis. C.đ ep.&cl.

x ¶ *Tantummodo.*] Hoc aduerbium determinat tantum illud adiectiuum,temporalium, non illud verbum,vterentur: & sic est falsum hic notatum ab Hug. argum. quòd in causis spiritualibus,&c. Nam bene licet leges allegare in spiritualibus.35.quæst.5.ad sedem. 15.quæst.3.§.cum autem.Laur. [h] *Vel dic tantummodo,id est,maxime.sic econtra.*11.quæst.3.si quis episcopus.

Source : BIU Cujas

Satis.] Casvs. Ostendit hic Nicolaus, quòd Ignatius auctoritate Michaelis Imperatoris deponi non potuit: & hoc probat duobus exemplis, scilicet Constantini & Theodosij Imperatorum.

a ¶ *Ostenditur.*] in alia parte cap. quæ non hic non est.

b ¶ *Appellatum.*] legitur enim omnes clericos deos appellasse, vt 11. q. 1. sacerdotib. 12. q. 1. futuram. secundũ hãc rõem nec ab eo possent iudicari clerici: sed hoc dixit vt ostenderet quãti sint hñdi. si. extra de iud. nouit.

Anſ. l. j. c. 71

c ¶ *Ephesinæ primæ.*] quia secũda nõ est recepta in auctoritate.

d ¶ *Seu potius.*] optime corrigit se: "quia quæstiones nõ debẽt fieri super fide dubitãdo. arg. ext. de hær. dubius. "Dogma aũt per g, est doctrina in fide, sine g, est angulus: vnde illud, sedebat domate domus. 25. q. 2. si quis.

"Dubitandum nõ est de fide.

2 Rufinus in hist. li. 1. c. 2.

"Dogma & doma differunt.

In *scripturis,*] Casvs. Ludouicus Imperator qñ audiebat sacerdotem deliquisse, statim erat parat⁹ credere & punire. Sed Nicolaus docet hoc nõ esse faciendũ, sed potius esse defendendum, & peccatũ eorũ celãdum: quod ꝓbat duob. exẽplis, s. Constantini, & exẽplo filiorum Noe, s. Sem & Iaphet, qui verenda patris operuerunt.

τοκίμασιν

e ¶ *In scripturis.*] 11. q. 1. c. sacerdotibus.

f ¶ *Et cooperirem.*] ff. de iniu. eũ qui nocentem. cõtra. "Sed hoc de occulto quod non posset ꝓbari: qa talia nõ hñt vindictã: & sic solue contrariũ illud. 83. dist. c. 3. illud aũt in manifestis, in quibus etiam non deberet eum prodere, vt not. 2. q. 1. si peccauerit.

"Crimina occulta vindictam non habent.

g ¶ *Contegatis.*] Et tamen corripiatis. 2. q. 1. si peccauerit. hoc de occultis intelligitur. nã de manifestis cogimur accusare, ꝑmissa tamen admonitione. 2. q. 7. qua propter. Arg. contra a. j. 5. q. 2. c. vlt. & q. 5. c. 1.

g Habentur aliqua i ea. epist. ad Michaelem.

4 Anſ. ibid. a sc. ad textũ capituli.

Idem in eadem paucis interiectis.

¶ A sęculari potestate Pontifex prorsus nec solui, nec ligari valet. C. VII.

1 Satis euidenter ostenditur [a], à sæculari potestate nec ligari prorsus, nec solui posse Pontificem, quem constat à pio principe Constãtino (quod longe superius memorauimus) Deũ appellatũ [b]: nec posse Deum ab hominibus iudicari manifestum est. [2] Sed & Theodosius [A] minor sanctæ synodo scribens Ephesinę [c] primę, dixit [Deputatus est igitur Candidian⁹ magnificẽtissim⁹ comes stre nuorum domesticorũ trãsire vsq; ad sanctissimã synodũ vestram, & in nullo quidem iis, quæ faciendę sunt de piis dogmatibus quęstiones, seu potius [d] expositiones, cõmunicare. Illicitũ namq; est eum, qui nõ sit ex ordine sanctissimorũ episcoporum, eccleſiasticis intermisceri tractatibus †.] *& post pauca.* ¶ His itaq; manifeste repertis apparet comministrum nostrũ Ignatium per imperialem tantummodo sentẽtiam nullo modo potuisse prorsus expelli. In cuius damnatione, quia præsulum quoque assensus est subsecutus, apparet id causa fuisse patratum adulationis, non legitimæ sanctionis.

A ¶ Theodosius minor.] *Verba hæc sunt accepta ex epistola Theodosij, ac Valentiniani Imperatorum synodo Ephesinæ per Candidianum missa, quæ est in extremo primæ actionis ipsius synodi. In versione antiqua, quæ seruatur in bibliotheca Vaticana, & quæ Lutetiæ edita est, eadem plane hoc loco habentur verba cum his, quæ refert Nicolaus, & optime conueniunt cum Græcis.*

Idem Ludouico Imperatori. [3]

¶ Facta Pontificum Imperator iudicare non debet. C. VIII.

4 In scripturis [e] narratur Constantinus Imperator dixisse [Vere si propriis oculis vidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui monachico habitu circumamicti sunt, peccãtẽ, chlamidem meam expoliarẽ †, & cooperirẽ [f] eũ, ne ab aliquo videretur.] [5] In quib⁹ desideratissime fili necessario commonemini, vt quemadmodum fide, & religione, ac honoris paritate ei adæquari videmini: ita quoq; humilitate, atque deuotione æquiparari nihilominus anheletis: ita vt in nullo inferior eo, sed potior inueniamini post illius exempla, qui talem se exhibuit ante alia † prorsus exempla. Sed hoc quidem diximus cautos vos reddere cupientes, vt si de Domini sacerdotib⁹, qui iure Patres dicũtur, aliquid cõtigerit vos audire, quod cõfusionẽ piis mentibus ingerat, nõ infrunitum, sed pudoratos filios Noe imitãtes paternam de reliquo verecundiam cõtegatis [g], vt affluenti, quemadmodũ & illi benedictione repleri, moderante Domino mereamini.

Item ex epist. Gregorij vij. ad Hermanum Metensem episcopum, lib. 8. epist. 21.

¶ Regum, & principum patres, & magistri sacerdotes esse censentur. C. IX.

6 Quis dubitet sacerdotes Christi, regũ, & principum, omniumq; fidelium patres, & magistros censeri [7]. Nonne miserabilis insanię esse cognoscitur, si filius [h] patrem, discipulus magistrum sibi conetur subiugare, & iniquis obligationibus illum suæ potestati subiicere: à quo credit non solum in terra, sed etiam in cœlis se ligari posse, & solui?

Item Gelasius Papa Anastasio Imp. [8]

¶ Auctoritas sacra Pontificũ, & regalis potestas, huius mũdi gubernacula regũt. C. X.

9 Duo [A] sunt [i] quippe Imperator Auguste, quibus [k] principaliter hic mundus regitur: auctoritas [l] sacra Pontificum, & regalis potestas. In quibus [m] tanto grauius pondus est sacerdotum: quanto etiam pro ipsis regibus † hominũ, in diuino sunt reddituri examine rationem [n].] *& post pauca.* ¶ [Nosti itaque inter hæc ex illorum te pendere [o] iudicio [p]: non illos ad tuam redigi posse † voluntatem.] ¶ Talibus igitur institutis, talibusq; fulti auctoritatibus plerique Pontificum, alij Reges, alij Imperatores excõmunicauerunt. Nam si speciale aliquod de personis principum requiratur exemplum, beatus Innocẽtius Papa Arcadium Imperatorẽ (quia consensit q, vt S. Ioannes Chrysostomus à sua sede pelleretur) excommunicauit. [r] [B] B. etiam Ambrosius, licet sanctus, non tamen vniuersalis ecclesiæ episcopus pro culpa, quæ aliis sacerdotibus non adeo grauis videbatur [s], Theodosium magnũ Imperatorẽ excõicans ab ecclesia exclusit: qui etiam in suis scriptis ostendit, q, aurũ non tam pretiosius sit plumbo, q̃ regia potestate sit altior dignitas sacerdotalis, hoc modo circa principium sui pastoralis scribens [10] Honor, fratres, & sublimitas episcopalis nullis poterit cõparationibus adęquari. Si regum fulgori cõpares, & principum diademati, lõge erit inferius, q̃ si plũbi metallũ ad auri fulgorẽ [t] cõpares: quippe cum perator cõtẽdebãt de prœeminẽtia vnius ad alterũ, & de præeminentia dignitatũ. sed Gelasius ostẽdit hic, ꝙ auctoritas Põtificalis longe maior est, q̃ culmen imperiale. Et hoc ꝓbat duab. rõnibus. Prima rõ est: quia Papa de anima Imperatoris & aliorũ redditur⁹ est rõem. Scda est, quia colla regũ & principũ submittuntur genib. sacerdotũ. Et hoc ꝓbatur duob. exẽplis, s. Innocentij, & Ambrosij, q Arcadiũ & Theodosiũ pp suos excessus excõicauerũt. Prima ratio est ibi, *In quib. tanto grauius.* Secũda est i fine. Exẽpla sunt i medio.

Genes. 9.

6 Anſ. l. 1. c. 84. Iuo p. 5. c. 378. Pann. l. 5. c. 108.

7 Concord. Ale. de Im. i l. gñaliter. coll. 2. ff. de in ius voc.

i ¶ *Duo sunt.*] In auth. quo. op. epis. in prin. col. 1. s. di. 1. humanũ. Additio. Ibi soluitur. facit ad ista 2. q. 8. §. item cum Dauid. Arc. k ¶ *Quibus.*] vt ab eis. sunt aũt alia duo qb. aut per q̃ regitur, vt s. dis. 1, humanũ genus. l ¶ *Auctoritas.*] neuter pendet ex reliquo. & ita est arg ꝓ Imperatore: "quia diuinitus consecutus est imperium. j. ead. c. prox. m ¶ *In quibus.*] i. per quos. nam dicit lex, ꝙ parũ est ius in ciuitate esse, nisi sint ꝑ quos ius reddatur. ff. de or. iur. l. 2. §. post originẽ. n ¶ *Rationem.*] j. 18. q. 2. cognouimus.

8 In ea. epi. Gregor. vij. Cap. l. 5. c. 167. Concil. Paris. l. j. c. 3.

9 Pol. l. j. tit. 27. Anſ. l. 1. c. 73. Pan. l. 5 c. 109.

"Impator imperiũ diuinitus cõsecutus est.

†al. regiminibus.

o ¶ *Te pendere.*] quo ad spiritualia. j. de pœn. dist. 1. multiplex.

p ¶ *Iudicio.*] "Zacharias quoq; Papa Regẽ Francorũ deposuit, & in locũ eius Pipinum substituit, vt j. 15. q. 6. alius.

"Regẽ Francorũ Papa depõere pt.

†al. velle.

q ¶ *Consensit.*] arg. cõsentiẽtẽ maiori pœna adstringi q̃ faciẽtem. ar. 24. q. 3. q aliorũ. ar. s. 86. dist. tãta neqtia.

r ¶ *Excommunicauit.*] "not. principẽ posse excõicari ẽt à quouis epo. s. di. 63. Valentinianus. arg. j. 11. q. 3. si aũt vobis. vr tñ, ꝙ hoc fecerit ex delegatiõe synodi, quod innuitur ex illo, ꝓ culpa, q̃ ab aliis sacerdotib⁹, &c. Sed primũ est verũ.

"Princeps ẽt ab epo excõmunicari potest.

s ¶ *Videbatur.*] sed male: "qa licet ꝓ minimis causis nõ sit quis excõicãdus, vt 11. q. 3. epi. tñ q̃libet cõtumacia digna est excõicatione, "immo tanto maior vr cõtumacia, quanto ex re minori consurgit. 2. qu. 7. non potest.

"Excõicandus qs non est ꝓ minimis causis.

"Contumacia tãto maior est, q̃to ex re minori cõsurgit.

t ¶ *Fulgorem.*] " & quanta est differentia inter solem & lunam, "imperium tanta est differentia inter imperium & sacerdotium. extra de ma. & obed. solitæ.

10 Ambr. de dign. sac. c. 2 "imperium minus est sacerdotio.

Si Imp

Source : BIU Cujas

SI *Imperator.*] Cassvs. Impator volebat iudicare de cau sis clericorũ & sacerdotũ: sed Papa ꝓbat, ꝙ hoc facere nõ dẽt, ꝙa ipse filius est eccle siæ, & nõ prẽsul: & ꝙa Deus voluit sæculi principes, si fideles sũt, esse eccleſiæ subiectos. Si vero contra hanc Dei dispõem facere voluerit Imperator tamẽ ingratus ꝓdat potestatem, quã ab ipso est cõsecutus.

1 Poly.l.j.ti. 19. Anſl.4. capit.12. ex Ioanne 8.

a ¶ *Filius eſt.*] j.23.qu. vlt. conuenior. qui tamen prælati ecclesiarum dicantur: dixi 11. q.3. præcipue.

b ¶ *Non docere.*] j.16. q.1. adiicimus.

c ¶ *Diuinitus.*] non ergo à Papa. nã imperiũ à soloDeo est, vt 23.q. 4. q̃situm. nã à cælesti maiestate hẽt gladij potestatem. C. d vet. iu.enu.l. 1. in pr. quod cõcedo de vero Imperatore. Sed ꝙs est verus Imperator? " Dñt ꝙdam ꝙ Constãtinopolitanus: sed iste aliꝰ ꝓcurator est siue defensor Romanę ecclesiæ. ar. de conse. di. 5. i die. §. hinc. & huic Rom. eccle. concedit gladij potestatem, & coronam. Sed contra

" Impator verus quis est.

ext. de ele. venerabilẽ. " Dicitur ibi quod Ro. ecc. trãstulit imperiũ i occidentẽ à Græcis, & ita iste Romanꝰ est verus Imperator. Additio. ad hoc ext. de iud. significauerunt. in prin. Arch.

" Papa transtulit imperium.

d ¶ *Quas.*] ergo debet dici, bona potestas est ista.

e ¶ *Ius.*] s. di. 10. imperium. & c. certum est. 11. q. 1. si tributum.

f ¶ *Beneficia.*] ar. clericum stãtem cõtra ecclesiam vnde hẽt bñficiũ, dẽt illo priuari [a]: nisi forte pro talib. psonis pro quib. licitũ sit ei contra quemlibet agere: quas hẽs ff. de postu. l. hi qui. & 3. q. 7. §. tria. in fi. f. in ꝓpria cã vel parentum suorum. Simile est inter vasallum & dominum, vt j.22.q.vlt. de forma. Simile d aduocatis. C. de aduo. diu. iud. l. 2. C. de reu. do. l. 1. & 7. q. 1. qa frater. & dixi de hoc 3. q. 1. nulli. Hoc tamẽ exaudio de ecclesia ad q̃ intitulatus est, ꝓ qua stare ꝑt cõtra q̃libet ecclesiam, ẽt in qua habet beneficium, quia saluum fuit iꝰ primæ: immo si aliquod munus ei iniungitur ab ecclesia, nullam excusationem ꝑt prætẽdere. C. de exc. tu. liberos. 23. q. 1. in summa.

2 In originali hæc pendent ex superioribus. Polyc. ibid. Anſelm. l. 6. c. 157.

a Concord. tex. in l. qui cũ maior. §. pe. & fi. cũ ibi no. ff. de bon. lib.

3 Anſel. l. 4. c. 32. Deusd. l. 4. c. 1.

" clerici nũ quã fuerũt de iurisdõe sæculari.

g ¶ *Et discuti.*] " ergo ante q̃ esset aliqua cõ

videas regum colla, & principum submitti genibus sacerdotum, & osculata eorũ dextera, orationib. eorum credant se communiri.]

A ¶ Duo sunt.] *Caput hoc sumptum est ex eadem epistola Gregorij septimi, ex qua antecedens: & ab hoc initio vsque ad verb.* voluntatem, *sunt verba ipsius Gelasij ex epistola, quæ habetur impressa, citata à Gregorio septimo.*

B ¶ Excommunicauit.] *Si hic interponatur caput,* Alius item. j. 15. q. 6. *hæc pars epistolæ integrã habebitur.*

Item Ioannes Papa.

¶ Imperatores debent Pontificibus subesse, non præesse. C. XI.

'SI Imperator catholicus est, (quod salua pace ipsius dixerimus) filius est [a], nõ præsul ecclesiæ: quod ad religionem cõpetit, discere ei conuenit, nõ docere [b]: habet priuilegia suæ potestatis, quę administrandis legibus publicis diuinitus [c] consecutus est, vt eius beneficiis non ingratus contra dispositionem cęlestis ordinis nil vsurpet. Ad sacerdotes enim Deus voluit, quæ ecclesiæ disponenda sunt, pertinere, non ad sæculi potestates (quas [d], si fideles sunt ecclesiæ suæ sacerdotib. voluit esse subiectas. Non sibi vindicet alienum ius [e], & ministerium quod alteri deputatũ est: ne contra eum tendat abrũpi, à quo omnia constituta sunt, & cõtra illius bñficia [f] pugnare videatur, à quo propriam consecutus est potestatem. Non à legib. publicis, non à potestatib. sęculi, sed à pontificib. & sacerdotib. omnipotens Deus Christianæ religionis clericos, & sacerdotes voluit ordinari, & discuti [g], recipiq; de errore remeantes. Imperatores Christiani subdere debent executiones suas ecclesiasticis præsulib. [h] non præferre.

Item Gelasius ad episcopos Orientales.

¶ De eodem. C. XII.

[2] NVmquam de pontificibus, nisi ecclesiã iudicasse: non esse humanarum legum de talib. ferre sentẽtiã, absq; ecclesię principaliter constitutis pontificibus, obsequi solere principes Christianos decretis ecclesię, non suã prę ponere potestatem, episcopis caput subdere principem solitum, non de eorum capitib. iudicare.

¶ [De eodem.] C. XIII. PALEA.

j [3] CONstantinus Imperator coronam, & omnẽ regiam dignitatem in vrbe Romana, & in Italia, & in partib. occidentalibus Apostolico concessit. Nã in gestis beati Siluestri (q̃ beatus Papa Gelasius in concilio lxx. episcoporũ à catholicis legi commemorat, & pro antiquo vsu multas hoc imitari dicit ecclesias) ita legitur.

¶ *Apud Anselmum libro quarto pro rubrica capitis 32. hæc habentur.* Quòd Constantinus Imperator Papæ concessit coronam, & omnem regiam dignitatem in vrbe Romana, & Italia, & in partib. occidentalibus. *In principio vero eiusdem capitis 32. hæc leguntur,* In gestis beati Siluestri, &c. *vsque ad finem huius, & seq. paleæ, quemadmodum etiam in collectione Deusdedit.*

¶ [De eodem.] C. XIIII. PALEA.

ij [4] CONstantinus [A] Imperator quarta die sui baptismi priuilegiũ Romanæ ecclesię põtifici cõtulit, vt in toto orbe Romano sacerdotes ita hunc caput habeant, sicut iudices Regem. In eo priuilegio ita inter cetera legitur. [Vtile [B] iudicauimus vnà cum omnib. Satrapis nostris, & vniuerso senatu, optimatibusq; meis, etiã & cũcto populo Romanæ gloriæ imperio subiacenti, vt sicut beatꝰ Petrus in terris vicarius filij Dei esse videtur cõstitutus, ita & Pontifices, qui ipsi [9] principis Apostolorũ gerunt vices, principatus potestatẽ, amplius, quàm terrena imperialis nostrę serenitatis mãsuetudo habere videtur, cõcessam à vobis, nostroq; imperio obtineãt, eligentes nobis ipsum principem Apostolorum, vel † eius vicarios firmos apud Deum esse patronos. Et sicut nostrã terrenam imperialem potentiam, sic eius sacrosanctam Romanã ecclesiam decreuimus veneranter honorari, & amplius, q̃ nostrum imperium, & rerenũ thronum, sedẽ sacratissimã beati Petri gloriose exaltari: tribuentes ei potestatẽ, & gloriæ dignitatem, atq; vigorem, & honorificentiam imperialem. Atq; decernẽtes sancimus, vt principatum teneat tã super quattuor p̃cipuas sedes Alexandrinam, Antiochenam †, Hierosolymitanã, Constãtinopolitanam, q̃ etiam super omnes in vniuerso orbe terrarũ ecclesias Dei: & Pontifex, qui ꝓ tempore ipsius sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ extiterit, celsior, & princeps cunctis sacerdotib. totius mũdi existat, & eiꝰ iudicio, quæq; ad cultũ Dei, vel fidei Christianorũ stabilitatẽ procurãda fuerint, disponantur. *& infra.* ¶ Ecclesiis beatorum apostolorũ Petri & Pauli ꝓ continuatione † luminariorũ, possessionũ prędia cõtulimus, & rebus diuersis eas ditauimus, & ꝓ nostram imperialem iussionẽ sacram tam in oriẽte, q̃ in occidẽte, vel etiam septẽtrionali, & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Græcia, Asia, Thracia, Africa, & Italia, vel diuersis insulis nostra largitate ei † cõcessimus, ea prorsus ratione, vt ꝓ manꝰ beatissimi patris nostri Siluestri summi Põtificis, successorumq; eius omnia disponantur. *& infra.* ¶ [5] Beato Siluestro patri nostro, summo Pontifici, & vniuersalis vrbis Romæ Papæ, & omnib. eius successorib. pontificib. qui vsq; in finem mundi in sede beati Petri erunt sessuri, de præsenti contradimus palatium imperij nostri Lateranense, deinde diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulq; phrygiũ †, necnon & superhumerale, videlicet lorũ, quod imperiale circũdare assolet collum, verum etiam & chlamidem purpuream, atq; tunicã coccineam, & omnia imperialia induméta, sed

4 In edicto Constãtini, qđ est post conc. Neocæsarienſe. Anſl. 4. c. 32. Deusd. ibid.

A ſtitutio, ẽt clerici non erãt de iurisdictione sæculari, vnde omnes constões, q̃ emanauerunt: ꝙ clerici nõ sunt iudicandi nisi ab episcopis, nõ sunt nisi iuris declaratio. Ioan.

B ¶ *Præsulibus.*] hic bñ dicit. nam dicit lex, ꝙ si iudex sęcularis iudicauerit clericum esse damnandũ, primo debet exui priuilegio clericali, vt 11. qu. 1. si qs. in aut. vt cle. apud pprios. §. illud plane. col. 6. licet illud hodie si teneatur. si. ext. d iud. at si clerici, &c.

5 Iuo par. c. 49. Pann. l. 4. c. 1.

† al. & eius successores.

† Antioc. Alex.] Orig. impressum.

† al. concinnatione.

† al. eis liberalitatem concessimus.

† al. phrygium, id est mitram.

Source : BIU Cujas

& dignitatem imperialium pręsidentium[c] equitum, conferentes etiã & imperialia sceptra, simulq; cũcta signa, atq; banda, [1] & diuersa ornamenta imperialia, & omnẽ ꝓcessionem imperialis culminis, & gloriam potestatis nostræ. Viris autẽ reuerendissimis clericis in diuersis ordinib. eidem sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ seruientib. illud culmẽ, singularitate, potẽtia, & præcellentia habere sancimus, cuius amplissimus noster senatus videtur gloria adornari, id est patrios[D], atq; cõsules effici, necnon & ceteris dignitatibus imperialib. eos promulgamus decorari. Et sicut imperialis militia ornatur, ita & clerũ sanctę Romanæ ecclesiæ ornari decernimus. Et quemadmodum imperialis potentia officiis diuersis, cubiculariorum nempe, & ostiariorũ atq; omnium excubitorũ ornatur, & ita sanctã Romanam ecclesiam decorari volumus. Et vt amplissime pontificale decus pręfulgeat, decernim[9] & hoc, clericorũ eiusdẽ sanctæ Romanæ ecclesiæ, manipulis & linteaminib. id est candidissimo colore decorari equos, ita & equitare. Et sicut noster senatus calceamẽtis vtitur cũ [E] vdonib. id est candido linteamine illustratis, sic vtãtur & clerici, vt sicut cælestia, ita & terrena ad laudẽ Dei decorentur. Præ omnib. autem licentiam tribuimus ipsi sanctissimo patri nostro Siluestro, & successorib. eius ex nostro indicto, vt quẽ [F] placatus proprio cõsilio clericare voluerit, & in religiosorũ numero clericorum cõnumerare: nullus ex omnib. præsumat supbe agere. Decreuimus itaq; & hoc, vt ipse, & successores eius diademate, videlicet corona, quã ex capite nostro illi concessimus, ex auro purissimo, & gemmis ꝑtiosis vti debeãt, & in capite ad laudẽ Dei ꝑ honore beati Petri gestare. Ipse vero beatissimus Papa, quia super coronã clericatus, quã gerit ad gloriam beati Petri, omnino ipsa ex auro non est passus vti corona, nos phrygium candido† nitore splendidũ resurrectionẽ Dominicam designans, eius sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus, & tenẽtes frænũ equi ipsius ꝑ reuerentia beati Petri, stratoris officiũ illi exhibuimus, statuentes eodẽ phrygio omnes eius successores singulariter vt in processionib. ad imitationem imperij nostri. Vnde vt põtificalis apex nõ vilescat, sed magis, quã terreni imperij dignitas, gloria†, & potentia decoretur, ecce tam palatium nostrum, vt prædictum est, q̃ Romanam vrbem, & omnes Italiæ, seu occidẽtalium regionũ prouincias, loca, & ciuitates, præfato beatissimo Põtifici nostro Siluestro vniuersali Papæ cõtradimus, atq; relinquimus: & ab eo, & à successorib. eius per hãc diualem nostram, & pragmaticũ constitutũ decernimus disponẽda, atq; iuri sanctæ Romanæ ecclesiæ concedimus ꝑmansura. Vnde congruum perspeximus nostrũ imperium, & regni potestatem in orientalib. transferri regionibus, & in Bizantiæ prouinciæ optimo loco, nomini nostro ciuitatem ædificari, & nostrum illic constitui imperium: quoniam vbi principatus sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab Imperatore cælesti constitutũ est, iustũ non est, vt illic Imperator terrenus habeat potestatem. Hæc vero[G] omnia, q̃ per hãc nostram imperialem sacram, & per alia diualia decreta statuimus, atq; confirmauimus, vsq; in finem mũdi illibata, & inconcussa permanere decernimus. Vnde coram Deo viuo, qui nos regnare ꝑcepit, & corã terribili eius iudicio obtestamur per hoc nostrũ imperiale constitutum omnes nostros successores Imperatores, vel cunctos Optimates, Satrapas etiam, amplissimum senatum, & vniuersum populum in toto orbe terrarum nunc & in posterum, cunctis retro temporib. imperio nostro subiacentem, nulli eorum quoquomodo licere hæc aut infringere, aut in quoquam conuellere. Si quis autẽ, quod non credimus, in hoc temerator, aut contemptor extiterit, æternis condẽnationib. subiaceat innodatus, & sanctos Dei, principes Apostolorum Petrum & Paulum sibi in pręsenti, & in futura vita sentiat contrarios, atque in inferno inferiori concrematus, cum diabolo, & omnibus deficiat impiis. Huius vero imperialis decreti nostri paginam propriis manibus roborantes, super venerandum corpus beati Petri principis Apostolorum posuimus. Datum Romæ iij. Kal. Aprilis, Domino nostro Flauio Constantino Augusto quater, & Gallicano v.c. Coss.

1 Suidas in hoc verbo, βανδα.

† al. candidi nitoris splẽdidam.

† al. & gloria potẽtia.

¶ *Hæc palea in multis habetur exemplaribus, in quibus aliæ paleæ esse non solent.*

A ¶ Constantinus.] *Verba hæc vsque ad vers.* In eo priuilegio, *non solũ habentur apud Anselmũ, & Deusdedit, sed etiã in gestis beati Siluestri in his, quæ à Constantino per octo dies post baptismum acta referuntur.*

B ¶ Vtile.] *Hinc vsq; ad finem sumpta sunt ex gestis seu actis sancti Siluestri, in quib. multa præcedunt, ac multa deinceps plenius narrantur. Sed hic ea tantũ videntur relata, quæ in collectionib. Anselmi, & Deusdedit habentur. Titulus proprius huius partis in gestis ipsis est huiusmodi.* Priuilegium sanctæ Romanæ ecclesiæ, quod constituit D. Cõstantinus Augustus sancto Siluestro episcopo vrbis Romæ, & omnibus successorib. eius vsq; in perpetuum, & obtulit super corpus beati Petri Apostoli. *De quo item priuilegio Leo nonus ĩ epistola prima, seu libello aduersus inauditas præsumptiones Michaelis Constantinopolitani, & Leonis Acridani episcoporum, c. 13. sic loquitur:* Pauca ex priuilegio eiusdem Constantini manu cum cruce aurea super cælestis claruigeri venerabile corpus posito ad medium proferemus. *De iisdem gestis siue actis Gelasius in concilio LXX. episcoporum (& refertur s. di. 15. in c. sancta Romana) sic loquitur, vt ea videatur approbare. Et ĩ martyrologio Romano, & Vsuardi in festo S. Siluestri legitur,* cuius actus clari habentur. *Inueniuntur vero etiam hodie peruetustis litteris descripta in bibliotheca Vaticana, & Abbatiæ Nonantulæ: quorum interpres in proœmio hæc ait:* Historiographus noster Eusebius Cæsareæ Palestinæ vrbis episcopus cum historiam ecclesiasticam scriberet, prætermisit ea quæ in aliis opusculis sunt, vel quæ se meminit retulisse. Nam viginti libros omnium pene prouinciarũ, passiones martyrum, episcoporum, & confessorum, & sacrarum virginum, ac mulierum continere fecit. Deinde secutus, & ab Apostolo Petro, omnium episcoporum nomina, & gesta conscripsit, & earum vrbium, q̃ arcem põtificatus per Apostolicas sedes tenere noscũtur, vt vrbs Roma, Antiochia, Hierosolyma, Ephesius, & Alexandria. Harum vrbium episcoporum omnium ꝑteritorum nomina vsq; ad tps suum, & gesta græco sermone conscripsit. Ex quo numero vnum episcopum vrbis Romæ sanctum Siluestrum me de greco in latinũ transferre præcipisti domine sancte, ac beate pater. *Quibus verbis, quicũque sit auctor istius ꝓœmij, eadem gesta ab Eusebio græce scripta fuisse clare profitetur. Quæ etiam in vetustissimis Pontificalib. & codicib. in quib. sanctorum vitæ sunt descriptæ, in vita beati Siluestri referuntur. Partem horum actorum (quod ad Baptismum Constantini, & imagines sanctorum Petri, & Pauli spectat) refert Hadrianus Papa in epistola Constantino Imperatori, & matri Irenæ scripta, quæ in secũda actione septimæ vniuersalis synodi habetur. Ipsum autem priuilegium fere integrum refert Leo nonus loco superius indicato, & Theodorus Balsamon in Photij nomocanonem, ti. 9. ca. 1. quamquam aliis in rebus (quod Græci plerumque solent) Romanæ ecclesiæ non satis æquus. Hanc eamdem donationem ante Gratianum recitarãt Anselmus, Deusdedit, Iuo locis notatis: Quo ea pertinent, quæ Petrus Damianus in disceptatione synodali inter regium aduocatum, & Romanæ ecclesiæ defensorem scripsit.* Lege, inquit, Constantini Imperatoris edictum, vbi sedis Apostolicæ constituit super omnes in orbe terrarum ecclesias principatum. Nam postquàm supra corpus beati Petri basilicam fundator erexit, postquam patriarchium Lateranense in beati Saluatoris honore construxit, mox per imperialis rescripti seriem Romanę ecclesiæ constituit dignitatem, vbi nimirum beato Siluestro, suisque successorib. obtulit, vt regali more, & aurea corona plecterentur in capite, & ceteras regi: cultus insulas vsurparent. Verum beatus Siluester ornamenta, quę sacerdotali congruere iudicabat officio, in proprios vsus assumpsit: coronam vero, vel cetera quæ magis ambitiosa, quàm mystica videbantur, omisit. Cui etiam Constantinus Lateranense palatium, quòd eatenus aula regalis extiterat, perpetuo iure concessit, regnum Italię iudicandum tradidit. Nam & ipsius Regis hæc verba sunt. Vnde congruum, inquit, prospeximus nostrum imperium, & regni potestatem orientalib. transferri, ac mutari regionib. & in Bizantina prouincia in optimo loco nomini nostro ciuitatem ædificari, & nostrum illic constitui imperium: quoniam, vbi principatus sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab Imperatore cælesti constitutum est, iustum non est, vt illic Imperator terrenus habeat potestatem. *De hac eadem rescribit Ado Viennensis in commentario ætatis sextæ, & Goffredus Viterbiensis in chronicis par*

Source : BIU Cujas

Sicut *quamuis*. Casvs. Hoc c. habet duas par. In 1. dicitur, ꝙ sicut aliqua parua ciuitas ſi minuit prę-rogatiuam regni, ẽt ſi ſit ibi ſedes regalis, ſic Imperator ꝓrogatiuã eccleſiæ minuere nõ ꝓt. In 2. dicitur, ꝙ pontifex quantumcunque ſit malus: dũmodo non ſit hęreticꝰ, ab Imperatore puniri non poteſt. Secũda pars incipit ibi, *Semper eſt.*

a ¶*Sicut.*] ſenſus eſt: ſicut parua ciuitas nõ ꝓt regnum impugnare: "ita nec imperiũ ſacerdotium. Vel ſic, licet epiſcopus ſit in parua ciuitate. Rex tamen non ꝓt iudicare de clericis eius: ſecundum hoc dic, diſpenſationis religioſæ, id eſt, epiſcopi conſtituti in parua ciuitate.

"imperium non põt ſacerdotium impugnare.

b ¶*Humanitus.*] i. conſuetudine humana, i. fragilitate humanæ naturæ. H.

c ¶*Non tamen contra religionem.*] Nã in eo caſu poſſet à quocũque redargui. 40. di. ſi Papa. vel ẽt ſi ſchiſma faceret. 23. q. 5. de Ligurib. "Et plures cauſus in quib. laici habent iuriſdictionem ſuper clericos, dixi 23. q. 5. principes.

"Laici ſup clericos qñ que iuriſdõnem habẽt.

d ¶*Nullatenus.*] 63. di. Valentinianus.

Boni principis. Casvs. Hic dr, ꝙ officiũ principis eſt, eccleſias deſtructas reſtaurare, nouas ædificare: & clericos potiꝰ defendere quàm deſtruere, vel aliquo modo ſubiugare.

e ¶*Contritas.*] 25. q. 1. diuinis, &c.

f ¶*Reſtaurare.*] 27. qu. 4. diffiniuit. 16. q. 1. ſtatuimus.

Hoc capitulo patenter.] Hæc diſt. diuiditur in duas par. Secũda ibi, *Sine ſignatis.* Io. d'Fan. Casvs. Hic intitulatur 97. di. in qua concludit Grat. ex illo capitulo, bene quidem, ꝙ nullo laico de reb. eccleſiaſticis iudicare licet ſine auctoritate eccleſiæ. & ſi aliter factum fuerit, irritum erit, niſi eccleſia ſubſcribat, vel auctoritatẽ præſtet. Et ideo vr ꝙ conſtitutio, q̃ fecit Honorius Imperator 3. 79. di. ſi duo. nõ valuit, cũ fuerit à laico facta. poſtea ſoluit dicens, quòd ſi laicus interuitetur ab eccleſia, vt de reb. eccleſiaſticis faciat conſtitutionẽ, ſicut fuit Honorius à Bonifacio inuitatus, valebit conſtitutio.

1 Anſel. l. 6. c. 192.

†al. regis

g ¶*Hoc capitulo.*] reſpicit ĩ hac di. 97. illud c. bene quidẽ. 96. diſt. & aſſignat in hoc §. q̃dam cõtrarietatẽ, & dat poſtea ſolutionẽ.

2 Diſt. 79. ſi duo.

h ¶*Honorij.*] 3. diſt. 79. ſi duo.

i ¶*Ne hæretici.*] 3. diſt. 8. quo iure. & 23. q. 7. c. 1. & 2. & 27. q. 3. c. nimium.

k ¶*Inuitati.*] 3. diſ. 63. Hadrianus. & c. in ſynodo.

Eccleſiæ.] Casvs. Hæc eſt epiſtola Papæ Bonifacij, ĩ qua ſupplicat Honorio Imperatori. In 1. par. oſtẽdit Bonifacius, ꝙ ipſe eſt ſolicitus de eccleſiaſtico ſtatu, ne ſi negligẽs inueniatur, ſit redarguẽdus. In 2. rogat Honoriũ de pace & qete eccleſiæ ſeruãda, ei multipliciter applaudendo. In 3. rogat eum, vt ſuos legatos honorifice recipiat. Scda ibi, *Ipſa enim eccleſia.* Tertia ĩcipit ibi, *Habet refugiũ.*

3 epiſt. 1. ad Honorium.

l ¶*Eccleſia.*] 3. c. prox. victor. contra. Sed vt ibi dr: iam erat in cõualeſcentia: adhuc tñ erat debilis, vt hic.

m ¶*Conuentus.*] i. conuenticulas. C. de epi. & cle. cõuenticulam.

n ¶*Agitantur.*] q. d. licet adhuc ſimus inualidi. tñ cura eccleſiæ nos compellit vt inuigilemus eccleſiaſticis negotiis, & pro eis intercedam⁹ apud vos: quia multi clerici turbant eccleſiam Dei. Archidiaconus.

†al. tacẽtes.

o ¶*Facere.*] ſcilicet videmini.

p ¶*Tacentem.*] ext. de teſt. quia ingredientibus. & 63. diſt. c. 1.

†al. p̃ſideas.

q ¶*Sub illis.*] vt 11. q. 1. ſacerdotibus.

r ¶ *Formidentur.*] à Chriſtianis.

s ¶*Virginem.*] vt 27. q. 1. nuptiarum. in fi.

t ¶*Procellarum.*] i. hæreticorum.

v ¶*Faciem.*] Eccleſiæ.

x ¶*Præterita.*] ſ. beneficia. ſic intelligitur d conſe. di. 2. panis. q. ſ. pro omni munere debemus Deo gratias referre, præſenti, ſc. & præterito, nõ futuro: "quia nec Deus futurum peccatum indulget. 3. de pœ. diſ. 3. lane cauendum. nec pactũ valet, ſi fiat quòd non agam de futura iniuria. ſi. de pac. ſi vnus. §. pacta.

† al. ſi meo. "Peccatum futurũ Deꝰ ñ indulget. †al. affatu

y ¶*Repetit.*] i. recollit, & ad memoriam reducit.

par. 6. c. 2.

c ¶Præſidentium equitum.] *Græce eſt apud Balſamonem, καὶ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων, id eſt,* & dignitates imperialium equorum.

d ¶Id eſt patritios.] *Locus hic græce ſic habet, καὶ ἔχειν ἐκείνων τῶν ὑψηλότητα, καὶ μεγαλοσύνην, ὧν κινεῖται ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν, ἤτοι οἱ πατρίκιοι, καὶ οἱ κόνσολοι ἢ τοι οἱ ὕπατοι, καὶ λοιπὰ ἀξιώματα, id eſt,* & illam habere celſitatem, atque amplitudinem, qua ornatus eſt magnus noſter ſenatus, ſiue patritij & conſules, ſiue hypati & reliquæ dignitates.

e ¶ Cum vdonibus.] *Græce totus hic locus habet paulo aliter, καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φορεῖ ὑποδήματα ἤτοι σανδάλια λευκὰ διὰ ὀθονίων, οὕτως καὶ τὰ οὐράνια ὡς καὶ τὰ γήϊνα πρὸς αἶνεσιν τοῦ θεοῦ: id eſt,* Et quemadmodum ſenatus noſter fert calceos, ſeu ſandalia cũ linteis albis, ita etiam cæleſtia, ſicut terreſtria ad Dei laudem.

f ¶ Quem placatus.] *ἵνα ἑαύτῃς τῆς συγκλήτου βουλῇ μετὰ ἰδίου θυμοῦ, καὶ ἑκουσίως γένοιτο κληρικὸς, καὶ ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ἁγίων κληρικῶν σωφρονῇ μόνοι μήτις τολμᾷ ἀπὸ παύτων ἐμποδίσαι τοῦτο. id eſt:* vt ſi quis ex ſenatu ſponte ſua, quodque ita ipſi libeat, voluerit fieri clericus, & in ſanctorum clericorum numerum adſcribi, ne quis ex omnibus hoc audeat impedire.

g ¶ Hæc vero omnia.] *hic quoque eſt magna verborum varietas, ſed eadem fere ſententia.*

Item Gelaſius ad epiſcopos Dardaniæ.

¶Imperialis auctoritas religioſæ diſpenſationis menſuram non mutat. C. XV.

Sicut [a] quamuis parua ciuitas prærogatiuam præſentis regni non minuit, ſic imperialis præſentia menſuram diſpenſationis religioſæ non mutat. *& infra.* ¶ Sẽper [A] eſt effectũ in ſacerdotali concilio de ſacerdotibus iudicia prouenire. Nam qualeſcumque Pontifices ſint, & ſi errore humanit⁹ [b] accidente, non tamen [c] contra religionem vllatenus excedentes, nullatenus [d] videantur à ſæculari poteſtate poſſe percelli.

A ¶Semper.] *Mutatus eſt à collectore orationis ductus, ne quæ antecedunt, recitanda eſſent.*

Item Marcellus Papa Maxentio [A].

A ¶Maxentio.] *In impreſſis addebatur,* epiſcopo, *quæ vox abeſt ab omnibus manuſcriptis.*

¶Eccleſias reſtaurare contritas, non Pontifices perſequi boni principis eſt. C. XVI.

[1] Boni principis eſt, ac religioſi†, eccleſias contritas [e] atq; conſciſſas reſtaurare [f] nouas ædificare, & Dei ſacerdotes honorare, atque tueri. Vnde ſanctos Apoſtolos, eorumque ſucceſſores ſub diuina conteſtatione conſtituiſſe legimus, non debere fieri perſecutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborãtibus in agro Dominico, neque expellere æterni regis diſpenſatores.

DISTINCTIO XCVII.



Hoc capitulo g *patenter oſtenditur, quòd nec Imperatori, nec cuilibet laico licet decernere, vel de electione Pontificis†, vel de rebus eccleſiaſticis. Quæcumque autem ab eis conſtituta fuerint, pro infectis habenda ſunt: niſi ſubſcriptione Romani Pontificis fuerint roborata.* [2] *Vnde illud Honorij* [h] *Auguſti, vt ſupra dictum eſt, vanum eſſe videtur, quod contra auctoritatem ſacrorum canonum de electione ſummi Pontificis decernere tentauerit. Sed ſicut ex eodem capitulo habetur, eccleſiæ precibus Imperator in præſumptores valet decernere: ſicut pro defenſione fidei quondam decreuiſſe leguntur, ne hæretici* [i] *aliquid, nomine eccleſiæ, poſſiderent. Ab ea autem non inuitati* [k] *de rebus eccleſiaſticis aliquid diſponendi non habent facultatem, Honorius vero Auguſtus non ſua auctoritate, ſed beato Bonifacio ſupplicante, eccleſiaſticæ quieti conſulere, & concertantium ambitionem punire curauit.*

Vnde idem Bonifacius Epiſcopus ſupplicationis epiſtolam Honorio Auguſto deſtinauit, dicens.

¶Epiſtola Bonifacij ad Honorium Auguſtum. C. I.

[3] Eccleſiæ [l] meæ, cui Deus noſter meum ſacerdotium, vobis res humanas regentibus, deputauit, nos cura conſtringit, ne cauſis eius, quamuis adhuc corporis incommoditate detinear, propter conuentus [m], qui à ſacerdotibus vniuerſis, & clericis, & Chriſtianæ plebis perturbationibus agitantur [n], apud aures Chriſtianiſſimi principis deſim. Si enim ſecus, quã ꝙporteat, eueniat, non vos id facere [o], qui cuncta æqua moderatione componitis, ſed nos per noſtram tacentem † [P] deſidiam videbimur, quod ciuitatis quietem, & eccleſiæ pacem peruertere valeat, admiſiſſe. Cum enim humanis reb⁹ diuinæ cultor religionis domino fauente prouideas†, noſtra culpa erit, ſi nõ id ſub veſtra gloria (quã certum eſt diuinis ſemper rebus animo promptiore) fauiſſe) firmo, & ſtabili iure cuſtodiatur, quod per tot annorum ſeriem, & ſub illis [q] etiam principibus obtinuit, quos nulla noſtræ religionis cura conſtrinxit, id eſt, vt [A] licita ſeruẽtur, & ſub veſtræ imperio clementiæ minime, quæ ſunt illicita, formidentur [r]. ¶Ipſa enim eccleſia deuotionem tuam Chriſtianiſſime Imperator, meo† quidem ſermone, ſed ſuo venerabili appellat affectu†, quàm Chriſtus Deus noſter, veſtri fidus rector, & gubernator imperij, vni deſponſatam ſibi, & intactam virginem [s] ſeruat, ne in eam aliquos patiamini inſidiantium procellarum [t] fluctus illidi, & quietam faciem [u] tempeſtatis inſolitæ tu more turbari, glorioſiſſime, & tranquilliſſime Imperator Auguſte†. Ipſa ergo (quæ vni deſponſata, noſtra† tamen mater eſt) Eccleſia, hac pietatem veſtram legatione, quam ſuis ſacerdotibus commiſit, appellat, præterita [x], præſentiaq; repetit [y]. Vobis, inquit, religioſe imperan

†al. ſemper Auguſte. †al. veſtra.

Source : BIU Cujas

a ¶ *Tibi.*] ne sis ingratus.
b ¶ *Euulsa.*] per effectum: id est, euellens.
c ¶ *Prosequentibus.*] legationem nostram. Arg. ad quæstionem magistri P. quòd archiepiscopus Bracaren. potuit eum spoliare.
d ¶ *Postulatis.*] datiui casus.

VIctor.] CASVS, Honorius nũc rescribit Bonifacio: & primo salutat eũ referẽdo gratias Deo ꝺ sanitate sibi reddita: & deprecatur ipsum, vt dẽat orare ꝓ ipso, cõmẽdans eum in solicitudine sua: & significat ei, ꝙ ad postulationem suorũ legatorũ fecit constõem, per q̃ satis putat esse prouisum ecclesiasticæ quieti. tandẽ rogat vt constitutionem illam publicet, quatenus oẽs clerici sciant ab ambitionib. apostolicæ sedis esse cessandũ: ꝙ de cetero ad hoc nulę disẽtiões valebũt.

c ¶ *Victor.*] Sed quare p̃misit hic Imperator nomẽ suũ? Forte hæc cõsuetudo erat olim. C. de sum. tri. iter claras. "Papa tñ alios sibi ꝓponit. 12. q. 1. dilectissimis. vel forte tũc nouella erat Ecclesia, & adhuc obtinebat illud, Quare fremuerunt gẽtes, &c. [a] post ea autem Imperator subiecit se Papæ, vt 23. q. 4. disphcet.

† ¶ *Sua studia.*] idẽ, cõspirationes. simile 61. dist. obitum. aliàs in bonam partem. ead. dist. studij. Ioan.

SINE. CASVS. Quia in superiori c. facta fuit mentio de signatis apicib. idèo nunc vult ostendere, ꝙ ecclesiæ Romanę mos est non susc̃ipere legatum sine signatis apicibus.

NObilissimus.] CASVS. MãdauitNicolaus Papa cuidam principi, ꝙ licet mos sit Romanæ ecclesiæ nõ recipere legatum alicuius sine litteris signatis: tñ legatũ illi⁹ principis sine litteris recipit honorifice: & verbis eius fidẽ adhibuit. honorãs principem ī persona ipsius,

g ¶ *Nobilissimus.*] Ar, ꝙ sine litteris ñ est adhibẽda fides legatis. 11. q. 2. Lugdunensis.

priuilegio [a] prædecessorum nostrorum concessas,vobis,ecclesiæ que vestræ debere seruari.Confitemini igitur aliam esse generalis ecclesiæ consuetudinem, postquam ea,quę vos geritis,vobis ex priuilegio vendicaris. Nulla ergo vobis in hac re, vt arbitramur,poterit remanere dubietas. Aut enim mos omnium [b] metropolitanorum etiam à tua est fraternitate seruandus, aut si tuæ ecclesiæ aliquid specialiter dicis esse concessum,præceptumue à prioribus Romanæ vrbis Põtificibus,quòd hæc Rauennati ecclesiæ sunt concessa, à vobis oportet ostendi [c]. Quòd si hoc non ostenditur [d], restat postquam talia agere neque consuetudine generali,neque priuilegio vendicas, vt vsurpasse te comprobes [e],quod fecisti. *& infra.*

¶Decorari pallio volumus, forsan moribus indecori, dum nihil in episcopali ceruice splẽdidius [f] fulget,quàm humilitas. Oportet igitur fraternitatem tuam, si honores suos sibi quibuslibet argumentis stabili proposuit mente defendere,aut generalitatis vsum ex non scripto [g] sequi:aut ex scriptis† priuilegiis se tueri [h]. Quòd si postremo nihil horum est, aliis metropolitanis huius te præbere nolumus præsumptionis exemplum.

5 *Priuilegia quoque cum vsu pallij semper debent concedi.*

Vnde idem Gregorius Syagrio episcopo Augustodunensi,lib.7.epistola 112.

¶Cum vsu pallij aliqua priuilegia debent concedi. C. IX.

[1] RAtionis ordo omnino nos admonet, vt cum vsu pallij aliqua simul,sicut diximus,largiri priuilegia debeamus. Sed quoniam cum honoris augmento,cura [i] quoque solicitudinis debet ac crescere,vt cultui vestium, actionis [2] quoque ornamenta conueniant,oportet, vt enixius in cunctis se studiis vestra fraternitas exerceat, & circa [A] subiectorum [k] actus sit cura vigilans, vt vestrum illis exemplum instructio, & vita magistra sit.

A ¶Et circa.] *Locupletatus est hic locus ex originali.*

Idem Ioanni episcopo primæ Iustinianæ Illyricæ,lib.4.epist 15 seu c. 59.

¶Vsus pallij conceditur, & antiqua priuilegia innouantur. C. X.

[3] PAllium vobis ex more transmisimus,& vices [l] vos Apostolicæ sedis agere iterata innouatione decernimus.

Idem episcopis Epiri,lib. 5. epist.7.seu c. 107 indict 14.

¶De eodem. C. XI.

[4] SCriptorum vestrorum insinuatio, fratres charissimi,patefecit Andream fratrem nostrũ Nicomedianæ ciuitatis episcopum, Deo propitio,solenniter ordinatum [m]. *& infra.* ¶Supraſcripto igitur Andreæ fratri & episcopo nostro pallium nos direxisse agnoscite, atque priuilegia [n], atque cuncta concessisse, quæ prædecessores nostri eius prædecessoribus contulere.

g ¶ *Ex non scripto.*]infra 25.quæst.2.institutionis. ſ.distinct.1. consuetudo.

h ¶ *Tueri.*] supra distinct.11.catholica.argumen.contra.Sol.onus potest quis inducere sibi ex consuetudine, non honorem. 8.q.1.in scripturis.

PRIVILEGIA. Hæc est quinta pars huius distinct. in qua ostendit Gratianus q̃ priuilegia cum pallio sunt concedenda.

Rationis.]Casvs. Syagrius episcopus à Gregorio pallium postulauit. Gregorius vero pallium sibi largitus est &priuilegia.Sed quoniam cum honore debet crescere solicitudo:ideo præcipit sibi vt solicitus sit circa curam subiectorum. Duo sequentia capitula plana sunt,&per te videbis.

2 Add actio nẽ hic capi p actu. ſ.in l. j.ff.de off. pfe. vr. Ale. & in l. trãſa ctiões.C.de transa. & in aut hoc ius. C.d fa.fã.ec.

i ¶ *Cura.*] Argum.ad quem pertinet honor, & onus, vt dist. 56. Dominus noster. dist. 86. fratrem. dist. 13. nerui. 49. distinct. ante omnia. distinct. 35.eccleſiæ. "nam dicit lex, quòd vtilitas per dignitatem augmentatur. ff.de iud.l. ſi longius.in fin. ff.de don.filius.§.1.

3 Anſel.l.6. c.99. " Dignitas augmentat vtilitatem.

k ¶ *Subiectorum.*] ſ. 87.dist.§.1. & cap.diuinæ.

l *Allium.*] ¶*Vices.*] Per priuilegium fecerat eum legatum suum, sicut suus prædecessor fuerat. Vel ideo dicit, quia omnes vocantur ab eo in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis, vt 2.q.6.decreto. Vel prius erat legatus,sed esse desiit factus archiepiscopus: arg.ff. de arb. non distingue mus.§.1.

4 Anſel.l.6. c.100.

m *Scriptorum vestrorum.*] ¶*Ordinatum.*] à suis episcopis:" nam hoc est regulare, vt à suis suffraganeis consecretur archiepiscopus. 63.distinct.quanto.& potest perpendi ex hoc ca.& ſ. eo.quoniam.& 44.distinct.quia. quòd metropolitanus etiam sine licentia summi Pontificis potest consecrari: & ad Papam non spectat(vt videtur)nisi datio pallij. Alij dicunt istud obtinere, vbi metropolitanus habet primatem: vel cum hoc habet ex consuetudine. hodie tamen vult Papa, quòd petatur ab eo confirmatio cum pallio, vt extra de elect. quòd sicut. vt dixi 51.distinct. capit.vltim.

" Archiepiscopus à suis suffraganeis consecratur.

n ¶ *Atque priuilegia.*] Ista priuilegia fuerunt personalia, & transierunt cum persona. ff.de regu.iur.priuilegia.& extra de institu.cum venissent. "Sed licet transeant cum persona,tamen debent concedi successori cum petierit: & fit iniuria ei nisi concedatur sibi:beneficium tamen est si ei conceditur. ff. de aqua quot.& æstiu. l.1.§. penul. nam si impetraui vt ducam aquam de flumine publico per prædium meum, & vendo tibi prædium, priuilegium non transit ad te [c]: sed tamen impetrabile est à te, & iniuria fit tibi si non concedatur.Sed tamẽ multa potest iudex & debet facere,adq̃e compelli non potest.ff.de iudic. non quidquid.C.quomodo & quando iudex.l.1.

"Priuilegia q̃dã licet personalia trãſeunt ad successores.

c cõcor.tex. in §. sed q̃ principi. in verſ. plane. cũ gl. ĩ ver. psonales. in ſti.de iu.na. Anſ.l.6.c.86

IN *vna autem.*] Casvs, Quia supra facta est mentio de metropolitanis: ideo supponit hic distinct. 101.in qua ostendit, quòd in vna prouincia duo metropolitani esse non debent: quod verum est, nisi multitudo populi excrescat, vt 16.qu.1.præcipimus. & 99.distinct. nulli.& hoc non potest fieri nisi de speciali licentia Papæ, vt 7.q.1. mutationes.

DISTINCTIO CI.

IN vna autem prouincia duo metropolitani esse non debent: sicut in Chalcedonensi concilio,c.12.statutum est.

Source : BIU Cujas

¶Duo metropolitani in vna & eadem prouincia esse non debent.
C. I.

PEruenit.] Casvs. Relatũ est in concilio Chalcedonensi quòd quidam episcopi sine auctoritate Patriarchæ per imperialem cõstitutionem vnam prouinciam diuidebant in duas: & ita duo metropolitani in vna & eadem prouincia inueniebantur: quare concilium statuit, vt episcopi qui talia de cetero facere tentauerint, deponantur.

1 Polyc.l.2, tit.24. Iuo p.5.c.146. Burc,l.j.c.35

a ¶ *Peruenit.*] supra, dist.10.c.1.

b ¶ *Per pragmaticum sacrum.*] i.principis rescriptum:pragma enim causa dicitur. " vnde pragmatica sanctio dicitur causa in consistorio principis ventilata coram procerib. sacri palatij: & constitutio principis facta ex cognitione causæ dicitur pragmatica sanctio. Ioan.

" Pragmatica sanctio.

c ¶ *Vnam.*] Nam ex quo princeps diuidit, duæ sunt prouinciæ. ff. de offic. assess. si eadem.

a Sequũtur d ¶ *In vna.*] quod fieri non debet nisi excrescat multitudo popu li, vt ſ. 99. di. nulli. Io. e ¶ *Tale.*] Ar. quòd licet princeps legitimet aliquem [a], non tamen erit legitimus quo ad eccleſiam: & ita erit legitimus quo ad vnum forum, non tamen quo ad aliud. ad hoc facit 10. distinct. cap. 1. & 15. q. 3. cum autem.

doc. in ca. p venerabile. p illum tex. ext. q fi. sint leg. & Cy. in aut. ex com plexu. C. de ince. nu. & Bart. in l. q ã , pincia. de rit. nupt.

1 PEruenit [a] ad nos, quòd quidam præter eccleſiaſticas ordinationes affectantes potentiam, per [A] pragmaticum ſacrum [b] vnam [c] prouinciam in duas diuidant, ita vt ex hoc inueniantur duo metropolitani epiſcopi in vna [d] eademque prouincia eſſe. Statuit ergo ſancta ſynodus deinceps nihil tale attentari à quolibet epiſcopo: eos vero qui aliquid tale [e] attentauerint, cadere de proprio gradu.

A ¶Pragmaticum ſacrum.] *Verſiones priſca, & Dionyſiana habent*, per pragmaticam formam: *græce autem eſt* διὰ πραγματικῶν, *quod in eodem capite paulo poſt dicitur* διὰ γραμμάτων βασιλικῶν. *id eſt, per litteras Imperiales.*

Hactenus de electione, & ordinatione clericorum tractauimus. Nunc ad ſimoniacorum ordinationes tranſeamus. Et vt facile liqueat, quid ſuper hac hæreſi, ſanctorum patrum decreuit auctoritas, cauſa deducatur in medium: cuius negotium & de ſcienter à ſimoniacis ordinatis, & de ignoranter à ſimoniacis conſecratis, & de ordinationibus, quæ per pecunias fiunt, contineat.

PRIMÆ PARTIS DECRETI FINIS.

Excudit Ant. Blanc.

Source : BIU Cujas

SECVNDA PARS DECRETI.

CAVSA PRIMA.

Vidam a habens filium, obtulit eum ditissimo cœnobio: exactus ab Abbate, & à fratribus decem libras soluit, vt filius susciperetur: ipso tamen (beneficio ætatis) hoc ignorante. Creuit puer, & per incrementa temporum, & officiorum ad virilem ætatem, & sacerdotij gradum peruenit. Exinde suffragantibus meritis in episcopum eligitur, interueniente obsequio, & paternis precibus, data quoque pecunia cuidam ex consiliariis archiepiscopi, consecratur iste in Antistitem, nescius paterni obsequij, & oblatæ pecuniæ. Procedente vero tempore nonnullos per pecuniam ordinauit: quibusdam verò gratis benedictionem sacerdotalem dedit: tandem apud metropolitanum suum accusatus, & conuictus sententiam in se damnationis accepit.

1. q. *Hic primum quæritur, an sit peccatum emere spiritualia.*

2. q. *Secundo, an pro ingressu ecclesiæ sit exigenda pecunia, vel si exacta fuerit, an sit persoluenda.*

3. q. *Tertio, an ingressum, vel præbendas ecclesiæ emere sit simoniacum.*

4. q. *Quarto, an iste sit reus criminis, quod eo ignorante pater admisit.*

5. q. *Quinto, an liceat ei esse in ecclesia, vel fungi ea ordinatione, quam paterna pecunia est assecutus.*

6. q. *Sexto, an illi qui ab eo iam simoniaco ignoranter ordinati sunt, abiiciendi sint, an non.*

7. q. *Septimo, si renuntians suæ hæresi sit recipiendus in episcopali dignitate, vel non.*

QVÆSTIO PRIMA.

1. ps *Vòd autem spiritualia b emere peccatum sit, probatur multorum auctoritate.*

Ait enim Leo Papa.

¶ Simoniaci gratiam non præstant, quam vendere quærunt. C. I.

1 GRatia A c si non gratis d datur, vel accipitur e, gratia f non est. Simoniaci autem non gratis accipiunt: igitur gratiam, quæ maxime in ecclesiasticis ordinibus operatur, non accipiunt. Si autem non accipiunt, non habent: si autem non habent, nec gratis, nec non gratis cuiquam dare possunt g. Quid ergo dant? profecto, quod habent: quid autem habent? spiritum h vtique mendacij. Quomodo hoc probamus? quia si spiritualia trib⁹ modis dicuntur.

c Vide ꝛ̃.di. 23. c.his igitur. ver. pro bñficiis. & Turrecre. ꝛ̃. sup c.j.ad 3.

secũda pars Decreti, q̃ plixa & iuridica serie causas complectitur 36 intermisto, De pœnitẽtia tractatu. 7. distinctiones continente.

" Simoniæ definitio.

aHoc apponitur ad excludẽdũ voluntatem, q̃ signis exterioribꝰ ñ declaratur, q̃ ab eccl̃ia ñ punitur, qa eiꝰ ꝓbõ non hr. 22. q.5.c.vlt.

bAdde ꝙ vbicũque in spũalibꝰ qs ſuitatur ad lucrũ est simonia. not. Bar.ĩ l. Titio cẽtum. ff. de cond. & de.

" Simonia dicitur à Simõe Mago.

Vidam.] CASVS. Expedito tractatu de ordinationibus, promotionibus, & officiis clericorum: accedit Gratianus ad negotia, quorum quædam sunt ciuilia, quædam criminalia, in quorum prosecutione maiora minoribus præponit. Et quoniam omnia crimina respectu simoniæ nihil reputantur, vt ꝛ̃. ead. quæst. 7. patet: ideo de ea præmittit quærens, an sit peccatum spiritualia emere, de quo thema proponit, septem eliciens quæstiones.

a ¶ *Quidam.*] quia hic tractatur de simonia, videamus quid sit simonia, & vnde dicatur, quibus modis contrahitur, quis ad accusandum vel testificandum in tali crimine admittatur, quę pęna imponatur, quę dispensatio circa tales admittatur. " Simonia enim est studiosa a cupiditas vel voluntas emendi vel vendendi, aliquid spirituale, vt ꝛ̃. ead. qui studet b. nec oportet addi, vel annexum spirituali, propter illud cap. ꝛ̃. quæst. 3. si quis obiecerit. videtur tamen quòd hoc addi debet. argum. extra de iure patr. de iure. licet quidam dicant iuspatronatus spirituale esse, & male. De fructibus vero non est quæstio: quia etiam dari porcis & vendi possunt, vt extra ne præla. vic. suas. c. fi. & de empt. & vend. cap. constitutus. " Dicitur autẽ simonia à Simone Mago, qui primo in nouo testamento huius sceleris auctor extitit. Sicut enim Giezi in veteri testamẽto voluit vendere sanitatem. Naaman Syro regi, sic & iste voluit emere donum Dei, vnde Gieziticus est dicendus qui vendit gratiam: Simoniacus qui emit. vñ simoniaci sunt appellandi emptores. Contrahitur aũt tribus modis, à manu, ab obsequio, & à lingua, vt ꝛ̃. ead. sunt nonnulli. Et contrahitur quandoque ex parte dantis, quandoque ex parte accipientis, quandoque ex vtraque, quandoque ex neutra. extra de sim. & si quæstiones. & not. ꝛ̃. ea. q. 5. c. 1. Admittitur autem quilibet contra simoniacum, sicut in crimine læsæ maiestatis. 15. q. 3. sane. si tamẽ clericus accusatur, cum distinctione admittitur laicus, s. si est bonę famæ, contra eum: non tamen secundum distinctionem. extra de fi. per tuas. 2. q. 1. in primis. in fi. Imponitur autem eis pœna quadruplex, quandoque excommunicatio, quandoque in monasterium detrusio, vt ꝛ̃. c. reperiuntur, quandoque spoliatio omnium bonorum, vt 23. qu. 5. de Liguribus. quandoque depositio, vt hic, & in multis cap. Clerici enim deponuntur. vt ꝛ̃. ea. statuimus. & sunt infames, vt ꝛ̃. ea. q. 3. c. fi. & accepta tenentur restituere. extra de simo. de hoc. ꝛ̃. ea. q. 3. si quis dator. Dispensatur autem circa tales quandoq; vt laicam habeant communionem, vt ꝛ̃. ea. q. 7. c. 1. & ministrãt quandoque in minoribus ordinibus constituti, vt ꝛ̃. ea. q. 5. c. 1. quandoque remanent in acceptis. ꝛ̃. eaq. q. 7. salub errimum. Quis autem valeat dispensare, habes ꝛ̃. ead. q. 5. c. fi. Ioan.

Vod autem.] Hæc q. diuiditur in 15. partes, in quarum prima probatur 16. auctor. quòd pro ministeriis ecclesiasticis nihil debet dari. Ioan. de Fan. Secunda ibi, *Quia ergo.* Tertia ibi, *Sed obiicitur.* Quarta ibi, *Item opponitur.* Quinta ibi, *Sed obiicitur.* Sexta ibi, *Sed notandum.* Septima ibi, *Patet ergo.* Octaua ibi, *Ex his.* Nona ibi, *Sed notandum.* Decima ibi, *Nemo.* Vndecima ibi, *Hoc ergo.* Duodecima ibi, *Ex his.* Tertiadecima ibi, *Sicut ergo.* Quartadecima ibi, *Quia ergo.* Quintadecima ibi, *Quoliber.* I. de F.

CASVS. Hic ponitur prima q. in qua quæritur an emere spiritualia sit peccatum. & probatur quòd sic, per sequentia cap.

b ¶ *Spiritualia.*]" Spiritualia autem dicuntur trib. modis. Vno modo dicuntur gratię virtutum, & dona Dei. hęc non possunt emi vel vendi quantum in eis est, non enim conferuntur nisi gratis. ꝛ̃. ea. q. 3. Saluator. & hic c. 1. Quandoque dicitur dignitas ordinis, & omne sacramentum ecclesiasticum præter c matrimonium. Item & omnia iura ecclesiastica spiritualium rerum, vt administrationes, præbendæ, ius decimarum cęmiteria, ordo. hæc vendita transferuntur quo ad characterem tantum, non quo ad vitæ meritum. de facto enim non de iure procedit in talibus venditio. "Quandoque ipsæ res sacræ vt vasa, & omnia vtensilia: hæc bene vẽduntur clericis vel laicis cõflata & cõfracta, vt 10. q. 2. hoc ius. In summa ergo scias, ꝙ pro spiritualibus incorporalibus vt sunt beneficia & ordinẽs, quandoque munus datur ꝓ digno, nec est peccatum si est munus à lingua. ꝛ̃. ead. filium. sed & obsequiũ temporale, dum tamen sine pactione, extra de cler. non resi. de cetero. " De spirituali obsequio quin quandoque dari possit, nõ est quæstio, etiam ex conuentione. ext. de pręben. significatum. immo semper præmium aliquod debet interuenire speciale scilicet meritũ hominis. talis enim simonia spiritualis non reprobatur, sicut nec spiritualis vsura. argu. 24. q. 1. aduocauit. " Pecunia autem ꝓ spiritualibꝰ nũquã interuenire dẽt nisi in 5. casib. In matrimonio. ꝛ̃. ea. quidquid. 32. q. 2. honoratur. In operetis etiam quas clericus non debet, vt si sacerdos locat operas suas per annum. arg. ext. ne præl. vi. suas. c. vl. 12. q. 2. charitatem. Idem est & si sint debitæ, dum tamen ius dicat aliquid dãdum. arg. 10. q. 3. relatũ. ext. de sim. cum sit. Item pro salute æterna, & peccatorum remissio ne. de pœ. dist. 1. medicina. 13. q. 2. animæ. Itẽ secundum quosdam pro iure sibi competentẽ, ne vexetur in eod. ꝛ̃. ea. q. 3. quæsitum. ext. de vsur. c. 1. & ext. de sim. dilectus. Spirituale autem pro spirituali permutari potest. extr. de rer. perm. ad quæstiones. Pro spiritualibus autem corporalibus pecuniam dare non est simonia, vt pro calice, pro libro. 12. q. 2. aurum. nisi inueniatur prohibitum, vt in ecclesia, in cœmiterio & chrismate, vt ꝛ̃. e. placuit.

" Res sacræ qñque pñt vendi.

" dari aliqd ꝓ reb. spũa lib. incorporalibus, an liceat.

" Pecunia ꝓ spũalib. interuenire ñ dẽt, nisi in 5. casibus.

1 Deusd. in tract. de Sirs monia.

GRatia.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd non est gratia, quæ non est gratuita. Simoniaci igitur qui dant pretium, gratiam non accipiunt, quia gratia in rebus ecclesiasticis operatur, quam si non accipiunt, non habent: si tamen non habent, aliis eam dare non possunt. Quid ergo dant simoniaci? Vtique spiritum mendacij, quem solum habent.

¶ Hug. vero sic ponit casum. Dicit enim ꝙ Leo hic intendit dicere, quòd simoniaci qui pretio ordinantur, gratiam cum ordine non recipiunt, & ideo cum alios ordinant gratiam quam non habent, cum ordinibus nõ conferunt, sed sicut cum peccato ordinati sunt, ita cum peccato alios ordinant. Quòd autem gratia non detur cum ordo pretio tribuitur, præmittitur in princ. cap.

c ¶ *Gratia.*] id est, donum spiritus sancti, vel ecclesiastica dignitas, vel ordo.

d ¶ *Si non gratis.*] sine munere aliquo non debito.

e ¶ *Accipitur.*] Arg. contra 23. q. 4. ille gladium. quia ille dicitur gladium accipere, qui illicite accipit.

f ¶ *Gratia.*] id est, cum gratia, id est, cum charitate, id est, non confertur gratia nisi gratis, &c.

g ¶ *Possunt.*] Arg. quemquam non posse dare quod non habet. 1. q. 7. Daibertum. ff. de reg. iu. nemo. de confec. dist. 4. quomodo, ꝛ̃. ead. q. 1. Deusd. in tract. de Simonia. c. Vide ꝛ̃.di. 23. c.his igitur. ver. pro bñficiis. & Turrecre. ꝛ̃. sup c.j.ad 3.

" Nemo dat qui perfectionem. de confec. dist. 4. solet. Contra, creditor distrahit quod non habet. pignus, cuius dominium non habet. Vnde argum. contra, ff. de acq. rer. dom. non est nouum. & ext. de elect. suffraganeis. Ioan. Sol. generale est, quòd nemo de iure dare potest quod non habet. fallit in certis casibus. B.

h ¶ *Spiritum mendacij.*] id est, effectum diaboli, " qui pater est mendacij: quia isti sunt mendaces, cum sint hęretici, & omnis hęreticus est mendax est, infrà ead. si quis inquit. vel dic spiritum, id est, charãterem sine executione.

" Diabolus pater mendacij.

Source : BIU Cujas

"Contraria contrariis opponũtur.

Matth.10.

"Voluntas sola facit simoniacum.

1 Pol.l.2.ti.1 Ans.l.6.c.79 a Sub.& punitur,&hoc pbãtcõcor. q.j.prox. p cõtrariis inducũtur.De hoc no.6.q.1,si quis cũ. Arch.

"Simonia qũo deletur

2 j.e.q.3.c. altare.

"simoniacꝰ duob.mod. pt cõuinci. 3j.c.cum lequeat.

4 Poly.ibid, Ans.l.6.c.80 Bur.l.1,c.21, Iuo par.5.c. 75.& 112.

b Ad idẽ ff. de his q no. infa. Lucꝰ. &est rõ ext. de exce.c.1. §. vlt. & de or. co. cum dilectꝰ.i fi.

5 Cõc.Med. c.42 Deusd. p.2. Pol.l.2. tit.1.Iuo p.2 c.84. & p.5. c.77.

c Concord. tex. in l.Mutia.cũ gl.ff. de le.3. & l. cũ delanionis. §. itẽ si fundo.ff. de fu.instr.& l. Lucius. §.d collegio. ff. de leg.3.

a ¶ *Testante.*] cum ait, Gratis accepistis gratis date,&c. arg.à contrariis. "contraria enim contrariis opponuntur, j.dist.9.c.1. & 25. q.2.decessorum.& 24.q.2.sane.32.dist.hospitiolum.5.q.6.delatori.& de pœn.dist.2.c.1.& vide quod no.8.q.1.sciendum.iuxta fi.

Q *Vicumque.*] Casvs. Dicitur in hoc c. quòd quicumque per pecuniam est ad sacerdotiũ promotus,in veritate non est sacerdos, sed tantum nomen sacerdotis habet inane.

b ¶ *Studet.*] "Hic ergo sola voluntas facit hominem simoniacũ, vt j.ead.reperiuntur. & q.3.nõ solum. sicut spes solá facit hominem vsurarium,vt 14. q.3.c.1.Itẽ hic voluntas sine effectu imputatur[a].& dicit Baz.ꝙ huiusmodi peccatum si non processerit ad actum,sola voluntate deletur, sicut & sola volũtate commissum est.arg.ext.de reg.iu. omnis. Vel intellige hoc verbum, studet, cum effectu. j.36.q.2. si quis non dicã. contra. arg.j.dist.51. si qs post. contra j.dist.19. Anastasius.j.dis.50.is vero qui contra. 6. q. 1.§. verum.50.di.si qs post. Io. Sol. "hodie sola pœnitentia sine resignatione quæsito rum sufficit,cum simonia in animo gerebatur vtrinque, vt extr. de sim.c.fi.B.

c ¶ *Concupiscit.*] i. ex sua concupiscentia, sequitur, vt inaniter dicatur sacerdos.

P *Resbyter.*] Casvs. Dicitur hic ꝙ si quis emit ecclesiam per pecuniam,&eam perdet, & præterea deponi debet:quia emere decimas vel altaria est simonia.Seq. c. patet,

d ¶ *Sacerdotij.*] Hoc verum est, "si in modum accusationis est cõuictus. sed si in modum exceptionis, sequitur, vt ext.de acc.super his[b].Itẽ,si in modũ inquisitionis conuincitur, tunc privatur beneficio, & non ordine,ext.de sim.dilectus.2.Dic vt in decretal. inquisitionis. quandoque etiam nõ priuatur omnibus beneficiis in eo casu, vt ext.de ele.per inquisitionẽ. Itẽ regulariter hæc vera sunt,ꝙ perdit propria beneficia, si eo sciente fuerit data pecunia. aliàs sine culpa sua priuaretur, eo quòd esset legitime adeptus, vt 16. q. 7.inuentum. Item nec ipsum beneficium nec ordinem perdet,si in fraudem ipsius fuerit data pecunia,vt extra de simon.sicut. & cap. nobis,j.q.6.§.vltimo.

e ¶ *Et spiritum sanctum.*] id est, ordinem, & alia officia, quæ dona sunt spiritus sancti.

f ¶ *Simoniacam hæresim.*] Arg.j.ead.q.3.altare,j.ea.q.1.quicumque sacros.j.ead.q,5.c.1.

g B *Enedictio illi.*] ¶ *Ad hoc.*]id est, qui sic honorem accepit, hæresim incurrit. Est enim,vt,consecutiuum [c],nõ causatiuum, vt dist.74.consuluit.& 3.q.7.§.item.& 6.q.1.ex merito.Et est simile, Lex subintrauit,vt abundaret delictum. simile C.de obse.pa. præst. si manumissori. & ff.ad l.Aquil. l.si ex plagis. §.1. sic & C.de iudic. properandum.in princ.

Q *Visquis per pecuniam.*] Casvs. Dicitur hic,quòd si quis per pecuniam ordinatur,ipsum esse hæreticum est manifestum. & qui contra talem vehementer non inuehitur, velut particeps minis deponatur.

h ¶ *Neophytorum.*] qa à neophyto.s.à Simone ortũ habuerit:qui de nouo ad fidẽ conuersus fuit: vel quia neophyti solebant dare pecuniam, vocito promouerentur:quia aliàs non poterant,vt 48.dist.c.1.

i ¶ *Exarserit.*] vt j.eo. quicunque.& ca.placuit. "hoc verum est si potest probare illud,aliàs non noceret nisi ei taciturnitas,vt 2.q. 7.plerique. sed si non potest probare,faciat quod dicit Aug. 22.q. 5.hoc videtur.Item & si probare potest,& si timeatur scãdalũ, tũc faciat id quod legitur 24.qu.3. tam sacerdotes,2.q.3.forte.

k ¶ *Piaculare.*] "ideo dicitur piaculare, qa secundum leges comparatur ei quod morte expiatur. 15.q.3.sane.5.q.6.delatori,&c.

Q *Vos constituerit.*] Casvs. Dicitur in hoc c.ꝙ conuicti de simonia deponi debent, non sine pœna simoniam committentes, tam dãtes, quàm accipientes, cum sint simoniaci, vt lectio actuum Apostolorũ testatur.

l ¶ *Quos.*]hic vocat argum.à contrario sensu. j.ea.q.3. Saluator. ver.quisquis.ibi, propter sua lucra.argu.j. e.si qs episcopus.arg. s.dist.61.miramur.

m ¶ *Sacra lectio.*] "actuum Apostolorum, cum dixit, Pecunia tua tecum sit in perditionem.j.c.prox.& c. qui studet.& cap.Petrus.Ioan.

R *Eperiuntur quãplurimi.*]Casvs. Quidam obliti verborum Petri dicentis ad Simonẽ, Pecunia tua tecum,&c. episcopatus per pecuniam acquisierunt, & licet de hoc iam pœna fuerit statuta, Ambrosius tñ huic vulneri cancerosso ferrum ignitum apponit, statuentes, vt quicumque detectus fuerit simoniam commisisse,à communione altari sit ipso iure suspensus,& si per accusationem fuerit depositus,in monasterium detrudatur.Venditor vero puniatur,vt emptor. Si vero laicus sit qui simoniam committit,excommunicari debet.

n ¶ *Velle.*] "ita sola voluntate est simoniacus[d].hoc intelligo de voluntate ad actum aliquem exteriorem producta: aliàs non est suspensus ab ingressu ecclesiæ.& sic etiam exaudi.j.ead.qui studet.& s.e.quicumque.24.dist.quando episcopus. extra de simon.tanta.

o ¶ *Quia & visitatum.*]arg.quòd mos [e] non excusat à crimine.j.c.q. 3.c.fi.argum.contra.63.dist. Agathosa.& c.quia.s.dist.4.denique.j. 32.q.4.obiiciuntur.

p ¶ *Succisum.*]per canones.

go cõtra simoniacam,& neophytorum [h] hæresim pro officij sui loco vehementer non exarserit [i], cum eo se nõ dubitet habiturum portionem, qui prius commisit hoc piaculare [k] flagitium.

¶Verba prorsus ipsa huius c.non sunt inuenta in epistolis B.Gregorij.Verum Paschalis Papa 11.(*vt est apud Iuonem,ac Polycarpum*) *citat hæc ex ipso* B. *Gregorio: ac simillima prioris partis huius c.sunt lib.4.epist.55.& 56.posterioris vero partis,lib.10.epist.33.Victori episcopo:Et Ioannes Diaconus,lib.3.c.4.scribit generalem sententiam à B.Gregorio contra simoniæ & neophytorum hæresim prolatam in epistola Victori scripta contineri.Capitulum 42. concilij Meldensis ab Iuone p.5.c.75. citatum partim conuenit cum ipsa epistola Victori scripta, & partim cum iis, quæ Iuo, & Polycarpus citant ex Paschali,& cum his,quæ hoc loco refert Gratianus. De qua hæresi e Gallia eiicienda Gregorius lib.4.epist.51.scribit Virgilio Arelatensi,& lib.7.epist.110.Syagrio,& aliis episcopis Galliæ.*

Item Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam constitutos,epist.1.c.26.

¶ Simonis damnatio dantem & accipientem pariter inuoluit. C. VI.

6 Q Vos [l] constiterit indignos meritis sacram mercatos esse pretio dignitatem:conuictos oportet arceri, non sine periculo facinus tale perpetrantes: quia dantem pariter & accipientem damnatio Simonis, quam sacra lectio [m] testatur,inuoluit.

Item Ambrosius [A] *in libro pastorali.*

A ¶Ambrosius.] *Caput hoc in libro pastorali B. Ambrosij vnde citatur, non est inuentum. Habetur tamen in concilio Toletano* 8.*cap.*3. *quem canonem integrum Anselmus, libr.6.c.* 85. *patem vero ipsius Iuo p.5.c.*83.*ex dicto concilio citant.*

¶ Anathematis sententia damnatur,qui simoniace ordinatur. C. VII.

7 R Eperiuntur quamplurimi negotio† muneris perituri,mercari velle [n] gratiam spiritus sancti:dum vile pretium donant, vt pontificalis ordinis sublime culmen accipiant, obliti verborum Petri,qui dixit ad Simonem [Pecunia tua tecum sit in perditionem:quoniam donum Dei existimasti per pecuniam possideri.] Proinde,quia & visitatum [o] est tantum malum,& maiorum frequenter constat mucrone succisum [p],

"Taciturnitas in pulud,aliàs non noceret niẽdo simoniacum no cet.

"Piaculare flagitium.

"sacra lectio.

7.Ansel.l.6. c.85.

† al. negotiatione.

Act.8.

Act.8.

d De hoc ét s.e.qcunq;. & dicã j.e. eos. ibi videas. Arc. "simoniacꝰ an qs fiat sola volũtate. e Mos. Sed an à pœna gl. Ant.But. c.vl. d cõsu. Lu.Ro. i fin gul.char. k

Source : BIU Cujas

a ¶ *Iniicimus.*] Hoc dicit quia adiecit pœnam. Vel dic, iniicimus, id est, iniectum esse ostendimus, &c.

b ¶ *Anathematis.*] Arg. q̃ ipso iure sit anathematizatus clericus simoniacꝰ, vt j̃.e.q.quicũq;. & c. placuit. Vel dicit anathema separationẽ à corpore & sanguine Christi: vnde subdit atq;, pro, id est, &c. nam postea excommunicandus est, j̃.ea.q.qui studet. & q.3.ex multis. quod est pro quolibet mortali peccato. sed ad detestationem ipsius [a] dicitur, quod generaliter intelligitur. hoc tamen est speciale in notorio crimine fornicationis, & simoniæ, q̃ suspensi sunt, vt di.32. §. verum. sed arg. tamen est, q̃ simoniacꝰ non sit ipso iure suspensus. ext.ea.ex tuę. Dicas ergo, q̃ omnis peccator occultus sui pẽsus est quo ad seipsum, vt j̃.ead.sacerdotes. "sed simoniacus suspensus est quo ad se, & quo ad alios, vt extr.de simo.tanta. & hoc verum est de illo, qui emit ordinem, talis enim pœnitere nõ potest, cum rem furtiuam habeat, vt 14.q.6.si res.

† *al.diuini doni.*

1 Iuo par.5. c.83.

a sc.crimine simoniæ, & sic anathema sumitur hic ꝓprie.

"Simoniacus, an sit ipso iure excõicatus.

† *al. religetur.*

c ¶ *Condemnatum.*] à statutis patrum ipso iure ex genere delicti.3.q.7.§.porro.

" Peccator quilibet occultꝰ est suspensus.

2 Pol.l.2.tit. 37. Anf. l.6. c.88. Bur.l.1 c.112. Iuo p. 5.c.118. Pan. l.3.c.118.

d ¶ *Ex quo.*] " quasi ex eo tẽpore sit excommunicatus, vel sciat se condemnatum, ex quo tempore constat vobis, &c. q.d. ex eo tpe sit excommunicatus, vel sciat se condemnatum, ex quo tempore perpetrauit crimen. & est si. in crilæsæ maiest. arg. C. ad l. Iul. ma. quisquis. ver. donationes, &c. Et ita illud verbum, ex quo, determinat verbum, perpetrasse. & secundum hunc intellectũ etiam occultus simoniacus suspensus est. Vel determinat hoc verbum, cõstat, & tũc est sensus. ex quo constat eum simoniacũ, tunc demum erit suspensus. hoc vltimum dicebat Mar. Hispan.

† *al.turpissimo.*

e ¶ *Extiterit.*] hoc verum est, si potest probare illud: alias non

b Add an & qñ taciturnitas noceat, no. in l. filius. §. inuitus. ff. d ꝓc. gl. in l. qñ. §. 1. in gl. puenit. ff. loc.

nocet ei taciturnitas, vt 2.q.7.plerique [b], Sed si non potest probare, faciat quod dicit Augustinus. 22.q.5. hoc videtur. Item & si probare potest, & timeat scandalum, faciat id quod legitur 24.q.3. tam sacerdotes. & 23.q.4. forte. Ioan.

" Excõicatꝰ ꝓpetuo tripliciter exponitur.

f ¶ *Perpetuo.*] " scilicet quousque emendet. si. ext. de const. ex litteris. 27.q.1. de viduis. argum. 2.q.5. quanto. Vel perpetuo, i. perpetua separatione à corpore Christi, i. vsque ad finem vitæ, etiam si ante pœniteat, & hoc est in criminis detestationem. ar. ff. pro soc. l.1. Vel perpetuo, id est, continuo. arg. ff. de fer. vr. præd. foramen.

Si quis episcopus.] Casvs. Dicitur hic, si quis episcopus in ecclesia per pecuniam aliquem in clericum cuiuscunque ordinis ordinauerit: aut dispensatorem, aut defensorem per pecuniam fecerit, ordinator conuictus deponitur: & ordinatus similiter locum suum perdat. Mediator vero si clericus est, deponatur, si laicus est, excommunicetur. Seq. duo cap. plana sunt.

g ¶ *Si quis episcopus.*] hucusque introduxit capitula de simonia, quę fit ab accipiente. Nunc introducit vsque ad §. quia ergo. capitula tam de accipiente, quàm de dante ordinem. vel aliud spirituale per pecuniam.

h ¶ *Redegerit.*] quantum in eo est. arg. 49. dist. c. vlt. ff. de recep. arb. l. Celsus. de consec. dist. 4. c. quæris.

i ¶ *Dispensatorem.*] i. œconomum, vel quemlibet ecclesiasticarum re

nos quoq; huic vulneri cancerosо ignitum (quod supereſt adhuc) iniicimus [a] ferrum, decernentes omnino, vt quicumque deinceps propter accipiendam sacerdotij† dignitatem quodlibet præmium fuerit detectus obtulisse, [f] ex eodem tempore se nouerit anathematis [b] opprobrio cõdemnatũ [c], atq; à participatione Christi corporis & sanguinis alienũ: ex quo [d] illum constat execrabile Christo perpetrasse flagitium. Quòd si ali quis extiterit [e], qui accuset, ille, qui hunc ordinem munerum fuerat datione lucratus, & suscepto honoris gradu priuetur, & in monasterio sub perenni pœnitentia retrudatur†. Illi vero, qui hac causa munerum acceptores extiterint, si clerici fuerint, honoris amissione mulctentur: si vero laici, anathemate perpetuo [f] condemnentur.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 2.

¶ Damnatur episcopus, qui per pecuniam ordinationem facit. C. VIII.

2 SI quis episcopus [g] per pecuniam ordinationem fecerit, & sub pretio redegerit [h] gratiam, quæ vendi non potest, ordinaueritque per pecuniam episcopum, chorepiscopum, presbyterũ, aut diaconum, vel quemlibet de his, qui connumerantur in clero, aut ꝓmouerit per pecunias dispensatorem [i], aut defensorem [k], vel mansionarium, vel quemquam [l] omnino, qui subiectus est regulę, pro suo turpissimi† lucri commodo, is, qui hoc attentasse probatus fuerit, proprij gradus periculo subiacebit, & qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione, vel promotione, quæ est per negotiationem facta, proficiat, sed sit alienus à dignitate [m], vel solicitudine [n], quam pecuniis acquisiuit. Si quis vero mediator [o] tam turpibus, & nefandis datis, vel acceptis extiterit, & ipse, si quidem clericus fuerit, proprio gradu decidat: si vero laicus, aut monachus, anathematizetur.

Item ex octaua [A] *synodo.*

¶ A sacerdotio est alienus, qui per pecunias ordinat, vel ordinatur. C. IX.

3 QVi per pecunias quẽquam consecrauerit, vel ab alio consecratus est, alienus à sacerdotio [P] fiat.

A ¶ Octaua.] *In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc citatur ex septima synodo, in qua capitulo quinto refertur canon trigesimus Apostolorum ad hanc rem faciens. In epistola autem Tarasij ad Hadrianum Papam (quæ in exemplaribus Bibliothecæ Vaticanæ, & aliis, est in fine ipsius septimæ synodi) refertur canon 22. synodi, quæ in Trullo, his verbis,* Eos, qui per pecunias ordinati sunt, siue episcopi, siue quicumque clerici, & non secundum probationem, & vitæ optionem, deponi præcipimus: sed & illos, qui hos ordinasse noscuntur. *Extat etiam hac de re epistola Basilij ad episcopos sibi subiectos.*

Item Calixtus Papa.

¶ Nec ordinari, nec promoueri in ecclesia Dei per pecuniam aliquis valet. C. X.

SAnctorum Patrum exempla sequentes, & officij nostri debito innouantes, ordinari quemquam per pecuniam in ecclesia Dei, vel promoueri, auctoritate se dis Apostolicæ modis omnibus prohibemus. Si quis vero in ecclesia ordinationem, vel promotionem taliter acquisierit, acquisita prorsus careat dignitate.

¶ *Est Calixti secundi, qui paulo ante Gratianum vixit, & aliquot conciliis à se habitis contra Simoniam, & inuestituras ecclesiarum, quas Germanici Imperatores vsurpauerant, multa decreuit: de quibus Abbas Vspergensis ab anno Domini 1118. in quo electus est Pontifex, vsque ad annum 1124. accurate scribit.*

i ¶ *Dispensatorem.*] i. œconomum, vel quemlibet ecclesiasticarum rerum administratorem, vt præpositum, œconomum, & vicedominum. ſ. ead. quos constiterit, j̃. ead. q.3. Saluator. Hug.

k ¶ *Defensorem.*] i. aduocatum vel iudicem, vel castaldum. " Hic collige, quòd castaldiam emere est peccatum. nam dispensationem religiosæ domus emere est peccatum.

" Castaldiã emere peccatum est.

l ¶ *Vel quemquam.*] id est, archipresbyterũ, archidiaconum, monachum, vel quemlibet officio ecclesiastico mancipatum, vt dicitur j̃. ea. q.3. Saluator. hoc exaudi per id quod legitur 18. qu.2. quidam. in authen. de sanct. episc. §. sed neque. coll.9.

m ¶ *Dignitate.*] id est, à prælatura.

n ¶ *Vel solicitudine.*] i. administratione.

o ¶ *Mediator.*] item nota infamię isti percelluntur, vt j̃.qu.3.c. vlt. hi omnes simoniaci sunt, nec recipiuntur ad testimonium, vt extra de test. veniens. Huiusmodi autem mediator, dum tamen non participauerit, recipitur testis in crimine simoniæ. extra de simo. §. quamuis. quod tamẽ subaudi cum vita accusati ante talis extiterit. arg.2.q.1. in primis. in fin. In aliis autem cõtractibus non recipitur interuentor in testimonium, nisi de volũtate partium. in authen. de testi. §. quoniam vero. col.7. Nota ergo, quòd in criminibus non exceptis. sc. adulterij, & homicidij, & huiusmodi, quicunque admittitur ad accusandum, & ad testificandum, vt 4.q.3.c.1.arg. à cõtrario sensu. nam tantum integrę famę admittuntur in illis, nisi propriã iniuriam prosequantur. 4. q.6. omnibus. in quo casu non admitterẽtur ad testimonium. vt extra de testib. de cetero. " & secundum Hug. eadem seruatur regula in exceptis: qa nec ad accusandum nec ad testificandum admittuntur testes, nisi sint integrę famę, nisi accusatus antea malæ extiterit opinionis. arg.2.q.1. in primis. Sed lex canonica secus in exceptis dicit. nam admittit infamem ad accusationẽ contra quem libet clericum, qui prauæ opinionis est: arg. extra de simon. c. tanta. sed non ad testificandum, nisi aliqua præeunte præsumptione. arg. extra de simo. licet. vers. præsertim. cum alia, &c. Nam testes in his criminibus torquendi sunt. 4.q.3.§. item in criminali. versic. item si res exegerit, 5.q.5. illi qui. in aut. de testi. §. si vero ignoti. col.7. " sed tormẽta ſi non nisi præeunte præsumptione admittitur criminosus testis in exceptis: non tamen quilibet: quia non inimicus, non conspirator, ext. de sim. licet. in fi. licet ibi ageretur non criminaliter, sed denuntiatiue. ibi etiam exaudi tales non fuisse admissos de rigore iuris, sed secundum temperantiam æquitatis. Præterea ibi accusatus excipiebat de minoribus criminibus contra eos, quam de quo ipsi testificabantur, maxime cum de crimine iam essent emendati. ext. de sim. per tuas. & de hoc dixi 2.q.1. in primis. in fi. 15.q.3. sane. Ioan.

3 Nouel. 6. c.1. & nou. 123.c.3. apd Iulianũ anteceſſorem. Anſ.l.6.c.7. Iuo par.5.c. 121.

" Teſtes in criminibus exceptis q debent admitti.

" *torméta ſi ſunt ſine pcum in contemplatione. ff. de q.l.1. C.e.ti. milites. §. oportet. No. tñ, ſumptione q̃ in infligenda.*

Additio. Et 79. dist. si quis Papa. ibi videas. Archid.

P QVi per pecunias.] ¶ *A sacerdotio.*] " cuius nomine quilibet ordo ecclesiasticus intelligitur, præsertim sacer, vt ſ. distin. 81. si quispiam. 23.q.4. Guilisarius. §.2. Vel expone, à sacerdotio, id est, ab administratione temporalium.

"sacerdotiũ quẽlibet or dinẽ ecclesiasticũ cõprehendit.

Source : BIU Cujas

Item Gregorius Nazianzenus.

¶ De eodem. C. XI.

1 QVi studet [a] donũ Dei pretio mercari, in sacro ordine [b] nulla ratione de cetero permanere [c], aut reuocari posse dubium non est. Talis à communione [d] omnibus modis abscindatur. Nam spiritus sancti donũ pretio comparari, quid aliud est, quàm capitale [e] crimen, & simoniaca hæresis [2]? quod quàm detestabiliter in vtroq; testamento vindicatum sit: multorũ exemplis facile apparet. Giezi [3] gratiam sanitatis Naaman Syro vendidit, eamdem gratiam sanitatis [f], Helisæo vindicante, leprosus factus amisit. Iudas [g] omnium redemptorem vendidit [h], mox laqueo suspẽsus eam dem redemptoris † gratiam non obtinuit, & merito, quia nemo potest retinere, quod vẽdidit. Simon etiam magus cum eamdem spiritus sancti gratiam emere vellet, damnationis sententiam à Petro audiuit [Pecunia tua [i] tecum sit in perditionem, quia donum Dei existimasti pecunia possideri.] Dominus etiam, vt vendentes, & ementes huius gratiæ expertes ostenderet, cunctos peccatores per gratiam in templo dimisit [k], singulariter vendentes, & ementes increpans, & flagellãs de templo eiecit, in quo vẽditores, & empto res suos gratia spiritus sancti constat destitutos esse, & vacuos. Quos enim Christus eiecit de templo, numquid spiritus Christi faciet sibi templum.

¶ *In operibus B. Gregorij Nazianzeni, quæ multa grãce, & latine extant, nihil tale repertum est. Habentur autem similia in epistola Tarasij ad Hadrianum.*

Item Gregorius.

¶ Simoniaci, sacerdotes esse non possunt. C. XII.

4 QVicũque sacros ordines [l] vendunt, aut emunt, sacerdotes esse non possunt. Vnde scriptum est [m] [anathema danti, anathema accipiẽti, hoc est simoniaca hæresis [n].] Quomodo ergo, si anathema sunt, & sancti nõ sunt, sanctificare alios possunt? & cum in Christi corpore non sint, quomodo Christi corpus tradere [o], vel accipere possunt? Qui maledictus est, benedicere quomodo potest?

¶ *Deusdedit in tractatu contra Simoniacos refert hoc ex epistola Paschalis Papæ secundi ad Mediolanenses.*

Idem Gregorius Syagrio, & de aliis episcopis, lib. 7. epist. 110.

¶ De eodem. C. XIII.

5 CVm liqueat hanc hæresim [p] ante omnes [A] radice pestifera surrepsisse, atque in ipsa origine [q] sua, apostolica esse detestatione damnatam, cur non cauetur? cur non perpenditur: quia benedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc, vt fiat hæreticus, promouetur?

A ¶ *Omnes.*] *Antea legebatur, omnia, sed gl. videtur magis conuenire lectioni restitutæ, quæ est in aliquot manuscriptis, & ipso originali.*

Item Ambrosius de ministeriis †, seu de dignitate sacerdotali, c. 5.

¶ Qui pretio ordinat, lepram, non officium confert. C. XIIII.

6 CVm ordinaretur episcopus, quod dedit, aurũ fuit: quod perdidit, anima fuit: cum alium ordinaret, quod accepit, pecunia fuit: quod dedit, lepra fuit [r].

Idem ibidem.

¶ De eodem. C. XV.

7 GRatiam, cum ordinareris, non suscepisti: quia gratuito eam non meruisti [s].

Idem lib. 4. ad c. 4. Lucæ.

¶ De eodem. C. XVI.

8 CIto turpem sequitur lepra mercedem, & pecunia corpus, animumq; male quæsita commaculat. *& paulo post.* ¶ Vides, quia facto auctoris successio damnatur

---

Qui studet.] Dicitur in hoc c. quòd qui spiritualia emit, deponi debet, nec poterit de iure communi amplius reuocari.

" Simonia quatuor exemplis est detestabilis

" Quòd autem detestabile sit crimen simoniæ, quatuor exemplis probatur. Primo exemplo Giezi, qui propter simoniam, quam commisit, factus fuit leprosus. Secundo exemplo Iudæ, qui vendidit redẽptorem omniũ: propter quod laqueo se suspendit. Tertio exẽplo Simonis magi, qui propter simoniam quam committere voluit, fuit à Petro dãnatus. Quarto exemplo Christi, q omnibus peccatoribꝰ in templo dimissis, solos simoniacos in detestationem criminis exclusit. In fi. dicit, q; qui simoniaci sunt, spiritus sancti gratiam habere non possunt.

1 Deusd. p. 2 & 4.

2 Concord. tex. iuncta sua gl. in l. si quẽquã. C. de epi. & cl.

Casvs. Dicitur, q; simoniacus non possit in ordine remanere, sed talis à communione remouendus est: & quam graue sit peccatum, probat exemplo Giezi, Iudæ, Simonis, & Domini, q; vendentes eiecit de templo.

4. Reg. 5.

3 ideſt, Giezi peccauit, qa tũc cõsti tutione vel consuetudine ꝓhibitũ fuit aliquid accipere in casu in quo ipse accepit: alioquin nõ peccasset.

ar. 12. q. 4. di xit. B.

Matth. 27. † al. redemptionis.

Act. 8.

" Simonia cõmittitur circa ordinẽ, & circa beneficiũ.

a ¶ *Studet.*] cum effectu. verba enim sunt recipienda cum effectu. ff. quod quisque iu. l. 1. ext. de cler. non resi. relatum, vel sufficit, quòd det operam.

b ¶ *Ordine.*] " bene dicit, ordine: quia si qs emit ordinẽ, non potest dispẽsari circa ipsum, vt j. ead. erga. & ext. de simo. nobis. in fin. nisi à patre suo, & eo ignorãte esset emptus ordo, tũc dispensari posset. 1. q. 5. c. vlt. Sed secus est in beneficiorum emptione. cum enim renuntiat quis beneficio empto, potest in illo vel in alio tolerari, vt j. e. q. 5. c. 1. & in decre. de simo. ex insinuatione. Illa tamen decr. loquitur cum à patre ipso ignorãte est commissa simonia.

Ioan. 2.

c ¶ *Permanere.*] j. e. si quis. nisi ex dispensatione. j. ead. q. 5 præsentium.

d ¶ *A communione.*] " numquid pro sola voluntate est excommunicãdus quis, cum sit simoniacus? Certe non: quia ex voluntate non scandalizatur ecclesia nisi processerit in actum. arg. 24. q. 3. Deus. & di. 32. erubescant. & intellige à communione. f. fidelium. ab alia ipso iure separatus est etiam occultus, quod tenendum est, extr. de sim. c. tanta. Ioannes. quod forte hodie correctum est, extra de temp. ord. c. fi. B.

e ¶ *Capitale.*] i. mortale, vel dignum depositione.

f ¶ *Sanitatis.*] " numqd ergo licitum est medico recipere pecuniam pro conferenda sanitate? Sic: quia illud potius dicitur honor, quàm pretium, vt 14. q. 5. non sane. vnde non recipit pecuniam pro danda sanitate, cum illud sit gratia, sed pro labore suo, & sic magister non recipit pecuniam pro scientia quam dat, sed pro labore, vel honore, sicut propheta recipit, vt j. ead. q. iudices. sic Deus recipit decimas pro honore, non pro pretio, vt 16. q. 1. decimæ.

" Medicus ꝓ sanitate conferenda ꝓt pecuniã recipere.

g ¶ *Iudæ.*] " Sed numquid Iudas commisit simoniam? Certum est. Et quidem plagium commisit in eo, quòd liberum hominem vendidit. ff. ad l. Flau. de plag. l. 1. Simoniam etiam cõmisit in eo, q; rem sacram vendidit. Dicit H. q; Dominus non potest vendere seruum iam ordinatum, commutare tñ poterit, vel alio genere contractus alienare. Quidam tamen dicunt contra, vt hic, & 54. dist. generalis.

" Iudas vendens Christũ cõmisit simoniam & plagium.

h ¶ *Vendidit.*] no. q; dicit, vendidit: & tamen iste quando exegit munera, iam ille gratiam fuerat consecutus, & ita est arg. contra eos, qui non exigunt ante collationem beneficij, sed post. arg. j. ea. eos. & q. 3. si quis obiecerit. ff. de cal. l. 1. §. qui autem. Tamen quidam dicunt Giezi damnatum nõ pro venditione, sed pro mendacio, quod mihi non placet.

i ¶ *Pecunia tua.*] hoc in detestationem criminis dictũ est. 1. q. 3. §. econtra. arg. cõtra.

k ¶ *Dimisit.*] arg. expressum cõtra Baz. di cẽtem, " q; qlibet pp peccatũ mortale erat priuatus introitu ecclesiæ. ar. de pœ. dist. 1. q. sanctus sacerdos. 33. q. 4. vir cũ propria. nã Dñs solos simoniacos de corpore eccle siæ eiecit, relictis aliis peccatoribus intelligẽ tñ hoc de illis, q; si moniam committunt in ordine accepto, licet auctoritas generaliter loqui videatur. Vnde dic cũ Baz. & M. q; nec talis simoniacus nec publicus fornicator debet ecclesiã ante pœnitentiam intrare. De hac materia notaui 33. qu. 4. vir cũ propria. Io. tñ dicit (quod etiam mihi ꝙpe respõdit) q; peccator qlibet, & etiam excõicatus potest intrare ecclesiam causa orãdi, dũmodo nõ intersit diuinis officiis, cum non inueniatur prohibitũ. ext. de sen. exc. cum nuper. Hug.

" Peccatum mortale an priuet quẽlibet ab introitu eccle siæ.

5 Io. diac. l. 3 c. 4. Pol. l. 2. tit. 1. Bur. l. j. c. 121. deusd. p. 2. Iuo p. 5. c. 75. ẽ. c. benedictio.

Qvicumque.] Casvs. Dicitur hic, q; Simoniani promoueri nõ possunt, siue dantes, siue accipientes. Nã dãtes & accipientes simoniaci sunt, & cum maledicti sint, alios benedicere non possunt.

† mysteriis.

6 Deusd. p. 2 Iuo p. 5. c. 95

l ¶ *Sacros ordines.*] qa si per pœnitentiã reconciliẽtur, qđ tñ per pecuniam acqsierint, retinere nõ possunt, vel quantũ ad impre cationum effectum.

7 Iuo ibid. Deusd. ibid.

m ¶ *Vnde scriptũ est.*] qui offert aliis, vel accipit ab aliis, vt ordinetur, excommunicatus est, vt hic, & j. ea. c. perlatum.

8 Iuo par. 5. c. 132.

n ¶ *Hoc est simoniaca hæresis.*] i. sic dare vel accipere, simoniaca hæresis est. B.

o ¶ *Christi corpus tradere.*] id est, digne exercere officium sacerdotis.

Cvm liqueat.] Casvs. Cum in nouo testamento præ ceteris criminibus simonia, quæ hæresi comparatur, sit damnata, cur non præcauetur, cum benedictio in simoniaco in maledictionem conuertatur? Duo seq. cap. plana sunt.

p ¶ *Ante omnes.*] contra de conse. distin. 2. prima. sed hoc verum est post resurrectionem, vel ante, id est, præ omnibus aliis.

q ¶ *Origine.*] no. q; dicit origine. Hoc verum non est, quo ad nouum testamentum: nam Iudas ante commisit [a]. Vel dic satis fuisse in origine, quam cito hoc fecit, fuit damnatus statim. j. ead. cito.

a Qđ Iudas simoniã cõmisit, ꝓbatur ẽ. e. q; studet. vbi de hoc, & ibi dixi. Arc.

r *Cvm ordinaretur.*] ¶ *Lepra fuit.*] id est, peccati vulnere se infectum reddidit.

s *Gratiam.*] ¶ *Non meruisti.*] argumen. vigesima prima quæst. quarta, cap. vlt.

Cito.] Casvs. Tãgitur hic quod dicitur in 4. lib. Reg. q; Naaman Syrus postquam ab Helisæo lepra mũdatus esset recessit: Giezi aũt puer Helisæi vidẽs q; dñs suus nihil acceperat ab eo, clã secutus est eũ dicẽs: duos filios prophetarũ venisse ad dñm suum, mãdareque

Source : BIU Cujas

req; ei Heliſæum, vt mitteret ſibi talentũ argenti, & duo mutatoria veſtimentorum, quæ cum miſiſſet, accepit ea Geizi, & abſcondit. Dum autem poſtea ſtaret coram domino ſuo, dixit ei Heliſæus, vnde venis? reſpondit, Seruus tuus non iuit quoquam. at ille, cor meum erat in præſenti. nunc autem accepiſti argentum & veſtes, & lepra Naaman adhærebit tibi & ſemini tuo in ęternum. & egreſſus eſt ab eo leproſus ſicut nix.

1 fac. ad hoc c. l. cũ hęres ff. de diu. & tẽp. p̃ſc. & l. Papinianus. §. 1. ff. d acq. poſſ. & l. vitia. C. e.

† al. miniſterij.

a ¶ *Inexpiabilis eſt.*] quo ad ordinis executionem, vel dic, q̃ in deteſtationem criminis dr̃, & ſicut culpa diſcordiæ, quæ forte nec paſſione purgatur, vt 5. diſt. 90. neq; ad Cain. vel quia pœnitet vſque ad mortem, vt j̃. ead. ſi quis.

2 Deuſd. p. 2

DENIQVE. Casvs. Dicitur etiam, q̃ Ammonitæ & Moabitæ, qui proceſſerunt ex filiis Loth, reſtiterũt filiis Iſrael venientibus de Aegypto, pp idololatriã ad quam eos induxerunt, & ideo prohibiti ſunt intrare eccleſiam vſque ad tertiã & quartam generationem. Caſus ergo huius c. talis eſt. Intendit Ambr. probare, q̃ crimen ſimoniæ ſit grauius, quam crimen idolatriæ. Nam crimen idolatriæ vſque in tertiam & quartam generationem punitur, cum ſemen idololatrum vſque in tertiã & quartam generationem intrare eccleſiam prohibeatur: ſemen vero ſimoniacorum in ęternum punitur. Semen aũt myſtice intelligitur in ſucceſſione vitiorum, & non in ſucceſſione generis, ſicut accipitur ibi: vos ex patre diabolo nati eſtis. Simoniaci autem & Giezitici hic large intelliguntur omnes cupidi, & omnes auari. Et poteris prius ponere caſum, & poſtea narrare hiſtorias, & econuerſo.

† al. niſi vt vitiorum.

Rom. 9. Io. 8.

b ¶ *Moabitæ.*] iſti Moabitæ & Ammonitæ idololatrę erant, & cũ redirent filij Iſrael de captiuitate Aegyptiaca, & ſcirent iſti, q̃ ſitim patiebantur, obuiauerunt eis cum pane ſine potu: ducentes ſecum Balaam ariolum, vt eis malediceret, propter quod peccatum præcepit Dominus ne eos factos proſelytos [a] reciperent in eccleſiam Dei vſque in ſeptimam generationem: licet ſecundum aliam tranſlationem dicatur vſq; in x. ſed non contradicunt ſibi: nam deſcendentes per ſexum maſculinum non recipiebantur vſque in ſeptimam: per femininum vſque in x. Sed Hebræus dixit, quòd nihil aliud erat recipere eos ad eccleſiam Dei, niſi dare eis nuptui filias ſuas, hiſtoriam de illis Moabitis habes 35. diſt. c. ſexto die.

2 Proſelyti erãt illi qui veniebãt ad populi Iudaici ritũ, q̃ ñ erãt oriũdi ð populo iudaico. Ar.

c ¶ *Vſque ad tertiam.*] id eſt, niſi habeant fidem Trinitatis, & quatuor genera virtutum, vel quatuor Euangeliorum.

" Culpa & dolus purgãtur tpe.

d ¶ *Multiplicis.*] arg. " culpam vel dolum purgari proceſſu temporis, vt 2. q. 1. in primis. 35. q. 8. de gradibus. ff. de hær. vel act. ven. l. venditor. ff. de act. & ob. is qui. ext. de fi. presby. per totum. ext. qui ma. ac. poſſ. inſuper. arg. contra. j̃. ea. ventum. ff. depoſ. l. 1. §. ſi rem. ff. de cond. fur. l. qui furtum. & l. vltim. Sed rei veritas eſt, quòd licet non poſſit purgari proceſſu temporis quo ad præſentem caſum, purgatur tamen per eccleſiæ diſpenſationem, vt 23. q. 4. ipſa pietas. verſic. eſt enim. Vnde verſus:

Compoſito lacte fœtenti quæſo cibate.
Qui putat excluſum crimen per temporis vſum.

l ¶*Quoniam.*] Hæc ratio nõ videtur ſufficiens: ſed facias vim in hoc quod dicit, auctores eorũ. nam tunc ſunt auctores eorum, cũ illi & iſti ſunt extra eccleſiam. Vel dic ꝙ ſufficiens eſt quo ad hoc quòd non poſſunt conferre de merito vitæ. 40. diſt. multi.

m ¶*Perfectionem.*] id eſt, ſanctitatem, & officij executionem.

gnitate. Quoniam quibus ſolum baptiſmum ratum eſſe permittimus (quod vtique in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti perficitur) nec ſpiritum ſanctum eos habere ex illo baptiſmate[i], illiſque myſteriis arbitramur[k]. 3 Quoniam[l] cũ à catholica fide eorum auctores deſciſcerent, perfectionem[m] ſpiritus, quam acceperant, amiſerunt: nec dare eius plenitudinem poſſunt, quæ maxime in ordinationibus operatur, quam per impietatis ſuæ perfidiam potius, quàm per fidem dixerim, perdiderunt. 4 Propter † quod fieri non poteſt, vt eorum[n] profanos ſacerdotes, dignos Chriſti honoribus arbitremur: quorum laicos imperfectos[o], vt dixi, ad ſancti ſpiritus percipiẽdam gratiam cum pœnitentiæ imagine recipimus. *Item.* ¶ [5] Si, vt legitur [Qui tetigerit[p] [B] immundum, immundus erit:] quomodo ei tribuetur, quod munditia, ac puritas conſueuit accipere? *& infrà.* ¶ Qui particeps effectus eſt damnati † [q], quomodo debeat honorem accipere, inuenire non poſſum.

A ¶Peſtes.] *Antea ſequebatur,* deteſtamur: *quod eſt ſublatum, quia neque in vetuſtis codicibus, neque in ipſa epiſtola, neque apud Anſelmum, aut in Pannormia habetur.*

B ¶Qui tetigerit.] *In epiſtola eſt,* quod tetigerit immundus: *ſed ob gloſſam non eſt mutatum, atque huius etiam lectionis ſententia habetur iiſdem indicatis ſcripturæ locis.*

Ex eo[r] autem, quòd manus impoſitio[s] iterari præcipitur[t], ſacramentum non eſſe oſtenditur.

Vnde Auguſtinus lib. 3. de baptiſmo contra Donatiſtas, c. 16.

¶ Manus impoſitio non eſt ſacramenti iteratio. C. LXXIIII.

6 Manus[u] impoſitio[x] non, ſicut[y] baptiſm[o], repeti[z] non poteſt. Quid enim eſt aliud, niſi oratio ſuper hominem?

Cum ergo Innocentius ſolum baptiſma hæreticis ratum eſſe permittat, cum Gregorius ſacrilegam vocet conſecrationem Arianorum, cum Cyprianus quæcumque ab hæreticis fiunt, carnalia, & inania, & falſa iudicet, cum Hieronymus omnia, quæ ab eis offeruntur, contaminata in conſpectu Dei aſſerat, cum Leo extra eccleſiam nec rata ſacerdotia, nec vera ſacrificia eſſe teſtetur, patet, ꝙ ſacramenta eccleſiaſtica præter baptiſma, vt ſupra dictum eſt, ab hæreticis miniſtrari non poſſunt.

Additio. Hic vide quod leg. & no. ea. q. qui perfectionem.

n ¶*Vt eorum.*] i. qa eorũ, vt ſit relatiuum cũ cã: & ita p hoc p̃cedẽs lectio approbata non videtur, i. ideo non videtur, quia, &c.

o ¶*Imperfectos.*] quia non receperũt gratiã per illud baptiſma. 3 ſ. e. c. q p fectionem.

p ¶*Qui tetigerit.*] tactu mentis. extra de ſen. excom. nuper.

q ¶*Damnati.*] i. damnationis, vel auctoris iam damnati, &c.[d] dAd hoc vi

r ¶*Ex eo.*] Nõ eſt ratio hæc: qa ſunt quædam ſacramẽta q̃ iterãtur, quędam nõ, vt vnctio infirmorũ, & dedicatio eccleſiarũ. de con fec. di. 1. ſolennitates.

s ¶*Impoſitio.*] reconciliatoria. & intelligas de priuata: quia ſolenis non reiteratur.

t ¶*Præcipitur.*] quotieſcumq; reuertũtur ab hæreſi. ſ. ea. hi qui baptiſmum, &c.[e]

Manus impoſitio. Casvs. Dicitur hic (licet obſcure) ꝙ manus impoſitio reconciliatoria quando que reiteratur, etſi baptiſma reiterari non poſſit. & eſt ſimilitudo per contrarium.

u ¶*Manus.*] ſenſus eſt: manus impoſitio põt repeti, vt j. de conſe. di. 4. quomodo. baptiſmus non. 68. di. ſicut.

x ¶*Impoſitio.*] " conſecratoria[f]: ſed confirmatoria nõ. Item nec ordinatoria: ſed curatoria bñ iteratur, de qua dr: Sup ægros manꝰ imponẽt, &c. vt 96 diſt. §. ſed illud. Recõciliatoria ſimiliter, vt hic. imponitur. n. reconciliatoria manus hæreticis reuerſis, vt ſ. ea. Arianos. de conſe. di. 4. qũo. & excommunicatis, vt 9. qu. 3. cum aliquis. & pœnitentibus, vt 50. diſt. in capite. Et in hęreticis vel excõicatis non eſt ſacramentum: & ideo repetitur. In pæniten tibus ſi eſt publica *, eſt ſacramẽtũ: & ideo nõ iteratur: & conuenit tm̃ epis, vt 17. q. 6. c. 1. & 50. di. in capite. Si eſt priuata, non eſt iteratur, ſacramẽtũ. & iteratur: & conuenit ẽt preſbyteris, vt 26. q. 6. ca. presbyteri. §. ecce. y ¶*Non ſicut.*] i. licet. z ¶*Repeti.*] j. ead. q. ꝙ quidam. contra. Sol. ſed ibi manus impoſitionem conſecrationẽ nominat: hic vero manus extenſionem ſuper pœnitentem cum oratione inuocato ſancto ſpiritu paraclito. Vel ibi prohibet reiterationem manus impoſitionis fieri in publico: hic autem permittit fieri in occulto.

4 Innocent. epis Macedoniæ, epiſtol. 22. c. 3. † *al. Quomodo fieri poteſt.*

5 j. e. c. ventum eſt. Num. 19. Leuit. 22. eEt c. ſtianos. de cõſ. diſt. 4. antiqua. & c. Arianos qui. ſcđm Hug. † *al. damnato.*

"Impoſitio manus eſt multiplex.

f Vñ Apoſt. 1. ad Tim. 5. nemini cito manũ impo nas. i. nullũ cito conſecrabis. Io. ꝺ̃ Fan. ne hoc hñ 23. di. epiſcopus. Arc. 6 Pol. l. 3 ti. x Anſ. l. 9. c. 24

*Nõ qa publica ſit ſacramẽtum priuata nõ fit: ideo illa non iteratur, & iteratur: hæc iteratur, ſed ob eas cãs quæ afferũtur. c. ąuis. ꝺ̃ pœ. diſt. 3. vid ẽt Turrec. ibi.

CVM ERGO. Concludit Grat. ex 4. ſupradictis c. ſ. Arianos. ſi quis inquit. ſic populus. & c. in eccleſia. quòd nullum ſacramen-

Source : BIU Cujas

tum præter baptisma potest ab hæretico ministrari. sed contra. hoc obiicitur.

Sicut Christus.] Casvs. Luciferianus dicebat malum sacerdotem verum baptisma conferre: sed Eucharistiam nullo modo confícere. quod Hieronymus reprobat. dicit enim, aut vtrumque approbet, aut vtrumque reprobet. Nam qui pro
1 Tom. 2. fanus est ad vnũ, non est sanctus ad alterũ: & econuerso.

a ¶ *Baptizat.*] interius.

2 Alg. l. 3. c. x de conse. dist. 4. nemo. vel cum effectu.

b ¶ *Vnde oro te.*] Putabat iste eum qui homicida vel adulter fuerat, mundari in baptismo: nõ ita tamen vt dignus esset sacerdotio. Gratianus tamen hoc intelligit de occulto peccatore.

c Homicida & adulter, an conficere possunt.

" Nam dicebant quidam de tali, & male, quòd licet posset baptisma dare, non tamen conficere. & hic tales reprehendũtur. & secundum hoc est arg. contra. 50. di. qui sub gradu. Sed ibi de deposito, cum quod dispensatur vt baptizet: hic de tolerato.

c ¶ *Esse sacerdotem.*] i. sacramẽta posse conficere.

d ¶ *Potest fieri.*] Arg.

e Concesso aliquo eius cohærens conceditur.

" ꝙ vno de duobus quę sunt eiusdem iuris concesso, alterum conceditur. ex quo enim aliqd alicui conceditur: eius cohærẽs conceditur[a], vt j. 3. q. 6. hęc qppe. & 16. q. 1. si monachus. & q. 2. c. 1. 5. 8. dist. quo iure. H.

a Concord. tex. i l. 2. ff. d iu. om. iu. & l. ad rẽ mobilẽ. & l. ad legatum. ff. de proc.

SED HOC. Casvs. Dicit Grat. supra dictum c. de malo catholico intelligi: & non de hæretico. alioquin idem Hieronymus esset sibi contrarius, vt probatur sequenti c. & §. sequenti, quæ per se patent.

3 Sent. 4. dist. 19. Malach. 2.

e ¶ *Cooperante.*] Istud cooperãte falsum est quantum ad dantem, vel facientem: non quantum ad recipientem. j. ea. Dominus.

f ¶ *Maledicam.*] aliam expositionem huius verbi habes. j. ead. multi sæculares.

HOC ERGO. Hæc est 11. pars huius q. in qua probat quòd malitia sacerdotis nõ nocet aliis in sacramentis, quamuis sibi noceat: & hoc vsque ad §. ex his. I. de Fan.

4 De conse. dist. 2. vtrũ. Mag. 4. sen. dist. 13.

† al. ministerio,

Intra catholicam.] Casvs. Hęc omnia c. vsque ad c. sacerdotes. leguntur de malis presbyteris catholicis adhuc in suo officio toleratis. Dicitur in hoc c. quòd in traditione veritatis sacramenti non distinguuntur merita conferentis vel consecrantis: sed potius virtus creatoris. Nam sicut Christus est qui baptizat: ita ipse est qui per spiritum sanctum hanc suam carnem efficit. Seq. c. patet.

g ¶ *Intra.*] Ab isto loco vsque ad c. sacerdotes. loquuntur omnia c. de malis sacerdotibus toleratis ab ecclesia.

h ¶ *Recreantur.*] quo ad sustentationem corporis, & post animæ, vt de consec. dist. 2. non iste panis.

b sc. creãtur in sustentatione, ꝺ cõs. dist. 2. non iste. Arc.

i *Omnia sacramenta.*] ¶ *Et verbum.*] id est, prædicatio, quæ si fiat ab indigno, aliis prodest: sed sibi nocet. argu. dist. 83. §. quamquam. arg. 15. q. vlt. c. vlt.

k ¶ *Dictum est.*] tales instruunt Deum qualiter eos punire debeat. 40. dist. multi.

Item obiicitur illud Hieronymi aduersus Luciferianos.[1]

¶ Qui in baptismo sanctus est, ad altare peccator non erit.

C. LXXV.

[2] SIcut Christus est, qui baptizat [a]: ita Christus est, qui sanctificat. Vnde oro te [b], vt aut sacrificandi licentiam ei tribuas, cuius baptisma probas, aut reprobes eius baptisma, quem non putas esse sacerdotem [c]. Neque enim potest fieri [d], vt qui in baptismo sanctus est, sit ad altare peccator.

¶ *Initium huius cap. vsque ad ver.* oro te. *non est eo loco apud* B. *Hieronym. Est tamen apud Algerum, li. 3. c. 10. apud quem etiam nonnulla verba ex iis, quæ sequuntur, eodem modo habentur atque apud Gratianum, licet apud* B. *Hieronymum aliter legantur.*

Sed hoc de peccatore A *tantum catholico, non de hæretico intelligendum est. Quidquid enim cum fide catholica pro officio suo facit, licet indignus, tamen diuina gratia cooperante* e *ratum esse creditur. Alioquin si de hæreticis dictum intelligeretur, ipse sibi contrarius esset, cum dicat ad cap. 5. Amos* [*Sacrificia eorum odit Dominus*] *& alibi in persona Domini.*

A ¶ Peccatore.] *B. Hieronymus eo loco argumentatur, vt solent Dialectici dicere, ad hominem: neque id agit, vt constituat, ac sanciat aliquid, sed tantum vt aduersarium modestum reddat. Nam postquam illum eò adduxit, vt se non amplius aduersarium, sed discipulum profiteatur tunc verissimam ei rationem exponit, cur ecclesia episcopos recipiat, qui in Arriminensi concilio imprudentes hæreticis consenserant.*

¶ Benedictionibus hæreticorum Deus maledicit. C. LXXVI.

[3] MAledicam [f] benedictionibus vestris] hoc est, quidquid à vobis benedicitur, à me erit maledictum.

¶ *Hæc sunt in glossa interlineari ad eum Malachiæ locum ex Hieronymo.*

11 *Hoc ergo intelligendum est de hæretico: illud autem aduersus Luciferianos de ecclesiastico peccatore. De quo Augustinus* A *ait in libro de corpore Domini.*

A ¶ Augustinus.] *Caput hoc etiam ab Algero lib. 3. c. 8. citatur ex Augustino in lib. de corpore Domini: sed Possidius in indiculo operum* B. *Augustini nullam huius libri mentionem facit, & ad verbum (excepto vltim. versiculo) hæc legumur in libro Paschasij abbatis de corpore, & sanguine Domini, c. 12. ex quo etiam libro sunt cap. iteratur, cum sequentibus j. de consec. dist. 2.*

¶ Boni & mali sacerdotes æque corpus Christi conficiunt. C. LXXVII.

[4] INtra [g] catholicam ecclesiam in mysterio† corporis, & sanguinis Domini nihil à bono mai[9], nihil à malo minus perficitur sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur creatoris, & virtute spiritus sancti. *& infra.* ¶ [5] Si enim in merito esset sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Nunc autem sicut ipse est, qui baptizat, ita ipse est, qui per spiritum hanc, suam efficit carnem, & transfundit in sanguinem. Credendum [A] est enim, quòd in verbis Christi sacramenta conficiantur. Cuius prius creantur imperio, eius vtique verbo recreantur [h] ad melius.

A ¶ Credendum.] *Hæc eodem modo leguntur apud Algerum. Sed Paschasij verba, c. 15. hæc sunt:* Cuius ergo potẽtia creata sunt prius, eius vtique verbo ad melius recreantur: quia nemo creator alicuius rei, aut recreator, nisi vnus Deus, catholicæ prædicatur. Propterea veniendum est ad verba Christi, & credendum, quòd in eiusdem verbis ista conficiantur.

Item Augustinus lib 2. contra epistolam Parmeniani, c. 10.

¶ De eodem. C. LXXVIII.

[6] OMnia sacramenta cum obsint indigne tractantibus, prosunt tamen per eos digne sumentibus: sicut & verbum [i] Dei†. Vnde dictum est [k] [Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite.]

i ¶ *Prophetauit.*] " hic probat quod malus sacerdos potest conficere: quia Saul malus erat, & prophetauit: immo mali habent omnia dona spiritus sancti præter charitatem. ſ. ea. multæ. Historia autem erit hic pro casu.

5 Alg. l. 1. c. 21. & l. 3. c. 8

m ¶ *Non noui.*] i. non approbaui. " ita dicunt aliqui scholares qui noti sunt aliquib⁹ in scholis, cum vidẽt eos in terra sua, dicunt, non noui vos, vel quando sunt diuites dicũt pauperib⁹ c: non noui vos, vel (qđ peius est) nolunt loqui cum eis.

" Honores mutant mores.

c Add gl. l. ver. mores. ff. de testi.

n ¶ *O propheta.*] Casvs. In hoc c. mali sacerdotes reprehendũtur: qui etsi verum corpus Christi cõficiant in altari, ex hoc nõ sanctificãtur, sed potius ex suis malis operib. polluũtur.

Matth. 7.

o ¶ *Propheta.*] Casvs. Probatur in hoc c. quòd malus sacerdos ministrare potest: quia Saul malus erat, & prophetauit. Legitur enim in j. lib. Reg. ꝙ cum Saul persequeretur Dauid, ipse fugiẽs venit in Ramatha ad Samuelem: quod cum nũtiatum esset Sauli, misit lictores vt caperent eum, qui cum vidissent cœtum prophetarum, & Samuelem stantẽ super eos, factus est in eis spiritus Domini: & prophetare cœperunt etiam ipsi: quod cum nuntiatum esset Sauli, misit alios nuntios: prophetauerunt aũt & illi. rursus misit & tertios, & ipsi prophetauerunt: & iratus Saul abiit, & fact⁹ est spiritus Domini super ipsum, & prophetauit cum ceteris corã Samuele: & cecinit nudus tota die ac nocte, vnde exiuit prouerbium: Saul inter prophetas.

6 j. ea. c. per Esaiam. §. hoc pene. Alg. l. 3. c. 11.

" Sacerdos malꝰ cõficit.

† *Dei testatur*] Orig. Matth. 23.

p ¶ *Propheta.*] Casvs. In hoc c. mali sacerdotes reprehendũtur: qui etsi verum corpus Christi cõficiant in altari, ex hoc nõ sanctificãtur, sed potius ex suis malis operib. polluũtur.

q ¶ *O propheta.*] ad litteram intelligitur de Babylonica captiuitate. " Nam Cyro dante licentiam reuertendi de Babylonica captiuitate, populꝰ Israel ædificauit altare, & deiecerũt fundamentum tẽpli: sed per litteras Cambysę ducis militiæ ipsius Cyri prohibitus est in ædificatione procedere vsque ad secundum annum Darij, in quo iussus est ædificare templum cœptum ab Aggęo propheta ad hoc exhortante populum. Loquitur ergo Hieron. de tempore in quo immolabant in altari: sed domum Dei, scilicet templum reædificare negligebant, cum domos proprias reædificarent: quod in ipso Aggæo plenius patet.

" De Babylonica captiuitate.

" Anima sine virtutib. corruit.

o ¶ *Domo mea diruta.*] id est, ędificatione virtutum. " diruitur enim remotis

Source : BIU Cujas

remotis virtutibus anima. 15.q.1.meritp.

Ita fit verbum.] Casvs. Dicitur quòd tunc peccat hæreticus in spiritum sanctum, cum de schismate ad vnitatẽ & cõgregationem ecclesiæ redire contemnit: in qua ecclesia spiritus sanctus per catholicum & fictum & reprobum operatur remissionem peccatorũ: & mali per talem colliguntur.

a ¶ *Ita fit verbum.*]i. blasphemia. ℑ. de pœ. dist.1.§.potest.&dist. 4.§.siue. H.

b ¶*Cõgregationem.*]i. vnitatem ecclesiæ.

"Impœnitẽtia finalis est pctm in spm̃sctm. c ¶ *Numquam.*] " & ita peccatum in spiritum sanctum est finalis impœnitentia: de qua dicit Aug. de pæ. dist.7.c.1.& fi. & not. 25.dist.qualis.

d ¶*Et tamen.*] Hoc dicit: quia ab isto possum accipere etiam sine necessitate.

Vt euidenter.] Casvs. Ostenditur in hoc c. ꝙ nõ homo, sed spiritus sanctus peccata remitit: &hoc ꝓbatur auctoritate Domini dicentis: Si cui dimiseritis peccata, &c. & ideo euenit ꝙ ille, quem sacerdos tolerat, sit extra ecclesiã, si ei Christus non aperit: & iniuste excommunicatus sit intus.

1 Iuo par.2. c.104. †*dicitur*] Orig. e ¶ *Quodam loco.*] ita & aduocatus p̃t allegare vt dicit quędam lex 45.di. cum beatus.

2 ℑ.e. spiritꝰ sanctus. Additio. Ad idem ℑ. ead. multæ.45.dist.§. hinc etiam. & 32.q.7. quædam. Arch.

f ¶*Et continuo.*] Arg. verborum ordinẽ spectandum esse, vt 20. dist.§.1.argu. ex serie verborum aliqd perpẽdi. ℑ.24.q.1.alienus.

g ¶*Dimiseritis.*]Bene dixit, dimiseritis, non cui putaueritis dimitti. a

aVt de pœ. dist.1.quem pœnitet.ar. 50.dist.si qs p̃postera. Ā. 3In l.50.homil.hom.23 h ¶*Hoc est spiritus.*]ℑ. 1.q.3.illud. & c. nemo contemnat. ℑ.ea.q.dictum est. ℑ. de consedist.4.nemo.H.

i ¶*Ostiarius.*] i. Christus. idẽ est & ostiũ, vt ℑ.ea.q.ordinationes.

"p̃iudiciũ, est paruum iudicium. k ¶ *Præiudicio.*] " id est, prauo iudicio. ℑ. 24.q.3.si quis. & 11.q. 3.si eps. forte. ℑ.ea.q. remissionem. ℑ. 11. q. 3.quid obest.H.

Ioan.20. *Cvm scriptura.*] Casvs. Quis dubitat spiritum sanctũ adesse sacramentis sacerdotum: cum in veteri testamento ad preces tam bonorum, quàm malorum legatur ignis descendisse de cœlo, quorũ vtrumque probatur per historiam Hieroboam, qui fuit malus secundum quosdam. aliàs Hirobaal, & Heliæ prophetę qui bonus fuit.

"Spiritꝰ sanctus olim visibiliternũc inuisibiliter operatur. l ¶ *Cum scriptura.*] " Hic intendit Ambrosius probare quòd spiritus sanctus tempore hoc operatur inuisibiliter in sacramentis ecclesiæ: quod ex eo probat, quia olim visibiliter operabatur in legalibus sacramentis.

ri, & victimis eius sanctificari te putas: scito, quoniam sanctũ quidẽ est, quod offertur in altari: sed non tam sanctificaris ex hostiis, q̃ ex mortuis operibus pollueris.

¶ *Apud B. Hieronym. sic legitur*: ô populę, qui altari tantum extructo, & diruta domo mea hostias mihi offers in altari, & victimis eius, & carnibus te sanctificari putas: scito non tam sanctificari te ex hostiis, quæ templo diruto tibi prodesse non poterunt, quàm cõtaminari omnia opera tua, & cuncta, quæ agis, ex eo quòd negligis, & tuam magis domum, quàm meam extruere conatus es. Sanctum quidem est quod offertur in altari: sed non tam sanctificaris ex hostiis, quàm ex eo, quòd in conuallibus habitas, & interea mortuis operibus, pollueris. *In duobus etiam Gratiani vetustis codicibus legitur*, ô populę, *Verum idem Hieronymus continuo ista eadem per anagogem aptat ecclesiastico viro.*

Item Augustinus in lib. de verbis Domini, sermone 11.

¶ Contra spiritum sanctum, verbum dicitur, cum ex dispersione nunquam reditur. C. LXXXI.

1 ITa fit†verbum a contra spiritum sanctum, cum ex dispersione, ad congregationem b numquam c venitur, quę ad remittẽda peccata accepit spiritũ sanctum.

2 Ad quam cõgregationem etiam si per malum clericum, sed tamen catholicum ministrũ, reprobum, & fictum aliquis accesserit corde non ficto: in ipso spiritus A sanctus operatur remissionem peccatorũ: qui in sancta ecclesia ita operatur, vt reprobos fugiat, & tamen d per eorũ ministeriũ probos colligat.

A ¶Spiritus sanctus.] *Hoc loco concise refertur sententia B. Augustini, plenius autem ℑ. ead. c. Spiritus sanctus.*

Idem in sermone de remissione peccatorum. 3

¶ Non meritis hominum, sed virtute spiritus sancti peccata remittuntur. C. LXXXII.

VT euidenter hoc ostẽderet Dominus, à spiritu sancto, quẽ donauit fidelibus suis, dimitti peccata, nõ meritis hominum, quodam loco e sic ait resurgens à mortuis [Accipite spiritum sanctum] & cõtinuo f subiecit [Si cui dimiseritis g peccata, dimittuntur ei] hoc est, spiritus h dimittit, non vos. Proinde A sicut is, quem sacerdos tolerat in ecclesia, est tamen extra ecclesiam, & extra corpus, cuius caput est Christus, si ei ostiarius i nõ aperuerit B: ita non ideo extra ecclesiam est, & non est de corpore, si quis pastoris præiudicio k compellitur foris esse.

l ¶*Cum scriptura.*] quã ñ habemus: sed est ī scriptura 70. interpretũ. m ¶*Testetur, &c.*] quasi diceret, cũ nullus dubitare hic debet, mendaciter apposuit Grat. sicut datur intelligi vsq; ibi, ignis, nec reddit rationem Ambros. quare olim visibiliter, nũc vero inuisibiliter operetur spiritus sanctus: nec fit ibi malorum mentio sacerdotum, vt c. interposuit: sed dum taxat bonorum, puta Helię, Hieroboam, & aliorũ sanctorũ, quos ibi Ambrosius nominat: vñ ad præsentem materiam nihil operatur. Ioan. & ita falsa est littera cum Hieroboam, &c.

n ¶*Hieroboam.*] q̃ fuit malus secundum falsum intellectum Gratiani. " alias Hierobaal, quasi sacra Baal destruens. Hieron. n. sacrum dicitur. sic. n. dictus est Gedeon b, sed hoc nõ faceret ad propositum Gratian. Ioan.

"Hierobaal vñ dicatur. 4Alg.l.3.c.x †*Hieroboal*] Orig. Amb. ſ; scriptura, *Hierobaal.* Iud.6.

MVlti.] Casvs. Hoc c. diuiditur in 4. partes. In prima parte Gregorius redarguit quosdã qui peccata ꝓpria negligentes, vitã sacerdotum reprehẽdunt, & eorũ sacramenta contemnunt. In 2. parte ostendit vnde dicatur mysteriũ, & vñ sacrificium, & vnde sacramentum, & vnde Eucharistia. In 3. parre dicit, ꝙ ad preces malorum sacerdotum vera Christi sacramenta celebrãtur. In quarta parte exponit verbũ Oseæ prophetæ, sc. Maledicam (inquit) benedictioni bus vestris. Secunda pars incipit ibi, *Mysterium.* Tertia ibi, *Siue ergo.* Quarta ibi, *Maledicam inquit, &c.*

o ¶ *Multi.*] Hoc c. intelligitur de malis tolerandis: ꝙa generaliter loquitur de omnibus sacramẽtis. In prima parte reprehenduntur quidam laici, qui vitã sacerdotum reprehendendo, diuina sacramenta ab eis collata contẽnebant: gerentes trabem in oculis suis, & festucam volentes mouere de oculis aliorum. In secunda parte dicitur, quòd quamtumcumque sit sacerdos malus, sacramenta tamen eius vera sunt: nec magis sanctificantur à bono. In tertia ostendit quid sit mysterium, & quid sit sacrificium. Vltimo ponuntur verba *Oseæ* prophetæ.

3.Reg.18. † *sacrificium conseecrauit*] Ori. bAb ea nopeccata ꝓpria negligentes, vitã sacerdotum reprehẽdunt, & eorũ sacramenta contemnunt. In 2. parte ostendit vnde dicatur mysteriũ, & vñ sacrificium, & vnde sacramentum, & vnde Eucharistia. In 3. parre dicit, ꝙ ad preces malorum sacerdotum vera Christi sacramenta celebrãtur. In quarta parte exponit verbũ Oseæ prophetæ, sc. Maledicam (inquit) benedictioni bus vestris. Secunda pars incipit ibi, *Mysterium.* Tertia ibi, *Siue ergo.* Quarta ibi, *Maledicam inquit, &c.* Matth.18.

5 4.sent. dist.13. C

Matth.7.

p ¶*Læderet.*] Arg. alterius crimen non nocere innocenti c. ead. q.4.c.1. ℑ.ea.q. fertur contra. H.

cHoc est generaliter verum, nisi no ceat occasionaliter, scdm Hug. vel ī corpꝰ. &sic loqtur cõtrariũhic signatum.

q ¶ *Spernunt.*] Ex his conuincitur ꝙ Missa malorũ sacerdotum

A ¶ Proinde.] *Verba ipsa huius partis non sunt inuenta apud B. Augustinum. Simillima habentur apud Origenem homil. 14. ad ca. 24. Leuit. & referuntur ℑ. 24. q. 3. c. cum aliquis. & c. si quis non recto.*

B ¶ Aperuerit.] *In nonnullis vetustis codicibus legitur*, aperuit: *in aliis*, aperiat: *ab vno autem abest negatio.*

Item Ambrosius de iis, qui initiantur mysteriis, c. 5.

¶ Dominus non merita personarum, sed sacerdotum officia considerat. C. LXXXIII.

4 CVm scriptura 1 tibi testeturm, ꝙ ad Hieroboam† n preces, ignis descendit de cęlo, & rursus precante Helia ignis est missus, qui sacrificia† cõsumeret: datur A intelligi, ꝙ Deus non merita personarum cõsiderat, sed officia sacerdotũ. *& paulo post.* ¶ Ignis illis visibilis mittebatur, vt crederent: nobis inuisibilis operatur, qui credimus. *& paucis interiectis.*

¶ Crede ergo adesse Dominum Iesum inuocatum precibus sacerdotum, qui ait [Vbi fuerint duo, † vel tres, ibi & ego sum.]

A ¶ Datur intelligi.] *In originali nõ sunt hæc verba. Sed cum antecedentia pendeant ex superioribus, hic noua incipit periodus.* Non merita personarum consideres, sed officia sacerdotum. *nonnullæ autem aliæ varietates, & quidem non minimi ponderis in margine sunt indicatæ.*

Item Gregorius.

¶ Non merita sacerdotum, sed virtus diuina sacramenta sanctificat. C. LXXXIIII.

5 MVlti o sæcularium hominum, cũ plus sacerdotum vitam, quàm suam discutiunt, in magnum contemptionis diuinorum sacramentorũ crimen incurrunt. Magna enim trabe vulneratos habentes oculos, eamq; negligẽtes, festucã tenuem in aliorum cõspiciunt oculis, quam dum incaute festinant auellere, erroris in foueam delabuntur: minus quidẽ considerantes, ꝙ non eos sacerdotum vita læderet p, si ipsi humiliter bonis sacerdotum admonitionibus aurem accommodarẽt. Sed dum hypocritarum more plus illorum famam, quàm propriam vitam, vel vitæ negligentias diiudicant, spernunt q sancta monita, & spiritualia dona. Vnde fit, vt nõ solum ab eis dicta respuant, sed (quod est deterius) diuina etiam mysteria contemnant, vt nec corporis communionem, aut sanguinis Domini nostri Iesu Christi eorũ ministerio confectã assumant:

audiri possit, & si prohibitum sit in casu, vt ℑ.15.q.vlt.c.vlt. ℑ.8.q.3. c.vlt.ℑ.19.dist.c.fi.contra.ℑ.di.32.nullus. di.81.fi qui presbyteri. Sed illud de publico vel de damnato. sed hic de tolerato. H.

Source : BIU Cujas

“altaris mysterium est incomprehensibile.

“ Corpus Christi non cõsecratur, nec panis.

“ Corpus Christi excedit alia sacramenta quo ad reuerentiam.

† al. eãdem

¶ al. sanctificando

r Isid. l. 6. etym. c. 19.

2 Hactenus Isidorus.

3 Hieron. in c. j. Malach.

4 Idẽ in c. 2.

a ¶ *Minus.*] i. non.

b ¶ *Incõprehẽsibiliter.*] “ Nõ. n. à nobis comprehendi ꝑt qualiter transubstantiatio sub specie panis & vini corpus Christi & sanguis fiat.

Additio. Vt de consec. dist. 2. panis, & intellige qđ dicit Grat.

c ¶ *Itaque.*] & qa occulte & inuisibiliter.

d ¶ *Dispensationem.*] i. virtutẽ & gratiã à Deo dispensatã & collatã.

e ¶ *Quia prece.*] Sacrificia veteris testi non faciebãt quod figurabant, arg. de consec. di. 2. sacrificiũ, & qđ dicit prece mystica consecretur, hoc referas ad speciẽ facti secũdum H. “ quia nec corpus Christi cõsecratur, qa & prius corpus sacratissimum erat: nec panis, quia ibi desinit esse statim.

f ¶ *Quid melius corpore.*] certe anima Christi. vñ hoc dictũ intelligas dũtaxat amplificationis gratia. simile j. 32. q. 6. nihil. & q. 7. quid in omnib. “ Vel dic hoc maius inter sacramẽta ecclesiastica quo ad sanctitatẽ & reuerẽtiam, vt j. de consec. di. 2. nihil. & c. qui manducat. & 95. dist. ecce. Vel inter res eiusdẽ generis, s. inter corporalia. Vel intellige de corpore, quod est Christus. arg. j. ea, q. iterrogo cõtra. Sed ibi expone verbũ, i. filiũ. Et sic nõ est cõtra. de pœ. dist. 1. verbum.

g ¶ *Attenuatur.*] sed contra. s. 81. dist. si qui sunt presbyteri.

h ¶ *Vel quia.*] ista duo vel respiciunt tm̃ ꝓximum membrũ, cuius duæ inueniũtur expositiones per sequẽtia.

Sig*nificastis.*] Casvs. Hic probatur malos sacerdotes tolerãdos duplici exemplo Christi: tũ qa Pharisæos & Scribas docuit esse audiendos: sed nõ in malis operibus imitandos: tũ qa misit Iudã traditorẽ suum ad euangelizandũ cũ aliis discipulis, & eum vsq; in finẽ tolerauit: nec Apostoli etiam sacramenta talium despiciebant.

i ¶ *Non congruenter.*] ideo vitabant eorum sacramenta.

k ¶ *Docuerunt.*] Ergo nec nos præsumere, vel inuenire debem⁹, vt s. dist. 37. q de mẽsa. j. 2. q. 5. cõsuluisti. j. 31. q. 1. qꝑ si. s. di. 55 si euãgelica. s. di. 45. c. episcopum. 7. q. 1, c. 1.

Non qua*les.*] Casvs. Quidã cõtinebãt sacramẽta malorum sacerdotũ: sed probat Nicolaus hoc

putantes hanc minus [a] esse sanctificatam, si illorũ fiat officio, quorum vita eorũ oculis videtur ignobilis. ¶ Heu in quàm magnum laqueum incidunt, vt diuina, & occulta mysteria plus ab aliis sanctificata posse fieri credãt: cum vnus idemque spiritus sanctus in ecclesia diffusa per totum orbem terrarum incõprehensibiliter [b] ea mysteria, & occulte, atq; inuisibiliter & operando sanctificet, & benedicendo † benedicat. ¶ [1] Mysteriũ [A] itaque [c] fratres, ob hoc dicitur, q, secretam, & reconditam habeat [d] dispensationem: sacrificium autem, quasi sacrũ factum: quia prece [e] mystica consecratur pro nobis in memoriam Dominicæ passionis, *& infra.* ¶ Sacramentum vero est in aliqua celebratione, cum res gesta ita fit, vt aliquid significare intelligatur, quod sancte accipiendum est. Sunt autem sacramenta, baptisma, chrisma, corp⁹, & sanguis Christi: quæ ob id sacramenta dicũtur, quia sub tegumento corporalium rerum virtus diuina secretius salutem eorum- † dem sacramentorum operatur. Vnde & à secretis virtutibus, vel sacris, sacramenta dicuntur. Quæ ideo fructuose penes ecclesiam fiunt, quia sanctus in ea manens spiritus eorũdem sacramẽtorum latẽter operatur effectum. Cuius panis, & calicis sacramẽtũ Græce Eucharistia dicitur, Latine bona gratia interpretatur. Et quid melius corpore [f], & sanguine Christi? ¶ Vnde siue per bonos, siue ꝑ malos ministros intra Dei ecclesiam dispensetur, sacramentum tamen est: quia spiritus sanctus mystice illud viuificat, qui quondam Apostolico in tempore visibilibus † apparebat operibus. Nec bonorum meritis dispensatorum amplificatur, nec malorũ attenuatur [g]: quia neque qui plãtat, est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementũ dat Deus. [2] Hoc de corpore, & sanguine Domini nostri Iesu Christi, hoc etiam de baptismate, & chrismate sentiendũ est, & tenendum: quia virtus diuina secretius operatur in eis, & diuina solũmodo hęc est virtus, siue potestas, nõ humanæ efficaciæ. [3] Polluimus [B] itaq; panẽ, id est corpus Christi, quando indigni accedimus ad altare, & sordidi mundum sanguinem bibimus. *& infra.* ¶ [4] Maledicam [c], inquit, benedictionibus vestris hoc est iis, quæ nunc meis benedictionibus possidetis, seu quidquid à vobis bñdicitur, male dicam: vel quoniam [D] nõ benedicũt sanctis ex vero corde: vel qa [h] qui inique agunt, benedicuntur ab eis, adulanturque peccatoribus, dummodo diuites sint.

¶ *Caput hoc collectum est partim ex sententiis* B. *Gregorij, partim ex verbis ipsis* B. *Isidori atque Hieronymi.*

A ¶ Mysterium itaque.] *Hæc vsque ad versic.* hoc de corpore. *sunt apud Isidorum, non tamen eodem prorsus ordine.*

B ¶ Polluimus.] *Sumptum est ex* B. *Hieronym. in commentariis ad c. 1. Malachiæ in illis verbis,* & dicitis, in quo polluimus, &c.

c ¶ Maledicam.] *Apud eumdem ad c. 2. sic habetur.* & maledicam, inquit, benedictionib. vestris, hoc est, quæ nunc meis benedictionibus possidetis: siue quidquid à vobis benedicitur, à me maledictum erit: & maledicam illis, subaudi, benedictionibus vestris: quoniam noluistis intelligere, quæ dicuntur, hôc est enim quod dicitur [non posuistis super cor.]

D ¶ Quoniam.] *Sumptum est ex eodem loco paulo inferius: vbi hæc leguntur*, vel certe, quia ad sacerdotes proprie mandatum est, verturtur benedictiones eorum in maledictionem: quando non benedicunt sanctis ex vero cordis affectu, sicut Isaac Iacob, & & Iacob patriarchis, & Moyses duodecim tribubus: sed per dulces sermones, & benedictiones decipiunt corda innocentium, & qui inique agunt, benedicuntur ab eis, adulanturque peccatoribus, dummodo diuites sint, atque eorum vitiis blandiuntur.

Item Fabianus Papa episcopis orientalibus, epist. 2.

¶ Non sacerdotum vitam, sed quæ docent, & ministrant considerare debemus.

C. LXXXV.

Significastis insuper plerosq; attẽdere, multos in ipsis honoribus ecclesiasticis nõ cõgruenter [1] viuere sermonibus, & sacramentis, quæ per eos populis ministrantur. O miseros homines, qui hos intuendo, Christum obliuiscuntur: qui & multo ante prædixit, vt legi Dei potius obtemperetur, quàm imitandi videantur illi, qui ea, quę dicunt, non faciunt: & traditorem suum tolerans vsq; in finem, etiam ad euangelizandum cum ceteris misit. Nam Apostoli talem consuetudinem non habuerunt, nec habendam docuerunt [k].

Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori, in epist. quæ incipit, [*Proposueramus.*]

¶ De eodem. C. LXXXVI.

[6] NOn quales sacerdotes Domini sint, sed quid de Domino loquantur, est vobis magnopere prævidẽdũ: nec in vicariis B. Petri Apostoli vobis est attendendũ, qui sint: sed quid pro correctione ecclesiarũ, quid pro salute vestra satagãt. Nec enim illos [1] inferiores dicetis Scribis, & Pharisæis sedentibus super cathedrã Moysi: de quibus Dñs præcepit dicẽs [Quæcumque dixerint vobis, obseruate, & facite: secundum opera vero eorũ nolite facere.] Ergo Imperator considera, si illos dixit audiendos, qui super cathedrã Moysi sedebant, quanto potius his, qui super cathedrã Petri residẽt, esse existimetis obaudiendũ?

Item Augustinus contra litteras Petiliani, lib. 2. c. 22.

¶ Sacerdotum immunditia, sacramenta non polluit.

C. LXXXVII.

[7] DOMINVS DECLARAVIT [m] in vno

nõ esse faciendũ: qa si mali sacerdotes sedẽtes super cathedram Moysi sunt audiendi, multo potius regentes cathedram Petri sunt audiendi.

l ¶ *Nec enim illos.*] Nota modum arguendi de malis ad bonos. de consec. di. 1. c. 1. j. 11. q. 1. sacerdotibus. s. dist. 21. submittitur [a].

a Hinc elicit qdã Petrũ esse maiorẽ Mose. arg. contra. 32. q. 4. quis ignoret.

Dominus declarauit.] Casvs. Petilian⁹ dicebat per prauum sacerdotẽ vera sacramẽta nõ cõferri nec cõfici, & hoc ꝑ quamdam suam qõnem nitebatur ꝓbare. Diuiditur ergo c. istud ĩ 5. partes. In j. parte Aug. reꝓhendit eũ de sua stulta qõne. In 2. parte ostendit apud malos sacerdotes vera esse sacramenta, & si nõ sint veri sacerdotes, cũ q̃ratur vtrũ sit verũ sacramẽtũ, & nõ vtrum sit verus sacerdos: & hoc probat exemplo Caiphæ, qui malus erat, & tñ prophetauit. exẽplo Pauli, q, verũ testimoniũ pessimi approbat. exemplo Dauid, q, Saulis sacrã vnctionẽ honorauit. In tertio ostẽdit qꝑ meritum conferentis nõ attẽditur in veritate sacramẽti. In 4. parte ostẽdit, qꝑ Optati hęretici sacrificiũ illis tm̃ nocuit, qbus vita sua non displicebat. In 5. parte refert gratias Deo de victoria quam habuit contra Petilianũ. Secũda pars incipit ibi, *Qui autem solo.* Tertia ibi, *Itẽ nos dicimus.* Quarta ibi, *Per hanc sententiam.* Quinta ibi, *Item gratias ago.*

5 Augustin. in homi. 50. de pœ. c. 13.

Matth. 23.

m ¶ *Dominus declarauit.*] No. quòd Aug. in hoc cap. improbat duas

6 Ansel. l. j. c. 75. Iuo p. 5 c. 18.

Matth. 23.

7 Alg. l. 3. c. 11. Iuo p. 2. c. 98. & 99.

Source : BIU Cujas

" Errores Petiliani. duas opiniones Petiliani: "q Petilianus dicebat, immunditiam malorum mundis obesse: Dicebat etiam, p mali sacerdotes non conferebant vel conficiebant vera sacramenta. Dicit ergo in 1. parte, p immunditia malorum bonis & mundis non obest. In 2. ponit quãdam obiectionem Petiliani, quæ non tangit propositũ, & eam soluit. In 3. ostendit p sacramenta si in forma ecclesiæ conferãtur à quocumq;, vera sunt: & hoc ostẽdit triplici exẽplo Caiphæ, apl'i, & Dauid. In 4. ostẽdit p quales sunt q sacramẽta accipiunt, talia sunt eis ipsa sacramẽta. In 5. infert duplicẽ conclusionem contra duplicẽ opinionẽ Petiliani, gratias agens Deo q acqeuit Petilianus suis rõnib. Ioan.

" Zizania an à tritico seperãda sit

Psal. 131.

m ¶ *Dominus declarauit.*] " In parabolis đ zizania seperãda à tritico. 11. qu. 3. nolite. & de hœdis, vt 23. q. 7. c. 1. Vel declarauit sustinendo Iudam. 2. qu. 1. vnus ex vobis.

a ¶ *Cœtu.*] i. collectione Apostolorũ: vel Ecclesię, vbi sũt boni & mali. 32. q. 4. recurrat. Additio. De consec. dist. 4. est vnitas eccle siæ. Arch.

Tit. 1.

b ¶ *Petilianus dixit.*] obiiciẽdo. dicebat. n. malum sacerdotẽ nõ posse cõficere. q nõ est verus sacerdos: sicut nec laicus potest.

2 p̃t inferri ex hoc tex. & sua gl. p auctoritates Poetarũ & Gẽtiliũ tã in iure q̃ in causis p̃nt allegari. cõ cor. tex. in l. intãtum. cũ gl. fin. ff. de rer. diuis.

c ¶ *Baptisma.*] quasi hoc quærimus, & non illud. & ideo non valet obiectio, &c.

d ¶ *Sacramento.*] ordine & officio, sine iustitia. ar. contra. 40. di. si cut viri. Sed ibi agitur đ essentia sacerdotis: hic de qualitate.

" Epimenides Thebanꝰ sacerdos malus fuit.

e ¶ *Si non dat suum.*] i. si non sua, sed Dei: in forma, s. ecclesiæ.

f ¶ *Item.*] " verba sunt Epimenidis illiꝰ Thebani sacerdotis, q malꝰ fuit: & Apost. sumit eadẽ verba ĩ testimoniũ ĩ epistο. ad Titũ[a].

a Cap. 1. de hoc ẽt not. 37. dist. turbat. ibi videas. Arc.

g ¶ *Si ergo.*] & verum est supple: & ideo approbemus.

h ¶ *Habet.*] ar. p testimonio alicuius, q nõ est bonꝰ, vt credatur testimonio in quo verum dicit, & si in aliis mẽtiatur. ẽ. di. 37. turbat. & ca. si quid. sed contra 3. q. 9. pura.

†al. vobis.

3 Eod. l. c. 35.

i ¶ *Verum.*] q. d. non: & ita ñ quicũq; verũ đt, verax ẽ. 22. q. 2. hoies.

k ¶ *Violatis.*] i. violanda esse creditis.

4 Ibid. c. 47.

l ¶ *Sacrilegium.*] quasi comprobare schisma vestrum videamur. ex eo q đ sacramenta vestra nõ reprobamus.

m ¶ *Si non habebat Saul.*] quẽ Dominus elegerat & fecerat Regem, i. fieri iusserat, vt j. 8. q. 1. audacter.

5 Ibid. c. 48. 1. Reg. 10 & 24.

n ¶ *Panniculum.*] quã do præcidit chlamydem vestimenti sui, vt 2. q. 7. c. plerumq; obiicitur. §. de his. & §. item opponitur.

o ¶ *Omnia munda mundis.*] iuxta illud: *Qui manibus sordes operum prius abluc sordes. Intus te munda: quia mundis omnia munda.*

cœtu [a] hominum eadẽ sacramenta sumẽtium, aliquorũ immunditiam mundis obesse non posse. *& infra.* ¶ Petilianus dixit [b]. Aut si quisquam carmina sacerdotis memoriter teneat, numquid inde sacerdos est, quod ore sacrilego carmen publicat sacerdotis? Augustinus respõdit. Ita istud dicis quasi modo quæramus quis sit verus sacerdos, & non quid sit verum baptisma. [c] Vt enim sit quisq; verus sacerdos, oportet, vt non solo sacramento [a], sed iustitia quoq; induatur, sicut scriptum est. [Sacerdotes tui induãtur iustitia.] ¶ Qui autem solo sacramento sacerdos est, sicut fuit põtifex Caiphas per secutor vnius & verissimi sacerdotis, quamuis ipse non sit verax, qđ dat tamen verum est, si non det suum [c] sed Dei. *Item* [f] *paulo inferius.* ¶ Dixit quidem ex ipsis proprius eorum propheta. Cretenses semp mendaces, malæ bestię, ventres pigri [i] testimonium hoc verum est.] Si ergo [g] Apostolus nescio cuius alienigenæ testimonium, quia verum comperit, etiam ipse attestatus est, cur nos apud quẽlibet inuenerim[o], quod Christi est, & verum est, etiam si ille, apud quem inuenitur, peruersus, & fallax est, nõ discernimus vitium, quod homo habet [h], & veritatem, quam non suam, sed Dei habet? & dicimus, sacramentũ hoc verum est, sicut ille ait, testimonium hoc verum [i] est? Numquid ideo dicim[o], etiam ipse homo verax est, quia dicimus sacramẽtum hoc verum est? *& paulo post.* ¶ Vos autem necesse est, vt semper erretis, quamdiu propter hominum vitia, Dei sacramenta violatis [k], aut nos propter Dei sacramẽta, quæ in nobis† violare nolumus, etiã vestri schismatis sacrilegium [l] assumere putatis. *Item.* ¶ [3] Baptismi ergo puritas à puritate, vel immũditia conscientiæ, siue dantis, siue accipientis omnino distincta est. *Itẽ.* ¶ [4] Memento ergo sacramentis Dei nihil obesse mores malorum hominum, quò illa vel omnino non sint, vel minus sancta sint. *Item.* ¶ Quæro si non habeat Saul[m] sacramenti sanctitatem, quid in eo Dauid venerabatur? si autem habebat innocentiam, quare innocẽtem persequebatur? Nam eum propter sacrosanctam vnctionem & honorauit viuum, & vindicauit occisum. Et quia vel panniculum [n] ex eius veste præscidit, percusso corde trepidauit. Ecce Saul non habebat innocentiam, & tamen habebat sanctitatem, non vitæ suæ [A] (nam hoc sine innocentia nemo potest) sed sacramenti Dei, quod & in malis hominibus sanctum est. *Item.* ¶ Nos dicimus tale cuique sacrificium fieri, qualis accedit, vt offerat, & qualis accedit, vt sumat: & eos de sacrificiis talium manducare, qui ad illa tales accedunt quales & illi sunt. Itaq; si offerat Deo malus, & acciat inde bonus, tale cuique esse, qualis quisq; fuerit, quia & illud scriptum est [Omnia mũda mundis [o]] Per hanc sententiam veridicam, & catholicam etiam vos Optati [p] sacrificio [q] non estis polluti [r], si facta eius displicebant vobis. Nam vtique panis illius, panis luctus erat, sub cuius iniquitatib. Africa tota lugebat: sed panem luctu, omnibus vobis communem esse, omnium vestrum malum schismatis facit. *Item.* ¶ Gratias Deo, quia tandem confessus es posse valere inuocatum nomen Christi ad aliorum salutẽ etiam si à peccatoribus inuocetur. Hinc ergo intellige, cum Christi nomen inuocatur, non obesse aliorum saluti aliena peccata.

A ¶ Vitæ suæ.] *sequebatur*, sed vnctionis: *quæ voces absunt ab omnibus vetustis Gratiani exemplaribus, licet in codicibus etiam B. Augustini impressis legantur.*

Idem in psalmum 10. in vers. Iustus autem quid fecerit?]

¶ Etiam per malum ministrum dona Dei ad eos perueniunt, qui cum fide accipiunt. C. LXXXVIII.

[7] ¶ Christus quid fecit [s] vobis, qui traditorem suum tanta patientia pertulit, vt ei primam [t] Eucharistiam confectam manibus suis, & ore [u] suo commendatam, sicut ceteris [x] Apostolis, traderet? Quid vobis fecit Christus, qui eumdem traditorem suum, quem diabolum nominauit [y], qui ante traditionem Domini, nec loculis [z] Dominicis fidem potuit exhibere, cum ceteris discipulis ad prædicãdum regnũ

p ¶ *Optati.*] proprium nomen est, "& erat malus catholicus, vel hęreticus, scilicet occultus.

" Optatus malus fuit catholicus.

q ¶ *Sacrificio.*] "Hic patet p præcisus conficit, vt j. c. non nocet. & c. dictum. & de conse. dist. 4. non in vobis. præterea quæ esset ratio quare damnatus à Deo posset conficere q̃diu toleratur ab ecclesia, sed damnatus ab homine nõ? Dicas ergo p hęreticus excõicatus depositus p̃t hoc sacramentum & reliqua sacramenta ministrare, p capitula q̃ di xi. Quidam tñ contrarium dicunt [b] per id qđ est 24. q. 1. schisma. vbi dicit Pelagius, si veritate duce regimur, non est Christi corpus quod hęretic⁹ conficit. Item q̃a hoc sacramẽtum est sacramentum vnitatis, vt de conse. di. 2. q̃a passus. Item quia extra vnitatem ecclesiæ cõfici non potest, vt ẽ. e. extra ecclesiam. j. ea. sacerdotes.

" Sacerdos præcisus cõficere põt.

b Adde ad hoc de cõs. di. 2. quid si sanguis. ver. qualis. vbi de hoc.

Additio. Intellige oía ista vltimo allegata quo ad effectum sacramenti, vel qñ non seruãt formam ecclesiæ secundum Ray. q de hoc satis no. ĩ summa de hæret, §. item numquid, &c.

6 Ibid. c. 52.

r ¶ *Polluti.*] ar. non imputari socio peccatũ alteriꝰ si ei displiceat, dummodo eũ admoneat vt resipiscat, vt j. e. q. 4. c. 1. quod incipit, nullius crimen. & c. crimen. arg. 23. q. 4. recedite. 8. q. 1. q̃d autẽ. j. 11. q. 3. quod prædecessor. j. 24. qu. 3. si hẽs. 24. qu. 1. schisma. contra j. de conse. di. 1. in sancta. contra j. e. q. 5. c. 1. contra H.

Ti. 1.

Ibid. c. 54.

Christus quid fecit.] Casus. Probatur in hoc c. q̃ mali sacerdotes sunt tolerandi, & q̃ sacramenta sunt ab eis recipiẽda, hoc probatur exẽplo Domini, q Iudam tolerauit, & eum cum aliis discipulis ad prę dicandum misit. sequens c. patet.

7 Iuo par. 2. c. 105. Io. 13. 6. & 12

s ¶ *Christus quid fecit.*] qui signa patientiæ ostẽdit nõ nobis.

t ¶ *Primam.*] i. primo confectam Eucharistiam dedit. nam vna sola est, & ideo nõ est prima vel vltima. Vel sic, primam. i. vnicam & non plures.

u ¶ *Ore.*] cũ dixit, hoc est corpus meum. j. đ conse. dist. 2. accipite.

x ¶ *Cæteris.*] j. 23. q. 4. tu bonus. & ca. quàm magnũ. j. de cõse. dis. 2. cum omne. contra. Sol. sed ibi đ buccella panis, quam soli Iudę tradidit postea: hic đ corpore Christi, quod primo tradidit sibi, postea omnib. dedit.

Matth. 10.

y ¶ *Nominauit.*] vbi, nescio, sed credo quòd ibi, qui intingit mecum manum, &c. argu. inst. de exhære. lib. §. sed feminini.

c Ad idẽ 13. q. j. §. adhoc vbi đ hoc. s. q̃ sint sicut diaboli. de pœ. dist. j. §. hoc idẽ. Ar.

z ¶ *Loculis.*] arg. contra infideles seruientes quòd sint sicut diaboli. de pœ. dist. 1. §. hoc idem. [c]

Source : BIU Cujas

a *Non nocet.*]¶*Ad ecclesiæ.*]j. de conse. di. 2. ecclesiis, contra, sed illud quando forma seruata non est.

b ¶*Consecrationem.*]dum tamen cesset omnis pactio vel aliqua turpis promissio, alioquin execrata potius quàm consecrata dici debet, vt j. e. q. 4. ecclesia, sed hoc in odium consecrantis. nam reuera

a Dūmodo forma eccle się fuerit ser uata. ď cōs. dist. j. eccle- siis. qď ēt vī cōtra. Io. de Fant.

consecrata est[a].

SED OBIICITVR. Casvs. Nunc obiicit Grat. cōtra prædicta, & ita alternatim modo ex vna parte, modo ex alia allegando procedit in hac quæstione, & solutiones inferendo.

c ¶*sed obiicitur.*]respicit §. si ergo. s. prox. positum. Nam inducit ista lex c. quædam directe: quędam à sensu cōtrario ad probādum ꝙ malꝰ sacerdos non possit cōficere sacramēta, sed ibi resp. in seq. §. cum vita.

SA*cerdotes*]Casvs. Dicitur in hoc c. ꝙ non tm̄ verba: sed ēt merita sacerdotum concurrere debent, quia scriptū est, Nec maculā habens ad sacrificandum accedat.

1 Iuo par. 2. c. 110. Sequentia tria c. plana sunt, in quib. dr̄ ꝙ mundi debent esse sacerdotes qui pro aliis intercedunt, quia facilius exaudiuntur.

d ¶*Imprecantis.*]i, inuocantis p preces. H.

e ¶*Non vitam.*]quārū ad rem sacramenti. l. vt digne conficiant,

Leuit. 21. aliàs vita nō exigitur vt conficiant.

Additio. Sub. sed vt proficiant offerēti. j. e. cum vita. Arch.

f ¶ *Macula.*] mortalis

b Hic videas qď no. 51. di. de his. ī gl. vlt. iuxta fi. &ext. ď cel. mis. de homine. Arc. 2 Iuo par. 2. c. 69. & p. 6. c. 45.

peccati[b] ar. de conse. di. 2. quotidie. vel venialis, & tunc est consiliū. ar. di. 6. testamētum. H. Tamē hæc auctoritas ītelligitur de macula corporali, vt 49. dis. hinc etiā. & ita sophistice inducit §. non accedat. dum. n. æstuauerit in pectore precātis ignis alienꝰ q̄ esurit. & non satiat: non p̄t digne accedere ad altare. de pœ. 3. c. inter hæc hircum.

" Sacerdos quilibet ꝑ mortali peccato suspensus est quo ad se.

3 Iuo par. 2. c. 90. & p. 6. c. 110.

" Vnde notatur hic ꝙ q̄libet sacerdos ꝑ macula mortalis peccati suspensus est quo ad se, quo ad accipientes vero non, nisi vt notatur 32. dis. §. verum. & c. nullus.

I*Psi sacerdotes.*]

g ¶*Comedunt.*]i, oblata pro peccatis[c], "vel dicuntur comedere peccata populi, quia delent, & sic comedunt peccata populi ordinationib. suis. vel forte quia exemplo bonæ operationis, & verbo prædicationis corrigunt homines, & ita quantum in se est delent. 36. di. §. ecce. ver. ex quib. solus enim Deus delet peccatum. i.

c sic j. q. j qa " Sacerdotes comedunt peccata populi.

d Vt s̄. e. q. vt euidēter.

peccati reatum[d], sacerdos pœnam infligendā pro peccato orationib. minuit[e] propter quod peccatum delere dicitur. 13. q. 2. animæ.

e Vt 13. q. 2. animæ. H. Vel illi dicūtur comedere peccata populi, qui de suis possunt sustentari, & tamen percipiunt de ecclesiasticis. 12. q. 2. illud. cum habenti dare, &c. 1. q. 2. pastor.

h S*Acrosancta.*] i. religiola sacramentorum reuerentia. vel. i. Eucharistia, vel quodlibet aliud sacramentum. s̄. e. ventum.

i ¶*Consecrationem.*]quam diuinum ministerium fecit, non ministri administratio, vt j. de conse. dist. 4. non est aqua.

k ¶ *Aduenit.*] Aduenit quidem magis ad conficientis detrimentum, quàm ad salutem. vt de conse. dist. 2. c. & sancta.

l N*Ecesse est.*]¶*Vasa.*]i. subditorum animas, quia Dominus in eis sedet[f]. vt 23. q. 4. Nabuchodonosor. 23. q. 5. si Paulus. quorum f al. iacet sanguis requiritur de manibus nostris. 43. dist. Ephesiis.

m ¶*Ad interiora.*]i. spiritualia & cælestia. Vel dic, i. ad vitia: & tunc dic per ducendas vapulaturas à primo mācipio gehennę. 40. di. si Papa. †al. aduocatus †al. etiam

cælorum misit, vt demonstraret dona Dei peruenire ad eos, qui cum fide accipiunt, etiam si talis sit, per quem accipiunt, qualis Iudas fuit?

Item Gregorius.

¶Sacramentis, episcopi malitia non nocet. C. LXXXIX.

NOn nocet malitia episcopi neque ad baptismum infantis, neque ad ecclesiæ[a] consecrationem[b]: quia baptisma à Deo datur, non ab homine venit. sic & Eucharistia & omnia, quæcumq; in altari ponuntur, non ab homine, sed à Deo sanctificationem accipiunt.

Sed obiicitur[c] illud Hieronymi in Sophoniam, c. 3.

¶Nou verba, sed merita sacerdotum Eucharistiam faciunt. C. XC.

1 SAcerdotes, qui Eucharistiæ seruiunt, & sanguinem Domini, populis eius diuidūt, impie agunt in legem Christi, putantes Eucharistiam, imprecantis[d] facere verba, non vitam[e], & necessariam esse tantum solēnem orationem, &nō sacerdotum merita, de quib. dicitur [Et sacerdos, in quo fuerit macula[f] non accedet offerre oblationes Domino.]

Item Alexander, epist. 2.

¶Tanto facilius sacerdotes exaudiuntur, quanto apud Deum sunt digniores. C. XCI.

2 IPsi sacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedunt[g], quia suis precibus, & oblationibus ea delent, atque consumunt: in quanto digniores fuerint, tanto facilius pro necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur.

Item Gelasius Elpidio episcopo.

¶Non ad est sacramentis spiritus sanctus, quæ per criminosos ministrantur. C. XCII.

3 SAcrosancta[h] religio, quæ catholicam continet disciplinam, tantam sibi reuerētiam vendicat, vt ad eam quilibet, nisi pura conscientia, non audeat peruenire. Nam quomodo ad diuini mysterij consecrationem[i] cælestis spiritꝰ inuocatus †aduenit[k], si sacerdos, & †qui eum adesse deprecatur, criminosis plenus actionibus reprobetur?

Item Gregorius in regesto li. 1. epi. 24.[4]

¶Manus immunda, tacta inquinat, non mundat. C. XCIII.

NEcesse est, vt esse mūda studeat manus, quæ diluere sordes curat: ne tacta q̄ęq; deterius inquinet, si sordida ipsa stercoris† lutum tenet: scriptum namq; est [Mundamini, qui fertis vasa[l] Domini] Domini etenim vasa ferūt, qui proximorum animas ad interiora[m] †perducendas, in conuersationis suæ exemplo suscipiunt.

Item Augustinus libr. 50. homiliarum, homil. 26

¶Aeque seruandum est verbum Christi, & corpus Christi. C. XCIIII.

5 INterrogo vos fratres, vel sorores: dicite mihi, quid vobis plꝰ esse videtur, verbū Dei, an corpꝰ Christi? Si verum vultis respōdere, hoc vtiq; dicere debetis, ꝙ non sit minus verbum Dei, quàm corpus Christi. Et ideo, quanta solicitudine obseruamus, quādo nobis corpus Christi ministratur, vt nihil ex ipso de nostris manib. in terram cadat, tanta solicitudine obseruemus, ne verbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus, aut loquimur, de corde nostro pereat: quia nō minus reus erit, qui verbum[n] Dei negligenter audierit, quàm ille, qui corpus Christi in terram cadere[o] negligentia sua permiserit.

Idem lib. 4. de Trinitate, c. 14.

¶De eodem. C. XCV.

6 NEque[p] potest id rite[q] offerri, nisi per sacerdotem iustum, & sanctum, nec nisi ab eis accipiatur, quod offertur, pro quibus offertur[r], atq; id sine vitio[s] sit, vt pro vitiosis[t] mundandis[u] possit offerri. Hoc certe omnes cupiunt, qui pro se offerri sacrificium Deo volunt.

Cum vita[x] sacerdotum Eucharistiæ ne-

4 Et Past. p. 2 c. 2.

† al. insequens

n ¶*Verbum.*]i. "prædicatio, q̄ plures cōuertit, & plus facit compungi hominem, ita vt omnia peccata per eam tollātur. sed per corpus Christi tantū venialia tolluntur, vt de cōse. di. 2. iteratur. & cap. quotidie. & sic non ob. s̄. e. multi.

I *Vbemus.*] Casvs. Dicitur in hac l. q ſi quis honorem habens ſine adminiſtratione poſſeſſor alicuius decurio vel colonus reipub. ab aliquo iudice fuerit concuſſus, i. grauatus in pecunia: itẽ ſi iudex venalem tulit ſententiam: vel pretio pœnam impoſuerit vel remiſerit: vel aliqua ratione improbus repertus fuerit ante adminiſtrationem vel poſt poterit accuſari: & ſi conuictus fuerit, remouebitur.

c ¶*Iubemus.*] Ad hoc introducit has leges,

2 Tit. 6. vt oſtendat pari pœna multãdos qui prẽtio inducti impediũt fieri quod de iure fieri debet, & qui faciũt quod de iure fieri nõ deberet.

† *al. detigitur*

d ¶*Hortamur.*] Forte ſe temperat, ne videatur quem iubere accuſare inuitum. C. vt nem. inui. in rubro & nigro.

† *al. in ſimplum*

e ¶*Adminiſtrante.*] Si is talis ſit quem in ius vocari liceat. Sed contra. 2. q. 1. prohibetur. Sed illud de maioribus magiſtratibꝰ: hoc de minoribus. arg. ff. de iniur. nec magiſtratibus. & ff. de in ius vocan. l. 2. Vel hoc de perpetuo iudice. arg. ff. de re. cre. præfidis. & l. præced. in auth. vt dif. iud. §. ſi tamen. colla. 9. & hoc ne crimen eius inuitus remaneat, illud de temporali. Vel hic cum peccauit in ipſa adminiſtratione: ibi de eo qui extra adminiſtrationẽ commiſit. ff. de iud. l. 2. §. legatis. in auth. vt iud. ſine quoq. ſuff. §. ſi quis autem. coll. 2.

f ¶*Reportaturus.*] reportabit enim quadruplum. ĵ. l. prox. 12. quęſt. 2. cum deuotiſſimam.

Item in digeſtis, lib. 3. tit. de calumn. l. 1. [*Vlpianus lib. 10. ad Edictum.*] [2]

¶De eodem. C. CXXVII.

IN eum, qui vt calumniæ cauſa negotium faceret, vel non faceret, pecuniam dicetur † accepiſſe, intra annum vtilem [a] g, in quadruplum [h] eius pecuniæ, quam accepiſſe dicetur, poſt annum ſimpli † in factum actio competit. [i]

I N *eum.*] Casvs. Qui pecuniam accepit vt controuerſiam alicui cauſa calumniæ faceret, vel non faceret cum iure facere teneatur: intra annum tenetur in quadruplum, poſtea in ſimplum.

g ¶*Vtilem.*] à principio: poſt continuum. ff. de calum. annus.

h ¶*In quadruplum.*] in quo continetur rei perſecutio, vt tantum triplum ſit pœna, vt ff. eo. l. in hæredem. §. fi. & hoc eſt verum cum ipſe idem dat. nam ſi alius daret pro eo, tunc totum quadruplum eſt pœna: quia ille qui dedit, repetit pecuniam quam dedit. ff. de cal. ſi qs ab aliquo. huius autem quadrupli medietas dabitur fiſco, medietas ſpoliato [b]. b Ad hoc C. de aſſeſſ. l. 3.

i ¶ *Competit.*] Non ei qui dedit, cum turpiter dederit. ſed ei ad cuius læſionem data eſt, vt ff. de cal. l. & generaliter. §. illud erit.

¶*Innocentium.*] ſecus ſi nocentium. 16. q. 7. ſane.

¶*In hac, & ſequentibus legibus, quæ ex ff. citantur, repoſiti ſunt tituli ex vetuſtis exemplaribus Gratiani, quæ cum Pandectis Florentinis valde conueniunt.*

a ¶*Vtilem.*] *Hæc dictio non eſt in antiquis codicibus Gratiani, neque in Pandectis. ſed ob gloſſam non eſt ſublata.*

Ibidem lib. 47. tit. 13. l. 2. de concuſſion. Macer, lib. 1. publ. iud.

C. CXXVIII.

COncuſſionis [k] iudicium publicum [l] non eſt. Sed ſi ideo pecuniam quis accepit, quòd crimen minatus ſit, poteſt iudicium publicum eſſe ex ſenatuſconſultis [m], quibus pœna legis Corneliæ [n] teneri iubentur, qui in accuſationem innocentium [o] coierint, quiue ob accuſandum, vel non accuſandum, denũtiandum, vel non denuntiandum teſtimonium, pecuniam acceperint.

[*Ibidem, libr 48. tit. 11. ad leg. Iuliam repetund. l. 3. Macer lib. 1. publ. iud.*]

PALEA. C. CXXIX.

LEge Iulia repetundarum tenetur, qui cum aliquam poteſtatem haberet, pecuniam ob iudicandum, vel non iudicandum, [a] decernendumue acceperit [Venuleius Saturninus l. vel quo, eo. ti.] vel quo magis, aut minus quid ex officio ſuo faceret.

k ¶*Concuſſionis.*] "crimen concuſſionis eſt, cum quis minatur alicui niſi ita vel ita faciat. ĵ. 23. qu. 1. militare [c]. ff. de cõcuſſ. l. 1. & 2. l ¶ *Publicum.*] i. ordinarium, & hoc ſemper: vel non eſt publicum niſi cum quis pecuniam extorſerit, & hoc eſt quod ſequitur: ſed ſi ideo. Publicum eſt ad cuius accuſationẽ quilibet de populo admittitur, niſi infamis ſit, vt inſtit. de pu. in. circa princ.

"crimẽ cõcuſſionis.

c De hoc le. 1. & no. e. q. paratus. ĩ fi. ibi videas.

l ¶*Senatuſconſultis.*] Voluſiano & Libonia no. ff. ad l. Cor. de fal. l. 1. ff. ad l. Iul. de vi pu. ex ſenatuſconſulto.

m ¶ *Legis Corneliæ.*] "cuius pœna in libero homine eſt deportatio, in ſeruo vltimũ ſupplicium. ff. ad leg. Cor. de fal. l. 1. §. vlt.

"Pœna legis Cornel.

n ¶*Innocentium.*] ſecus ſi nocentium. 16. q. 7. ſane.

o ¶*Innocentium.*] Casvs. Dicitur hic & in legib. ſeq. q illi incurrunt crimen concuſſionis, & pœnam legis Corneliæ, quia aſpirãt in accuſationem innocentum: vel quia accipiunt pecuniam pro accuſando, vel eius cõtrario: pro teſtificando, vel eius contrario: pro iudicando, vel eius contrario, vel pro quolibet officio exercẽdo, vel non exercẽdo, ad quod gratis tenebantur. His intellectis per te caſus ſingularum legum ſingulatim pones: in quibus quandoque eadem repetuntur.

Idem eodem tit. l. 6.

¶De eodem. C. CXXX.

EAdem lege tenetur [p], qui ob denuntianũum, vel non denuntiandum teſtimonium pecuniam acceperit [a]. *& poſt pauca.*

¶ Lege Iulia repetundarum cauetur, ne quis ob militem legendum q mittendumue [r], æs accipiat, neue quis ob ſententiam in ſenatu, conſilioue publico dicendam pecuniam accipiat, vel ob accuſandum vel nõ accuſandum.

¶Macer lib. 1. pub. iud. l. 7. Lex Iulia de repetundis prẽcipit, ne quis ob iudicem, arbitrumue dandũ [s], mutandum, iubendumue, vt iudicet, neue ob non dandum, non mutandum, non iubendum, &c. neue ob litem æſtimandam [t], iudiciumue capitis, pecuniæue faciendum, vel non faciendum aliquid accipiat. *& infra.* ¶ Hodie ex lege Iulia repetundarum extra ordinem puniuntur: & plerumque vel exilio puniuntur, vel etiam durius, prout admiſerint. Venuleius, eodem titul. l. 6. Hac lege damnatus teſtimonium publice dicere, aut iudex eſſe poſtulareue prohibetur.

p *Eadem lege tenetur.*] quia reddit quadruplũ, & infamis efficitur. ff. ea. l. eadẽ. §. 1. hoc crimen etiam extraordinarie punitur. ff. eo. l. lex Iulia. §. fi.

q ¶*Legendum.*] id eſt, eligendum, vt eligatur qui non debet, vel contrarium.

r ¶ *Mittendumue.*] vt mittatur in legationem qui non eſt mittendus, vel non mittatur qui mittendus eſt.

s ¶*Dandum.*] puta non ad probandos fideiuſſores, vel loco iudicis recuſati.

¶ *Aeſtimandam.*] ne. ſ. æſtimet litem minoris vel maioris pro pecunia: quod qñque facere tenetur. ff. ad l. Aquil. proinde. §. notandum.

Source : BIU Cujas

Equitur.] Hæc est secunda quæstio, quæ diuiditur in duas partes, in quarum prima quæritur vtrum pro ingressu ecclesiæ sit dandum aliquid. & primo dicitur ℣ non. Secunda ibi, *Item opponitur.* Ioan. de Fant.

Casvs. Hic intitulatur 2. quæst. qua quæritur an pro ingressu ecclesiæ pecunia sit exigenda, vel exacta persoluenda.&certum est quòd nó:quia simoniacum est. Et primo probat per duas historias, de Anna, s.& Anania, ℣ pro ingressu ecclesiæ pecunia sit exigenda. Sed statim respondet Gratianus, quòd Anna nó fuit exacta, sed sponte quædam obtulit. Ananias vero non ideo damnatus est, ℣ sua nollet conferre, sed quia fuit mẽtitus.

1.Reg.1. a ¶ *Sequitur.*] Hæc quæst. non habet quæstionem. extra de sim. cum in ecclesiæ, melius extra ea. veniens.

Act.4. & melius ext. ea. quoniam simoniaca. "Vñ nec ante nec post potest peti aliquid, vt ẽ. ea. q. 1. eos qui. & j. e. q. 3. si quis præbẽdas.

" Petẽdum nihil est ℣ ingressu monasterij.

Act.5. nisi forte monasteriũ ita esset tenue, quòd non posset prouidere ei. tũc enim bene posset dici ei (nec esset simonia) bene recipere muste si haberemus[a] possessiones vñ possessores subsistentari. arg. j. ea. si qs propter hoc. Hoc tamen videtur reprobare illa constitutio, quoniam simoniaca. quòd prætextu paupertatis possit peti pecunia. Io. Quidquid dicat Ioan. si sic dicatur, simonia est, vt videtur expresse dicere decretalis ext. de simo. quoniam simoniaca. B.

a Al. haberes, scdm L.

b ¶ *Multitudinis.*] 12. q. 1. c. 2.

c ¶ *Aliter.*] Hoc non est verum: sed allegando dicit hoc.

1 Et in Vuormac. c. 3. fere idem.

d ¶ *Sponte.*] quod licet 19. q. 3. si qua mulier.

e ¶ *Ex parte.*] ar. quòd nó debeat quis communicata reuocare. j. de pœ. dist. 3. sunt plures. 16. quæst. 4. sunt qui opes.

2 Bur. l. 3. c. 37. Iuo p. 3. c. 42.

Placuit.] Casvs. Statuitur in hoc cap. vt pro consecrandis ecclesiis episcopi nihil exigant à patrono, & præcipue si pauperes fuerint: sponte recipi. sc. ℣ tantũ oblatum ab eis

b Et ita hẽs vnũ casũ, ĩ quo munus à manu ꝑt operib[a] spiritualib[a], ad quæ ꝑtinet, nihil exigatur ab illo. Hoc tamen vnusquisque episcoporum meminerit, vt non prius dedicet ecclesiam nisi dotem

A ¶ Acceperit.] *In Pandectis sequitur versiculus,* Hac lege damnatus. *qui reponitur in fine huius capitis.*

QVÆSTIO II.



Equitur a *secunda quæstio, qua quæritur, an pro ingressu monasterij, pecunia sit exigenda, vel exacta persoluenda. Hoc vtrumque licite fieri, vtriusque testamenti serie comprobatur. Legitur enim in 1. libro Regum, quòd Anna detulit secum Samuelem, postquàm ablactatus fuerat, in trib. vitulis, & tribus modiis farinæ, & amphora vini ad domum Domini in Silo.* ¶ *In actibus vero Apostolorum legitur, quòd multitudinis* b *credentium erat cor vnum, & anima vna: nec aliquid eorum, quæ possidebant, quisquam proprium esse dicebat: sed erant illis omnia communia, & singuli vendebant prædia sua, & ponebant pretia eorum ante pedes Apostolorum: quorum vnus, Ananias nomine, dum partem sibi reseruaret, cũ vxõre sua Sapphira, sententia maledictionis accepta, ante pedes Apostoli cecidit mortuus.* ¶ *Hinc liquido apparet, quòd ingressuri monasterium sua debent offerre rectoribus: nec aliter* c *sunt recipiendi, nisi sua obtulerint. Sed aliud est sua sponte offerre: aliud, exacta persoluere. Anna mater Samuelis non exacta, neque petita, sed sponte* d *munera sacerdotibus obtulit. Credentes sua sponte offerebant Apostolis, vt indigentium necessitatibus deseruirent, quæ instante persecutione infidelium, eis possidere non licebat. Ananias quoque nõ ideo damnatus est, quia sua nollet offerre: sed quia spiritui sancto mentitus pretia eorum, quæ Apostolis obtulerat ex parte* e *fraudabat. Non ergo his auctoritatib. permittitur rectoribus ab ingressuris aliquid exigere sed sponte oblato suscipere: quia illud damnabile est, hoc vero minime.*

Vnde in concilio Bracharensi, 2, cap. 5. legitur.[1]

¶ Pro dedicandis ecclesiis nihil exigatur. C. I.

[2] Placuit, vt quoties ab aliquo fidelium ad consecrandas ecclesias episcopi inuitantur, non quasi ex debito f mun9 aliquod g à fundatore requirant: sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuatur: si vero aut paupertas illum, aut necessitas retinet, nihil exigatur ab illo. Hoc tamen vnusquisque episcoporum meminerit, vt non prius dedicet ecclesiam, nisi antea dotem h basilicæ & obsequium ipsius per donationem chartulæ confirmatum † accipiat. Nam non leuis culpa est ista temeritas, si sine luminariis, vel sine substantiali sub stẽtatione eorum i, qui ibidem k seruituri sunt, tamquam domus priuata, consecretur ecclesia.

Item Bonifacius vrbis Romæ episcopus scribit omnib. Caralitanæ ecclesiæ cœnobitis.

¶ Ab iis, qui ad conuersionem accedunt nihil est exigendum, nec pretio aliquis ad conuersionem est inuitandus. C. II.

Qvàm pio [1] mentis affectu, fratres charissimi, vestræ destitutioni Romana compatiatur ecclesia, vobis fortassis est incognitum: sed cognitori omnium non incognitum habetur. Dubitationi autem vestræ quod idoneum demus respõsum m, Deum testificor, ipsa quoque me dubitatio reddit anxium n, & ineptum. Nusquam † enim legimus Domini discipulos, vel eorum ministerio conuersos quempiam ad Dei cultum aliquo muneris interuentu o prouocasse, nisi forte de pauperum alimento p quis inconcinne q proponat, quorum r nulli, cuiuscumque professionis esset, victualia negabantur s. Scimus equidem, quòd omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum, à quo bonæ voluntatis donum accipit, qui sancto deliberationis arbitrio gratis Deo seruire disponit. Restat ergo, vt qui pro aliqua ecclesiastica susceptione munus accipit, donum Dei, quod à patre luminum descendere debuit, vendat: munus autem largiens importunus emat. Quid autem de diuini doni venditoribus, vel emptoribus consequatur, concludi necesse non est. ¶ Cauete ergo fratres, quàm sit ambiguum quod petiri nisi pactio, "nam & dando & honorando & loquendo possumus blandiri infidelibus vt conuertãtur c. H. Sed tu dic simoniacum esse, si pagano vel hæretico detur vt Christianus fiat. ext. de si. quereiam. Sed videtur contra, quòd cum me possim pecunia redimere, vt de pœn. dist. 1. medicina. videtur quòd & alium possim, & Silvester promisit omnibus munera qui vellent baptizari.

tur. collat. 1. j. 16. q. vlt. pie. & c. Frigentius. sed hic omissum fuit, & ideo est restaurandum. vel iam dederat prius, sed hic debet facere instrumentum. vnde si dotem non dedisset prius, nunc est compellendus, quia ibi fecit poni primarium lapidem, sicut in eo qui promisit reipublicæ pecuniam dare. ff. de pollic. l. 1.

i ¶ *Eorum.*] Pluribus ergo sufficere dj ecclesia, vt 7. q. 1. illud. & de consc. di. 1. hoc quoq;.

k ¶ *Ibidem.*] ar. " contra clericos, qui alibi quam in ecclesia sua morantur. ẽ. dist. 37. de quibusdam. contra. j. 16. q. 1. generaliter. j. 12. q. 2. concesso.

" Clerici in sua ecclesia morari debent.

† *al. confir-matam.*

Qvàm pio.] Casvs. Cũ quoddam monasteriũ longo tẽpore caruisset abbate, tandem monachi sibi abbatem de alio monasterio pauperrimo elegerũt: sed ille venire recusabat, vel monachi eũ nõ concedebant, nisi illi monachi suo pauperi monasterio aliqua conferrẽt. vnde præfati monachi consuluerunt Papam, si hoc eis liceret, quod penitus ℣ prohibet, docens exemplo Apostolorum neminẽ ad religionem, fidem, vel ecclesiæ regimen interuẽtu munerum debere accedere, cum sit simonia cum: quia nunquam à sanctis patribus talia perita fuerunt. Sed si electus ad eos sponte venerit, & omni pactione cessante, postea poterunt illi pauperi monasterio aliqua gratis offerre, & hunc casum ponit H. quem ego Bart. Brix. approbo magis quam casum Beneuen. qui breuior fuit.

† *al. Numquam*

l ¶ *Quàm pio.*] Quidã petebãt ab aliis vt darent eis abbatem ipsorum: sed hoc illi nolebant facere gratis, cum esset eis vtilis, & hæc est cõsultatio an eis liceret aliqd dare.

Iac. 1.

m ¶ *Responsum.*] Non dubitauit Papa quid iuris esset in quæstione, sed ironice hoc dicit.

n ¶ *Anxium.*] quia dubitatis vtrum ad Dei cultum quispiam interuentu muneris ℣ uocãdus sit, sed dubitandum non est, extr. de si. & si quæstiones.

o ¶ *Interuentu.*] j. 23. q. 4. debet. ẽ. 45. di. qui syncera, contra. Sed non videtur prohibe

Alius casus buerit, quæ sufficiat luminaribus, & substentationi eorum qui ei-ẽ ℣ operib. dem ecclesiæ sunt seruituri.

spũalib[a], ad f ¶ *Ex debito.*] arg. 1. q. 1. placuit. j. e. q. 4. ecclesia. ẽ. e. q. 1. statuimus. j. q. qs ñ tene 18. q. 2. Eleutherius. contra. Sol. ibi.

tur ex offi- g ¶ *Munus aliquod.*] aliud à conuiuio, vel à procuratione. in auth. de cio. 12. qu. 2. man. princ. §. illud. & in auth. vt nul. iud. §. nulli. sed bene illam exicharitatem. git [b] extra de si. cum sit, " alia non debet exigere, sed sponte oblascdm Ray. ta recipere potest. Vel potest dici ℣ & ilia quę consueuit percipere & Gof. propter procurationem, exigere potest quasi pro labore. arg. 12. q.

" Recipere 2. charitatem. vbi hoc diu obtinuit. 18. q. fi. seruitium.

licet q nõ li h ¶ *Dotem.*] immo nec primarium lapidem ponere debuit, vt j. de cet exigere. consc. dist. 1. nemo. in auth. vt deter. sit nu. cle. §. inuestigantes. gi-

p ¶ *Alimento.*] quod dabant Apostoli pauperibus conuersus. ẽ. versus princ. quæstionis. ver. sed illud.

q ¶ *Inconcinne.*] quia non competit oppositio.

r ¶ *Quorum.*] id est, quia eorum.

s ¶ *Negabantur.*] Arg. " ℣ anathematizato debet dari eleemosyna. ẽ. dist. 42. quiescamus. 11. q. 4. quoniam. 23. q. 4. debet. contra. Sed illud de iam catholico. 16. q. 1. si cupis. Sed contra. 5. q. 5. c. 2.

" Blandiri possumus infidelibus.

c Sub. vt in ꝑced. ca. secũdũ Io. de Fan. q istam gl. sequitur vt iacet.

" Eleemosyna dãda est anathematizato.

Source : BIU Cujas

a ¶*Pactio.*]non remouetur, niſi pactio inhoneſta. nam honeſta non remouetur. arg. 23. diſt. quaquam. 2. diſt. c. in ea ſynodo. argu. 18. q. 2. Eleutherius. extra de præb. ſignificatum. 16. q. 7. per lacios. ſ. diſt. 59. hoc ad nos. 7. q. 1. mutationes. hoc no. 8. q. 3. in ſumma.

b ¶*Conuentio.*]nomen conuentionis generale eſt. ff. de pact. l. 1. § 2.

c ¶*Poſtmodum.*] arg. "q licet poſt, quod non licet antea, vt ĵ. 8. q. 3. talia. & c. Artal dus[a]. Arg. quòd non licet ante [b], nec poſt, vt ſ̃. e. q. 1. eos. ad fi. & quòd licet ante quod non poſt, vt ſ̃. diſ. 4. in iſtis. 2. q. 6. quoties epiſcopi. & 8. q. 2. dilectiſſimi. ſ̃. ea. q. 1. eos. contra. Sol. ibi ex pactione datum fuit qd quid datum fuit, hic vero ex mera liberalitate vel gratia ſubſidij conceditur. extra de ſim. & ſi quæſtiones. Ioan.

"Licet poſt quod non licet ante.

a Concord. text. in l. qd ante. & l. ſe. ff. de his q̃ ĩ frau. cre.

d ¶*Subſidÿ.*]vel honoris, vt ĵ. e. q. 3. ex multis. & ff. man. ſi remunerandi. & certe hoc caſu idem eſſet ante & poſt. ſed hoc fit hic propter pręſumptionem vitandam. & hoc ſoluit contrarium. ſ̃. ea. q. 1. eos. ſed ex quo ambitio præceſſit, & petitio pecuniæ, nocere certe debuit ẽt poſt, vel gratia ſubſidij debuerunt percipere. arg. ĵ. ea. ſicut epiſcopum. in fi. à contrario ſenſu.

1 Anſ. l. 6. c. 91. Pann. l. 3. tit. 2. c. 7. Iuo par. 5. c. 109. Pol. l. 2. tit. 1. B. Gre. l. 4. epiſt. 44 & l. 12. poſt epiſt.

†*placiti*] Orig.

Sicut epiſcopum.] Casvs. Dicitur hic, quòd ſicut epiſcopus nõ debet aliquid accipere pro ordinatione: ſic diaconus nõ debet aliquid accipere ꝓ Euangelio quod legitur, vel notarius pro ſcriptura quam fecit ordinato in teſtimonium ſuæ ordinationis. Sed poſt negotium expeditum ſi quid ſponte offeratur, recipi poteſt.

e ¶ *Miniſter.*] i. archidiaconus, cum examinat vocando ordinandos. 24. diſt. quando.

f ¶ *Vocem.*] i. lectionẽ Euangelicam. extr. de ſi. c. 1. & ar. in ſuperiori palea. §. regulã, &c.

g ¶*Calamum.*]i. ſcripturam quam ordinatus recipit ab ordinatore, ne dubitetur de eius ordinatione, vt ĵ. 2. q. 1. legum. hoc olim H. Vel hoc intelligit cũ habet ſalarium de publico alias deputatum [c]. hoc tamen dico, quòd in collatione ordinis non eſt diſtinguendum an habeat ſalarium de publico, vel non: "nam dicit, quòd in collatione ordinis, nec pro labore, nec pro charta debet aliquid recipere, ſed epiſcopus procuret ita vt ſine muneris alicuius acceptione ſcribatur, nec tenetur lex in auth. de ſan. epiſ. §. 4. colla. 9.

c Adde ad hoc not. ĩ l. cũ multis. & ibi gl. C. de prin. ag. in re. lib. 12. "Notarius an ꝓ ſcriptura poſſit ab ordinato aliquid accipere.

h ¶*Ex ambientis.*]vbi enim cauſa non adeſt, vitium non imputatur.

Additio. Ad hoc 61. diſt. Neophytus. Archid.

AVCTORITATE. Casvs. Infert Grat. ex hoc c. quàm pio. quòd ſicut nullus eſt pretio inuitandus ad conuerſionem, ita nulli per pecuniam dandus eſt ingreſſus eccleſiæ. Idem probatur per hoc cap. proximum. Sed ſtatim contra hoc opponit per actoritatem Apoſtoli, & per c. ſequentia, per quę probat, quòd diuites non debent recipi, niſi offerant ſua eccleſiæ.

ſtis conſilium: quod quidem ſecundum veſtræ voluntatis propoſitum nulla inuenimus ratione confirmatum. Verumtamen, ſi veſtræ neceſſitati adeo eſt opportunus, quem reperiſtis †, dum tamen omnis abſit pactio [a], omnis ceſſet conuentio [b], nullaque veſtræ eccleſiæ fiat diſtractio, accedat, gratis Deo ſeruire incipiat, ſuique regiminis deuote geſtet obſequium: & poſtmodum [c] vos quaſi ſubſidij [d] gratia, aliqua ſuæ eccleſiæ munera largiri fratrum ſolatio Romana pmittit eccleſia.

¶ B. Thomas citat hoc caput 2. 2. q. 100. in fine articuli 3. et rem, quam ibi tractat, ſola huius capitis auctoritate conſtituit.

[*Vnde Vrbanus Papa in concilio apud Melfiam, cap.* 12.]

¶ De eodem. PALEA. C. III.

[1] NVllus abbas pretium ſumere, vel exigere ab eis, qui ad conuerſionem veniunt, aliqua pacti † occaſione præſumat. Regulam antiquam ſequens, nulli vnquam de ordinationibus aliquid omnino accipiendum eſſe conſtituo, neque ex datione pallij, neq; ex traditione chartarum, neque ex ea, quam noua per ambitionem ſimulatio inuenit, appellatione paſtelli. Quia [A] enim ordinando epiſcopo, Pontifex manum imponit, Euangelicam lectionem miniſter legit, confirmationis autem eius epiſtolam notarius ſcribit.

¶ In nonnullis vetuſtis exemplaribus, in quibus paucæ ſunt paleæ, habetur cap. hoc vſque ad verſ. Regulam. *Reliqua vero ſunt B. Gregorij locis indicatis.*

A ¶ Quia enim.] *In pleriſque exemplaribus, quæ habent hanc paleam, non ſunt iſtæ duæ voces. Verum apud B. Gregorium leguntur, quoniam pendet adhuc oratio, & coniungitur cum iis, quæ in ſequenti cap. afferuntur, hoc modo,* Quia enim ordinando epiſcopo Pontifex manum imponit, Euangelicam lectionem miniſter legit, confirmationis autem eius epiſtolam notarius ſcribit, ſicut Pontificem non decet, &c.

Item Gregorius in Regeſti lib. 4. epiſtol. 44 ſiue c. 88. in ſynodo Romæ habita.

¶ Ab ordinando non debet aliquid exigi, ſed nec voluntarie oblata reſpui oportet. C. IIII.

i ¶ *Conuerſionem.*]i. fidem & cultum Dei. 61. diſt. §. his omnibus.

ITEM OPPONITVR. Hæc eſt 2. pars q. in qua probat, ꝙ diuites non debent ſumere partes de bonis eccleſiæ, quod intelligitur de illis qui corporaliter non ſeruiunt eccleſiis, & hoc probat per quattuor auctoritates ſanctorum patrum. Ioan. de Fan.

[2] SIcut epiſcopum non decet manum, quam imponit, vendere, ita miniſter [e], vel notarius non debet in ordinatione eius vocem [f] ſuam, vel calamũ [g] venumdare. *& paulo poſt.* ¶ Is autem, qui ordinatus fuerit, ſi non ex placito†, neque exactus, neq; petitus, poſt acceptas chartas, & pallium, aliquid cuilibet ex clero, gratiæ tantummodo cauſa, dare voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus: quia eius oblatio nullam culpę maculam ingerit, quæ non† ex ambientis [h] petitione proceſſit.

Auctoritate Bonifacij patenter oſtenditur, quòd ſicut nullus pretio eſt inuitandus ad conuerſionem [i]: ita nulli, pecuniæ interuentu, eccleſię largiri oportet ingreſſum. Auctoritate vero Gregorij datur intelligi, quòd pro ingreſſu eccleſiæ non licet pecuniam exigere, ſed ſpontanee oblatam licet ſuſcipere.

2 ¶ *Item opponitur* [k] *illud Apoſtoli, 1. ad Timotheum, c. 5.*

C. V.

VIduas honora [l] quæ vere viduæ ſunt [m]. [*Quæ autem non ſunt vere viduæ, id eſt, quæ ſuis, vel parentum opibus ſubſtentari poſſunt, non recipiantur* [n],] *vt eccleſia ſufficiat* [o] *iis, quæ vere viduæ ſunt.*

¶ Caput hoc in multis vetuſtis codicibus eſt coniunctum ſuperiori.

Item Hieronymus ad Damaſum Papam.

¶ Infra etiam 16. q. 1. c. fi. citatur ex Hieronymo. Ac ſimilia habentur in regula monachorum ex dictis Hieronymi, in c. de paupertate. & in gloſſa ordinaria ad c. 5. primæ ad Timotheum ex Hieronymo.

¶ Qui ſumptibus propriis ſubſtentari poteſt, ab eccleſia ſtipendia non accipiat. C. VI.

[3] CLericos autem illos conuenit eccleſiæ ſtipendiis ſubſtentari, quibus parentum, & propinquorum nulla ſuffragantur bona. Qui autem bonis parentum, & opibus ſuis ſubſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt, accipiunt [p], ſacrilegium [q] profecto committunt, & per abuſionem talium, iudicium ſibi manducant & bibunt.

Item Proſper de contemplatiua vita, lib. 2. cap. 9. & 10. [4]

¶ Quibus ſua ſufficiunt, eccleſiæ alimentis non ſubſtententur. C. VII.

k ¶ *Opponitur.*]ad id, quod dixit nihil exigendum ab ingreſſuris, quaſi dicat indifferenter omnes debent ſuſcipi, vt paſcantur de rebus eccleſiæ, exceptis talibus de quibus loquitur in cap. ſequen. [d]

2 ext. d fin. c. 1. Polyc.] Anſ.]ibid. Iuo]

Viduas honora.] Casvs. Præcipit hic Apoſtolus, vt eccleſia prouideat viduis: illis ſcilicet quæ parẽtum opibus ſubſtentari non poſſunt, vt circa pauperes plº abundent, diuites autem nõ recipiantur.

†*al. pacto* dQdloqtur de iam ſuſceptis, ſi de ſuſcipiẽdis, ſcdm Hug.

l ¶ *Viduas honora.*]"q debent ſumptibus eccleſiæ ſubſtentari [e], & vidua quandoque dicitur quę virum nondum habuit. ff. de ver. ſi. malum. §. viduam.

†*al. ex accipientis ambitu non proceſſit*] Orig. "Viduę sũt ſumptib. eccleſiæ ſubſtentandæ.

m ¶ *Quæ vere viduæ ſunt.*]i. quę ſicut à viris, ita & à rebus & amore mundi ſunt deſtitutæ.

e Vt 81. diſt. c. pe. & vlt. & 31. q. j. quo vñ expone, honora, i. d. ſumptib. eccleſię ſuſtẽta. Arc.

n ¶ *Non recipiantur.*] vt ſubſtententur ſumptibus eccleſiæ, niſi ſua dent eccleſiæ. 12. q. 1. illi. ſ̃. diſ. 42. §. 1. ſ̃. diſt. 47. ſicut.

o ¶ *Sufficiat.*]arg. "q non teneantur canonici ſuſcipere aliquẽ vltra quam facultates eccleſiæ ſufficiũt, vt de conſec. diſtin. 1. omnes. & extra de inſtitut. c. 1.

"ſuſcipiẽdº nõ eſt aliqs vltra facultates eccleſiæ

Clericos autem.] Casvs. Dicitur hic, quòd clerici, qui de bonis parentum ſubſtentari poſſunt, ſi aliquid accipiunt de bonis eccleſiæ, ſacrilegium committunt. Idem repetit in ſequenti capitul. Addit tamen, quòd pauperes accipiunt nõ peccata, ſed alimenta, diuites vero ẽcontra. & hoc c. pars eſt illius c. 16. q. 1. cap. quoniam quidquid.

3 16. q. j. c. fi.

p ¶ *Accipiunt.*] & in malos vſus conuertunt, & ſic intellige ſequentia capitula, cum ſcilicet male diſpenſant. ĵ. 12. quæſt. 1. illi qui.

4 In cõc. Aqſgr. c. 107. f Arg. 16. q. 1 generaliter. g Iſta ẽ ſnia Lau. q̃ ſeqtur Io. d Fãt. ar. op. 42. di. §. 1. 47. diſt. ſicut.

" Eccleſiæ ſtipẽdia nõ ſunt diuitibus danda.

q ¶ *Sacrilegium.*] argument. " quòd ſtipendia eccleſiæ non ſunt danda iis quibus propria ſufficiunt, vt 12. quæſt. 1. illi qui. argum. extra de ſimon. cum ſit Romana. nec vlla eccleſiaſtica. argum. contra. 12. quæſt. 2. charitatem. ff. de reg. iur. ſecundum naturam. Sol. quod hic dicitur, exhortatio eſt, non præceptum. vel de his loquitur qui occaſione patrimonij ampliãdi quod habent, ſe à diuinis ſubtrahunt obſequiis, quibus ſe abſentantibus dandum non eſt [f]. Vel dic de quarta pauperibus debita, quæ dari prohibetur abundantibus. Panis enim egentium, &c. vt ĵ. 14. q. 5 c. 2. & in ſumma. Si abundantes de bonis eccleſiæ ſuſcipiunt, ſiue abſentes, ſiue præſentes ſunt, licet non debet eis denegari portio, quia nemo cogitur ſuis ſtipendiis militare, mortaliter tamen peccant [g], præſertim ſi ex cupiditate ſua reſeruant. infra ead. §. verum. cum cap. ſequenti. [h]

h *Dic ſi ſint tales hñtes pñmonium amplũ q bñ dilpẽãt dãdo paupibº & aliis, qbº debẽt dare. talespñt bñ hre ſtipẽdia eccleſiæ. ar. 12. q. 1. illi q.*

Source : BIU Cujas

Prosper ibid. c. 10.

a ¶ *Pastor ecclesiæ.*] ¶ *Pauper.*] Panis egentium vita pauperis est: qui fraudat illum, homo sanguinis est, vt j. 14. q. 5. ca. 2. & 3. q. 1. nulli.

VERVM. Casvs. Cõcludit Gratianus ex supradictis, q relinquẽtes ꝓpria ꝑ Deo, sunt recipiendi, alij vero non: sed Hieronymus intellexit de susceptis iã in ecclesia. q non debẽt alij de bonis ecclesiæ, si aliunde hñt. vñ dicit Gratianus non recte procedere.

Oseæ 4.

b ¶ *Suscipi.*] i. suscepti alimẽti. non. n. tũ de suscipiẽdis loquitur.

c ¶ *Petrus.*] nõ vr̃ competere exẽplũ de Petro, q fuit pauper piscator, & ita reliquit paupertatẽ tãtum ꝓp amorem Dei, & sic faciũt multa templarij, & hospitalarij hodie, & quasi omnes religiosi: sed Petrus seipsum abnegauit.

Matth. 4. Luc. 19. Act. 4.

"Petrus pp Christũ seipsum abnegauit.

SIq s.] Casvs. Hoc c. diuiditur ĩ duas partes. In prima reprehẽdit illos q propria retinentes ideo viuunt in collegiis, vt suis sumptib. parcãt, & vt pauperes & aduenientes nõ recipiãt. In 2. parte reprehẽdit illos, q iõ alius se ꝓferũt, qa in suo ingressu monasterio plus ceteris contulerunt. Secũda pars incipit ibi, *Quod si.* Seq. §. patet.

2. Et ĩ cõcil. Aqsgr. ibid.

d ¶ *Vt quid.*] 12. q. 1. expedit. 23. q. 7. qđ autẽ. 12. q. 1. illi autem. §. 1.

e ¶ *De peccatis alienis.*] id est, de oblatis pro peccatis aliorum.

f ¶ *Velut pro ipsa expensa sua.*] an aliquem posse dare ecclesiæ de propriis, ꝓ sua sustẽtatione. H. "hoc nõ est verum nisi illud fiat sine peccato, vt ext. de simo. tua. nec excusat paupertas, vt extr. ea. quoniam simoniaca.

"Ecclesiæ dare aliqua ꝓ sua sustẽtatione nemini licet.

g ¶ *Iactãtia.*] nã nocet iactãtia. 6. q. 1. imitare.

h ¶ *Perfectior.*] i. expeditior ad seruiendum Deo est.

†al. & i ¶ *Expoliat.*] nam tũc dr̃ in eo manere spiritus sanctus, cũ volũtariam diligit paupertatem. de pœ. di. 2. ꝙrendum. diuites tamen cum bonis, &c. 30. distin. hoc scripsimus.

SAcerdos.] Casvs. Dñt hic, q clerici, q bona sua parẽtibus vel pauperibus ecclesiis reliquerunt, vel q à nativitate sua pauperes fuerunt, viuere debẽt de bonis ecclesiæ. & ꝓbatur auctoritate Apostoli dicẽtis: Qui in sacrario, &c. licet Apostolus noluerit de Euangelio viuere: sed suis manib. vi-

§ Et ĩ Aqsgr. c. 108.

PAstor ecclesię iis, quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare, quando nihil aliud sit, habẽtibus dare, quàm perdere. Nec illi, qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, vnde pauper [a] victurus erat, accipiunt. De clericis quidem dicit per prophetam spiritus sanctus [Peccata populi mei comedunt.] Sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta, quibus indigere videntur, accipiunt: ita possessores non alimenta, quibus abundant, sed alienа peccata suscipiunt.

Verum his auctoritatibus prohibentur ab ecclesia suscipi [b] *non illi, qui quondam fuerunt diuites, postea vero omnia relinquerũt, vt Petrus* [c], *& Matthæus. & Paulus, aut pauperibus distribuerunt, vt Zachæus, aut ecclesiæ rebus adiunxerunt, sicut illi, qui prędia sua vendentes ponebant pretia ante pedes Apostolorum, vt essent omnia communia: sed illi, qui in domibus parentum residentes, vel sua relinquere nolentes, ecclesiasticis facultatibus pasci desiderant. De quibus in eodem libro Prosperi, c. 10. subinfertur* [2].

¶ Qui sua relinquere non vult, non debet sumptibus ecclesiæ substentari.

C. VIII.

SI quis propter hoc non vult sua relinquere, vt habeat vnde viuat, vt quid [d] accipit vnde rationem reddat? vt quid peccatis alienis [e] sua multiplicat? *Idẽ ibidem paulo superius.* ¶ Non est meum dicere, quali peccato cibos pauperum præsumendo suscipiunt, qui ecclesiam, quam iuuare de propriis facultatibus debuerant, suis expẽsis insuper grauant, propter hoc fortassis in congregatione viuentes, ne aliquos pauperes pascant, ne adueniẽtes excipiant, aut ne suum censum expensis quotidianis imminuant. ¶ Quòd si aliquid de fructibus suis ecclesiæ, velut [f] pro ipsa expensa sua contulerint, nõ se præferant inani iactantia [g] illis, quos nihil habentes pascit, & vestit ecclesia: quia perfectior [h] est ille, qui se mundi rebus expoliat [i], aut †qui cum nihil habuerit, nec habere desiderat, q̃ ille, qui ex multis, quæ possidet, ecclesiæ aliquid præstat, ac se de eo, quod præstiterit, forsitan iactat.

Ecce, qui prohibentur ab ecclesia suscipi. Illi vero qui omnia sua relinquunt, vel pauperibus distribuunt, vel ecclesiæ rebus adiungũt, & ab ecclesia laudabiliter suscipiendi sunt, & eius opibus substentandi.

Vnde in eodem lib. c. 11. legitur [3].

¶ Qui sua relinquunt, vel pauperibus distribuunt, vel ecclesiæ rebus adiungunt, laudabiliter ecclesiastica dispensant. C. IX.

SAcerdos, cui dispensationis [k] cura commissa est, non solum sine cupiditate, sed etiã cũ laude pietatis accipit [l] à populo dispensanda, & fideliter dispẽsat [m] accepta: quia omnia sua aut parẽtibus [a] reliquit, aut pauperibus [n] distribuit, aut ecclesiæ rebus adiunxit, & se in numero pauperũ, paupertatis amore constituit: ita vt vnde pauperibus subministrat, inde & ipse tamquam pauper volũtarius viuat. Clerici quoq; quos paupertas aut voluntas, aut natiuitas fecit, cũ perfectione [o] virtutis, vitæ necessaria siue in domibus [p] suis, siue in cõgregatione viuẽtes accipiant: quia ad ea accipiẽda nõ eos habendi ducit cupiditas, sed cogit viuendi necessitas. *& infra c. 14.*

¶ [†] De talib⁹ dicere vr̃ Apostolus [Qui in sacrario [q] operantur, quæ de sacrario sunt, edũt: & qui in altario deseruiunt, cũ altario participant.] Qui nisi de hoc de contẽptoribus facultatũ suarũ vellet intelligi, nũquam secutus adiungeret: [Ita & Deus ordinauit his, qui Euangelium adnuntiant, de Euangelio viuere.] De Euangelio viuũt, qui nihil proprium habere volunt: qui nec habẽt, nec habere aliquid concupiscũt, nõ suorum, sed communiũ possessores. Quid est aliud de Euangelio viuere, nisi laborantem inde, vbi laborat, necessaria vitæ percipere [r]? Apostolus tamen, qui sic Euangeliũ prędicauit, vt nec de Euangelio viueret, sed necessaria sibi suis manibus [s] ministraret, de se confidẽter cloquitur [Ego autẽ nullo horum vsus sum [t].] Et quare hoc dixerit, secutus aperuit dicens [Expedit mihi mori magis, quàm vt gloriã meam quis euacuet.] Euacuari dicit gloriam [u] suam, si ab eis, quibus prædicabat, voluisset accipere vitę temporalis † expẽsam. Nolebat quippe in præsenti laboris sui fructũ, sed in futuro recipere.

[a] ¶ Aut parentibus.] *In aliquot manuscriptis Gratiani legitur*, Aut pauperibus reliquit. *in vetusto autem Prosperi codice, & in concilio Aquisgranensi legitur*, quia omnia sua aut reliquit, aut ecclesiæ rebus adiunxit. *Sed quoniam multa exemplaria Gratiani, & Prosperi habent vulgatam lectionem, nihil est mutatum.*

Item ex concilio Agathensi, c. 36.

¶ Iuxta meritum laboris, ecclesiastica stipendia sacerdotes distribuat. C. X.

CLerici omnes, qui ecclesiæ fideliter, vigilanterque deseruiunt [x], stipendia sanctis laboribus debita secundum seruitij sui meritum [y] per † ordinationem canonum à sacerdotibus consequantur.

Multorum [A] *auctoritatibus luce clarius constat, quòd ab ingressuris monasterium non licet pecuniam exigere, ne & ille, qui exigit, & ille, qui soluit, simoniæ crimen incurrat.*

[A] ¶ Multorum.] *In vulgatis codicibus huic* §. Multorum. *præponebatur hic titulus.* Item ex concilio Vrbani Papæ, habito Aluerniæ, *qui sublatus est, quoniam abest ab omnibus vetustis exemplaribus collatis, & in plerisque hic* §. *est initium sequentis tertiæ quæstionis.*

Sed

k ¶ *Dispensationis.*] j. 12. q. 1. c. expedit.

l ¶ *Accipit.*] id est, accipere debet.

m ¶ *Dispensat.*] i. dispensare debet tam sibi, quàm aliis, &c.

n ¶ *Pauperibus.*] qđ ei licet. 12. q. 3. c. 1. 2. & 3.

o ¶ *Cum perfectione.*] id est, expeditione ad seruiendum Deo.

p ¶ *In domibus.*] j. de conse. dis. 5. in omnib. cõtra. j. 12. q. 1. necessaria. cõtra. j. 12. q. 2. nobis. Sol. "hic loqtur de clericis indigẽtib. quib. tenetur prouidere sicut aliis pauperibus. isti tales accipiũt ab ecclesia: ñ qa clerici, sed quia pauperes. arg. canonicis licere beneficia diuidere, vt priuatim percipiant, quod in communi soliti erant habere, vt dist. 32. si qui vero.

"clericis indigẽtib⁹ est ꝓuidẽdum.

q ¶ *Sacrario.*] j. 13. q. 1. §. quia ergo. j. 16. q. 1. c. pen. & vlt.

r ¶ *Percipere.*] 12. q. 2. charitatem.

s ¶ *Manibus.*] j. 10. q. 3. cauendum. j. 21. qu. 1. clericus.

t ¶ *Vsus sum.*] ne ea occasione pseudoapostoli acciperent, & sic in prædicatione persisterent. nã ex quo videbant eum non accipere, verecundabantur & ipsi accipere.

Additio. De hoc legit. & not. 28. q. 1. iam nunc. in fi.

v ¶ *Gloriam.*] quã habeo apud Deum de hoc qđ ñ accipio, vel si acciperẽ cũ scandalo, vel vltra q̃ deberẽ, vel si prædicarem eo obtẽtu, vt acciperẽ.

4 In Aqsgr. c. 111. 1. Cor. 9.

a 8. q. 1. sunt in ecclesia, vel q̃ habeo ex eo, ꝙ malos ꝓ ꝑdicationẽ meã ad bonũ cõuerto. Hug.

x ¶ *Clerici.*] ¶ *Deseruiunt.*] etiã infirmi seruiũt. ext. de cle. ægro. c. 1. ff. de sta. li. cũ hæres. §. Stich⁹.

†al. corporalis.

y ¶ *Meritum.*] 12. q. 2. Vulteranę. & c. de reditib. sed j. 16. q. 7. c. 1. cõtra. sed ibi soluitur. Vel meritũ, i. vt presbyter plusquàm alij percipiat [b], vt dist. 74. consuluit. quod non est in alia societate. ff. pro soc. verum. §. sed cum tres.

b Sed cõtra 32. dist. ꝑter hoc. in fi. & hoc contra ẽt probat c. hic allegat. cõsuluit, vt ibi not. Arc.

†al. vel

Source : BIU Cujas

Sed adhuc obiicitur.] Casvs. Hic tractatur tertia q. in qua quæritur an ingressum ecclesiæ, vel præbendas emere sit simoniacum. Sed de ingressu ecclesię est expeditum in 1. q. Et certum est, q emere præbendam (secundum quod dicitur præbenda ius spirituale) simoniacum est: sed præbenda, i. fructus præbendæ emere non est simoniacum. Sed obiicit hic adhuc, q pro ingressu monasterij aliquid sit dandum: quia qui monasterium intrat, non religionem, sed stipendia emit. Et respõdet Grat. q simonia est, quia nõ solum emere spiritualia, sed spiritualib. annexa simoniacum est, & hoc probatur auctoritate Malachiæ prophetæ.

† hæ voces, *vel tribuunt* absũt à plerisque manuscr.

a ¶*Sed adhuc.*] Hic depingitur 3. quæst. an. s. ingressum, vel præbẽdas emere sit simoniacum. primum membrum expeditum est ꝛ. e. prox. q. secundum expeditur hic. " Not. q præbenda[a] dicitur quandoque ius quoddam spirituale[b] percipiendi ecclesiam, vel ipsam præbẽdam hoc modo emere simoniacum est. Quandoque dicuntur ipsi fructus præbendæ: quos emere non est simoniacũ, vt ext. ne præla. vices suas. c. vl. nisi quis forte emeret fructus ab initio suæ ordinationis, vel institutionis ī ipsa ecclesia, vt hẽat dum vixerit. arg. j. e. si qs obiecerit. & c. Saluator. tunc enim ita sunt annexa, vt q priuetur officio, priuetur & illis, vt 81. dis. si quis sacerdotum.

" pbẽda dr dupliciter.

a pbenda p le ꝓfana ẽ. Inn. Pã. Fel. c. cũ M. Fer. de const.

b ¶*Annexa.*] ar. quod idem iuris sit in vno cohærentium & connexorum, quod in altero. vnde qui priuatur officio, & beneficio, vt j. di. 28. decernimus. ꝛ. dis. 81. si quis sacerdotum. & c. eos. ꝛ. di. 50. studeat. contra. ibi de gratia, hic de rigore.

Bd istud iº nõ pñt duo recipi simul vno iure vacãte, ext. de pb. dilecto. Arc. B. ficio priuatur q priuatur officio.

c ¶*Qui claudat ostia.*] idest, q gerat officium ostiarij. " Vnde vr, q emere huiusmodi officiũ ostiarij, vel pulsandi campanas, sit simoniacum: cum illud spectet ad officiũ primicerij. 25. dis. plectis. quod concedo. " sed emere quamcumque administrationem rerum ecclesiæ, puta qđ det panem in refectorio, vel vinum, vel cuiuscumq; alterius rei, dicit H. simoniacum esse. ar. contra. ꝛ. e. q. 1. si quis episcopus. prope fi. & j. e. q. Saluator.

"simoniacũ ẽ emere officiũ pulsandi cãpanas.

" Emptio administrationis ecclesiasticæ est simoniaca.

c Rõ est, qa ñ pñsumitur, q ita fideliter administrat ī recõpẽsatiõe eiº qđ dedit. ar. ff. de pb. cũ đ indebito. Io. de Fan.

QVÆSTIO III.

Ed adhuc a *obiicitur, q qui ingressuri monasterium pecunias tribuunt, non propositum religionis, sed participationem stipendiorum ecclesiæ emunt. Temporalia ergo, non spiritualia ementes, nequaquam simoniaci habendi sunt. ¶His itaque respondetur. Non solam, qui spiritualia, sed etiam qui temporalia eis annexa*[b] *pretio accipiunt, vel tribuunt* † *simoniaci iudicantur. Vnde Malachias loquens ex persona Domini* [*Quis est, inquit, in vobis, qui claudat ostia*[c]*, & incendat altare meũ gratuito? Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus nõ suscipiam de manu vestra.*] *Ostia claudere non est sacri muneris officium, sed tantum sibi adiunctum.*

Item Gregorius scribit vniuersis episcopis Hispanis.

¶De iis, qui sacros ordines munerum acceptione dispensant. C. I.

AVdiuim[o] dilectissimi, quod nos audisse oportuit: sed audisse profecto non libuit: quosdam scilicet esse sacrorum ordinum professores, qui sub munerum datione, vel acceptione, Dei ecclesias, vel earum sibi beneficia vsurpant. Quod quidem scelus nos non iamdudum acriter correxisse vehementer admiramur. Iuste enim vterque corripiendus est, & à sanctæ liminibus ecclesiæ submouendus, & qui pro ecclesię ambitu munera largitur, & qui vt ecclesiam adeat, quidquam pręsumit accipere. Iste quippe donum Dei emere, hic autem præsumit vendere. A sacrilegio[d] quoque hoc facinus non dispar dixerim: cum id, quod sponte, & sacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, sub pecuniæ pactione causatur[e]. Quare fratres chariſſimi, quæ taliter facta sunt, curiose refellite, infecta prohibete, vestrisq; iussionibus resistentes digno anathematis vinculo percutere non dubitate.

Item Rothomagensi episcopo, & Gallicis omnibus.

¶De iis, qui ecclesias, vel ecclesiastica beneficia vendunt. C. II.

SI quis dator, vel acceptor, Dei ecclesias, vel ecclesiastica beneficia (quæ quidam præbendas vocant) sub pecuniæ interuentu susceperit, siue dando emerit, siue accipiendo vendiderit, à Simonis non excluditur perditione. Sed si perseuerãs fuerit, perpetua mulctetur damnatione. Nam qui sub religionis obtentu Deo famulari voluerit, si quid accipit, & meritum perdit, & beneficio accepto frustratur. Rationis ergo vigore cogitur, quod iniuste receperit, restituere[f], & quidquid turpis lucri gratia receperat, non tenere.

Item Gregorius vij. Papa li. 6. reg. in synodo, c. 4.

¶Ab officio suspendatur episcopus beneficia, vel ecclesiastica officia vendens. C. III.

[1]SI quis episcopus præbendas, archidiaconatus, præposituras, vel aliqua ecclesiastica officia vendiderit, vel aliter, quam statuta sanctorum Patrum præcipiũt, ordinauerit, ab ecclesiæ officio suspendatur[g]. Dignum est enim, vt sicut gratis episcopatum accepit, ita membra[h] eiusdem episcopatus gratis distribuat.

Item ex concilio Vrbani Papæ habito Aluerniæ.

¶Nec altaria, nec præbendas episcopis vendere licet. C. IIII.

QVæsitum est[i] de episcopis, qui altaria monasteriis data[k] frequenter redimi compellebant pecunia: quia quidam simoniacæ prauitatis vsus in Galliarũ partibus iam diutius inoleuit, vt ecclesiæ, vel decimæ (quæ vulgari vocabulo apud eos altaria nuncupantur) monasteriis datæ, sæpius ab episcopis sub palliata auaritia vendantur: mortuis nimirum, seu mutatis clericis, quos personas† vocant. Nos auctore Deo venalitatem omnem tam ex rebus, quàm ex ministeriis ecclesiasticis propellentes[2], hoc vlterius fieri auctoritate Apostolica prohibemus, sicut etiam præbendas omnes venumdandas interdicimus. Porro quæcumque altaria, vel decimas ab annis triginta[l], siis habere consueuerunt. Sequens c. patet.

d ¶*Sacrilegio.*] & crimine læsæ maiestatis. 15. q. 3. sane. 2. q. 1. ī primis.

e ¶*Causatur.*] i. in causam ducitur, vel pro cã, s. pro acceptione, vel datione pecuniæ sit: vel causatur, i. facit vñ causari, i. accusari dẽat.

SI quis dator.] Casvs. Dicitur hic, q simoniacus dator & acceptor Simonis perditione, & perpetuo anathemate si perseuerauerit damnatur, & quod iniuste acceptũ est, restituatur.

f ¶*Restituere.*] " Sed cui dices restituendã talem pecuniam? Videtur, q ei in cuius ig nominiam data est. 17. q. 4. si quis in atrio. 15. q. vlt. cum multæ. 27. q. 1. si quis rapuerit. ext. de sim. de hoc in auth. de san. epis. §. sed neque. colla. 9. & ext. de sim. audiuim⁹. Econtra videtur, q illi qui dedit eã, vt ext. e. veniens. Item videtur, q illa pecunia nõ debet remanere penes ecclesiam. cũ Petrus dixerit: Pecunia tua, &c. [d]Item quia si fisco competit persecutio eorum, quæ scelere conquisita sunt. ff. de iu. fil. Lucius. ff. de do. inter vi. & vx. cum hic statur. §. fi.

"Pecunia si moniaca cui est restituenda.

d ꝛ. e. q. j. Petrus. & c. q studet. & Act. 8.

1 Pol. l. 2. ti. 4

S[i] quis episcopus.] Casvs. Dr hic, q si quis episcopus beneficium, vel dignitatem ecclesiasticam simoniace contulerit, ab officio debet suspendi: quia iustũ est, vt qui gratis acquisiuit episcopatum, minora stipendia gratis conferat.

g ¶*Suspendatur.*] i. de ponatur. 83. dist. ca. 1. Vel dic, vt ꝛ. e. q. 1. qdquid.

h ¶*Membra.*] j. 3. q. 9. pura. ar. j. 12. q. 2. cognouimus. ꝛ. dist. 63. in synodo. ar. " est hic q idẽ iuris est in toto, quòd in parte: & in maiori, quòd in minori. 23. qu. 1. de forma. extr. de præ. maiorib. 95. dist. esto. ff. pro derelicto. l. 3.

"Ius idẽ est in toto qđ & in parte.

QVæsitum est.] Casvs. Cum quidam monachi Franciæ quasdam ecclesias ab episcopis haberent, & in illis presbyteros sæculares, toties eas redimere cogebantur, quoties pbyteri morte vel alia causa mutabantur, & ideo præcepit Papa, vt quas spatio 30. an. sub hac redemptione possederunt, amodo ea cessante, quiete possideant, saluo annuo censu episcoporum, quem ex eildẽ eccle-

† *al. personatus*

2 Adde idẽ eẽ ẽt p horib⁹ cõse quẽdis. phi bitũ em est. no. Bal. ī l. 1. & p tot. tit. ff. ad le. Iul. de amb.

i ¶*Quæsitum est.*] secundum H. casus talis est. Quidam episcopi contulerant ecclesias quasdam cum omni iure suo quibusdam locis religiosis, mortuis personis illarum ecclesiarum collatarum episcopi volebant in ecclesiis instituere clericos pro sua voluntate, nisi Abbates darent eis pecuniam. dicitur, quòd talis datio pecuniæ simoniaca est[e]. ar. ad hoc 17. q. 2. c. 1. Alij casus inutiles consueuerunt hic notari: quos omitto.

e Ex parte eporũ recipientiũ, monasteria tũ crimẽ simoniæ ñ incurrebãt, q ius suũ redimebãt, scđ H.

k ¶*Data.*] à prædecessoribus suis pro redemptione animarũ suarum.

l ¶*Triginta.*] propter quod credebant aliquod ius acqsitum episcopo, quia per xxx. annos & vltra recepit huiusmodi redemptionem

à mon

Source : BIU Cujas

à monasteriis:sed non est ita,quia furtiue recepit,& ideo non præ-
" Simonia nũqd committit dans pecuniã ꝓ spũalib⁹ ſi-
scripsit. "Item licet monachi singulis annis emerẽt ius instituendi, non tamẽ epis ex hoc fuit ius quæsitum instituendi.Et licet hic fuerit simonia ex parte episcoporum,non tamen ex parte monachorum:quia illi quod eorum fuit redimebant:quod licite facere pote
cutaccipiẽs rãt,vt dixi s.e.q.1.nullus.& sic simonia esse ꝓt ex vna parte,& nõ ex altera.Simile fuit i Giezi. sicut ẽt sponsalia possunt esse ex vna parte,& non ex altera. ext.de desp.impu.de illis. & plura similia notaui 32.q.5. ꝓposito.& licet episcopus peccet recipiẽdo pecuniam:tamen monachi non peccabant dando,vt 23.q.1. quid culpatur. Cõtrarium huic signatur. j. 16.q. 4. possessiones.sed nõ est contra,quia monachi licite q̃sierant ista altaria,vnde non habuerunt ea iure præscriptionis,sed ex iusta donatione.

& supra [a] sub huiuscemodi redẽptione [b] possediſſe monasteria noscuntur(quiete deinceps , & sine molestia qualibet eis possidenda firmamus.¶Saluo [c] vtique episcoporum censu annuo, quem ex eis dem altaribus habere soliti sunt.

¶*In summis capitulorum concilij Claremontensis habiti Aluerniæ (de quibus supra ad c. 1.dist.60.dictum est.)c.6.hæc leguntur,quæ ad caput hoc videntur spectare.* Vt altaria congregationib. canonicorum, vel monachorum per personas data, mortuis personis, libera redeant in manus episcoporum,nisi fuerint illis per eorum scripta,vel priuilegia confirmata.

Idem in concilio Placentino,c. 1.& 2.

¶*Antea legebatur* , Item Gregorius. *Sed in aliquot vetustis recte est*,Idem,*nimirum Vrbanus secundus:in cuius synodo hæc habentur.*

¶Quidquid data, vel promissa pecunia in sacris ordinibus acquiritur,irritum habeatur. C. V.

EA quæ à sanctis Patribus de simoniacis statuta sunt nos quoque & iudicio sancti spiritus, & Apostolica auctoritate firmamus. Quidquid ergo vel in sacris ordinibus,vel in ecclesiasticis rebus,vel data†,vel promissa [d] pecunia acquisitum est, nos irritum esse, & nullas vmquam vires habere censemus.

Item Augustinus de disciplina christiana,vel de dono disciplinæ,c. 1.

¶Quidquid possidetur,nomine pecuniæ intelligitur. C. VI.

TOtum [e] , quidquid homines possidẽt in terra,omnia,quorum domini sunt, pecunia [f] vocatur:seruus sit, vas,ager,arbor,pecus,quidquid horum est,pecunia dicitur.*& infra.*¶Ideo autem pecunia [g] vocata est , quia antiqui totum,quod habebãt, in pecoribus habebant.

Item Paschalis Papa.

¶Qui ecclesiastica beneficia emerit ecclesias quoque emere probatur. C. VII.

talis scriptura [d]. Prætium autem non consistit nisi in numero tantum, vt inst.de emp.& ven.§.item pretium.

S[i quis obiecerit.] Casvs. Quidam simoniaci excusabant se dicentes se non emere præbendas , sed fructus præbendarum: sed dicit Paschalis , quòd si quis pro temporali fructu pecuniam offerat sine quo ecclesiast. cum beneficium esse non potest, neutrum inuẽditum derelinquit, nec solum pecuniam , sed nec pastum vel pasillum ante vel post licet offerre.

[2] SI quis obiecerit nõ consecrationes emi,sed res [h] ipsas,quæ ex consecratione proueniunt, penitus [A] desipere probatur.Nam cũ corporalis [B] ecclesia , aut episcopus [i] ,aut abbas [k] ,aut tale aliquid sine rebus corporalibus in nullo [l] proficiat , sicut nec anima [m] sine corpore corporaliter viuit [n], quis quis horum alterum vendit , sine quo nec alterum prouenit , neutrum [o] inuenditum derelinquit. Nullus [c] igitur emat ecclesiã , vel præbendam, vel aliquid ecclesiasticum:nec pastellũ,nec pastum [p] antea,vel postea [q] pro huiusmodi soluat [r].

h ¶*Sed res.*] "non de rebus corporalibus, "Res spirised de iure spirituali tuales emi li cui cohæret officium,intelligitur.Vel nõ possunt. intellige de iure percipiendi res vel de re 3 Idẽ Host.i bus ipsi officio adhę- sum.de reb. rentibus , vel de re- ec.nõ al.i pr. bus consecratis,vt in Panor i.pœ. sindone. arg.17.q.4.si Decr. fol.4. forte.arg. j.qu.6.hæc col.4.Matt. quippe.j.16.q.2.ca.1. Affl.de iure §.vl.Vel intelligas de ꝓtom.co.72 rerum administratione [e].Et fit in hoc cap. [e]Sup hocvi de duobus mentio: de qđ le. & scilicet de consecra- no.s.e.§.his tione & administra- ita.Arc. tione ex ordine proueniente. & facit ad hoc 1.quæst.6.§.1.vel de iure [f] quo res ipsæ [f]Ista exposi percipiuntur.Vel hoc tio approintellige de rebus ip batur pBar. sis secundum Hug.& &Vin.ext.đ tunc quando quis teſt. constipromouendus est ad tutus. in gl. ecclesiam vel ordi- si in omni. nem fructus proue- iuxta fi. nientes iure ecclesiæ vel ordinis non licite emit perceptos vel percipiendos:tũc enim præsumitur emere ecclesiam vel ordinem. alio autem tempore emere non est peccatum,vt extr. ne prælati vices suas. capitulo tertio. 12. †*Lucio*]Anſ. quæstio. 2. alienationes.

i ¶ *Aut episcopus.*] id-est , dignitas episcopalis.

k ¶ *Aut abbas.*]id est, dignitas abbatialis.

m ¶ *Quia leuioris.*] " Cum enim sit singularis successor, mala fides defuncti nõ nocet successori. Secus si esset vniuersalis successor. C. de acq. pos. l. vitia. & ff. de di. & tem. præscr. an vitium. & l. cum hęres. purgatur ergo hoc vitium per successorem. sic ext. de fil. presb. ex transmissa. vnde dicit lex, ꝙ non videor vi possidere, si recipiam possessionem ab eo qui possidet, licet ille vitiose possideat, vt ff. vti po. l. si dño. etsi ext. de rest. spo. cum ad sedem. in fi. Io. Hodie tamen

ctissimi † [a] fratris, & coepiscopi nostri Ianuarij, & si ita se veritas habet, sicut eiusdem episcopi petitio continet, in ecclesia, atque in loco suo, modis omnib. idem presbyter reuocetur. Si autem dictum fuerit: quia contra ipsum causa aliqua mota [b], siue probata est, subtiliter ipso præsente [c], & pro se rationem reddente, quærendum est & genus causæ [d] & modus [e] probationis, vt ex hoc colligere valeas, vtrum adhuc in exilio [A] demorari, an certe in ecclesia sua, & officio suo debeat reuocari. ¶ De episcopi supradicti persona hoc statuendum est, vt si nulla contra eum criminalis causa, quæ exilio vel depositione digna est, mota siue probata est, is qui eo superstite episcopus perverse [f], ac contra canones in ecclesia eius ordinari præsumpsit, sacerdotio priuatus, ab omni ecclesiastico ministerio repellat [g]. Qui etiam eidem dilectissimo Ianuario fratri, & coepiscopo nostro tradendus est, vt ab ipso [h] in custodia habeatur, aut certe ab eo ad nos per omnia transmittatur. Episcopi vero, qui eum ordinauerunt, vel ordinationi eius consentientes interfuerunt, sex mensibus [i] Dominici corporis, & sanguinis communione priuati, agere pœnitentiam decernantur in monasterio, & supradictus Ianuarius loco, & ordini suo modis omnibus reformetur. Si vero cõmunione priuatis mortis contigerit imminere periculum, benedictio eis viatici non negetur. Si autẽ episcopi in præiudicium [B] condemnationis, vel depositionis memorati episcopi, se metu [k] iudicis consensisse, ac talia fecisse non sua sponte [l], fassi fuerunt, & tempus eis abbreuiandum est, & modus pœnitentiæ temperandus. Si vero ille, qui locum eius inuasit, de hac fortasse luce migrauit, & alter est ordinatus, quia leuioris † [m] culpæ videtur, cum nõ qua si isti superstiti, sed successisse defuncto videatur) episcopatus illi officium in illa ecclesia tantummodo interdicatur, vt in alia ecclesia, quæ sacerdote vacauerit, si electus fuerit possit esse episcopus, ad Malachitanam tamen ecclesiam numquam aliquo modo reuersurus [n]. ¶ Gloriosus autem Comitiolus, quidquid prædictus episcopus per violentiam, atque insecutionem ipsius expẽdisse, [o] vel damnum pertulisse dato sacramento [P] firmauerit, eidem episcopo restituere compellatur. † Si autem aliter, quàm antefati episcopi peritio continet, actum esse fortitan perhibetur, subtiliter quærendum est, & veritate cognita, cum Dei timore, quod iustitiæ ordo suaserit, iudicandum. ¶ Quia ergo Stephanus episcopus odio † sui quædam ficta, & de falsis se capitulis accusatum, neque aliquid ordinabiliter factũ, sed iniuste se asserit condemnatum, diligenter quærẽdum est primo, si iudicium ordinabiliter est habitum, id est †, si alij accusatores [q], atque alij testes fuerunt. Deinde causarũ qualitas est examinanda, si digna exilio, vel depositione fuit, si eo † præsente [r], qui accusatus est sub iure iurando cõtra eum testimonium dictum est, si scriptis actum est, vel si ipse licentiam respondendi, & defendẽdi se habuit. Sed & de spoliatus potest conuenire quemlibet possessorem condictione ex canone, vt ext. de rest. spol. sæpe contingit. Ba.

Additio. Ad huius gl. declarationem vide quod le. & no. & ext. de iud. quia V.

n ¶ *Reuersurus.*] arg. ꝙ dignitas non conualescit in inuasore, si ejectus moritur. ar. j. 21. q.1. relatio.

o ¶ *Expendisse.*] " de " Expensa expensis cõsueuit no tari ext. de pœ. calũniam. immo melius de dol. & contu. cum dilecti. sed hic aliqua adiiciam. Dico ergo, ꝙ omnes expensę soluuntur, quæ factę sũt in eundo & redeundo, ext. de ele. vt prę teritæ. etiam circa ad uocatũ. vt C. de iud. l. sancimus. & hoc obtinet cum victus succumbit victori: secus est si quis condemnatus, vt ī expẽsis cõdẽnetur, siue vincat in cãm tempore cõtumaciæ, principali, vt ext. de do. & cont. cum dilecti. illas tabulas expensas dico de ꝓperãdũ. §. ducendas, quas domi sinautẽ ex cõsueuit facere, vt ff. gestis. & sic ad exhi. sed & si. §.1. no. Inn. ext. & ff. de pe. hę. l. sed & lib. 6 de ap. si. §. quod autem. & ff. cordi. ī fi. A. de rei vend. si res. nec illas petit quæ casu fortuito factę sunt, vt 1 Iuo par. 6. ff. man. l. inter causas. c. 343. Pan. §. non omnia. Itẽ istæ l. 4 c. 82. expẽsę erunt mediocres, & non delicatæ, vt ff. de pig. ac. l. si ser uos. in fi. & ff. de dam. *ilj accusato* infe. inter quos. 1. §. 2. *res, alij testes fuerunt.* las prestabit quæ propter ipsam causam factæ sunt, vt ext. de se. po. & fructu. ad hoc. in fi. & solas necessarias non vtiles præstabit: vt extr. de eo qui mit. in pos. cum venis sent. in fi. Illud autem non obstat ei, ꝙ minores facere potuisset, vt ff. man. l. si quis, §. impendia. Item iudex prius taxabit expensas, quàm pro eis iuretur, vt 3.q.3. §. spatium. vers. quod fieri. & est istud speciale quod probatur aliqd proprio iuramẽto, & hoc ideo est: quia res talis aliter nequit probari. sic per sacramentum suum probat se aliquis perdidisse instrumẽtum suum, vt C. de fid. instr. l. vlt. eodẽ modo probat sibi res aliquas mobiles esse ablatas. C. vnde vi. si quãdo. ext. quod me. cau. c. vlt. "Hoc tñ teneas pro certo, ꝙ nullus in principali causa condemnatur in expensis postquam iurauit de calumnia, cum postea præsumatur bona fide litigare [c], vt ff. de leg. 2. qui solidum. & in hac opi. fuit Io. Cremonensis, & alij doctores legum. vnde dixit Bulgarus, exceptionem facit contumacia absentis actoris, & iusta ignorantia. Io. Et ita seruatur de facto in hac ciuitate Bononiensi. Sed in causa appellationis indistincte quilibet condemnatur, vt 2.q.6. omnimodo. Bart.

† *al. leuior culpa.*

† *al. condemnetur.*

† *al. in odio suo.*

† *al. aut si* " Iurm đ ca lũnia ꝑseruata cõdẽnatione expensarum.

† *al. aut si* " Contrariũ tñ tenẽt Pe. đ Bel. Cy. & Bart. in aut. gñaliter. C. de epi. & cl. & Bar. & Im. ī l. q solidũ. §. etiã. ff. de le. 1. & Bar. ī l. eũ quẽ temere. ff. de iudic. & l. 1. vers. venio, & c. ad turp. & I. A. in c. calũniã. de pœ. Idẽ tẽt Gul. de Cu. ī l. 3. ff. de iureiu. & Bal. ī d. aut. gñaliter. post Ol. dIdẽ t; gl. & ibi Pe. đBel. per. & Cy. ī l. si accusato rib. C. đ ac. Bar. ī l. 3. §. si plures. ff. de sep. vio. l; sit cõtra ext. đ col. det. c. 1. vbi de hoc. & ext. đ pur. ca. quoties. vbi đ hoc. A. e Istã gl. scq tur Al. đ Im.

p ¶ *Dato sacramento,*] si aliter nequit probare. C. vnde vi, l. si qñ. Io.

q ¶ *Accusatores.*] id est, accusator. nõ enim plures accusatores admittũtur [d]: quia posset esse, quòd vnus ꝓbaret, & alter deficeret in probatione, sed si plures sunt, iudex eliget magis dignũ, vt ff. de acc. l. si plures. tñ intantũ præiudicabit eis, ꝙ qui semel apparuerit inter accusatores, nõ potest postea in illa cã testificari, vt ext. de acc. c. cũ P.

r ¶ *Si eo præsente.*] Testes iurare debent præsente vtraque parte, vel altera per contumaciã absente. ext. de testi. in nomine Domini. sed testimonium non debent dicere coram partib. exemplo Danielis, qui solus secrete quærebat à testib. 2.q.7. §. his ita. ver. item Daniel. Ego credo, ꝙ quæcumque pars velit interesse interrogationibus [e], ꝙ potest, quia partes melius nouerunt quærere omnes circunstantias: &

Source : BIU Cujas

in l.is apud. col. 2. C. de eden. & add In. in c. per tuas. d testi. Sp. ti. d test. §. iam de interrogatoriis.

tias: & hoc ꝓbatur ff. de adul. si postulaueerit. §. q̃stioni. sed hoc sciãt partes, ꝙ q̃cũq; pars semel interfuit, amodo nõ ꝑt alios testes producere super illo articulo, vt ext. de testib. fraternitatis. in auth. eo. §. quia vero. col. 7. Io. Sed certe sicut testimoniũ dr̃ in secreto, ita & interrogationes fiunt in secreto, & dãtur in scriptis: & ita seruatur de facto. Barth. Brix.

a ¶ *Quærendum.*] Sed nõ vr̃ hoc modo esse quærendũ: cũ exceptio, q̃ testi est obiicienda, ante publicationẽ dẽat opponi, vt extr. de testi. pñtium. & q̃a non refert cuius opinionis testis sit, dũmodo eo tpe quo tulit testimonium, nihil fuit obiectũ testi, vt C. de testi. l. 1. Resp. reus bene obiicit, ꝙ testes tales nõ essent admittendi, sed iudex spretis istis exceptionib. admisit eos: vñ in hoc casu post sentẽtiam debet inquiri de opinione testiũ, vt ext. de testi. ex parte Adæ, vel reo absente fuerũt ibi testes inducti: & cum iudex de suo officio deberet inqrere de opinione testiũ, nõ quęsiuit.

"Exceptio testẽ q̃n obiiciẽda.

aAdde Bal. ĩ l. criminis. C. de ac. & Ale. de Im. ĩ l. ita demũ. col. 2. d ꝓc. bVt j. e. q. 7. quærẽdum.

h ¶ *Inimicitias.*] capitales, vt ext. de si. per tuas. & in aut. de testi. §. si quis vero odiosus. inst. de exc. tut. §. inimicitię. j. 3. q. 5. c. 2.

c ¶ *Ex auditu.*] j. q. 9. testes. tamen de auditu & de credulitate q̃ritur à teste, extra de testi. cum causam.

d ¶ *Specialiter.*] i. assignata causa scientiæ, vt no. 4. q. 3. §. sola.

e ¶ *Scriptis.*] j. 9. q. 1. si quis cum clerico. contra. sed illud in causa ciuili, istud in criminali. vel illud speciale in episcopo.

f ¶ *Leuiora.*] an grauiora. j. 3. qu. 10. placuit. contra. Sed hic nõ dr̃, ꝙ secundo sint admittẽdi ad accusandum.

g ¶ *Quãlibet iniuriã.*] Ergo ꝓ modica vt pro magna iniuria ꝑt q̃s taliter puniri. arg. 14. q. 6. c. vlt. tñ ꝓ modica iniuria nõ excõicatur q̃s. 11. q. 3. null[a]. ext. de sen. exc. perue nit. Ioã. Et male dicit Io. q̃a excõicatus est, sed nõ debet mitti ad sedem Apostolicã nisi velit eps, vt dicit illa decret. peruenit. B.

"Excõicatio ꝓ modica iniuria ñ est ferenda.

h ¶ *Capitali.*] hæc est lex Cornelia. Sed contra. C. de episc. & cle. auth. sed nouo. ibi. n. dr̃, ꝙ talis verberatur, & in monasteriũ mittitur. Io. Sol. ꝑt dici, ꝙ nouo iuri stabitur.

dEt hãc sentẽtiã teneas scdm L. sed sequẽs verior est, vt videtur Arc.

personis accusantium, ac testificantium subtiliter quærendum [a] est, cuius conditionis, cuiusve opinionis, aut ne inopes sint, aut ne forte aliquas contra prædictum ep̃m inimicitias [b] habuissent, & vtrum testimonium ex auditu [c] dixerunt, aut certe se scire specialiter [d] testati sunt, si scriptis [e] iudicatum est, & partibus præsentibus sentẽtia recitata est. Quòd si forte hæc solẽniter acta nõ sunt, nec causa probata est, quæ exilio, vel depositione digna sit, in eccle siam suam modis omnibus reuocetur. Hi vero, qui eum cõtra Dei timorem, & canonũ statuta condemnauerũt, excommunicati in monasterium ad agendam pœnitentiã sex mensibus mittẽdi sunt: ita sane, vt si cuiquam eorũ mortis contigerit imminere periculũ, viatici benedictio non negetur. Ipse autem, qui eo viuente locum eius temerarie ambiuit, priuatus sacerdotio, ab omni ministerio ec clesiastico repellatur, atq; eidem dilectissimo fratri, & coepiscopo nostro tradatur, vt eũ aut ipse ad nos transmittat, aut apud se in custodia habeat. Episcopi vero, qui eum ordinare pręsumpserunt, vel peruersæ ipsius ordinationi præbuere consensum, iidem communione priuati, sex mensibus ad agendam pœnitẽtiam in monasterio deputentur. Si autem episcopi in pręiudicium condemnationis, vel depositionis memorati Stephani se metu iudicis consensisse, ac talia fecisse nõ sua sponte, professi fuerint, tẽpus eis abbreuiandũ est, & modus pęnitentiæ temperandus. Si igitur is, qui prędicti Stephani locum inuasit, fortasse defunctus est, atq; alius in ecclesia eius episcopus ordinatus est, illud de eo statuendum est, quod superius de causa fratris, & coepiscopi nostri Ianuarij diximus.

¶ Quòd si forte aliqua de obiectis contra memoratum Stephanum episcopum probata sunt, aliqua vero doceri minime potuerunt, cauta omnino cõsideratione pensandum est, vtrum leuiora [f] capitula, an certe grauiora ꝓbata sint, vt ex eis, qualiter definitionem tuam formare debeas, possis scire.

¶ Glorioſus vero Comitiolus, si supraſcriptus episcopus innocẽs esse claruerit, quidquid de rebus eius, vel ecclesiæ ipsius tulit, ei sine aliqua restituat dilatione. Sed & quæq; se in persecutionem, ac violentiã eius expẽdisse, vel damnum idem episcopus pertulisse iurauerit, idem memoratus Glorioſus Comitiolus reddat, ac satisfaciat. Si autem episcopum antedictum talem culpam commisisse constiterit (quod absit,) &c. *vt infra in causa monachorũ.* De persona presbyteri, &c. *vt infra in causa*[1]. Clericus aduersus clericum. *Et infra eadẽ epistola 54. vndecimi libri*[2]. De persona Ianuarij episcopi sciendũ est grauiter omnino, & contra leges esse actum, vt violẽter de ecclesia traheretur, dum si quamlibet [g] iniuriam à quocumq; episcopus passus fuerit in ecclesia, iniuriantem lex capitali [h] pœna percutiet, & si cut maiestatis reum omnibus det accusandi illũ licentiam, vt huius legis series loquitur Codicis lib. j. tit. vj. constitutione x. [3] Si quis in hoc [i] genus sacrilegij proruperit, vt in ecclesias catholicas irruens, sacerdotibus, & ministris [k], vel ip si cultui, locoq; aliquid importet iniuriæ, &c. *& infra in eadem epistola*[4]. De psona Stephani episcopi hoc attendẽdum est: quia nec inuitus ad iudicium [l] trahi, nec ab episcopis alieni concilij debuit iudicari[m]. *& infra.* ¶ Cõtra hæc si dictum fuerit, quia nec metropolitanum habuit nec patriarchã: dicendum est, quia à sede Apostolica (quæ omnium ecclesiarum caput est) hæc causa audienda, ac dirimenda fuerat: sicut & prædictus episcopus petiisse dinoscitur, qui episcopos alieni concilij iudices habuit omnino suspectos. Quia ergo sententia non à suo iudice [n] dicta nihil firmitatis obtineat, lectionis huius tenor ostendit libro Cod. vij. &c. *& infra.* ¶ Quòd autẽ dicitur à seruis suis accusat[o], scien dum est, quia audiri minime debuerunt. *& infra.* ¶ Si vero de crimine [o] †maiestatis dicitur accusat[o], nec ipsum de eo credendum fuit, si vita, vel opinio eius talis ante non extitit [p]. *& infra.* ¶ Quod autem dicit idem episcopus, quia se absente, aliqui sint vilissimi testes exhibiti: hoc si verum est, nullius esse mementi lege noscendũ est. *& infra.* ¶ Testes autem quales, vel cuius opinionis ad testimonium admittẽdi sunt, plurimę leges ostendũt, quę pene nulli habẽtur incognitæ: quæ eitam sanciunt, vt vilissimis testibus sine corporali [q] discussione credi nõ debeat.

¶ Quod autem dicitur, quia nihil scriptis iudicatum est, legendus est tit. 44. libri 7. Codicis: quia scriptis debuit iudicari. Nam ibi inter alia dicitur, atque præcipitur, vt sententia, quæ sine scripto dicta fuerit, ne nomen quidem sententiæ habere mereatur.

vel stabitur huic legi, cum sit canonizata. 11. dist. c. 1.

i ¶ *Si quis in hoc.*] j. 17. qu. 4. §. qui autem de ecclesia.

k ¶ *Et ministris.*] "No ta diligẽter, ꝙ in hoc casu crimen sacrilegij cõparatur crimini lę- sæ maiest. vt 17. q. 4. si q̃s suadenre. §. q aũt. immo si laicus extrahatur de ecclesia, tale crimen comparatur crimini læ maiestatis, vt C. de iis qui ad eccl. confug. l. 2.

"Crimẽ sacrilegij & lę sæ maiesta. cõq̃nque comparantur. 1 16. q. 6. c. si eꝑorum. 2 11. q. 1. de persona, ex Gre. l. 11. epist. 54.

l ¶ *Ad iudicium.*] alienũ. hoc patet per verba sequentia, s. ab episcopis alienis, &c.

m ¶ *Iudicari.*] ergo comprouinciales epi sunt iudices episcopi, vt 3. q. 6. c. 2.

n ¶ *A suo iudice.*] j. 11. q. 1. cap. pe. C. si à non comp. iud. l. vlt.

3 l. si q̃s. C. d episc. & cle. C. Theodos. lib. 16. tit. 2. c. 31.

o ¶ *Crimine.*] no. ꝙ ẽt in istis exceptis crimi nib. si oĩs admittitur ad accusationem vel testimoniũ, nisi malæ famæ fuerit accusat[o], vt hic, & j. ead. q. 7. §. accu. & ext. de test. ve niens. Si vero malæ famæ fuerit accusat[o], omnes admittũtur, vt ext. de si. tanta. & ext. de testi. q̃m. nisi odio venerit ad accusationem, vt ext. de si. licet Hẽly. & c. ꝓ tuas. Alij dñt spãle esse in epo. decret. tñ vr̃ dicere, ꝙ contra eum ẽt q fuit malæ famæ, nõ admittũtur criminosi in exceptis criminib. cum criminaliter agitur, sed vbi ciuiliter agitur, tũc admittuntur criminosi cõtra regulares prælatos, sed nõ cõtra sæculares: sed si sunt emendati de crimine, tunc admittuntur contra eos de æquitate, non de rigore, vt extra de simon. per tuas. Ioan,

4 17. q. 4. si q̃s suadẽte.

p ¶ *Non extitit.*] extra de præsum. mandata. & eo. ti. cum in iuuentute. ff. de susp. tu. l. 3. ff. ad l. Iul. maie. famosi. 28. distin. quia sunt culpæ. ff. de re milit. l. non omnes [e].

† Si vero dictũ fuerit ꝙ d hoc accusatus est, qd ad maiestatis crimẽ attinet] Orig. e Et sic not. ꝙ ꝑsumitur ex vita ꝑterita circa p̃ sens, siue de pñti. ext. de psũ. scribã. vbi de hoc. &44. di. multis. Arch.

q ¶ *Corporali.*] j. 5. q. 5. illi qui.

A ¶ Exilio.] *In vulgatis sequebatur,* vel deportatione: *quæ voces fabulæ sunt, quia neque in vetustis Gratiani, neque apud B. Greg. leguntur.*

B ¶ Si autem episcopi in præiu.] *Hac vsque ad versic.* Quod si forte,

Source : BIU Cujas

a *Statutis.*] ¶*Vt sententia.*]Per hanc legem non potest Greg. probare, q̄ in criminalib. causis debeat interuenire scriptura: q̄a lex illa tm̄ de ciuilib. causis loquitur. nam eps inter subditos suos sine scriptura iudicat, vt 11.q.1.si quis cū clerico. & C. de sen. ex breu. rec. auth. nisi. similiter sæcularis iudex in modicis causis, vt ibi dicitur, & in aut. de man. prin. §. si tibi. col. 3. & q̄ partes illud mutuo consensu possunt remittere, vt C. de epis. & cle. auth. & generaliter. in fi. & C. de pri. eo. qui in sa. pal. cōsi. l. quoties. in fi. libr. 12. Dicas cum Greg. q̄ in criminalib⁹ causis requiritur scriptura, & etiam in ciuili. ext. de prob. q̄m cōtra. nisi in casib. s̄. exceptis, & in causa dilapidationis, vt in auth. vt iud. fine quoquo suffr. necessitatem. coll. 2. Io.

b ¶ *Requiratur.*] tñ si appellauerit, vī q̄ debeat prosequi appellationē, vt ext. de sen. & re iu. sentētia. quia appellatio confirmat sententiam, ff. rem ra. ha. l. 3. §. falsus. ext. de off. deleg. coram.

L *Egum.*] Casvs. Probat hic Hincmarus, q̄ in causis gestorū interuenire debet scriptura. nā baptizādus nomen suum debet in scriptis dare, & electio & ordinatio debet fieri cū scriptura, & similiter excommunicatio & reconciliatio, & alia similia, debēt fieri cum scriptura.

c ¶*Fontem.*] ℣. de con se. di. 4. baptizandi. 2.

d ¶*Prouehitur.*]s̄. dis. 61. eps dum fuerit.

e ¶*Societate.*] vt hæreticus, vt ℣. i. q. 7. quoties.

f ¶*Excommunicatur.*] 11. q. 3. debent, & cap. curæ.

N *Otum.*] Casvs. Quidam presbyter nomine Christophorus non conuictus, vel confessus de aliquo crimine iniuste fuit ab ecclesia sua expulsus, & alius loco eius substitutus: quia non potuit vel noluit dare, quod substitut⁹ eius æmulus dedit, cū trina facta fuerit contra eū inquisitio, nec culpabilis est inuentus. vñ conquestus est Christophorus Papę, quare mādat epo, qui eum expoliauit, vt eū restituat, nec excusatur si dicat se nō facere, cum fieri permittat. Nam faciens & consentiens pari pœna puniuntur.

† libellari scriptione] Orig.

2 s̄. c. in primis.

3 C. libr. 7. tit. 44.

† meretur] Orig.

g ¶*Per tres.*]not. sæpius posse inquiri de eodem crimine.

h ¶*Nisi.*]istud, nisi, non ponitur hic exceptiue.

g ext. de lib. obl. c. 1. Burchar. l. 2. c. 197. Iuo p. 6. c. 269.

addita sunt ex epistola: quemadmodum & paulo inferius à verbo, dilatione, *vsque ad vers.* Si autem episcopum, *vt orationis cursus sit expeditior. Nam Gratian. referebat se ad superiora, in quibus habentur similia, hoc modo*, & c. vt supra de causa Ianuarij episcopi. *Quorum autem capitum initia citantur ex inferiorib. causis, ea sic relicta sunt quemadmodum antea se habebant, vt modus citandi Gratiano vsitatus agnoscatur.*

Item Cod. lib. 7. tit. de sent. ex breuic. rec. Imppp. Valentin. Valens. & Grat. AAA.

¶Vltima sententia debet de scripto proferri. C. VIII.

S Tatutis generalibus iussimus, vt vniuersi iudices, quib⁹ reddendi iuris in prouinciis permisimus facultatem, cognitis causis vltimas definitiones de scripti recitatione proferant. Huic adiicimus sanctioni, vt sententia a, quæ dicta fuerit, cum scripta nō esset, nec nomen quidem sententiæ habere mereatur, nec ad rescissionē perperam decretorum, appellationis solennitas requiratur b.

¶ In duobus vetustis codicibus hoc, & seq. caput non habentur, & hanc legem Codicis B. Gregorius in præcedenti capite manifeste indicauerat.

Item ex concilio apud S. Medardū. Hincmarus Rhemorum Archiepiscopus dixit.

¶De eodem. C. IX.

1 L Egum ecclesiasticarum consuetudo, & auctoritas talis est, vt in causis gestorum semper scripturam requirant: adeo, vt qui ad sacrum fontem c accedit, suum dare nomen præcipiatur. Qui ad summum sacerdotium prouehitur d, decreto manibus omnium roborato eligitur. Ordinatus autem à suis ordinatoribus litteras accipere iubetur. Qui etiam ab ecclesiastica societate e quolibet excessu discinditur, libelli † inscriptione aut recipitur, aut eiicitur. Sed &A qui accusatur, aut excommunicatur f, seu recōciliatur, per scripturā accusari, vel reconciliari iubetur. Et sic in ceteris huiusmodi in tātum scriptura deposcitur, vt sicut beatus Gregorius in commonitorio ad Ioannem 2 defensorem ex Romanis legibus 3 sumens scribit [Sententia, quæ sine scripto profertur, nec nomen sentētiæ habere mereatur†.]

A ¶Sed & qui.]*In originali est*, sed qui accusatur, vel qui excommunicatur, reconciliatus per scripturam accusari, vel reconciliari iubetur. Et sic, &c.

Item Nicolaus Papa Girardo † Turonensi Archiepiscopo.

¶ Restituendus est, quem neque cōuictum, neque confessum constat esse eiectum. C. X.

4 N Otū sit tuæ fraternæ charitati, quòd iste presbyter pauper, nomine Christophorus de sua angustia ad nostrā clementiā lacrymabiliter sit conquestus: dicens se falsis criminibus impetitum, & ab ecclesia sua non conuictum, neque confessum, irrationabiliter fuisse eiectum. Nam, vt ipse refert, tua diligentia per tres g vices inquisitione facta, nulla in se neq; de fornicationis crimine, neque de homicidij cōsensione A (de quibus impetebatur) reperiri potuit culpa, nisi h quia suæ paupertatis causa, quæ petebātur aut cōsentire noluit, aut implere non potuit. Quæ suus tamen æmulus vlrroneus egit, qui iniuste illius ecclesiam præripuit. Idcirco magnopere monemus i reuerētiam tuam, vt etiam quæ, te forte ignorante, gieziaca cupiditate peracta esse videntur, tuæ k fraternitatis censura celeri emendatione corrigantur: scilicet restituendo l ecclesiæ propriæ iam dictum sacerdotem, atque ei reddendo tua pietate pristinū, quem perdidit, honorem: & nullatenus canonica instituta alicuius temeritate contemni permittas: quia facientem & consentientem m par pœna constringit.

4 Iuo par. 6. c. 429.

A ¶Consensione.]*Sic est emendatum ex plerisque Vetustis exemplaribus. Nam antea legebatur*, confessione. *Iuo autem habet*, consensu.

Item de libro constitutionum.

¶ Antequam causa probetur, aliquis excommunicari non debet. C. XI.

5 N Emo episcopus, nemo presbyter excommunicet n aliquem, antequā causa probetur o, propter quam ecclesiastici canones hoc fieri iubēt. Si quis autem aduersus eam † excōicauerit aliquem: ille quidem, qui excommunicatus est, maioris sacerdotis auctoritate P ad gratiam sanctæ communionis redeat: is autem, qui nō legitime excommunicauit, in tantum commendari iubetur. Et sic, &c.

5 Apud Iulia nū Antecess sunt excōicare. Sed sorē nouel. 123. c. 15. 24. q. 3. ð illicita Iuo part. 5. c. 371. & p. 14 c. 42.

† *al. ea*

" Excōicatio est maxima pœna.

" Excōicare pt simplex presbyter.

" spoliatio nis rōe quis cōueniatur.

" Consentit quis triplipti uirginis. 36. q. 2. de puellis. In rapina. 17. q. 4. oēs eccleſię. Item in iniusta sentētia, vt s̄. ea. in primis. Secundo modo dī consentire, cum non corrigit quos tenetur ex officio corrigere, vt 83. distin. c. 1. & 2. & 86. dist. inferiorū. Tertio modo dī cōsentire, cum defendit peccantem, vel qñ sua auctoritate delinquitur. 11. q. 3. qui consentit. 24. q. 3. qui aliorum. & talis magis est puniendus, quam ipse faciens, vt ibi dicitur. Io.

† *al. Airardo*

N *emo.*] Casvs. Statuitur ī hoc c. q̄ nullus debet iniuste & sine causa interueniente ab epo, vel archipresbytero excōicari: quod si factū fuerit, iniuste excommunicatus absoluatur à maiori, & iniuste excommunicās punietur superioris arbitrio pœna consimili.

n ¶*Excommunicet.*] Arg. " q̄ simplex sacerdos habet potestatem excommunicandi, vt extr. de off. ord. cum ab ecclesiarū b. & c. si sacerdos. & de ap. reprehensibilis. & extr. de eo qui fur. or. re. c. 1. Nā quilibet sacerdos habet claues ligandi, vt ℣. ea. q. 7. §. item cū Dauid. & 11. q. 3. quomodo. Itē q̄a de causis possunt cognoscere, vt extra de iud. c. 2. & ext. de immu. eccl. non minus. & etiam de matrimonialibus causis. extra de sen. & re iu. tenor. in prin. in parte decisa. Cum ergo excommunicatio sit potius iurisdictionis quā ordinis, vt ext. de elect. transmissam. & tales minores prælati habent iurisdictionem, vt dictū est, ergo possunt excōicare. Sed contra, excommunicatio est mucro episcopalis. 16. qu. 2. visis. Iuo part. 5. " Item excommunicatio dicitur maxima pœna, vt 24. q. 3. corripiantur. Præterea archidiaconi modicam habent iurisdictionē, vt extra de of. arc. c. 1. & vlt. ergo multo fortius simplices sacerdotes. Sol. vbi consuetudo est, ibi bene possunt excommunicare. consuetudo enim dat iurisdictionem, vt 9. q. 3. conquestus. in fi. De hac materia inuenies 11. q. 1. de persona. Ioan. Probabiliter potest dici, quòd ecclesiarum prælati de iure communi possunt excommunicare, vt extra de off. ord. cum ab ecclesiarum. licet episcopi iam præscripserunt contra multos prælatos. Ber.

b Vbi ð hoc &ext. ð sen. exc. nup. §. vlt. ī fi. 9. q. 3. qui merito.

o ¶*Causa probetur.*]℣. 11. q. 3. nemo episcoporum.

p ¶*Maioris sacerdotis auctoritate.*] cum distinct. 11. q. 3. si episcopus. forte notatum ibi inuenies. & extra de sen. excom. sacro.

a Tñ iurisdō datur. ext. ð enim. & ff. de leg. 3. fideicommissa. §. hæc verba. & 11. q. 3. rogo, & 3. test. ca. 1. de hoc ēt ℣. ea. q. 7. sicut. §

i ¶*Monemus.*]per hoc verbum non præcipitur a, vt ℣. 28. quæst. 1. sic enim. & ff. de leg. 3. fideicommissa. §. hæc verba. & 11. q. 3. rogo, & 3. q. 9. reuera. & 2. q. 7. sicut inquit. in gl. 2.

k ¶*Tuæ.*]remittitur hæc causa ad eū à quo appellatū est, ñ vt ipsum iudicet, sed vt ipsum restituat, & sic non obstat ext. de app. accepta. hic tenetur l ¶*Restituendo.*]causa prius cognita ne obstet ℣. 7. q. 1. præsentium. pceptiue. A.

m ¶*Et consentientem.*]hoc ideo dicit, quia ipse eum nō priuauerat,

Source : BIU Cujas

NOmen.] Casvs. Quidam presbyter fuerat accusatus, & etiam infamatus. Vnde clerus illius loci rogat Augustinum, vt eum excommunicaret vel deponeret. Respondet Aug. dicens, ꝙ non potest, nec est ausus eum supprimere de tabula clericorum, cum occultum sit eius delictum. & Dei iudicio reseruetur, cui faceret iniuriam si eius iudicium præueniret. Nam & iudices seculares hoc faciunt, iudicio pendente nihil immutãt. Et preterea in concilio factũ est statutum neminem debere excõmunicari nondum conuictum, nisi ipse fuerit contumax.

1 Iuo par. 6. c. 388.

a ¶ *Vel supprimere.*] nomina excommunicatorũ tempore excommunicationis supprimebantur in matricula, sed nomina depositorum radebãtur. sic 50. dist. contumaces.

b ¶ *Relatione.*] si. extr. de of. dele. licet. ex eo etiam ꝙ iudex dicit se velle referre, non potest amplius cognoscere. C. de ap. ex illo. & ext. de off. del. cum super. quod intelligo si relatio fuerit à partibus approbata, vt C. de rela. l. 2.

c ¶ *Suspendi.*] nisi sit infamatus. ȷ. e. quæst. 5. presbyter.

PRimo semper.] Casvs. Quicumque vult sentẽtiam ferre, debet primo causam & omnia diligenter inquirere, quib. peractisnĩam ferre debet non suspicionis arbitrio: ne alteri faciat quod sibi ñ vult fieri.

2 Pol. l. 1. ti. 8 Pan. l. 4. tit. 11. 15.

d ¶ *Suspicionis.*] " Triplex est suspicio. Temeraria de qua hic dicitur: quæ expurgationem non inducit. Probabilis, quæ expurgationem inducit, vt ȷ. q. 5. presbyter. Violenta, quæ ad condemnationem sufficit, vt 32. q. 1. dixit Dominus [a]. Tamen qñque violenta suspicio vel ꝓsumptio ñ sufficit ad condemnationem, vt extra de testi. cog. præterea. ext. de præsum. litteras. in fi. [b]

† *al. charitate*

" Suspicio est triplex.

Tob. 4.

a Ext. de prę sum. c. 2.

3 tit. 2. le. 8.

b Vbi d hoc & 6. qu. 1. omnes. Arc.

PRohibentur.] Lex incipit, qui accusare possunt.

clsti non admittebãtur ad accusationẽ, ne ob hoc impediri vtilitatẽ reipu. ꝑmitterent: & ꝓp hoc ꝓ iurium incurrerent.

d Adde de hoc late p Pe. d Bel. pt. & Cyn. in l. aduersus. C. de adm. tut.

" Accusare simul plures, an liceat vni.

tum abstineat tẽpus sacrosancta communione, quantum maiori sacerdoti visum fuerit: vt quod iniuste fecit, ipse iuste patiatur.

Item Augustinus in epistol. 137. ad clerum, & vniuersam plebem Hyponensem.

¶ Incerta, & dubia iudicari non possunt. C. XII.

1 NOmen presbyteri propterea non ausus sum de numero collegarum eius vel supprimere [a], vel delere, ne diuinæ potestati, sub cuius examine causa adhuc pendet, facere viderer iniuriam, si illius iudicium meo vellem iudicio præuenire: quod nec in negotiis sæcularibus iudices faciunt, quando causæ dubitatio ad maiorem potestatem refertur, vt pendente relatione [b] aliquid audeant commutare. Et in episcoporum concilio constitutum est, nullum clericum, qui nondum conuictus sit, suspendi [c] à communione debere, nisi ad causam suam examinandam se non præsentauerit.

Item Melchiades Papa episcopis Hispaniæ.

¶ Nec suspicionis arbitrio, nec ante verum, & iustum iudicium aliquis condemnetur. C. XIII.

2 PRimo semper ante omnia diligenter inquirite, vt cum iustitia, & veritate † definiatis, neminem condemnetis ante verum & iustum iudicium: nullum suspicionis [d] arbitrio iudicetis: sed primum probate, & postea charitatiuam proferre sententiam: & quod vobis non vultis fieri, alteri nolite facere.

Item ff. libro 48. ti. de accusationibus, & inscriptionibus, l. Qui accusare [3].

¶ Qui ab accusatione prohibeantur, & qui recipiantur. C. XIIII.

PRohibẽtur accusare alij propter sexũ, vel ætatem, vt mulier, vt pupillus. Alij propter sacra

Casvs. Hic enumerantur nouem personæ, quæ propter nouem causas ab accusatione prohibentur, vt mulier, pupillus, &c. nisi suam vel suorum iniuriam prosequantur. Et hic ostendit Gratianus qualiter in accusationibus ordo iudiciarius sit seruandus.

e ¶ *Propter sacramentum.*] quod præstant, l. se non euitaturos mortem propter salutem reipublicæ [c]. Milites enim nostros magis volumus scire arma quam iura, vel leges, vt C. de iu. delib. l. scimus. C. loc. milites.

f ¶ *Magistratum.*] sed contra ȝ. 1. q. 1. in illa l. iubemus. Sed illud cum delinquit iudex in administratione sua, vt tunc possit conueniri [d], vt in auth. vt iud. sine quoq. suffr. §. illud. Vel hic loquitur de eo qui ante administrationẽ deliquit. Vel ibi de minoribus iudicibus, hic de maioribus, vt ff. de iniu. nec magistratib. tamen etiam maiores iudices præstabunt cautionem standi iuri post depositam administrationem, vt ff. de adult. si adulterium. §. vlt.

g ¶ *Sine fraude.*] id est, sine pœna.

h ¶ *Quæstum.*] id est, quæstus suspicionem. Qui enim duos cœperit accusare, si vult tertium accusare, præsumitur ꝙ hoc causa quæstus faciat. Sed huic est cõtra. ff. de ac. l. hos accusare. §. lege Iulia. vbi dicitur ꝙ nemo potest duos simul accusare, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur. " Sed dic quòd in diuersis libellis possunt duo accusari, sed tertius non potest, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur, vt hic dicitur, & C. qui acc. non pos. l. cum rationibus. sed in vno libello non potest duos accusare, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur, vt in illa l. hos accusare. nisi cum crimen commune est, vt ff. de adult. qui pupillam. §. 1. sed in crimine adulterij non possunt duo simul accusari. C. de adul. reos.

i ¶ *Nummosve.*] " Accusatori licet nobis dare pecuniam in causa sanguinis, sed qui dat pecuniam & non in causa sanguinis, pro conuicto habetur, vt ȷ. qu. 3. §. præuaricator. vers. i. omnibus causis. sed non licet acculanti recipere, vt ȝ. 1. q. 1. concussionis. tamen post finitam acculationem quandoque remuneratur accusator, vt ȝ. 79. dis. si quis Papa. & ȷ. 3. q. 5. accusatores. 6. q. 1. si qs cũ. vers. i. sane si qs.

" Accusato ri in cã sanguinis l3 pecuniã dare.

† *al. euocari.*

i ¶ *Qui falsum testimonium.*] isti repellũtur, licet nõ sint infames, vt extra de ord. cogn. cum dilectus. in fi.

† *al. liberti*

k ¶ *Paupertatem.*] " propter hoc repelluntur testes, vt 4. q. 3. testium. dum tamen ratione paupertatis sit suspectus, vt instit. de susp. tu. §. vlt. pupertas enim non est de numero malorum. 15. q. 1. illa in fi.

lege, ix.

lege. x.

lege. xi.

" Paupertas qñque repellit à testimonio.

m ¶ *A possessione.*] non tamen ab eis possunt repetere possessionẽ per interdictum vnde vi [e]. licet enim nullũ interdictum infametet, cõtra eos n tamen diminuit & sugillat opinionẽ eius contra quem proponitur, vt ff. de obse. l. 2. nec etiam in integrum restitutio petitur contra parentes vel patronos, vt C. qui & aduers. quos in integ. rest. l. vlt.

† *al. veluti*

e Verũ est ꝙ datur inter dictũ vñ vi, nisi esset vis armata, qa tunc bñ datur, ff. de vi, & vi ar. l. j. §. interdictũ.

n ¶ *Non vt crimen.*] ni si atrocem iniuriam fecissent, vel nisi nomine alieno conueniantur, vt ff. de in ius voc. sed & si. §. pen. & vlt. & 12. q. 2. §. qui manumittitur. Aliàs non potest agere pro iniuria contra tales personas, vt ff. de iniur. non solum. §. quamquam.

lege. xiij.

† *al. Seuerus* repositа hic fũt aliquot verba ex pãdectis Flor.

AB ALIO. Casvs. Dicitur hic, quòd accusatus durante ac cusatione illa ab alio accusari nõ potest, nisi abolitio interueniat, vel accusator ab accusatione desistat, & hoc in prima parte. In secunda parte dicitur, ꝙ propter vtilitatem publicam quidam admittuntur ad accusationem fraudatæ annonæ, qui aliàs non admitterentur. vt mulier, infames, milites, & serui. Secunda pars incipit ibi, *Mulierem.*

" abolitio fit tripliciter. f Vt puta nato filio principi, vel deuicta ciuitate. & pp hoc ferię repẽti næ indicuntur à principe: & de repentinis fe riis est tãtũ intelligẽdũ. & tunc sua auctoritate pót accusator petere reum desistere. Arc.

o ¶ *Non potest.*] siue enim quis sit condemnatus, siue absolutus, tamen super eodem crimine sæpius agi non potest, vt extra de accusat. de his.

p ¶ *Abolitione publica.*] " Tripliciter fit abolitio, aut publice ob diem insignem, vel ob rem prospere gestam [f]: aut priuatim accusatore petente: aut ex lege quando accusator desistit, vel mortuus est [g]. In publica abolitiõe potest accusator repetere reum finitis feriis, intra triginta dies, vt ff. ad Turpil. si quis. & l. sequen. Sed in aliis duabus non admittitur ille qui destitit, vt ff. ad Turpil. qui destitit. Sed alius bene admittitur intra triginta dies infra ead. quæst. vltima, in fine.

g Adde ad hãc gl. no. p Pe. & Cy. l. 1 ff. d abo. & i ru. d ge. ab.

q ¶ *Ad annonam.*] cum hoc crimen, scilicet fraudatæ annonæ, ponatur inter excepta crimina, & istud crimen æquiparetur crimini dilapidationis, videtur quòd ibi quilibet admittatur. Nam & semina cuius non interest, si pietate ducitur, admittitur ad crimen suspecti tutoris. inst. de suspect. tut. §. consequens. Nec in hoc crimine tenetur quis inscribere, vt in auth. vt iud. sine quoquo suffrag. §. ne cessitatem. collat. 2.

Source : BIU Cujas

HIS OMNIBVS. Hæc est secunda pars quæstionis, in qua probat, quòd in notoriis non obseruatur ordo iuris, nec accusator est necessarius. & hoc probat per tres auctoritates. Io. de Fan.

Casvs. Concludit Gratianus ex supradictis, ꝙ in causis criminalib. semper est ordo iudiciarius obseruandus, nisi sint crimina manifesta, in quibus ordo iudiciarius nō seruatur, & hoc probatur trib. c. seq. & appellat hic Gratia. manifestum, i. notorium.

¶ Casus seq. ca. patet, & ideo positione non indiget.

a *Manifesta.*] De notorio loqmur, & quid sit notoriū, ignoramus. Scias ergo, ꝙ aliud est fama, aliud manifestū, aliud notoriū. Fama qñq; ex scientia, qñq; ex suspicione procedit, qñque ex certo, qñque ex incerto auctore, vt de cons. di. 4. sanctum. in fi. Manifestum est quod sp ex sciētia, & ex certo auctore pcedit, & quod potest probari [a], vt ff. de test. hæredes palam. Itē etiam qñque dicitur occultū, quod potest probari. C. de app. eos. §. 2. & occultū dicitur quod quin que sciunt, vt de pœ. di. 1. §. hæc ergo secreta. Item notorium dicitur manifestū, quod patet vel per confessionem, vel per probationem, vel per euidentiam rei, vt ext. de ver. sig. cum olim. Notorium triplex est. est enim notorium facti, notorium iuris, & notorium præsumptionis. Notorium facti est, quod exhibet & offert se oculis omnium, i. quod ita habet facti euidentiam, ꝙ non potest negari, supple probabiliter, vt extra de coha. cle. tua. & extr. co. tit. vestra. in tali non auditur appellans. ext. de ap. cum sit Romana. & c. præterea. & c. peruenit. & creditur simplici assertioni officialis, vt 4. q. 4. § aliquando. Nec requiritur hic scientia omnium, sed plurium, vt j. e. de manifesta. Est autem quoddā factum continuum siue permanens [b], quoddam interpolatum, quoddam statim transiens. In notorio facti continui nullus ordo iuris exigitur, vt in decret. tua. In notorio facti interpolati semiplena probatio requiritur, vt ext. de vsur. cum in diœcesi. Notorium actu non permanens probabiliter potest negari, vt ext. de sort. ex tuarū. Notorium iuris est de quo aliquis est condemnatus vel confessus, tamen in hoc notorio quandoque contra negantem se esse conuictum requiritur probatio, vt ext. de sen. & re iu. sicut. Item quandoque non sufficit, quòd quis sit confessus, nisi sit confessus & conuictus, vt j. ea. q. 6. §. sunt etiam quorum. versi. in occultis. Notorium præsumptum est, vt si aliquis publice habitus est pro filio alicuius, ibi non requiritur aliquis ordo iuris, vt ext. de fi. presb. Michael. & c. qm. hoc enim ꝙ aliquis sit alterius filius, non potest vere probari, vt ff. de cond. & dem. Lucius. sed potius per præsumptiones.

Q *Væ Lotharius Rex.*] Casvs. Lotharius Thebergam vxorem suam legitimam abiecit, & Gualdradam pellicem accepit, & publice tenuit. De hoc Nicolaus Papa scribit Carolo Regi dicens, ꝙ scelus nepotis sui accusatione non indiget, cum sit manifestum, nec potest quis conqueri eum iniuste damnatum.

b ¶ *Manifesta.*] j. 11. q. 3, eorum. contra. Sed ibi nō erat notorium, sed manifestum, & sic non obstat. 3. q. 5. quia suspécti. Etiam si sit notorium, tamen nihilominus hæc citatio forte [c] est facienda [d], j. ead. §. quando. 24. q. 3. de illicita. & j. e. Deus omnipotens. & sententia ferenda est, vt extra de ap. cum sit Romana. in fi. sed neque probatio, neque purgatio est requirenda, vt j. e. Deus omnipotens. & ext. de pur. can. cum dilectus. fit tamen probatio quandoque ex abundanti. extra de elect. bonæ. 1. & ff. de ma. causam. in princ. & 24. q. 1. pudenda. in fi. nihil enim tam indubitatum est, quin solicitam dubitationem admittat, vt in auth. de tabel. in med. coll. 4.

IN MANIFESTIS. Casvs. Docet hic Grat. ꝙ crimen dicatur manifestum, s. quod negari non potest: cum se ingerat oculis omnium: in quo ordo iudiciarius nō requiritur, qui inuētus est, vt innocētia nō damnetur, & delinquentis culpa puniatur.

2 Vide s. c. manifesta.

D *E manifesta.*] Casvs. Stephanus in hoc ca. inducit auctoritatem Ambr. exponentis sententiam Apostoli de Corinthio fornicatore, quæ talis est, ꝙ iudex non debet aliquem sine accusatore damnare. Vnde Dominus Iudam furē non condemnauit, quia accusatus nō fuit. Sed hoc verum est cum est occultum crimen: sed si crimen est adeo manifestum, ꝙ negari non possit, quale fuit crimen Corinthi: nō est opus testibus, vel accusatore: & hoc ideo quia omnes crimen eius sciebant. Ideo Apostolus tradidit eum absentem satanæ, vt spiritus eius saluus fiat. c ¶ *Pluribus.*] ergo nō requritur omniū scientia. forte sufficiunt x, vt 10. q. 3. vnio. iudici tamen debet esse notum. 23. q. 4. cum quisque. Vnde potest contingere, ꝙ aliquid est notorium apud delegatum, quod non est notorium apud delegantem. & si causa audiretur coram delegante, ille procederet secundum ordinem iuris, sed delegatus non, vt extra de pur. can. cū dilectus. Idem est in inquisitione. Potest enim esse, quòd delegans possit inquirere de crimine alicuius, si apud eum est infamatus: sed delegatus non. extra de acc. cum oporteat.

3 Iuo p. 6. c. 431. Pan. l. 4. c. 117. Ambr. adc. 5. j. Cor. 23. q. 4. si qs.

4 Concor. in fim. gl. in l. sed interpelatur. §. 1. ff. de arb. Bal. i. l. 1. C. q ad. ad bo. pos.

diis pateret aduersantium, nec culpa delinquentium sententiā effugeret iusti examinis.

Vnde Stephanus Papa V. Leoni episcopo Theanensi [2].

¶ *Extat integra hæc epistola in collectione canonum sine auctoris nomine in Vaticana bibliotheca.*

¶ Ordinem iudiciarium manifesta non desiderat causa. C. XVII.

3 DE manifesta & nota pluribus [c] causa non sunt quærēdi testes, vt sanctus Ambrosius in epistola ad Corinthios dixit, de fornicatore sententiam exponēs Apostoli. [Iudicis, inquit, non est sine accusatore [d] dānare: quia & Dominus Iudam, cum fur esset, sciebat: sed quia non est accusatus, minime abiecit. [Vt tolleretur de medio vestrum, qui hoc opus fecit.] Cognito opere isto pelendum illum fuisse de cœtu fraternitatis Apostolus censuit. Omnes [e] enim crimen eius sciebāt [f], & non arguebant. Publice enim nouercam suam loco vxoris habebat. In qua re neque testibus opus erat: neq; tergiuersatione [g] aliqua poterat tegi crimē.] & paulo post. [Absens facie, prēsens autem auctoritate spiritus, qui nusquam abest, iam iudicaui [h], vt præsens eum, qui hoc admisit [4] tradi satanæ in interitum carnis.]

3 *Sed sciendum est, quòd eorum quæ manifesta sunt, alia sunt nota iudici, & incognita aliis, alia sunt manifesta aliis, & occulta iudici, quædam vero sunt nota iudici, & aliis. Quæ iudici tantum nota sunt, sine examinatione ferri non possunt: quia dum accusatoris persona assumitur, iudiciaria potestas amittitur. In vna enim eademque causa nullus simul potest esse accusator & iudex.*

d ¶ *Sine accusatore.*] no. quòd nemo est condemnandus sine accusatore, vt ff. de mu. & ho. rescripto. §. si quis accusatorem. "sed fallit in charta suspecta, cui fides non fit. C. de prob. iubemus. & cum testis fraudulenter, & procaciter respondet. C. de test. nullus. & in tutore suspecto. ff. de susp. tu. l. 3. §. 1. & 3. q. 2. quia ea. & quando maritus excipiendo condemnatur de lenocinio. ff. de adul. l. 2. §. si publico. & quando calumniator punitur. C. de calum. l. j. Additur vj. casus quando crimen probatur per inquisitionem. extra de ac. qualiter & quando. Item vij. cum deficit reus in purgatione. extra de simon. de hoc viij. in notoriis, vt hic.

"Cōdemnatur qs aliqñ sine accusatore.

e ¶ *Omnes.*] scilicet Corinthij.

f ¶ *Sciebant.*] eo quòd publice in domo sua videbant eam, & sic extra de cohab. cler. & mul. tua. C. de Iudæ. l. ne quis.

g ¶ *Tergiuersatione.*] id est, dissimulatione.

h ¶ *Iudicaui.*] ergo absens excommunicatur, vt extra de ap. cum sit Romana. in fi. & extra de sim. accusatum. Sed nunquid absens absoluitur [e]? arg. quòd sic. j. ea. q. 5. quanto. arg. contra de sen. exc. à nobis. in fi. vbi certa forma absolutionis exprimitur? Resp. sic [f], non est absoluendus. si tamen taliter absoluitur, tenet absolutio, vt extr. de reg. iur. omnis res. 30. q. 5. §. sed obiicitur.

e ḋ mīia h° gl. no. i. l. absentē. ff. de pœ. & i l. absentem. C. ḋ proc.

f Et scḋm formā illius decr. à nobis. Arc.

SED SCIENDVM. Hæc est tertia pars quæst. in qua probat, quòd si qua sunt nota tantum iudici, scilicet tanquam homini: non debet sine examinatione sententia ferri, & hoc probat duobus c. seq. Ioan. de Fant.

Casvs. Dicit Grat. quòd eorum quæ sunt manifesta, alia sunt manifesta iudici tantum, alia iudici & aliis. In iis, quæ sunt nota iudici tantum, iudex accusator esse non debet: quia idem non debet esse accusator & iudex. & hoc probatur seq. cap.

a Idē Ale. i l. si vero. §. q ꝙ rei. ff. q sa. co. & tex. in l. ea quidem C. de accus.

b Puta si eps sine licētia Papæ trāsit ad aliam ecclesiā. ext. ḋ cle. bonæ. 1. & de transl. quāto. Arc.

c ꝙ illo forte facit qḋ not. Vin. & Ber. ext. ḋ dnor. porro. d Concord. tex. in l. 3. §. si ad diē. ff. ḋ re mi. no. Bal. i l. cū fratrē. C. ḋ his qui, vt indi,

1 Ansel. l. 12. c. 35.

Gal. 5.

Source : BIU Cujas

Vnde Augustinus in homilia de pœnitentia (quæ est 50.) cap. 12. [1]

¶ Quando aliqui sunt corrigendi, quando tolerandi. C. XVIII.

[2] MVlti corrigũtur, vt Petrus: multi tolerantur, vt Iudas: multi nesciuntur, donec veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum. *& infra.* ¶Nos vero à cõmunione prohibere quem quam nõ possumus [a] (quamuis [b] hæc prohibitio nondum sit mortalis [c], sed medicinalis [d]) nisi aut sponte confessum, aut in aliquo, siue sæculari [e] siue ecclesiastico iudicio nominatum, atque conuictum. Quis enim sibi vtrumq; audeat assumere, vt cuiquam ipse sit & accusator [f] & iudex? Cuiusmodi regulam etiam Paulus apostolus in eadem ad Corinthios epistola breuiter insinuasse intelligitur, cum quibusdam commemoratis criminibus, ecclesiastici iudicij formam ad omnia similia [g] ex quibusdam daret. Ait enim [Scripsi vobis in epistola nõ commisceri fornicariis [h]. Non vtique fornicariis [i] huius mundi, aut auaris, aut raptoribus, aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse.] [3] Non enim possunt homines in hoc mundo viuẽtes, nisi cũ talibus viuere: nec eos possunt lucrifacere Christo, si eorum colloquium conuictumq; vitauerint. Vnde & Dominus cũ publicanis, & peccatoribus comedens. [Non est opus, inquit, sanis medicus, sed male habẽtib⁹. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.] Et ideo sequitur Apostolus, & adiungit. [Nunc scripsi vobis non commisceri. Si quis [k] frater nominatur [l] in vobis, aut fornicator, aut idolis seruiens, aut auarus, aut maledic⁹, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec quidem cibũ simul sumere. Quid enim mihi de his, qui foris [m] sunt iudicare [n]? Nonne de his, qui intus sunt, vos iudicatis? De his autem, qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum à vobis ipsis] Quibus verbis satis ostẽdit nõ temere, aut quomodolibet, sed per iudicium auferẽdos esse malos ab ecclesiæ communione: vt si per iudicium auferri non possunt, tolerentur potius, ne peruersè malos quisq; †euitando, ab ecclesia ipse discedens, eos, quos fugere videtur, vinciat † ad gehennam. Quia & ad hoc nobis sunt in scripturis sanctis exẽpla proposita: velut in messe, vt palea sufferatur vsque ad vltimum ventilabrum: vel intra illa retia, vbi pisces boni cum malis vsque ad segregationem, quæ futura est in littore, id est in fine sæculi, æquo animo tolerẽtur. Non enim cõtrarium est huic loco id, quod alio loco dicit Apostolus [Tu quis es qui iudicas alienum seruum? suo Dño stat aut cadit.] Noluit enim hominẽ ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis [o], vel etiam extraordinario [p] vsurpato iudicio: sed potius ex lege Dei secundum ordinem ecclesiæ, siue vltro confessum, siue accusatum, atque conuictum. Alioquin illud cur dixit? [Si quis frater nominatur aut fornicator, aut idolis seruiens, &c.] nisi quia eam nominationem intelligi voluit, quæ fit in quemquam, cum sentẽtia ordine iudiciario, atq; integritate profertur? Nam si nominatio [q] sola sufficit: multi damnandi sunt innocentes, quia sæpe falso in † quoquam crimina nominantur. ¶Non ergo illi, quos monemus agere pœnitentiam, quærant sibi comites ad supplicium: nec gaudeant, quia plures inuenerint. Non enim propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt.

[1] *Idem sermone 16. de verbis Domini.*

¶ Peccatum, quod tãtum iudici notum est, ab eo damnari non valet. C. XIX.

SI peccauerit, inquit, in testis quo ad sententiam medicinalẽ animæ, vt ext. de test. co. peruenit. de confe. di. 4. cũ itaq;. ext. de consan. & aff. super eo. & extr. de test. super eo.

f ¶*Accusator et iudex*] quod fieret si occultos tales accusarem⁹.

g ¶*Similia.*]ar. q licet aliqd spãliter de vno dicatur, tñ extẽditur ad oia similia, vt j. ea. Deus omnipotẽs. 32. q. 7. Apostolus. 16. q. 3. licet. dis. 61. miramur. & s. di. 5. ad eius. ff. de fun. inst. quæsitum. §. vlt. ff. de adi. le. legata. ff. de ali. & cib. le. verba. ff. de sup. le. legata. 16. q. 1. hinc est ẽt. arg. cõtra. C. đ. pc. marit⁹.

† f. quousq;

† al. mittat

Matth. 3. Ibid. 13.

h ¶*Fornicariis.*]Iudeis vel Gentilibus.

i ¶*Fornicariis.*]s. occultis, nisi in casibus. q. d. non est aliqua pars mundi, in qua non sint tales mali.

k ¶*Si quis.*]q. d. quare hic nõ dicis de aliis q̃ de fratribus? Relpon.

Rom. 14.

l ¶ *Nominatur.*] per sententiam.

m ¶ *Qui foris.*] i. non nostri iuris. 17. quæst. 4. constituit. s. dist. 45. qui syncera. cõtra dic, vt not. 28. q. 1. sæpe.

n ¶*Iudicare.*]quãtum ad excõicationẽ, sed corporaliter pñt puniri [c], vt 17. q. 4. constituit. arg. q excõicatus nõ pt iterum excõicari. de hoc inuenies 3. q. 4. Engeltrudam.

c Idẽ etiã & pecuniariter punit ecclesia vbi sunt de sua iurisdõne. ext. de rapt. in archiepiscopatu. Ber.

o ¶*Suspicionis.*]subaudi temerarię, si violẽter: secus 32. q. 1. dixit.

p ¶ *Extraordinario.*] agẽdo cõtra eum denũtiatiue, vel inquisitiue, q modus nouus est, & extraordinarius secundũ quosdã. Sed dic extra, i. pter hoc, vel contra ordinẽ iuris, s. q̃a non est de foro suo, cum sit occultus. vñ sequitur vsurpatio. " Nam vsurpare quis dicitur, cum vendicat sibi, quod ad ipsum non pertinet.

† *iniquoque crimine*] Beda in cap. 5. 1. ad Cor.

" Vsurpare quis dicitur

q ¶*Nam si nominatio.*] id est, infamatio. j. 25. q. vlt. cap. vlt. 35. q. 6. si duo. Arg. " q per famam nõ probatur ali

"Fama an probet.

quid. extra de cohab. cler. & mul. tua. extra de eo qui cog. consang. vxo. suæ. super eo. Sed fama cum aliis adminiculis probat. 4. q. 3. sæpe. extra de præsump. illud. de app. c. 1.

d ¶ *Voluntati.*] vt j. 3. q. 7. iudicet. C. de pœ. si operis. C. ad le. Iul. de pu. seruos. in fi. & ff. ad Tur. l. 1. in princ. Sed contra C. de infa. & si seuerior. 45. di. omnis qui contra. & j. 23. q. 5. c. 1. contra, de pœn. dist. 1. §. pœnæ. In omnibus istis contrariis dicitur, quòd iudex potest moderari pœnam. Quidam dicunt istud loqui de ordinariis pœnis, illud de extraordinariis. Sed hoc nihil est,

Tit. 15. quia in illo c. circumcelliones. 23. qu. 5. c. 1. loquitur de ordinario crimine. scilicet

"Iudex pœnã arctare & ampliare potest.

homicidio. "Sed dic quòd ex causa & persona & ætate & ratione scandali, potest iudex arctare vel ampliare pœnam. Ex causa, vt 50. distin. vt constitueretur. & ff. de pœn. aut facta. §. vlt. Ex persona, 23. q.

†al. consistit

11. 2. Sciẽdũ. 1. qui contra. & ff. de pœn. capitalium. §. vlt. vbi dicitur maiores puniri minori supplicio, & seuerius seruos quàm liberos, famosos quàm integri status. Aetate, 86. distinct. tanta nequitia. Ratione scandali, vt

2 l. 5. Accusator.

3 l. fi. eo. tit.

4 d. l. 1. ad se natusc. Tur.

§. præuaricatorem.

s. quæst. 1. in primis. Vel dic, non potest sine causæ cognitione, sed cum causæ cognitione potest. Vel dic, non potest post sententiam, sed ante potest, vel in sententia. C. de pœ. l. pœnam. vbi dicitur, sua dicta præsidi reuocare non licet. ff. de re iud. cum quærebatur.

e ¶ *Et inconsultus.*] arg. non esse imputandum quod fit cum impetu mentis, vt s. eod. si quis iratus. C. si quis Imperatori maled. l. vna. contra. infra 17. quæstio. 4. sunt qui opes. & extra de cler. maled. innotuit [2].

albi exponi tur temeritate. i. ptincia, secũdũ oẽs, aliàs obtinet qđ hic dr̃. De hoc dr̃ ext. đ cõ. coniug. dudum. Arch.

PRAEVARICATOR EST. Casvs. Præuaricator dicitur ille, qui simulat diligere vnam partem & iuuare, & alteram iuuat, & dicitur proprie præuaricator in publico iudicio. Aduocatus non proprie dicitur præuaricator. vnde si præuaricatus fit in publico iudicio vel priuato, extra ordinem punietur. omnis autem præuaricator extra ordinem punitur, & de cetero non accusat: sed qui accusatorem suum corrumpit (nisi in causa sanguinis) habetur pro conuicto. Ponit etiam aliam acceptionem huius nominis præuaricator, & hoc in prima parte. In secunda parte quæ incipit ibi, *Si quis autem.* dicitur quòd nullus debet cessare ab accusatione sine abolitione, alioquin punitur. Dicitur etiam qualiter debeat abolitio impetrari, & quòd de singulis criminibus debet impetrari iudice pro tribunali sedente.

"Quinimo dupliciter ponitur.

f ¶ *Quinimo.*] "correctiue ponitur. sic ff. de hæ. inst. si ita fuerit scriptum. aliàs pro vel, ponitur. C. de sacros. eccle. iubemus. §. œconomus. non proprie, sed abusiue.

g ¶ *Prodiderit causam.*] vel qui reuelant secreta causæ aduersario, vt ff. de re mil. omne. §. exploratores.

h ¶ *Sciendum.*] lex secunda.

i ¶ *Accusator.*] hæc est lex quinta.

k ¶ *In omnibus.*] scias quòd in omni crimine capitali quod irrogat pœnam sanguinis, licet transigi, præterquam in crimine adulterij. Sed in aliis capitalibus quæ non irrogant pœnam sanguinis, non licet transigi, nisi in crimine falsi, vt C. de transactio. l.

"Transigi licet ĩ aliqb̃ criminibus.

transigere. "sed in priuatis criminibus non inuenio prohibitum quin possit transigi. Sed videtur quòd secundum canones non possit transigi super aliquo crimine, quia secundum canones nullum crimen irrogat pœnam sanguinis. 23. quæstione, octaua. his à quibus. & ita super publico crimine non licet transigi. item nec super priuato, quia secundum canones omne crimen publicum est [b]. In causa ciuili licet quandoque ab accusatione desistere, etiam sine iudicis auctoritate: siue pecunia accepta, siue gratis, nisi sit actio famosa, vbi requiritur iudicis auctoritas. ff. de iis qui not. infa. furti. §. pactus. & §. qui iussu. In causa criminali ante inscriptionem semper potest recedere, dum tamen gratis fiat. ff. ad Turp. mulier. & l. quæsitum. & extra de accusa. licet. sed postea non licet nisi iudicis auctoritate, & rei consensu, si reus fuerit aliqua tormenta passus. sed si non fuerit aliquid passus, tunc vsque ad triginta dies potest accusator, eo inuito, de

b Vt colligitur ex canone. 6. q. 1. in fames. vt ibi. not. & in seq.

†al. præside

†al. omiserit

§ l. 13. desistisse.

†al. accusatione

6 Adde hoc esse verũ, ni si accusator fraudulẽter impetret eã forte non licet recedere ab accusatione pro pecunia, nec etiam figi: quia omne crimen videtur secundum canones esse publicum, vt hic, & extr. de collu. dete. cap. 1. & 2. argumen. tamen est quod possit auctoritate iudicis. quinta, quæstione secunda. si primates. & extra de offic. archid. ea quæ. in parte decisa. contra supra non agesima distinctione. dissidentes. argument. contra. secunda, quæstione septima. quapropter [c]. extra de simon. nemo. Sed in causa spirituali nullo modo licet pecunia accepta desistere, quia in ea non licet transigi pro pecunia. extra de rerum permuta. ca. fi.

c Die q̃ prima pars vera est, & hoc c. quapp. intelligitur in cã denũtiatiõis, vbi de linquẽs pœniteř fivult. nõ ob. ext. đ collu. c. 2. qa locũ h; post q̃ đ crimine cõstat, quod vndecũque claruerit, est puniẽdũ. 24 q. 3. ecce. se cundũ Tan.

[a] Calumniatoribus pœna legitime irrogatur.] *Hæc verba licet in collatis Gratiani manuscriptis exemplaribus non habeantur, tamen quia sunt etiam in Pandectis, non sunt expuncta.*

[b] ¶ Si autem interloquendo.] *Hactenus retulerat Gratianus verba Iurisconsulti. Hinc autem vsque ad ver.* oportet. *refert tantummodo sententiam.*

[1] ¶ *Sciendum est, quòd hodie iis, qui præuaricati sunt, pœna iniungitur extraordinaria.*] Hodie, id est, tempore Iustiniani. Nam tempore Iulij Pauli, qui fuit ante Iustinianum, non erat pœna extraordinaria, sed ordinaria, vt patet in l. 1. ff. de præuaric. & in l. 3. ff. ad Turpil. l. 1. §. abolitio.

[2] ¶ *Accusator de præuaricatione conuictus, postea ex lege non accusat.*] Nota, quòd accusator conuictus de præuaricatione non potest postea accusare ex lege, vt hic. Sed quid si ex alia causa? Dic, quòd potest, vt ff. de accusat. l. 1. §. 1. & l. 2. & C. de accusat. l. 1. & 2. & ff. de accusat. l. 1. &

Deficientibus.] Hæc quæſtio diuiditur in quattuor part. In prima par. probat per quattuor auctoritates Sanctorum, quòd ſacerdotes ex leui cauſa iurare non debent. Secunda ibi, *Verum.* Tertia ibi, *Iuramento.* Quarta ibi, *Sed qualibet.* Io. de Fan. & poteſt ſuperaddi quinta ibi, *Contra in concilio.* Arch.

CASVS. Hic intitulatur quinta quæſt. qua quæritur, vtrum deficiéte accuſatore reus cogatur ad purgationem, & allegat pro vtraque parte, & primo q̃ non: quia clerici iurare non debent. Et ponitur hic quæſtio quinta vel vitio ſcriptorũ, vel ex obliuione vel negligentia Gratiani: vel quia magis erat affinis tertiæ quàm quartæ. Dicitur ergo in hoc §. quòd ſicut aliquis nõ cogitur dicere titulũ ſuæ poſſeſſionis, ita deficientibus accuſatorib. reus non cogitur ad purgationem, quia clerici iurare nõ debẽt. Et probat hoc per ſeq. c.

QVÆSTIO V.

¶ Quintam ponit poſt tertiam, quia harum quæſtionum ſimillimum eſt argumentum.

1 ps *Deficientibus vero accuſatoribus reus non videtur eſſe cogendus[a] ad purgationem. Sicut enim rei poſſeſſor deficiente actore titulum ſuæ poſſeſſionis probare non cogitur[b], ita qui impetitur, ad innocentiam ſuam probandam cogendus eſſe non creditur. Auctoritate quoque Papæ Cornelij, & Triburienſis concilij ſacerdotes iurare prohibentur, niſi pro recta fide.*

Ait enim Cornelius epiſtol. 2. ad Rufum epiſcopum orientalem.

¶Iuramentum à ſacerdotibus non eſt exigendum. C. I.

1 SAcramentum[c] hactenus[d] à ſummis[A] ſacerdotib⁹, vel Dei miniſtris exigi, niſi pro fide recta, minime cognouimus: nec ſponte eos iuraſſe reperimus.

¶In vetuſtis codicibus caput hoc coniunctum eſt cum duobus ſequentibus, quæ ſunt ex eadem epiſtola Cornelij Papæ.

A ¶Summis.] *Sic habet originale. Sed Burchardus & Iuo in quinta parte*, ab epiſcopis, & reliquis ordinibus exigi, *Idem vero Iuo in parte* 12. à ſummis ſacerdotibus, vel reliquis Dei miniſtris.

Item paulo inferius.

¶De eodem. C. II.

2 NOs ſanctorum exempla ſequentes, ſanctorum Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorũ iura firmamus, & ſacramenta incauta fieri prohibemus.

Item ibidem.

¶De eodem. C. III.

NOs ſacramentum epiſcopis neſcimus oblatum: nec vmquam fieri debet[A].

A ¶Debet.] *ſequebatur*, niſi pro recta fide, *quæ ſublata ſunt: quia neque in optimis manuſcriptis, neque in ipſa epiſtola hoc loco habentur, ſed ſ. ea. c. 1.*

Item ex concilio Triburienſi. c. 21.

¶Si quis presbyter contra laicum, vel laicus contra presbyterum querimoniam habeat, epiſcopo præcipiente terminetur. C. IIII.

Sacramentum.] CASVS. Dicit Corneſ. quòd ſacramentum à ſacerdotibus fieri non debet niſi pro fide. Idem prohibet ſacramenta incauta fieri, & dicit ſe neſcire ſacramentum oblatum ab epiſcopo.

c ¶*Sacramentum.*] ſcilicet incautum.

3 SIquis presbyter contra laicum, vel laicus contra presbyterum aliquam habet querimoniæ controuerſiam, epiſcopo præcipiente† [e], ſine perſonarum acceptione finiatur [4], & laicus per iuramentum† (ſi neceſſe ſit) ſe expurget† : presbyter vero vice iuramenti †, per ſanctam conſecrationem [f] interrogetur, quia ſacerdotes ex leui cauſa iurare non debent. Manus enim per quam corpus, & ſanguis Chriſti conficitur, iuramento polluetur? abſit: cum Dominus in Euangelio diſcipulis ſuis (quorum vicem nos indigni in ſancta gerimus eccleſia) dicat [Nolite omnino iurare, Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt, non, non. Quod autem his abundãtius eſt, à malo eſt.]

2 *Verum his auctoritatibus non omnimoda iuramenta prohibentur fieri à ſacerdotibus, ſed tantum incauta, & ea, quæ pro qualibet cauſa temporali iudicio offeruntur. Cum autem populari infamia ſacerdotes opprimuntur, tunc ad innocentiæ ſuæ aſſertionem iuramenta debent offerri.*

Vnde Gregorius Papa tertius ad Bonifacium, epiſt. 1. [5]

¶Sacerdos à populo accuſatus iuramento innocentiam ſuam aſſerat. C. V.

6 PResbyter, vel quilibet ſacerdos, ſi à populo accuſatus fuerit, & certi non fuerint teſtes, qui crimini illato approbẽt veritatem, iuſiurandum [g] in medio [h] erit, & illum teſtem proferat de innocentiæ ſuæ puritate, cui nuda & aperta ſunt omnia.

Item ex regeſto Gregorij lib. 2. indict. x. epiſt. 23. ad Iuſtinum prætorem[A].

A ¶Prætorem.] *In codicibus Gratiani eſt*, Imperatorem, *in epiſtola excuſa legitur.* Iuſtino presbytero, *emendatum vero eſt ex duobus vetuſtis codicibus epiſtolarum, & Polycarpo, eſtque idem Iuſtinus, ad quem ſcripta eſt ſecunda epiſtola primi libri, in libris etiam impreſſis incorrupta inſcriptione.*

d ¶*Hactenus.*] vt C. de epiſ. & cle. cum cleri cis. & 22. q. 5. c. vl. Sed forte hoc obtinet in ſacramẽto calumniæ, quod clerici per ſe prohibentur præſtare, ſed per alium poſſunt, vt ext. de iu. cal. c. 1. & 2. ſed ca. in pertractandis. contra. " Iurant tamen pro recta fide pro obedientia & pro pace, & p indemnitate eccleſiæ. extr. de elect. ſignificaſti. vltra mediũ. 28. diſt. de Syracuſanæ. & cum quis abſoluitur ab excommunicatione, vt extr. de ſent. excom. cap. nuper.

3 Burch. l. 2. c. 182. Iuo p. 6. c. 227. Pã. l. 5. c. 10.

† *al. regente*

4 Concord. tex. in l. j. C. deve. iu. en. & in aut. de monac. §. 1. colla. 1.

† *al. præiurãmento*

† *al. conſtringatur*

† *al. præiurãmenti*

" Clerici qñ que licite iurant.

SI *quis.*] CASVS. Si qs presbyter cũ laico controuerſiam habuerit, laicus iuramento ſe expurget, presbyter per ſuam conſecrationem adiuretur: quia ſacerdotes qui cõficiunt corpus Chriſti, ex leui cauſa iurare non debent, cum gerant vicem Chriſti diſcipulorum, quibus fuit præceptum ne iurarent.

Matth. 5.

e ¶ *Præcipiente.*] ſed quare hic actor nõ ſe quitur forum rei, contra id 11. q. 1. experientiæ. & C. de iuriſ. om. iudi. l. iuris ordinem. Sed dic, quòd loquitur ſecundum ea tempora [d], quando omnes cauſæ determinabantur ab eccleſia, vt 11. qu. 1. relatum. & q. 3. cum apud. Vel loquitur ſecundum cõſuetudinem quorum dam: ext. de for. compen. quòd clericis. aliàs, ſi clericus.

5 & l. 7. capitul. c. 281.

d Qñ ꝓsbyteri iudices negotiorũ eſſe mãdati ſunt. 95. diſt. ecce. ſecundùm Baz.

6 Anſel. l. 3. c. 79. Bur. l. 2. c. 186. Iuo p. 6. c. 231. Pan. l. 5. c. 9.

f ¶ *Conſecrationem.*] immo ſufficit ſiue per ſalutem, ſiue per aliquid aliud iuretur. 22. quæſt. 5. c. 2. & ff. de iureiuran. non erit ratum. Sic ergo aliquis poteſt ſe obligare ſub pœna ordinis ſui, vt 1. q. 7. quoties. & etiã ſub pœna anathematis, vt ibi dicitur. "Sed numquid ille qui obligat ſe ſub pœna ordinis, vel beneficij, eſt priuandus ordine vel beneficio, ſi non ſit verum illud ad quod ſe obligat? Sic. ext. de ele. cum dilectus. in fi.

" Obligare ſe põt aliqs ſub pœna beneficij.

VERVM. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis, in qua probatur contrarium eius quòd præmiſſum eſt, ſcilicet, quòd ex cauſa iuſta ſacerdotes poſſunt iurare. Io. de Fan. & hoc probat per 13. auctoritates ſanctorum patrum. Io.

CASVS. Dicitur hic, quòd per ſupradicta prohibentur à ſacerdotib. fieri incauta iuramenta. ſed ſi eſſent infamati à populo iurare deberẽt. Et hoc probat per ſequentia c.

Presbyter.] CASVS. Si presbyter fuerit infamatus, & teſtes non inueniantur, ſuo iuramento expurget ſuam innocentiam.

g ¶ *Iuſiurandum.*] j. 6. q. vlt. c. vlt. contra. Sed dic quando infamatur, ibi quando non infamatur.

h ¶ *In medio.*] j. 15. qu. 5. c. 1. contra. Sed illud verum eſt, cum non eſt publice infamatus. ſic 23. diſt. illud.

1 Burc. l. 1. c. 193. Iuo p. 5. cap. 308. & p. 12. c. 77.

" Purgatio eſt duplex.

2 Iuo p. 12. c. 77.

a ꝺ hoc j. e. c. oĩb⁹. ĩ gl. aut pro, &c. ibi videas. l; hoc dictum hic approbat L. & per idẽ c. S3 ar. cõtra j. e. legitimi. & ibi dicam. Arc.

b Al. c. pen.

a Burc. l. 1. c. 193. Iuo p. 5. cap. 308. & p. 12. c. 77. Purgatio eſt duplex. Iuo p. 12. c. 77. a ꝺ hoc j. e. c. oĩb⁹. ĩ gl. aut pro, &c. ibi videas. l; hoc dictum hic approbat L. & per idẽ c. S3 ar. cõtra j. e. legitimi. & ibi dicam. Arc. b Al. c. pen. c Id eſt, ſi is q ꝺt ſe ordinatũ miniſtrat ſacra ĩ aliqua eccleſia, ſecundũ Io. de Fan.

b ¶*Non cogitur.*] vt j. 6. q. 5. ca. 1. & vlt. niſi in caſibus quinque, ſcilicet cum quis poſſidet pro herede vel pro poſſeſſore, vt C. de pe. he. l. cogi. Et etiam fundata intentione actoris, vt C. de proba. ſiue. Et cum aliquid poſſidetur contra ius commune. 100. diſt. contra morem. Et cum iam eſt præſumptio contra eum. C. de fur. ciuile. Et cũ poteſt probari, quòd quandoque alieno nomine poſſederit. ext. de præſc. ſi diligenti. C. de præſcr. 30. an. male. Item & in vi. caſu, cum ordinatus [c] miniſtrat, vt ſ. e. quæſt. 1. legum. & ext. de app. perſonas. aliàs ſemper obtinet quod hic dicitur, & C. de rei ven. l. vlt. & ff. vti poſſ. iuſta.

c Id eſt, ſi is q ꝺt ſe ordinatũ miniſtrat ſacra ĩ aliqua eccleſia, ſecundũ Io. de Fan.

Source : BIU Cujas

H*Abet.*] Casvs. Leo episcopus erat infamatus, quare Papa de hoc quæsiuit diligenter, & in eo crimen aliquod nõ inuenit. verumtamen ne sibi aliqua ambiguitas remaneret, eum super corpus beati Petri fecit iurare. eo sic expurgato mandat Imperatori, vt habeat eum pro episcopo, & ei tamquam episcopo reuerentiam præbeat.

¶De Leone episcopo, quem beatus Gregorius purgationem præbere fecit. C. VI.

[1]HAbet hoc proprium [a] antiqui hostis inuidia, vt quos in prauorum actuum perpetratione (Deo sibi resistẽte) deiicere non valet opiniones eorum falsa ad præsens simulando, dilaceret. Quoniam igitur quædam contra sacerdotale propositum de Leone fratre, & coepiscopo nostro sinister rumor asperserit, vtrum vera essent, districta diutius fecimus inquisitione perquiri: & nullam in eo de his, quæ dicta fuerant, culpam inuenimus. Sed ne quid videretur omissum, quod nostro potuisset dubium cordi remanere, ad beati Petri sacratissimum corpus districta eum ex abundanti fecimus sacramenta præbere. Quibus præstitis magna sumus exultatione gauisi, quòd huiuscemodi experimento innocentia eius euidenter enituit. Pro qua re gloria vestra prædictum virum cum omni charitate suscipiat, & reuerentiam ei, qualem sacerdoti decet, exhibeat, ne qua in cordibus remaneat, de his quæ sunt iã purgata, dubietas [b]. Sed ita supra scripto vos episcopo deuotissime oportet in omnibus adhærere, vt congrue, decenterque Deum in eius persona, cuius minister est, vi deamini honorare.

Item ex eodem ad Brunichildam Reginam Francorum, lib. xi. epist. 8.

¶ Quomodo Beatus Gregorius Mennam episcopum iuramento purgari fecit. C. VII.

[2]MEnnam vero reuerendissimum † fratrem & coepiscopum nostrum, postquam ea, quæ de eo dicta fuerant, requirentes, in nullo inuenimus culpabilẽ esse, qui insuper ad sacratissimũ corpus beati Petri Apostoli sub iureiurando satisfaciens, ab his quæ obiecta eius opinioni fuerant, se demonstrauit alienum: reuerti illuc purgatum, absolutum que permisimus: quia sicut dignum erat, vt si in aliquo reus existeret, culpam in eo canonice puniremus, ita dignum non fuit, vt eum adiuuante innocentia diutius retinere, vel affligere in aliquo deberem [9]. ¶ [3]Purgationem [A] tamen ante te duobus sibi sacerdotibus iunctis, vbi accusator cessauerit [c], eumdem ex se præbere tuo committimus arbitrio [d]. Vulgarem denique, ac nulla canonica sanctione fultam legem, feruentis scilicet, siue frigidæ aquæ, ignitique ferri contactum, aut cuiuslibet popularis inuentionis (qa fabricante hæc sunt omnino ficta inuidia) nec ipsum exhibere, nec aliquo modo te volumus postulare, immo Apostolica auctoritate prohibemus firmissime.

A ¶ Purgationem.] *Hic erat grauissimus error. Coniunctæ enim hæc legebantur cum superiorib. quæ Brunichildæ sunt scriptæ: quasi purgatio presbyteri a B. Gregorio mulieri committeretur. Sed nihil tale legitur in epistola B. Gregorij, ex qua prior pars huius capitis est accepta. Verum Iuo p. 10. c. 15. & Pan. l. 5. c. 8. citant hoc ex epistola Alexandri secundi Raynaldo Cumano episcopo, cuius epistolæ initium est, infra eadem cap.* super causa. *Et hic versiculus,* Purgationem. *continenter legendus est post extrema verba illius capitis. Ac propter citationes doctorum hinc quidem motus non est: sed additum est in margine nomen Alexandri secundi. Ita nihil loci relinquitur admirationi auctoris glossæ. Nusquam enim Romani Pontifices huiusmodi causas mulieribus leguntur commisisse.*

Item Gregorius Castorio Notario Rauennæ lib. 7. indict. 2. epist. 80.

¶De Maximo Salonitano episcopo, qui sacramento se ipsum purgauit. C. VIII.

QVãto à nobis [e] credi tibi, & necessarias vides causas iungi, tanto te strenuum debes & solicitũ exhibere. Proinde, si Maximus Salonitanus præstito sacramẽto firmauerit se simoniaca hæresi, nõ teneri, atque de aliis ante corpus sancti Apollinaris tãtummodo requisit [9] innoxiũ se esse respõderit [f], & de inobedientia sua Imponebatur ei, quòd fornicationem commisisset, & ideo à Papa fuit excommunicatus. nihilominus tamen excommunicatus celebrauit. Dominus Papa volens eidem episcopo gratiam facere, præcepit notario suo Rauennæ moranti, vt si per iuramentum suum de simonia se purgauerit, & de fornicatione, & aliis quæ sibi obiiciebantur, se responderit innocentem, & de eo, quòd excommunicatus celebrauerit, pœnitentiam egerit, reddat ei epistolam, in qua ei gratiam suam reddit, & absolutum ostendit. De eodem loquitur c. 62. dist. Salonitanæ.

e ¶ *A nobis.*] Maximus Salonitanus archiepiscopus sine licentia Papæ fuit consecratus: propter quod à Papa fuit excommunicatus, & postea missam celebrauit, similiter imponebatur ei simonia & fornicatio.

f ¶ *Responderit.*] exilis enim hæc fuit infamia [h], & ideo vnius iuramentum admittitur.

a ¶ *Proprium.*] ex abũdanti fiunt aliqua ad superandam hominum malitiam, vt C. de iud. Auth. iubemus. 11. q. 3. inter verba. extr. de ele. bonæ. ext. de dolo & contu. cum olim. Et quæ abundant, non solent vitiare contractum. ff. de re. iur. non solẽt. & ff. de verb. ob. quæ extrinsecus. Sed quare dicit, ex abundanti. Dicunt quidam [a], quòd ita exilis, id est, leuis vel modica fuit infamia, quòd nec erat necessaria expurgatio. Certe secundũ hoc non debuisset facta fuisse inquisitio: quia inquisitio nõ est facienda nisi ita publica sit infamia, & vlterius sine scandalo non possit tolerari, vt ext. de accu. qualiter. Meli[o] dicas, quòd iste non tenebatur expurgare se. Nam cum inquisitio præcedit expurgationem, si testes per quos fit inquisitio, dicunt ipsum reum, statim punitur, nec auditur expurgatio sua. sed si semiplene probant, tunc inducitur expurgatio, vt ext. de pur. can. inter. Sed si per dicta testium nulla est suspicio contra ipsum, tũc non est onerandus ex purgatione, vt hic. Sed quid si infamatus vult expurgare se: iudex autem vult inquirere de fama eius? Videtur quod iudex potius inquirere possit, vt hic. & ext. e. inter. Sed contra, illud est ordinarium, quòd infamatus se expurget: ergo beneficiũ illud non est ei auferendum [b]. s̃. e. q. 1. multi. circa fi. Sed dic, quòd episcopus si vult põt inquirere: quia crimẽ quandoque per inquisitionem reuelatur, quod per purgationẽ occultatur. Sol, si infamia orta est contra eum, iudex inquirere potest. extr. de ac. qualiter.

b ¶ *Dubietas.*] ergo post purgationem nõ potest accusari ab aliquo super illo crimine, vt ext. de acc. de his criminibus. & 23. q. 4. si illic. Nec enim sæpius quærendum est de delicto eiusdem hominis, vt ff. nau. cau. fta. licet. arg. contra. 33. q. 2. admonere. 25. dist. primum. ext. de accu. veniens. vbi etiam post absolutionem cogitur ad expurgationem. " Tu dicas, quod illum qui semel est absolutus, amplius nullus potest accusare super illo crimine, nisi in duobus casibus [c], scilicet si suam iniuriam prosequatur, & probet se ignorasse accusationem fuisse ab alio institutam, vt ff. de accu. si cui. §. 1. & cum vult probare de præuaricatione prioris accusatoris, vt ff. de præua. l. 3. Io. Decreta. tamen videtur dicere, quòd solum isti prohibentur accusare, qui prius stabant contra ipsum, vt extr. de accus. cum P. manconella.

M*Ennam.*] Casvs. Beatus Grego. de crimine Mennæ episcopi qui fuerat infamatus, diligenter inquisiuit, & cum in eo crimen non inuenisset: eum supra corpus beati Petri iurare fecit, & sic eum demum ad reginam Francorum transmisit. & hoc in prima parte. In secunda parte quæ incipit ibi, *Purgationem.* &c. mandat Gregor. eidem reginæ, vt si accusatores non appareant, indicat eidem episcopo purgationem cum duobus sacerdotibus: purgationem tamẽ vulgarem non imponat.

c ¶ *Cessauerit.*] si dicas, quòd verbum hoc cessauerit, sit præteriti [d] temporis, non procedit obiectio. vel secundum H. cum qs expurgatur non præcedente accusatione, tunc post purgationem bene admittitur accusator: secus si præcesserit accusatio. Vel dic, quòd si accusato re absente & non citato audita est expurgatio, idem accusator potest eum denuo accusare, vt C. de accus. l. 4. secus si eo præsente. Vel loquitur [e] cum suam iniuriam vult prosequi. Vel ignorabat accusationem ab alio institutam. ff. de præua. l. 3. & ff. de acc. si cui.

d ¶ *Arbitrio.*] Delegatur hic laico spirituale negotiũ. sic s̃. 32. di. §. verum. Fuit tamen hic "nimium papaliter dispẽsatum, quòd episcopus expurgatus coram Papa cogitur adhuc coram muliercula se purgare: cum tamen plenissimas debeat habere vires, quod auctoritate Papæ fit: licet per se sit inualidum [f]. ext. de transa. ca. 1. In fi. C. de test. omnium. Item cum iusiurandum fit maioris auctoritatis quàm res iudicata. ff. de iureiur. l. 2. & illud obstat omnibus accusare volẽtibus, etiam in publicis criminib. ff. de iureiu. eum qui. §. in popularib. multo fortius res iudicata obstabit omnibus. Quare ergo postea admittitur accusator [g]? potest dici, q̃ fuit absolutus sub cõditione nisi accusator appareret, vel fuit absolutus ab instantia iudicij: nec ideo lis periit. ff. de iudic. & post edictum.

Q*Vanto.*] Casvs. Maximus episcopus Salonitanus dicebatur acquisiuisse per simoniam episcopatum.

e ¶ *Nobis.*] Papa qñq; nimiũ papaliter dispẽsat.

f ¶ Potest dici scdm Io. q̃ hoc totum ideo fuit, vt fama ei[o] clarior apparet. ar. 5. q. 1. quidam.

g Adde ad hoc gl. & ibi Bar. in l. aut priuatim. & in l. mulier, ff. ad Turp, no. in l. 1. C. si reus vel ac. mor. fu.

h pp quã ñ indicitur purgatio, vt p3 in eo qd legi. & not. 33. dist. habuisse.

[1] Pol. l. 6. tit. 11. Ans. l. 6. c. 162. Bur. l. 1. c. 194. Iuo p. 5. c. 309. Pan. l. 5. c. 5.

a Vt Lau.

"Inquisitio quando fieri debet.

"Inquisitio an possit fieri contra volentem se purgare.

[2] Poly. ibid. Burch. l. 1. c. 196. Iuo p. 5. c. 311. Pann. l. 5. c. 6.

† *al. reuerentissimum.*

b 28. dist. de his. in auth. de nu. §. si autem.

"absolutus semel, ĩ 2. casibus accusari potest.

c Adde gl. & doc. ĩ l. 3. C. de accus. gl. magistra. in c. cum dilectus. de ele.

[3] Alex. 11. Raynaldo episcopo. Iuo p. 10. c. 15. Pann. l. 5. c. 8.

d Hoc dicebat L. & est sensus, quia destitit accusator.

e sc. lex px. allegata.

"Papa qñq; nimiũ papaliter dispen sat.

Source : BIU Cujas

a ¶*Pœnitentiam.*]ſed quæro an ei ſoli ſit credendum? De hoc videtur quod ſic:quia in nullius vergit præiudicium.ſic ĩ.de conſe.diſt. 4.placuit.

b ¶*Epiſtolam.*]ergo quis poteſt abſolui per litteras & excommunicari[a],vt ext.de ſim.accuſatum.& ſ.q.1.de manifeſta. Quid ſi more retur prius, quam litteræ peruenirent ad ipſum. Tunc dicam eum abſoluẽdũ poſt mortem,vt ext.đ ſen. exc.à nobis. & eſt ar. ℔ tunc demum ſit qs excommunicatus vel abſolutus litteris receptis.ar.4.q.5. quiſquis. & ext.de ap.ſuper eo. in fi.& ſ.dĩ.4. leges. arg.contra.ff.ſi cer.pe.eius q in prouincia. ibi, ſtatus ſui ignar⁹. Sed diſtinguit, vt ff.de ac.poſ.qui abſenti. vbi dicitur ℔ ſi quis manumittit abſentem, refert an velit eum eſſe liberum quando ſcribit litteras manumiſſiõis,vel quando litteræ ad eũ peruenerint.Probabilius eſt dici,℔ excommunicatio non ligat niſi à tempore ſcientiæ, ſicut nec lex, vt di.4. leges. & 82.diſt. propoſuiſti.nec ſentẽtia, vt ĩ.e.q.6.biduũ. Io.Sed certe ſi qs abſens excõmunicatur, ſtatim eſt excommunicatus ante quam ſciat: quia ſententia excõmunicationis ſtatim trahit ſecũ ſuam executionem.extr.de app.paſtoralis. dummodo ſit pura, &non conditionalis: verum tamen non punitur cum ingerit ſe communioni hominũ ante quàm ſciat.extr.de cler.exc.mi.illud. Error enim facti neminĩ nocet,vt ff.de iu.& fa.ig.l.error.B.

a Adde ad hoc not. ĩ l. ſeruũ. §.publice. ff. de procu.& in l.abſentem. C.de acc.

1 Polyc.l.2. tit.37.

b ¶ *Epiſtolam.*]de gratuib.expurgat[b] ſe iuramento, de minoribus nuda promiſſione.Io.

b ℔ ſol.8.q.3. c.vlt.vbi de hoc.

c ¶*Pœnitentibus.*]ſimile ext.de poſt.prælat. ad hæc,circa fi.

d ¶*Non debemus.*] qui tamen de rigore eſſet deponendus. ſ.di.50. accedens. contra. 11. q.3.ſi quis epiſcopus. & c.pen.

2 Nic.epiſt. 9.ad Michaelem.

pænitẽtiam[a] ſicut deputauimus) egerit, volumus, vt ad conſolandum illum, epiſtolam[b], quam ad eum ſcripſimus(vbi ei & gratiam noſtram, & communionem nos reddidiſſe ſignauimus) experientia tua dare debeat: quia ſicut in contumacia perſiſtẽtibus ſeueros nos eſſe conuenit, ſic iterum humiliatis, & pœnitentibus[c] negare locum veniæ non debemus[d].

Idem Mariniano epiſcopo Rauennæ, lib. 7.epiſt.79.

¶De eodem. C. IX.

QVæ de cauſa[e] Maximi ſint agenda,ex epiſtolis, quas ad vos ante tranſmiſimus,agnouiſtis. Sed quia,qualis de hac re fraternitatis veſtræ voluntas ſit, ac magis petitio,à præſentium latore Caſtorio chartulario noſtro renuntiante cognouimus:ideo, ſi idem Maximus corã vobis, & prædicto chartulario noſtro,de ſimoniaca hæreſi præſtito ſe ſacramento purgauerit,atque de aliis ante corpus ſancti Apollinaris(vt ſcripſimus) tantummodo requiſitus liberum ſe eſſe reſponderit, cauſam ipſius,fraternitatis veſtræ,de eo, quòd excommunicatus Miſſarum ſolẽnia agere præſumpſerit, iudicio committimus,qua debeat pœnitẽtia, talis culpa purgari. Et ideo quidquid[f] vobis ſecundum Deum placet, ſecuri diſponite: nec aliquod de nobis dubium habeatis. Nam quidquid à vobis de hac cauſa fuerit ordinatum,nos& grate ſuſcipimus, & libenter admittimus.

Item Sixtus Papa III.epiſt.ad orientales epiſcopos,c.1.

¶Qualiter Sixtus ſemetipſum purgauit. C. X.

MAndaſtis[g], vt ſcriberem vobis, qualiter inſtans iurgium cõtra me ſuſcitatum ſit, vel à quo, vt veſtro adminiculo pelleretur,& cauſa mea firmaretur.Scitote me criminari à quodam Baſſo, & iniuſte perſequi. Quod audiens Valẽtinianus Auguſtus noſtra auctoritate[h] ſynodum congregari iuſſit. Et facto concilio, cum magna examinatione ſatisfaciens omnibus, (licet euadere ſatis aliter potuiſſem[i]) ſuſpicionem tamen fugiens, coram omnibus me purgaui, me ſcilicet à ſuſpicione, & æmulatione liberans: ſed non aliis,qui noluerint, aut ſponte hoc non elegerint, faciendo† formam[k], exemplumque dans.

Item Alexander Raynaldo Cumano epiſcopo.

¶De cauſa Guillandi presbyteri. C. XI.

SVper cauſa[l] Guillandi preſbyteri tui de morte epiſcopi ſui,prædeceſſoris tui, infamati in medium conſuluimus:itaque circumſtantium fratrum vnanimi aſſenſu tuæ dilectioni reſcribim⁹,[4] præfatum Guillandum presbyterum ante te præſentandum, vbi ſi certi accuſatores defuerint, tunc dictante iuſtitia ſine omni controuerſia presbyter, quæcumque ob hoc iniuſte amiſit, ac ſacerdotium accipiat,& integra beneficia[A m].

A ¶ Beneficia.] *In epiſtola hoc loco ſequitur ver.*purgationem,ſ.e.c.Mennam,*vt ibi notatum eſt.*

Item ex concilio Agathenſi.

¶De purgatione clericorum, ſi conuinci non potuerint. C. XII.

SI legitimi accuſatores crimina[B] ſacerdotis probare non potuerint[n], & ipſe negauerit,tũc ipſe cum ſeptem ſociis ſui † ordinis (ſi valet[o]) à crimine ſemetipſum expurget. Diaconus vero, ſi eodem crimine accuſatus fuerit, cum tribus ſemetipſum excuſet,

B ¶ Crimina.] *Apud ceteros collectores legitur:* ſi autem accuſatores legitimi non fuerint,qui ei⁹ crimina manifeſtis indiciis probare contenderint,& ipſe, &c.

Item ex concilio Ilerdenſi.

¶De eodem. C. XIII.

6 PResbyter ſi à plebe P ſibi cõmiſſa, mala opinione infamatus fuerit,& epiſcopus legitimis teſtib.approbare nõ potuerit de re mil.cum allegatis.lib.12.Ioan.de Pan.

SI legitimi.] Casvs. Si accuſatores crimen ſacerdotis non probauerint,ſi remanſerit infamatus,cum ſeptem ſacerdotibus ſe expurget.

n ¶*Potuerint.*]C.de re.cre.l.in bonæ fidei.

o ¶*Si valet.*]quia ſi non valet, deponitur[c]. extr. de ſim.de hoc.Vel forte ſunt inimici ſui:ext.de pur.can.cum iuuenture.immo cum femina poteſt ſe purgare.18.q.2.in decima.Ioan.

PResbyter.] Casvs.Si ſacerdos fuerit coram ſuo epiſcopo de crimine infamatus,quòd probare non poteſt per teſtes,ſuſpendi debet donec cum ſeptima manu ſui ordinis ſe expurget, & poſtea ſuum officium exequatur.

p ¶*Plebe.*] idem eſt ſi ab epiſcopo,vel à ſacerdotibus,vt ĩ.e.omnibus.in fi.ſ.diſt.28.conſulendum. contra,

tal.faciendi

3 Pan.l.5.c.7

4 Iuo p.10. c.15.&i epi. ad Vildebertum Cœnomanenſem.

transſationem.B.

MAndaſtis.] Casvs. Papa accuſabatur à quodam Baſſo: cuius auctoritate Valentinianus Imperator ſynodum congregauit, in qua ſponte ſe purgauit, non dans formam ceteris ſucceſſoribus ſuis ſe purgandi,ſi noluerint: & quia quidam epiſcopi quærebant qualiter hoc negotium proceſſiſſet, Papa reſcribit eis narrando factum.

g ¶ *Mandaſtis.*] mandat hic minor maiori.nã præcarium verbum eſt, mando, vt C.com. delegat.l.2.in prin. ſic 1.quæſt. 1.filium.

h ¶ *Auctoritate.*] *96.* diſt.vbi nam.

i ¶ *Potuiſſem.*] quia Papa à nullo poteſt iudicari, vt 9.q.3.alio rum. nec etiam ab vniuerſali concilio, vt 17. diſt. §.hinc etiam. ff.de le.princeps. præterquam ĩ hæreſi. 40. diſt.ſi Papa.

k ¶ *Formam.*]14.qu.5. dixit.Ioan.

l ¶ *Cauſa.*] Forte hic non intẽtabatur poſſeſſorium[c], aliàs non obſtat crimen petenti reſtitutionem, vt ext.de reſt.ſpol. in litteris, &c. item cum quis.nam alij dicunt, quòd cum ſpoliator obiicit exceptionem, quam vult ſtatim probare,prius eſt audiendus, quàm ille reſtituatur.arg.31.q.2.Lotharius.in Authen.de teſta. §. ſi vero quis. col.7. & argu.extr.de teſtib. veniens. 2. ſed hoc non concedo, vt ext.de reſti.ſpo.litteras.in fi.

c Sub.& reſtitutio nõ datur, niſi petenti.

5 ext.đ pur. ca. c.ſi quis presbyter. Burch.l.2.c. 181.Iuo p.6. c.226.Pann. l.5.c.1.

†*al. ſuis eiuſdem ordinis.*

m ¶*Beneficia.*]Iſte beneficio & officio fuit priuatus: quia grauiter erat infamatus. ext.de purg.cano.inter. Et fructus medij temporis recuperat. ff.de re mil.l. pen. "Si vero iſte iuſte eſſet depoſitus, non recipiet fructus[d] medij temporis reſtitutus, niſi hoc exprimeretur in ſententia,vt C.

6 Bur. l.2.c. 184.Iuo p.6 c.229. Pan. l.5.c.2.

" Spoliatus reſtitut⁹, an recipiat fructus medij temporis.

d Io.Gar.in l.Gallus. §. &qd ſi tãtũ đ li.& poſt.

e De hoc ĩ. e.q.1. in primis.in gl.2.

" Legatus an virtute gñalis mandati diſpenſare poſſit.

e ¶*Quæ de cauſa.*]de eodem Maximo loquitur hoc capitulum.

f ¶*Quidquid.*] arg.Papam ſeruaturum quod legatus ſtatuit:& idem honor ei exhibendus eſt ſicut Papæ.93.diſt.c.vl. & ff.de off. præſe. præt.l.vnica. in fi. ibi credidit enim princeps eos qui ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide,& gratia ad huius officij magnitudinem,&c. " Item eſt hic arg.quòd generali mandato diſpenſatio delegatur. arg.contra extr.de off.deleg. quod tranſlationem cum enim diſpenſatio habeat inſtar reſtitutionis in integrum, & reſtitutio in integrum non delegatur per generale mandatum, vt ff.de mi.illud. ergo nec diſpenſatio.Io.Ego dico,quòd legatus Domini Papæ generalis omnia poteſt, niſi ea ſola quæ Romano Pontifici ſunt reſeruata extr.de ſent.excom.nuper.de off.delega. quòd

2 ¶*Suſpen*

Source : BIU Cujas

†al. suspẽda tur ab offõ ꝑsbytervsq;

a ¶*Suspendatur.*]forte secundum distin. ext. de pur. ca. c. 2. §. 33. di. c. vlt. contra dic, ꝙ ibi fuit exilis infamia.

a Hoc obtinet qñ scan dalũ immi net ex eius celebrõne, vt hic dr.

a ¶*Suspendatur.*] [a] hoc est verũ secũdum distinct. si fuerit notorium, vel manifestũ, vel famosum. extr. de coh. cle. vestra. & c. fi. &tunc refert, si fuerit famosum sine scandalo vel cum scandalo. ext. de coh. cle. tua, cõtra. 28. di. consulendũ. Sol. ibi non imminebat scãdalum, hic sic, puta ex eius celebratione. ext. de coha. cl. tua. j. 28. q. 1. iam tũc. & 3. q. 2. audiuim⁹. aliter obtinet. ſ. e. q. 1. c. 2. Sed nunqd à beneficio suspenditur? Videtur ꝙ non: qa pœnæ sunt emoliendæ, & qa crescente cõtumacia crescere dẽt & pœna, vt dist. 74. honoratus. Sed contra vr, qa hęc duo sunt connexa. 81. dis. si quis sacerdotũ. & 32. di. præter hoc. "Sed dic, ꝙ non est priuandus beneficio: nisi secũdũ ordinẽ iuris.

"Bñficio qs priuari ñ dz nisi secũdũ ordinẽ iuris

a ¶ *Suspendatur.*] hic colligitur, ꝙ infamat⁹ statim debet suspẽdi vsq; ad dignam satisfactionem. ar. j. 3. q. 2. quia ea. ext. d pur. ca. inter. & ext. e. ex tuarum. Sed cõtra. ſ. e. q. 1. nomẽ [b]. & ext. de ac. qualiter, & quando. ext. de pur. can. c. 2. & vl. In his hẽs, ꝙ prius ingrendum est de crimine, quam priuetur officio ille q est infamatus, & ar. 3. q. 2. audiuimus. "Notãdum ergo, ꝙ cum clericus aliquis coram iudice suo est infamatus, prę figet [c] ẽps certum tẽpus volẽtib. accusare. ext. de cland. despon. c. vlt. & si accusatores apparuerint, canonice audientur. j. e. omnib. nobis. 15. q. 5. c. 1. ext. d pur. ca. c. ex tuarũ. Si vero accusator non apparet, & mala fama crebrescit, tunc ẽps vocatis ecclesiæ seniorib. procedat ad inquisitionem. ext. de acc. qualiter. 86. dist. si quid vero. & ipsemet episcopus inducet cõtra eum testes si alius non apparet. 11. q. 3. ꝑcipue. i fi. extr. de acc. cũ oporteat. ſ. e. presbyter. & lite non cõt. hoc facer ꝑt, vt ext. vt li. non cont. quoniam frequenter. & si fuerit conuictus, canonice puniatur. Si autẽ non conuincitur, & adhuc mala fama perdurat, suspendatur† [a] vsque ad dignam satisfactionem, ne populus fidelium in eo scãdalum patiatur. Digna vero satisfactio est (sicut[A] à maioribus cõstitutum esse docetur) quando siue secundum canones, siue ad arbitrium [b] episcopi septem sibi collegas adiungit, & iurat in sacrosancto [B] Euangelio coram posito, quòd crimen sibi illatum non perpetrauit. Et hac satisfactione purgatus, secure deinceps suum exequatur officium.

1 Ext. d pur. can. c. j. Bur. l. 16. c. 19. "infamatus sup crimine ñ est statim suspẽdẽdus.

c Præfiget. Barth. Cæp. c. 49.

2 Iuo par. 6. c. 420.

† *al. defecerint*

2. Cor. 6.

A ¶Sicut à maioribus constitutum.] *Hoc loco sicut & paulo inferius, plura sunt verba apud ceteros collectores.*

B ¶Sacrosancto.] *Apud eosdem legitur*, in sacro coram posito Euangelio, *quò facit. c. te stimonium, in ver. nemo clericum*, j. 11, q. 1.

[*Item Syluester Papa.*]

¶De eodem. PALEA. C. XIIII.

ACcusatum simoniacum necesse habuimus summopere per scripturam prohibere, ne Missarum solennia celebrare debuisset, donec quid esset verius, potuissemus cognoscere.

¶*Citatur hic ex Syluestro. fere idem est in de cret. ti. de simo. c. accusatum, & ibi tribuitur Deodato Pontifici. Sed in nullis horum duorum Pontificum scriptis, quæ extent, tale aliquid est inuentum. In regesto B. Gregorij lib. 5. epist. 3. Maxime præsumptori ecclesiæ Salonitanæ hæc leguntur.* Peruenit itaque ad nos, quòd per simoniacam hæresim fueris ordinatus. Sed alia de te multa hic dicta sunt, de quibus vnum quàm maxime fuit, propter quod necesse habuimus te summo pere per scripta nostra prohibere, ne Missarum solennia celebrare debuisses, donec quid esset, vere potuissemus addiscere. *Et ex hac epistola videri potest accepta hæc palea, & c. accusatum. & ca. quoties. extr. de simo. Nam initium ipsius epistolæ est*, Quoties contra, &c.

[*Item in concilio Triburiensi.*]

PALEA. C. XV.

[1] NObilis homo, vel ingenu⁹, si in synodo accusatur, & negauerit, si eum constiterit fidelem esse, cum duodecim ingenuis se expurget, si antea deprehensus fuerit in furto, aut periurio, aut falso testimonio, ad iuramentum non admittatur, sed (sicut qui ingenuus non est) feruenti aqua, vel candenti ferro se expurget.

¶*Burchardus etiam citat ex concilio Triburiensi ca. 10. & in Triburiensi illo, quod extat impressum, habentur nonnulla ad hanc rem facientia.*

Item Hincmarus Rhemorum episcopus.

¶De eodem. C. XVI.

[2] SI mala fama de presbytero exierit, & accusatores, ad testes legales defuerint†, ne, contra Apostolum, infirmorum corda de mala fama presbyteri percutiantur, & ne vituperetur ministeriũ nostrum, ne ve securiores presbyteri existentes licentius in peccatum prolabantur, secundum decretaA maiorum cum denominatis sibi vicinis presbyteris quos scimus se nolle [c] peierare, sacramento famam suam purget.

¶*In concilio Rhemensi Trosleiano 9. ca. refertur synodus ab Hincmaro Rhemorum archiepiscopo habita, in qua habetur hoc caput.*

A ¶Secundum decreta.] *In synodo legitur*, secundum decretum Gregorij iunioris sit iusiurandum in medio, & habeat malæ famæ presbyter in sacramento purgationis suæ eum testem, quem habebit & iudicem.

Item Innocentius Aquileiensi patriarchæ, & Mantuano episcopo.

¶De eodem. C. XVII.

QVoties frater noster Tridẽtinus episcopus in nostra præsentia de simonia sit impetitus, prudentiam vestram latere non credimus: cuius causa tandem in nostra præsentia ventilata producti sunt aduersus eum accusatores viua† voce, & scripto asserentes, quòd ecclesiam sancti Petri de Pado †, presbytero Paulo dederit pro quattuor modiis frumenti †, quos ab eiusdem ecclesiæ laicis acceperit. Verum quoniam nec accusatores, nec testes secũdum formam canonum, & sanctorum Patrum statuta in causa ipsa procedere potuerunt, communi fratrũ nostrorum concilio iudicamus, vt tertia manu sui ordinis & quattuor† abbatum, & religiosorum sacerdotum de supradicta simonia in vestra præsentia se debeat expurgare. Porro purgationis tenor erit huiusmodi. Idem episcopus super sancta Euangelia primum iurabit, quòd pro ecclesia sancti Petri de Pado presbytero Paulo danda neque ipse per se, neque per submissam personam, neque alius pro eo, se sciente, ꝓpretium receperit. Deinde vero purgatores super sancta Dei Euangelia iurabunt, quòd sicut ipsi credunt, verum iurauit. Nos itaque causæ huius seriem committentes prudentiæ vestræ, mandamus vobis, vt congruo loco in vnum cõuenire curetis, & ita causam ipsam iuxta præsentium tenorem ꝓstante Domino restauretis: quatenus, & omnis decetero huius quæstionis scrupulus auferatur, & vtrique parti sua iustitia conseruetur. Si quis vero de vobis, certa præpediente causa, interesse non poterit, vos, qui adesse poteritis, idem iudicium terminate. Quòd si prædictus frater noster A. prædictam purgationem fecerit, vos ei auctoritate nostra prædictum officium & Tridentinam ecclesiam restituite. Hanc autem purgationem ante proximam purificationem beatæ Mariæ Virginis adimplere iubemus.

¶*Caput hoc extat in decre. tit. de purg. canon. & tribuitur Innocentio tertio. Sed visum est ibi esse mendum, vt ij. sit positum pro ij. Nam collector Decretalium solet in Pontificibus hunc ordinem obseruare, vt eos qui antecesserunt prius citet. Ita, cum ibi hoc caput habeatur ante aliquot canones Alexandri, ac Lucij tertij, qui præcesserunt Innocentium iij. non videtur huic posse tribui: quamquam habeatur etiam eidem ad scriptum inter opera ipsius post sermones, & in conciliis, quæ in quattuor tomos sunt diuisa, tomo tertio. A pleriſque autem manuscriptis Gratiani codicibus, etiam iis, in quibus paleæ esse solent, totum istud caput abest. A versiculo autem*, Nos itaque. *vsque ad finem abest ab omnibus.*

admoneat ipsum primo seorsum, postea coram testib. vt se corrigat: ꝙ si non fecerit, tunc demum suspendat eum vsq; ad dignam satisfactionem. ext. de pur. can. c. 2. in quo casu intelligo ꝙ hic dicitur. nũquã. n. à principio suspendat eũ nisi enormitas delicti vel scandali hoc exposcat. ext. e. inter. & hęc est digna satisfactio, vt purget se ad iuncto sibi legitimo numero, vel ad arbitrium sui episcopi, vt hic, & j. e. omnib. ext. e. ex tuarum. & eodẽ deficiente in purgatione puniatur: & puniat eum tamq̃ conuictum vel confessum, ext. de ac. cum P. ext. de fim. infinuarum. & de pur. can. cum P. & ibi de hoc. †al. vna

b ¶*Arbitrium.*] hic no. compurgatores arbitrio ep̃i sumendos. † al. Paio

Si mala.] CAsvs. Idẽ dicitur in hoc c. quod in præcedentib. eo addito, ꝙ com purgatores debent esse tales, de quib. non sit suspicio quòd velint peierare. †al. farina

c ¶*Se nolle.*] bonæ opinionis, & qui vitam eius nouerint & mores, vt extr. ea. c. cum dilectus. sed non fiet rigide examinatio testium, ext. ea. c. constitut⁹. immo frater potest purgare fratrem. ext. de præsum. c. litteras. Io. †al. quarta manu

IN

Source : BIU Cujas

IN PRAEMISSIS. Hoc allegando dicit Grat. propterduo c.s. Sixti & Leonis.

a ¶*Se purgare.*]falsum dicit allegando.

ADDITIO. Dic vt j. ea. c. vlt.

b ¶*Sixti Papæ.*]s. eod. mandastis. Io.

c ¶*Et Leonis.*] hoc est in seq. c. Io.

1 Burc. l. 1. c. 198. Iuo p. 5. c. 313. Pann. l. 5. c. 4.

Vditum. CASVS. Leo Papa de q-busdam criminib. infamatus se corã multis purgauit, non statuendo ius vt successores sui ad hoc cogã tur.

"Purgãs se, quid debet asserere.

d ¶*Iussi.*] "nec consilium dedi, nec defensionem præstiti, nec sciẽte me factum est, vt ext. d e purg. cano. quoties. 50. dis. si quis viduam. addunt quidam, nec volui[a], vt s. 1. q. 4. quia præsulat[o]. quod valde durum videtur. Sed numquid hic iurabo, quia cũ sciui prohibere potui, & non phibui. & hoc quòd non habeam ratum quod factum est, cum etiam in maleficiis ratihabitio mandato æquiparetur. ff. de vi & vi ar. l. 3. §. cũ procur. & ext. de rest. spo. cum ad sedem. in fi. s. e. q. 1. notum. in fi. e ¶*Cogantur.*]quia ab æmulis hæc infamia ꝓcesserat. Vel dic ceteris Apostolicis.

a Dicit Io. d Fan. hoc nõ credo. cum conscientiã suã ñ tenea tur qs purgare, nisi vbi inuenitur exꝑssum, vt ĩ casu illi[o] l. C. de his q ad ec. cõfu. præsenti. cũ sim. Arch.

ECCE. CASVS. Infert ex supra dictis duob. c. ꝙ purgatio voluntaria est, & non necessaria. Sed statim dicit contrarium per alia ca. & ad hoc inducit seq. c.

f ¶*Necessitatem.*] ext. de ele. innotuit.

g ¶*Datur.*]allegando dicit.

h ¶*In decreto.*]Leonis j. c. prox. & seq. Ioan.

2 s. e. ꝓsbyter si à plebe. c. seq.

Omnibus vobis.] CASVS. Leo tertius interrogatus fuit à Carolo Rege, & suis subditis, qualiter sit procedendum, si crimẽ sacerdoti obiiciatur. Et resp. Leo & dicit, ꝙ ista quæstio fuit sæpius ventilata à tẽporib. multis, nondũ tamen fuit ad plenũ definita. verumtamẽ

3 capitul. 5. c. 34. Iuo p. 6 ca. 419. Pan. l. 5. c. 3.

post reclamationes multas, habito concilio multorum episcoporũ, & aliorum prælatorum, & sacerdotũ, & aliorum multorũ: statuit & definiuit, ꝙ

† *al. quoniã qualiter.*

si legitimus apparuerit accusator, & probauerit crimẽ ꝓ punia tur accusatus: & si nõ

† *al. nostris*] cap.

probauerit, puniatur accusator de calumnia. tamẽ si sacerdos accusatus remanserit infamatus, indicatur ei purgatio cum iij. v. vel vij. manu sacerdotum, vel cum plurib. se expurget, si e pisco po videbitur. quales autem testes in accusationib. recipiantur, est in canonib. diffini tum.

i ¶*Auditu.*] aliquid er go scitur auditu. 22. q. 5. hoc videtur.

k ¶*in canonibus.*] j. e. q. 7. testes. & c. ipsi.

l ¶*Aut.*]pro &[b]. Non enim sufficit, quòd so li episcopo sit suspectus. ar. contra ext. de of. iud. or. ex parte. & cle. in l. 3. C. de obse. pa. c. vl. & sic[c] non ob. 6. q. 2. placuit. credo tamen quod si est accusat[o], & episcopo est suspect[o], quòd poteſt eũ cogere ad purgationem, secus si nõ est accusatus secundum Lau. [d] per illud 6. q. 2. placuit. "immo inuenio quòd propter calumniosam accusationem cogitur qs se purgare, vt ext. de acc. veniens. & ar. ff. ne quis eum qui in ius vo. est. l. pe. §. 1.

b Gl. est sim. in auth. sed nouo iure. C. de epi. & cle. in l. 3. C. de obse. pa. præst.

c Istud sic re spicit prin. gl. ñ contra ꝓcedentia.

d Al. secundùm leges. " accusator calũniosus cogitur se purgare.

m ¶*Consacer dotibus.*] vel etiã abbatib. extr. eo. cum in iuuentute.

† *vobis omnibus*]cap.

n ¶*Bonis.*]11. q. 3. in cũctis. hic patet quomodo intelligatur illud verbum à plebe. s. ea. presbyter. quia erant boni & iusti, immo non admittũtur licet sint boni si tamen leues fuerint. " Nam leues sunt qui ex facili credunt quæ probari non possunt. 11. q. 3. in cunctis. & est expressum extra eo. cum in iuuentute. aliàs solus qui esset bonus sufficeret. ext. de adul. significasti. Ioan.

"Leues qui dicuntur.

In præmissis auctoritatibus subintelligitur, si reus se purgare [a] *voluerit, vt sacri canones modum, non necessitatem purgandi accusato imponant: sicut apparet ex fine capitu li Sixti Papæ* [b], *& auctoritate Leonis* [c] *qui data purgatione ait de se ipso.*

¶De Leone qualiter se purgauit. C. XVIII.

[1] AVditum est, fratres charissimi, qualiter mali homines in me grauia crimina confinxerunt. Quamobrem ego Leo Pontifex sanctæ Romanæ ecclesiæ purifico me in conspectu vestro coram Deo, & angelis eius: quia istas criminosas, & sceleratas res, quas illi mihi obiiciunt, nec perpetraui, nec perpetrari iussi [d]. Hoc autem faciens non legem præscribo ceteris, qua id facere cogantur [e].

¶Caput hoc est Leonis tertij. Tota vero historia falsæ accusationis & purgationis ipsius refertur in vetustis Pontificalibus, ex quibus magnã partem accepit S. Antoninus p. 2. hist. tit. 14. c. 1. §. 8. de qua etiam re meminit Marianus Scotus, & Aymoinus lib. 4. c. 90. Apud Burchardum & Iuonem plenius est hoc caput, atque hæc visa sunt notatu digna. Quãobrem ego Leo Pontifex S. R. E. à nemine iudicatus, neque coactus, sed spontanea mea voluntate, purifico me in conspectu vestro coram Deo & Angelis eius, qui conscientiam meam nouit, & beato Petro principe Apostolorum, in cuius conspectu consistimus, quia istas criminosas, & sceleratas res, quas illi mihi obiiciunt, nec perpetraui, nec ꝓpetrari iussi. Testis est mihi Deus, in cuius iudicium vẽturi sumus, & in cuius conspectu consistimus. Et hoc propter suspiciones malas tollendas mea spontanea voluntate facio, non quasi in canonibus inuentum sit, aut quasi ego hanc consuetudinem, aut decretum in sancta ecclesia successoribus meis, necnon & fratribus, & coepiscopis nostris imponam, sed vt melius à vobis abscindatis rebelles cogitationes.

Ecce qualiter summus Pontifex semet ipsum purgat, nec tamen ceteris necessitatem [f] *purgandi præscribit. Vnde datur* [g] *intelligi, quòd satisfactio purgationis in voluntate consistit accusati, non in arbitrio iudicis.* [2] *Sed cum in Herdensi concilio presbyter iubeatur suspendi vsque ad dignam satisfactionem, cum etiam decreto* [h] *Leonis in arbitrio ponatur episcopi, quota manu sacerdos purgare se debeat, patet quod ad purgationem cogendus est, nec in sua voluntate, sed in arbitrio iudicis consistit.*

Vnde Leo Papa scribens ad Carolum Regem ait.

¶ Qualiter sacerdotes se purgare debeant. C. XIX.

latori. Nam vbi primum copiam eius habuerit, prouocare poterit. Ergo si statim se subduxit, simili modo subueniendum est. Quid igitur, si conditio horæ effecit, vt se reciperet? Si forte dicta sit sententia iam suprema [a] hora, vtique nõ videbitur se subtraxisse. ¶ Adeundi autem facultatem semper accipimus, si in publico sui copiam fecit. Ceterum, si non fecerit, an imputetur [b] alicui, quòd ad domum eius non venerit, quodq; in hortos non accesserit, & vlterius quòd ad villam suburbanam? Magisque est, vt non debeat imputari. Quare si in publico eius adeundi facultas non fuit, melius dicetur facultatem nõ fuisse adeundi. ¶ Si quis, ipsius quidem, à quo appellauit [c], adeundi facultatem non habuerit, *vt ei libellos daret* [d], ei autem, quem appellauit, habeat copiam, videndum est vt† ei præscribi possit, quòd eum [e] nõ adierit. Et hoc iure vtimur, vt si alterutrius adeũdi fuerit copia, præscriptio locum habeat. In propria causa biduum accipitur. Propriã causam ab aliena quemadmodũ discernimus? Et palam est eam [f] propriam esse causam, cuius emolumentum, vel damnum ad aliquem suo nomine ptinet. *& infra.* ¶ Si aduersus absentem fuerit pronuntiatum, biduum, vel triduum, ex quo quis scit [g], computandum est, non ex quo pronũtiatum est. Quod autẽ dicitur absentem posse prouocare, ex quo scit, sic accipit†, si non in causa per procuratorem defensus est. Nam si ille nõ prouocauit, difficile [h] est, vt hic audiatur [i]. ¶ [i] Si quem† in insulã deportãdum [k] adnotauerit [l] præses prouinciæ, & Imperatori scripse-

1 In prin. eiusdem l. j.

† *al. quidem*

f ¶ *Palam est eam.*] potest enim damnum pertinere ad aliquem, & fieri non suo nomine. 12. q. 2. §. qui manumittitur. 14. q. 2. super prudentia.

g ¶ *Scit.*] simile ext. de ap. super eo. ver. fi. C. quo. & quan. iu. ab eo.

h ¶ *Difficile.*] "id est, non: nam alibi ponitur hęc dictio, difficile, pro vix. 47. dist. quantumlibet.

"Difficile dupliciter sumitur.

i ¶ *Audiatur.*] No. cum aliquis est absens post lit. conte. aut abest ex iusta causa, aut ex iniusta. Ex iusta tripliciter potest abesse, quia aut abest ex causa necessaria & probabili, aut ex causa necessaria tantũ, aut ex probabili tantum "Si abest ex causa necessaria & probabili, vt ex cã reipub. tunc si est legitime defensus restituitur ad appellandum [d], vt ff. de in inte. rest. l. vlt. si vero nullo modo est defensus vel fuit minus legitime, ad totam causam restituitur, vt C. ex qui. cau. ma. l. 1. & C. de proc. quia. Si abest ex causa probabili tantum, vt ex causa peregrinationis vel studiorum, tunc si est legitime defensus, ad nihilum restituitur: & ita loqtur hæc lex. ff. ex qui. cau. ma. l. nec non. Si autem non est legitime defensus, tunc si constituit procuratorem, vel potuit constituere, ad nihilum restituitur, nisi ille procurator quem reliquerat, mortuus sit, vel forte soluendo non sit, vt ff. ex qui. cau. ma. sed & si. §. 1. decr. tamen dicit indistincte retractandum quod factum est, si probatur iusta cã absentię, vt ext. de sen. & re iu. cum Bertoldus. nec distinguitur an potuerit constituere ꝓcuratorem, an non, vel an abfuerit, ex ꝓbabili cã, non. & est ar. ad hoc C. quo. & quan. iu. l. ab eo. ibi enim vr ꝙ non sit opus restitutione, sed ꝙ de iure cõi possit appellare, si abest ex cã necessaria tantũ, vt

"Appellandũ est iudice præsente

rit, vt deportetur, videamus, quãdo sit prouocandum, vtrum cum Imperator rescripserit† vt deportetur, an cum ei scribitur. Et putem tunc esse appellandum, cum recipi eum præses iubet sententia [p] prolata. Imperatori scribendum, vt deportetur. Ceterum verendum est, ne sero sit, vt tunc ꝓuocetur, cum Imperator insulam ei assignauerit. Cõprobata enim sententia præsidis, tunc solet insulã assignare. ¶ Rursus illud verendum est, si mendaciis apud principem onerauit eum, quem deportandum laborabat, intercludi illi viam prouocandi. Quid ergo est? Recte dicetur humanitate suggerente, vt & hoc, & illo tempore non frustra prouocaretur: quia nõ aduersus principem, sed aduersus [m] iudicis calliditatem prouocauit. *& infra.* ¶ Illud quoque videamus, si cum Imperatori [n] scribere tur, exemplum litterarum litigatori editum sit, neque is appellauerit, & postea contra eum rescriptum sit, an appellare à litteris pridẽ sibi editis possit [e]? quia, qui tunc [o] non appellauit, vera esse, quæ scripta sunt, consensisse videtur: nec est audiendus, si dicat euentum sacri rescripti se substinuisse.

†al. scripserit

A ¶ Vt cum quis.] *Hinc vsque ad ver.* non admittitur, *non sunt in Pandectis: sed quia superius in eadem lege sententia ipsorum exprimitur, non sunt expuncta, sed descripta aliis characteribus.*

B ¶ Vt ei libellos daret.] *Verba hæc non sunt in Pandectis, sed ob glossam non sunt inducta.*

c ¶ Imperatori scripserit.] *Sic est emendatũ ex Pandectis. Antea legebatur,* Imperator rescripserit.

D ¶ Sententia prolata.] *Hæc vsque ad ver.* Ceterum, *sunt addita ex Pandectis.*

E ¶ Possit.] *In vulgatis codicibus sequebatur,* certe non potest: *quæ neque in vetustis, neque in Pandectis habentur.*

præses iudicat deportandum.

m ¶ *Aduersus.*] "Ergo qui appellat à grauamine, iuste appellat, licet remota sit appellatio in rescripto: quia non aduersus literas principis, sed aduersus malitiam iudicis appellat. sic ext. de of. iud. del. c. sane. in fi. ff. de cust. reo. l. diuus. C. de rela. l. 2.

"appellans à grauamine, iuste appellat.

ILLVD QVOQVE. Hæc est vltima lex istius tit.

n ¶ *Imperatori.*] consulendo ipsum, vel referendo. H. & tunc litigatoribus edi debet consultatio, vt C. de rela. l. 2. ext. de ap. intimasti.

o ¶ *Qui tunc.*] "dic manifeste videtur, quod si quis non appellat à suspecto iudice cum recipit litteras iudicis, vel si quis non protestatur causa suspicionis vel appellationis, ꝙ postea non possit appellare vel recusare, vt ar. extr. de sen. & re iu. quod ad consultationem. & ext. de of. del. gratum. sed contra petitis induciis à iudice potest ipsum recusare etiam allegata causa absentiæ coram eo, vt extr. vt lit. non cont. accedẽs. immo & post præstitam cautionem standi iuri potest appellare, vt ext. de eo qui mit. in pos. cum veniisset. & 3. q. 3. §. offeratur. & non videtur consensisse in iudicẽ, qui postulat sibi edi genus actionis. ff. de iud. non videtur. & post receptas litteras iudicis, quas remittit Papæ, possem iudicem recusare, vt ext. de off. del. cum olim. 2. item argu. ext. de rest. spo. ex conquestione. Dic ꝙ semper potest à grauamine appellari, vt ext. de ap. vt debitus.

"appellare aut iudicẽ recusare, nõ semp licet.

Non

"Metropolitan⁹ ꝺ causa criminali eṕi cognoscere potest

p ¶ *Prouocetur.*] 2 l. vlt. e. tit.

q ¶ *Deportandum.*] p̃ses. n. deportare non p̃t, vt ff. ꝺ le. 3. l. 1. §. deportat⁹. Sed relegare p̃t. ff. de iniu. rup. test. l. fi quis. §. eius qui. & §. seq. & ff. de interd. & rel. l. relegatorum.

r ¶ *Adnotauerit.*] i. iudicauerit. ar. "ꝙ metropolitanus potest cognoscere de causa criminali episcopi, & talem ferre sententiã, iudico te esse deponendum, sicut hic

Source : BIU Cujas

Item Vlpianus lib. 49. in tit. de recipiendis appellationibus, vel non, l. 1.

C. XXX.

NOn solent audiri appellantes, nisi hi, quorũ interest [a], vel quibus mandatum est, vel qui negotium alienum gerunt, quod mox [b] ratum [c] habetur. Sed etsi mater cum filij rem sententia vertam animaduerteret, prouocauerit [d], pietati dans, dicendum est & hanc audiri debere, & si litem [e] præparandam curare maluerit, intercedere non videtur, licet ab initio [f] defendere non potest.

¶ *Scæuola libro quarto regularum.*

Ante sentẽtiam appellari potest, si quæstionem [g] in ciuili negotio habendam iudex interlocutus sit, vel in criminali, si contra leges [h] hoc faciat. ¶ *Macer libro 1. de appellationibus lege 4.* Eius, qui [i] ideo causam agere frustratur, quòd dicit se libellum Principi dedisse, & sacrum rescriptum expectare, audiri desiderium prohibetur: & si ob eam causam prouocauerit, appellatio eius recipi sacris constitutionibus vetatur.

a ¶ Mater.] *Antea breuius legebatur*, sed & si mater ex pietate prouocauerit, dicendũ, &c. *Multa vero alia in hoc, & sequenti ca. ex ipsis Pandectis sunt emendata.*

Item Martianus lib. 2. de appellationibus tit. de libellis dimissoriis, l. vnica. [2]

¶ De dimissoriis libellis. C. XXXI.

POst appellationem [k] interpositam litteræ dandæ sunt ab eo, à quo appellatum est ad eum, qui de appellatione cognituros est, siue principem, siue quem alium: quas litteras dimissorias, siue apostolos appellant. Sensus autem litterarum talis est, appellasse, puta, Lucium Titium à sententia illius quæ inter illos dicta est. Sufficit autem petiisse intra tempus [l] dimissorias instanter [m], & sępius: vt & si nõ accipiat, id ipsum contestetur. Nam instantiam repetentis † dimissorias, constitutiones desiderãt. Æquum est igitur, si per eum steterit [n], qui debebat dare litteras, quominus det, ne hoc accipienti noceat.

¶ *Vlpianus lib. 4. de appellationib. tit. nihil innouari appellatione interposita, l. vnica.* [4]

Appellatione [o] interposita [p], siue ea recepta fuerit, siue non, medio [q] tempore nihil [r] nouari oportet.] *& infra.* ¶ Si quis [s] ex pluribus facinoribus condemnatus, propter quædam [t] appellauit, propter quædam non, vtrum differenda pœna eius sit, an non, quæritur. Et si quidem grauiora [u] sunt crimina, ob quæ appellatio interposita est, leuius autem id, propter quod non appellauit, recipienda est omnino appellatio, & differen

a ¶ *Intereſt.*] sic ext. de of. del. super eo. ff. de inof. testa. si suspecta. immo etiam si non interest, dummodo qualecumq; timetur præiudicium fieri, vt ff. e. à sententia. in prin. & extr. de sen. & re iud. cum super.

b ¶ *Mox.*] i. intra decem dies, quia ratum debeo habere quod meo nomine factum est, cum adhuc agere possim. ff. rem ra. ha. l. pe. Vel dicit, mox, id est, modico temporis spatio, quod magis intellectu quàm locutione exprimi potest, vt ff. de sol. ratum. ff. rem ra. ha. quo enim.

lege. 2. ibidem.

c ¶ *Ratum.*] "sed non ne si aliquis appellat ꝑ altero, ille cogitur habere ratam appellationem, cum negotium eius vtiliter sit gestum, vt ff. de neg. gest. Pomponius? Arg. contra quòd tantum in criminib. appellatur inuito condemnato, vt ff. de app. non tantum.

"appellõnẽ ꝑ me factã an teneat ratificare.

d ¶ *Prouocauerit.*] "ꝑ filio condemnato vel pro consanguineo etiam possunt appellare aliqui; vt ext. de re. iu. cum in contemplatione. in parte decisa. melius de reg. cum si mus. in parte decisa.

"Appellat cõiũctus ꝑ coniuncto.

2 lib. 49. digest. tit. 7.

e ¶ *Litem.*] appellationis: quia si ab initio defenderet, oporteret eam satisdare: qa in aliena re nemo idoneus est defensor sine satisdatione. ff. de proc. qui proprio. sed hoc est virile officium. C. de proc. alienum.

f ¶ *Ab initio.*] " pro filio non potest mater agere, vel ipsum defendere, quia hoc est virile officium. C. de proc. alienam. potest tamen postulare pro parentibus valetudine detentis. ff. de proc. feminas. sed aliena negotia potest mulier gerere extra iudicium. ff. de nest. ge. l. 3. §. 1. " Si tamen vis recipere mulierem interdentem pro aliquo, facias eam renuntiare auxilio Velleiani, vt C. quando mulier tu. of. fungi. l. vlt.

"mater pro filio agere non potest.

"cautela ad obligandas mulieres.

ANTE SENTENTIAM. Hic ponit tres casus. in duobus appellatio conceditur, qui satis sunt faciles, & in tertio prohibetur.

g ¶ *Si quæstionem.*] " In criminibus tantum fit quæstio, vt 5 q. 5. illi. ff. de quæst. l. 1. in prin. sed in pecuniariis causis non facile, nisi cum aliter veritas non potest liquere. ff. de quæ. Diuus pius. liberi etiam torquentur si facto interfuerint, ff. e. vnius. §. testes. aliàs non. C. de quæst. decurjones.

" Quæstio in quibus causis fit.

h ¶ *Si contra leges.*] id est, si vult torquere aliquẽ nulla præsumptione præcedente: quod non licet, vt ext. de re. iu. cum in contemplatione.

i ¶ *Eius qui.*] Hoc intelligunt omnes cum nuntium misit. Sed aliud est si per se in propria persona & ante citationem iter arripuit, vt ext. de ap. meminimus. & c. suggestum. Sed contra hanc distinctionem est argu. extr. de off. del. cum causa. vbi differtur causa propter missionem nuntij. & est hodie expressum in decr. de appel. ad hoc. sic non obstat eod. titul. vt debitus honor. illud enim intelligitur quando hoc tantum dicit, & non probat. & ibi dicitur, quòd primo conuenit qui primo litteras dedit iudici. hodie statur decre. vt debitus.

POst appellationem.] Casvs. Dicitur ꝙ iudex à quo appellatur, debet dare litteras dimissorias appellanti ad eum ad quem appellauit, continentes qualiter appellauit. & si appellans instanter petat, licet iudex ei non dederit, non nocebit ei.

"Apostolos ñ petẽs intra tẽsx. die rũ vr renunciare appel.

k ¶ *Post appellationem.*] similiter si appellationem non recipit debit litteras appellanti, vt eas det superiori, in quibus significabit ei quare appellationem non recipit, vt ff. de appel. reci. vel non. sciendum.

l ¶ *Tempus.*] " xxx. dierum, vt j. e. §. vl. in fi. & si intra id tempus non

m ¶ *Instanter.*] §. 100. dist. prisca.

n ¶ *Per eum steterit.*] Ergo si per ipsum stet, hoc ei nocebit, vt iudex superior ipsum non audiat sine apostolis. hoc autem hodie in paucis locis seruatur, tamen Innoc. iiij. hoc idem statuit.

o ¶ *Appellatione.*] planus est iste casus, nec eget expositione.

p ¶ *Interposita.*] ita ꝙ teneat.

q ¶ *Medio.*] dum tamẽ sit recipienda.

r ¶ *Nihil.*] " nisi cum appellatur ab executione, tũc siue sit mobilis res siue immobilis, fructus sequestrantur [a]. C. quor. ap. non re. ab executore. Item in alio casu cum dilapidat fructus. ff. e. imperatores. ext. de seq. poss. c. vlt. & cum appellans est in notorio crimine. extr. e. cũ sit Romana. vel est inuasor ecclesiæ. j. ead. §. sunt etiam. Item si heres conuictus de legato vel fideicommisso præstando appellat, tunc nõ deferetur appellationi, cauebit tamen de eo restituendo. ff. vt legatorum, vel fideicom. nomine caueatur. l. postquam. §. 1. ita etiã est in supplicatione. C. de precib. Imp. off. auth. quę supplicatio. Item potest nouas probationes inducere post publicationem testium, quas prius non poterat habere. C. de tem. app. per hanc. extr. de fide instrument. cum Ioannes. Item de reo fit actor, & tenetur probare victus appellationem esse iustam, vt extra de app. cum in ecclesia. " Cum ergo appellationi quandoque non deferatur, patet quòd differt à nuntiatione noui operis, quia post illam, siue ipsa sit iusta siue iniusta, nihil est innouandum, vt ext. de no. op. nun. c. cum ex iniuncto. iudex ergo à quo appellatur, si non recipit, superiori mandabit opinionẽ suam & causam, quare non recipit appellationem, vt ff. de app. re. sciendum. Ioan.

"Sequestrõ fit in aliquibus casibus aSub. & res de qua agitur, si sit mobilis amouetur à possessore, secũdũ In. q ita no. ext. de app. nouit.

† *al. petentis*

3 Adde ꝙ accipienti exponitur hic i. accipere volẽti. simi. in l. fi. ff. de mi. & l. si creditores. ff. de pact.

4 eod. l. 49. tit. 7.

"Appellõ, & nũtiatio noui operis differunt.

SI QVIS EX PLVRIBVS. Casvs. Si quis de pluribus criminibus fuerit condemnatus, si propter grauiora appellauerit, non est mandanda sententia tunc executioni: si propter leuiora, est mandanda executioni.

s ¶ *Si quis.*] Hanc legem intelligunt quidam, quando crimina sunt connexa, vt ff. de min. etiam si. sed hoc falsum est, " quia non potest quis simul accusari de criminibus pluribus descendentibus ex eodem facto. C. de accus. qui de crimine. Verum est ab vno, secus si à diuersis, item si ex diuersis factis posset etiam ab vno. infra quæstio. 8. §. libellorum. sed intellige quando minor pœna præiudicat maiori. Vel dic quòd si maior pœna includit in se minorem, vt depositio priuationem officij, defertur etiam pœna in minori. nam satis est si punitur in maiori pœna: arg. ad hoc 23. quæst. 5. relegentes.

" Accusari quis ñ ꝑt simul ꝺ pluri bꝰ criminib.

t ¶ *Quædam.*] " Sententia ergo pro parte tenet, pro parte non, vt ff. de minorib. etiam si. §. ex causa. C. de translactio. si ex falsis. extra de præbend. dilectus. extra de testam. Raynutius. & capit. Raynaldus. sed sententia arbitri non potest pro parte tenere, & pro parte non. ff. de arbitr. diem. quidam habent qualem pro lege. §. sed & si. licet contrarium inueniatur extra de arbitr. cum tempore. Hoc tamen scias, quòd rerum pluralitas non facit plures sententias, licet secus sit quandoque in stipulationibus. ff. de verborum obligation. quod dicitur. & l. scire. & ff. familiæ erciscund. in hoc iudicio. ff. ad exhibend. Celsus. §. item Celsus. Ioan. Probabiliter potest dici, quòd tot sunt sententiæ, quot sunt articuli expressi. argument. ff. de verborum obligatio. l. scire. B.

" Snia ꝑt ꝑ parte tenere, & ꝑ parte non.

v ¶ *Grauiora.*] quid si sunt æqualia? idem credo. Et sic patet hic, ꝙ magis dignum trahit ad se minus dignum. simi. ext. de conse. eccl. vel alt. quod in dubiis.

FOR

Source : BIU Cujas

FORMA. Casvs. Ponit hic magister qualiter formari debeant libelli appellationum, dicens: Ego N. sanctæ Bonon. &c. Postea dicit, quòd huiusmodi libelli fieri debent in scriptis.

a ¶ *Mcxli.*] dicit Hugo, quòd hic est falsa littera: quia non sunt tot anni, quòd liber iste compositus fuit: fuit enim editus docente Iacobo Bononiensi in legibus, & Alexandro in theologia, qui fuit postea Papa Alex. tertius, "& fuit anno domini Mcl. vt ex chronicis patet.

"Decretum fuit editum anno M cl.

b ¶ *Si autem vnus.*] "si plures condemnati sunt, & volunt appellare, libellus appellationis omnium nomina continebit: sed si vnus est ex pluribus condemnatus, si vnum in libello non expressit, illi non nocebit, vt ff. e. scio quæ situm.

"appellatio plurium.

c ¶ *Syndici.*] possunt ergo esse duo syndici, vel procuratores, vt hic, & ext. de test. insuper. & extr. de dol. & contuma. cum dilecti. & ext. de sen. & re iud. cum I. & A. melior tamen erit conditio occupantis, vt ff. de procur. plurib. [a] arg. tamen contra. ff. đ adm. tu. decreto. ifi. & ff. de procur. si quis cum. "Tu dicas, quòd bene possunt esse plures procuratores, sed tãtum vnus aget cum eis: quia si ambo agerent, forte quod vnus concederet, alter negaret. immo & si plures sunt qui agunt, omnes debent consti tuere vnum procuratorem, ne causa spargatur in plures aduersarios, vt ff. famil. erc. si familiæ. ff. de ædil. edi. quod si nolit. §. si plures. Melius potes distinguere: qa si plures sunt rei qui conueniuntur, omnes tenẽtur dare vnum pro curatorem, ne causa spargatur in plures aduersarios. sed si plures sunt illi qui conueniunt aliquem, nõ habet necesse dare vnum procuratorem. sic distinguit lex ff. iud. sol. iam tamen. §. vlt. Io. H. tamen dixit, quòd plures procuratores possunt simul agere, sicut notauit in distinctionibus suis. B.

aExt. de pc. non iniuste. vbi de hoc. & ibi nota. Gof. quille dr occupare q prius ad lit. contest. puenit. ff. đ le. 1. si plurib. A. "Procuratores pñt esse plures.

d ¶ *In scriptis.*] si coram iudice appellat, sufficit si dicat appello. ff. e. l. 2. "sed si appellat sine iudice, tunc scribet quis, & à quo, & contra quem appellet, & à qua sententia. ff. e. l. 1. in fi. Idem videtur si à gravamine appellat: immo sufficit si dicat, appello. ext. e. cordi.

"appellans absente iudice, qd debet facere.

Catholicus,] Casvs. Dicitur, quòd si catholicus condemnatus ad iudicẽ alterius fidei appellauerit, debet excommunicari.

c ¶ *Fidei iudicis.*] infidelibus enim sunt interdicta officia publica. C. de Iudæ. l. vlt. 17. q. 4. constituit.

f ¶ *Excommunicetur.*] nisi sit sub rege infideli, vt Paulus, qui appellauit ad Cæsarem. 23. qu. 1. paratus. 10. dist. si in adiutorium. 11. qu. 3. Iulianus.

NOTANDVM. Hæc est sexta pars q. in qua probat, quòd ab arbitris non est appellandum: & licet verum dicat, tamen superficialiter inducit canones, quia loquuntur in iudicibus ordinariis electis à partibus ex causa, excepto c. seq. quod intelligitur in arbitro, secundum Ioan. de Fan.

Casvs. Modo dicit Gratianus à quibus appellari non licet. Et hoc probat per sequens c. cuius casus facilis est, & intelligitur de arbitris, vt dicit sequens §.

g A *Iudicibus.*] Si consensisti in iudicem aliquem, propter iniquitatem personæ non potes appellare, vt hic, & extr. de off. deleg. super quæstionum. sed ab iniqua sententia potes appellare: quia licet reprobare dicta, sed nõ personam, vt 4. q. 3. si quis testibus. vnde appellatur si vocauerit litigatores ad inhonestum locum. ff. de arbit. si cum dies. §. si arbiter. vel ad periculosum locum. extr. de appel. ex parte. 1. "Dicas ergo, quòd nisi remota sit appellatio, bene appellatur à iudicibus de communi consensu electis: nisi sint electi, vt arbitri, vt ff. de app. ex consensu. vel etiam si sunt arbitri tales, qui electi sunt ex necessitate: quia à talibus appellatur, vt C. de iud. l. vlt. "Item scias, quòd duo sunt genera arbitrorum. quidam sunt arbitratores, qui componunt inter partes, & talium arbitrium si est iniquum, est reducendũ ad arbitrium boni viri, vt ff. pro soc. si societatem. Sed arbitrium illorum qui eliguntur sub pœna, licet sit iniquum, tamẽ tenet. ff. e. diem. §. stari. sed à superiori potest retractari, vt ext. de arb. non sine. Item si per dolum sententiam tulerunt, licet non retractetur per appellationem, tamẽ per exceptionem retractatur. ff. eo. ti. non distinguemus. §. cum quidam.

"Appellare à iudice cõi ter electo, an licitũ sit.

"Arbitrorũ 2. sunt gña. 1Et in Afric. c. 89.

2 In epistol. Nic. 1, Iuo par, 6. c. 365. Pã. l. 4. c. 132.

h ¶ *Communis consensus.*] secus in causa criminali, vbi consensus rei sufficit. 11. qu. 1. ca. 3.

†al. arbitri

QVOD DE ARBITRIS. Casvs. Not. q iudicum alij sunt ordinarij, vt pote dati à principe, vel à lege. Alij arbitrarij, ĩ quos compromittitur, nullam tamen habent potestatem. sed istorum arbitrorum alij sunt ordinarij & arbitrarij, vt pote qui legitimam potestatem habentes, ad arbitrandum eliguntur. Alij arbitrarij tantum. Ab his qui sunt ordinarij & arbitrarij appellari licet ratione ordinariæ potestatis, & iurisdictionis. Et ad hoc inducit c. seq.

3 & Afric. c. 89.

4 Iuo par. 6. c. 363. Ans. l. 3. c. 123.

i ¶ *Potestatem.*] eius rei de qua est ordinarius iudex, potest a-

"Ordinarius & plegatus possunt esse arbitri.

bIdẽ Spe. ti. de arbi. §. 1. vers. arbitrator. & not. Bal. & Sal. l. 1 C. de arb. & ff. de le. 2. cũ qdã. 2. & ibi p Im. & Bal. ĩ l. si seruus pluriũ. §. fi. đ le. 1. & Pe. de An. ĩ cle. sæpe. đ ver. si. p Paul. de Ca. ĩ l. nã & postea. §. si mino. đ iur. cSub. immo bñ đt Grat. qa nisi, &c. secundũ L. d Sub. maxime cum appellõ sit tpe peritura, nõ dz expectare cõiudicẽ. ar. ff. đ admtut. tutor q. §. j. scđm L.

C. XXXII.

Catholicus, qui causam suam siue iustam, siue iniustam ad iudicium alterius fidei iudicis [e] prouocat, excommunicetur [f].

C. XXXIII.

[2] A Iudicibus [g], quos communis consensus [h] elegerit, nõ liceat prouocare.

Quod de arbitris intelligendum est. Iudicium enim alij sunt ordinarij, alij arbitrarij. Ordinarij vero sunt, qui ab Apostolico, vt ecclesiastici, vel ab Imperatore, vt pote sæculares, legitimam potestatem accipiunt. Arbitrarij sunt, qui nullam potestatem [i] habentes, cum consensu litigantium in iudices eliguntur, in quos compromittitur, vt eorum sententiæ stetur. Horum alij sunt ordinarij & arbitrarij, alij arbitrarij tantum. Ordinarij [k] & arbitrarij sunt, qui legitimam potestatem habentes, ab eis eliguntur ad arbitrandum, qui non sunt suæ ditioni suppositi. Ab his, etsi vt arbitrarij †sedeant, & non vt ordinarij, priuilegio tamen ordinariæ dignitatis grauatus aliquis appellare valebit. [l]

Vnde in concilio Carthaginensi 3. c. 10. [3]

C. XXXIIII.

¶ A iudicibus, qui eliguntur communi consensu, prouocare licet.

[4] S Ane, si ex consensu partium iudices electi fuerint, etiam à pauciore numero, quàm constitutum est, liceat [m] prouocari.

B ¶ Liceat.] *Hunc canonem citat Gratianus (quod ipsemet aperte profitetur) vt ostendat ab huiusmodi iudicibus licere appellari. Verum in concilio Carthaginensi tam impresso, quàm manuscripto cum variis exemplaribus collato, & vnico codicis canonum etiam impresso, ac manuscripto, & græco, quod cum ipso concordat, & Africano, vbi hoc repetitur, & apud Iuonem legitur*, non liceat. *Et quæ in ipso canone antecedunt, & referuntur j. e. c.* hoc etiam. *ostendunt omnino cum negatione legendum esse.*

A *Iudicibus.*] *In vulgatis erat* Mclxj. *qui numerus, vt recte in glossa dicitur, constare non potest. Quod hinc etiam confirmatur, quia quarta indictio, de qua hic est mentio, non conuenit cum anno illo. In manuscriptis autem cum varia sit lectio, hæc visa est melior, quæ notarum tantum transpositione restitui potuit, & quarta indictio cum hoc anno concurrit.*

Ad iudicium autem alterius fidei, catholico appellare non licet.

Vnde in concilio Carthaginen 4. c. 7.

¶ Excommunicetur catholicus, qui committit causam suam iudicio alterius fidei. C. XXXII.

Placuit

Source : BIU Cujas

PLacuit.]Casvs. Quidam clerici conuenti coram episcopis suis, iusta de causa recusabant eos. Dicitur, quòd vicini episcopi electi à partibus de consensu suorum episcoporum cognoscant de causa, à quibus non appellatur, nisi ad Africana concilia, vel primates. si ad condilia transmarina appellauerint, excommunicẽtur. Sed dicit Gratianus, hoc verum esse, nisi ad sedem Apostolicam appellauerint, vt in seq. §. dicitur.

1 & Afric. c. 92.

a ¶*Fuerint.*] recusando eos, & intra triduum alios eligendo.

2 11. quæ. 3. 3. q. 3. §. offeratur.

b ¶ *Vicini.*] forte non erat metropolitanus,

c Suffraganei qñque supplent defectũ archiepiscopi.

c ¶ *Consensu.*] maxime. Vel ideo dicit, qa sine licentia eius non potest clericus renuntiare foro, ext. de for. comp. si diligenti. sed de licentia episcopi potest adire iudicem ecclesiasticum, vt ext. de fo. comp. significasti. vel ideo dicit ex consensu, quia episcopus delegabit ei causam: tamẽ ille non cogitur eam recipere: quia par in parem nõ habet potestatem vel imperium. & est simile 6. q. 4. si quis episcopus.

d ¶*Concilia.*]casus vbi non appellatur ad delegãtem, hoc ideo fit, quia est suspectus. & est simile 5. e. anteriorum. in fi.

3 Nicol. in epist. ad Michaelẽ, q̃ incipit [Proposueram?] & i epist. ad eos apud Cõuicinum cõgregatos Iuo par. 5. c. 27. conc. Afri. c. 101.

HIS AVTEM. Casvs. Dicit Grat. q̃ appellator non debet remitti ad eum, à quo appellauit. Et hoc probatur seq. c.

Item ex concilio Mileuitano, c. 22.[1]

¶Qui de episcoporum iudiciis queruntur, à vicinis episcopis audiantur, vel ab aliis ex consensu eorum adhibitis. C. XXXV.

2 PLacuit, vt presbyteri, diaconi, vel ceteri inferiores clerici in causis, quas habuerint, si de iudiciis episcoporum suorũ questi fuerint[a], vicini[b] episcopi audiant, & inter eos quidquid est finiant, adhibiti ab eis ex consensu[c] episcoporum suorum. Quòd si & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent, nisi ad Africana concilia[d], vel ad primates prouinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putauerit appellandum, à nullo intra Africam in communione suscipiatur.

2 11. quæ. 3, presbyteri.

" Suffraganei qñque supplent defectũ metropolitani.

" & ideo prouinciales episcopi supplent

Nisi forte A *Romanam sedem appellauerint. Is autẽ qui appellauerit, ad eum, à quo appellauit, remitti non debet.*

Vnde in Sardicensi concilio, c. 7.

A ¶Nisi forte.] *Hæc in antiquis codicibus scribuntur tamquam Gratiani verba. Et ad hãc sententiam demonstrandam affert sequens caput ex concilio Sardicensi.*

¶De eodem. C. XXXVI.

3 SI quis episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum deiecerint, si appellauerit, qui deiectus fuerit, & confugerit ad beatissimum Romanæ ecclesiæ episcopum, & voluerit se[A] audiri, si iustum putauerit, vt[B] reuocetur[e], vel renouetur examen, scribere episcopis dignetur his, qui in finitima[f], & propinqua[g] prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quòd[c] si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua mouerit episcopum Romanum, vt de latere suo presbyteros mittat, erit in potestate eius, & quid velit, & quid æstimet. Et si decreuerit mittendos esse, qui præsentes cum episcopis iudicẽt, vt etiam habeant auctoritatem[h] personæ illius, à quo destinati sunt, erit in eius arbitrio. Si vero crediderit sufficere episcopos[D], vt negotio terminum imponant, faciat quod sapientissimo consilio suo iudicauerit.

A ¶Se audiri.] *Græce est,* καὶ βουληθέν αὐτῶ δικάσαι, *id est,* si Romanus episcopus voluerit ipsum audire.

B ¶ Reuocetur, vel.] *Hæc absunt à concilio tam impresso, quàm manuscripto cum variis exemplaribus collato, & legitur tantummodo* renouetur, *quemadmodum Græce est,* ἀνανεώσασθαι, *& sic refertur à Nicolao & Iuone, sed ob glossam non sunt inducta.*

c ¶ Quod si is, qui rogat.] *Græce est,* εἰδέ τις ἀξιῶν καὶ πάλιν αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἀκουσθῆναι. *id est,* Si quis autem postulet, & rursus negotium suum audiri, *vt sit secunda appellatio, quæ etiam significatur in capite,* Gaudentius. *quod apud Græcos proxime antecedit huic capiti.*

D ¶Episcopos.] *Sequebatur in codicibus Gratiani, etiam in manuscriptis quemadmodum & apud Iuonem* comprouinciales, *quæ vox non est in concilio, neque apud Nicolaum. Græce legitur* καὶ ἀπόφασιν τῶ ἐπισκόπου. *id est,* & ipsius episcopi sententiam. *Balsamon tamen videtur legisse* τῶν ἐπισκόπων, *& primum interpretatur de episcopis prouincialibus, deinde de aliis.*

Arbitrarij[i] *tantum sunt, qui nullam legitimam potestatem acceperunt, à quibus appellari non licet, quia eis imputandum est, quòd sibi tales elegerunt. Si vero sententia eorum, à quibus appellatur, soluta fuerit*[A]*, nihil eis oberit, nisi forte vel inimicitia, vel pecunia deprauati iniustam probentur tulisse sententiam.*

Vnde in concilio Carthaginensi 3. ca. 10. legitur.

A ¶Fuerit.] *Sequebatur in vulgatis,* per eum, ad quem appellatum est: *quæ sunt expũcta, quia in vetustis codicibus non habentur.*

¶Cum per appellationem sententiæ soluitur, non debet obesse ei, qui non iniquo animo iudicauit. C. XXXVII.

7[4] HOc etiam placuit, vt à quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, vbi est maior auctoritas, fuerit prouocatum, non eis obsit[k], quorum fuerit soluta sententia, si conuinci[l] non potuerint, vel iniquo†[m] animo iudicasse, vel aliqua cupiditate, aut gratia deprauati.

Quæritur autem de eo, à quo appellatur, an sit euocandus in testimonium apud eum, ad quem appellatur, super negotio cuius cognitionem susceperit. De hoc ita statutum est in concilio Carthaginensi, 5. c. 1.[5]

¶ Clericus non deuocetur in testimonium illius causæ, cuius primum cognitionem susceperit. C. XXXVIII.

6 STatutum†est, vt qui forte in Ecclesia quamlibet causam

i ¶ *Arbitrarij.*] Hæc verba habes. ff. de arbit. l. diem. §. stari. nisi cõtra ius sit quod profertur. j. ea. §. est autẽ quando.

Hoc etiam.]Hæc est 7. pars qu. in qua ponit x. diuersos casus in x. ca. Ioan. de Fant.

Casvs. Dubitabatur vtrum iudices puniri debeant, quorum sententia per appellationem fuit retractata: & statuitur in concilio quòd propter hoc puniri non debent, nisi conuicti fuerint odio vel gratia vel pecunia sententiam protulisse.

k ¶*Obsit.*] nisi quantũ ad hoc quòd in aliis causis possint suspecti recusari. extra de ap. ad hæc. & c. proposuit.

l ¶*Si conuinci.*] " Argumentum, quòd cõtra aliquem ex officio suo faciẽtem aliquid non sit malum præsumendum nisi conuincatur. 11. qu. 3. absit. & c. si episcopus forte. 9. qu. 2. Lugdunensis. ext. de renun. in præsentia. de sen. & re iu. sicut. Hodie non præsumitur pro solo iudice, nisi hoc legitimis constiterit documentis. vt ext. de probat. quoniam contra falsam.

" pſumitur pro illo qui aliqd facit ex officio.

4 Iuo par. 6. c. 363. Pann. l. 4. c. 133.

m ¶*Vel iniquo.*]"Si iudex per suam imprudentiam iudicauerit male, punitur quantum iudici videtur æquum. ff. de var. & extraor. cog. l. vlt. sed si per imprudentiam assessoris, tunc assessor tantum punitur, vt ff. quod quisq. iur. l. 2. [b] Sed si iudex per dolum, vel per gratiam, vel odium, vel pro pecunia male iudicauerit, punitur in veram litis æstimationem: & etiam infamis fit. C. de pœn. iu. quisquis. iud. l. 2. & insti. de obl. quæ ex quasi delic. nas. §. 1. Si autem iudex non vult iudicare, facit litem suam, vt 32. q. 1. dixit Dominus. dic vt ibi dixi.

" iudicisma le iudicãtis punitio.

† *inimico*] vera lectio.

5 Et in Afri. c. 26.

b Adde per Doct. d hac mria in l. ar gẽtari. §. fi. cũ glo. ff. de eden. & quẽ no. in c. j. de re iu. lib. 6.

6 Iuo p. 6. c. 230.

QVAERITVR. Casvs. Mouet hic Gra. q. an iudex à quo appellatur, possit esse testis in causa propter quam est appellatum ab eo: & probat quòd non, sequenti c.

† *al. statuendum*]Orig.

STatutum.] Casvs. Appellatum fuit à sententia iudicis: alter litigatorum coram iudice appellationis volebat ducere in testimonium iudicem, à quo appellatum est: similiter assessorẽ vel aduoca

Source : BIU Cujas

uocatum, quæritur vtrum possit? Et Respondet quòd non. In fin. dicitur, quòd clericus ad testimonium compelli non potest.

a ¶ *Apostolico.*]id est, canonico.

b ¶ *Decisio.*]id est, sententia.

c ¶ *Clericorum.*]id est, iudicum.

d ¶ *Displicuerit.*]& ideo appellauerit.

e ¶ *Præses.*] id est, præsidium ferens, i. aduocat[a] vel assessor. præses enim dicitur defensor. 32. q. 4. nemo.

f ¶ *Cognitor.*] "Instrumento tamen iudicis creditur super his q̃ acta sunt coram eo: & ēt dcō suo creditur, vt ext. de rest. spol. olim. in fi. & ca. cum ad sedem. & ext. de sen. & re iu. cum super. & c. sicut. & ext. de eo qui mit. in pos. ca. 2. & de testi. cum à nobis. C. de contrah. stip. optimam. C. de fal. si qs decurio. Arg. contra. C. d̃ reli. l. 1. C. de arb. ne in arbitris. ff. de custo. re. diuus. s̃. ead. biduum. in fi. ext. de cō di. appo. per tuas. ext. de accus. cum dilecti. in fi. Creditur tamen iudici cum aliis admiculis. ext. de testib. cum à nobis.

f ¶ *Vel cognitor.*] "Prohibetur ergo ne iudex, vel aduocatus, vel assessor fiat testis in causa illa: iudex enim offensus & suspectus est appellanti, vt extr. ea. proposuit. Item quia iudex semper vellet tueri suam sententiam: & ita non esset ex vtraque parte, quod est officium testis, vt 14. qu. 5. non sane. instruere tamen potest eum qui cognoscit de appellatione, vt 18. dist. cap. 1. licet sit arg. contra. ff. de iud. eum qui. Nec etiam assessor potest esse testis: quia ipse libellis & sententiis & cognitionibus præest. ff. de assess. l. 1. licet sit argum. quòd possit. ff. quod metus cau. l. metum. §. sed quod prætor. in fin. Item aduocatus[b] executor negotij non potest esse testis, vt ff. de testib. l. vltim. & 4. quæstio. 3. testes quos. circa medium. sicut nec aduocatus iudex potest esse: nedum aduocationis suæ memor, &c. C. de assessor. nemo. Ioan. Quidam dixerunt, quòd in principali negotio non admittuntur hæ personæ: sed super his quæ acta sunt in causa, sic extra de accusa. cum dilecti. hoc tenet Hug. Alij vero contra. B.

g ¶ *Ad testimonium.*] Regulare est, quòd in ciuilibus negotiis cogi potest quilibet testificari. 11. quæstio. 3. quisquis metu. C. de testib. si quando. sed clerici non coguntur ad testimonium: sicut nec ad alia officia publica, vt 16. quæst. 1. generaliter. quia clerici non de facili debent iurare. 2. quæst. 5. si quis presbyter. Sed si aliter veritas non potest manifestari: tunc per episcopum possunt cogi clerici ad testificandum. 14. quæstio. 2. quamquam. Item & si gratia, odio, amore vel timore se subtrahunt. extra de testib. cog. cap. 1. & 6. dilectorum.

h ¶ *Pulsetur.*]id est, cogatur.

AB EIS. Casvs. Modo probat Gratianus quòd non licet tertio super eodem negotio appellare.

SI *autem.*] Casvs. Quæsitum fuit vtrum ei qui bis appellauit super eodem articulo, liceat super illo, tertio appellare. Et resp. quòd non: sed eligantur iudices de consensu partium, à quib. non prouocetur. Et quòd ita intelligi debeat cap. probat Gra. §. seq. qui per se patet. & l. seq.

i ¶ *Si autem.*]pone casum s̃. e. à iudicibus.

k ¶ *Vt ab ipsis.*] "Si hæc dictio, vt, ponitur consecutiue, vt Gra. vult, tunc intelligas prout dixi s̃. e. à iudicibus. sed si ponitur modaliter, nihil est hic iuris: quia taliter bene possunt eligi iudices, vt non liceat prouocari. vt C. de tem. ap. l. vlt.

l ¶ *Eademque.*] Argum. contra aduocatos: " quia eadem causa dicitur appellationis cum principali. sic s̃. e. si episcopus. & 16. dist. habeo. Arg. contra. 6. q. 4. Osius. Sol. eadem est causa, id est negotium: sed non est idem iudicium: quia alij sunt iudices. Ioan. & pronuntiant appeliationem iustam vel iniustam, vt s̃. ea. §. vlt. sed in priori causa pronuntiatur de ipso principali. & hoc notaui in quæstionibus meis. B. [c]

SI QVIS. Casvs. Tria dicuntur in hac lege. Primum est, quòd in vna causa & super eodem articulo non licet tertio prouocare. Secundum est, quòd sententia præfecti prætorio retractari nō potest. Tertium est, quòd si in causa in qua secundo appellatum est, datus fuit iudex delegatus: licet ab eo appellari non possit, recusari tamē potest ante lit. contest. & implorari audientia delegantis.

m ¶ *Tertio in eadem:.*]Ergo qui bis appellauit, non auditur tertio appellans. hoc ideo, quia præsumitur quòd toties iuste condemnatus sit, & non grauetur. Vnde idem potest dici secundum canones. ext. de ap. sua nobis. Sed quid est quod dicit hic, "aliquis potest recusari, non tamen appellari, ab eo: cum tamen à suspecto iudice possit appellari. vt ext. vt lit. nō cont. accedens. 2. s̃. e. quoties. Item secundum decr. vbicumque inhibetur appellatio, & recusatio, vt extr. ea. super eo. 2. & ca. consuluit. Sed dic quòd inhibetur simplex & vaga recusatio vbicumque inhibetur appellatio: tamen expresse non potest inhiberi remedium reculationis, vt C. de sent. & interlo. om. iud. l. vl. Potest dici quòd tertio appellatur non à sententia, sed à suspecto iudice. Sed qualiter potest hæc lex stare: quia si iste qui appellauit, impetrauit iudices: ipse non potest eos recusare, vt dixi s̃. e. à iudicibus. si aduersarius eos impetrat, aut ante terminum appellationis, aut post terminum: si ante terminū, tunc litteræ non valent, vt extr. de ap. oblatæ. & c. sæpe. sed si post terminum, stultus est impetrans si vtitur litteris illis, cū sententia iam teneat, vt j̃. e. ei qui. Dicas & intelligas quando aduersarius impetrat litteras: & ante terminum appellationis, non ante terminum datum ab homine: sed ante terminum appellationis datum à lege: quod facere potest, vt infra ead. appellatore. Vel intellige quando idem qui appellauit, impetrauit iudicem illum: quia eum potest recusare propter nouam causam superuenientem, vt ext. de offi. del. insinuante.

Vnde in 7. libro Codicis, titulo,[1] *ne liceat in vna eademque causa tertio prouocare, lege vnica Imperator Iustinianus scribit.*

¶ [*Si quis in quacumque lite iterum prouocauerit, non liceat ei tertio in eadem*[m] *lite super eisdem*[n] *capitulis prouocatione vti, vel sententias excellentissimorum præfectorum prætorio retractare, licentia danda litigatoribus, arbitro*[o] *dato, ipsius audientiam qui eum*[p] *dedit, ante litis contestationem*[q] *inuocare*[r]*, & huiusmodi petitione minime prouocationis vim obtinente.*] ¶ *Cum autem in causa capitali, vel status interpellatum fuerit, non per procuratores, sed per seipsos appellantes causam suam agere oportet.*

Vnde Hadrianus Papa ait in capitulis à se collectis, c. 44.[2]

¶ Appellationem in causa capitali, vel status interpositam, per procuratorem exequi non licet. C. XL.

[3] SI quando in causa capitali[s], vel causa status[t] interpellatum fuerit, non per exploratores[u] †, sed per seipsos est agendum.

" Recusari ꝑt quis non tamē ab eo appellari.

1 Tit. 70.

2 In Cod. Theod. lib. 5 sent. Pauli, tit. 35. c. 1. in interpretatione. capit. l. 7. c. 357.

3 Ansel. l. 3. c. 88.

† *procuratores*] vera lectio.

n ¶ *Super eisdem.*]s̃. e. omnes. in prin.

o ¶ *Arbitro.*]id est, iudice delegato[d]. Vel intellige de arbitro coram quo probanda est causa recusationis.

d Su. dato casu in quo secundo appellatū est, secūdùm B.

p ¶ *Qui eum dedit.*] Per hoc patet, quòd cum delegatus recusatur, & recusatio sit probata, statim euanescunt litteræ, & remittitur negotium ad delegātem. sed si ordinarius recusatur, tunc tenet illud quod est in illa constitutione speciali. ext. e. ad hæc. 1. & j̃. 11. q. 1. per uenit. Ioan.

q ¶ *Litis contestationem.*]quia est dilatoria exceptio, vt 3. q. 6. §. exceptio. sic 3. q. 5. quòd suspecti. de hoc dicemus j̃. 3. q. 3. §. offeratur. Et sic patet quòd in causa appellationis est lis contestanda. ext. de testam. Raynaldus. "ergo & libellus est porrigendus: tamen aliter fit de consuetudine. Ioan. Certe immo de consuetudine porrigitur libellus talis: Peto sententiam confirmari vel infirmari latam inter me & talem. B.

" Libellus est in causa appellōnis porrigēdus

r ¶ *Inuocare.*]& istum recusare.

CVM AVTEM. Casvs. Dicit Gratianus quòd causa status vel criminalis si appellatum fuerit, non agitur per procuratorem. Et hoc probatur seq. c. cuius casus planus est. H. tamen intellexit idem ante appellationem, vt dicit in summa.

s SI *quando in causa capitali.*]j̃. 5. q. 3. in criminalibus.

t ¶ *Status.*] In causa status non constituitur procurator, nisi ille qui constituit, sit in possessione libertatis, vt 54. dist. frequens. & C. de asser. tol. l. 1. in prin.

v ¶ *Per exploratores.*]id est, procuratores. sed in causa appellationis in his casibus admittitur procurator etiam in causa criminali[e], & in causa status. vt ff. de ap. non tantū. & ff. de li. cau. l. 1. vbi filius pro patre, & econuerso, potest appellare, etiam ipsis inuitis: quia inter est filiorum parentes habere liberos, & econuerso, vt ibi.

e De hoc not. ff. de accu. l. vlt.

v ¶ *Per exploratores.*]Regulare est, quòd per procuratorem non agitur de crimine: " sed fallit de crimine iniuriarum, vt 3. qu. 9. §. nisi. Item quis se excusare potest de crimine conuentus & accusatus per procuratorem. 5. quæstio. 3. reos. Item excipere. extra de accusa. veniens. & c. super his. Item in leuibus criminibus. ff. de acc. leuia. Item si crimen non excedit pœnam relegationis, vt ff. an per alium causæ appellationis exerceri possint. l. 1. Item si agatur ad pecuniariam pœnam, licet infametur reus, vt in eadē lege. Item in crimine suspecti. ff. de procur. non solum. §. vltim. Item vbi quis alium vult accusare de ingratitudine. ff. de procur. sed & hæ. §. 1. Item in actione populari interuenit procurator ad defendendum, sed non ad agendum, vt ff. de popul. act. qui populari. Item secundum quosdam per nuntium potest agi in causa criminali, vt extr. de rest. spo. litteras. Item cum causa non est pure criminalis, vt extra de procu. tuæ. Item per socium litis agitur in causa criminali. vt 3. quæstio. 6. hæc quippe. & extra de dol. & contum. cum dilecti. in princ. & 2. quæst. 5. statuit.

" procurator in causis criminalibus interuenit quandoque

TEM

à 4. q. 3. testes. ext. l. 6. de test. c. Romana. q̃ est Inn. iiij.

† *al. cognitor, vel præsens*] Orig. †*al. ecclesiastici cuiuslibet ordinis.*

" Iudicis instro & dicto creditur

"Iudex, aduocatus assessor, & executor ñ pñt esse testes ī causa appellationis.

b Adde pro hoc text. ī l. deferre. §. iidē decreuerūt. & ibi Bar. & gl. ff. de iu. fi. no. Inn. & Mod. in c. 2. d̃ arb.

"Vt, dupliciter ponitur.

"Appellōis cā est eadē cū prīcipali

cq. venerealis est, & incipit, q̃ritur vtrū ī causa appellōnis. vbi dr̃q; cā appellōnis iterū est iurādū. ext. de ap. interposita. Arch.

Source : BIU Cujas

TEMPVS. CASVS. Modo ostendit, quòd annus vel biennium datur ad prosequendam appellationem. & hoc probatur l. sequenti.

EI *qui appellat.*] CASVS. Quæsitum fuit intra quod tempus debeat quis appellationem suam prosequi. Et certe respondetur quòd intra annum, & iusta causa interueniente dabitur ei bienniũ. Sed si infra hoc tempus suam appellationem non fuerit prosecutus solus vel cũ aduersario, rata manet sententia.

a ¶ *Alius.*] Idem bene ficium dant antiquæ decr. vt extr. de ap. ex ratione. & ca. cum sit Romana. Similiter no uæ. ext. e. constitutus. hoc tamẽ tempus iudex potest arctare. extra e. reprehensibilis. & c. cum sit Romana. licet sit arg. contra ff. de re iu. l. 4. §. si qs. vbi dicitur q̃ iudex bene ficium legis non potest diminuere.

ADDITIO. De hoc dic vt no. in prædictis ca. cum sit Romana.

1 C. de tem. & repa. ap. Authent. ei q. li. 7. ti. 63.

b ¶ *Annus.*] "Si appellatur ad alium quàm ad principem, tunc vi dẽtur sex menses dandi. Item si appellatur à delegato qui nõ recipit appellationem, dantur tres mẽses. C. eo. si appellationem. sed si à delegato principis: tunc nouẽ menses. C. de temp. ap. l. 2. §. quòd si secundum. si à pedaneis iudicib. tunc duo menses, in auth. de iud. §. audiant ergo. colla. 6.

"Appellãti diuersa tpa dãtur ad p̃sequendum

†*al. in expensis*

2 ℨ. e. anteriorũ. C. eo. ti. Auth. sed & lis, l. 2.

Tempus autem exequendæ appellationis annus est, vel si iusta causa interceſſerit, biennium.

Vnde in authenticis constit. 11. *collatione* 5. [1] *legitur.*

¶ De eodem. C. XLI.

EI, qui appellat, impetitur annus, intra quem, secundum se, communiter cum aduersario li tem exequatur: aut, si iusta causa interceſſerit, alius [a] annus [b] indulgeatur: quo transacto, lite non completa, rata manet [c] sententia. ¶ Appellatore cessante, cum vnus mensis [d] supereſt ex biennio, licet victori ingredi, vt reus quæratur: quo siue inuento [e], siue nõ, suas afferat allegationes, & vel confirmetur, vel rescindatur sententia, omni casu [f] absente expensis† condemnando secũdum tempora fatalium dierum. Neutro vero cõcurrente post secundum fatalem permaneat sententia rata. *Cõstitutione secũda in collatione quarta.* ¶ Sed lis, quæ sperator in consistorium principis inferri, absque damno moræ manet intacta, donec ipse faciat eam introduci, & à proceribus secundum morem dirimi.

Si vero is, qui appellauit, pœnitentia ductus g *ab appellatione desistere voluerit, non prohibetur: sicut in 7. lib. Codicis, tit. de appellationibus, lib. 28. Impp. Archadius, & Honorius statuisse leguntur.* ¶ *Si* c *quis libellos appellatorios ingesserit, sciat se habere licentiam arbitrium commutandi* h, *& suos libellos recuperandi: ne iustæ pœnitudinis humanitas amputetur.* ¶ *Est autem, quando appellationem interponi non est necesse. In eodem namque libro, & eodem titulo. l. 27. iidem Impp. decreuerunt.* ¶ *Nominationes vero libellis, vel edictis factæ citra concilium*† *publicum non valent, de quibus nec appellare* k *necesse est, si solennitas deest.*

8 *Diffinitiua* [l] *quoque sententia, quæ condemnationem, vel absolutionem nõ continet, pro nulla habetur.* ¶ *Item sentẽtia citra solitum ordinem* [m] *iudiciorum à præside prolata, auctoritatem rei iudicatæ non obtinet.* ¶ *Item si sentẽtia lata fuerit cõtra res prius iudicatas* [n], *à quibus prouocatum non est, sententiæ auctoritatem non obtinebit, & ideo appellare non est necesse.* ¶ [4] *Item si sentẽtia*

g ¶ *Pœnitentia.*] ff. de don. qui saxum. ff. de repu. si pœnituit. ff. locat. l. si in lege. §. pen. ff. de in ius vo. quamuis. ff. de min. quòd si minor. §. Scæuola.

g ¶ *Pœnitentia ductus.*] Intellige si pœnitet cum adhuc nihil interest aduersarij. ff. de cond. ob cau. si pecuniam. potest tamen iterum appellare [c]. extra de ap. directe.

c Si in alio nouo artic. grauetur. & ita loquitur ista dec. secundũ Vin. Tan. & Go. quãuis Lau. ibi not. q̃ fi erat decr.

h ¶ *Commutandi.*] Sic ext. de app. c. directe. quod tamen verum est re adhuc integra: quia si aduersarius iã recessisset, non posset iste mutare consilium in iniuriam alterius. ff. de regu. iur. nemo.

EST AVTEM. CASVS. Supra dictum est, quòd licite quis appellat. Nunc ostendit in quibus casibus non exigitur appellatio.

NOMINATIONES. CASVS. Aliquis nominatur ad aliquam dignitatem præter publi cum concilium. dicitur hic quòd talis nominatio nõ valet, nec ab ea necesse est appellare.

† *al. consilium*

3 lib. 3. C. de sen. & inter. ex le. 3.

i ¶ *Publicum.*] Et cleri & populi, vt 24. di. episcop⁹. etiam absentibus ad xij. dietas vocatis. vt extr. de elect. cum inter. si sine periculo possunt vocari, vt extr. de elect. quod sicut. Hodie qui non potest interesse, hoc iurabit [d], & sic potest cõmittere vices suas alicui de ecclesia sua, vt ext. de ele. quia propter. De hac materia notatur 7. q. 1. factus est. & vocabuntur qui sunt in prouincia, vt ext. e. corã. Hodie statur consuetudini. ext. de ele. in Genesi. Item patet hic quòd licet omnes canonici elegerint aliquem seorsum non conuocato concilio, quòd electio non valet. 63. dist. c. 1.

4 Le. 2. si cũ cum ibidẽ.

d Intellige si à capitulo iurm̃ req ratur, aliàs ñ est necesse, prout ibi omnes no.

k ¶ *Appellare.*] Appellatio tamen tuetur electionem minus benefactam, vt ext. de ele. considerauimus.

DIFFINITIVA. Hæc est 8. pars, in qua ponit xx. casus diuersos. Ioan. de Fan.

CASVS. Dicitur hic, quòd sententia quæ absolutionem vel condemnationem non continet, nulla est ipso iure. Idem dicitur de sententia lata contra solitum ordinem iudiciorum. Idẽ dicitur de sententia lata contra sententiam à qua non fuit appellatum: nec in his casibus appellatio necessaria est.

l ¶ *Diffinitiua.*] " Diffinitiua sententia est, quæ finem imponit negotio. ff. de arb. qualem. & 11. quæst. 3. summopere. alia omnis est interlocutoria. sufficit tamen proferre verba, quæ habent vim condemnationis vel absolutionis, vt extr. de verb. signifi. in his. & ff. de arbi. quid tamen. §. si arbiter. Item si continet condemnationem, sed tamen incertam, non valet, vt si iudex præcipiat solui debitum, vt C. de sent. quæ sine certa quantitate profertur. per totum. quandoque etiam tenet sententia, licet non contineat condemnationem vel absolutionem, vt in sententia sub conditione lata, vt ℨ. e. biduum.

"Sententia est duplex.

m ¶ *Citra solitum ordinem.*] scilicet generalem. nam si primum sententiam fuerat de proprietate quàm de possessione: licet hoc fieri non debuerit, tamen nisi appelletur, sententia tenet. C. de app. l. 1. T.

l ¶*Necesse.*]Ex his duobus ca. [d] colligitur, q̃ hæc tria, accusatio,testimoniũ,& ordo,pari passu ambulant, vt quicunq; nõ admittitur ad vnũ,nec ac reliquũ. Sed obiicitur quicunq; semel in peccato mortali fuerit, non admittitur ad ordines, vt 25.dist.primũ.ergo nec ad testimoniũ.Itẽ si crimẽ ciuiliter fuerit probatũ,non admittitur ad ordines, vt dist. 24.qñ.ext.de accu.super his.ergo nec ad testimoniũ. "&secundũ hoc nullus inuenitur sit repellens testis,cũ nemo sine crimine viuat.25.di.§.nomen sibi ob mine autẽ.Tu dicas q̃ iectum. regula quæ hic traditur, locũ habet cũ criminaliter agitur.Si enim ciuiliter agitur: aut crimẽ est occultũ qđ obiicitur testi, aut manifestũ. si occultũ, presumo eum inde egisse pœnitẽtiam:quia occultũ in meliorem partẽ interpretamur. ext.de sortil.c.ex tuarũ. & ext.de re.iur.estote. Si autẽ manifestũ,probabit se egisse pœnitẽtiam per sacerdotẽ:quod facere potest,vt ext.desi.nemo. 50.di.in capite.2.q.1.si peccauerit.in fi.nisi tale sit crimẽ, quod etiã post pœnitentiam irroget infamiam,vt cũ aliquis conuictus est de periurio,vt3.q.7.§. porro.Si autem criminaliter agitur : siue sit occultũ,siue manifestum:siue inde egerit pœnitentiã,siue nõ,repello eum,vt 6.q.1.qui crimẽ [e].Vel distingue sicut notaui super illo c.qui crimẽ.Io.& ext.de test.testimoniũ. vbi diffinitur breuiter.B.circa hanc materiã consueuit quæri:"si quis vinũ non potest bibere, an possit promoueri:cũ ipsum ministrantem oporteat cõmunicare.de conse.di. 1.episcopus Deo.& dist.2.peracta?Dic q̃ nõ.Nec etiam accusare potest [f] ille qui casu mẽbrum amisit.55.di.c.vlt.tamẽ inferiorem vel parẽ potest accusare:quia potest remanere in executione illius ordinis.di.55.præcepta.nã qui est intra 30.annos,potest accusare sacerdotes.Item clericus bigamus nõ potest accusare clericũ cõiugatum qui vnicam & virginem habuit vxorẽ:quia clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali.32.dist.si qui vero. Hug.dicit q̃ sacerdos depositus aliũ potest accusare. Sed hoc non placet : nam ex quo est de crimine cõdemnatus,statim est delictũ eius notorium.ext.de coha.cle.vestra."Item nec ille admittitur ad accusationem,cui crimen est in modũ exceptionis probatum,per q̃ est repulsus à testimonio, licet nõ sit infamis.arg.ext.de ele.super eo.& 2.q.1.prohibentur. grauata est tamen eius opinio sicut illius qui ancillã oppressit.C.de adult.& si libidine.Nã inhonestũ est tales ad ordines admitti. vt dicit lex de his qui supponuntur fustibus ab ædilibus [g], licet nõ sint infames. ff. de dec.eos. nisi sit necessitas. ff. de mu.& ho.l.vt gradatim. & hoc ideo,quia opinio eius in nullo vacillabit,vt 33.dist.laici. & no.ſ.e.q.1.in primis.in fi.Io.& probatur hodie tota hæc dist.in decre.de testibus.ca. testimonium.

2 Anſ.l.3.c. 47. Poly.l.5. tit.1. Mutata est verborum series.

e Vide qđ not.3.q.7.q fine.in fi.

"Sacerdos ñ efficiatur q vinũ bibere ñ potest.

f Hic adde qđ not. ſ.e. in ſumma. ver.tales.

"Accusare ñ p̃t de crie conuictus ī modum exceptionis.

g ī.à custodibus ædiũ ab incẽdio de nocte.ff. đ of.p̃fe. vi. l.1.& 2.

Source : BIU Cujas

Quid iuris sit de ordinando, notaui supra 25. dist. primum. B.

Testes.] Casvs. Idem quærebatur in hoc c. qđ quęsitum fuit in superiori. & respondetur quòd testes debent esse sine omni macula & suspicione: quia sacerdotes criminari non possunt, nec in eos testificari, qui ad eumdem honorem prouehi nó possunt. & sic intelligitur §. sequens.

1 Poly. ibid. Bur. l. j. c. 172 Iuo par. 5. c. 290. Pann. l. 4. c. 186. Ans. l. 3. c. 41 ¶. 'ea. sacerdotes.

a ¶ *Suspicione.*] Relitur testis propter suspicionem [a], vt ¶. ead. accus. in prin. Ar. contra de consecr. dist. 2. non prohibeat.

a Odij, vel inimicitiæ, vel criminis occulti, secundū H. ad idē 3. q. 5. quasi p tot. ibi vid. Arc.

Additio. Dic quòd assumptio corporis non nocet nisi sumenti: sed accusatio alij nocet.

b ¶*Sic & illud.*] ¶. ead. nullus laicus.

c ¶*Non possunt.*] qualiter hic intelligitur, habetur ĵ. 4. quæstio. 1. c. 1.

Ecce. Casvs. ¶. probatum est quòd subditi non possunt accusare prælatos: & responsum est contra riis auctoritatibus. Nunc econtra ostenditur, quòd subditi possunt accusare prælatos: & hoc probatur exemplo Domini & Petri. Nam Dominus permisit Iudæos contra se testificari: & ita per consequens eum accusare potuerunt.

2 ¶. e. nullus laicus.

Matth. 15. Nam cui permittitur testificatio, & accusatio. Sed ad hoc dupliciter respondetur. Prima responsio est, quòd licet Christus sit pastor ouium: non tamen secundum legem veterem & nouam in regem vel sacerdotem inunctus erat: quæ vnctio prælaturam confert. Vel dicas quòd Dominus hoc fecit ex humilitate, & non de rigore iuris. Paulus similiter reprehendit Petrum, qui maior erat eo. Sed

Ioan. 18.

Ioan. 8.

† *al. illo*

respondetur quòd non fuit mirum: quia cogebat gentes iudaizare, & à fide recedere: in quo casu bene accusantur prælati à subditis. Item Petrus fuit reprehensus à fratribus: quia intrauit in domum Cornelij gentilis. Sed huic obiectioni respondetur in sequenti ca.

d ¶*Nec in regem.*] immo nec regnum eius erat de hoc mundo. 23. q. 3. §. 1.

Petrus.] Casvs. Iudæi reprehendebant Petrum, qui intrauit domum Cornelij Gentilis. sed dicit Greg. quòd Petrus bene poterat suos repellere subditos ex potestate sui officij: sed respondit se hoc feciisse auctoritate diuinæ virtutis.

Gal. 2.

e ¶*Respondit.*] Dicens, eamdem Deus dedit gratiam eis sicut nobis qui credimus in Iesum.

Cvm ergo. Casvs. Concludit Gratianus ex supradicto cap. dicens, quod non coguntur prælati exemplo Petri recipere subditorum accusationem, nisi faciāt hoc ex humilitate, sicut fecit Petrus, non coactus: sed volens: & ita intelligitur sequens ca.

Act. 11.

Nos, si.] Casvs. Quidam conquerebantur de Leone Papa apud Ludouicum de iniuria eis facta: Papa committit se imperiali iurisdictioni: & rogat Ludouicum Imperatorem, vt tales nuntios mittat ad hæc inquirenda, qui Deum timeāt: & qui vicem imperialis gloriæ sic examinent & diffiniant, vt nulla possit in posterum dubitatio remanere, etiam si maiora opponantur ei quàm ea quæ dicta sunt.

Act. 11.

f ¶ *Aliena.*] Hic Papa se subiicit aliorum iudicio: quòd facere potest [a], vt ff. de iur. om. iu. est receptum. non tamen eum possunt deponere. 9. qu. 3. nemo. secundum H. possunt: quia & se ipsum potest deponere, vt 21. dist. nunc autem.

a Concord. Ale. de Im. ĩ l. est receptū. ff. de iur. om. iu. in gl. 2. vbi đt idē esse in rege Frācorū, nō recognoscē te supiorē, q̄ pt esse iudex ĩ ppria cā, q̄ intelligeverū quo ad sibi subditos, ñ quo ad alios, vt p3 ĩ c. nouit & ibi Ho. & Io. An. extr. de iud.

g ¶*Examussim.*] ideſt, *Item Damasus Papa ad Stephanum archiepiscopum, epist. 3. ca. 3.*

¶ Sacerdotes accusare, vel in eos testificari non valent, qui ad sacerdotium prohibentur eligi.

C. XXXIX.

1 Testes [A] absque vlla infamia, aut suspicione [a], vel manifesta macula, & verę fidei plenitudine [B] instructi esse debent, & tales, quales ad sacerdotium eligere iubet diuina auctoritas. ¶ Quoniam sacerdotes (vt antiqua traditauctoritas) criminari non possunt, nec in eos testificari, qui ad eumdem non debent, nec possunt prouehi honorem.

A ¶Testes.] *Damasi verba hæc sunt,* Accusatores autem episcoporum, & testes, super quibus rogitastis, absque vlla infamia aut suspicione, &c. *sicque referuntur à Burchardo & Iuone: Pannormia autem habet vt Gratianus.*

B ¶Plenitudine.] *In epistola ipsa legitur,* pleniter. *Burchardus vero & Iuo habent,* vera fide pleniter.

Sic [b] *& illud Siluestri intelligitur* [*Laicus non accuset clericum, &c.*] *ideſt, qui in inferiori gradu constituti ad superiorē ascendere non possunt* [c], *in superioribus agentes accusare non debent.*

¶ *Ecce ostensum est, quid respondeatur auctoritatibus, & argumentis, quibus subditi ab accusatione prælatorum videbantur repelendi. Nunc demonstrandum est, quibus rationibus probentur recipiendi, & quid contra respondeatur à prælatis. Christus, qui erat pastor pastorum, ouibus suis, de quibus ait* [*Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel, &c.*] *inter opprobria, & verbera, quæ ab eis patiebatur, ait* [*Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo, &c.*] *Item.* [*Quis ex vobis arguet me de peccato?*] *At quicumque ad testificandum in aliquem, vel ad arguendum admittuntur, ad eumdē accusandum admitti possunt. Cum ergo oues, vt aduersus pastorem suum testimonium ferant, & vt ipsum (si possunt) reprehendant, admittantur, patet quòd subditi possunt accusare prælatos suos.* ¶ *Hic ita respondetur. Christus, quamuis esset pastor suarum ouium, quas verbo & exemplo pascebat, tamen quantum ad officiorum distributionem (ex qua hodie in ecclesia alij præsunt aliis, vnde quidam prælati, quidam subditi vocantur) in populo suo* † *pastorale officium non gerebat. Mystica enim & visibili vnctione nec in regem* [d], *nec in sacerdotem vnctus erat: quæ sola duæ personæ in populo illo prælaturæ nomen sibi vendicabant.* ¶ *Non ergo ex hac auctoritate subditi probantur admittendi in accusatione prælatorum, sed tantum ostenditur, quòd auditores eos reprehendere possunt, & in eos testificari, qui cum officia ecclesiastica non habeant, verbo tamen & exemplo quoscumque valent, lucrari Deo satagunt. Respondetur & aliter. Aliud est, quod de rigore cogimur seruare disciplinæ, aliud, quod admittitur ex perfectionis consideratione. Christus ad se arguendum Iudæos admisit perfectione humilitatis, non fecunditate iuris. Si enim legis rigore essent admissi, hac auctoritate criminosi & infames in accusatione religiosorum essent recipiendi, cum essent sceleratissimi, qui de Christi nece tractantes innocentem condemnare volebant. Hoc ergo exemplo prælati non coguntur recipere subditos in accusatione sui, sed permittuntur.* ¶ *Item Paulus Petrum reprehendit, qui princeps Apostolorum erat. Vnde datur intelligi, quòd subditi possunt reprehendere prælatos suos, si reprehensibiles fuerint. Sed hoc facile refellitur, si vnde sit reprehensus aduertitur. Petrus cogebat gentes iudaizare, & à veritate Euangelij recedere, cum Iudæis gregem faciens, & à cibis gentilium latenter se subtrahens. Par autem in se est, à fide exorbitare, & alios exemplo vel verbo à fide deiicere. Ergo hoc exemplo non probantur prælati accusandi à subditis, nisi forte à fide exorbitauerint, vel alios exorbitare coegerint.* ¶ *Item cum Petrus intrasset ad Cornelium, conquesti fratres sunt, qui erant in Iudæa, & reprehenderunt eum, quòd ad gentilem diuertisset. Ecce, quòd prælati iure possunt reprehendi à subditis. Sed huic oppositioni B. Gregorius respondit dicens Theotistæ patriciæ, lib. 9. epist. 39.*

¶ Petrus à fidelibus interrogatus cur ad gentes intrasset, non ex potestate respondit, sed humiliter rationem reddidit.

C. XL.

Petrus potestatem regni acceperat: & tamen idem Apostolorum primus querimoniæ contra eum à fidelibus factæ, cur ad gentes intrasset, non ex potestate officij (qua posset dicere, oues pastorem suum non accusent, nec reprehendant:) sed ex ratione diuinæ virtutis, qua gentiles acceperant spiritum sanctum, respondit. [e]

¶ *Operæpretium fuerit ad ipsum B. Gregorium adire: copiose enim exponit, quæ hic à Gratiano concise referuntur.*

2 *Cum ergo Petrus potuit ex officio repellere querelas, sed noluit: non hoc exemplo prælati coguntur suscipere reprehensionem subditorum. Ex hac etiam humilitatis dispensatione intelligitur illud Leonis quarti Ludouico Augusto dictum.*

¶ *Apud Iuonem huius capitis hæc est inscriptio.* Quòd in præsentia legatorum Imperatoris Leo Papa causam suam examinari voluerit, idem Nicolaus Imperatori.

¶ Imperiali iudicio Apostolicus se emendare promittit, si quid erga subditos iniuste commisit.

C. XLI.

3 Nos, si incompetenter aliquid egimus, & in subditis iustæ legis tramitem non conseruauimus, vestro, ac missorum vestrorum cuncta volumus emendare iudicio: quoniam si nos, qui aliena [f] debemus corrigere peccata, peiora committimus, certe non veritatis discipuli, sed (quod dolentes dicimus) erimus præ ceteris erroris magistri. Inde magnitudinis vestræ magnopere clementiam imploramus, vt tales ad hęc, quæ diximus: perquirenda missos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant, & cuncta (quemadmodū si vestra pręsens fuisset imperialis gloria) diligenter exquirant: & non tantū hæc sola, quæ superius diximus, quærimus, vt examussim [g] exagitent, sed siue minora, siue etiā maiora illis

3 Iuo par. 5. c. 22.

regul

Source : BIU Cujas

regulariter vel indubitanter, vel perfecte: quia amussis est instrumentum plumbeum cum quo rectificantur parietes vel plumbantur.

ITEM CVM BALAAM. Hæc est sexta pars huius quæstio. in qua probat quod probatum erat quòd subditi possunt prælatos reprehendere, & etiam accusare, si ad eundem ordinem venire possunt, non autem debent eos de occultis vel pene occultis diffamare, & hoc probat per vij. exempla. & per x. auctoritates sanctorum patrum. Io. de Fant.

Num.22. CASVS. Adhuc probat Gratian. quinque exemplis, quòd subditi possunt accusare prælatos, scilicet exemplo Balaam: qui fuit ab asina reprehensus: & exemplo Dauid qui fuit à Nathan propheta reprehensus: & exemplo iniquorum presbyterorum qui fuerunt à Daniele reprehensi, & exemplo Damasi & Symmachi, qui fuerunt à suis subditis reprehensi & accusati. Sed singulis obiectionibus singulas ponit solutiones per ordinem respondendo.

2.Reg.12. a ¶ *Ariolus.*] Ariolus dicitur qui circa aras idolis preces nefarias effundit: & fructum sibi in tristitia affert. 26. q. 3. igitur genus.

b ¶ *Trahenda.*] 22. q. 2. si quis per vetus.

c ¶ *Sanguinis.*] 23. q. vltim. his à quibus. & c. legi. & ca. occidit. & extra, ne cleri. vel mona. sententiam sanguinis.

2.Reg.6.

SI quis.] CASVS. Quidam redarguebant Greg. quòd multa faciebat contra rationem. Dicit

2.Paral.26. Grego. vt veniant ad Apostolicam sedem, & ibi cognoscatur, vt ista inter eos feratur sententia.

"Forum rei sequi debet actor. d ¶ *Si quis.*] "quia actor forum rei sequi debet. extra de foro compet. cum sit generale. & C. de iurisdict. omn. iud. l. iuris ordinem. vel quia causa fidei est, quæ in ecclesia est tractanda, vt 23. q. vlt. conuenior. & supra eadem quæstio. 2. præceptum. vigesima tertia, quæstio. 1. quoties.

1 Theodor. hist. eccl. l. 5. c. 17. Nicep. l. 13. c. 34. Rom. 13. 1. Petr. 2.

e ¶ *Confessionem.*] id est, scripturam.

†al. excommunicatorum. EX HIS. CASVS. Concludit Gratia. ex supradictis, prælatos sint de nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitimo terminentur examine, quatenus in posterum nihil sit, quod ex eis indiscussum, vel indiffinitum remaneat.

6 *Item, cum Balaam ariolus*[a] *iret ad maledicendum populum, Angelus Domini, asinæ, cui insidebat, in via se opposuit, euaginatoque gladio eam ab itinere compescuit, quam dum ille verberibus affligeret, in vocem prorupit, & prophetæ vesaniam redarguit. Si ergo animal mutum angelica virtute, prophetæ insipientiam reprehendit, multo magis subditi possunt accusare prælatos suos.* ¶ *His ita respondetur. Verum est, quòd per asinam subditi significantur, & per Balaam, prælati: non tamen hoc exemplo probantur prælati accusandi à subditis: sed subditis tantum forma datur humiliter renitendi prælatis: si forte eos ad malum cogere voluerint. Balaam namque asinam vrgens, vt ad maledicendum populo Dei eum veheret, significat eos, qui verberibus, & cruciatibus à subditis exigunt, vt eis in malo fautores, & coadiutores existant. Sed quia Angelus, quilibet videlicet prædicator, euaginato gladio aperte scilicet prædicato timore, & horrore futuræ vindictæ, à consensu alienæ malitiæ illos reuocat, licet eis in huiusmodi vocem conquestionis prorumpere, & prælatis suis dicere, cur nos verberibus affligitis? cur nobis iniuste irascimini? numquid vobis inobedientes aliquando fuimus? nisi nunc, cum ad malum cogimur? videre illum, qui prohibet ab incepto. Non ergo hinc prælati probantur accusandi à subditis.* ¶ *Item cum Dauid adulterium, & homicidium commisisset, missus est à Deo Nathan propheta, vt eum redargueret. Ecce, quòd prælati sunt arguendi, & reprehendendi à subditis.* ¶ *Sed notandum est, quòd duæ sunt personæ, quibus mundus iste regitur, regalis videlicet, & sacerdotalis. Sicut reges præsunt in causis sæculi, ita sacerdotes in causis Dei: Regum est corporalem irrogare pœnam, sacerdotum spiritualem inferre vindictam. Dauid ergo etsi ex regali vnctione sacerdotibus, & prophetis præerat in causis sæculi, tamen suberat eis in causis Dei. Vnde reges à prophetis, & à sacerdotibus vngebantur, & eorum oblatione peccata regum expiabantur.* ¶ *Sicut ergo Ozias à Domino lepra percussus est, quia sacerdotum officia vsurpare voluit, sic sacerdotibus, & prophetis regum vsurpare officia non licuit. Nathan ergo propheta cum regem redarguit, suum est executus officium, in quo erat rege superior, non vsurpauit regis officium, in quo erat rege inferior: monuit eum, vt per pœnitentiam peccata sua expiaret: non tulit in eum sententiam, qua tamquam adulter, & homicida morti addiceretur.* ¶ [1] *Sic & beatus Ambrosius Theodosium, & beatus Innocentius Imperatorem Arcadium excommunicauit, & ab ecclesiæ ingressu prohibuit.* ¶ *Sicut enim non sine causa iudex gladium portat, ita non sine causa claues ecclesiæ sacerdotes accipiunt. Ille portat gladium ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: isti habent claues ad exclusionem excommunicandorum †, & reconciliationem pœnitentium. Hoc ergo exemplo subditi probantur reprehendendi à prælatis, non prælati à subditis.* ¶ *Item, Daniel nulla legitima potestate functus iudices à populo constitutos de falso testimonio conuicit, & conuictos damnauit. Constat ergo, quòd nullam potestatem habentes possunt redarguere dignitatibus sublimatos.*

¶ *His ita respondetur. Miracula (& maxime veteris testamenti) sunt admiranda, non in exemplum nostræ actionis trahenda*[b]. *Multa enim concedebantur tunc, quæ nunc penitus prohibentur. Tunc enim Samuel Agag pinguissimum regem Amalech in fusta diuidendo conscidit: nunc nulli ecclesiasticorum iudicium sanguinis* [c] *agitare licet. Tunc Phinees Iudæum coeuntem cum Madianita interfecit, & reputatum est ei ad iustitiam: hodie sacerdotibus in perniciem sui officij verteretur. Exemplo ergo Danielis non solum accusandi, vel redarguendi, sed etiam iudicandi potestatem subditi sibi in prælatos vendicarent, si illud in argumentum nostræ actionis liceret assumi, quòd nulla vmquam auctoritate permittitur. Magis ergo ex hoc facto datur intelligi, quòd in nouissimis temporibus suscitaret Deus spiritum pueri iunioris, illius videlicet, de quo per prophetam dicitur* [Puer natus est nobis] *& iterum,* [Ecce puer meus] *qui iudices iniquitatis, scribas scilicet, & pharisæos falsis criminibus Susannam, idest ecclesiam accusantes, & ream adulterij pronuntiantes, eo quod Christum sequeretur, conuinceret, & condemnaret.* ¶ *Item Hieronymus* [A] *refert in libro virorum illustrium quòd Damasus Papa à subditis de adulterio accusatus cum quadraginta † duobus episcopis se purgauit.* ¶ [2] *Item Symmachus Papa in Romana synodo dignitate sua expoliatus prius statui suo reddi decernitur, vt tunc veniret ad causam, & si ita recte videretur, accusantium propositionibus responderet. Digna res visa est maximo numero sacerdotum, quæ mereretur effectum: & cum postmodum ordinaretur, quomodo esset accusandus, præfatus Papa, vt causam diceret, occurrebat: sed ab æmulis est impeditus.*

posse à suis subditis accusari, cum isti tres Apostolici fuerint à Dan.13. suis subditis accusati. Sed respondet, quod isti Apostolici exemplo Domini non coegerunt alios prælatos recipere subditos in accusationem suam: sed permiserunt hoc fieri ex humilitate.

f ¶ *Prælatos.*] "Et dabuntur eis expensæ 1.Reg.15. ab episcopo, quem accusant si egent, vt extra de accus. c. ex parte. nam & dantur seruo agenti causam libertatis. C. de ordin. cog. l. vlti. similiter ei qui egit de inofficioso testamento, & obtinuit, si aduerlarius appellet. ff. de inoff. testa. l. si instituta. §. penultimo. Num.25.

"accusatus qñque dat expensas accusatori.

PAulus.] CASVS. Paulus Dyaclinæ ciuitatis episcopus fuit accusatus à subditis de lapsu carnis: de inde conuictus depositus fuit episcoporũ iudicio: & substitutus fuit ei postea Nemesion: quod an fuerit factum Esa.9.& 42.

[A] ¶ Hieronymus.] *In catalogo B. Hieronymi, aut aliis ipsius libris nihil tale legitur: in vetustis tamen Pontificalibus in vita Damasi hoc refertur.*

Item Gregorius ait de se ipso.

¶Redarguendi se licentiam beatus Gregorius aliis præstat.
C. XLII.

3 Polyc.l.1. tit. 18. Anst. l.2.c.20.

3 SI quis [d] super his nos arguere voluerit, vel extra auctoritatem nos facere contenderit, veniat ad sedem Apostolicam, quòd omnia ecclesiastica negotia, de quibus quæstio habetur, confluere iussa sunt: vt ibi ante confessionem [e] sancti Petri mecum iuste decertet, quatenus inibi vnus ex nobis sententiam suscipiat suam.

¶ *Est Gregorij quarti in epistola citata* ℨ. *ead. qu. 6. c. decreto nostro. & dist. 19. nulli fas. in qua epistola cum multa dixisset de priuilegiis, & primatu Romanæ ecclesiæ, ista adiungit.*

Ex his omnibus colligitur, quòd subditi possunt reprehendere, & accusare prælatos [f] *suos. Sed sicut de Christo dictum est, quando Iudæis dixit,* [*Si male locutus sum, &c.*] *ita de istis intelligendum est, quòd suo exemplo prælatis dederunt facultatem recipiendi subditos in accusationem sui, sed non coegerunt. Item.*

¶De eodem. C. XLIII.

4 Burc.l.1.c. 182. Iuo p.1. c.398.

4 PAulus Dyaclinæ † ciuitatis episcopus accusatur à subditis de lapsu carnis, conuincitur, deponitur, alius loco eius substituitur. ¶ *Hoc an ex dispensatione accusati, an ex rigore iu-*

†al. Doctea-ris sit tina

Source : BIU Cujas

factum voluntate vel necessitate, sequenti capitulo declaratur.

vris sit factum, ex regesto Gregorij ad Ioannem episcopum primæ Iustinianæ, lib. 10. epist. 35. potest deprehendi, vbi ait.

¶*Verba sunt Gratiani, qui proponit summam sequentis capituli, quod sæpe facere solitum esse multis locis est notatum.*

¶Paulus Dyaclinæ †ciuitatis episcopus subditorum accusatione conuictus deponitur. C. XLXIIII.

1 LAtor Nemesion ad nos veniens indicauit, quòd Paulus Dyaclinæ †ciuitatis episcopus inter alia mala in corporali [a] crimine lapsus à suis clericis accusatus, & conuictus, episcopali sententia depositus est, postea cum auxilio sæcularium veniens episcopatum more prædonis ingressus est: ablatisque rebus ecclesiæ dilectissimum Nemesion [b] latorem præsentium sibi substitutum, ab eo episcopatu proiecit, & ad summam iniuriam, ac necem pene perducit. Fraternitas itaque vestra hæc omnia curet addiscere, & quęcumque ecclesiæ abstulit, omni mora, vel excusatione cessante [c] reddere [d] compellat. Si vero nihil ecclesiæ, sed proprium [e] se dixerit abstulisse (quamuis graue, & iniquum fuerit, vt non à vobis [f], vel à metropolitano eius hoc petierit, sed temerario ausu agere præsumpserit) verumtamen si quid proprium tulit [g], sub fraternitatis vestræ debet examine constare: si verum est. Sed & illud diligenter quęrendum est, si quid male de rebus dilapidauit ecclesiæ, vt ex eo quod nunc abstulit, illud reformare, ac satisfacere modis omnibus compellatur.

¶ *In hoc capite non referuntur ipsa omnino verba Gregorij (quod à Burchardo & Iuone fit) sententia tamen satis expressa est.*

Hoc edicto † [h] *non in accusatores, vel depositores vlciscitur, sed in depositum vlterius prosequitur, vt si vltra ad episcopatum aspirare tentauerit, modis omnibus repellatur, & ad agendam pœnitentiam perennem in monasterium detrudatur. Quem ergo Gregorius ad episcopatum aspirantem omnibus modis repellit, quem graui pœnitentiæ subiicit, patet non sua dispensatione* [i]*, sed canonũ censura à subditis esse accusatum & conuictum. Et vt iam non exemplis sed legibus agamus, vidẽdum est, quid Gregorius scribat Innocentio* [A]*, & reliquis episcopis Sardiniæ, lib. 7. in-*

dict. 2. epist. 8. ita dicens.

A ¶Innocentio.] *In originali impresso est*, Vincentio, atque quamplurimis episcopis. *In vetusto autem exemplari Vaticano exprimuntur nomina episcoporum, ad quos hæc epistola scribitur hoc ordine.* Vincentio, Innocentio, Mariniano, Libertino, Agathoni, & Victori episcopis Sardiniæ.

¶Quòd subditi prælatos suos accusare possunt. C. XLV.

METropolitanum [k] vestrum in aliquo [l] postponere non præsumatis, excepto si (quod non optamus) contra eumdem habere vos aliquid causæ contingat, vt ob hoc sedis Apostolicę iudicium petere † debeatis.

Item vniuersis episcopis concilij Bizacij, lib. 10. epist. 37.

¶ Vitam prælatorum subditi nulla dissimulatione negligant. C. XLVI.

SIcut (inquit) laudabile, discretumque est reuerentiam, & honorem debitum exhibere prioribus, ita rectitudinis, & Dei timoris est, si qua inter † eos correctione indigent, nulla dissimulatione postponere, ne totum (quòd absit) corpus incipiat morbus inuadere, si languor non fuerit curatus in capite. Quędam enim ad nos de Clementio primate vestro perlata [m] sunt, quæ quoniam ita grauia sunt, vt transire indiscussa vllo modo non debeant, fraternitatem vestrã hortamur [n], vt cum omni solicitudine, ac viuacitate mentis indagare multis modis de beatis illata, & si sunt, vt audita sunt, vltione canonica resecentur. ¶ Admonemus autem, vt non cuiusquam personæ gratia, non fauor, non quodlibet blandimentum quemquam vestrum, vel ad discutiendum, quæ nobis nuntiata sunt, molliat, vel à veritate excutiat: sed sacerdotaliter ad inuestigandam vos propter Deum veritatem accingite. Nam si quis in hoc piger, aut negligens esse præsumpserit, dictis criminibus apud Deum se nouerit esse participem, cuius zelo ad perscrutandas subtiliter nefandi causas facinoris non mouetur.

B ¶ Quædam.] *Et hic summatim referuntur verba B. Gregorij. Quare pauca tantum quædam sunt addita, quæ necessaria videbantur.*

METropolitanũ.] CASVS. Præcepit Greg. Inno. & aliis episcopis Sardinię, vt in causis suum metropolitanum non deferant, nisi velint agere contra eum: in quo casu ad Apostolicum recurrant.

k ¶ *Metropolitanum.*] Ex contemptu [d]: aliàs omisso eo possunt adire Papam, vt ſ. e. q. 6. c. 2. & 3. Item intellige istud quando episcopi inter se litigant. nam si episcopus litigat contra clericum, tunc coram arbitris est litigandum. 11. q. 1. si clericus. Ex contemptu ergo intellige fieri, quando sine causa declinatur eius iurisdictio sicut dico, "q sine causa non potest quis declinare iurisdictionem episcopi etiam per querelam factam Papæ [e], vt plene dixi in constitu. vt debitus. extra de appel. arg. non esse appellandum omisso medio. sed hic non loquitur de appellatione.

l ¶ *In aliquo.*] Episcoporum enim est iudex ordinarius primo loco metropolitanus. 10. q. 3. quia cognouimus. 11. q. 1. si clericus aduersus.

Sicut.] CASVS. Clementius patriarcha fuerat de quibusdam criminibus accusatus: quare Papa delegat causam episcopis concilij Bizacij, & præcipit illis, vt cum omni solicitudine ac viuacitate quæ dicta sunt inuestigentur, & si vera fuerint, canonice puniatur, & si quis in hoc fauore personæ, gratia vel quolibet blandimento negligens fuerit, apud Deum istorum criminum particeps reputabitur.

m ¶ *Perlata.*] à subditis, & sic facit ad propositum Gratiani [f], aliter hoc ca. nihil facit ad propositum Gratia. nisi velis dicere eo ipso quòd dedit aliis licentiam iudicandi, ergo & accusandi.

n ¶ *Hortamur.*] Nota quòd per verbum, hortamur, & monemus, mandatur iurisdictio. sic supra eadem, quæstione prima, notum. ff. de offi. præsid. sæpe. "videtur tamen quòd prouinciale concilium ordinario iure cognoscat de primate, siue de metropolitano suo. nam cum concilium iudicet de Papa in his in quibus ipse potest iudicari: ergo concilium metropolitani potest iudicare de ipso. Ad hoc infra eadem. l. si quis. argum. contra. dicimaseptima distinct. multis. nam ibi appellatur à concilio ad metropolitanum: ergo cum concilium sit minus metropolitano, non potest ipsum iudicare. 21. distinctione. inferior. Sed potest dici, quòd quantum ad sua negotia est minor metropolitanus concilio: quantũ ad aliorum negotia

†al. Docleatinæ

1 Burc. l. 1. c. 182. Iuo p. 5. c. 298.

†al. Docleatinæ

a Adde ad hoc text. ĩ l. si adulteriũ. cũ ibi no. p Bar. ff. đ ad.

b Quòd iste ñ fuit punitus, de misericordia factũ est, put no. L. & Io. 16. q. 1. placuit.

† al. dicto

c "fornicatio simplex nõ est digna depositiõe.

c ista decr. ñ probat hoc simpliciter: qa ibi vtrũque ius fuit deductũ in iudiciũ. Ar.

a Adde Ale. de Im. ĩ l. si videtur. §. hoc iudiciũ co. 4. ff. si qs ius di. ñ ob.

† al. iudiciũ requiratis

d "Iurisdõ epi sine cã ñ pt declinari.

† al. in eis

e Hoc indistincte reprobatur, cũ ẽt legat⁹ adeatur. ex. đ off. le. c. 1. & ita h; cõsuetudo, secũdũ Gof. q̃ est optima legũ interpres, ext. de cõsue. cũ dilectus. Arc.

" Cõcilium prouinciale an possit de archiepo cognoscere

f Cum isti cognoscere debeant ex delegõe Papæ. L. idem sentit. hic H. & I. đ Fã.

Source : BIU Cujas

negotia est maior. Sed in c. multis. non appellat à concilio, sed à quadam congregatione episcoporum ad metropolitanum: sed adhuc obstat 21. dist. nunc autem. Sed potest dici, ꝙ potest iudicare de ipso concilio: non tamen eum condemnare potest. Sed ꝙ possit iudicari à concilio, bene facit. 9. q. 3. saluo. & c. si autem. & 63. dist. Salonitanæ. Sed est arg. contra. s. ca. prox. Io.

HAEC SI QVIS. CASVS. Dicit Gratia. ꝙ quæ supra dicta sunt, ꝙ subditi possunt accusare prælatos, generalia sunt, & nõ specialia: & si quis dicat ea esse specialia, audiat quid dicit Gelasius de omnibus clericis generaliter cuiusque ordinis.

1 Gelas. epis p Lucaniã, & Brutiũ, & Siciliã constitutis, epi. 1. c. 30.

†al. huius

QVapropter.] CASVS. Hoc ca. continuatur illi c. 12. q. 2. quattuor. vbi dicitur, ꝙ de redditibus ecclesiæ quattuor debent fieri portiones: prima episcopo: secũda clericis: tertia fabricæ; quarta pauperibus est assignanda. Dicitur ergo in hoc c. ꝙ si quis clericus viderit prælatũ suum in istis quartis distribuendis peccantem & excedentem, statim debet Romano Pontifici nuntiare, & probare ꝙ nuntiat, vt puniatur excedens: quod si non fecerit, deponatur.

†al. nostras

†al. sui vero modis oĩb⁹ erit vnusquisque pontifi cũ ordinis, & honoris elisor.

a ¶ *Quapropter.*] Videtur hic specialis casus, in quo quilibet possit accusare suum episcopum, & hoc c. continuatur illi 12. q. 2. quattuor.

2 Iuo p. 3. c. 151. Ans. l. 7. c. 161. Pol. l. 3 tit. 12. & li. 4 tit. 18.

b ¶ *Protimus.*] Nonne necessaria est admonitio? certe sic. Ideo expone protinus, idest, post tertiam admonitionem [a], vt s. ead. q. 1. si peccauerit. sic extra de simo. licet.

a Idẽ sentit hic H. & L.

c ¶ *Pontificis.*] vel alterius superioris. Io.

ADDITIO. Idem sentit Hug. in suo casu huius cap.

d ¶ *Deferre.*] idest, denuntiare. "Hic habes ꝙ aliquis cogitur accusare, vt 1. q. 1. quisquis. & 5. q. 5. c. 1. extra qui fil. sint leg. c. causam. & 24. q. 3. tam sacerdotes [b]. arg. contra ext. de accu. licet. in fi. & 5. q. 2. si primates. & 3. q. 4. clericus. & C. vt nemo inuit. agere. l. vna. Sol. ad denuntiationem quilibet tenetur, de qua hic loquitur. non autem ad accusationem, vt in contrariis.

3 Ansel. l. 3. c. 115.

"Accusare quis qñque cogitur.

b Ad idẽ C. đ ing. & ma. diffamari. C. de priua. car. l. j. cir. fi. Et est spãle ĩ dilapidõe vt quilibet clericus teneatur denũtiare: & ẽ ratio, qa in simul debẽt administrare, aliàs secus. Sed cõtra quo ad hoc. j. c. px. ibi, aut ĩ his q̃ sunt, &c. vñ dico, ꝙ q libet clericꝰ tenetur de-

e ¶ *Interdictio.*] forte speciale est in dilapidatione. vt quilibet teneatur denuntiare.

f ¶ *Sin vero.*] idest, si non fecerit quod dictum est de quattuor portionibus. 12. q. 2. quattuor.

g ¶ *Supprimenda.*] j. 5. q. 5. si primates. contra. sed illud de crimine in iuriarum, de quo potest episcopus componere cum clericis suis, sine inter partes.

Hæc si quis specialia, & ex his generalem regulam colligi non oportere contendit, audiat quid Gelasius C. A *XXVIII.* [1] *dicat omnibus clericis cuiuscumque ordinis, ita scribens.*

A ¶ C. XXVIII.] *Hic citatur numerus capitum, vt est in codice canonum, de quo in præfatione dictum est.*

¶ Clerici excessus sui episcopi auribus deferant Romani Pontificis. C. XLVII.

QVapropter [a] nec clericorum quispiam se apostolicæ †offensæ futurum confidat immunem, si in his, quæ salubriter sequenda Apostolica deprompsit † auctoritas, siue episcopum, siue presbyterum, siue diaconum viderit excedentem, non protinus [b] ad aures † Romani Pontificis [c] deferre [d] curauerit, probationibus duntaxat competenter exhibitis, vt transgressionis vltio fiat, & ceteris interdictio [e] delinquendi. Sin † vero [f], modis omnibus erit vnusquisque pontificum ordinis, & honoris sui elisor, si cuiquam clericorum, vel ecclesiæ totius auditui hæc putauerit supprimenda [g].

Idem.

¶ De eodem. C. XLVIII.

[2] SI quid in ecclesia damni, aut in his, quæ sunt præceptionis nostræ auctoritate [B] prohibita, pontificem vestrum videritis admittere, mox nostris auribus relatione [h] signate, vt quid fieri debeat, censeamus.

B ¶ Auctoritate.] *Abest ista dictio à plerisque vetustis exemplaribus, & ab aliis collectoribus, qui etiam Gelasium citant.*

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 21.

¶ Clerici, aut laici sine examinatione ad episcoporum accusationem non admittantur. C. XLIX.

[3] CLericos, aut laicos accusantes episcopos, aut clericos passim [c], & sine probatione, ad accusationem non recipiendos decernimus, nisi prius eorum [k] discutiatur existimationis [D] opinio.

c ¶ Passim.] *ἁπλῶς, καὶ ἀδοκιμάστως: quæ Dionysius vertit* temere, atque indifferenter, *possuntque etiam coniungi cum sequenti membro. Id vero copiose exponitur in concilio Constant. 1. c. 6.*

D ¶ Existimationis opinio.] *ὑ ὑπόληψις, id est, existimatio.*

Item ex synodo Romana. [4]

¶ Qualibet persona episcopos, aut alios accusans monstranda documentis inferat. C. L.

[5] SI quis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quilibet clerici apud episcopos (quia alibi [l] non oportet) à qualibet persona fuerint accusati, quicumque fuerit ille, siue sublimis vir honoris, siue vllius alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis [m] arripuerit, nouerit docenda [E] probationibus [n], monstranda documentis se debere inferre.

E ¶ Docenda.] *Sic apud Sixtum tertium, & in capitulari: apud Caium vero, & Hadrianum paulo aliter, quemadmodum & aliis locis huius capitis nonnullæ, sed non magni ponderis, sunt varietates.*

Item Damasus Papa, Stephano archiepiscopo, epist. 3. c. 3.

¶ Sacerdotes non accusent, qui ad eumdem ordinem prouehi non possent. C. LI.

[6] SAcerdotes (vt antiqua tradit auctoritas) criminari nõ possunt, nec in eo testificari, qui ad eumdem non debent, nec possunt prouehi honorem.

Item Iginus Papa, epist. 1. [7]

¶ Nisi irreprehensibiles in maiorum accusatione non recipiantur. C. LII.

[8] CRiminationes maiorum natu per alios [o] non fiant, nisi per ipsos, qui crimina intendunt: si tamen ipsi digni, & irreprehensibiles apparuerint, & actis [P] publicis docuerint omni se suspicione carere, & inimicitia, atque irreprehensibilem fidem habere, ac conuersationem ducere.

Colligitur itaque ex his omnibus, quòd subditi in accusatione prælatorum sunt admittendi. Nunc videndum est, an monachi in accusatione episcoporum sint audiendi. Hadrianus Papa in capitulis, c. 31. videtur eos ab accusatione remouere ita dicens. [9]

i ¶ *Aut laicos.*] accusantes episcopos aut clericos decernimus non esse recipiendos passim, & sine probatione. Ioan.

k ¶ *Eorum.*] i. laicorum vel clericorum, si sunt ignoti, vt s. ea. quærendum. vel eorum, i. episcoporum qui accusantur: "qa si vita eorum antea bona fuit, laici in nullo possunt eos accusare, vt s. e. q. 1. in primis. in fi. & extra de test. veniens. si vero mali, & laici & quilibet criminosi admittuntur [c], nisi inimici & cõspiratores. extr. de fi. licet Hely. & de sen. & re iud. cũ I. & A. Et ex hoc loco Baz. fundauit suam opinionem, vt dixi in summa: sed intelligas loqui in illis causis, in quibus laici possunt accusare clericos.

"Laici an possint cleri cos accusar.

4 In cap. Hadriani, c. 24.

c Hoc intellige in exceptis crĩbus. Io. de Fan.

5 Caius in epist. ad Feliçem, c. 2. Sixt⁹ 3. epis orienta. c. 2. Lib. 7. capit. c. 438.

Si quis episcopus.] CASVS. Dicitur hic ꝙ si quis accusauerit episcopum vel diaconum, vel alterius ordinis clericum, de quo vix aliquis cõmendatur accusator, cum ex odio fieri prę sumatur, sciat se debere talia crimina inferre, quæ probationibus & documẽtis valeat plenarie demonstrare.

l ¶ *Quia alibi.*] arg. ꝙ solus episcopus habet merũ imperium in sua diœcesi, vt 11. q. 1. de persona. 5. q. 6. delatori. "hoc enim est merũ imperium, scilicet cognoscere de crĩminibus. ff. de of. eius cui man. est iuris. [d] & l. 1. ff. de of. prę si. illicitas. §. qui vniuersas. & C. de prob. sciant.

6 s. ea. c. testes. ver. sacerdotes. Pol. l. 5. tit. 1. Burch. l. 1. c. 172. Iuo p. 5. c. 290.

m ¶ *Illaudabilis intentionis.*] Accusationem vocat illaudabilẽ intentionem: quia causæ materiam criminibus creare noscũtur. C. de iud. properandum. & præsumitur semper, quòd inuidię causa fiat accusatio, vt 6. qu. 1. si omnia. & quia vix sine culpa experiri potest: ideo clerici ab ea abstinere debent, vt de pœ. dis. 5. qualitas. s. e. q. 6. de creto. Vel dic illaudabilem quo ad vulgi opinionem. Nam prę sumitur aliàs quis bono zelo accusare, vt extr. de do. & contu. veritatis. in parte decisa. "Ex charitate enim debet prouenire accusatio. ext. de accu. si quis episcopus. & qui accusat, publicæ salutis custodiam gerit, vt C. de famosis libel. l. vna.

7 Item Lucius Papa epist. vnica.

8 Iuo par. 6. c. 326.

"Imperij meri est de criminibus cognoscere d Sub. & iõ in gñali cõmissione nõ trãsferũtur, vt ĩ illa l. hic all. & ff. đ pi. obligõe. & legi. & not. ext. đ of. le. quòd trãsla tionẽ. Arc.

n ¶ *Probationibus.*] sic C. de proba. sciant. Ioan.

9 Itẽ Stephanus epist. 2. & Melciad. epist. vnica. capit. l. 7. c. 322. j. 3. q. 4. hi qui.

"Accusatio ex charitate d; puenir

Riminationes.] CASVS. Dicitur ꝙ si aliqui sint ignoti, qui velint alios accusare, quòd non sunt admittendi, nisi prius coram iudice se probent irreprehensibiles esse, & omni suspicione carere. Si intelligas c. de notis, dicitur, quòd non sunt admittendi ad accusationem sacerdotum nisi probent coram iudice, &c. quod probatur eo ipso quòd contrarium non probatur.

o ¶ *Per alios.*] idest, procuratores. j. 3. q. 9. absens.

p ¶ *Et actis.*] i. actionibus [e] vel litteris episcoporum suorum, vt 19. q. 1. duæ. & hoc si sunt ignoti. & est si. j. 3. q. 5. canonica. vel tantum valet eis testimonium populi, quantum examinatio, vt 24. dist. c. 1. Io.

COLLIGITVR. CASVS. Grat. ex supradictis infert, quòd subditi bene possunt accusare prælatos. Sed postea quærit an monachi possunt accusare episcopos, & videtur quòd remoueantur. & hoc probat per sequen. cap.

eVñ đt L. acta publica vocat eorũ bona opera publica, per q̃ manifeste docetur, ꝙ isti carẽt, & illa hñt. Ar.

Placuit]

Source : BIU Cujas

Placuit.] Casvs. Hoc c. intelligitur de monachis secundum Gra. Sic ergo pone casum. Quæsitum fuit ab Hadriano, an monachi vocem accusandi episcopos, vel contra eos testificandi habeant. Et respondet ꝙ non, quia mortui sunt non humanis actibus, quia loquuntur vt alij homines, vel quia intersunt contractibus, vt emptionis vel vẽditionis, sed diuinis, i. accusationibus episcoporũ, quæ Dei timore fieri debent in cõcilio etiam Chalcedonen. præcipitur vt non præsumant ecclesiasticas actiões attrectare. Quidam tamen intelligũt hoc ca. de criminosis qui mortui sunt non humanis vocibus, i. malitiis, sed diuinis, i. bonis operibus: vel humanis, quia vocem habent, vt alij homines. & secundum hoc non facit ad propositum Gratiani.

1 Ansl. l. 3. c. 88. Iuo p. 16 c. 332. Pan. l. 5. c. 45. C. l. pen. qui ac. non pos.

tal. intercidi

a ¶ *Placuit.*] Hoc cap. idem Hadrianus[a] intelligit de infamibus, vt j. 3. q. 4. hi qui. & j. 3. q. 5. canonica. Vel intellige cum Grat. de monachis, scilicet criminosis: nam certum est ꝙ monachi accusare possunt, vt extr. de accus. c. ex parte. & j. ea. cum pastoris.

2 idẽ sentit hic L. ſ; ñ vẽ bona lra, cũ nullũ istorũ c. hic all. sit Hadriani, vt p; ex ipsorũ supraiscriptione. Arc. 3 16. q. 1. qui vere.

b ¶ *Mortuos esse.*] quãtum ad ciuiles actus, & etiam ad diuinos: quia non possunt baptizare, sepelire, prædicare, pœnitentiam dare, vt 16. q. 1. ca. 1. & c. qui vere.

3 Ansel. l. 3. c. 63. Polyc. l. 4. tit. 34.

c ¶ *Quia funestam.*] quia semper debent flere. 18. q. 1. placuit.

¶ Monachi sacerdotes accusare, vel in eos testificari non possunt.
C. LIII.

1 PLacuit [a] eorum accusandi sacerdotes & testificandi in eos vocem obstruere, quos non [A] humanis, sed diuinis vocibus mortuos esse [b] scimus: quia vocem funestam [c] interdici † potius, quàm audiri oportet.

A ¶ Non humanis.] *In epistola Stephani est,* quos humanis, & diuinis vocibus damnatos, vel mortuos esse cognoscimus, *In epistola autem Melchiadis est, quemadmodum hic restitutum est ex vetustis exemplaribus Gratiani, & capitulo Hadriani: sed subiungitur.* Quoniam infidelis homo mortuus est in corpore viuente: *& forrasse significatur locus Mat.* 8. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos: *aut locus Pauli.* 1. *Tim.* 5. viuens mortua est. *Quamobrem quod proprie pertinet ad homines infames, maximisque flagitiis obnoxios (vt est infra, 3. q. 5. c. canonica) non bene videtur hic referri ad monachos: sed minime id malitiose factum est, cum Gratianus monachus esset.*

2 *Item in concilio Chalcedonen. c. 4. præcipitur, vt ecclesiasticas actiones monachi attrectare non præsumant.*

Item Pelagius 11. *episcopis Italiæ.*

¶ Monachi in accusatione non sunt audiendi. C. LIIII.

3 NVllus monachus talia vnquam arripiat, nec sæcularia [d], aut ecclesiastica [e] negotia perturbare præsumat: quia mortua in talibus vox est eorum.

Sed aliud est, quod ex præsumptione assumitur temeritatis: aliud, quod ex necessitate geritur charitatis. Monachi enim ex præsumptione episcopos accusare non possunt, ex charitate possunt. [4] *Vnde & in canonibus præcipitur, vt cubicularij episcopi sint vel religiosi clerici, vel electi monachi, vt de eius vita testimonium dicere possint.*

7 ¶ *Item illud Eleutherij Papæ in epistola ad Galliæ prouincias, omnibus generaliter dicitur.*

¶ Consentire conuincitur, qui cum possit, peruersis negligit obuiare. C. LV.

5 NEgligere, cum possis [f] deturbare [g] peruersos, nihil aliud est, quàm fouere. Nec caret scrupulo [h] societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.

Item Hieronymus tam de se, quàm de aliis monachis in primo prologo bibliæ [B] *scribit* [6] *dicens.*

B ¶ Bibliæ.] *Impleriſque vetuſtis Gratiani codicibus legitur,* bibliothecæ.

¶ Quantum ex vitæ merito quis ecclesiam ædificat, tantum nocet, si destruentibus non resistat. C. LVI.

S Ancta quippe [i] rusticitas [k] solum sibi prodest: & quantum ædificat ex vitæ merito ecclesiam Christi, tantũ nocet [l], si destruentibus non resistat.

Item Gregorius.

¶ Subditi vitia prælatorum reprehendere studeant. C. LVII.

A Dmonendi [m] sunt subditi, ne plus quàm expedit, sint subiecti: ne cũ studeant plus quàm necesse est, hominibus subiici, compellantur vitia eorum venerari.

¶ *Collecta est hæc sententia ex verbis B. Gregorij tertia parte pastoralis, admonitione decima octaua, vbi de elatis & humilibus loquitur.*

Item generali Synodo præsidens dixit, c. 2. [7]

¶ Clerici, siue electi monachi sint cubicularij episcopi. C. LVIII.

8 CVm pastoris [n], vita [9] esse discipulis semper debeat in exemplo, plerumque clerici, qualis in secreto sit vita sui pontificis, ne sciunt, quam, vt dictum est, sæculares pueri [o] sciunt. De quà re præsenti decreto cõstituo, vt quidã [p] ex clericis, vel etiam ex monachis electi ministerio cubiculi pontificalis obsequantur, vt is, qui in loco regiminis est, tales † habeat testes [q], qui vitã eius in secreta conuersatione videant, qui ex visione sedula exẽplum profectus sumãt.

i ¶ *Quippe.*] idest, cum simpliciter & pie viuunt, & alios nolunt increpare. Et intelligitur de prælatis, qui ex officio tenentur resistere malis, & quorum taciturnitas est mortale peccatum, & magnum damnum in ecclesia operatur. vt 83. dist. nemo. Et est hic arg. vitam actiuam esse præferendam contemplatiuæ, vt 7. q. 1. scias. & 8. q. 1. in scripturis. & habent se vt excedentia & excessa. contemplatiua, quãtum ad personam contemplantis magis est secura, & minus vtilis, actiua vero magis laboriosa, & minus secura, sed magis fructuosa, vt extra de renun. nisi cũ pridem. & extra de reg. licet.

6 Ad Pauli num.

k ¶ *Rusticitas.*] i. simplicitas.

l ¶ *Nocet.*] intellige hoc negatiue, idest, non tantum prodest ædificando, quantum edocendo & resistendo. simile 44. dist. 1. §. debet. 22. qu. 2. primũ. Ioan.

m ¶ *Admonendi.*] Casvs. Quidam subditi in bonis ac malis obediebãt suis prælatis. Sed dicit Greg. ꝙ admonendi sunt, ne plus quam expediat sint subiecti, vt vitia illorum non cõpellantur venerari.

n ¶ *Cum pastoris.*] Casvs. Quidam episcopi non habebãt clericos cubicularios secum, sed pueros sæculares, quorum vita qualis esset in secreto, erat ignota clericis, sæcularibus autẽ pueris nota. Præcepit ergo Greg. vt episcopi secum habeant clericos vel monachos cubicularios, qui possint esse testes de vita & conuersatione episcoporum in secreto, & ex sedula visione exemplum profectus sumant.

7 lib. 4. reg. c. 88. & post lib. 12.

8 Ansl. l. 6. c. 134. Pol. l. 4. tit. 5.

9 Hoc statuit Greg. q̃do laicos oẽsà suo ministerio remouit, vt testatur Ant. ī histor. p. 2. f. 160. f. 69.

† habeat tales, qui vitam] Orig.

" Monachi accusare possunt.

o ¶ *Pueri.*] i. seruientes. sic 22. q. 2. §. Abraham quoque. & ff. de verb. sign. pueri.

p ¶ *Vt quidam.*] duos habebit sacerdotes, & tres diaconos, vt de consec. dist. 1. iubemus. "Sed numquid contradicente abbate potest sibi mere monachum episcopus sibi in socium? Non videtur, cum hoc sit priuilegium Papæ, vt 9. quæst. vlt. per principalem. & 58. dist. c. 1. & arg. contra 16. q. 1. qui vere. Ioan. Sol. credo quòd sic [c], nisi monasterium sit exemptum: cum maiora possit, vt extra de excess. præla. sicut venire. B. Sed nonne monachi numquam exibunt de claustro, vt 16. q. 1. placuit? Respondeo quando perfecti sunt, fit hoc vt exterius fructificent, vel quando fiunt episcopi, & isti cubicularij possunt esse testes non solum de conuersatione episcopi, sed etiam de facto eius, vt 12. q. 1. manifesta. Io.

" Monachũ inuito abbate, sibi pót eps sociare.

c Ad hoc fa. qđ no. s. j. q. j. p principalẽ. Sed arg. cõtra 11. q. 1. cũ p vtilitate. Arc.

q ¶ *Testes.*] propter hoc inducit c. quia qui possunt testari [d], & accusare, nec tales episcopus potest ab accusatione repellere, vt ext. de accus. nulli. & C. qui accus. non pos. iniquum. arg. contra speciale est in episcopo. Io.

d Ad hoc 4. q. 3. c. 1.

4 j. ea. causa pastoris.

d ¶ *Nec sæcularia.*] id-est, tutelam & procurationem.

e ¶ *Aut ecclesiastica.*] i. baptizare, quòd olim non licebat eis. 16. q. 1. placuit.

5 s. dist. 83. ca. error. & dist. 86. c. facientis.

SED ALIVD.

Casvs. Soluit Grat. & dicit, ꝙ monachi non admittuntur ad accusandum episcopos ex præsumptione temeritatis, sed necessitate charitatis bene admittuntur, vnde præcipitur, vt cubicularij episcopi sint clerici religiosi, vel monachi, vt de eius vita testimonium dicere possint. & ꝙ possint admitti etiam monachi, probat per sequentia c. & primi c. casus est planus.

" Malos nõ corrigere, an sit pctm.

ITEM ILLVD. Hæc est 7. pars q. in qua probat, "ꝙ vnusquisque tenetur obuiare peccantibus, & eos corrigere in quantum potest salua pace, alias tenetur ipse. & ad hoc probandum adducit 6. aucto. Ioan. de Fant.

f ¶ *Negligere.*] ¶ *Cum possit.*] videtur de prælatis tantum loqui.

g ¶ *Deturbare.*] i. prohibere & remouere à malo, & hoc cum commode potest illud facere. aliàs non peccat qui sic nõ prohibet. 22. q. 2. primum. & c. faciat. & secundum hoc quilibet tenetur prohibere iniuriam à proximo. 23. q. 3. non in ferenda. Alij hoc cap. intelligunt de prælatis, vt 23. q. 4. duo ista. & ca. ita plane. & q. vlt. præterea. Vel intellige de atrocibus, vt tunc quilibet teneatur. arg. ext. de sen. exc. quantæ. 23. c. vlt. & de pœ. dist. 1. periculosæ. Vel dic, ꝙ quilibet tenetur prohibere proximum à peccato committendo. 22. q. 5. hoc videtur. secus in commisso. 93. dist. diaconi. Ioan.

b Quo ad platũ dic vt le. & not. 6. q. 1. illi qui. 30. dist. c. 6.

h ¶ *Scrupulo.*] idest, suspicione.

Sancta quippe.] Casvs. Quidam monachi erant valde in se religiosi, sed circa correctionem aliorum erant tepidi & remissi. Tales reprehendit Hie. dicens ꝙ sancta rusticitas tantum sibi prodest. & quantum ex vitæ merito ędificat ecclesiam, tantum nocet si destruentibus eam non resistat.

Source : BIU Cujas

Peruenit.] Casvs. Episcopus Massylien. prauos homines habebat in sua conuersatione, & præcipue quemdam presbyterum fornicatorem. hoc peruenit ad notitiam Greg. quare præcipit Vigilio episcopo, vt Massylien. vltione compescat. & presbyterum fornicatorem cogat pœnitere. Casus autem sequentis c. planus est, quia nihil aliud dicitur, nisi ꝙ episcopi secum debent habere homines boni testimonij, vt irreprehensibiles appareant.

a ¶ *In societate.*] nota ꝙ præsumitur contra aliquẽ vel pro aliquo ex societate, vt 28. q. 1. sæpe. 81. dist. clericus. & 18. qu. 2. diffinimus. Ioan.

b *Episcopi lectioni.*] ¶ *Possint.*] ℨ. dist. 53. diaconi.

ITEM IOANNES. Casvs. Per hunc §. probat Grat. quod subditi possunt accusare prælatos, & dicit, ꝙ Io. redarguebat Iudæos ad se venientes,

c ¶ *Ioannes.*] probat cũ hic eremita accusabat, ꝙ monachi possunt accusare, quod verũ est si habent speciale mandatum abbatis. 16. qu. 1. quæ vere [a]. nisi forte requiri non possit sine magna difficultate. ar. ff. de iniu. sed si vnius. §. filio, vt notaui 12. q. 1. non dicatis.

aEt extr. de acc. ex parte. vbi de hoc. Item vt ex canonib. ℨ. e. q. ipsi. & ca. testes. & ca. sacerdotes. 6. q. 1. c. 1. Lau.

ITEM EX. Casvs. Nunc cõcludit Grat. ex supradictis. Dictũ est supra, ꝙ illi possunt accusare sacerdotes, qui ad eumdem gradũ ascendere possunt: sed monachi possunt prouehi ad sacerdotium, ergo possunt accusare sacerdotes.

1. Tim. 3.

1 ℨ. e. c. sacerdotes. Luc. 3.

De accusatione.] Hęcquę stio diuiditur in duas partes, in quarũ prima probatur, ꝙ accusator debet esse præsens, & obligare se proprio scripto ad talionem. Secunda ibi, *Quæ vero.* Ioannes de Fantu.

Casvs. Hic ponitur 8. q. qua quæritur, an accusatio debeat fieri in scriptis, & probat primo, quòd sic: postea probat contrarium, & postea soluit in §. *sed Calixtus.*

"Accusatio & denuntiatio, & infamatio diuersa sunt.

d ¶ *De accusatione.*] "Circa hoc notandum est, ꝙ aliud est infamatio, aliud denuntiatio, aliud accusatio. Infamatio prohibetur. ℨ. ead. q. prox. accusatio. 5. q. 1. c. 1. & 2. Secunda, scilicet denuntiatio præcipitur. ℨ. ea. q. 1. si peccauerit. ℨ. q. prox. quapropter. & fit sine inscriptione. 4. q. 4. §. aliquando. Tertia scilicet accusatio permittitur: & in ea inscribitur & subscribitur, ℨ. ea. libellorum. Fallit tamẽ hoc in sex

"Accusator nõ semp cogitur se ad pœnam talionis inscribere.

casibus. "Non enim semper cogitur quis inscribere, vt in leuibus criminibus. ff. de acc. leuia. & in crimine abigeatus [b]. C. de abigeis. l. vna. & in casu vbi mulier accus. 15. q. 3. de crimine. & secundũ quosdam in crimine apostasiæ, & vbi Christianus Iudæam duxisse accusatur. C. de apost. apostatarum. C. de Iudæ. ne quis. & vbi maritus accusat vxorem iure mariti. 4. q. 4. d. c. nullus. §. item. C. de adult. si maritus. C. de adul. quamuis. & l. iure. Io. sed hoc falsum est secundum ius canonicum, vt ext. de proc. tuæ fraternitatis. Item quando officium denuntiat crimen alicuius. C. de accu. ea quæ. 4. q. 4. §. aliquando. B. Et cum crimen in modo exceptionis proponitur, secundum ꝙ distinguitur ext. de accu. super his. Nunc videndum quid iuris sit circa singulos modos agendi. Et quidem denuntiationem præcedet admonitio, aliàs remouetur denuntians à denuntiatione, vt ext. de accus. super his. & c. si quis episcopus. & ℨ. ea. q. 7. accusatio. & c. si quis ergo. Item criminosi, infames, inimici, possunt à denuntiatione repelli, vt 3. q. 7. qui sine peccato. & c. postulatus. & c. 35. q. 6. episcopus in synodo. & extr. de testi. cog. præterea. extr. de accus. cum oporteat. & dictum est ℨ. ea. q. 1. si peccauerit. & extra ea. quali

b Vbi agitur ciuiliter. 4. q. 4. §. ad acti.

Idem Virgilio episcopo Arelatensi, lib. 9. epist. 49.

¶Prauos in sua societate episcopus habere non debet. C. LIX.

PEruenit ad nos fratrem, & co episcopum nostrũ Serenum Massyliensem prauos homines omnino in societate [a] sua recipere, ita denique, vt presbyterũ quemdã, qui post lapsum in suis adhuc dicitur iniquitatibus volutari, familiarem habeat. Quod à vobis subtiliter requirendum est: & si ita cõstiterit, curæ vobis sit nostra hoc sic vice corrigere, vt & qui talem recipit, non familiaritate foueret, sed discat potius vltione cõprimere: & qui receptus est, idem discat cũ lacrymis peccata diluere, non iniquitatem immunditiis maculare.

Item Paschalis Papa.

¶Viros boni testimonij semper episcopi se cum habeant. C. LX.

EPiscopi lectioni, & orationi vacent, & semper secum presbyteros, & diaconos, aut alios boni testimonij clericos habeant, vt secundum Apostolum, & sanctorum Patrum instituta possint [b] irreprehensibiles inueniri.

Item Ioannes [c] Baptista, cum duceret eremiticam vitam, scribas, & pharisæos, sacerdotes, & leuitas Iudæorum ad se venientes aspera increpatione redarguit. ¶ [1] *Item ex canonibus definitur* [*Illi, sacerdotes accusare possunt, qui ad eumdem gradum conscendere valent.*] *Cum ergo monachi ad sacerdotij gradum laudabiliter peruingere valeant, patet, quòd & ipsi sacerdotes libere accusare possunt.*

ter. 2, "pœna sic conuicti modica est, quia debet pœnitere de crimine, & credo eum non esse remouendum ab ordine, vel dignitate, nisi delicti qualitas aliud requirat, vt in simonia. 1. q. 1. si quis neque. & q. 7. requiritis. seu scandalum inde oriretur, extr. de noui ope. nunt. cum ex iniuncto. Si autem agatur in modum inquisitionis, similiter

"Denũtiati punitio.

QVÆSTIO VIII.

1. ps

Eaccusatione [d] vero, qualiter fieri valeat, in canonibus aperte decernitur.

Ait enim Calixtus Papa ad episcopos Galliæ, epist. 2. [2]

¶Accusatio semper fiat in scriptis. C. I.

[3] ACcusatorum personę num quam recipiantur sine scripto: nec absente [e] eo, quem accusare voluerint, quibuslibet [f] accusare permittatur.

¶*In epistola Calixti, itemque apud Burchardum, & Iuonem sic habetur.* Rimandæ sunt enucleatim personæ accusatorum, quæ sine scripto difficile, per scriptũ autem num quam recipiantur: quia per scripturam nullus accusare, vel accusari potest, sed propria voce, & præsente eo, quem accusare voluerit, cuicumque † accusatori credatur. *Quorũ verborũ bona pars refertur. ℨ. 3. q. 9. c. absente. 1. qđ sumptũ est ex eodẽ epistolæ loco. Cod. lib. 4 tit. de probationibus, l. fi.*

¶De eodem. C. II.

SCiant cuncti accusatores eam se rem deferre debere in publicam notionem, quæ munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documẽtis, vel indiciis [g] ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita.

Item Eutychianus Papa episcopis Siciliæ, epist. 2. [4]

¶Accusatio semper debet fieri in scriptis. C. III.

[5] QVisquis [h] ille est, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat [i], custodiæ similitudinem (habita tamen dignitatis [k] æstimatiõe †) patiatur, nec impunitã fore sibi nouerit licentiam mẽtiendi, cũ calumniantur.

"Denũtiati punitio.

2 Et Stepha. epist. 2. c. 11.

33. q. 9. c. absentẽ. Bur. l. 15. c. 171. Iuo p. 5. c. 289.

"Inquisiti punitio.

† *al. quisquam accusator credatur.*

4 C. đ accu. li. 9. ti. 2. l. vl.

5 Cod. Theod. l. 9. tit. 1. c. 18. In cap. Hadria. c. 6. Pol. l. 5. tit. 1. Iuo p. 6. ca. 332. Pan. l. 4. c. 76.

† *al. existimatione.*

"Accusati punitio.

beant sine scriptura, & accusato absente. Et certe respõdetur quòd non.

e ¶*Nec absente.*] C. de pœn. ne diu. contra. Sed illud speciale est in apparitore, sic ℨ. ead. quæst. 6. §. si sunt quorum. & notaui. 1. quæst. 4. nullius.

f ¶*Quibuslibet.*] ℨ. 5. quæst. 2. relatum. Sed contra. 5. q. vltim. Epiphanium.

Sciant.] Casvs. Dicitur in hac lege, ꝙ accusatores accusationem suam debent deferre in publicam notionem, quàm possint testibus & aliis probationibus iudici demonstrare.

g ¶*Indiciis.*] 32. q. 1. dicit. & 35. q. 6. c. 1. Sed contra. 3. q. 9. absens. Sed ibi non accusatur, sed tantum libellus accusationis propositus est contra absentem. libellus tamen in absentia rei proponitur. ff. de adult. miles. §. sexaginta. Hoc verum est nisi absens sit per contumaciam [c], vt 3. q. 9. decernimus.

cIdẽ tenent B. & Lau. ad hoc 24. q. 3. de illicita. Arc.

Quisquis.] Casvs. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd qui vult alium accusare, in iudicium veniat, & indicet nomen rei, ad pœnam talionis obligando, ita quòd accusator vel accusatus in custodia habeantur, considerata dignitate personæ: & si accusator non probauerit, puniatur pœna talionis. In secunda parte quæ incipit ibi, *Qui vero.* dicitur, quòd qui vadunt ad fortilegos, & magos, non admittuntur ad accusationem.

¶Casus seq. c. planus est.

h ¶*Quisquis.*] hoc ponitur C. de accu. l. vlt.

i ¶*Vinculum inscriptionis arripiat.*] ideſt, obliget se ad talionem. 4. q. 4. §. inscriptio. Archi.

k ¶*Dignitatis.*] quia pari iure cẽsetur accusator & accusatus. 3. q. 9. c. vlt. C

Source : BIU Cujas

"Dignitate p̃ditus minº punitur q̃ alter.

c.vlt.C.de exhib.re.l.vlt. " Tamen ratio dignitatis in hoc habetur, quòd minus punitur constitutus in dignitate, quàm alter.24.quæst. 1.qui contra.& c.quisquis.

a ¶*Similitudo.*]nisi in casibus exceptis.s.ead.q.3.§.notandum.2.

Qui crimen.] ¶*Sed Stephanus.*] Casvs.Probauit supra G.quòd accusatio debet fieri in scriptis, modo videtur probare contrarium,& probat superficialiter.

1 In cap. Hadria.6.c.67. j.3.q.5. c.cõstituimus. Iuo part. 6. c.333.

Per scripta.] Casvs. Quæsitum est, vtrum per epistolam possit quis alium accusare? Et respondetur quòd non, sed voce propria & accusato præsente, quia absens ab aliquo accusari non potest.

" Accusato absente põt dari libellº.

b ¶*Absens.*] " potest enim libellus dari absente accusato, vt 5.q. 6. Epiphanium. C.de exhib.re.l.2. & etiam die feriato, vt ff. de adulte. miles. §.sexaginta.prius tamen denuntiabit eum accusator quem vult accusare: aliàs non audietur, vt ff.de adult.de-nuntiasse.& C.de accus.absentem.deinde det libellum iudici: iudex tamen non prius libellũ recipiat, quàm inscriptio sit facta, & fideiussorem dederit de lite prosequenda. C.ad Turpil.l.1. & C. qui acc.non poss. l. 3. Postmodum vocandus est reus a secundum legem.C.de exhib.reis.l.2.& nomen eius recipietur inter nomina reorum. & hoc fit cũ lis est contest.ff.de adult.si maritus. §. præscriptiones.& ff.de iur.fis.fiscus. & prius habebit inducias xx. dierum ad deliberãdum, non trium tantum, vt quidam dicunt, vt ff. de publ.iud.inter. habebit etiam inducias triginta dierum ad componẽdos mœstos penates, vt C. de exhib. re.l.2.secundum canones tamen non videtur, quòd necessaria sit denuntiatio, vel talis solennitas, vt extra de accus.licet.in fi.

2 Et Fabianº epist.o.3.j.3. q.6.c.1. s.2. q.3.c.3.& 6. 3 Bur.l.16.c.3 Ex concilio Arausico. Pan.l.3.c.75

a Ad hoc C. de cal. non priº. ff.d iu. si lõgius. & ita no. Vin. ext. de elec. cõgregato. 4 Pol.l.5. ti.1 Bur.l.j.c.177 Ans.l.3. c.55 Iuo par.5.c. 293. & p. 6. c.328.Pan.l. 4.c.53.& 55.

Qui crimen obiicit, scribat se probaturum. Reuera a ibi semper causa agatur, vbi crimen admittitur. Et qui non probauerit, quod obiecit, pœnam, quam intulerit, ipse patiatur.

a ¶ Reuera.] *Addita est hæc clausula ex originali, quæ est etiam apud Fabianum. j. 3.q. 6.cap.1.*

Sed Stephanus Papa contra videtur scribere dicens, epist.2.c.4.

¶De eodem. C. V.

Per scripta nullius accusatio 4 *suscipiatur, sed propria voce (si legitima, & condigna accusatoris persona fuerit) præsente videlicet eo, quem accusare desiderat: quia nullus absens b, aut accusari potest, aut accusare.*

Sed Calixtus Papa præcipit, vt accusator præsente eo, quem accusat, in scriptis iudici accusationem offerat, & propria voce litteras suæ accusationis legat. Stephanus autem

tes ad vindictam poscat similitudo a supplicij. & infra. ¶ *Qui vero ad sortilegos, magosque concurrerint, nullatenus ad accusationem sunt admittendi.*

a ¶ Custodiæ similitudinem.] *In originali impresso est,* custodiat similitudinem, habita tamen dignitatis estimatione potiatur, nec forte sibi nouerit, &c. *Itemque apud Hadrianum, nisi quod habet,* nec sibi fore nouerit. *itemque apud Iuonem, & in aliquot vetustis Gratiani codicibus, in quorum vno est,* habitæ tamen dignitatis. *In Pannormia autem legitur,* custodiat similitudinem supplicij, habita tamen dignitatis æstimatione. Nec forte sibi nouerit, &c. *In codice est eadem lectio, quæ hic retenta est.*

Item Sixtus iij. in epist. ad episcopos orientales, c.4. 2

¶De eodem. C. IIII.

Qui crimen obiicit, scribat 3 *se probaturum.* Reuera a *ibi semper causa agatur, vbi crimen admittitur. Et qui non probauerit, quod obiecit, pœnam, quam intulerit, ipse patiatur.*

a ¶ Reuera.] *Addita est hæc clausula ex originali, quæ est etiam apud Fabianum. j. 3.q. 6.cap.1.*

Sed Stephanus Papa contra videtur scribere dicens, epist.2.c.4.

¶De eodem. C. V.

Per scripta nullius accusatio 4 *suscipiatur, sed propria voce (si legitima, & condigna accusatoris persona fuerit) præsente videlicet eo, quem accusare desiderat: quia nullus absens b, aut accusari potest, aut accusare.*

Sed Calixtus Papa præcipit, vt accusator præsente eo, quem accusat, in scriptis iudici accusationem offerat, & propria voce litteras suæ accusationis legat. Stephanus autem prohibet, ne absens aliquem per epistolam accusare audeat. 2 ¶ *Quæ vero sit forma accusationis, & quis modus concipiendorum libellorum, Paulus in Digestis lib.* † *de publ. iud. tit. de accus. & inscription. l. 3. ostendit dicens.* [¶ 5 *Libellorum inscriptionis conceptio talis est. Consul, & dies* c. *Apud illum prætorem, vel proconsulem Lucius Titius professus est se Mæuiam lege Iulia de adulteriis* †, *ream deferre, quòd dicat eam cum Caio Seio* d *in ciuitate illa, domo illius, mense illo, consulibus illis, adulterium commisisse. Vtique enim & locus designandus est, in quo adulterium commissum est,* 6 *& persona, cum qua admissum dicitur, & mensis. Hoc enim lege Iulia publicorum iudiciorum* † *cauetur, & generaliter præcipitur omnibus, qui aliquem reum deferunt. Neque autem diem* e, *neque horam inuitus comprehendet. Quòd si libelli inscriptionum legitime ordinati non fuerint, rei nomen abolebitur. & ex integro repetendi reum potestas fiet.* ¶ *Item subscribere debebit is, qui dat libellum* † *se professum est* f, *vel alius pro eo, si litteras nesciat. Sed etsi aliud* g *crimen obiiciat, veluti quòd domum suam præbuit, vt stuprum materfamilias pateretur, quòd adulterum deprehensum dimiserit, quòd pretium pro comperto stupro acceperit, & si quid simile, idipsum* † *libello comprehendendũ erit. Si accusator decesserit, aliaue quæ* † *causa eum impedierit, quominus accusare possit, etsi quid simile est, nomen rei abolebitur. postulante reo* h, *idque & lege Iulia de vi, & senatusconsultis* † *cautum est, ita vt liceat alij ex integro repetere reum: sed intra quod tempus, videbimus* i. *Et vtique triginta dies vtiles obseruandi sunt.*

b Sub. an te stes suborna ti videãtur, secundũ L. 35. q.6. de parentela. De hoc plene dicemus j. 4.q.3. in testibus.2.&etiam dicent in qua parte domus secundum Hug. dies est assignanda: quia non licet vagari cum discrimine alterius.vt ff.de iniu.l.prætor.Io. Tamen dic, quod non aliud tenetur dicere testis, quàm accusator proposuit: quia non aliud iudicãdum est, quàm in libello comprehensum sit.arg.ex tra de causa poss.cum super electione.de simon.licet Hely. vltra medium.Bart.

" Testis an depõere debeat de die. †Invulgatis legebatur, *libro primo.*

5 Lib.48.ff.ad accu.l.3.qui lib.48.i Pan dect. inscribitur [de publicis iudiciis testis, quàm accusator] † *al. lege Iulia adulterij ream*

6 Adde q̃ rõ est, qa locus aggrauat rẽ gestã.l.prætor. §.fi.ff.ad iniu. &l.aut facta.§.locº ff.de pœ. †abest à Pan dect.Florẽt. †*al. libellos*

f ¶ *Se professum esse.*]i. se velle prosequi accusationem, & subiturum talionem si nõ probauerit.Ioan.

g ¶ *Sed si aliud.*] i.eodem modo est procedendum, si aliud crimen obiiciat.

h ¶ *Reo.*] hoc etiam fiat elapso biennio, vt C.vt intra cert.temp. l.vltim.

i ¶ *Videbimus.*] ff.ad Turpilia.l.in senatus. §.vltimo. †*al. & ipsum libellis* †*al. aliave causa* † *al. senatus consulto.*

Quidam episcopus.] Casvs. Supra in proxima causa tractauit de ordine iudiciorum, & de rest.spol. Sed quia non ad plenum dixerat, ideo supponit hãc causam tertiam, in qua plenius tractatur de rest.spol. & de iudiciis dandis, & an infames sint admittẽdi ad accusandum, & quales testes sint admittendi, & qualis debeat esse iudex, & de multis aliis: quæ omnia, vt apertius pateant, thema proponit. de quo vndecim

CAVSA III.

Quidam episcopus k *à propria sede deiectus est, petit restitui: post restitutionem ducitur in causam, inducias postulat, tamdem ad eius accusationem procedit quidam non legitime coniunctus, & duo infames, & tres religiosi:*

elicit quæstiones.

k ¶ *Quidam episcopus.*]Hic primum agitur, an spoliatus sit restituendus, sed s. causa 1.q.2. agebatur an spoliatus esset in ius vocandus. " Est autem regulare, quòd spoliatus ab alio, quàm à iudice, vel etiam si à iudice est spoliatus sine ordine iuris, semper statim est restituendus non obstante exceptione alicuius criminis, vel non canonicæ institutionis, vt extra de rest.spol.in litteris. & c.item cum quis.& c.conquerente.& 6.q.3.denique." Fallit in casibus hic notatis. Intrusio, scilicet quando aliquis occupauit sedem Apostolicam violenter, vt j.ead.§. patet. sed hoc speciale est in Papa. Dilapidatio, vt 3.q.2.quia ea.sed hodie hoc non tenet, quia non est spoliandus aliquis nisi probata suspicione, vt extra de sim. licet. Crimi nis enormitas, vt 2.q.5.super causa. Infamia & criminis euidentia, vt 2.q.5.presbyter si.& q.1.scelus.& c.manifesta. Item crimen simonię.extra de simon.accusatum.& c.tanta.Contumacia, vt 3.q.9.decernimus.Scandalum, vt 3.q.6.hæc quippe. Fornicatio notoria, extra de diuort.significasti. Item cum reus est absens.extra de off.iud. delegat.consultationibus. Cum incontinenti deiecit, extra de rest. spol. olim. Item cum spoliatio est probata in modum exceptionis, extra de ord.cogn.cum dilectus.Item secundum quosdam cum incontinenti spoliator vult probare exceptionem. extra de rest.spol. litteras.ff.ad exhib.l.3.§.ibidem.Item cum à muliere obiicitur sæuitia viri, vt extra de rest.spol.ex transmissa.Item in casu quem habes extra de diuor.gaudemus.in fi. Item exceptio rei iud.2.q.6.§.diffinitiua.Item exceptio iurisiurandi, vel pacti secundum quosdam, vt extra de rest.spol.accepta.& c.solicite.Item si sub conditione possedit, extra de rest.spol. olim causam. Item si ex gratia vel precario

" Spoliatus est semper restituẽdus regulariter. "Spoliato ĩ multis casibus denegatur restõ.

" ĩstrumẽtũ multa habere debet.

c ¶ *Consul & dies.*] institutæ accusationis: quia de die commissi criminis loquitur. nam consul & dies sunt præponendi. " hodie primo ponitur Imperatoris nomen, postea consulis, postea indictio, postea mensis & dies.in auth.vt præp.nomen Imp.col.5.

d ¶ *Caio Seio.*] ideo nomen exprimitur, vt secundum qualitatem personæ puniatur magis vel minus. Sed quid si ignoratur quæ sit il

Source : BIU Cujas

possedit.j.10.q.3.quia cognouimus.& extra de excess.præl.cum ad quorumdam.Item si possedit,vt colonus.ff.de vi & vi arm.cum fundum. "Hoc autem scias,quòd quattuor sunt auxilia producta,per quæ petitur restitutio, actio, interdictum,condictio ex canone,iudicis officium. Actione petitur restitutio, vt actione quod metus causa datur restitutio contra quemlibet [a] possessorem. ff. quod met.l.metu.§.volenti.Item actione de dolo petitur restitutio: & per illam non fit restitutio, nisi contra illum qui dolum fecit. ff.de dolo. l.si plures. Item per interdictum restitutio datur contra illum solum qui vim fecit, vt extra de rest. spol. cum ad sedem,in fi. Per condictionem ex canone datur restitutio contra quemlibet possessorem,vt extra de ap. bonæ memoriæ.& extra eo.c.sæpe.& j.ea. redintegranda. Item per iudicis officiũ petitur restitutio, cum aliquis propter absentiam perdit rem suam, de qua agitur. ff.ex quib.caus.maio. l.1.& per totum.& illa potest agi contra quemlibet possessorem, vt 16.quæst.3. §. porro.

" restõ petitur quatuor auxiliis.

aNã p hanc actionẽ adnocatur res ẽt ab eo q metum ñ intulit. ff. qđ met.caus. si cũ exceptione.§.2. C. e.tit. nõ interest.Arc.

Vòd restitutio.] Casvs. Hic intitulatur prima quæstio,qua quęritur an restitutio sit danda omnibus expoliatis.Et probatur quòd sic per c.sequentia.

Episcopis.] Casvs. Quæsitum fuit vtrum crimẽ aliquod possit obiici episcopis rebus suis expoliatis,vel de sedibus suis eiectis ante restitutionem? Et certe respondet Papa,quòd non.

a ¶*Omnia.*] etiam deposita,vt ff.deposit.l.1.§.qui autem.&ff.de vi & vi ar. l.1. §.quod autem.

1 Mutatis verbis, sed incolumi sententia. Anſ.l.3.c.46

b ¶*Nullum crimen.*] à spoliatore, vel generaliter à nullo, cum sit inermis, vt j.ea.q.2.oportet.

b ¶*Nullum crimen.*] pro quo fuerunt spoliati secundum Hug. vel nec illud nec aliud potest obiici à spoliatore. 2.quæst.2. in scripturis. & c.nullus. Sed mirum est,

2 Anſ.l.3. c.50. si aliquis non potest eum de crimine illo accusare,vt j.quęst.2. cum ecclesiæ. & cap. prox.cum res inter alios acta aliis non præiudicet. Item numquid

b Adde q ẽt ſpoliator potest eum accusare postquam est restitutus? Arg. quòd crialiter cõ non,extra de restit.spol.item cum quis.arg.contra quòd possit salcor.tex.in l. tem ciuiliter[b]. j.ead.q.2.audiuimus.
fi. C. de or. co. & in l.si

Episcopi.] Casvs. Dicitur hic,quòd non debent episcopi ad synodum vocari,vel eis crimen aliquod obiici,nisi prius res promaritus. C. de don.int. priæ,vel ecclesiæ eis fuerint restitutæ,nisi spoliati essent auctorita-
vir.& vxor. te Romani Pontificis.

c ¶ *Episcopi.*] " si tamen spoliatus velit agere contra spoliatorem,
" Spoliatus à spoliatore reconueniri potest. reconueniri potest ab eo,vt argum.ff.de iud.l.2.§.item.Sed hoc verum est,cum non agit de spoliatione,extra de ord.cogn.cum dilectus.& melius in c.si.potest etiam cum reconuenire de alio spolio. extra de rest.spol.c.vlt.

d ¶ *Obiicere.*] quid si numquam velit petere restitutionem, vt sic nõ puniatur de crimine pro quo est spoliatus,cum tũ inde grauiorem pœnam meretur?Dicerem,quòd in tali casu bene possit accusari ante restitutionem[c], ne fraus sit ei lucrosa.arg.extra de iud.intelleximus.& 11.q.3.priuilegium.sed si minorem pœnam de illo crimine meretur, tunc non est accusandus de illo, cum satis sit punitus. arg. 2.q.6.si quis ex pluribus. Dic tempus prę figẽdum, vt extra de rest. spol. frequens.lib.6.

cHoc hodie est intelligẽ dũ cũ determinatione & declaroe decr.li.6.de rest.spo. fręquẽs.§.vlt.

SED NOTANDVM. Casvs. Dicit Grat. in hoc §. quòd non sufficit, si restitutio fiat solis verbis, vel per sententiam,nisi præsentialiter omnia restituantur officio iudicis, vt expulsus habeat ciuilem & naturalem possessionem per se, vel animo suo,& corpore alieno, vt per procuratorem. & in eodem locovnde ablata sunt fiat restitutio, quod probatur per seq.c.

e ¶*Naturalem.*] nec sufficit dare pignora, extr. de sen.& re iud. cum aliquib. " simili ter in prætorium pi- "Pignus pgnus est quis corporaliter mittendus. ff. de pig. act.non est mirum. secus in conuentionali.ff. ead.l.1. & ff. de dolo.l.si plures.

toriũ & cõuentionale.

Restituendi sunt.] Casvs. Quæsitũ fuit à Ioan. Papa per Zachariam, qualiter debeat fieri restitutio expoliatis epis&eiectis.Et resp. Io.Papa q oĩa corporaliter sunt eis restituenda in eo loco vñ ablata sunt, quacũq; cõditione fuerint eis ablata, siue per dolũ, siue perviolẽtiam,vel quacumque alia iniusta causa.

3Et Eusebi epist.2. & in 5.synod. Romana sub Symmacho Anſ.l.3.c.51 & 44.

† *al.virtute*

f ¶ *In eo loco.*] etiam vltra mare,&sunt reuocanda sumptibus spoliatoris. ff. de rei vend.si vero.

h ¶*Captiuitate.*]j.16. q.3.porro.& c.prece.

g ¶*Captiuitate.*] " Si enim per vim aliquid ab eo extortum est, vel ablatum, intra annũ potest agere contra deiectorẽ in quadruplum:post annum in simplum.ff.de vi & vi ar.l.1.Sed si per metum est extortum aliquid,tunc contra omnem possessionem agitur intra annum in quadruplum cum nõ

" Spoliatus per vim vel motũ agit ad quadruplum.

vult restituere.ff.quod met.caus.si cum exceptione.§.1.2.& 3.

h ¶*Aut dolo.*] & tunc vsque ad biennium potest conueniri qui dolum committit, vt C.de dol.l.vlt. " sed perpetuo potest conueniri " Dolosus actione in factum de eo, quod ad eum peruenit, vel si dolo fecit an possit in quominus ad eum peruenirẽt, vt ff.de dolo.in hæredem. & l.eatenus.& l.dolove. Cum autem canon æquiparet dolum, metum vel perpetuum violentiam, videtur quòd condictione ex hoc canone quilibet possidens possit conueniri.arg.ad hoc ext.de iud.quia.&ext.de transa. veniens.& ext.de emp.& vend.peruenit.ext.vt lit.pen.ecclesia.& ext. de ap.bonæ memoriæ.& est expressum,ext.de rest.spol.sæpe.

conueniri.

h ¶*Aut dolo.*]ar.q restituendus sit qui dolo suo iuri renũtiat,vt j.15. q.6.c.1.& j.30.q.1.dictũ.&C.de inof. test.eum qui.1.resp.ext.de his quæ vi met.cau.fi.cum dilectus.contra.& 20.q.3.constituit.contra.

QVÆSTIO I.

Vòd restitutio quibuslibet danda sit,multis auctoritatibus probatur.

Ait enim Gaius Papa,epist. vnica ad Felicem episcopum,cap.3.

¶ Expoliatis, vel eiectis omnia sunt redintegranda. C. I.

1 Episcopis suis rebus expoliatis, vel à propriis sedibus eiectis, omnia [a], quæ eis ablata sunt, legibus sunt redintegranda: quia priusquam hoc fuerit factum,nullum crimen [b] eis obiici potest.

Item Fabianus epistola 2.episcopis orientalibus.

¶De eodem. C. II.

2 Episcopi [c], si à propriis sedibus, aut ecclesiis sine auctoritate [A] Romani Pontificis expulsi fuerint:antequam ad synodum vocentur,proprius locus,& sua omnia eis redintegranda sunt. Nulla enim permittit ratio, dum ad tempus eorum bona, vel ecclesiæ, atque res ab æmulis,aut à quibuscumque detinentur, vt aliquid illis obiici debeat: Nec quicquam potest eis quoquo modo quilibet maiorum, vel minorum obiicere [d],dum ecclesiis,rebus,aut potestatibus carent suis.

A ¶ Sine auctoritate Romani Pontificis.] *Sunt hæc verba etiam apud Anselmum, licet non sint expressa in originali: cuius hic sententia potius, quàm ipsamet verba referuntur vsque ad versic.* Nulla.

Sed notandum est,quòd restitutionis sententia sola non sufficit,nisi præsentialiter omnia iudicis officio restituantur,vt eiectus,vel spoliatus etiam naturalem [e] possessionem recipiat,siue animo suo,& corpore alieno:veluti per procuratorem,siue animo, & corpore suo. Cuncta quoque, quæ sibi ablata fuerant, quacumque conditione, in eodem loco, vnde surrepta fuerant,reuocanda sunt.

Vnde Ioannes vrbis Romæ episcopus scribit Zachariæ Archiepiscopo, epistola prima[3].

¶ De eodem. C. III.

3 Redintegranda sunt omnia expoliatis,vel eiectis episcopis præsentialiter ordinatione Pontificum,&in eo [A] loco [f] vnde abscesserant funditus reuocanda, quacumque conditione temporis, aut captiuitate [g], aut dolo [h],aut violentia † maiorum,aut per quascumque iniustas causas,res ecclesiæ, vel proprias, aut substantias suas perdidisse noscuntur ante [B] accusationem, aut regularem ad synodum vocationem eorum,& reliqua.

A ¶ In eo loco.] *Apud Ioannem & Symmachum legitur*, & in eorum vnde abscesserunt, potestatem, funditus reuocanda. *Apud Eusebium vero,*in eorum vnde abscesserunt,loca funditus reuocanda..

B ¶ Ante accusationem.] *Hæc vsque ad finem addita sunt ex originali, quibus oratio absoluitur,& quorum pars in fine huius quæstionis à Gratiano repetitur.*

Item Eusebius Apostolicæ sedis episcopus,epist.2.ad Aegyptios.

Source : BIU Cujas

Nulli

NVlli dubium est.] Casvs. Quidam episcopi iniuste fuerunt expoliati,& à suis sedibus electi. alij episcopi non iuuabant eos: immo (quod deterius est) ponebant insidias, diabolo instigante, quos Alexander reprehendit dicens tales esse schismaticos,& Christum crucifigentes in ipsis expoliatis episcopis. &quod facere non debent, hoc probat, quia sæpe boni diabolo cooperante tribulationem patiuntur per malos.

1 Anſ. ibid.

a ¶ *Auxilio.*] Episcopi sibi inuicem debent præstare mutuum auxilium, vt ꝛ. distin. 90. præcipimus. & ideo inducit hoc cap. scilicet, quòd semper sit subueniendum spoliatis.

"Ecclesiam suã quilibet defendere tenetur.

b ¶ *Vestro.*] Argu. "ꝙ quilibet tenetur patrocinium pro sua ecclesia præstare. 95. dist. si Imperator [a]. & si cõtra ecclesiam suam præstaret, priuandus esset eo quod habet ab ea. 1. q. 7. c. 1. C. loc.

1. Petr. 5. a Vbi ḋ hoc ꝛ. 1. q. 7. c. 1. ibi videas. & qđ leg. & nota. 16. q. 1. nos autẽ. & 11. q. 3. quid ergo. Arc.

milites. & est expressum extra de postul. cap. vlt.

Deus ergo.] Casvs. Præcipit Fabianus Papa omnibus episcopis, quòd ipsi opem ferant & auxilium sacerdotibus expoliatis, eos restituendo, & eorum calumniatorẽ & persecutorem excommunicando.

PATET ERGO. Casvs. Concludit Gratianus ex supradictis, quòd expoliati non debent vocari ad causam, nisi prius fuerint corporaliter restituti. Huic conclusioni obiicit hoc modo. Nam vbi non fuit legitima institutio, restitutio esse non potest. Vnde si qui fuerint expoliati, quia canonice non fuerint electi, vel per simoniam fuerint electi, restitutionem postulare non possunt. Et hoc probat Grat. per c. 79. distin. si quis pecunia. Postea soluit, & dicit quòd illud cap. intelligitur tantum in eo casu quo sedes Apostolica per violentiam occupatur, & si talis expellatur, non fit restitutio: quia non esset iudex superior, sub quo restitutus cõueniretur. Alij vero inuasores & iniusti detentores si spolientur, debent restitui, nisi continuato libello possessio fuerit recuperata: secus si non continuato libello.

Oseæ 4. 25. 1. q. 1. ipsi sacerdotes. Burch. l. 1. c. 129. Iuo p. 5. c. 229.

Psal. 132.

¶ De eodem. C. IIII.

ij' RE dintegranda sunt omnia expoliatis, vel electis episcopis, &c. *vsque* funditus reuocanda *eodem modo, vt supra.*

Item Alexander Papa epistola secunda in principio.

¶ Non est sacerdos, sed schismaticus, qui fratrum se subtrahit obsequiis. C. V.

NVlli dubium est, quia boni à malis semper persequuntur, & tribulantur. Propter quod humiliemur sub potenti manu Dei, vt liberet nos in tempore tribulationis. Nam, sicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret: sic diabolus non cessat circumire, & quærere, quos ex fidelibus perdat, & maxime illos, quos ardentiores in seruitio Saluatoris, eique familiares inuenerit. Familiares dico eos, quos sibi sacrari, & in ordine Apostolatus constitui voluit. Ipsi enim pro populo interpellant, & populi peccata comedunt, quia precibus suis, & oblationibus ea delent, atque consumunt. *& infra.* ¶ [2] Qui autẽ ex vestro collegio fuerit, & ab auxilio [a] vestro [b] se subtraxerit, magis schismaticus, quàm sacerdos esse probabitur. [Ecce (inquit Propheta) quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum.] Illi vero in vnum non habitant, qui à fratrum solatio se subtrahunt, aut (quod deterius est) fratribus insidias præparant, aut laqueos ponunt. *& in fine epistolæ* 3. Dominum crucifigunt, qui eum in sacerdotibus suis persequuntur, quia crux à cruciatu dicitur. Magnum vero cruciatum substinet qui vim patitur.

Item Fabianus Papa epist. 2. ad episcopos orientales.

¶ Excommunicentur, qui opprobrium, & calumniam inferunt sacerdotibus. C. VI.

DEus ergo, Fratres, ad hoc prẽordinauit vos, & oẽs, qui summo sacerdotio funguntur, vt iniustitias remoueatis, & præsumptiones abscindatis, & in sacerdotio laborantibus succurratis, opprobriis, & calamitatibus eorum locum non præbeatis: sed ei qui calumniam, & opprobrium patitur, adiutorium feratis: illum vero, qui calumniam, vel opprobrium facit, abscindatis, & Domino in suis sacerdotibus opem feratis.

Patet ergo, quòd expoliati prius sunt præsentialiter restituendi, antequam ad causam sint vocandi. Sed obiicitur vbi non fuit legitima institutio, ibi non potest esse restitutio. Non enim probatur destitutus, qui prius non fuit institutus: ac per hoc nec restaurationem postulare potest. Illi ergo, quorum electio vitiosa est, vel qui à clero non sunt electi, vel à populo expetiti, vel qui per simoniam irrepserunt, non sunt habendi inter episcopos: & ideo, si à sedibus, quas tenere videbantur, expulsi fuerint, non possunt restitutionem petere, antequam vocentur ad causam. Vnde supra in tractatu ordinandorum. [3 *Si quis pecunia* [c], *vel gratia humana seu populari, vel militari tumultu, &c.*] *Sed hoc in eo tantum casu intelligitur, quo Apostolica sedes per violentiam occupatur: quo casu iudex non inuenitur, cuius officio ille Apostaticus possit excludi. In alius autem locum non habet, cum violenta possessio, nisi per iudicis sententiam, violento detentori detrahi non possit. Si autem verus Dominus bello non continuato* [d], *sed renouato vi illum de possessione eiecerit, iudicis auctoritate prædoni possessionem restituet. Si ergo episcopi à sedibus, quas quoquomodo tenere videbantur, non per iudicem, sed violenter electi fuerint, post electionem restituendi sunt ante regularem ad synodum vocationem.*

QVÆSTIO II.

1. ps DE *induciis* [e] *autem post restitutionem præstandis, & quo spacio temporis concedendæ sint, scribit Ioannes Papa epistola prima ad Zachariam Archiepiscopum dicens* [4].

¶ Secundum tempus expoliationis conceduntur induciæ restitutionis. C. I.

5 QVanto [f] tempore expoliati, vel expulsi esse videbuntur, antequam ad synodum conuocentur, sub eodem spatio temporis eis induciæ indulgeantur.

Item Pelagius Papa secundus episcopis Italiæ.

¶ Dum possessiones, vel res episcopi detinentur, aliquid sibi obiici non potest. C. II.

6 CVm ecclesiæ alicuius episcopi, aut possessiones, vel

De induciis.] Hæc quæst. diuiditur in duas partes, in quarum prima probat per octo auctoritates, ꝙ induciæ post restitutionem sunt dandæ spoliatis & restitutis, vt diu gaudeant commodo possessionis antequam spoliatoribus respondeant: quæ tamen arbitrariæ sunt. Secunda ibi, *Quod si male.* Ioan. de Fant. Casvs. Hic intitulatur 2. q. qua quæritur an dandę sint inducię post restitutionem. & probat Grat. per seq. cap. quòd sic.

c ¶ *De induciis.*] "qn "Induciarũ que sunt genera indu quinq; sunt ciarum, restitutoriæ, genera. præparatorię, citatoriæ, deliberatoriæ, & iudicatoriæ, siue executoriæ [c]. In causa cri cDicas ꝙ hę minali restitutoriæ si appellões erũt minores vj. men magistrales sibus, nec maiores an sunt, q̃ non no, & habent locum sunt cõtem ante vocationem in nendæ, ext. ius in causa crimina- de deci. tua. li. j. ea. electis. vel ve- idem not. se rius est, quòd sint ar- cundùm L. bitrarię, vt j. e. si episcopus. Citatoriæ erũt vnius vel duorum vel trium mensium, vt 4. q. 5. c. 1. & 5. q. 3. c. 1. & habent locum post citationem & contestationem. illæ autẽ quæ habentur 5. q. 2. c. præsenti. sunt paternales 3 ꝛ. dist. 79. si adiectiones, de quib⁹ qs pecunia. mentiuntur quidam, quòd sint clericorum minorum vel laicorum, tamẽ arg. est pro eis 15. q. 7. si autem. Aliæ sunt presbyterorum vel diaconorum, vt dicunt quidã. Præparatoriæ, erunt anni & dimidij, vel vnius anni, vel sex mẽsium, vt j. ead. q. 3. de inductiis. & hę dantur ante lit. contest. & post. 5. q. 2. si primates. In ciuili autem causa sunt in duciæ deliberatoriæ xx. dierum, vt j. ea. q. 3. offeratur. Citatoriæ xxx. dierum. in auth. de liti. §. omnem. col. 9. & per trinum edictum, vt 24. q. 3. de illi cita. Iudicatoriæ quatuor mensium, quæ dantur iudicatis, vt extra de off. iu. deleg. querenti. In criminali vero non dantur de liberatoriæ [d], quia certus debet esse reus vtrũ velit crimen confiteri, an negare, cum sciat se esse reum, vel non. Item nec iudicatoriæ dantur, quia ibi pœna non differtur nisi in casibus, vt 11. q. 3. cum apud.

4 Et Euseb. epist. 2.

5 j. e. c. pri⁹. ipsa prorsus verba.

d Tu dic, ꝙ opi. contraria est verior, vt per doct. in c. 2. de dil. & per Bal. & Sal. in auth. offera tur. C. đ lit. cõt. & Ale. đ Im. in l. 1. ff. de edendo. post prin.

Quanto tempore. Casvs. Dicitur in hoc c. quòd tantum tempus dãdum est expoliatis ante quàm ad synodum vocentur, quanto tempore fuerunt expoliati, vt sub eodem tempore eis induciæ dentur.

6 Ansel. l. 3. c. 63.

b Adde ad hoc qđ leg. & no. ext. đ rest. spol. olim. ver. præfertim. & vide qđ not. đ hom. significasti. in glo. vlt. in fi.

c ¶ *Si quis pecunia.*] ꝛ. distin. 79. si quis pecunia. hoc tamen ibi non dicitur, sed melius posset induci qđ est 23. dist. in nomine. vt etiam nulla ei audientia detur. De illo inuenies 14. q. 1. in prin. & in sum.

d ¶ *Non continuato.*] id est, si non interponitur contrarius actus. ff. de test. heredes palam. vel continuato cum primum poterit [b]. ff. ad Tertul. l. 2. §. confestim.

f ¶ *Quanto.*] id est, quali. id est, si longo tempore fuit spoliatus, longo tempore erit restitutus. sic 90. dist. si quis monachus. in fi.

Cvm ecclesia.] Casvs. Dicitur hic quòd nihil potest obiici spoliato, nisi primo ei omnia fuerint restituta, quibus fuerat

Source : BIU Cujas

ſpoliatus, & niſi poſt reſtitutionem habuit tempus à patribus diffinitum. Caſus autem ſeq. c. facilis eſt, & per te videbis.

a ¶ *Sponte.*] arg. quòd ſpoliatus ſuo iuri poteſt renunciare. arg. contra extra de reſt. ſpol. ſolicite.

"Spoliatus reſpondere nõ tenetur.

b *Portet.*] ¶ *Nudi.*] " ecce ratio canonis quare ſpoliatus non tenetur reſpondere, & eſt forte ideo ſtatutum, quia cum eſt ſpoliatus, nõ poteſt ſufficere ad ſumptus iudiciales, nec inuenit homines adeo fauorabiles: & per hoc videtur quòd nec ſpoliatori nec alij teneatur reſpondere ſuper aliquo, quod ei obiicitur. arg. ſ. ea. cum eccleſiæ. & ſ. q. prox. c. 2. Item videtur quòd ſi modicum eſſet ei ablatũ, quòd tunc quilibet & pro qualibet cauſa tenea tur reſpondere, vt extra de reſt. ſpolia. frequens. lib. 6.

Aduiuimus quoſdam.] Casvs. Quidam quoſdam epiſcopos infamauerunt, & à propriis ſedibus expulerunt, & eis expulſis alios loco eorum ſubſtituerunt expulſis viuentibus: quare Greg. Papa reprehendit eos grauiter, & mandat deiectoribus vt deiectos reſtituant, & ſubſtitutos deiiciat, quos præcipit infames fieri, & ab honoribus eccleſię arceri. Si autem iſti deiectores aliquã querelam contra eos habuerint, eis reſtitutis apud Romanam ſedem proponant. Caſus autem ſeq. ca. planus eſt.

1 Pol. l. 2. tit. 11. Bur. l. 1. c. 140. Iuo p. 5 c. 254. Anſ. l. 3. c. 45.

c ¶ *Infamatos.*] de facto, vel ab æmulis. aliàs enim non reſtituerentur ſi eſſent infames de iure, vt 2. q. 5. presbyter ſi. B.

d ¶ *Quia alibi.*] ſ. 80. diſt. epiſcopi.

e ¶ *Habueritis.*] ſed quam poſſunt habere querelam? crimina lem nõ poſſunt, cum ſint inimici, extra de reſt. ſpoliat. item cum alia decr. ñ vr inhibere niſi añ reſtõ nem, vt ibi not. Goff. q poſt reſtõ nẽ bũ pt, vt in hoc c. au diuimus. & arg. extr. de ord. cog. c. vlt. Arch.

a ſi quis. non ciuilem, quia ceciderunt à iure ſuo. 16. q. 6. placuit. forte loquitur de his qui ſuam iniuriam proſequuntur, vt 4. q. 6. omnibus.

f *Electis.*] ¶ *Annuerſarie.*] ad plus, vel ſex menſium ad minus.

2 In vulga. legebatur, Gelaſius.

Pius ergo.] Casvs. Hoc c. idem dicit cum ſuperiori c. cum eccleſiæ. Sequẽs vero cap. idem dicit cum illo c. quanto.

Si epiſcopus.] Casvs. Aliquis epiſcopus erat ſpoliatus rebus ſuis, vel eccleſiæ, vel erat de eccleſia eiectus. Quæſitum fuit à Felice Papa, vtrum poſſit compelli venire ad ſynodum, & reſpondere obiectis ante reſtitutionem. Et reſpondetur, quòd non, niſi ſuo ſtatui & honori primo fuerit reſtitutus, nec vocari poterit niſi ſpõte venerit pro ſuis negotiis: minime tamen iudicandus, cum propter hoc non venerit: poſt reſtitutionem vero gaudebit induciis, pront iudices viderint expedire.

g ¶ *Detentione.*] ſi detines me ne poſſim intrare poſſeſſionem, competit mihi interdictum vnde vi. ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. mi. l. 1. §. ſiue autem. & 92. diſt. ſi quis. & in conſtit. extra de reſt. ſpol. ſæpe.

h ¶ *Conuocari.*] Sed numquid veniet allegare priuilegium b, vt ext. de app. cum parati. & c. ſi duobus? Reſp. non: cum conſtet eum eſſe ſpoliatum. ſic ff. de pec. eo tempore. " Scias ergo, quòd vbi euidens eſt citationem non tenere, reus nõ tenetur venire etiam ad allegandum ſuum priuilegium. Scias ergo, quòd quandoque citatio non valet, quia intra anguſta tempora fit, vt 5. q. 2. c. vltim. quandoq; non valet: quia non exprimitur cauſa quare fiat citatio, vt 5. q. 2. c. vl. quandoque non valet: quia nimis maturatur peremptorium, vt ext. de dila. dilecti. quandoq; non valet citatio ratione temporis, vt ſi fiat tempore feriato, vt 15. q. 4. c. 1. & 2. & ff. de fer. l. 1. quandoque non valet rõe loci, vt ſi citatur extra prouiciam c vltra duas dietas, vt ext. de reſc. nonnulli. vel ſi citatur ad locum periculoſum vel inhoneſtũ, vt ext. de ap. ex parte. ff. de arb. ſi cum dies. §. ſi arbiter. quandoque non tenet ratione iudicis, vt ſi euidẽs eſt ipſum non eſſe iudicem qui citat, vt extra de off. iu. deleg. ex litteris. & extr. de ap. ſi duobus. Item non valet ſi reſcriptum Apoſtolicum non inſeritur, vt extr. de dila. præterea. & extra de off. iud. deleg. cum in iure. Item ſi euidens eſt iudicem eſſe inimicum d, vt 3. q. 5. quia. Item non valet ſi ille qui citatus eſt, ſpoliatus eſt, vt hic. Item non valet ſi ad querelam liberti citatur patronus. 4. q. 3. liberti. & generaliter vbicũque euidenti exceptione reus ſe tueri poteſt. ff. de iud. non videtur. Sed ſi dubium eſt, an citatio teneat, tunc tenetur venire ad allegandum ſuum priuilegium, vt extra de ap. ſi duobus. & c. cum parati. ff. de iud. ſi quis ex aliena. Inuenio tamen, quòd citatio quandoque nulla eſt, & tamen niſi defendatur citatus, procedatur cõtra ipſum, vt ff. iudic. ſol. ſi reus. Item inuenio, quòd citatio eſt iniuſta ex perſona agentis, cum agens agit calumnioſe: & tamen niſi citatus venerit ad iudicium, punitur, vt extra de acc. veniens. & arg. ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt, vi exim. l. pen. Ioan. Tutius tamen eſt, quòd citatus vadat allegaturus priuilegium ſuum, vel appellaturus, ſi eum grauauerit, niſi quando conſtat eum non eſſe ſuum iudicem. B.

b Vt 23. q. 8. conuenior. vbi de hoc. 11. q. 1. nullꝰ epiſcopus. "Citatio in multis caſibus ñ valet, nec adſtringit citatũ.

c De hoc nota. 1. q. 6. nemine. ext. d ap. ex parte tua. q̃ gl. ibi poſita fuit Io. & Vin. & Tan.

i ¶ *Vel præiudicari.*] id eſt, præiudicium fieri.

k ¶ *Sponte.*] hic aſſignant quidam aliquem poſſe iuri ſuo renuntiare. 7. q. 1. quàm periculoſum. & C. de epiſc. & cler. ſi quis in conſcribendo. Certe contrarium innuitur ex illo verbo, minime, nec hoc refertur niſi ad illud verbum, conuocari.

res ab æmulis eius, vel à quibuſcumque aliis non ſua ſponte a detinentur, aliquid illi non debet aut poteſt à quoquam ante redintegrationem omnium rerum ſuarum obiici. Sed prius illi legibus redintegranda ſunt omnia, & poſtea tempore à patribus definito, ſunt negotia ventilanda.

Item Stephanus Papa quintus A *Girardo Leodienſi.*

A ¶ Quintus.] *Addita eſt hæc vox ex vetuſtis codicibus, & reſtituta vox,* Leodienſi: *cum antea legeretur,* Laodicenſi. *Nam manſi, de quibus in ſubiecto capite agitur, oſtendunt non ad Græcum epiſcopum, ſed Germanum, vel Gallum hæc fuiſſe ſcripta.*

¶ Ante litem conteſtatam violenter ablata reſtituantur. C. III.

OPortet, vt primum vos tam de inuaſis ciuitatibus, & monaſteriis, & manſis, quàm de reliquis generaliter rebus redinueſtiri faciatis: quia nec nudi b contendere, nec inermes inimicis nos debemus opponere.

Item Euariſtus Papa epiſt. 2.

¶ Deiiciantur à clero, & infames fiant, qui loca expulſorum adulterina fœditate inuaſerunt. C. IIII.

1 AVdiuimus quoſdam à vobis infamatos c, & dilaceratos epiſcopos, ac è ciuitatibus propriis pulſos (quia alibi d epiſcopi conſtitui non poſſunt, niſi in ciuitatibus non minimis) & alios in eis, ipſis viuentibus conſtitutos. Ideo hæc vobis ſcribimus, vt ſciatis hoc fieri non licere, ſed proprios reuocari, & integerrime reſtitui debere. Illos vero qui adulterina fœditate ſponſas ſuas, (quas & vxores eorum præfixo tenore eſſe intelligimus) tenent, eiici vt adulteros, atque infames fieri, coſque ab eccleſiaſticis honoribus arceri iubemus. Si autem aduerſus eos aliquam querelam habueritis e, his peractis inquirendum erit, & auctoritate huius ſanctæ ſedis terminandum.

Item Gaius epiſtola 1. ad Felicem.

¶ Inducię ſex menſium eiectis, vel expoliatis præſtentur. C. V.

EIectis, vel expoliatis, poſt integram reſtitutionem annuerſariæ f inducię, vel ſex menſium indulgendæ ſunt.

Item Euſebius Papa epiſt. 2. 3

¶ Poſt reſtitutionem inducię præſtandæ ſunt. C. VI.

4 PRius ergo oportet omnia illis expoliatis legibus redintegrari, & eccleſias, quæ eis ſublatæ ſunt, cum omni priuilegio ſibi † reſtitui: & poſtmodum non ſub anguſti temporis ſpatio, ſed tantum temporis ſpatium eis indulgeatur, quantum expoliati, vel expulſi eſſe videntur, antequam ad ſynodum conuocentur.

Item Felix Papa II. in reſcripto ad epiſcopos Aegypti, cap. 8.

¶ De eodem. C. VII.

5 TAmdiu in ſede propria pacifice, & poteſtative cuncta diſponens reſideat, quamdiu expulſus, vel expoliatus ſuis carę re viſus eſt rebus.

Item Felix Papa primus epiſt. 2. ad epiſcopos Galliæ.

¶ Ante reſtitutionem aliquis ad cauſam vocari non debet. C. VIII.

6 SI epiſcopus ſuis fuerit, aut eccleſiæ ſibi commiſſæ rebus expoliatus, aut (quod abſit, quod alienum ab omnibus eſſe debet fidelibus) à ſede propria eiectus, aut in detentione g aliqua à ſuis ouibus fuerit ſequeſtratus: tunc A canonice ante in priſtinum ſtatum reſtituatur cum omni priuilegio ſui honoris, & ſua omnia, quæ inſidiis inimicorum ſuorum ei ablata fuerant, legibus redintegrentur. ¶ Non enim conuocari h poterit, vel pręiudicari i, niſi ipſe pro ſua neceſſitate (minime tamẽ iudicandus) aduenire ſponte k elegerit. Nullatenus ergo à quoquam reſpondere cogatur, antequàm integerrime omnia, quæ per ſuggeſtiones inimicorum ſuorum amiſerat, poteſtati eius ab honorabili concilio legali ordine redintegrentur. 7 Præſul vero cum omni honore ſtatui priſtino reddatur: & ipſe diſpoſitis, ordina

6 Anſ. l. 3. c. 84. Iuo p. 5. c. 248. Pann. l. 4. c. 44.

d Nã tũc ab ea pt recedi qđ dic, vt le. & no. 2. q. 6. quoties. epi ſcopus. Arc.

7 Pann. l. 4. c. 48.

Source : BIU Cujas

a ¶ *Diu.*] dicitur diu quod est vsque ad quattuor menses. sic 63. dist. lectis. sic hæc dictio, mox, ampliatur 30. q. 2. c. 1.

b ¶ *Vel quinque vel sex.*] arg. " inducias esse arbitrarias. extr. de app. cum sit Romana. ff. de iud. nonnumquam. Sed arg. contra in auth. de nup. §. sed hoc quidem. 28. dist. de his. in fi. & j. ead. q. 3. c. 1. [a]

c ¶ *Ante conuocatus.*] q̃ possibilitas ei sit.

d ¶ *Si iuste.*] i. si iustũ crimen ei obiicitur.

QVOD SI MALE. Hæc est 2. pars q. in qua probatur, ꝙ dilapidator remouebitur ex sola suspiciõe. Sed hoc hodie correctum est per decr. extra de fim. licet Hely. & de of. dele. venerabili. quia primo probari debet, & ea probata datur illi coadiutor vsque ad finem litis. Io. de Fan.

CASVS. Supra dictum est generaliter expulsos esse restituendos, nec aliter cogi possunt respondere. Modo excipit Gratianus casum, in quo non videtur restituendus añ causæ cognitionem, puta si suspect[a] est de dilapidatione: exemplo tutorum & curatorum. & hoc probatur seq. cap.

QVia ea.] CASVS. Clerici q̃dam accusabãt Maximilianum de dilapidatione: quare Pelagius commisit causam Petro presbytero, cui præcipit, vt eũ ab administratione rerum ecclesiæ remoueat, donec de causa cognoscatur: quia si remaneret in administratione, non posset de facili veritas cognosci, cum multa per pecuniam fiant.

e ¶ *Quia ea.*] ideo forte remouetur suspectus ab administratione, quia forte timor est ne corrumpat iudices: & ideo ne creditores ei soluentes liberantur. ff. de sol. quod si forte.

f ¶ *Donec causa.*] crimine dilapidationis speciale est, quòd sequestratur possessio à possessore antequam sit conuictus, contra id 16. q. 4. volumus. nam & post appellationẽ sequestratur ab eo possessio. ff. de ap. Imperatores. & 2. q. 6. quoties. 2. quam cito ergo aliquis accusatur, statim [b] ab eo remouenda est administratio, vt hic, & C. de iuspect. tu. l. eum. & sine accusatore potest remoueri, si iudici liqueat ex apertissimis argumentis eum suspectum. ff. de susp. tu. l. 3. §. præterea. " Suspectum autem dicimus illum qui moribus talis est, vt suspectus dici debeat, vt ff. de susp. tu. suspectum. Nec audiretur talis licet vellet satisdare, quòd bene administraret, vt inst. de susp. tu. §. nouissime. Hodie tamen videtur, quòd non est remouendus ab administratione, nisi probetur suspicio, vt extr. de sim. licet Hely. & de off. deleg. venerabili. dic vt ibi. " Item ad accusationem quilibet admittitur, vt in auth. de non alien. aut permut. in fi. C. de susp. tu. l. eum. & l. pietatis. & absens potest condemnari, vt C. de pœ. ne diu. nec enim aliquo debet gaudere priuilegio, qui suos contubernales afflixit, vt C. vbi de ratioc. agi opor. l. 2. tamen probabilius videtur, quòd soli illi admittantur quorum interest, vt 16. q. 7. filiis. & §. 2. q. 7. quapropter. vel saltem soli clerici, vt 12. q. 2. non liceat. nam in popularib. actionib. nõ admittũtur infames, vt ff. de pop. ac. populari. Itẽ nec ad accusationẽ talium iudex statim remouebit accusatum ab administratione, sed summatim cognoscet an calumniose accusetur, an non. arg. ff. de præto. stip. l. 1. §. vlt. & si qui sciuerint suspectũ, & passi sunt eum per aliquod tempus esse in administratione, non videtur, quòd tales possint dicere eum suspectum, vt ff. de pri. cred. si creditores. & arg. extr. de his quæ fi. à ma. par. cap. ex ore. & arg. de acc. nulli. Credo verum si scientes & negligentes, sed scientes & quærentes probationes, bene audirentur postea. 2. q. 7. plerumque. " Qui autem criminaliter conuictus est, remouetur ab ordine. si vero ciuiliter tantum, ab administratione, ext. de simon. per tuas. in fi. & regulares prælati ex modicis causis remouentur ab administratione, vt in eadem decr. per tuas. in fi. Item si ideo quis remouetur, quia dolose administrauit, infamis est factus. sed si propter negligentiam remoueretur, non fit infamis [c], vt C. de susp. tu. l. vlt. Hoc autem scias, quòd quandoque administrat quis temporalia, quandoque spiritualia: & secundum hoc remouetur ab istorum & illorum administratione. 12. q. 2. Vulteranæ. vnde licet quis sit remotus ab administratione tẽporalium propter suspicionem, adhuc tamen remanet prælatus quo ad obediendum sibi, vt 8. q. 4. nonne. & 15. q. vlt. c. vlt.

" Inducię sunt arbitrariæ.

aDic vt no. in pdi. c. cũ sit. ext. d̃ of. del. q̃renti. ext. de ꝓcu. c. dilectus. Arch.

cDicas, ꝙ si iudex exprimit ĩ snĩa, ꝙ pp fraudem eũ remouet infamis est, sed si pp segnitiẽ, non. ff. d̃ susp. tu. l. 3. §. qui ob animi segnitiem. inst. e. tit. §. suspectus. Arc.

ipsius tempore moderamine detineri.

A ¶ Maximiliani.] *In vulgatis sequebatur, presbyteri, quæ vox inducta est: quia in nullo vetusto codice Gratia. ex iis, qui collati sunt, habetur. Gratianus autem caput hoc de episcopo, non de presbytero accepit.*

QVÆSTIO III.

1. ps  *Vòd vero* g *post vocationem venienti ad iudicium, inducię negandæ non sunt, Felix Papa secundus in epistola ad Fratres Aegypti, c. 8. testatur dicens.*

¶ Venienti ad iudicium, inducię non negentur. C. I.

1 CVm accusatus ad iudicium venerit, si voluerit, & necesse fuerit [A], inducię ei petenti à patribus constitutæ absque impedimento concedantur, & iudices à se electi [h] sibi tribuantur.

A ¶ Et necesse fuerit.] *Hæc addita sunt ex epistola ipsa, Iuone, & Pannormia, habenturque infra ead. c. inducię. 2.*

Item ex eadem epistola ad fratres Aegypti, cap. 20.

¶ Quot mensium inducię episcopis præstandæ sint. C. II.

c "Vnde dico,quòd si aliquis impetrat rescriptum ad iudicem alterius prouinciæ,non sufficit ꝙ vltra duas dietas non trahat aduersarium, vt dicit illa constitutio, ext.de rescr.nonnulli. Sed etiam requiritur quòd extra prouinciam b eum non trahat,nisi in litteris fiat mentio de prouincia. Cum enim de iure extra prouinciam nemo sit trahendus, vt hic dicitur, ergo nisi rescriptum principis de eo faciat mentionem,non potest auctoritate rescripti trahi extra prouinciam, licet minus sit spatium ad quod trahitur, quàm duæ dietæ.est tamen arg.contra ext.de of.iud.ord.significauit.Ioan.Certe tamen non nocet contra.sed illi constitutioni, non nulli.statur.Ista opinio hodie non habet locum,immo contrarium obseruat Romana curia.

S*I quis clericus.*] Casvs.Dicitur hic,quòd de quicumque crimine quis accusatur,tantum in sua prouincia respondeat,nec accusator eum ad aliam prouinciam trahere nitatur. Sequens c. planum est, & per se patet.

nutu diuino gubernant, ad alias cõuolare prouincias, vel aliarum prouinciarum episcoporum iudicia expetere† [a], vel pati. Quòd si quis præsumpserit, & ab officio cleri submotus, & iniuriarũ reus ab omnibus iudicetur.

A ¶Cui.] *In epistola & Marcelli & Innocentij legitur*, sine præiudicio tamen Romanæ ecclesiæ, cuius in omnib.causis debet reuerentia custodiri: *quamuis à postrema conciliorum in quattuor tomis editione absint illæ duæ voces*, sine præiudicio: *quemadmodum, & paulo inferius ista*, vel aliarum prouinciarum episcoporum iudicia expetere, vel pati: *quæ tamen habentur in aliis locis indicatis.*

Reuerentia autem, quæ Apostolicæ debetur Ecclesiæ, & eius auctoritas intelligenda est, cum vel ad ipsam appellatum fuerit, vel ab ea iudices electi conceduntur. [1] *Vnde Sixtus Papa cum diceret* [*Comprouinciales & à se electos debent habere iudices*] *statim subiungit*, [*nisi fuerit appellatum.*]

Item Anacletus Papa, epist. 1. c. 3.

¶Absque Apostolicæ sedis decreto extraneos iudices adire non possumus. C. XV.

2 VNaquæque prouincia tam iuxta ecclesiæ, quàm iuxta sæculi leges, suos debet iustos, & non iniquos habere iudices, & nõ extraneos†, nisi Apostolicæ sedis huius decreuerit auctoritas.

Item ex Romana synodo.[3]

¶Nisi per appellationem, alterius prouinciæ iudices adire non oportet. C. XVI.

4 NEminem exhiberi de prouincia ad prouinciam, vel ad comitatum oportet, nisi ad relationem iudicis, ad quem[A] fuerit appellatum, ita vt actor rei forũ sequatur. *& infra.* ¶ 5 Illa[B], quæ sunt per vnamquamque prouinciam, ipsius prouinciæ synodus dispensset, sicut in Nicæno constat decretum esse concilio. ¶ 6 Vltra prouinciæ terminos accusandi licentia non progrediatur. ¶ Omnis accusatio intra prouinciam audiatur, & à comprouincialibus terminetur, nisi prælatus sit, qui accusatur.

A ¶ Ad quem fuerit appellatum.] *Hæc sunt addita ex Hadriano, epistola synodica Felicis, & Iuone.*

B ¶Illa quæ.] *Hinc vsque ad finem in capitulis tantum Hadriani sunt inuenta.*

C ¶ Nisi prælatus sit, qui accusatur.] *Verba hæc neque in capitulis Hadriani, neque in antiquioribus Gratiani exemplaribus leguntur, in aliis vero, loco ipsorum, sunt hæc,* nisi ad sedem Apostolicam fuerit appellatum.

Item Sixtus.

¶De eodem. C. XVII.

7 SI quis clericus super quibuslibet criminibus accusatus fuerit, in prouincia in qua consistit ille, qui accusatur, suas exerceat† actiones: nec existimet† eum accusator suus alibi, aut longius ad iudicium pertrahendum†.

¶*Caput hoc, quod citatur ex Sixto, in nulla epistola Pontificum huius nominis est inuentum. In aliquot vetustis exemplaribus est tantum,* Item, *vt videatur citari eadem synodus Romana, quæ in superiori capite, id est quæ continetur in capitulis Hadriani. Iuo autem par.6.c.318.citat.ex Eleutherio: c. autem 329. citat ex Felice primo.*

Item ex decreto Hadriani Papæ.[8]

¶Vbi crimen admittitur, ibi causa ventiletur. C. XVIII.

9 QVi crimen obiicit, sciat† se probaturum. Reuera ibi causa agatur, vbi crimen admitti tur.

QVÆSTIO VII.

1 ps

VOd iudex[c] *esse non possit, quem cum reo par, aut maior macula inficiat, multis auctoritatibus probatur.*

Dicit enim sancta Romana synodus.

¶Infames, iudices esse non possunt. C. I.

10 INfamis[d] persona, nec procurator[e] esse potest, nec cognitor.

Tria sunt[f]*, quibus aliqui impediuntur, vt iudices non fiant.* [*Natura vt surdus, & mutus, & qui perpetuo*[g] *furiosus est, &* possit esse procurator[e] secundum canones, vt j. 5. quæst. quarta. quia episcopus. nec obstat institu. de exce. §. vltim. quia loquitur hic de infami per sententiam: ibi de tali qui est aliàs infamis, si tamen iudex tolleratur in officio, eius tenet sententia. 8. quæstio. 4. nonne. Sed infamis potest esse arbiter, vt j. ead. §. tria. Versi. cognitores.

TRIA SVNT. Casvs. Dicitur in hoc §. quòd tribus de causis repellitur aliquis ne iudex fiat, scilicet natura, lege, & moribus. Natura impeditur surdus, mutus, & perpetuo furiosus & impubes. Lege, vt ille qui remouetur à senatu propter suam turpitudinem. Moribus, vt mulier & seruus: non ideo quia iudicare non possunt: sed quia moribus obtentum est ne ciuilibus fungantur officiis. sed si delegatur causa seruo, qui putatur liber, eius tenet sententia.

f ¶*Tria sunt.*] hoc est sumptum à lege. ff.de iud. cum prætor.§. non autem omnes.

g ¶*Et qui perpetuo.*]secus si ad tempus.vt ff.de iud.cum furiosus.

7 Eleutherio ad Galliæ prouin. Felix j.epi.1 in decretis Iulij, c.25. In cap. Hadriani, c.7. Iuo p.6. ca. 318.& 329. †*al.exerat* † *al.æstimet* † *al.protrahendum.*

8 in cap.Hadria.c.52. & ẽ.e.c.ibi sẽp.ex Fabiãno

9 Burch.l.16 c.3. Iuo p.6. c.324. Pann. l.4.c.75. †*al.scribat* cũ hac mria tractatur plene in l. Barbarius Philippus. & ibi p Bar. & alios. ff. đ of. præto. dVt j.e.§.fi. in fi.de pœ. di.6.c.1.40. dist.c.vlt.

10 in capit. Hadr.c.5. & ĩ 2.epist.Felicis.Ans.l.3 c.7. Pol. l.5. tit.1.Iuo p.5 c.248. &p.6 c.331.Pã.l.4. c.78.Ex l.cũ prætor. ff. de iudi.

" infamis an possit eẽ procurator. e De hoẽ ẽt not.extr. de iur.cal. imperatorum. infamis arbiter esse pt

a ¶*Amo*

Source : BIU Cujas

a ¶ *Amotus.*] immo & si eius electio fuerit cassata propter eius vitium, vt extra de elect. c. super.
b ¶ *Moribus.*] id est, consuetudine. immo etiam lege, siue canone. 33. q. 5. mulierem. Nec obstat 15. q. 3. §. 1. dic vt ibi dixi.
c ¶ *Iudicium.*] id est, discretionem.
d ¶ *Verumetiam.*] §. & verba Gratian.
e ¶ *Dum putaretur.*] " ecce quantum communis opinio operetur, vt extra de iure pa. consultationibus. ext. qui fi. sint le. cum inter. & 1. q. 1. si qui à simoniacis. C. de testa. l. 1. ar. contra extr. qui fi. sint le. per tuas. & ꝛ. 24. dist. ca. vlt. 29. q. 2. si quis ingenuus. & dist. 8. veritate. & ff. de iud. l. 2. in prin. Sed numquid idem est si excommunicatus ferat sententiã, qui publice habetur pro nõ excõmunicato? no. ext. de sen. & re iu. ad probandum. Et est ratio quare aliud sit in seruo: quia seruus in multis casibus habet personam stãdi in iudicio, vt 12. q. 2. §. qui manumittitur. sed ex cõmunicatus in nullo. Vel dic (quod verius credo) quòd nec sententia serui teneret, nisi confirmata esset à principe. Ioan.

†motus]ori. " Opinio cõis multũ operatur.

1 lib. 3. tit. 1.

INfames.] CASVS. In hac lege hoc ordine proceditur. Primo dicitur, ꝙ infames nõ pñt esse ,pcuratores vel aduocati. Secũdo quid sit postulare. Postulare est ſ. desideriũ suum vel amici sui in iudicio expõere. Tertio ponit tres ordines hominum qui ad uocare non possunt. In primo ordine ponuntur illi, qui nec ,p se nec pro aliis possunt aduocare, vt minores xvij. annis. & illi qui nihil audiunt. In secundo vero ordine ponuntur illi qui possunt pro se postulare: sed pro aliis nõ, nisi pro pupillis, vel adultis, quorum tutelam vel curam gerũt, in quo ordine sunt quinque genera hominum seu personarum, ſ. mulieres, & vtroq; lumine orbati, & illi qui sponte muliebria passi sunt, vt Sodomitæ, vel qui de capitali crimine aut de calũnia sunt damnati, & ij qui locauerunt operas suas, vt cum bestiis seu feris pugnarent in arena. In tertio autem ordine ponuntur alij infames, qui pro se & quibusdam certis personis possunt aduocare, quæ infra continentur, & hoc propter quinque causas, scilicet propter reuerentiam, vt in parente & patrono: propter consanguinitatem: propter affinitatem: propter misericordiam miserabilium personarum: propter tutelam, vel curam eis iniunctam. Secunda pars est ibi, *Est autem.* Tertia ibi, *Nam vt præmissimus.*

2 Ex l. 1. ff. de postul. verbis alio modo aptatis.

3 Concord. tex. in l. 1. §. secundo loco. ff. d post.

† al. calumniæ publici iudicij.

" Postulare quid est.

impubes: quia iudicio carent. Lege, qui senatu amotus[a] *†est. Moribus*[b] *feminæ, & serui: non quia non habeant iudicium*[c]*, sed quia receptum est, vt ciuilib. officiis nõ fungantur.*]

¶ *Prior pars huius c. vsque ad vers.* cognitor, *habetur in epist. 2. Felicis I. in qua refert synodum à se habitam, quod in principio epistolæ commemorat his verbis,* Nos vero ad supplementum vestrum fratres, & coepiscopos nostros vocauimus amplius quàm septuaginta: Cum quibus hæc, quę subtus habentur inserta, regulariter tractanda decreuimus. *Eadem pars habetur in capitulis Hadriani quæ (vt superius ead. q. 5. c. accusationes. adnotatum est) nomine Romanæ synodi interdum citantur. Reliqua vero huius capitis videntur esse Gratiani: sumpta tamen fere ad verbum ex l. cum prætor. vers. quidam enim. ff. de iudic. quemadmodum & in seq. capite multa colliguntur ex variis legibus digestorum, & Codicis. Quamobrem in antiquioribus codicibus omnia hæc vsque ad cap. qui sine peccato. coniuncte habentur.*

Veruntamen[d]*, si seruus, dum putaretur*[e] *liber, ex delegatione sententiam dixit, quamuis postea in seruitutem depulsus sit, sententia ab eo dicta rei iudicatę firmitatem tenet.*

In digestis, tit. de postulando.[1]

C. II.

INfames non possunt esse procuratores, vel patroni causarum. Sunt autem tres ordines eorum, qui postulare[f] prohibentur. ¶ [2] Est autem postulare, desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. ¶ Nam, vt præmisimus, non postulantium tres ordines sunt. Quidam prohibentur omnino [g] postulare, vel propter ætatem, vt minores decem, & septem annis, vel propter casum, vt surdus, qui prorsus nõ audit [h]. Alij prohibentur, ne pro aliis postulent, vel propter sexum, vt fœminæ: vel propter casum [i], vt vtroque lumine orbati: vel propter notam turpitudinis, vt ij, qui corpore suo muliebria passi sunt, nisi forte vi prædonum [k], vel hostium stuprati probentur. Similiter qui capitali crimine, vel calumniæ † causa publico iudicio sunt damnati, vel qui operas suas locauerunt, vt cum bestiis depugnarent in arena [l], pro aliis postulare prohibentur. His personis pro se allegare permittitur, pro aliis postulare prohibetur, nisi forte tutelam impuberũ, vel curam adolescentium nõ affectatam, sed necessariam administrent. Pro his enim quorum curam gerunt, eis postulare conceditur. Alij enim[m] omnes, qui vt infames[n] notantur, nisi pro se, & pro certis personis, postulare non possunt, nisi in integrum restitutionẽ acceperint. ¶ [4] Permittitur [o] autem eis postulare pro parente, pro patrono, patronave, liberis, parentibusque patroni, patronæque: pro liberis etiam suis, fratribus, & sororibus, vxore, socero, socru, genero, nuru, vitrico, nouerca, priuigno, priuigna, pupillo, pupilla, furioso, furiosa, fatuo, fatua, muto, surdo, prodigo, & adolescente. ¶ [5] Item pro iis, quibus propter infirmitatem curatores dari solent, & qui negotiis suis aliquo perpetuo morbo superesse non possunt. ¶ [6] Omnes autem, qui non sponte, sed necessario funguntur officio [p], sine offensa edicti postulare possunt, etiam si ij sint, quibus nõ nisi pro se ipsis postulare permittitur. ¶ [7] Affinitates vero non eas accipere debemus, quę quondã [q] fuerunt, sed præsentes. Nurus & generi appellatione, & soceri, & socrus, & vlteriores, quibus [pro] præpositio [r] solet accedere, continentur.

2 ¶ Arcentur etiam à professione aduocatorum (*sicut in 2. libro Cod. tit. de postulando inuenitur*[8]) qui sub nomine honorariorum ex ipsis negotiis, quæ tuenda susceperint emolumentum sibi certæ partis [s], cum graui damno litigatoris, & deprædatione poscentes, inueniuntur. ¶ [9] Item si quis adeo procax fuerit, vt non ratione, sed probris putet esse certandum, opinionis suæ imminutionem patiatur. ¶ Præterea non licet aduocato vllum contractum [t] inire, vllam pactionem conferre cum eo litigatore, quem in propriam re-

" Infames qñq; postulare pũt.

4 Ex l. 2. & 3. eod.

aVer. porro. vbi de hoc.

5 Ex l. 4. & 5.

6 Ex l. 6.

7 Ex l. 3. eod.

8 tit. 6. l. 5.

b Secũdùm Azo. Io. Ber. & L.

9 L. 6. cod. e.

" Aduocato qualiter sit satisfactio.

a ¶ *Amotus.*] immo & si eius electio fuerit cassata propter eius vitium, vt extra de elect. c. super.
b ¶ *Moribus.*] id est, consuetudine. immo etiam lege, siue canone. 33. q. 5. mulierem. Nec obstat 15. q. 3. §. 1. dic vt ibi dixi.
c ¶ *Iudicium.*] id est, discretionem.
d ¶ *Verumetiam.*] §. & verba Gratian.
e ¶ *Dum putaretur.*] " ecce quantum communis opinio operetur, vt extra de iure pa. consultationibus. ext. qui fi. sint le. cum inter. & 1. q. 1. si qui à simoniacis. C. de testa. l. 1. ar. contra extr. qui fi. sint le. per tuas. & ꝛ. 24. dist. ca. vlt. 29. q. 2. si quis ingenuus. & dist. 8. veritate. & ff. de iud. l. 2. in prin. Sed numquid idem est si excommunicatus ferat sententiã, qui publice habetur pro nõ excõmunicato? no. ext. de sen. & re iu. ad probandum. Et est ratio quare aliud sit in seruo: quia seruus in multis casibus habet personam stãdi in iudicio, vt 12. q. 2. §. qui manumittitur. sed ex cõmunicatus in nullo. Vel dic (quod verius credo) quòd nec sententia serui teneret, nisi confirmata esset à principe. Ioan.

†motus]ori. " Opinio cõis multũ operatur.

1 lib. 3. tit. 1.

INfames.] CASVS. In hac lege hoc ordine proceditur. Primo dicitur, ꝙ infames nõ pñt esse ,pcuratores vel aduocati. Secũdo quid sit postulare. Postulare est ſ. desideriũ suum vel amici sui in iudicio expõere. Tertio ponit tres ordines hominum qui ad uocare non possunt. In primo ordine ponuntur illi, qui nec ,p se nec pro aliis possunt aduocare, vt minores xvij. annis. & illi qui nihil audiunt. In secundo vero ordine ponuntur illi qui possunt pro se postulare: sed pro aliis nõ, nisi pro pupillis, vel adultis, quorum tutelam vel curam gerũt, in quo ordine sunt quinque genera hominum seu personarum, ſ. mulieres, & vtroq; lumine orbati, & illi qui sponte muliebria passi sunt, vt Sodomitæ, vel qui de capitali crimine aut de calũnia sunt damnati, & ij qui locauerunt operas suas, vt cum bestiis seu feris pugnarent in arena. In tertio autem ordine ponuntur alij infames, qui pro se & quibusdam certis personis possunt aduocare, quæ infra continentur, & hoc propter quinque causas, scilicet propter reuerentiam, vt in parente & patrono: propter consanguinitatem: propter affinitatem: propter misericordiam miserabilium personarum: propter tutelam, vel curam eis iniunctam. Secunda pars est ibi, *Est autem.* Tertia ibi, *Nam vt præmissimus.*

2 Ex l. 1. ff. de postul. verbis alio modo aptatis.

3 Concord. tex. in l. 1. §. secundo loco. ff. d post.

† al. calumniæ publici iudicij.

" Postulare quid est.

impubes: quia iudicio carent. Lege, qui senatu amotus[a] *†est. Moribus*[b] *feminæ, & serui: non quia non habeant iudicium*[c]*, sed quia receptum est, vt ciuilib. officiis nõ fungantur.*]

¶ *Prior pars huius c. vsque ad vers.* cognitor, *habetur in epist. 2. Felicis I. in qua refert synodum à se habitam, quod in principio epistolæ commemorat his verbis,* Nos vero ad supplementum vestrum fratres, & coepiscopos nostros vocauimus amplius quàm septuaginta: Cum quibus hæc, quę subtus habentur inserta, regulariter tractanda decreuimus. *Eadem pars habetur in capitulis Hadriani quæ (vt superius ead. q. 5. c. accusationes. adnotatum est) nomine Romanæ synodi interdum citantur. Reliqua vero huius capitis videntur esse Gratiani: sumpta tamen fere ad verbum ex l. cum prætor. vers. quidam enim. ff. de iudic. quemadmodum & in seq. capite multa colliguntur ex variis legibus digestorum, & Codicis. Quamobrem in antiquioribus codicibus omnia hæc vsque ad cap. qui sine peccato. coniuncte habentur.*

Veruntamen[d]*, si seruus, dum putaretur*[e] *liber, ex delegatione sententiam dixit, quamuis postea in seruitutem depulsus sit, sententia ab eo dicta rei iudicatę firmitatem tenet.*

In digestis, tit. de postulando.[1]

C. II.

INfames non possunt esse procuratores, vel patroni causarum. Sunt autem tres ordines eorum, qui postulare[f] prohibentur. ¶ [2] Est autem postulare, desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. ¶ Nam, vt præmisimus, non postulantium tres ordines sunt. Quidam prohibentur omnino [g] postulare, vel propter ætatem, vt minores decem, & septem annis, vel propter casum, vt surdus, qui prorsus nõ audit [h]. Alij prohibentur, ne pro aliis postulent, vel propter sexum, vt fœminæ: vel propter casum [i], vt vtroque lumine orbati: vel propter notam turpitudinis, vt ij, qui corpore suo muliebria passi sunt, nisi forte vi prædonum [k], vel hostium stuprati probentur. Similiter qui capitali crimine, vel calumniæ † causa publico iudicio sunt damnati, vel qui operas suas locauerunt, vt cum bestiis depugnarent in arena [l], pro aliis postulare prohibentur. His personis pro se allegare permittitur, pro aliis postulare prohibetur, nisi forte tutelam impuberũ, vel curam adolescentium nõ affectatam, sed necessariam administrent. Pro his enim quorum curam gerunt, eis postulare conceditur. Alij enim[m] omnes, qui vt infames[n] notantur, nisi pro se, & pro certis personis, postulare non possunt, nisi in integrum restitutionẽ acceperint. ¶ [4] Permittitur [o] autem eis postulare pro parente, pro patrono, patronave, liberis, parentibusque patroni, patronæque: pro liberis etiam suis, fratribus, & sororibus, vxore, socero, socru, genero, nuru, vitrico, nouerca, priuigno, priuigna, pupillo, pupilla, furioso, furiosa, fatuo, fatua, muto, surdo, prodigo, & adolescente. ¶ [5] Item pro iis, quibus propter infirmitatem curatores dari solent, & qui negotiis suis aliquo perpetuo morbo superesse non possunt. ¶ [6] Omnes autem, qui non sponte, sed necessario funguntur officio [p], sine offensa edicti postulare possunt, etiam si ij sint, quibus nõ nisi pro se ipsis postulare permittitur. ¶ [7] Affinitates vero non eas accipere debemus, quę quondã [q] fuerunt, sed præsentes. Nurus & generi appellatione, & soceri, & socrus, & vlteriores, quibus [pro] præpositio [r] solet accedere, continentur.

2 ¶ Arcentur etiam à professione aduocatorum (*sicut in 2. libro Cod. tit. de postulando inuenitur*[8]) qui sub nomine honorariorum ex ipsis negotiis, quæ tuenda susceperint emolumentum sibi certæ partis [s], cum graui damno litigatoris, & deprædatione poscentes, inueniuntur. ¶ [9] Item si quis adeo procax fuerit, vt non ratione, sed probris putet esse certandum, opinionis suæ imminutionem patiatur. ¶ Præterea non licet aduocato vllum contractum [t] inire, vllam pactionem conferre cum eo litigatore, quem in propriam re-

" Infames qñq; postulare pũt.

4 Ex l. 2. & 3. eod.

aVer. porro. vbi de hoc.

5 Ex l. 4. & 5.

6 Ex l. 6.

7 Ex l. 3. eod.

8 tit. 6. l. 5.

b Secũdùm Azo. Io. Ber. & L.

9 L. 6. cod. e.

" Aduocato qualiter sit satisfactio.

C. qui testam. fac. poss. discretis.
i ¶ *Vel propter casum.*] ff. de iud. cæcus. ĩ. 15. q. 1. §. vlt.
k ¶ *Prædonum.*] tunc enim non est imputandum, vt ff. de adult. vim passam. 32. q. 5. ille.
l ¶ *In arena.*] nisi causa virtutis hoc faciant. ff. eod. l. 2. §. quod si.
m ¶ *Alij enim.*] " not. ꝙ omnes qui maiori infamia sunt notati, non nisi pro se & pro iis quorum sunt tutores, possunt postulare, & illi sunt de secundo ordine. Sed minori infamia notati possunt pro se & pro quibusdam certis personis aduocare, & illi sunt de tertio ordine postulantium, scilicet de minori.
n ¶ *Infames.*] minori infamia.
o ¶ *Permittitur.*] vt sunt illi de secundo ordine.
p ¶ *Officio.*] vt tutores & curatores.
q ¶ *Quæ quondam.*] ergo vno coniugum defuncto soluitur affinitas. inst. de nup. §. affinitatis. Sed cõtra. 35. q. 10. c. 1. [a] Sed potes dicere, quòd quo ad impedimentũ matrimonij non deletur, sed quo ad alia, [a] aut quo ad beneficia huius edicti.
r ¶ *Præpositio.*] scilicet patribus istorum, vel viris istarum, & dicitur pro socer, i. pater soceri. progener, i. maritus neptis. nam gener filij mei est mihi progener.
ARCENTVR. Hæc est 2. pars q. in qua ponit 12. articulos legales vsque ad c. *qui sine.* Ioan. de Fant.
CASVS. Dicitur hic, ꝙ illi qui paciscũtur de certa parte litis cum eo cuius causam defendunt, repelluntur ab aduocando.
s ¶ *Partis.*] de parte litis non licet pacisci, vt ff. de pactis. sumptus. sed super certa re licet. argum. C. de sententiam passis, si debitor [b]. licet M. dixerit, quòd licet de aliquota re pacisci sine graui detrimento partis: vt hic, tamen vltra centum aureos non licet pacisci, vt ff. de variis & extraordina. cognitionibus. lege, prima. §. in honorariis.
PRAETEREA. CASVS. Tria prohibet Imperator, vt aduocatus rationibus pugnet, non probris: alioquin erit infamis, vt nullum pactum ineat cum eo quem in propria cura susceperit, post lit. contest. quod intelligit H. si antea fecit pactum. alioquin secus. & vt iurgia ex industria non protrahat.
t ¶ *Contractum.*] ex postfacto, ab initio tamen potest. 11. quæst. tertia. non licet. " sed si non fecit pactum, postea ei dabitur pro modo litis, & facundia aduocati, & pro consuetudine regionis, vt ff. de var. & extraordinar. cognitio. l. prima. §. in honorariis. Vel loquitur de tali qui sponte se vinci sustinet in aliqua exceptione, vt si afferat se non posse fouere causam nisi augmentetur salarium, quod fieri non debet, argumento medici, vt ff. de var. & extraord. cognit. medicus.

Source : BIU Cujas

a ¶*Ex industria.*] quod si fecerit, eum iudex puniat in duabus libris auri[a]. C. de iud. properandum. §. illo proculdubio.

APVD VRBEM. Casvs. Quæsitum fuit vtrum honorati qui Romę sunt, i. qui honorem habent sine administratione, possint aduocare. Et resp. quòd sic, quamdiu volunt, dummodo tamen turpi lucro pecunię, vel alterius rei non corrumpantur.

b ¶*Apud vrbem.*] de eadem lege est.

c ¶*Etiam honoratis.*] etiam melioribus.

d ¶*Eligendum.*] vt sunt aduocati.

e ¶*Maluerint.*] id est, quousq; tale officium voluerint exercere. vnde non est hic argumentum, quòd aduocati tamdiu audiantur, quamdiu volunt allegare[b]: "quia iudex potest aduocatos remouere cum voluerit, vt ff. de iis quæ in test. del. l. 3. in fi. & C. de iu. auth. iubemus.

f ¶*Non ad turpe.*] i. ad modicum, & vile. Et est arg. "quòd bona dona danda sunt doctoribus, & ff. de admin: tut. cum plures. & ff. de or. iu. l. 2. §. vl.

g ¶*Pecuniaque.*] modica.

SI VERO. Casvs. Dicitur in hac lege, quòd si duo vel plures in aliquo auditorio prætoris meliores fuerint aduocati, & alter litigatorum velit habere partem bonorũ aduocatorum, officio iudicis fiat æqualis distributio causidicorum: & si quis aduocatus monitus noluerit obedire sine iusta excusatione, careat ipse officio aduocandi sine spe aliqua restituendi.

h ¶*Si vero.*] C. eod. prouidendum.

i ¶*Vt par.*] illud olim obtinuit cum salaria dabantur de publico: hodie vtraque pars sibi debet prouidere, vt C. de iud. l. properandum. §. illo. Tamen pueris, & debilibus, & pauperibus prætor dabit aduocatum[c], vt ff. de postul. l. 1. §. ait prætor.

k ¶*Foro.*] ff. de pœn. l. moris. §. 1.

SI QVIS AVTEM. Casvs. Quæsitum fuit ab Imperatore, si alter litigatorum subtraxerit aduersario copiam aduocatorum corrumpendo eos ne ipsum iuuarent, quam pœnam pati deberet. Et respõdet, quòd puniri debet extra ordinem, & ostendit se iniquam litem fouere.

l ¶*Iniquam.*] sic ext. de test. c. intimauit. & ext. de test. cog. peruenit.

QVAMVIS. Casvs. Quidam fuerunt aduocati fisci, postea volebant præstare patrocinium priuatis contra fiscum. Quæsitum fuit an possint. Et respond. quòd sic hodie, licet olim fuisset secus: dummodo declinent causam illam, in qua fuerunt aduocati pro fisco.

m ¶*Quamuis.*] verba Gratiani.

n ¶*Tamen hodie.*] verba legis.

o ¶ *Causam.*] nisi suam, vel parentum suorum, vel pupillorum suorum iniuriam prosequantur. ff. eod. l. pen. §. vlt.

SI CONTRA. Casum sic pone. Ego quondam fui aduocatus contra patrẽ Petri. pendente causa mortuus est pater Petri, cui Petro datus sum tutor legitimus datiuus, vel testamentarius. Quæritur vtrum possem defendere eamdem causam Petri pupilli mei? Et respondet, quòd sic, quamuis olim ego fui contra patrem eius.

p ¶*Si contra patrem.*] male ponit litteram, quæ est ff eod. l. vlt.

q ¶ *Tutor.*] Arg. q̃ ratione officij licet quod aliàs non liceret, vt 94. dist. præcipimus. & C. de admin. tut. cum quidam. Item arg. q̃ si iudex successit appellanti, quòd potest propriam sententiam impugnare. ff. de iudic. l. Iulianus ait. " Item arg. quòd si iudex à quo appellatur, efficitur illius iurisdictionis cuius est ad quem appellatur, quòd possit cognoscere, vt 11. q. 3. si episcopus. 2. quia iam videtur alia persona. ff. quan ap. sit. l. 1. §. sed & si præses. Arg. contra. ff. de iu. om. iud. prætor. Io in. Sol. consueuit dici, quòd debet causam alicui delegare, vt ff. de iu. om. iu. prætor. Vnde glossatur ibi, potest, id est, debet, alioquin posset recusari. B.

COGNITORES VERO. Casvs. Hæc sunt verba Gratiani, & respiciunt ad finem primi cap. huius quæst. vbi dictum est, quòd infamis persona non potest esse cognitor, id est, iudex. Sed ne aliquis idem intelligeret de arbitro, dicit quòd arbiter potest esse infamis. Filius (vt lex dicit) potest esse arbiter de re patris.

r ¶*Cognatores.*] Exponit primum cap. huius quæst.

s ¶*Non ex arbitrio.*] ff. de arb. Pædius.

t ¶*Filius.*] ff. de arb. quin etiam.

u ¶*Et vt iudicium.*] Sed contra. ff. de iu. om. iud. qui iurisdictioni. vbi dicitur, q̃ iudex nec sibi nec liberis suis ius dicere potest. Sed illud intelligas in criminali causa: secus in ciuili, " sed tamen in criminali causa[d] potest vsque ad litis contestat. dicere ius suis, vt ff. de off. præsi. l. senatus. tamen delegatus iudex non potest esse filius in causa patris, vt extra de ap. postremo.

SI QVIS VERO. Casvs. Dicitur hic, q̃ iudex nõ potest compellere partes in se compromittere de illo negotio de quo ipse est iudex, & si sententiam dixerit, pœnæ persecutio non debitur. Itẽ dicitur hic, quòd seruus arbiter esse non potest: sed libertinus sic.

x ¶ *Si quis vero.*] verba huius legis sunt ff. de arbitr. sed & si. §. si quis.

y ¶ *Iudex.*] Quidam ita intelligunt, vt hęc duo prohibeãtur hic, scilicet vt ordinarius vel iudex alter nõ possit esse arbiter de ea re de qua iudex fuit. Item & hic prohibetur ne iubeat compromitti in se. Quare autem ordinarius non potest esse arbiter, triplex assignatur ratio. Vna quia secundum hoc ordinarius semper procuraret, vt eligeretur in arbitrium, ne ab ipso posset appellari. Alia ratio est quia ordinarius debet cogere arbitrum vt procedat: & debet suam sententiam mandare execution. ext. de fo. comp. si quis contra. ff. de arb. l. 3. Sed hoc non posset esse, cum idem esset ordinarius & arbiter[e]. Tertia ratio est, quia arbitria sunt ad modum ordinariæ iurisdictionis. & sic sequeretur, quòd aliquid esset simile sibi: ipsi: sicut non simul possunt concurrere iura naturalia, & iura adoptionis, vt inst. de adopt. §. 3. Ioan. " Ego credo tamen quòd ordinarius possit esse arbiter, vt not. 2. q. 6. à iudicibus. numquam enim præcise inuenies, quòd ordinarius non possit esse arbiter. Sed vbique dicitur q̃ non potest cogere partes vt in se compromittant: vnde licite compromittitur in eum volentibus partibus, vt ff. de tut. & cur. l. 4.

PORRO. Casvs. Quia dictum erat s. in c. infamis. quòd infamis persona non potest esse procurator vel cognitor: vel quia in multis locis fecerat Grat. mentionem de infamibus: ideo supponit hunc §. in quo ostendit, q̃ infamia quattuor modis irrogatur. Aliquando enim irrogatur infamia ex genere delicti per sententiam iudicis declarati, vt cum pronuntiat, iniuriam fecisti, &c. Aliquando ex genere pœnę, vt cum aliquis in opus publicum condemnatur: qui remanet infamis etiam finito tempore. Aliquando etiam genere pœnæ & delicti declarati per sentẽtiam, vt cum dicitur ei, Sycophantes, i. calumniator es tu. Aliquando irrogatur ipso iure vel ipso facto: quod idem est, vt contingit cum aliquis exercet improbum fœnus: vel cum mulier nubit intra tempus luctus: vel qui sciens eam accipit in vxorem. Hu. tamen dicit q̃ secundus modus non differt à tertio nisi in hoc q̃ in tertio genere crimen fuit publice per sententiam declaratum: quod non fuit in secundo genere.

z ¶*Infamia.*] Fama, opinio, & existimatio, idem est. " Fama est illęlę dignitatis status, moribus & legibus comprobatus. ff. de var. & extraor. cog. l. pen. §. existimatio. " Infamia alia iuris[f], alia facti. Infamia facti est quando quis aggrauatur, vel infamatur apud bonos & graues: de qua agitur. ff. de obseq. à li. l. 2. & l. licet. & 6. q. 1. sunt plurimi. scilicet quando læsa est fama alicuius propter factum quod commisit, apud bonos & graues. Vtrum autem hæc infamia repellat ordinandum, dixi 2. q. 7. ipsi apostoli. & q. 8. in summa. Infamia est diminutio status alicuius. Hæc infamia, quæ dicitur infamia iuris, quandoque irrogatur ipso facto, & aliis modis, vt hic dicitur. Per sententiam infamatur quis, cum de crimine publico conuincitur quis vel ciuiliter vel criminaliter, vt ff. de publ. iu. infamem. nisi in casu, vt ff. de pub. iu. l. vlt. In priuatis delictis si quis criminaliter sit conuictus & condemnatus, si sit tale crimen quod descendit ex

action

---

a Sic erit in medio. ff. de var. & extr. cog. medic[a]

b L. 7. cod. e. b Adde q̃ ñ debent esse verbosi in allegãdo. l. Nesennius. cũ ibi no. ff. de neg. gest. "Aduocato q̃que silentium imponendum est " doctorib[b] bona dona danda sunt.

c De hoc le. & not. extr. de of. iu. c. j.

d Iudex an possit q̃q; propriam sententiam impugnare.

2 Ex l. 2. C. d aduoc. fisc.

3 Concord. tex. in l. 1. & ibi Cy. C. de aduo. fis. no. in l. pe. & fi. ff. de postu.

4 l. hi, q̃ fisci. ff. de postul.

Ex l. Pædius ff. de re. arb. ibid. le. 5.

" Iudex an possit suis ius dicere.

d Sub. vt colligitur à cõtrario sensu ff. de iud. in priuatis. Ar. bertinus sic.

5 Ex e. l. Pædius. l. decuriões. C. ex quib. causis inf. irrog. L. 12. C. eod. L. 16. C. eod. L. 6. C. eod.

e Et hoc plene probatur ext. d arb. ex parte. Arc.

" Ordinari[e] an possit esse arbiter.

" Famæ definitio.

" Infamia est duplex.

f Sub. alia canonica: de qua no. 6. q. 1. c. 2. & hic repete qđ dixi 2. q. 7. testes. Arc.

Source : BIU Cujas

actione famosa, tunc infamatur, vt ff. de iis qui not. infa. quid ergo. §. vlt. sed §. ille non bene dicit: sed hoc expresse habetur. ff. de pub. iu. l. infamem. Sed si ciuiliter agatur, non. ff. de cri. stel. l. 2. nisi in casibus, scilicet in actione furti, vi bo. rap. iniuriarum. & doli mali, vt ff. de iis qui not. infa. Athletas. §. vlt. Item fallit in crimine expilatæ hereditatis, vt C. de iis qui no. infa. si te expilasse, & in crimine sepulchri violati, vt ff. de sep. violat. l. 1. Et quando mulier calumnioſe ſe mitti facit in possessionem tamquam sit grauida, vt ff. e. l. notatur. "Sed pro actionibus quæ ex contractu descendunt, nemo fit infamis, nisi in quattuor casibus, vt ff. de iisqui no. infa. furti. §. mandati. scilicet cum dicte conuenitur actione tutelæ, mandati, depositi, & pro socio, vt ibi dicitur. Per sententiam arbitri nemo infamatur. ff. e. l. quid ergo. §. ex cõpromisso. sed hæc distinctio non videtur habere locum secundum canones: cũ omne mortale crimen infamet, vt s. ead. q. 5. constituimus. & 26. q. 1. infames. & c. omnes.

L. 16. C. eo. " Actiones quatuor ex contractu infamant.

a ¶ *Pœnæ.*] Hoc falsum est: quia sola pœna non infamat, C. e. l. nullam.

2 s. q. 5. nullus seruus. sed ñ eisdé verbis. Matth. 7. Psal. 49.

b ¶ *Sicut.*] aliqua euidenti causa præcedente, ex qua si esset condemnatus, infamaretur. ff. de iis qui notan. infam. ictus fustium. sicut est in furto, cum quis in manifesto furto deprehenditur.

3 Homil. 12. in Euang.

c ¶ *Qui damnantur.*] fine sententia: & sic non est hoc mẽbrum superfluum.

d ¶ *Pristinum quidem statum.*] s. libertatem.

e ¶ *Declarati.*] Quandoque etiam si non declaratur, vt cum miliți detrahuntur insignia militiæ, licet nõ dicatur causa, vt ff. eo dem, l. 2. §. 1.

f ¶ *Per sententiam.*] Istud non videtur differre à prædictis, nisi quòd duo membra coniũgũtur in vnum,

4 Ioan. 8. nisi velis dicere, quòd aliquid operantur ista verba cum dicitur ei, Sycophanteis, id est, calumniaris.

g ¶ *Intra tempus.*] Hoc tamen non tenet secundum canones, vt extra de sec. nupt. super illa.

IDEM. CASVS. Hoc relatiuum, idem, respicit primum cap. huius quæst. Idem, scilicet quod Romana synodus. Cætera quæ sequuntur, plana sunt.

h ¶ *Contemnatur.*] id est, contemptibilis habeatur, non tamen contemni debet, vt 1. q. 1. si fuerit. & c. multi. & 15. q. vlt. c. vlt.

Qui sine peccato.] Hæc est tertia pars quæst. in qua probat per quinque auctor. quòd criminosi iudices esse non debent: & quòd secundum allegata debent iudicare. Io. de Fant.

CASVS. Probat Gregor. in hoc cap. iniquum hominem iudicare non posse vel punire: & hoc ostendit duobus exemplis, s. Iudæorum qui cum vellẽt lapidare mulierem peccatricem, à Christo sunt repulsi, & redarguti, & populi Israel, qui cum vellent vlcisci iniquitatem, quã fecerat tribus Beniamin, prostratus cecidit in prelio prima die & secunda: tertia vero die cum iam esset purgatus, deleuit tribum peccatricem.

tiat, iniuriam fecisti, hereditatem expilasti, calumniat° es. Aliquando genere pœnæ [a]: sicut [b] illi, qui damnantur [c] in opus publicum, qui pristinum quidem statum [d] obtinent, sed damno infamiæ etiam post impletum tempus subiiciuntur. Aliquando genere pœnæ, & delicti declarati [e] per sententiam [f], veluti dum fustibus cæso per præconẽ dicitur ἰουδιφάντησας, id est calumniatus es. [1] Aliquando ipso genere facti, vt exercentes improbum fœnus, & illicite exigentes vsuras vsurarum, & mulier, quæ intra tempus [g], quo moris est lugere maritum, contrahit matrimonium: & qui sciens eam vxorem duxerit.

Item [A] *testatur Felix Papa & iisdem verbis.* ¶ [2] *Item in Euangelio, qui trabem gestat in oculo, probatur non posse educere festucam de oculo fratris sui.* ¶ *Item Dauid in libro psalmorum.* [*Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum? &c.*] ¶ *Item Gregorius:* [3] *Cuius vita despicitur, restat, vt eius prædicatio contemnatur* [h].

¶ *Caput hoc (quemadmodum in superiori notatione significatum est) in vetustioribus exemplaribus non est seiunctum à superiori, & est collectio variarum legum facta à Gratiano. Sed quoniam pleraque verba sunt ipsorummet auctorum, & in vulgatis est distinctum caput, ideo iisdem characteribus impressum est, quibus cetera auctorum capita.*

A ¶ Nihil enim refert.] *Verba legis, ex quibus hunc, & versiculum*, seruus arbiter, *Gratianus accepit, sunt hæc.* Pædius libro nono, & Pomponius libro 33. scribunt, parui referre, ingenuus quis, an libertinus sit, integræ famæ quis sit arbiter, an ignominiosus. In seruum Labeo compromitti non posse, libro vndecimo scribit, & est verum.

Idem in moralibus, lib. 14. in Iob, c. 15.

¶ Qui aliorum vitia puniunt, sua prius corrigere studeant.

C. III.

3 [4] QVi sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.] Ad aliena quippe punienda peccata ibant, & sua reliquerant. Reuocantur itaque intus ad conscientiam, vt prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendãt. Hinc est, quòd cum tribus Beniamin in carnis scelere fuissent obruta, collectus omnis Israel vlcisci [i] iniquitatem voluit: sed tamen semel, & iterum in bel li certamine ipse prostratus est. Consulto enim † Domino, si ad vlciscendum ire debuisset, iussum est, [vt † iret,] qui iuxta diuinæ vocis imperium perrexit, & semel, & secundo perdidit: & tunc demum peccatricem tribum valde feriens pene [k] funditus [l] extinxit. Quid est, quòd in vltionem sceleris inflammatur, & tamen prius ipse prosternitur? nisi quòd prius ipsi purgandi sunt, per quos aliorum culpæ feriantur, vt ipsi iam mundi per vltionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinant.

Item Ambrosius super [*Beati immaculati*] *sermone 20. ad vers.* [*Miserationes tuæ Domine.*]

¶ Ille de vita alterius iudicet, qui non habet in se ipso quod puniat.

C. IIII.

5 IVdicet ille de alterius errore, qui non habet quod in seipso cõdemnet [m]. Iudicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putauerit punienda: ne cum de alio iudicat, in se ferat ipse sententiam. Iudicet ille, qui ad pronuntiandum nullo odio [n], nulla offensione, nulla leuitate † ducatur. *& post pauca.* ¶ Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, & domesticæ proposito voluntatis [o]: sed iuxta leges, & iura pronuntiat, statutis † iuris obtemperat, non indulget propriæ voluntati, nihil paratum, & meditatum domo defert: sed sicut audit [p], ita iudicat, & sicut se habet negotij natura, decernit: obsequitur legibus, non aduersatur, examinat causæ merita, non mutat. Discite iudices sæculi, quem in iudicãdo tenere debeatis affectum, quam sobrietatem, quam sinceritatem. *& paulo post.* ¶ Qui iudicat, non voluntati suæ obtemperare debet, sed tenere quod legum est.

i ¶ *Vlcisci.*] Arg. " q̃ si iudex non exhibet iustitiam de aliquo subdito, ipse conueniendus sit, vt 23. q. 2. dominus noster. & in constitutione Friderici. C. ne fil. pro patr. auth. habita. vbi dicitur quòd si iudex ciuitatis debitam iustitiam non exhibet, conueniri potest. " iudex de subditis iustitiã si exhibens potest conueniri. Iud. 20.

k ¶ *Pene.*] quia tantum sexcenti remanserunt, & sic hæc dictio, pene, ad magnã quãtitatem refertur. sic ponitur 23. quæst. 5. quali [a].

†*autem*]ori.

l ¶ *Funditus.*] ar. quòd post pœnitentiam restituitur aliquis priori dignitati. 26. q. 5. quicumque. & 50. dist. domino sancto. & c. qa tua sanctitas. Sed illud intellige quo ad iudicandum & prædicandum: non ad accusandum vel testificandum, vt 6. q. 1. qui crimen.

†*absunt istę duæ voces ab originali a In prin. tñ dr, q̃ hæc dictio ad modicã q̃titatẽ refertur: & hæc dictio ponitur ẽt 7. q. 1. fact°. ĩ prin. Arc.*

I *Vdicet ille.*] CASVS. Docet Ambros. in hoc c. quòd nullus iudex, nisi bonus sit, debeat alios iudicare, cum iudex nõ debeat esse criminosus, nec leuitate vel odio debeat ad pronuntiandum adduci: & si rancorem vel amorem habeat aduersus alterum litigatorum" in cuius partem voluntas sensualitatis declinaret, non obediat tunc propriæ voluntati: sed secundum leges, & sicut audit, & natura negotij se habet, decernere debet & iudicare. De domo, id est, de corde suo.

5 Ansel. l. 3. c. 34.

m ¶ *Condemnet.*] id est, dignum sit condemnatione.

n ¶ *Nullo odio.*] 11. q. 3. quattuor. ADDITIO. & 23. q. 4. vindicta, in prin. H. & dicit B. ad Eugenium, de vultu illius: iudicium meum prodeat opto, cui insit amor, error absit, & perturbatio.

† *al. nouitate*]Orig.

† *scitis*]Ori.

o ¶ *Voluntatis.*] Sed nonne iudex potest iudicare secundum quod sibi iustum videtur, vt ff. de arbitr. qualem. & ex sententia sui animi æstimabit quid aut credat, aut parum esse probatum videatur, vt 4. q. 3. sæpe. & potius debet iudex sequi suam opinionẽ quam consilium aliorum, vt extra de consuet. ad nostram. " Sed dico quòd tenetur sequi opinionem suam, sed non voluntatem. quandoque tamen sequitur opinionem aliorum potius quàm suam, vt extra de app. cum cessante.

" iudex opinionẽ suam potius quã aliorum sequi debet.

p ¶ *Audit.*] Argum. quòd secundum allegata est procedendum, vt ff. de off. præsi. illicitas. §. veritas. & 2. q. 1. Deus omnipotens. ĵ. 11. q. 3. illa. & c. summopere. & c. ita. & c. tunc vera. & 6. q. 2. si tantum. & c. placuit. Sed contra. 30. q. 5. nullum. & c. iudicantem. contra. ĵ. eod. postulatus. contra. Sed secundum H. delegabit causam, si conscientia non concordat allegatis. sed secundum alios potest determinare secundum allegata: quia aliud facit aliquis in eo quòd iudex est, aliud in eo quòd homo est, vt 23. q. 4. si ecclesia. & sic iudicare potest [b] secundum conscientiam, quam habet vt iudex, non vt homo.

Source : BIU Cujas

b Id est, debet, secũdũ Inn. extr. de cen. venera bili. in gl. 1. ver. respondeo, quia quãdo, &c.

arg. extra de off. ord. si sacerdos. & extra de off. deleg. pastoralis. §. quia vero. & extra de elect. quod sicut.

IN grauibus.] Casvs. Dicit Greg. in hoc c. quòd iudex ecclesiasticus donec peccato suo premitur, subiectorum delicta nõ potest diluere. Et hoc probat 5. rationib. Prima est ibi, *Cunctis enim.* Secunda ibi, *Victima.* Tertia ibi, *Hinc est.* Quarta ibi, *Dona.* Quinta ibi, *Item longe est.*

a ¶ *In grauibus.*] no. q̃ imputatur alicui, si malum nuntium vel stultum ꝓcuratorem misit, vt ff. commo. argentũ. ff. de min. cum mãdato. arg. ff. de pu. cum si exhibuissent. & extra de app. sæpe. in princ.

b ¶ *Prouocatur.*] Ex vitæ merito non potest malus sacerdos dimittere peccata: sed ex officio potest, 15. q. vl. c. vlt. "Et est hic arg. orationes malorũ his pro quibus orant nocere. 1. q. 1. fertur. & c. necesse. & c. non nocet. 61. dist. miramur. §. sicut. Sed contra. 1. q. 1. prophetauit.

1 Past. p. 1. c. 11.

" orationes malorũ, an nõceant.

Prouerb. 15.

c ¶ *Quid.*] quia Deus non considerat datũ, sed affectum offerentis, vt 24. q. 1. odi, & proieci. quandoq; tamen considerat quid offeratur, vt 49. dist. c. vlt. quandoque considerat pro quo offeratur, vt 1. q. 1. dictum.

2 14. q. 5. scriptũ. est, ex epist. 126. l. 7 ad Recaredũ Regem.

†*quid datur*] Orig. Gen. 4.

POstulatus.] Casvs. Iudæi quadã mulierem in adulterio deprehensa postulauerunt à Christo, vt de ea iudicaret, an esset lapidanda ab eis, vel non: quos redarguere volens, & repellere ab accusando, scripsit in terra se inclinando: si quis sine peccato est, primus in illam lapidem mittat: vel terra terrã accusat. Ipsi autem scripturam legẽtes confusi exiuerunt de templo vnus post aliũ. In quo facto nos figuraliter docuit, q̃ cũ alios accusare vel reprehendere vel iudicare volumus, ad conscientiam recurramus: & quid in ea cõditori placeat, examinemus, iuxta auctoritatem Apostoli dicentis: Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos q̃ spirituales estis. &c. Seq. cap. planum est.

Eccl. 34.

Prouerb. 15.

d ¶ *Scribebat.*] Hoc. i. terra terram accusat. vel hoc, si q̃s sine peccato, &c. & hic est ar.

" Sententia ꝓpt in pariete scribi.

" q̃ sufficit si sententia scribatur in pariete: nam & ibi edicta prætorum olim scribebantur in albo. ff. de iur. om. iu. l. si quis.

e ¶ *Obnixe.*] i. instãter.

f ¶ *Delicto.*] Vos q̃ spirituales estis, iudicate huiusmodi. 50. dist. ponderet. Arg. quòd mali non possunt iudicare.

& post pauca. ¶ In iudicando magis cordi sit veritatis custodia, quàm obedientia voluntatis.

Item Gregorius præfationis in Iob, cap. 3. aliàs 6.

¶ Grauatus criminibus iudicare non valet.
C. V.

IN grauibus [2] peccatis quis positus, dum suis premitur, aliena non diluit. ¶ [1] Cuncti enim liquido nouimus, quia cum is displicet, qui ad intercedendum mittitur, irati animus proculdubio ad deteriora prouocatur [b]. ¶ Scriptum quippe est [Victimæ impiorum abominabiles Deo sunt, vota iustorum placabilia.] [2] Neque enim in omnipotentis Dei iudicio, quid † [c], sed à quo datur, inspicitur. ¶ Hinc est enim, quòd scriptum est [Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Caim autem, & ad munera eius non respexit.] Dicturus quippe, quia Dominus respexit ad munera: præmisit solicite, quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens à muneribus, sed munera ab offerente placuerunt. ¶ [Dona [A] quippe iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationes eorum: nec in multitudine sacrificium eorũ propitiabitur peccatis. [*Item* ¶ Longe est Dominus ab impiis, & orationes iustorum exaudiet.]

A ¶ Dona.] *Hæc non leguntur ibi apud B. Gregorium: sunt tamen Eccli. c. 34. & repetuntur* j. *14. q. 5. c. scriptum.*

Item Beda, in cap. 8. Ioannis de iudicio adulteræ.

¶ Primum nosmetipsos, deinde proximos debemus corrigere.
C. VI.

POstulatus Dominus iudicare de peccatrice, non statim dat iudicium, sed prius inclinans se deorsum, digito scribebat [d] in terra: ac si demum, quam obnixe [e] rogatur, iudicat: nos videlicet typice instituens, vt cum quælibet proximorum errata conspicimus, non hæc ante reprehendendo iudicemus, quam ad conscientiam nostram humiliter reuersi, digito eam discretionis solerter exculpamus, & quid in ea conditori placeat, quidue displiceat, sedula examinatione dirimamus,

g *Acerdos.*] sic 42. dist. §. 1.

h ¶ *Et postea.*] Arg. presbyterum post pœnitentiam posse restitui. 50. dist. de his vero.

i ¶ *Et non publicare.*] " Ea quæ quis ei in secreto dixerit, aliàs deponitur. j. de pœn. dist. 6. sacerdos. hodie ponitur in arctum monasterium ad agẽdam pœnitẽtiam perpetuam, vt extra de pœ. & remis. omnis. in fi.

" cõfessionẽ reuelantis punitio.

Gal. 6. Ioan. 8.

iuxta illud Apostoli: [Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto [f], &c.] *& infra.* ¶ Qui sine peccato est vestrum, id est, primo vos ipsi iustitiam legis implete, & sic innocentes manibus, & mundo corde ad lapidandam ream concurrite.

Item Augustinus ad quemdam comitem.

¶ In vetusta impressione epistolarum B. Augustini extat epistola longissima ad Iulianum comitem: in recentioribus autem omnium operum editionibus habetur 4. tomo sub tit. de salutaribus documentis in cuius libelli ca. 52. est hoc caput.

¶ Sacerdos primum sua peccata, deinde aliena detergat.
C. VII.

[3] SAcerdos [g], vt sapiens, & perfectus medicus, primum sciat curare † peccata sua, & postea [h] aliena vulnera detergere, & sanare, & non publicare [i].

Item in Euangelio sal infatuatum ad nihilum vtile esse dicitur, nisi vt proiiciatur foras, & ab hominibus conculcetur. ¶ Ex quibus omnibus datur intelligi, quòd criminosus, alterius criminis iudex esse non potest: & seipsum condemnat, dum in alterius crimen sententiam profert. Sed obiicitur. Saul cum à Domino esset reprobatus, populum Dei iudicabat, & eius iudicium vniuersus populus expetebat. Item, Dauid cum esset adulter & homicida, interrogatus à prophetа sententiam in diuitem dedit, qui ouem pauperis rapuit, dicens [Iudicium mortis est viro huic.] Item Salomon cum amore mulierculatum Deos gentium coleret: tamen vniuersa plebs Israelitica ad eius iudicium confluebat. Sic & Achab [k] quamuis coleret Baal, tamen decem tribus iudicabat. Multi etiam alij tam in veteri testamento, quàm in nouo inueniuntur, quorum vita cum esset blasphemabilis, tamen eorum sententia, quia ex officio suo seruata iudiciarij ordinis integritate processit, inuenitur seruata. Vnde & Dominus ait in Euangelio [Super cathedram Moysi sederunt scribæ, & pharisæi, & c.] *Hinc liquido constat, quòd mali pastores, dum sententia iusti examinis aliorum crimina feriunt, sibi ipsis nocent, dum sine exemplo suæ emendationis aliorum vitia corrigere curant: subditis vero prosunt, si eorum increpatione correcti, vel sententia coerciti, vitam suam in melius commutare didicerint. Ac per hoc, dum ab ecclesia tolerati fuerint, eorum iudicium subterfugere non licet.*

QVÆSTIO VIII.

QVòd autem [1] *episcopus ab vno tantum audiri, vel † iudicari non debeat, Zepherinus Papa testatur epistola prima ad episcopos Siciliæ dicens.*

" Epi causa à quibus est audienda.

QVòd autem.] Casvs. Hic intitulatur 8. q. qua quæritur, an episcopus possit ab vno tantum iudicari vel audiri. Et respondet quòd in ciuili potest, & in criminali à papa vel eius delegato: aliàs non potest ab vno iudicari vel audiri. Sed in accusatione episcopi debent esse duo decim episcopi præter metropolitanum: & in accusatiõe presbyteri sex: in accusatione diaconi tres, vt j. 15. q. 7. Felix. & ca. si autem. Finis tamen causæ criminalis episcopi summo Pontifici reseruatur, vt j. c. 1. & s. ead. q. 6. quamuis. & c. dudum.

Matth. 5.

3. Reg. 11.

1. Reg. 15.

3. Reg. 16.

l ¶ *Quòd autem.*] " Ab omnibus episcopis prouinciæ debet audiri causa episcopi, vt s. e. q. 6. si quis episcoporum [a]. vel à doude cim ad minus, quos ipse metropolitanus eligit, vel ipse reus si electos à metropolitano habet suspectos. j. ead. q. 1. c. 1. & tales coepiscopi non sunt iudices, sed assessores: sicut nec clerici sunt iudices, qui debent interesse, cum episcopus audit causam clerici. 15. quæst. 7. episcopus. argu. tamen est, quòd sunt ordinarij, vt 6. q. 3. scitote. & si Papa delegat causam episcopi, videtur quòd eodem modo intererunt xij. epi. s. e. q. 6. hæc quippe. & 34. di. quorundã.

Matth. 23.

a Ad idem 6. q. 3. scitote. & q. 4. c. 1. 2. 3. & 4. & 9. q. 3. salua. Arc.

† *al. diluere*

† *al. &*

Source : BIU Cujas

Accusatores.] Casvs. Hoc c. diuiditur in iiij. partes. In j. parte dicit Zepherinus, ꝙ accusatores episcoporũ debent esse bonæ famę, & sine suspicione. In ij. parte dr̃, ꝙ sententia à non suo iudice dicta, nullũ ligat. In iij. parte dr̃, ꝙ in accusatione episcopi debent esse xij. episcopi, qui ab accusando sunt eligendi: & isti simul cũ archiepo causam examinabunt: sed Papæ ipsius depositio reseruetur. In iiij. parte dr̃, ꝙ absens iudicari non debet, nisi ex contumacia fuerit absens. Secunda pars incipit ibi, *Nullum namque.* Tertia ibi, *Iudices xij.* Quarta ibi, *Absens.*

1 Ansl. l. 2. c. 38. Iuo p. 5. c. 245.

a ¶ *Nullum.*] Magis extra de iud. at si clerici.

CVIVS IN AGENDO. Casvs. Hæc lex non est de cap. sed debet legi postea: inserta tamen fuit à Gratiano occasione illius verbi: nullũ constringit sententia à nõ suo iudice dicta, quod verum est nisi reconueniatur. Nam si ego conueni aliquem sub iudice suo, & ipse vult me reconuenire corã eodẽ iudice, non possum eum recusare in respondendo: cum in agendo elegerim ipsum: & eius sententia lata contra me valet in hoc casu, licet non sit meus iudex ordinarius. Nam *cuius in agendo*, &c. *Arbitrium*, id est, forum, vel examen, vel iudicium.

a 5. q. 4. duodecim iudices. Ansl. l. 3. c. 45.

† *al. vocatur*

b ¶ *Iudicẽm.*] " Ex hoc videtur, ꝙ clericus possit reconueniri coram laicis etiam in spiritualibus, nisi clericus passus sit violentiam à laico, vt extra de iu. pa. relatum. in fi. & ff. de iud. l. 2. §. item si extra. Nam qui aliter non potest esse iudex, ratione reconuentionis potest, vt ext. de mu. pe. prudẽtiam. C. de or. iud. adire. sic ff. de iu. om. iu. si idem. 1. resp. Sed ꝙ non possit reconueniri, est arg. ext. de iud. decernimus. & c. quanto. " Nam & quandoque cessat reconuentio[a], vt C. qui le. perio. l. vlt. Item in criminibus cessat reconuentio, vt j. ead. q. 11. prius. Item in possessione repetenda, ext. de rest. spol. ex conquestione. ext. de or. cog. c. 1. & C. de compen. l. vlt. quod concedo, & dico ꝙ laicus etiam inciderit non potest cognoscere de causa spirituali. ext. qui fil. sint le. lator. Item videtur ꝙ non tenet sententia lata super altera quęstione tantum. ff. quan. app. sit. l. 1. in fi. ff. de var. & extraor. cog. l. 1. nam iudex vna sentẽtia vtramque dirimet, vt ext. de or. cog. cũ dilectus.

1 Anſ. l. 2. c. 38. Iuo p. 5. c. 245.

" Clericus an possit reconueniri coram iudice sæculari.

3 j. e. q. 9. ab sens. Ansel. l. 3. c. 62.

" recõuẽtio cessat ĩ certis casibus.

a Quia non relõe crĩs, ſ purgõis definit esse accusatus. ff. d pub. iu. is q. & j. ea. q. 11. neganda. 2.

" Causa recõuẽtionis est eadẽ cũ principali.

b Vnde si iudex ꝓnũtiaret super cã recõuentiõis grauaret, & posset appellare. ff. q̃ sent. si. ap. l. j. & vlt. secm Gof. ſ sñia tenet, secm Vinc. prout ipse not. extr. de mut. pe. c. 1.

c ¶ *In eodem.*] " Sed nonne est alia causa reconuentionis quàm sit principale negotium? Vtique, vt ext. de mu. pe. c. 1. & 2. Sed dicit eadem, quia iidem sunt iudices & litigatores: & quia vna sentẽtia determinandum est vtrumque[b], extr. de or. cog. cum dilectus. & quia si inhibetur appellatio in vna, & in alia, extra de mu. pe. c. 2. tamen Papinianus qui hanc legem edidit, intellexit, quia si tu me conuenis actione mandati, ego te possum reconuenire contraria mandati: aliàs non. C. de sent. & interlocu. cum Papinianus. sed Iustinianus auxit intellectum eius per auth. ad omnes causas. C. eod. ti. auth. & consequenter.

d ¶ *Eligantur.*] id est, conueniantur.

e ¶ *Iudicetur.*] sed propter contumaciam excommunicatur. j. ea. q. 9. absens. & c. decernimus.

¶ Episcopus non nisi à pluribus audiatur, & iudicetur. C. I.

1 ACcusatores episcoporum omni careant suspicione, quia columnas suas Dominus firmiter stare voluit, non à quibuslibet agitari. ¶ Nullum [a] namque eorum sententia à non suo iudice dicta constringat: quia & leges sæculi id ipsum fieri pręcipiunt. *vt co dice* [A] *lib. 7. tit. de sen. & interl. om. iu. l. pen.* [Cuius in agendo quis obseruat arbitrium, eum habere etiam contra se iudicem [b] in eodem [c] negotio non dedignetur.] ¶ [2] Iudices duodecim quilibet episcopus accusatus (si necesse fuerit) eligat à quibus eius causa iuste iudicetur. Nec prius audiatur, aut excommunicetur vel iudicetur, quam ipsi per se eligantur [d], & regulariter vocato † ad suorũ primo conuentum episcoporũ per eos eius causa iuste audiatur, & rationabiliter discernatur. Finis vero eius causę ad sedem Apostolicam deferatur, vt ibidem terminetur. Nec antea finiatur (sicut ab Apostolis, vel successoribus eorum olim statutum est) quàm eius auctoritate fulciatur. *& paulo superius.* ¶ [3] Absens vero nemo iudicetur [e]. Nisi [B] ex cõtumacia absens fuerit: quia, & diuinæ, & humanæ hoc prohibent leges.

[A] ¶ Vt codice.] *Hinc vsque ad vers.* Iudices, *non sunt in epistola Zepherini, neque in vetustis Gratiani codicibus.*

[B] ¶ Nisi ex contumacia absens fuerit.] *Hæc absunt à pleriſque manuscriptis, & epistola ipsa, & Anselmo, & Iuone. Infra vero eadem q. 9. ca. absens. habentur tamquam Gratiani verba.*

Item Felix episcopus dixit in concilio Carthaginensi, 2. cap.

¶ A quot episcopis audiatur episcopus, qui in reatum inciderit. C. II.

4 SVggero secundum statuta veterum conciliorum, vt si quis episcopus (quod non optamus †) in reatum aliquem incurrerit [f], & nimia necessitas ei fuerit non posse plurimos congregare, ne in crimine remaneat, à duodecim audiatur episcopis [A].

[A] ¶ Episcopis.] *Quæ hoc loco in c. 10. concilij Carthaginensis y. adduntur, referuntur j. 15. q. 7. c. Felix. & ibi notabitur varietas.*

QVÆSTIO IX.

1. ps *DE accusatoribus* [g] *vero, vel testibus quòd in absentem, vocem accusationis, vel testificationis exhibere non valeant, multorum auctoritatibus liquet* [5].

Ait enim Telesphorus Papa, epistola vnica.

¶ Nisi reo præsente, accusator non audiatur. C. I.

6 ACcusatori omnino non credi decernimus, qui absente [h] aduersario causam suggerit, ante vtriusque partis iustam discussionem.

[g] ¶ *De accusatoribus.*] Secundum leges de crimine numquam proceditur contra absentem lite non contest. ff. de pœn. absentem. nisi in casu contra apparitores, vt C. de pœn. ne diu. " pro contumacia autẽ adnotantur bona eius, & expectatur per annũ: & si intra annum nõ venerit, postea bona deuoluuntur ad fiscum: nec super bonis auditur, sed bene auditur super crimine, vt C. de req. re. l. 2. Si autem intra annum veniat, bona recuperat si velit iudicio stare. Si autẽ lis est contest. & liquet de causa, in maioribus crimi nibus numquam proceditur contra absentem: immo auditur quantumcumque venerit, vt ff. de req. re. annus [c]. sed in minoribus quæ pœnam relegationis vel dãnum existimatiõis cõtinẽt, bñ proceditur contra absentẽ. ff. de pœ. absentẽ. fallit C. de adul. q̃uis. j. e. decernimus. Secundũ canones distinguit H. an liqueat de causa, an non. " Si liquet de crimine, potest condemnari absens [d]. 4. q. 5. c. 1. & 24. q. 3. de illicita. Si non liquet, est excommunicãdus, vt 11. q. 3. rursus. & c. quicumque. in hoc tamen peccat H. quia nõ distinguit an lis sit contestat. vel non: nam secundum eum non refert an lis sit contest. vel non. Ego tamen dico, quòd cum lis est contest. & liquet de causa, locum habet illud cap. decernimus. Sed si lis non est contest. vel est contestat. sed non liquet de causa, locus est illis cap. rursus. & cap. quicumque. nam ante lit. contest. numquam sunt recipiendi testes in crimine. extra vt lit. non contest. ad hoc Deus. nisi aliquid speciale dicamus de dilapidatione, vbi publica commoda periclitantur, vt supra ead. q. 2. qui ea. & C. de pœ. ne diu. Nullo enim priuilegio gaudere debet, q male administrando suos contubernales affligit, vt C. vbi de ratioc. l. 2. [e] Idem est in causa inquisitionis: " quia testes recipiuntur lit. non contest. vt extra vt lit. non contestat. quoniam frequenter. Item vbi quis infamatus deficit in purgatione, punitur lit. non contest. vt extra de purg. ca. cum Petrus. extra de fim. de hoc. Item in hæresi post mortem, vt 24. q. 2. sane profertur. Sed in causa ciuili non proceditur lit. non contest. nisi in casibus qui sunt extra vt lit. non contest. quoniam frequenter. Item in causa appellationis, vt C. de temp. app. l. vlt. extra de app. sæpe. & 2. quæst. 6. ei qui. Item in absentia actoris, vt extra de dolo & contum. causam, quæ est hodie correcta per decre. quoniam frequenter. sicut credo. C. quom. & quan. iud. auth. qui semel. Item vbi agitur iudicis officio. C. si min. se ab hær. abstin. in auth. ibi posita. ff. de min. in causæ. §. causa. Item in causa surreptionis. extra de sen. & re iud. cum olim. Item secundum quosdam in causa libertatis. C. de ingen. ma. diffamari. Item in petitione legati, vel fideicommissi. Argument. C. de vsu. & fru. legat. vel fideicommiss. l. 2. Item in Trebelliana restitutione. C. ad Trebel. l. penul. §. cum autem. Item cum electus non comparet. extra de elect. dudum. 1. in fine. Aliàs numquam ferenda est sententia ante lit. contest. sed proceditur contra absentem, prout traditur extra vt lit. non contest. quoniam in fine. Quod dicitur de officio iudicis, hodie certum est. extra de off. ord. cap. vltimo.

" Abſens in crĩali ꝑt in bõis puniri.

4 15. q. 7. Felix. in conc. Triburien. c. 10. Ansl. l. 3 c. 46. Bur. l. 1 c. 149. Iuo p. 5. c. 262. † *al. optimamur*

c Sed ibi de lit. cõtest. nihil dr̃: ſ ita intelligitur ꝓ doct. Bar.

5 Concord. tex. in l. absentẽ. C. de accu. & l. ne diu. C. ꝺ pœ.

6 Ansel. l. 3. c. 12. & 97.

" absens an possit condemnari.

d Adde ad hãc q. no. in l. seruum. §. publice. ff. de ꝓc. & l. 2 C. ꝺ req. re.

e Et sic dẽt itelligi ext. ꝺ do. & cõt. veritatis. secundùm L. vbi plene ꝺ hoc. Arc.

"Testes lite non cõtest. ꝓñt q̃nque recipi.

h ¶ *Qui absente.*] quia merita causarum, &c. & C. si per vim vel alio modo. l. vlt. nec etiam in causa restitutionis auditur quis volens de iure suo docere in absentia alterius partis, vt extra de ffo. deleg. consultationibus.

ADDITIO. Extra de in integrum restitutione. cum ex litteris. Archidiaconus.

DE accusatoribus.] Hæc quæst. diuiditur in iiij. partes: in qua rum prima probat per xij. auct. sanctorum patrum, quòd absens non debet condemnari, nec absentes in eum testificari, nec illum accusare, nisi contumax fuerit. Secunda ibi, *De his.* Tertia ibi, *Simul autem.* Quarta ibi, *Nisi in crimine.* I. de F. Casvs. Hic ponitur 9. quæst. qua quæritur an accusatores vel testes

Source : BIU Cujas

C *Aueant.*] Casvs. Quæsitum fuit ab Eleutherio, an iudices possint sententiare contra absentem non ex contumacia. Et respondet quòd non: & si tulerit, irrita erit sententia ipso iure: vel per sententiam irritabitur, & iudices pœnam sustinebunt: & eius qui semel calumniatus est, accusatio non audietur.

Item Eleutherius Papa in epistola ad episcopos Galliæ [1].

¶ Absente aduersario sententiam ferre non licet. C. II.

2 CAueant [a] iudices ecclesiæ, ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proferant: quia irrita erit [3]: immo etiam & causam [b] in synodo pro facto dabunt [c]. Proditoris vero nec calumnia, nec vox audiatur.

Item Calixtus Papa, epistola 2. ad episcopos Galliæ.

¶ Reo absente, accusator non audiatur. C. III.

4 ABsente eo, quem accusare voluerit quispiam †, accusatori non credatur: quia sine scripto difficile [d], per scriptum autem numquam recipiatur: quia per scripturam nullus accusare, vel accusari potest: sed propria voce, & præsente eo, quem accusare voluerit, suam quisque agat accusationem.

Item Cornelius Papa ad Rufum, epistola 2. cap. 2.

¶ Quæ in absentes geruntur, omnino euacuentur. C. IIII.

5 OMnia, quæ aduersus absentes [e] in omni negotio aut loco aguntur [f], aut iudicantur, omnino euacuẽtur: quoniam absentem nullus addicit [g], nec vlla lex damnat.

Item Marcellus Papa ad Maxentium, epistola 2.

¶ Non iudicetur, qui præsentialiter non accusatur, vel conuincitur. C. V.

NOn oportet quemquam iudicari, vel damnari: priusquam legitimos habeat præsentes accusatores, locumque [h] defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Item Damasus ad Stephanum archiepiscopum, epist. 3 c. 8.

¶ De eodem. C. VI.

6 HAbetur quoque in decretis sanctorum patrum sancitum, non fore canonicum quemquam sacerdotum iudicare, vel damnare: antequam accusatores canonice examinatos [i] præsentes habeat, locumque defendendi accipiat, id est inducias [k] ecclesiasticas ad abluenda crimina.

[*Idem Damasus ibidem continentur.*]

PALEA. C. VII.

7 NEc extra propriam [A] fiat prouinciam primo † discussionis accusatio, sine Apostoli ca præceptione: cui in omnibus causis debet reuerentia custodiri: quoniam & antiqua docet hoc patrum regula, in qua & imperialiter pariter statuta concinunt. Criminum, inquiunt, discussio ibi agenda est, vbi crimen admissum est. Nã alibi criminum reus prohibetur audiri. Et alibi in canonibus prȩcipitur [Quæcumque negotia in suis locis, vbi orta sunt, finienda sunt] & reliqua talia, & his similia: salua tamen in omnibus Apostolica auctoritate, vt nihil in his definiatur, priusquam ei placere cognoscatur, qua omnes suffultos esse oportet.

A ¶ Propriam.] *Sic est emendatum ex epistola ipsa Anselmo, & Iuon. Antea legebatur,* Nec extra patriam fiat prouincia. *Addita autem & nonnulla sunt ex epistola.*

Idem ad episcopos Italiæ, epist. 6.

¶ De eodem. C. VIII.

9 QVi accusare alium elegerit, præsens per se, & non per alium accuset, inscriptione videlicet præmissa [l]. Neque vllus vmquam iudicetur, antequam legitimos accusatores præsentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Item ex concilio Toletano sexto, cap. vndecimo. [10]

¶ De eodem. C. IX.

11 DIgnum est, vt innocentis [m] vita nulla maculetur pernicie accusatorum: ideo si quis † à quolibet criminatur, non ante accusatus supplicio detur †, quàm accusator præsentetur, atque legum, & canonum sententia exquiratur. Quòd si indigna ad accusandum persona inuenitur, ad eius accusationem non iudicetur, nisi [A] vbi pro capite regiæ maiestatis causa versatur.

A ¶ Nisi.] *Hæc sunt addita ex originali.*

Item Bonifacius Papa ad Gallos, epistola secunda.

¶ Sententia feriatur, qui causæ suæ negligit adesse. C. X.

12 DEcernimus † [n] vestram † debere intra prouinciam esse iudicium, & congregari synodum ante diem Calendarum Nouembrium: vt si adesse voluedat ¶ *Difficile.*] i. non, vt 2. q. 6. biduum. vel difficile, i. vix: quia in casibus fit accusatio sine inscriptionis vinculo, vt not. 2. q. 8. in princ.

OMnia.] Casvs. Quæsitum fuit vtrum testes recepti contra absentem, vel sententia lata contra absentem valeat? Et respondet quòd non, quia nulla lex damnat absentem.

a ¶ *Caueant.*] arg. "est hic pro opinione illorum qui dicunt, quòd sententia nulla est cum peremptorio non venit ad notitiam absentis, C. quo. & quan. iu. l. ea quę. & ff. quę sen. sine ap. resc. l. 1. § cum ex edicto. sed ibi non peruenit: qa nec propositum fuit. vnde secundum plerosq; bene tenet sententia, licet perẽptorium non venerit ad notitiam rei. sed hic expones irrita, i. irritanda. Vnde satis videtur sufficere si absens sufficienter sit requisitus, ad hoc vt possit ferri sententia, licet nõ sit inuentus, vt extra de do. & cont. causam. extr. de cle. non resid. ex tuæ. arg. ad hoc. 7. q. 1. prȩsentiũ. C. de iud. properandum. §. & si qui dẽ. ff. de euict. si ideo. & l. si dictum. §. si præsente. & ff. locat. item quæritur. §. exercitu. Arg. contra ext. vt lit. non conte. quoniam. §. si vero [a]. nam ibi dicitur, q etiam in causa matrimonij non est procedendum contra absentem, licet non inueniatur: quia potest esse q habeat iustã causam absentiæ. nec enim videtur contumax qui vocẽ prȩconis non audiuit. ff. de in inte. rest. l. pe. & vlt. Hoc tamẽ certum est, quòd siue peruenerit ad eum citatio, siue non: si probauerit iustam causam absentiæ, retractatur id quod factũ est, vt ext. de sent. & re iud. cum Bertholdus. Io. Hoc teneas q sufficit si citetur aduersarius publice ad domũ vbi consueuit morari, vt ext. de do. & cõt. causam. & c. vlt. & si non veniat lit. non contesta. fiat missio in possessionem, vel excõmunicabitur, vt ext. vt li. non contest. tuæ. lite vero contest. [b] ad sententiam pceditur, vt C. de iud. properãdum. §. & si quidem & §. sin autem. & si postea veniant assignando iustã causam absentiæ, retractabitur quod factum est, vt extra de sen. & re iu. cum Bertholdus. B[illegible] b ¶ *Causam.*] i. pœnã. c[illegible] *sunt.*] id est, sub [illegible] unt.

A *Bsente.*] Casvs. Quæsitum fuit ab Eleutherio, an absens possit accusari: & an absens possit per epistolam accusari. Et respondet q non, sed reo præsente & voce propria, & in scriptis, nisi in casibus exceptis.

e ¶ *Absentes.*] non per contumaciam, & in casibus exceptis in sum. Ioan.

f ¶ *Aguntur.*] Nota etiam q gesta, quę fiũt absente altero, nõ valent, vt j. ead. chartæ. & s. ead. caueant.

g ¶ *Adducit.*] i. punit.

NOn oportet.] Casvs. Dicitur hic q nullus debet damnari nisi legitimi appareãt accusatores, & præsentes: & tunc locus defendendi accusato præbeatur, i. inducię dentur ad delenda crimina. Idem dicitur in seq. c.

h ¶ *Locumque.*] i. inducias, vt j. c. prox.

i HAbetur.] ¶ *Examinatos.*] Hoc cum sint ignoti vel suspecti, vt 2. quæst. 7. quærendum.

k ¶ *Inducias.*] arg. sententiam non valere nisi prȩcesserint legitimæ inducię. extra de dilat. dilecti. & 5. q. 2. vocatio.

QVi accusare.] Casvs. Dicitur hic q qui vult alium accusare, debet præsens hoc facere, & non per procuratorem, vt reo reseruetur copia defendendi.

l ¶ *Præmissa.*] Inscriptio enim semper præcedit accusationem [c], vt extra de accu. qualiter. 2.

DIgnum.] Casvs. Dicitur hic q non debet aliqs accusari nisi præsens fuerit accusator: qa examinari dẽt, si est idoneus ad accusandum.

m ¶ *Innocentis.*] Sanctius est enim nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare, vt ff. de pœ. absentem.

DEcernimus.] Casvs. Maximus Valẽtinæ ciuitatis episcopus fuit de multis criminibus accusatus. post lit. contestat. multoties citatus nõ venit, ita q causa non poterat terminari. ꝓcipit ergo Papa episcopis Galliæ, vt ante calendas Nouembris synodo congregata illũ citẽt: & si venire noluerit, ferãt sniam in illũ tamquam in contumacem: nec curent si omnia delicta non comprobẽtur cũ per suam cõtumaciam videatur de omnib. confiteri. Quidam tamen dicunt quòd iste fuerat infamatus & procedebatur contra eum in modum inquisitionis. Seq. c. planum est.

n ¶ *Decernimus.*] quidã ponunt casum sic, q episcopus iste fuit infamatus, &

" Snia lata cõtra eũ ad quẽ citatio ñ peruenit, an valeat. 1 ĩ rescripto Iulij c. 24. in cõc. Carth. 4. c. 30. in capi. Hadri. c. 53. In cap. l. 7. c. 219. 2 Burc. l. 16. c. 14. Ansl. l. 3 c. 27. Iuo p. 6. c. 319. 3 Concord. tex. ĩ l. ea, q̃. & ibi gl. cũ concord. C. qũo & qñ iu.

4 12. q. 8. c. 1. Ansl. l. 3. c. 55 Bur. l. 1. c. 171 Iuo part. 5. c. 289. † *al. quicunque accusatori*

a Vbi d hoc ext. d excess. pl. ex lris. & videas qd ibi no. In. ad hº declarõnem. Arc. 5 Ansel. l. 3. c. 62.

7 Ansl. & Iuo ibid. † *al. prima*

6 Ansl. l. 2. c. 39. Iuo p. 6. c. 347. b Hoc intelige vt not. ext. de dol. prout. & de ap. sæpe. & c. p tuas. & not. Gof. in sum. de iud. §. idem. & post. vers. sesi. Arc.

9 Ansl. l. 3. c. 51. Iuo p. 6. c. 348.

c d hoc no. 2. q. 8. i sum.

10 Et ĩ Vuormaciẽs. c. 4.

11 Burc. l. 16. c. 5.

† *al. quisquis* † *al. dedicetur*] *al. deputetur*

12 Ansl. l. 3. c. 38. Bur. l. 1. c. 161. Iuo p. 5. c. 271. & p. 6 c. 338. † *al. decreuimus* † *al. vestrum*

Source : BIU Cujas

matus, & Papa committit istis vt in modum inquisitionis procedant, & si non venerit vt se purget, vel si defecerit in purgatione, videtur confiteri de crimine. vnde potest condemnari, vt ext. de si. de hoc. & c. insinuatum. Vel intelliges quòd hic fuit lis contest. sicut in summa intellexi hoc cap. vel non loquitur de diffinitiua sententia, sed de interlocutoria, vel excommunicatiõe [a], vel missiõe in possessionem. Videtur tamen quòd etiam li. non contest. ferri possit diffinitiua sententia, sed non de crimine, sed depositionis pro contumacia, vt videtur colligi extra de do. & contu. veritatis. Ioan.

a Pro isto intellectu fa. ꝙno. ẽ. q. ꝓ. c. 1. in gl. sed ꝓ contumacia. sed hũc intellectum nullum puto. Arc.

a ¶ *Voluerit.*] Maximus Valentinæ ciuitatis episcopus.

b ¶ *Sententiæ.*] ferendæ. contra. ff. de pœ. absentem. illud secundum leges.

Antea legebatur] professio ex ꝓcurata]

c ¶ *Manifestum est.*] præsumptiue, vt ff. de re iu. contumacia. §. 1. sic 34. q. 3. de illicita. in fi. Sed vr̃ ꝙ semper liqueat de causa, quia aut probat auctor qđ asserebat, & tũc condemnandus est reus. aut nõ probat, & tũc est absoluendus reus, vt 6. q. vlt. auctor. Respond. istud obtinet cum vterque est præsens & prẽterea quòd reus absoluitur, non procedit ex eo ꝙ de causa liqueat, " sed quia partiũ iura sunt obscura, & in dubio fertur sententia pro reo, vt inst. de interd. §. commodum. extra de fi. instr. inter. in fi. nam quandoq; actor probat intentionem suam, & tamen iudici non liquet de causa. ff. de re iu. l. Pomponius.

1 & in capi. Hadria. c. 4.

2 Pol. l. 5. ti. j. Ans. l. 3. c. 7. Iuo par. 5. c. 248. & p. 6. c. 331. Pan. l. 4. c. 54.

3 Concord. tex. in l. absentẽ. ff. de pœ. & l. ser uum. §. publice. ff. de procur.

† *al. Senonensi*

4 Snia hr̃ in epistol. Nic. ad epos, q i Cõuicinum cõuenerãt, nup impssa.

" Sententia in dubio fertur pro reo.

d ¶ *Purgandi.*] id est, ostendendi innocentiam suam, vel causam absentiæ.

e ¶ *Non omnia.*] dum tamen illa quæ probata sunt, sufficiant ad condemnationem, & omnia simul obiician

rit [a], præsens, si confidit, ad obiecta respondeat: si vero adesse neglexerit, dilationem sententiæ [b] de absentia non lucretur. Nam manifestum est [c], confiteri eum de crimine, qui indulto, & toties delegato iudicio purgandi [d] se ocasione non vtitur. Nihil enim interest, vtrum in præsenti examine non [A] omnia [e], quæ dicta sunt, comprobentur: cum ipsa quoque pro confessione procurata toties constet absentia.

A ¶ Non omnia.] *In originali, & apud ceteros collectores, & in vno peruetusto Gratiani codice est* omnia: *sed quia idem sensus elicitur, & adest glossa, non est mutatum.*

Item Felix Papa ad episcopos Galliæ epistola secunda[1].

¶ Absentes nec accusari, nec iudicari possunt. C. XI.

[2] ABsente aduersario non audiatur accusator, nec sententia, absente alia parte, à iudice dicta vllam obtineat firmitatem[3].

Item Nicolaus Papa Gallioni archiepiscopo Senensi†.

¶ Altera parte absente, diffinitiua non feratur sententia. C. XII.

[4] REuera iustus mediator non est, qui vno litigante, & altero absente, amborum emergentes lites decidere non formidat. His ita præmissis, volumus & Apostolica auctoritate monemus [f], vt si presbyter, de quo agitur, post excommunicationem [g] suam, Apostolicam sedem adire voluerit, nullus iter eius impedire præsumat.

Item Zepherinus Papa ad episcopos Siciliæ, epistola 1.

In absentem non est ferenda sententia. C. XIII.

RE*uera.*] Casvs. Quidam conquestus fuit de quodam presbytero absente forte ex iusta causa coram Gallione archiepiscopo, qui testibus receptis sententiam contra eum absentem tulit. & quia sententię parere nolebat, dictus archiepiscopus excommunicauit eum, quare sacerdos ille appellauit ad sed. Apost. sed impediebatur appellationem prosequi, vnde Papa ipsum archiepiscopum reprehẽdit, & præcipit ei, quòd si post excommunicationem suam appellationem voluerit prosequi nullus eius iter impediat.

f ¶ *Monemus.*] id est, mandamus. 2. q. 1. notum sit. 28. q. 1. sic enim. & no. ẽ. 2. q. 7. sicut inquit.

g ¶ *Post excommunicationem.*] nota, quòd excommunicatus appellat. arg. extra de sent. exc. per tuas.

h A*Bsens.*] ¶ *Nisi fuerit.*] Hæc verba ponuntur in auth. vt omnes obe. iu. §. si vero. coll. 5.

i ¶ *Contumacia.*] sic extra de testib. in nomine domini.

I*Ndicas.*] Casvs. Hermannus episcopus fuit furiosus, ꝙ constabat apostolico, qui postea homicidium vel aliud scelus commisit, de quo cum sępe coram Gallione archiepiscopo accusatus fuisset, appellauit ad Papam. Archiepiscopus autem indignatus rogauit Papam, vt de crimine cognosceret, & ipsum condemnaret. Nicolaus vero dicit, quòd non potest facere tribus rationibus, scilicet quia Hermannus erat absens, & quia non dixerat ei qui fuerunt illi excessus super quibus accusabatur, nec vtrum tempore delicti fuerit sanæ mentis, vel non. & ideo donec ista probẽtur, potius est sibi compatiendum, quàm sit sententia feriendus.

k ¶ *Hermannum.*] iste in furore occiderat hominem.

l ¶ *Quia.*] prima ratio est.

m ¶ *Quamuis.*] secunda ratio est.

n ¶ *Fuerint.*] & ita non tenebatur venire, vt 5. q. 2. si primates.

o ¶ *Nec vtrum.*] tertia ratio est.

p ¶ *Ostenderis.*] archiepꝰ bñ fatebatur, ꝙ qñq; fuerat furiosus: sed tñ dixit eum modo esse sanũ, & in sanitate occidisse hominẽ, aliàs tenetur ille potius probare, ꝙ dicat aliquem in furore peccasse, vt extr. de suc. ab intest. cum dilectus. & C. de cod. l. non codicillos.

5 ABsens vero nemo iudicetur: quia & diuinæ, & humanæ hoc prohibent leges.

Nisi fuerit [h] *absens ex contumacia. Pro præsenti namque eum contumacia* [i] *haberi facit.*

Item Nicolaus Papa Gallioni Senensi† *archiepiscopo.*

¶ De eodem. C. XIIII.

INdicas Hermannum †[k] episcopum super quibusdam frequenter fuisse accusatum: pro quibus (quia [l] ex parte ipsius, persona deest) nos vni parti ad discrimen alterius credere proculdubio non possumus: quamuis [m] nec vsque adhuc, qui fuerint [n] illi excessus, dixeris, nec vtrum [o] sanæ mentis erat idem antistes, nec ne, cum ipsos excessus perpetrabat, euidenter ostenderis [p]: satiusque arbitramur, quamlibet interim infirmitatem ad pœnam peccati, quàm ad ipsum pertinere peccatum, cui magis consulendum ꝙ sit, & compatiendum, quàm puniendum, vel aliquo modo feriendum.

Item Calixtus Papa ad episcopos Galliæ, epistola 2.

¶ Testes non dicant testimonium, nisi de his, quæ præsentialiter, & veraciter nouerunt. C. XV.

[6] TEstes per quamcumque scripturam [r] testimonium non proferant, sed præsentes [s] de his, quæ nouerunt, & viderunt [t] veraciter testimonium dicant. Nec de aliis causis, vel negotiis dicant testimonium, nisi de his, quæ sub præsentia [u] eorum acta esse noscuntur.

De hiis etiam, qui audierunt [x], *si ad hoc conuocati sunt, in ciuli causa testimonium*

5 5. q. 8. c. 1. Burc. l. 16. c. 13. Ans. l. 3. c. 62. Iuo p. 5 c. 245.

q ¶ *Consulendum.*] q. d. satis ipso furore punitur. sic ẽ. di. 5. baptizari. ff. đ of. præsi. diuus. iudex tñ diligẽtissime inqret, an fuerit furiosus ꝙ multi fingũt furorem, vt sic excusentur, vt ff. de curat. fur. obseruare. & j. ea. hortamur.

† *al. Senonensi*

† *al. Herimannum*

TEstes.] Casvs. Hoc c. introducitur pro alia parte quæstionis, s. ꝙ nõ dẽt ꝙs testificari cõtra absentem. Dr̃ ergo hic ꝙ Beneuen. quòd Calixtus fuit interrogatus vtrũ in causa criminali testes absentes possent testificari ꝓ scripturã? Et resp. ꝙ nõ, sed præsentes debẽt dicere veritatẽ de iis q̃ viderũt & nouerunt, & non de aliis negotiis nisi de his, q̃ sunt acta in eorũ pñtia. posset ẽt hoc intelligi i qualibet causa, qa sp dẽt esse præsens ille contra quem inducuntur testes, vñ testes absentes nõ pñt p scripturam testificari, sed in præsentia partium.

6 Burc. l. 1. c. 171. Ans. l. 3. c. 55. Iuo p. 5 c. 289. Pan. l. 4. c. 93.

r ¶ *Scripturam.*] numquid litteræ eorum nõ valẽt? Nõ in ferendo testimonio, qa testibus nõ testimoniis credẽdum est, vt extr. de cohab. cle. & mul. tua. De hoc no. j. 11. q. 3. curæ [b]. arg. ff. de cure. diuus. alias extra iudiciũ sec⁹ est, vt 11. q. 3. curę. 71. dist. extraneo.

b Adde qđ not. 12. q. 6. statuẽdum. in gl. instrumentũ, &c.

s ¶ *Sed præsentes.*] Fallit ff. de iu. iur. ad personas. extra de test. si quis testium.

s ¶ *Sed præsentes.*] in causa criminali semper testes erunt præsentes, sed in ciuili seruetur consuetudo regionis, vt ff. de testib. l. 3. in fi.

t ¶ *Qui nouerunt & viderunt.*] id est, aliquo sensu corporeo perceperunt [c]. large enim sumitur visus, vt ibi, Gustate & videte. & legitur in Exod. Videbant voces, id est audiebant. vnde si auditu aliqui conscij sunt de aliquorum fornicatione, bene possunt de hoc testificari. ext. de testi. præterea. & quòd de auditu recipiantur testimonia, patet extra de testi. cum causa. nam sufficit qualitercumque aliquid sciatur. 22. q. 5. hoc videtur. " Si ergo aliquis est mutus, dum tamen audiat, & scribere sciat, bene testificatur, vt C. qui testa. fac. poss. discretis. Similiter cæcus testificatur, si voces contrahentium habet notas. Nec obstat si dicas quòd cæcus potest in voce decipi, vt 27. q. 1. nec aliqua. nam in visu possumus decipi, vt 31. q. 1. quomodo & in tactu. 34. q. 2. in lectum.

c Sequitur Ale. đ Im. in l. bñ ad cognitionem. col. 6. ff. si cer. pe.

" Mutus & surdus testificari pñt.

t ¶ *Nouerunt.*] ergo de iis quæ pupillus vidit, non potest esse testis, quia hæc ætas ignorat quid videat. C. de fal. mo. l. 1. [d]

d Sed cõtra de cõs. di. 3. placuit de infantib⁹. & c. se. vbi de hoc 37. di. relatum. Arc.

u ¶ *Præsentia.*] dum tamen intelligant. nam aliter non dicuntur præsentes, vt ff. de ver. sig. coram. Non intellige presentem prout ponitur 16. q. 3. §. potest. sed intellige præsentem siue in eadem domo, siue alibi sit, dum tamen audiri possit, vt ff. ad Syl. l. 1. §. eod. tecto.

DE HIS. Casvs. Supra in cap. testes. dictum est quòd testes testificantur de iis quæ viderunt & nouerunt. Nunc autem vult ostendere casus in quibus etiam de auditu ferunt testimonium si vocati sunt ad hoc: sed certe si bene inspiciatur, in l. seq. non testimonium de auditu proprie, sed de confessione facta in oculis eorum, qui ad hoc vocantur.

" Testimonium de auditu sæpe admittitur.

x ¶ *Audierunt.*] " plures possunt notari casus vbi fertur testimonium de auditu. Vnus hic. Alius cum probatur voluntas obmutes-

Source : BIU Cujas

centis, vt 26.q.6.qui recedunt.& c.his qui. Alius in matrimonio, vt 35.q.6.de parentela. Alius in probatione periurij, 22.q.5. c.hoc videtur. Alius in memoria facti operis, vt ff.de proba. ſi arbiter. Alius extra de teſti.præterea.& extra eod.tit.cum cauſam. Sed certe non concedo, quòd alicubi ſit teſtimonium de auditu, niſi vbi teſtatur quis quòd ſic audiuit recitari à maioribus, vt dicitur extra de teſti.quoties.& hoc tantum contingit in matrimonio, & in memoria facti operis, licet hodie circa matrimonium illud ex parte ſit immutatum. extra de teſti.licet.2.niſi quis velit dicere ibi ideo eſſe teſtimonium de auditu, quia melius in talibus comprehendimus per auditum quàm per viſum. Vnde ſi duo intereſſent contractui quorũ vnus eſſet ſurdus, & alter cæcus, vnus audiret verba cõtractus, alter videret numerare pecuniam, per illos forte nõ probaretur contractus, quia ſingularis. extra de elect. cum dilecti. Sunt tamen hic alia duo ſpecialia, ſ.quòd valet confeſſio extra ius, ſicut & alibi. extra de exceſ.præla, quàm ſit graue. & in alio caſu quãdo quis confitetur ſe debere pecuniam cauſa adiecta, vt C. de non nu, pec.generaliter. in caſu qui habetur de ſecũda cautione quam mulier poſt biẽnium emiſit.C.ad Velleia.ſi mulier. " & generaliter dicunt quidam valere confeſſionem factam extra ius, vbi teſtes interſunt rogati.

1 &Nouella. 90. non iiſdem omnino verbis.

2 Anſel.l.3. c.58.

" Confeſſio extra ius qñ que valet.

" Teſtes an debeãt eſſe rogati.

aHoc eſt falſum, vt C.đ codic. l.vlt. §.fi.

dicere poſſunt, vt in Authenticis colla.7.tit. de teſtib. [1] *legitur.* ¶ *Si debitum ſcriptum ſit, & probatio ſolutionis proferatur à litigantibus per teſtes ſine ſcriptura, tunc ſuſceptibilem eam apud Iudicem eſſe volumus, dum ad hoc ipſum teſtes aſſumantur, vt perhibeant teſtimonium pro facienda ſolutione, aut pro memoria* [a] *alicuiiam factæ ſolutionis, & pro confeſſione* [b] *eius, qui pecunias accepit. Hæc autem inania, & ex tranſitu perhibita teſtimonia (vt ſi propter aliud opus adueniens audiuit aliquem dicentem ſe accepiſſe ab aliquo aurum, aut debere alicui) nulla ratione valere cenſemus.*

3 *Simul autem neceſſe eſt vt videant. Quòd ſi alius vno, alius alio tempore viderit, diuerſitas temporum, eorum teſtimonium non admittit.*

Vnde Leo Papa.

¶ Non admittuntur ad teſtimonium, quos non eodem tempore, negotio interfuiſſe conſtiterit.

C. XVI.

NIhilominus quoque puniendi [c] ſunt teſtes, qui ad calumniam aliquid teſtificantur, nec eorum voces tamquam plurium admittuntur, quos temporum [d] quidem diuerſitas ſimul [e] interfuiſſe prohibuit.

Item Ambroſius in libro de Paradiſo, cap.12.

¶ Ad ſeriem geſtorum, teſtis ex ſuo nihil adiiciat.

C. XVII.

PVra [f], & ſimplex [A g] teſtimonij ſeries intimanda eſt. Plerumque teſtis, dum aliquid [h] ad ſeriem geſtorum ex ſuo adiicit [i], totam teſtimonij fidem partis mendacio decolorat. Nihil igitur, vel quod bonum videtur, addendum [k] eſt.

A ¶ Simplex.] *Integer locus B. Ambroſij eſt.* Pura, & ſimplex mandati forma ſeruanda' vel teſtimonij ſeries intimanda eſt.

Item Felix Papa ad epiſcopos Galliæ, epiſtola 2.

¶ Abſens per alium nec accuſare, nec accuſari poteſt.

C. XVIII.

3 ABſens per alium accuſari, aut accuſare [4] non poteſt, nec affinis [l] teſtis admittitur.

4 ¶ *Niſi in crimine iniuriarum, in quo illuſtris perſona etiam per procuratorem* [m] *intendere, & excipere poteſt, ſeruatis ceteris ſolennitatibus, vt Cod.tit.de iniuriis.l.vlt.*

Item Pelagius Papa Sindulæ [A] *magiſtro militum.*

A ¶Sindulæ.] *Iuo p.8.c.67.refert aliud quoddam caput epiſtolæ à Pelagio ad Sindulam magiſtrum militiæ ſcriptæ.*

¶ Reo [n] abſente libellus accuſationis fruſtra offertur.

C. XIX.

CHartę, quas dedit nobis Lucidius, ſi illo tempore aduerſarius ipſius illic præſens fuiſſet, validæ erant. Sed quia aduerſario abſente [o] geſta, quæ nobis recenſuit, facta leguntur, talia leges non recipiunt.

infa. Lucius. extra de ord.cog.cum dilectus. quia ibi non eſt ſententia lata contra teſtem.

d ¶ *Quos temporum.*] ſimile 4.q.3.in teſtibus. C.de cod.l. vlt.§.vlt.ſi. C.de teſtam.ſi vnus.

e ¶ *Simul.*] Quidã dicunt hoc tenere in iis quæ non niſi ſemel committuntur, vt homicidium alicuius. ſed ſi ſæpius aliquid poteſt committi, ibi non nocet temporum diuerſitas. ſed eis obiicitur de Suſanna, 2.q.6.§. item Daniel. ſed illi reſpondẽt, ꝙ ideo fuerunt illi teſtes reprobati, quia dixerunt ꝙ in eadem hora & in diuerſis locis commiſſum eſſet adulterium, ſed non poterat committi in eadem hora & in diuerſis locis, & hoc dicũt propter expreſſam ſimilitudinem, & non propter identitatem: nam reuera aliud eſt adulterium quod hodie fit, aliud quod cras, ſed eſt ſimile illi, quod nõ concedo, cum ſinguli ſint in ſuis dictis ſingulares. Si tamen aliquem actum continuum viderẽt aliqui, licet diuerſis horis, vidētur quòd teſtimonium teneret, vt ſi ſucceſſiue in vno foramine viderunt aliquos fornicari [c]. Vel ſi aliqui volunt teſtari ꝙ aliquis excommunicatus celebrauit, & vnus audiuit finem miſſæ, alter principium, hoc caſu concedo eosbene teſtari de vna re propter continuationem actus, ſicut propter continuationem poſſeſſionis vna dicitur præſcriptio, licet facta ſit à diuerſis perſonis. 16.q.3.§. poteſt [d]. ver. quòd ſi ab eo. ſicut etiam vnus dicitur proconſulatus, licet diuerſæ perſonæ ipſum exercuerint, vt ff.de off.procon. meminiſſe. Item quid ſi conueniant in tempore, ſed diſcordant in officiis? vnus dicit de miſſa, alter dicit de veſperis? Eadem eſt quæſtio ſi vis probare ſolutionem decimæ, & vnus dicit frumentum ſolutum, & alter dicit fabam. Et reſp. quòd non valet teſtimonium: quia omnes ſunt in ſuo teſtimonio ſingulares, vt extra de elect. cum dilectus. diem forte non tenetur teſtis exprimere, ſed menſem, vt ſ.2.q.8.libellorum.

3 Pol.l.5.ti.j. Iuo par.5.c. 248. & p.6. c.331.

4 Adde tex. l. polla. C. de his quib. vt ind.

c Vide late de hac q. Ia. Bu. in l.fi. C. đ teſti. Cin. &Petr. īl. teſtium. e. tit.

d Melius §. pſcriptionũ ver. quod ſi ab eo. Arc.

PVra.] Casvs. Quæſitum fuit ab Ambroſio ſi teſtis admiſcet vero aliquid falſitatis, an eius teſtimonium valet? Et reſpondet, quòd non: quia pura & ſimplex eſt teſtimonij ſeries intimanda.

f ¶ *Pura.*] id eſt, ſine dolo.

g ¶ *Simplex.*] qualiter hoc intelligitur, dixi 4.q.3.in teſtibus.

h ¶ *Aliquid.*] arg. vtile per inutile vitiari, vt 12.q.ſi quos de ſeruis. ſ. diſt.37.ſi quid veri [e]. Sed contra, ff. de excu. tu. qui teſtamento. ſ. diſ. 9.ſi ad ſcripturas. Sol. " vtile per inutile vitiatur, vbi in iure inuenitur expreſſum, aliàs non. arg.15.q.3.§.cum autem.

e Et ſ.1.q.1. ratione. vbi videãs. & c. dñs. vbi vid arg.pro, &c. "vtile p inutile qñque vitiatur.

i ¶ *Adiicit.*] vel ſubtrahit, vt 5.q.vlt. presbyteri. ext. de ver. ſig. forus. §. vlt. arg. 11.q.3. quiſquis metu. 25.q.2. prę ſcriptione. 22.q.2. cum humilitatis. C. de teſtib. teſtium.

k ¶ *Addendum.*] quia non præiudicaret hoc alicui, ſi de hoc non iuraſſet, vt extra de teſtib. c. de teſtibus.

ABſens.] Casvs. Dicitur hic, quòd abſens non poteſt accuſare vel accuſari per procuratorem, nec teſtis affinis recipitur.

l ¶ *Nec affinis.*] ſ. ead.q.5.ſimiliter [f].

f Adde an& qñ admittãtur. Bar. no. īl.q teſtõ. ff. đ auct. tu. & īl.q teſtõ. ff. q ma. ac. po.

NISI. Casvs. Excipit Grat. vnum caſum in quo abſens poteſt accuſare per procuratorem, vt illuſtris perſona in crimine iniuriarum.

m ¶ *Per procuratorem.*] de hoc dixi ſ.2.q.6.ſi quando.

n ¶ *Reo.*] hæc rubrica eſt falſa, quia non intelligitur de libello accuſationis, ſed de libello atteſtationum.

CHartæ.] Casvs. Quidam accuſatus fuit, vel conuentus coram Sindua magiſtro militum Domini Papæ. In abſentia autem rei ſunt teſtes recepti: reus ſtatim cum ſciuit, appellauit ad Papam. Sindua vero miſit atteſtationes Papæ per Lucidium accuſatorem vel actorem: quas cum audiuit à Lucido fuiſſe receptas abſente reo dixit eſſe inualidas,

o ¶ *Abſente.*] ſupra 2.q.1.in primis. extra de teſt. in nomine Domini. & cap. de cetero.

Source : BIU Cujas

HOrtamur.] Casvs. Pelagius commisit quandam causam Decorato patricio. hortatur ergo vt sicut cõsueuit, ita pure procedat super hoc negotio, & faciat à testib. qui veritatem illius causæ nouerunt, omnem formidinem amputari, vt præstito sacramento dicant testimonium veritatis. & omnib. patefactis causam decidat.

a ¶ *Amputari.*] hic est ar. " ꝙ iudex præstabit conductum & securitatem testib. ext. vt lit. non cont. accedens. & de electio. bonæ memoriæ. extr. de ap. ex parte. 33. qu. 2. siue.

" Testibus est prestãda securitas.

b ¶ *Præsentari.*] sic ſ. ea. testes.

c ¶ *Nouerunt.*] Testis enim pro vtraq; parte testabitur. 14. qu. 5. non sane. & iurabit, ꝙ nihil falsitatis dicet. 2. q. 4. nullam.

Idem Decorato patricio.

¶ Testes corporaliter præstito iuramento testimonium dicant. C. XX.

HOrtamur, vt sub timore Domini consuetam cõscientiæ vestræ sinceritatem in hoc quoq; negotio conseruantes, omnem personis, quæ veritatem causæ istius scire possunt, faciatis amputari [a] formidinem, & vestris præsentari [b] cõspectibus, tactis sacro sanctis euangeliis, præbito etiam legaliter sacramento, quæ in veritate rerum nouerunt [c], professione suæ testificationis aperiant, vt patefactis omnibus, quæ secundum leges, & iustitiam censenda sunt cognoscatis, & competentem † legibus, & veritati terminũ detis.

Item Nicolaus Papa Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo.

¶ Accusator, & accusatus simul debent adesse. C. XXI.

NEcesse est secundum sacrarum scripturarum documẽta, ac secundum iustitię tramitem & accusatum & accusatorem simul adesse, & vnam partẽ, quamtacumque [d], & qualicumque prę dita sit auctoritate, sic prorsus audiri, vt alteri parti nullum præiudicium [e] irrogetur.

riſte tex. solet allegari, ꝙ notarius vel testis ñ [d]3 appõere in actu suo, nisi quæ vidit & nouit. Istã opin. t3 Pe. đ An. in c. fraternitatis. extra, de testi. & Ale. de Im. in l. si ex falsis. co. vltim. C. de transf.

† *al. conuenientem.*

a Loqtur in pœnis inferẽdis, ĩ qb⁹ defertur. 50. di. cõtumaces. extr. de of. del. pastoralis. qđ dic vt no. ext. đ trãſ. c. vlt. in gl. pen. Arc.

b Vers. ꝙ si forte. ꝑt eñ qs đ plurib. cõdẽnari si mul, vel absolui. 2. q. 6. si quis ex pluribus.

c Accusator deficiens in vno, an admittatur ad alia.

d ¶ *Quamtacumque.*] Parilitas enim seruanda est in iudiciis. C. đ prox. sacro. scri. in sacris. lib. 12. ff. de arb. si cum dies. §. si arbiter. ar. contra ext. de dol. & contu. ex litteris [a]. & est simile. 1. q. 1. teneamus. ſ. dis. 9. ego. in sententia & in iudicio nulli est deferendum, sed in sedendo, & in similibus sic 2. q. 8. quisquis.

e ¶ *Præiudicium.*] sic 11. q. 3. si quis vero. C. de stat. & imagi. l. 4.

QVÆSTIO X.



Vòd [f] vero deficientes [A] in primo capitulo non sint admittendi ad sequentia, ex concilio Carthaginensi septimo confirmatur, in quo sic c. 3. [2] statutum legitur.

[2] Et Afric. c. 97.

A ¶ Deficientes.] *In vulgatis codicibus legebatur*, testes deficientes: *sed expuncta est vox*, testes, *quæ abest à plerisque vetustis codicibus. Quæ enim in hac quæstione afferuntur, non ad testes, sed ad accusatores pertinent. Et superius initio causæ in propositione huius quæstionis decimæ nulla est mentio testium.*

f ¶ *Vòd vero.*] " vbi quis simul de pluribus criminibus accusat, si in vno deficiat, bene admittitur ad alia, vt ſ. 2. q. 1. in primis [b] dummodo non sit calumniator, vt 2. qu. 3. Paulum. nam & condemnatus prosequitur crimen, de quo inscripserat pendente accusatione, vt j. ead. qu. proxi. neganda. 2. & ff. de publ. iud. l. is qui. §. illud. Sed capitula hic posita loquuntur, vbi quis de calumnia conuictus vult accusare aliquem, & deceptus fuit. secus si in promissione; aliqua deceptus fuit, vt 2. quæstio. 3. Paulum. H. & alij distinguunt vtrum defecerit in minori, vel maiori: si in minori, admittitur ad sequentia, aliàs non. vt 2. quæst. 1. in primis. In ciuilibus autem causis conuictus de calumnia, bene ad sequentia admittitur, vt C. de inoffic. test. l. eum qui. inſt. de excu. tuto. §. qui autem. extra de appel. constitutus. 2. Quidam dicunt, quòd si quis accusauit de pluribus criminibus simul, & contestatus est litem super omnibus, licet in vno deficiat, bene tamen admittitur ad sequentia tamquam iam incœpta. Sed si tantam super vno est litem contestatus, & deficit in illo, non admittitur ad sequentia, quasi suspectus. ff. de accu. si cui. 6. q. 1. quicumque. Tu distingue an sit calumniatus, vel non, vt dixi: tamen si quis primo egit criminaliter, siue obtinuerit siue succubuerit, potest postea agere ciuiliter. C. quando ciuilis actio criminal. præiudicet. l. prima.

PLacuit.] Casvs. Quæsitum fuit in Carthaginensi concilio, si accusatores cum obiiciunt plura crimina, & in primo deficiunt, an sint admittendi ad sequentia? Et respondet quòd non. Sequens §. patet, sed sequens cap. non probat bene quod dicitur in §. & ca. præcedenti.

Probatur illud idem auctoritate Arelatensis concilij secundi, in quo sic ca. 24. diffinitum est. [4]

¶ Qui falsa fratribus obiiciunt, vsque ad exitum non communicent. C. II.

EOs, qui falsa fratribus capitula † obiecisse [h] conuicti fuerint, placuit vsque ad exitum non communicare, (sicut magna synodus [5] ante constituit) nisi digna satisfactione pœnituerint.

Item Felix Papa in secunda decretali, episcopis Galliæ.

¶ Qui quod obiicit, probare non valet, de cetero ad arguendum non admittitur, nisi propriam causam ciuilem dumtaxat asserere voluerit. C. III.

[6] SI accusatorum personæ in iudicio episcoporum culpabiles [i] apparuerint, ad arguendum episcopos [A] de cetero non admittantur, nisi proprias causas asserere (non tamen [k] criminales, vel ecclesiasticas [l]) voluerint.

A ¶ Episcopos de cetero.] *voces istæ absunt ab omnibus vetustis codicibus, & ceteris locis iudicatis. Auctor tamen casus eos habuit, & ponderauit.*

Cum ergo qui falsa fratribus obiiciunt, vsque ad exitum vitæ à communione prohibeantur, cum illi, qui in episcoporum iudicio culpabiles inueniuntur, ad arguendum de cetero admitti prohibeantur, apparet, quòd in primo capitulo deficientes, tamquam falsorum obiectores ad sequentia procedere non valent. [7]

¶ Quidam sic ponunt casum. Accuſo te super plurib. criminib. simul, & eodem libello, & litem super his omnib. contestor: licet in vno deficiam, tamen admittor ad sequentia, licet iam sim infamis, & hoc est ideo: quia tempore li. conte. fui bonę famę, vt ff. de pub. iud. is q. & 2. q. 1. in primis. ibi, an grauiora, &c. Si autem te primum accuſo de vno crimine, & deficio, non admittor postea ad alia. Io. Sed certe mirum videtur de istis opinionibus. nam si litem contestatus est accusator super plurib. criminib. publicatis attestationib. postea nõ admittitur ad probandum aliud, sed si super vno tantum litem contestatus est, & non probauit, videtur calumniari, & ita nõ admittitur postea ad sequẽtia, vt hęc capitula dicunt, quæ in hoc casu intelliguntur. B.

3 Rab. in pœnit. c. 1. Burc. l. 2. c. 198. Iuo part. 6. c. 271. Pan. l. 4. c. 64.

4 Capit. l. 6. c. 241. & Arelatẽſe 1. c. 14

† *al. capitalia*

5 Arelat. 1. c. 14.

g ¶ *Non admittãtur.*] sed videtur, quòd huiusmodi exceptio nõ possit obiici post litem conte. vt ff. de adul. si maritus. §. præscriptiones. maxime cum exceptio, scilicet tu es calumniatus, sit dilatoria: quia tantum declinatoria est iudicij. ſ. qu. 6. §. 1. quod ex hoc patet: nam ab alio adhuc accusari potest. Respondet quidam speciale esse in adulterio, vt etiam peremptoriam ibi aliquis non possit obiicere post lit. contest. scilicet hanc, tu per quinquennium tacuisti, vt C. de adul. adulter. sicut & speciale est in illa exceptione, extr. qui ma. ac. pos. cum in tua. Alij dicunt, quòd hæc exceptio, tu es calumniatus: bene potest obiici post litem conte. Sed melius dic, quòd hic lis non fuit contestata, nisi super eo in quo defecit. Vnde cum vult procedere ad alia super quibus lis non est contestata, iuste admittitur huiusmodi exceptio contra illum. Vel dic, quòd illa exceptio de nouo cœpit competere, vnde potest ea vti post litem contestatam. vt ext. de off. dele. insinuante.

6 j. 4. q. 6. si accusatorũ. In cap. Hadria. c. 4. Capit. l. 5. c. 241. Ans. l. 3. c. 86. Iuo p. 6. c. 418.

7 Cõcor. l. q crimẽ. & ibi Cy. C. q ac. nõ pos. gl. ĩ l. fi. C. de ac.

EOs.] Casvs. Dicitur in hoc capitulo, quòd si qui conuincantur falsa crimina aliquibus obiecisse, debent excommunicari vsq; ad mortem, nisi ante resipiscant.

h ¶ *Obiecisse.*] calumnioſe ſubaudi.

SI *accusatorum.*] casvs. Quidam repeti sunt culpabiles in accusatione episcoporum, quæritur vtrum isti sint de cetero admittendi ad accusandum? Et respondetur, quòd nõ, nisi in propriis causis ciuilibus: in criminalibus tamen vel ecclesiasticis non admittuntur. Dicit hoc contra episcopos. sed contra alios bene agent proprias causas criminales, vel ecclesiasticas.

i ¶ *Culpabiles.*] id est, calumnioſæ ſubaudi.

k ¶ *Non tamen.*] suam iniuriam non prosequendo, sed publico iudicio accusando, vel speciale est in calumniatore episcopi, ne sit contra. 4. q. 6. omnibus. & ſ. 2. q. 1. prohibentur.

l ¶ *Ecclesiasticus.*] hoc ideo dicit, quia causa ecclesiastica non est agenda nisi per hominem bonæ opinionis. 5. q. 3. quia [c].

c đ hoc no. ſ. c. q. 7. c. 1.

CVM ERGO. Casvs. Concludit Gratianus ex illo c. eos. & ex illo, si accusatorem. quod deficientes in primis non admittuntur ad sequentia.

Ab ac

Source : BIU Cujas

B accuſato.]Hæc q.diuiditur in tres partes:in prima qua rum probat per tria c.quòd accuſatus accuſare non poteſt de minori vel pari prius quàm probauerit ſe innocentem:poteſt tamen libellum iudici porrigere. Secunda ibi, *Aliquando.* Tertia ibi, *Cauſa vero.* Ioan. de Fan.

CASVS. Ponitur hic 11. q. qua quæritur an accuſatus poſſit vertere accuſationem ſuam in accuſantem. & certum eſt, quòd non, in aliquo crimine, ſi nomen accuſati iam receptum ſit inter reos. vt ff. de adult. ſi maritus. §. preſcriptiones. ſi non eſt receptum, non poteſt illum accuſare niſi de maiori crimine, vel niſi ſuam iniuriam proſequatur. ſi vero in modum exceptionis crimen obiicit, vt repellat accuſatorem ab accuſando, ſemper prius auditur excipiens de quocumque crimine, vt C. de adult. quoniã Alexandrum. & 32. q. 6. nihil iniquius.

QVÆSTIO XI.

B accuſato[a] vero accuſationem in accuſatorem verti multorum auctoritatibus prohibetur.

Ait enim Stephanus Papa, epiſt. 2. ca. 7.[1]

¶Accuſati, niſi prius ſe purgauerint, alios accuſare non poſſunt. C. I.

NEganda[b] eſt accuſatis[c] licentia criminandi[d], priuſ quam ſe crimine, quo premũtur, exuerint: quia non eſt credẽdum contra alios eorum confeſſioni, qui criminibus implicati ſunt, niſi ſe prius probauerint innocẽtes: quoniam periculoſa eſt, & admitti non debet rei[e] aduerſus quemcumque[f] profeſſio.

Lib. 9. codicis titulo primo, l. 19.[3]
Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus, AAA.

¶De eodem. C. II.

NEganda eſt accuſatis (qui non ſuas[g] ſuorumque iniurias perſequuntur†) licentia criminandi in pari, vel minori, priuſ quam ſe crimine, quo premũtur, exuerint, ſecundum ſcita veterum iuris conditorum: ita tamen, vt & ipſi inſcriptiones contra eos etiam pendente accuſatione deponere poſſint.

Item ex decreto Hadriani Papæ, c. 33.[5]

¶De eodem. C. III.

NOn eſt credendum contra alios eorum confeſſioni, qui criminibus implicantur, niſi ſe prius probauerint innocentes: quia periculoſa eſt, & admitti nõ debet rei aduerſus quemcumque profeſſio†.

Hoc autem intelligendum eſt in pari, vel minori crimine. Ceterum ſi de maiori crimine eum accuſare voluerit (veluti, ſi accuſatus de fornicatione, de periurio, de homicidio, vel ſimonia, vel quolibet alio huiuſmodi crimine accuſatorem ſuum impetere voluerit) his auctoritatibus non prohibetur.

¶ *Aliquando enim criminalis quæſtio præiudicat ciuili. Aliquando*[A] *criminali. Vnde in lib. 3. codicis titul.*[7] *de ordine iudiciorum lege quarta legitur.* ¶ *Ciuili quæſtione† intermiſſa ſæpe fit*[h]*, vt de crimine iudicetur, quod, vt pote maius, minori merito præfertur.*

A ¶Aliquando criminali.] *Antea legebatur,* aliquando ciuilis criminali, *expuncta eſt dictio,* ciuilis, *auctoritate veterum codicum. Nam hic tantum agitur, quando cauſa criminalis ciuili, aut criminali præiudicat. In ſequenti autem c.* §. aliquando ciuilis, *exponitur, quando ciuilis, & ciuili, & criminali præferatur.*

Item libro nono codicis, tit. Qui acc. non poſſunt, l. 1.[8]

C. IIII.

PRius[i] eſt, vt criminibus, quæ tibi, vt grauiora ab aduerſario tuo obiiciuntur, cædis atque vulnerũ reſpondeas: & tunc ex euentu cauſæ[k] iudex æſtimabit, an cio. cum iam ſit infamis. ff. de publ. iudi. l. infamem. & hoc ſi poſt condemnationem accuſationem inchoat in extraneum, non in ſuum accuſatorem. ſi enim in ſuum accuſatorem, poteſt. ſi non, perdit ex illo crimine ciuitatem, vel libertatem, vt ff. de publ. iudi. l. is qui. & hoc ideo, quia parcitur illi qui prouocatus vult ſe vlciſci. ff. de bon. lib. qui cum maior. §. ſi libertus. ſecundum canones autem cum quis eſt damnatus de crimine: amodo non poteſt accuſare nec ſuũ nec extraneum accuſatorem, vt vndecima quæſtio. prima. qui crimen. niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur. quarta, quæſtione ſexta. omnibus.

5 In cap. Hadria. c. 33.

6 Anſ. l. 3. c. 92. ſ. c. negan-da. 1.

† *al. confeſſio*

NOn eſt credendum.] HOC AVTEM. CASVS. Exponit hic Gratian. in quo caſu intelliguntur ſupradicta c. cum lege inſerta, ſcilicet de pari vel minori crimine. ſed ſi de maiori crimine ante litem conte. velit accuſatorem reaccuſare, poteſt. verbi gratia, accuſat aliquis de fornicatione alium, poteſt accuſatus reaccuſare illum de periurio, vel homicidio, vel ſimonia.

7 tit. 8. l. 4.

A ¶ Epiphanium.] *In epistola hæc antecedũt.* Præterea nostri latorem præsentium Epiphanium presbyterum quorumdam, &c.

Item ex decreto Hadriani Papæ, c. 49.

¶ Qua pœna delator sit feriendus. C. V.

1 in cap. Hadria. c. 49. Capit. l. 7. c. 360. Anſ. l. 3 c. 88.

Vo fornicatores.] Casvs. Supra in 2. & 4. causis in multis capitulis docuit Gra. ꝙ criminosi, & infames repelluntur ab accusatione & testimonio: sed quia quędam sunt crimina excepta in quibus criminosi vel infames admittuntur, ideo annectit hãc causam, vt ostendat, ꝙ in crimine excepto criminosi & infames admittuntur. Ostendit etiam, quòd simplici assertioni episcopi nõ creditur, cum vult alium accusare, & ꝙ episcopus accusatus ad alium archiepiscopũ ire non debet, vt hæc & alia faciat, proponit thema, de quo quinque elicit quæstiones. Sunt autem crimina excepta (vt dicit H. crimen læsæ maiestatis: crimẽ perduellionis, quod est species criminis læsæ maiestatis, crimen hæreseos, crimen simoniæ, crimen sacrilegij, crimen fraudati census vel annonæ. Inter hęc est crimen simoniæ, quod magis in ecclesia frequentatur.

2 Cap. l. 6. c. 244. 3 Burc. l. 6. c. 27. Iuo p. 10. c. 156.

[*Item ex concilio Eliberitano.*] [2]

¶ De eodem. PALEA. C. VI.

[3] DElator si quis extiterit fidelis, & per delationem eius aliquis fuerit proscriptus, vel interfectus, placuit non [A] nisi in fine accipere communionem. Si leuior causa fuerit, infra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, post quinquennij tempora admittatur ad baptismum.

A ¶ Non nisi.] *In concilio ipso, & capitularibus legitur,* nec in fine; *quod in multis eiusdem concilij decretis repetitur. Quomodo autem hic, & apud Burchardum, atque Iuonem legitur, conuenit canone 13. Nicæni concilij, in quo sic statutum est.* De his, qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua regularisque seruabitur, ita, vt si quis egreditur è corpore, vltimo & necessario viatico minime priuetur. *Hanc controuersiam copiose explicat Inn. 1. epist. 3. c. 2. Exuperio episcopo Tolosano.*

Item ex octaua synodo. [4]

¶ Qui innocentem falso crimine maculaue rit, sacerdotis arbitrio pœna diuturna purgetur. C. VII.

4 in regula Isid. c. 17.

Vod autem.] Hæc quæstio diuiditur in quattuor partes. In prima probatur per 16. auctoritates sanctorum, ꝙ infames, excommunicati, & inimici nõ possunt alios accusare. Secunda ibi, *Cum itaque.* Tertia ibi, *Quicumque.* Quarta ibi, *Verum.* Ioan. de Fant.

Casvs. Hic intitulatur prima quæstio, qua quęritur an criminosi & infames repellãtur ab accusatione?

5 Anſ. l. 3. c. 116. Bur. l. 15. 2. q. 1. in primis. nisi in c. 5. Iuo p. 6. c. 367. & p. 16. c. 6. Et certum est ꝙ sic, vt ca. 89. dist. si quis Papa. & 15. q. 3. sane. & procedit hoc ordine Gra. in hac quæstione, Primo probat, ꝙ criminosi & infames non debent admitti ad accusandum, vsque ad §. sed licet. Postea dicit, ꝙ in crimine excepto & in crimine simoniæ bene admittuntur testes isti & similes.

f ¶ *Quòd autem.*] in simonia quilibet auditur accusans contra laicũ, etiam meretrix, vt 89. di. si quis Papa. & ext. de sim. tanta. & hoc ideo, quia omnia crimina nulla reputantur respectu istius, vt 1. q. vlt. patet. secus si accusatus sit clericus, & bonæ famæ, vt 2. qu. 1. in primis. in fi. immo eadem est distinctio in laico. an prius fuerit bonę famę, an non, vt ff. ad leg. Iul. maie. famosi. "Licet autem in exceptis criminibus admittantur crimino si, non tamen sine tormento, vt 4. q. 3. si ea. Si ergo clericus est bonæ famæ nullo crimine suspectus, non auditur contra ipsum, vt extr. de testi. veniens. Si est malæ, quilibet admittitur ad accusandum & testificandum, vt extr. de si. per tuas. Quidã tamen dicunt, ꝙ licet viles admittantur ad accusationem, non tamen ad testimonium, quia tota vis negotij pendet ex testimonio, sed non in accusatione. Vel dic, vt dixi 2. q. 1. in primis. in fin.

†clerum] orig.

†al. arceantur.

"Criminosi in exceptis crib° testificari pñt. †al. huius

Si sacerdos.] Casvs. Quæsitum est ab Anacleto, an criminosi possint accusare sacerdotes? & respõdet, ꝙ non, quia cũ ab Apostolo præcipiatur sacerdotẽ sine crimine eligi, numquam debet à criminosis accusari, sed ab illis tantum, qui possunt ad sacerdotiũ promoueri.

g ¶ *Præcipitur.*] ab Apostolo [b], vt 25. dis. primum. si tale est crimẽ quod est accusatione, & damnatione dignissimum, vt 81. dist. Apostolus.

b Et sic patet ꝓceptũ esse Apostoli ordinãdũ esse sine crimine, scdm Hu. & Laur.

Omnes.] Casvs. Dicit Hadrianus Papa, ꝙ omnes dicuntur esse infames, quos leges sæculi infames appellant, & isti tales & alij qui suis culpis non possunt ad sacerdotium promoueri, repellũtur ab accusatione: qa sicut maior à minori iudicari non põt, ita nec accusari.

h ¶ *Leges.*] Sed ꝙ alios dicimus infames secundum canones, qui nõ sunt infames secũdũ leges, vt bigamos, & corpore vitiatos, sicut nec omnes dicimus infames secundũ canones qui secundũ leges sunt infames, vt mulier, quæ nubit intra tempus luctus. Io. Sed certe bigami & corpore vitiati non sunt infames, & si sint irregulares, cũ non de liquerint

6 Pol. l. 5. ti.

clericum † fatigare tentauerit, & conuictus fuerit, ab ecclesiæ liminibus, & à catholicorum communione, nisi digne pœnituerit, coerceatur †.

CAVSA VI.

Vo fornicatores, & infamia notati, quemdam religiosum episcopum de simonia accusare nituntur: reus alterius prouinciæ archiepiscopi iudicium expectat: tandem in probatione deficit accusator: reus cogitur ad suæ innocentiæ assertionem.

1 *Hic primum quæritur, an crimine irretiti, vel infamia notati ad huiusmodi † accusationem sint admittendi.*

2 *Secundo, si episcopus in eos accusationem vertere voluerit, an simplici assertioni suæ sit fides habenda.*

3 *Tertio, si liceat sibi expetere iudicium archiepiscopi alterius prouinciæ.*

4 *Quarto, cuius iudicium sibi sit expetendum, si circa suam sententiam episcopos suæ prouinciæ discordare contigerit.*

5 *Quinto, si in probatione deficit accusator, an reus sit cogendus ad probationem suæ innocentiæ.*

QVÆSTIO I.

1 ps *Vòd* [f] *autem crimine irretiti alios accusare non possunt, Anacletus Papa testatur, epist. 2 episcopis Italiæ dicens.*

¶ A criminosis sacerdos accusari non permittitur. C. I.

SI sacerdos sine crimine eligi ꝓcipitur [g], nullatenus ab hominibus criminibus irretitis accusari, aut calumniari permittitur, nec ab aliis, quàm ab iis, qui sine crimine sunt, & iuxta [A] electionem sacerdotes ordinari possunt, & tales per omnia inueniuntur, quales sacerdotes eligi iubentur.

A ¶ Iuxta electionem.] *Sic in omnibus collatis manuscriptis codicibus, præterquàm in vno, in quo est,* iuxta electione, *In vulgatis erat,* iuxta electionem canonicam, *In epistola autem ipsa sic legitur,* & iuxta electionẽ, si necessitas fuerit, aut ipsi volendo Domino seruire elegerint, sacerdotesque sine crimine fieri, & ordinari possint, & tales per omnia fuerint, quales eligi sacerdotes iubentur.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. 2 1.

¶ Infames, & qui culpis exigentibus ad sacerdotium prouehi non possunt, sacerdotes non accusent. C. II.

j [6] OMnes vero infames esse dicimus, quos leges [h] sæculi

liquerint,B.Dicunt tamen quidam,q; infamia,quæ est irrogata per sententiam,vel quæ contrahitur ipso facto,vt cũ aliqua deprehenditur in adulterio,vel cum aliquis contrahit binas nuptias: de qua agitur ff. de his qui not.infa. "quid ergo.infamia hæc non purgatur per quamtamcumque pœnitẽtiam[a], vt 2.q.3. §.hinc colligitur.nisi restitutus sit ab illo qui potest restituere, vt à principe,vel à senatu,vt 2.q.3.§.notandum.2.in fin.ff.de postu. l.1. §.de qua. Alia est infamia facti, de qua agitur ꝯ.ea. sunt plurimi.& melius dicitur infamatio quæ inducit purgationem. & illa aboletur purgatione præstita,vt 15.q.5.de crimine. Est etiã quædam infamia canonica,quę irrogatur ex quolibet peccato mortali, vt hic, & 32.q.5.præceptum. in fi. & aboletur per pœnitẽtiam, vt ꝯ.e.illi qui. tamen(vt dicunt quidam)talis non admitteretur ad accusationem vel promotionẽ: quia nõ sufficit, quòd modo nõ sit infamis: sed q; numquam fuerit infamis.ꝯ.e.qui crimen[b]. Item infamia contracta ex sententia excommunicationis tollitur per absolutionem,vt 3.q.1.c.1. sicut finito tempore relegationis tollitur infamia orta ex sentẽtia.ff.ad munici.ordine.

Gal.5.

1.Cor.5.

b Hoc determinatur extra de tem. ord.c.vlt.

a ¶*A minoribus.*] Honestate morum,id est, criminosis, ne sit contra 2.q.7. præsumunt. & c.lator.

Lli qui.] Casvs. Hoc cap.diuiditur in duas partes. Prima loquitur de peccatoribus non excommunicatis. Secunda de anathematizatis. In prima ergo parte dicitur,quòd illi qui mortalia peccata committunt, non debent recipi ad accusandũ:quia infames sunt,& in barathrum dilabuntur: nisi eis à sacerdotibus est subuentum : vnde sunt ad pœnitentiam compellẽdi.In secunda parte dicitur, q; anathematizati repelluntur similiter ab accusatione : quia infames sunt:nec possunt communicare nobiscum,nisi absoluantur.secunda pars incipit ibi, *Similiter.* Sequens capitulum patet.

1Anſ.l.3.c.j.

1.Cor.5.

2Anſ.ibid. Ioan.8.

b ¶*Illi qui.*]Secundum quosdam prima pars loquitur de criminosis non excommunicatis.secunda de excommunicatis.Secũdum alios loquitur prima pars de occultis:secunda de manifestis criminosis.

c ¶*Compellendi.*] Arg.existentem in mortali peccato cogendum esse ad pœnitentiam.22.q.1.prædicandum. 24.q.3.tam sacerdos. Arg. contra 2.q.1.multi.

d ¶*Nisi eis.*] Arg.tolli infamiam per satisfactionem ecclesiæ,vt 22.q.5.præceptum.35.q.6.si duo. Arg.contra 3.q.4.consanguineorum.& c.ij,qui ꝯ.e.quicumque.& 22.q.5.paruuli. "Sed dic q; canonica infamia per pœnitẽtiam tollitur:sed non illa quæ irrogatur ipso facto, vel per sententiam. Io. de ipso occulto crimine tollitur per pœnitentiam[c],sed non de manifesto,vt ext.de temp.ord.c.vlt.& pen.

" Infamia canõica tollitur pœnitentia.

c De hoc not.ꝰ.e.c.2. ibi videas.

e ¶*Huiuscemodi.*]scilicet excommunicatis.

f *Omnes.*]¶*Ante satisfactionem.*]vel iuramentum.extr.de sent. excom.per tuas.

Beatus.] Casvs. Iacobus episcopus Hierosolymitanus quæsiuit à Clemente,qui sint repellendi ab accusatione episcoporum? Et respondet quòd quattuor genera hominum ab eorum accusatione debent repelli,sicut docuit beatus Petrus,scilicet criminosi & irregulares,scilicet qui ad eumdem ordinem non possunt promoueri:& infames,& laici omnes,qui debent sacerdotibus subesse : quia non debent maiores à minoribus iudicari vel accusari. Ab humano die,id est,carnali sensu.

fames appellãt,& omnes,qui culpis exigentibus ad sacerdotium non possunt prouehi. Indignum est enim,vt illi eos accusent,qui esse nõ possunt, quod ipsi sunt:quoniam sicut maiores à minoribus [a] non iudicantur,ita nec criminari possunt.

Item Fabianus Papa,epist.2.episcopis orientalibus.

¶Infames sunt,qui regnum Dei consequi non valent. C. III.

Lli,qui [b] illa peccata perpetrãt, de quibus Apostolus ait[Quoniam,qui talia agũt, regnum Dei non consequentur] valde cauendi sunt, & ad emendationem, si voluntariè noluerint,compellendi [c]:quia infamiæ maculis sunt aspersi, & in barathrum delabũtur, nisi eis [d] sacerdotali auctoritate subuentum fuerit.¶Similiter,&illi, de quibus ipse ait[Cum huiuscemodi [e] hominibus nec cibum sumere:]quia infamia sunt notati, antequam sacerdotali auctoritate sanentur,& in gremio sanctę matris ecclesię redintegrentur:quia, qui extra nos sunt,nobiscum communicare non possunt.

Item Fabianus,epist.1.

¶Ante satisfactionem excommunicati ad accusationem non admittantur. C. IIII.

2[1] *Omnes illi sunt ab accusatione repellẽdi,quos Apostolus commemorat,dicẽs* [Cum eis nec cibum sumere,] & ante satisfactionem [f] ecclesiæ non sunt suscipiendi.

Item Clemens Papa Iacobo Hierosolymorum[A] *episcopo,epist.1.*

A ¶Hierosolymorum.] *Antea erat* metropolitano.*Emendatum est ex plerisque manuscriptis codicibus.Nam & Clemens in epistola sic ipsum Iacobum vocat.*

¶Sacerdotes non nisi à coæqualibus accusari debent. C. V.

2[2] *Beatus Petrus homicidas, & adulteros, & cunctos crimi*nalibus nexibus alligatos, & qui eis coæquales non erant, ab episcoporum†vexatione,& accusatione dicente † g Domino prohibebat, & non nisi coæqualibus aliquid eis inferri debere docebat.*et paulo post.* ¶Infames etiam omnes, & quos primates, & leges sæculi non suscipiunt,sed & laicos ab eorũ accusatione,& vexatione semper repelli debere rogabat [h], & cunctos illis subditos esse præcipiebat:cunctorum sacerdotum vitam superiorem, sanctioremque, ac discretam à sæcularibus,& laicis hominibus esse, & spirituales quosque, atque sacerdotes super carnales, ac laicos semper constituendos docebat, quoniam pro minimo [i] nobis esse debet, vt à talibus [k] arguamur, & iudicemur, vel ab humano [l] die. Maiores vero à minoribus nec accusari, nec iudicari vllatenus posse dicebat: quoniam non solum hoc diuinas, sed & leges sæculi inhibere docebat.

Item Hadrianus Papa in capitulis,c.68.

¶Qui criminosus fuerit,sacerdotes accusare non potest. C. VI.

3[1] *Qvi crimen* [m] *intendit,agnoscendum est, si ipse ante* [n] *non fiat criminosus:quia periculosa est, & admitti non debet rei* [o] *aduersus quemcumque professio. & infra.c.72.* [4] ¶Testes autem sine aliqua sint infamia, vxores, & filios habentes, & Christum [p] omnino prædicantes.

Non solum autem criminosi, sed etiam quilibet alij ab accusatione episcoporum repelluntur.

Vnde Anacletus Papa,epist.1.ait.

¶Deo non placet,qui seruos suos accusat. C. VII.

g ¶*Dicente.*] cum dixit,Qui sine peccato, &c.3.q.7.qui sine.

h ¶*Rogabat.*] id est, precipiebat.sic 11.q.3. rogo.

i ¶*Quoniam pro minimo.*]sic continua:quoniam &si boni sumus.

k ¶*Vt à talibus.*] scilicet illis qui semper parati sunt reprehendere:de quibus ait 11. quæst.3.senti.sed aliorum reprehensiones attendendæ sunt: qui licet mali non sint, tamen ideo reprehendunt, quia eos malos esse credunt,vt 11.q.3. non sunt.12.quæstio.1. nolo.

l ¶*Ab humano die.*]id est, qui tantum humana [d] non diuina quærunt.8.q.1. sunt in ecclesia.

Qvi crimen.] Casvs. Quæsitum fuit ab Hadriano qui repellantur ab accusatione & testimonio?Et respondet quòd si à tempore baptismi fuit criminosus,repellitur ab accusatione : quia vox malorum non est admittenda. Infames autem omnes à testimonio repelluntur:&qui non habent filios & vxorẽ fideles.Habentes, id est, si habuerint,habeant tales.

m ¶*Qui crimen.*]Si vis dicere quòd qui peccauit post baptismа, potest promoueri si egerit pœnitentiam, tunc dicas illum hic appellari criminosum, qui per sententiam [e] conuictus est. Vel de enormibus criminibus intelligas, quæ irrogant infamiã ipso iure:vel de illo intellige qui pendente accusatione qua & ipse fuit accusatus, voluit accusare alium: quod non licet.tertia, quæst.vltim. neganda. Baz. autem facit vim in hoc verbo,criminosus,scilicet plenus vitiis:sicut ille qui est periurus, vt infra ea.quicumque. & licet quilibet criminosus etiam non conuictus repellatur, vt extra de testib. super eo.tamẽ si probat se egisse pœnitentiam,bene recipitur,maxime in ciuili.arg.50.distinct.ferrum.& ff.de ædil.edict.quod ita.licet sit arg.contra.extra de simo.per tuas. vbi dicitur quòd in exceptis criminibus licet ciuiliter agatur,potius admittatur de æquitate quàm de rigore.Ioan. "Iudicas breuiter, quòd si probatur crimẽ contra aliquem,semper repellitur in causa criminali,vt supra secũda,quæst.septima.quærendum. & extra de testib.testimonium. nisi in exceptis criminibus, secundum distinctionem pluries dictam superius.B.

†*eorum*] orig. †*docente*] orig.

d Humana eſt dies appellatur humana ,pſperitas.Arc.

1.Cor.4.

3 Anſ.l.3. c.88.

4 ꝯ.q.11.neganda.

e Ad hoc fa. qđ no.3.q.3. c.2.in glo.i. adaptatis. in fi.

"Testes repellitur ,probato crie cõtra ipsum

"Pœnitẽtia nõ impedit accusationẽ

n ¶*Si ipse ante.*] licet de illo non fit condemnatus. argum. extra de testibus. super eo. " Et est hic argumentum, quòd post pœnitentiam accusatur quis de crimine. trigesimatertia, quæstio. secunda. admonere. 1.quæst.7.si quis omnem.50.dist.peruenit.48.distin. quoniam multa [f].

o ¶*Rei.*]id est,accusati.

p ¶*Christum.*]non tamen obest eis si eos instruxerint.47.dist.quantumlibet.& 43.dist.Ephesiis. Aliud si neglexerint eos corrigere, vt 37.dist.legant.

f Concord. tex. ii. q ea mẽte. cũ ibi no.ff.de fur.

Source : BIU Cujas

Si omnia.] Casvs. Hoc ca. loquitur de occultis peccatis, quæ soli Deo punienda relinquuntur. Est ergo casus. Quidam æmuli accusabant prælatos suos de occultis criminibus, quæ nullo modo probare poterant: & dicebãt se pro bono hoc facere, scilicet vt prælati sui fierent meliores. quæsitum fuit ab Anacleto an bene facerent? Et respondet, ꝙ non: quia si omnia delicta occulta & manifesta accusarentur & vindicarentur in hoc sæculo, in futuro nil Deo reseruaretur: cui soli occulta relinquũtur: & illi qui talia dicunt in vanum laborant, qui Deum volũt adiuuare: & plus stimulis inuidiæ, quàm amore charitatis agitantur.

SI omnia [a] in hoc sęculo vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent. Superuacuis enim ad beneficia laborat impendiis, qui solem certat facibus adiuuare. Ideo si aliquis putat se Deo in hoc placere, quòd seruos suos accusat, & vt meliores fiant, dicit se hoc agere, in vanum laborat, & plus inuidiæ [b] stimulis agitatur, quàm charitatis: quoniam gratiæ plenitudo adiectione nõ indiget, nec vlla requirit commendationis augmenta.

Item Telesphorus epist. vnica. c. 3. [1]

¶Populus sacerdotes arguere, vel increpare non valet. C. VIII.

SAcerdotes, qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus sunt audiendi, atque timendi, non dilacerandi, aut detrahendi: quia à quibus se Domini populus benedici, saluari, & instrui cupit, nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accusatione suscipi. Populus enim. ab eis docendus est, & corripiendus, non ipsi ab eo: quia non est discipulus super magistrum. *& infra.* ¶Dei ergo accusat ordinationem, qui eos, qui ab eo constituuntur sacerdotes, accusat, vel damnari cupit. *Idem infra.* ¶[3] Hi [A], qui non sunt idonei, non suscipiantur ad accusationem: omnes, qui aduersus patres armantur, infames esse censemus. Patres enim omnes venerandi sunt, non respuendi, aut insidiandi.

A ¶ Hi qui.] *In aliquot vetustis codicibus est caput distinctum à superiore.*

Item Pius Papa epist. 1. [4]

¶De eodem. C. IX.

OVes [c] pastorem suum non reprehendant, plebs episcopum non accuset, nec vulgus eum arguat: quoniam non est discipulus super magistrum, neque seruus supra Dominum. Episcopi autem à Deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit. Nam à subditis, aut prauæ vitæ hominibus non sunt arguendi, vel accusandi, aut lacerandi. *& infra.* ¶Nemo bonum faciens, alteri verbo, aut facto nocere vult: quanto minus in suspicionem debet venire fidelis homo, vt dicat, aut faciat ea, quæ pati nõ vult? quia omnis suspicio [d] potius repellenda est, quàm approbanda, vel recipienda.

Ipsa autem detractio, licet ex vitio detrahentium, tamen iusto Dei iudicio nonnumquam aduersus bonos excitatur, vt quos vel domestica [e] præsumptio, vel aliorum fauor in altum extulerat, detractio humiliet.

Vnde Ambrosius ad c. 22. Lucæ.

¶Ne quis de se præsumat, linguæ malorum ex Dei præcepto contra eum excitantur. C. X.

¶Rubrica hæc non valde conuenit subiecto capiti, & pie est interpretanda: nam simili locutione vtitur Dauid 2. reg. 16. loquẽs de Semei.

IMitare Petrum tertio alibi dicentem [Domine tu scis, quia diligo te.] Et enim, quia tertio [f] negauerat, tertio confitetur: sed negauit in nocte, confitetur in die. Hæc autẽ ideo dicta sunt, vt sciatis, neminẽ iactare se debere. nam si Petrus [g] lapsus est, quia dixit [Et si alij scãdalizati fuerint in te, sed non ego,] quis alius iure de se prę sumat? Denique & Dauid, quia dixerat [Ego dixi, in mea abundantia [h] non mouebor in æternum,] eam sibi iactantiam obfuisse profitetur dicens [Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.

Item Gregorius lib. 9. epist. 39. ad Theotistam patriciam.

¶Vt boni salubriter humilientur, linguæ malorum contra eos insurgunt. C. XI.

SVnt plurimi, qui vitam bonorum amplius, quàm debent, laudant [i]: & ne qua elatio de laude surrepat: permittit omnipotẽs Deus malos in obtrectationem, & obiurgationem prorumpere, vt si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur. Hinc est ergo, quòd doctor gentium se in prædicatione currere testatur per infamiam [k], & bonam famam, qui etiam dicit [Vt seductores, & veraces.]

Verum hac auctoritate [l] prohibentur spirituales à carnalibus accusari, non carnales à spiritualibus. Quod ex verbis eiusdem datur intelligi, quibus in eodem capitulo A *subiunxit, dicens* [6 *Capite languescente, facilius reliqua corporis membra inficiuntur: sicut scriptum est* m [7 *omne caput*

a Alij dñt, ꝙ intelligitur de eo ꝙ malo zelo accusat & lra capituli ad vtrũque intellectũ satis adaptatur. Arc.

1 Et Iulius ĩ decr. c. 10.

2 Anſl. 3. c. 12. Iuo p. 6. c. 314.

Matth. 10.

3 Iuo p. 6. c. 315.

4 Et Cornelius epist. 2.

5 Pol. l. 5. ti. j. Iuo par. 5. c. 243. Pan. l. 4. c. 36.

Luc. 6.

[5] "Sumptio est triplex.

b Dic ꝙ hęc ꝓsumptio ẽ inualida, & repellitur ĩ iure. ĩ nullo em d; mouere animũ iudicãtis. j. q. 1. primo. & in hoc c. oues. Arch.

a ¶*Si omnia.*] De occultis loquitur [a], quæ soli Deo reseruantur. 32. dist. erubescant.

b ¶*Inuidiæ.* Hic canon præsumit potius accusationẽ fieri causa inuidiæ quàm charitatis, vt dixi 2. q. 7. si quis episcopus.

Acerdotes.] Casvs. Hoc ca. diuiditur in duas partes: in prima parte dicitur, ꝙ populus, i. laici non sunt admittendi ad accusationem sacerdotum: quia subesse debent eis, & non præesse. In secunda parte dicitur, ꝙ accusatores non sunt recipiẽdi nisi sint idonei: & omnes illi qui armantur contra patres spirituales accusando eos calumniose, sunt infames. secunda pars incipit ibi, *Hi qui non sunt.*

Oues.] Casvs. Quidã laici vel clerici criminosi accusabant & reprehendebant episcopos ex suspicione: quod dicit Pius Papa non esse faciendum. Et hoc probat tribus rationibus. Prima est: quia nõ debet esse discipulus supra magistrum. Secunda: quia episcopi à Deo sunt iudicandi. Tertio: quia laici vel subditi à prælatis talia pati nolunt.

c ¶*Oues.*] Sic 2. q. 7. oues.

d ¶*Suspicio.*] Sic 2. q. 1. c. 1. "Suspicioni temerariæ [b] nõ creditur. 11. q. 3. cunctis probabilis inducit præsumptionem, ff. quod me. cau. l. vlt. 7. q. 5. presbyter. violentam condemnationem. 32. q. 1. dixit, & C. de adult. quamuis. licet sit arg. cõtra. ext. de præsump. littera.

IPSA AVTEM. Casvs. Quia supra c. oues. & c. sacerdotes. & c. si omnia. facta est mẽtio de detractione: ideo subiungit §. istũ, vt ostendat ꝙ quamuis detractio in se mala sit: tamen iusto Dei iudicio permittitur, vt qui nimis de se præsumũt propter bonum quod habent, & aliorum laudibus extollũtur in altum, per detractionem inuidorum humilientur. Quod probat per duo capitula sequentia.

e ¶*Domestica.*] id est, propria vel domesticorum persona.

IMitare.] Casvs. Quidam iactabant se de bonis quæ faciebant: & putabant se cadere non posse. Sed Ambrosius ostendit, ꝙ nemo de se præsumere debet, nec multum per iacturam subleuari. Et hoc probat duobus exẽplis, scilicet Petri, & Dauid, qui nimis de se præsumentes ceciderunt. Vel sic: Nemo debet se iactare de bonis, ne cadat, vt Petrus & Dauid.

f ¶*Tertio.*] "Hic videtur, ꝙ toties pœnitentiam faciam, quoties cõmitto fornicationem etiam cum eadẽ muliere: & ꝙ quasi pro diuersis delictis sit mihi pœnitentia indicenda, vt de pœ. dist. consideret. & de pœ. di. 1. mensuram [c]. Item si post primam fornicationem quis pœnitet, iniũgitur ei pœnitentia. si secundo accedit ad eandem, secundo iniũgitur ei pœnitentia. talis ergo erit melioris cõditionis si nõ pœniteat à principio, quàm si pœniteat postea. Item si secundo accedit ad aliam mulierem, æquale peccatum committit, sicut si secundo accederet ad priorem. sed pro illo secundo peccato quod facit cum altera, noua pœnitentia sibi indicitur. ergo & noua pœnitentia est indicenda sibi, si ad eamdem denuo accedat: cum par sit peccatum: & hoc concedi potest [d]: licet secundũ leges qui sæpius rem contrectat, non committit diuersa furta. ff. de fur. ei qui.

"delinquẽs pluries, pluries pœniteat.

c Concord. tex. in l. seruos. C. ad l. Iul. đ vi pu. & l. 4. C. de episc. aud.

Ioan. 21.

Marc. 14.

Psal. 29.

g ¶*Petrus.*] Arg. à maiori. si. 32. q. 5. si Paulus.

dAr. ad hoc ext. đ re iu. li. 6. ad apostolicæ. ver. deierauit, &c. Arc.

h ¶*In abundantia.*] id est, confidentia bonitatis meæ.

SVnt.] Casvs. Dicit Greg. ꝙ Deus permittit bonos à malis infamari & reprehendi, vt si qua nascitur elatio in corde bonorũ ab ore laudantium, per eos vituperãtium suffocetur. Et hoc probat exẽplo Pauli, qui dicit: Apud quosdam habiti sumus vt seductores: apud quosdam habiti sumus veraces.

i ¶*Laudant.*] hoc est veniale peccatum. 25. dist. criminis. sed qui commendant mortalia vitia, mortaliter peccant. 46. dist. sunt nonnulli.

k ¶*Inter infamiam.*] i. quidam desipiẽtes dicebãt eos veraces: quidam non. 41. dist. quod dixit Dominus.

2. Cor. 6.

VERVM. Casvs. Hic ostẽdit Grat. ꝙ illud cap. scilicet oues, loquitur de malis & criminosis qui bonos prælatos accusare nõ debent vel reprehendere: quia hoc fit diabolo instigãte, vt per tales reprehensiones prælatis languescentibus corruant ipsæ plebes in ima: & sic pericli tentur. & ostenditur ꝙ detractores deterius delinquunt, quam illi qui bona rapiunt temporalia: quia detractores rapiunt bonos mores & virtutes, quæ sunt intrinseca: illi autem rapiunt extrinseca. In eo. ca. 1. inferiori parte eiusdem ca. Scriptum est, in Esaia.

6 Euseb. in epist. ad Gallię epos. Esa. 1.

1. Petr. 5.

7 j. e. c. ex merito.

l ¶*Verum hac auctoritate.*] scilicet s. e. oues. hæc sunt verba eiusdem Pij: & continuantur illi. c. oues.

m ¶*Sicut scriptum est.*] In Esaia.

Quiescite.]

Source : BIU Cujas

Viesćite.] Casvs. Docet Felix Papa in hoc ca. quòd boni prę lati non sunt arguendi: & hoc probat auctoritate Nicenæ synodi. Quiescite à vexatione & persecutione bonorũ prælatorũ.

Ex merito.] Casvs. Docet hic Greg. quòd omnes homines seruare aures & oculos & linguam sine macula & vitio: & simplicitatem columbæ habere: nec debẽt alios & maxime prælatos infamare. & hoc probat auctoritate Dauid prophetæ dicentis: Sedens inquit, &c. quoniam propter mala merita plebis permittit Deus prælatos damnari & deprauari, vt qui sequuntur, procliuius corruant: & vt capite languescente cetera membra languescant. Seq. cap. patet.

a ¶ *Deprauantur.*] id est, praui episcopi cõstituuntur. non enim propter aliorum merita efficiuntur mali, sed mali, propter malorũ merita plati fiũt, vt 8. q. 1. audacter.

b ¶ *Cadant.*] "Quia componitur orbis Regis ad exemplum argum. 11. q. præcipue.

c ¶ *Audiat.*] Sic j. 11. q. 3. non solum.

d ¶ *Vnquam.*] Scilicet per detractores: ne fit cõtra ſ. 5. quæst. 5. non vos. vel dic per eos, id est, per curiosos. Vnde Iuuenalis:

Scire volunt secreta domus, atque inde timeri.

Sapiens.] Ita ordina litteram. Omnis qui nocet non est sapiens, id est, nullus qui nocet est sapiens, sapientia virtutis, id est, sapore virtutis: Sed forte est sapiens sapientia scientiæ, id est, sciens. sic enim & mali sunt sapientes: sed soli boni sunt sapientes sapore virtutis, qui sapientia dicitur. Et taliter ille qui nocet non est sapiens. Nam innocẽs dicitur q ignorat qd noceat. 22. q. 4. innocens. H.

Deteriores.] Casvs. Hic detractores reprehenduntur qui suos doctores & prelatos infamant, & dicitur quòd sunt deteriores quàm illi qui bona rapiunt temporalia: quia raptores auferunt ea quæ extra nos sunt: detractores vero corrumpunt bonos mores nostros: & ideo merito sunt infames.

e ¶ *Deteriores.*] Peius est persuadere, quàm facere, vt ff. de ser. cor. l. 1. §. persuadere, & l. vt tantũ. & 86. di. tãta.

f *Vmma.*] ¶ *Detrahere.*] ſ. dist. 46. accusatores.

g ¶ *Et accusare.*] ſ. 2. q. 7. si quis episcopus. de pœ. di. 1. homicidiorũ.

PATET. Casvs. Cõcludit Grat. ex supradictis dicẽs, quòd carnales & peccatores non possunt accusare spirituales. Et quia facta est mentio de infamibus, qui ab accusatione repellũtur, ideo ostẽdit qui secundum canones infames appellentur.

CVM ITAQVE. Hæc est secunda pars huius q. in qua enumerat omnes infames qui accusare non possunt. & hoc probat per c. seq. Io. de Fant.

Infames.] Casvs. Quæsiuit Hilarius episcopus à Stephano Papa quæ personę sint infames secũdum canones. Papa vero Stephanus rescribit assignans xx. species infamium personarũ & quasdam alias personas, quæ propter irregularitatem vel alias causas, nec ad sacros ordines ascendere, nec sũmos sacerdotes accusare possunt.

h ¶ *Contemnunt.*] ſi. 19. dist. nulli.

i ¶ *Fures.*] Ex hoc c. patet " quòd omne crimen infamat secundum canones. & ſ. c. omnes. & c. seq. Item ex hoc ca. videtur, q omne crimẽ sit publicũ secundũ canones.

k ¶ *De bellis publicis.*] Tales sunt rei læsæ maiestatis, vt ff. ad le. Iul. maie. l. 3. & capite puniuntur: nisi quando dominum defendere non potuerint. ff. de re militari, omne. §. qui in acie.

l ¶ *Petunt.*] ambitiose, vt ſ. 1. q. 6. sicut.

m ¶ *Ad iracundiam.*] extra de hom. sicut dignum. §. illi vero.

n ¶ *Prouocant.*] idest delatores, vt 5. q. vlti. delatori.

o ¶ *Anathematizatos.*] ſ. 3. q. 5. constituimus.

p ¶ *Legitimam.*] ſi. plenam. aliter enim non promouentur, nec aliquem possunt accusare, vt j. sequitur.

1 paulo aliter in orig. impresso.

†al. Deo perfecte ministrant †al. superna

"Regem imitatur subditi.

2 Anacl. ep. 3

Isido. l. 2. de summo bono. c. 38.

3 ſ. ead. sunt plurimi.

4 j. ea. deteriores. & 9. q. 3. facta.

Psal. 49.

5 Hieron. ad Nepotianũ simile.

†vos] orig.

6 Idẽ Hiero. j. 16. qu. 1. si cupis.

7 Et Cornelius Papa epist. 2.

languidum, & omne cor merens, à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas] *Quapropter manifestum est diabolum, (qui sicut Leo rugiens circuit quærens, quem possit deuorare) cordibus plebium suadere,* [1] *vt doctoribus, atque pastoribus suas detractiones irrogent, vel eos accusent, vt plebes languescentes (non tenentibus pastoribus frena eorum) lasciuiant, atque in ima ruant, vt saltem sic periclitari possint. Multum vero distant damna morum à damnis rerum temporalium, cum ista extra nos sint, illa vero in nobis*] *& infra* [*Peius*[B] *malũ fore non existimo, quàm Christianos suis inuidere sacerdotib.*]

A ¶ Capitulo.] *Quæ subiungit Gratianus,* capite languescente, &c. *sunt in epistola 3. Anacleti & apud Isid. de summo bono lib. 3. c. 38.*

B ¶ Peius.] *Sunt in prima epistola Alexandri primi.*

Hinc etiam Felix II. ait episcopis in Alexandrina synodo congregatis.

¶ Deo recte famulantes persequi non licet. C. XII.

Viescite (inquit sancta, & magna Nicæna synodus,) & nolite persequi eos, qui recte † Deo famulantur, & sincera voluntate superni † Dei mandata custodiunt, & nostris legibus subiungantur, quia nec decet, nec ordo patitur, vt iniqui, & carnales spirituales persequantur.

Item Anterus[C] *Papa epistola vnica.*

C ¶ Anterus.] *Sic restitutum est ex plerisque vetustis. Nam antea erat* Gregorius. *Confectum autem caput hoc est magnam partem ex Anacleti sententiis in epistola* 3.

¶ Subditi prælatos suos accusare non debent. C. XIII.

[2] Ex merito plebis nonnumquam episcopi deprauantur [a], quatenus procliuius cadant [b], qui sequuntur. [3] Capite languescente cetera corporis mẽbra inficiuntur. Deteriores sunt, qui vitam, moresque bonorum corrumpunt, his, qui substantias aliorum, prædiaque diripiunt. [4] Caueat vnusquisque, ne aut linguam, aut aures habeat prurientes, id est, ne aut ipse aliis detrahat, aut alios audiat [c] detrahẽtes, [Sedens (inquit) aduersus fratrem tuum loquebaris] detrahendo [Et aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum, &c.] Parcant singuli detractioni linguæ, custodiantque sermones suos, & sciãt, quia cuncta, quæ de aliis loquuntur, sua sententia iudicabuntur. [5] Nemo inuito auditori libenter refert. Officij singulorum sit, dilectissimi, non solum oculos castos seruare, sed & linguam, nec quid in cuiusquam domo agatur, & alia domus per eos † vnquam [d] nouerit. Habeant omnes simplicitatem columbæ, nec cuiquam machinentur dolos, & serpentis astutiam, ne aliorum supplantentur insidiis. [6]

Item Lucius Papa epist. vnica, episcopis Galliæ, & Hispaniæ scribens. [7]

¶ Sapiens nocere non cupit. C. XIIII.

[8] Sapiens non est, omnis qui nocet.

Item Anacletus Papa, epist. 3.

¶ Raptoribus deteriores sunt episcoporum detractores. C. XV.

[9] Deteriores [e] sunt, qui doctorum vitam, moresque corrumpunt, his, qui substantias aliorum, prædiaque diripiunt. Ipsi enim ea, quæ extra nos, licet nostra sint, auferunt: nostri autem detractores, & morum corruptores nostrorum, siue, qui aduersus nos armantur, proprie nos ipsos diripiunt [D]: & ideo iuste infames sunt, & merito ab ecclesia extorres fiunt. [10] Pro meritis ergo plebis sę pe pastores deprauantur ecclesię, vt procliuius corruant, qui sequuntur.

D ¶ Deripiunt.] *Antea legebatur,* nos ipsos decipiunt. *Emendatum est ex Isidoro lib. 3. de summo bono, c. 38. Anacleti verba, quantum coniici potest referente, & optime conuenit cum iis, quæ antecedunt. Verum in duobus antiquis exemplaribus epistolarum* Anacleti, *altero Vaticanæ, altero Florentinæ bibliothecæ, habetur,* non nos, sed proprie seipsos decipiunt.

Item Alexander Papa, epist. 3.

¶ De eodem. C. XVI.

Vmma iniquitas est, fratres detrahere [f], & accusare [g]. Vnde scriptum est [Omnis, qui detrahit fratri suo, homicida est: & omnis homicida non habet partem in regno Dei.]

Patet ergo, vt præmissum est, quòd carnales prohibentur ab accusatione spiritualium, non spirituales ab accusatione carnalium.

2 *Cum itaque criminosi, & infames ab accusationibus prohibeantur, videndum est, quos canonum sacra auctoritas infames appellet. De his Stephanus Romanæ ecclesiæ episcopus scribit Hilario, epist. 1. ca. 1. dicens.*

¶ Quę personę infames habeãtur. C. XVII.

[11] Infames esse eas personas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, id est omnes, qui Christianę legis normam abiiciunt, & statuta ecclesiastica contemnunt [h]: similiter fures [i], sacrilegos, & omnes capitalibus crimi nibus irretitos, sepulchrorũ quoque violatores, & Apostolorum, atque successorũ eorum, reliquorumque patrum statuta libenter violantes, & omnes, qui aduersus patres armãtur, qui in omni mundo infamia notantur: similiter & incestuosos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis publicis † [k] fugientes, & qui indigna sibi petunt [l] loca tenere, aut facultates ecclesiæ abstrahunt iniuste, & qui fratres calumniantur, aut accusant, & non probant, vel qui contra innocentes principum animos ad iracundiam [m] prouocant [n], & omnes anathematizatos [o], vel pro suis sceleribus, ab ecclesia pulsos, & omnes, quos ecclesiasticæ, vel sæculi leges infames pronuntiant. Hi nimirum † omnes, nec serui ante legitimã [P] libertatẽ, nec pœnitentes, nec bigami, nec illi,

l. 1. §. persuadere, & l. vt tantũ. & 86. di. tãta. 8 Iuo p. 3. c. c. 140.

f *Vmma.*] ¶ *Detrahere.*] ſ. dist. 46. accusatores.

g ¶ *Et accusare.*] ſ. 2. q. 7. si quis episcopus. de pœ. di. 1. homicidiorũ. 9 ſ. ea. c. ex merito.

PATET. Casvs. Cõcludit Grat. ex supradictis dicẽs, quòd carnales & peccatores non possunt accusare spirituales. Et quia facta est mentio de infamibus, qui ab accusatione repellũtur, ideo ostẽdit qui secundum canones infames appellentur. Bur. l. j. c. 138 Deusd. p. 3. Iuo par. 5. c. 239. Ans. l. 3. c. 11.

CVM ITAQVE. Hæc est secunda pars huius q. in qua enumerat omnes infames qui accusare non possunt. & hoc probat per c. seq. Io. de Fant. 10 Ans. l. 6. c. 137.

Infames.] Casvs. Quæsiuit Hilarius episcopus à Stephano Papa quæ personę sint infames secũdum canones. Papa vero Stephanus rescribit assignans xx. species infamium personarũ & quasdam alias personas, quæ propter irregularitatem vel alias causas, nec ad sacros ordines ascendere, nec sũmos sacerdotes accusare possunt. 1. Ioan. 3.

h ¶ *Contemnunt.*] ſi. 19. dist. nulli.

i ¶ *Fures.*] Ex hoc c. patet " quòd omne crimen infamat secundum canones. & ſ. c. omnes. & c. seq. Item ex hoc ca. videtur, q omne crimẽ sit publicũ secundũ canones. " Crimen quodlibet infamat.

k ¶ *De bellis publicis.*] Tales sunt rei læsæ maiestatis, vt ff. ad le. Iul. maie. l. 3. & capite puniuntur: nisi quando dominum defendere non potuerint. ff. de re militari, omne. §. qui in acie. 11 Pol. l. 5. ti. 1 Deusd. p. 3. Ans. l. 3. c. 5. Burch. l. 1. c. 173. Iuo p. 5. c. 291. Pann. l. 4. c. 66.

l ¶ *Petunt.*] ambitiose, vt ſ. 1. q. 6. sicut.

m ¶ *Ad iracundiam.*] extra de hom. sicut dignum. §. illi vero.

n ¶ *Prouocant.*] idest delatores, vt 5. q. vlti. delatori.

o ¶ *Anathematizatos.*] ſ. 3. q. 5. constituimus.

p ¶ *Legitimam.*] ſi. plenam. aliter enim non promouentur, nec aliquem possunt accusare, vt j. sequitur.

†hæc vox abest ab orig.

†paulo aliter in origi.

a ¶ *Curia.*]

Source : BIU Cujas

a ¶*Curiæ.*]54.diſt.c.1.& 2.
b ¶*Mentem.*]vt furioſi.
c ¶*Manifeſtantur.*]ſ.33.diſt.maritum.

Q*Vicumque.*] Hæc eſt tertia pars, in qua ponit pœnam periuro:& ſpecificat de infamibus.Io. de Fant.

CASVS.

Quæſitum fuit quam pœnam debeat pati qui ſciens committit periurium.Et reſpondetur quòd debet pœnitere per quadraginta dies in pane & aqua,& ſeptem ſequẽtes annos, & in teſtimonium numquam recipiatur: communionem tamen poſt pœnitẽtiam recipiat.

d ¶*Periurauerit.*] ſ.3. quæſtio. 5. conſtituimus.

e ¶*Septem.*] 22.quæſtio.4. qui ſacramento.contra.Solu.ibi.

f ¶*Sine pœnitentia.*]interiori. ſi.50.diſt. clerico.

g ¶*Teſtimonium.*] etiam poſt pœnitentiam peractam,vt j.vigeſimaſecunda, quæſtione quinta. paruuli.Et hoc eſt verum in teſtibus [a].ſecus videtur in accuſatore, vt 22.quæſt.5. ſi quis conuictus.

h ¶*Recipiatur.*] alibi dicitur, quòd iuramẽtum ſolum Deum habet vltorem, vt C. de reb.credit.l.2. non ergo incurrit infamiam. Item alibi legitur, quòd periurium continetur ſub crimine ſtellionatus, vt ff. de cri.ſtel.l.2. ſed crimen ſtellionatus non infamat,vt ff.de crim. ſtellio. l. 2. ergo nec periurium. "Sol. vbi iuramentum non cedit in præiudicium alicuius, ſolum Deum habet vltorem. Dicunt autem quidam, quòd ſi iuramentum eſt de futuro, ſemper infamat:quia ibi frangitur fides Deo & homini: ſecus ſi eſt de præſenti, vel de præterito,vt C.de tranſa. ſi quis maior. Alij dicunt, quòd iuramentum quod interuenit in contractibus, non infamat:ſecus in iuramento quod fit in iudiciis:hoc eſt certum, quòd omne iuramentum infamat canonica infamia [b].Vtrum autem temerarium iuramentum repellat à legitimis actibus, dixi 85. diſt.Florentinum.& extra de teſti.& atteſtatio.cauſam quæ.

aExt.de ap. quæſtiõi.ibi videas. de ꝓſumt. lras. &đ pur.c.1. & de teſtib. teſtimoniũ. Arch.
1 Pol.l.6.tit. 11. Bur.l.12. c.8.Iuo p.12 c.65.
†*al.ſciens peierauerit*
†*al.accuſationes*
"Iuſm vtrũ infamet.
2 3.qu.5.de accuſationi b°.§.idcirco Anſ.l.3.c.25
†*al.huius*
bCũ iſta gl. cõcor.Bart. poſt gl.in l. Lucius. ff.đ infa.& Ale. de Im.in l.ſi ex falſis. C. de tranſa.

3 QVicumque† ſciens ſe peierauerit [d], quadraginta dies in pane,& aqua,& ſeptẽ [e] ſequentes annos pœniteat, & numquam ſit ſine pœnitentia [f],& nũquam in teſtimonium [g] recipiatur [h],communionem tamen poſt hæc percipiat.

Item Euſebius Papa,epiſtola prima ad epiſcopos Galliæ.

¶Accuſatores†,& perſonas,quas leges ſæculi non admittunt,eccleſiaſticæ quoque repellunt.

C. XIX.

2 NOs ſequentes patrum veſtigia pro ſaluatione ſeruorum Dei,quaſcumque ad accuſationem perſonas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam ſubmouemus: & nullæ accuſationes à iudicibus audiantur eccleſiaſticis, quæ legibus ſæculi prohibentur.

Sed licet[i] *infames ab accuſatione epiſcoporum prohibeantur, non tamen iſti ab huiuſmodi*† [k] *accuſatione prohibendi ſunt.Hæreticos namque accuſare infamibus non pro*

A ¶Accuſare.] *In vulgatis codicibus ſequebatur,* nec ad accuſationẽ, ſeu ad teſtimoniũ nullatenus iuſte poſſunt recipi.*quæ ſunt expuncta,quoniam abſunt à manuſcriptis,(vno excepto)& originali, & Burchardo, & Iuone. In Pannormia tamen hæc poſtrema pars poſt verbum,*manifeſtantur,*ſic habet,* Hi omnes nuſquam nec ad ſacros gradus debent prouehi,nec ad accuſationem,ſeu ad teſtimonium vllatenus iuſte poſſunt recipi.

Item Fabianus Papa.

¶Infamis efficitur,qui ſciens peierare præſumit. C. XVIII.

3 QVicumque† ſciens ſe peierauerit [d], quadraginta dies in pane,& aqua,& ſeptẽ [e] ſequentes annos pœniteat, & numquam ſit ſine pœnitentia [f],& nũquam in teſtimonium [g] recipiatur [h],communionem tamen poſt hæc percipiat.

Item Euſebius Papa,epiſtola prima ad epiſcopos Galliæ.

¶Accuſatores†,& perſonas,quas leges ſæculi non admittunt,eccleſiaſticæ quoque repellunt.

C. XIX.

2 NOs ſequentes patrum veſtigia pro ſaluatione ſeruorum Dei,quaſcumque ad accuſationem perſonas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam ſubmouemus: & nullæ accuſationes à iudicibus audiantur eccleſiaſticis, quæ legibus ſæculi prohibentur.

Sed licet[i] *infames ab accuſatione epiſcoporum prohibeantur, non tamen iſti ab huiuſmodi*† [k] *accuſatione prohibendi ſunt.Hæreticos namque accuſare infamibus non pro hibetur,vt ſupra patuit in ea*† *cauſa,vbi de accuſatione minorum aduerſus maiores*[l] *diſputatum eſt.*[3]

Item.

C. XX.

CVm maiores ſcientia, & moribus à minoribus accuſari prohibeantur,nõ æquales ab æqualibus, vel minores à maioribus, ab huius B *ergo accuſatione non ſunt hi prohibendi, cum hæreticus catholico minor ſit. Sed hoc an generaliter accipiendum ſit, Auguſtinus non*† *definiuit libro 4.de baptiſmo contra Donatiſtas,cap. 5.dicens.*

¶*Caput hoc in pleriſque vetuſtis exemplaribus coniunctum eſt ſuperiori. Quare coniicere licet hæc eſſe verba Gratiani.*

B ¶Ab huius ergo.] *Locus hic emendatus eſt ex manuſcriptis. In impreſſis legebatur* ab accuſatione huiuſmodi ſunt prohibendi: *ex qua lectione vix apta ſententia elici poterat.*

¶Dubium eſt,an ſciens auarus,an neſciens hæreticus grauius peccet.

C. XXI.

QVæro ergo, quis peccet grauius,an qui neſciens [m] in hæreſim incurrerit, an qui ſciens ab auaritia, id eſt ab idololatria non receſſerit? Secundum quidem illam [n] regulam,qua peccata ſcientium peccatis ignorantium præponuntur,auarus cũ ſcientia vincit [o] in ſcelere. Sed ne forte hoc fiat, facit in hæreſi ſceleris ipſius magnitudo,quod facit in auaritia ſcientis admiſſio,vt hęreticus neſciens auaro ſcienti coæquetur.

Item cap.20.eiuſdem libri. Vtrum autem catholicum peſſimis moribus alicui hæretico, in cuius vita, prẽter id,quòd hęreticus eſt,non inueniunt homines, quod reprehendant, præponere debeamus, non audeo præcipitare P ſententiam.

4 *Verum hoc Auguſtini, & illud de infamium accuſatione de his intelligendum eſt, quos conſtat* q *eſſe hæreticos, non de his, qui ſe negant in hæreſim lapſos.Hic autem in omnibus religioſus apparens* r*,dum ſe negat hæreticæ communionis aliquando macula infectum, infames, atque alios huiuſmodi à ſua accuſatione ipſe repellit.*

quàm ille qui ſcienter eſt auarus. Et reſpondet Auguſt. ſecundum illam regulam, qua peccata ſcienter facta præponuntur peccatis ignoranter perpetratis: auarus ergo videtur grauius peccare.Sed ſi forte tantum facit hæreſis magnitudo, quantum auaritia ſcienter admiſſa: æqualiter peccant. Secunda quæſtio fuit,an peſſimus catholicus illi hæretico præponatur, qui nullum habet peccatum præter hæreſim, Reſpondet Auguſt. ſe nolle hanc quæſtionem præcipitare. Grat. tamen hanc vltimam quæſtionem determinat ſupra ſecũda,quæſtione ſeptima, ſed quæritur.

†*al.eadem*
3 2.q.7.per totum.

m ¶*Neſciens.*] ille eſt ignorãter hæreticus, qui ſequitur opinionem quam putat veriorem [c],vt vigeſima quarta,quęſtio.tertia. hæreſis.

†*al.Aug. diffiniuit*
cVñ hic loqtur de illo qui putabat illud credi ab eccleſia qđ ipſe credit, nihilominus peccat.16.q.1.ſi cupis.

n ¶*Secundum illam.*] de pœn.diſt.2. ſciendum.

o ¶*Vincit.*]Vide qualiter argu. licet enim peccatum ſit maius peccato:quia hic ſciẽtia præponitur ignorantiæ: tamen facta compenſatione ſcienter peccans poteſt æquiparari ignoranter peccanti. ſimilis compenſatio eſt.nona diſtinctio.in canonicis.

"Pctm ignorãtis minus eſt quàm ſcientis.

"Quòd? autẽ minus ſit peccatum ignorantis quàm ſcientis,habes vigeſimaſecũda, quæſtione ſeptima, quemadmodũ.quandoque videntur plus peccare ignoranter peccantes quã ſcienter, vt vigeſimaquarta, quæſtione prima, ſchiſma. quandoque parificantur,vt hic.

p ¶*Præcipitare.*]Gratianus tamen in ſimili quæſtione præcipitat ſententiam, vt ſecunda,quęſtione ſeptima. §.ſed quæritur. & Vrbanus eamdem videtur ſoluere, duodecima,quæſt.prima. ſcimus.

VERVM.Hæc eſt quarta pars quæſtio. in qua quæritur vtrũ infamis poſſit epiſcopum accuſare de ſimonia,cum eſſet bonæ famæ: & primum dicit quòd nõ, & hæc eſt veraſolutio:ſed poſtea impugnat quod dixerat. Ioannes de Fant.

CASVS. Iſte §.reſpicit quod dictum eſt ſupra capit.quæro. in fi. capit. & ſupra ea. §.licet. vbi videtur probatum, quòd infames contra hæreticos & ſimoniacos admittuntur. Et dicit Gratianus quòd de illis loquuntur, quos conſtat eſſe hæreticos per præſumptionem. & ideo quilibet criminoſi & infames contra eos admittuntur. hic autem epiſcopus de quo in themate agitur, in omnibus religioſus apparet: & ideo infames ab eius accuſatione repelluntur.

VERVM. Grat. tamen illi ca.quæro.& illi §.ſed licet.in quibus probauerat infames admittendos contra hæreticos:& ita contra ſimoniacum:& eius ſolutio durat vſque ad §.hæc licet ratione.& ibi incipit ſuam ſolutionem impugnare.

Nos ſequentes.]CASVS.In hoc ca.dicitur,quòd quæcumque perſonæ repelluntur ab accuſatione ſecundum leges,eædem repelluntur,ſecundum canones.

SED LICET. CASVS.Dictum eſt à principio cauſæ,quòd infames ab accuſatione prohibentur. Nunc vero dicit Grat.quòd licet generaliter prohibeantur, non tamen prohibentur ab accuſatione huius epiſcopi,qui ſimoniacus eſt.& hoc probat tali ratione, quia hæreticus vel ſimoniacus minor eſt catholico:ſed hoc an generaliter intelligatur: ſcilicet vt hæreticus ſit minor quolibet catholico. Augu. noluit definire.

i ¶*Sed licet.*] infert ex prædictis.
k ¶*Ab huiuſmodi.*]id eſt,ſimoniæ.
l ¶*Maiores.*] vt 2.q.7.per totum.

*Q*Væro.] CASVS. Duæ ſunt in hoc cap.quæſtiones. Prima eſt,vtrum ille qui ignoranter incidit in hæreſim, grauius peccet,

q ¶*Conſtat.*]ſi conſtat,ergo non eſt neceſſarius [d] accuſator:expone ergo conſtat, id eſt,tale eſt crimen, quod conſtat eſſe hæreſim. Vel dic quòd conſtat per famam:quia ſunt malæ famæ.

d 2.q.1.de manifeſta. ext. de acc. euidentia. Arch.

r ¶*Apparens.*]Hæc ſolutio eſt canonica:quia concordat cum Greg. 2. quæſt.1. in primis. & impugnatio quam ponit in ſequens.§.allegando ponitur.

HAEC

Source : BIU Cujas

HAEC LICET. Casvs. Obiicit modo Grat. contra supra dicta: & dicit quòd licet videantur quæ dicuntur in §. ratione niti: tamen exemplo criminis læsæ maiestatis falsa intelliguntur: in quo non quæritur, an cogitare contra animam principis sit maiestatem lædere: sed an de eius nece tractauerit. eadem ratione non debet quæri, an simonia sit hæresis, sed an commiserit simoniam iste episcopus. & ad hoc inducit legem sequẽtem.

a ¶ *Tractauerit.*] Sic supple in simonia nõ est quærendum, an simonia sit hæresis. iste enim episcopus negauit simoniam esse hæresim, & male, vt 1. q. 7. patet. & sic concludit in fin.

† *Quisquis*] Orig. & est initiũ legis.

SI *quis.*] Casvs. Statuerunt Imperatores Honorius & Arcadius, quòd si quis cõtra principem fecerit coniurationẽ, vel dederit vel susceperit sacramentum de morte, non solum Imperatoris, sed etiã virorum illustrium & senatorũ, vel de morte cuiuslibet militis, qui militat Imperatori, cogitauerit, sacramenta dando vel recipiendo, vel etiam aliud faciendo, gladio feriatur, omnibus suis bonis confiscatis. filij vero eius (quibus vita misericorditer reseruatur) sint remoti à consanguineorum, & etiam extraneorum successione: sint etiam perpetuo infames, & illi qui pro his intercedunt: nec vllos habeant honores, nec ad sacramenta perueniant militaria. Et si quis de coniuratorib. in initio prodiderit factionem, præmium habeat & honorem: si vero sero, veniam habeat.

b ¶ *Priuatis.*] Not. milites non dici priuatos, vt 23. q. j. qui contra.

c ¶ *Voluntatem.*] Not. quòd punitur hic sola voluntas, vt 19. dist. nulli. 22. dist. omnes. quia in maleficijs voluntas spectatur, non exitus. ff. ad le. Cor. de sic. diuus. Arg. contra. 32. dist. erubescant. de pœ. dist. 1. cogitationes. 32. qu. 5. Christiana. Solu. "regulariter voluntas non punitur nisi ad aliquem actum procedat.

" Voluntas sola nõ punitur.

d ¶ *Fisco.*] idem est in crimine hæresis, vt extr. de hære. vergentis. [a] alias bona damnatorum regulariter reseruantur filiis, vt C. de bon. dam. auth. bona.

a Vbi plene de hoc: & 23 q. 7. in summa. ibi dicã, & videas: & idẽ est ĩ interfectore clerici. ext. de pœ. ĩ q. buscã. Arc.

e ¶ *Filij vero.*] in potestate constitui. si enim eos postea emãcipasset, non valet, vt C. eo. l. perpenditur. arg. ff. de bo. dam. l. vlti. §. ex liberis. filij itaque emancipati non patiuntur hanc pœnam. Dicunt tamen quidam, quòd hęc pœna spectat ad filios postea natos, non ad iam natos. sed littera eis contradicit.

f ¶ *Metuuntur.*] iuxta illud: *Sæpe solet similis filius esse patri. Et sequitur leuiter filia matris iter.* 56. dist. si gens. vnde qui emit mancipia de genere eorum quęrit, vt ff. de ędil. edict. quòd si nolit. §. qui mancipia.

g ¶ *Et vita.*] ꝯ. 74. dist. quorumdam.

h ¶ *Interuenire.*] Sic ꝯ. 50. dist. miror. Et nota, quòd quandoque prohibetur supplicari pro aliquo. de pœ. dist. 1. prædixerat. & ext. de hęre. ad abolendam. & C. de transact. si quis maior.

PORRO. Casvs. Supra in §. *hæc licet.* posuit propositionem. in hoc §. ponit assumptionem sui argumenti, sic: Supra dictum est de accusatione criminis læsæ maiestatis. sed accusatio simoniæ procedit ad instar criminis læsæ maiestatis. quod de accusatione tantum, scilicet vt quilibet possit accusare, & non de pœna est intelligendum: & quòd crimen læsæ maiestatis differat in pœna à simonia, probat per legem sequentem.

i ¶ *Porro.*] Hic ponit assumptionem argumenti sui. præmisit enim primo propositionem.

a ¶ *Ambitionis.*] Adhuc enumerat Gratianus causas propter quas fiũt mutationes: & quare clericus amittit ecclesiam suã. " Sunt autem quinq; causæ mutationum, s. causa leuitatis, cupiditatis, necessitatis [a], vtilitatis, & humilitatis. Cum causa necessitatis transit, necessitate cessante recuperat ecclesiam, vt ĩ. e. pastoralis. Cum causa cupiditatis transit, tunc vtraque caret, vt ĩ. e. c. eos. & si quis episcopus. sed tamen ecclesia potest eum repetere, vt ĩ. e. c. 1. & cogitur tunc redire, vt ĩ. e. si qui vero. In causa leuitatis ẽ vis aliquãta. H. dicit quod idem sit in causa leuitatis, qđ in causa ambitionis, quòd. s. sine admonitione potest priuari si ex cã leuitatis adhęserit alij: nisi prior ecclesia velit eum repetere. si autem non adhæserit alij: aut ecclesia habet eum pro derelicto, aut non. si habet, puta si contrahat matrimonium, vel sit miles: tunc potest priuari. Item secundum H. si defuerit per tres septimanas vel duos mẽses, & sine iusta causa, & absque licentia prælati est in studio vel in peregrinatione. in his omnibus sine admonitione potest priuari, vt dicit. honestum tamẽ est, vt admoneatur, vt ĩ. ea. si quis presbyter. & c. si quis in clero. & extr. de coha. cler. & mu. c. si quisquam. verius credo quòd semper primo admonendus est, vt extr. de ap. peruenit. 2. & ter admonendus est: vt ext. de sen. excom. in audientia. Item arg. ad hoc ĩ. ea. peruenit. extra de cle. non resi. ex parte. & ext. eo. ex tuæ. Nec enim de facili credendum est aliquem habere ecclesiam suam pro derelicto. extra de renun. super hoc. nec enim ex sola absentia præsumitur habere ecclesiam pro derelicto, cum potest quis ex iusta causa abesse, vt ext. vt li. non conte. quoniam frequenter. si autem non inuenitur, fiat prout dicitur in illa decreta. ex tuæ. De vtilitate patet: quia causa vtilitatis transire potest ad aliam ecclesiam auctoritate maioris, vt ĩ. e. mutationes. Item si causa humilitatis transit ad monasterium, nõ potest eam repetere, vt ĩ. e. hoc nequaquam. Alio modo etiam consueuerunt quidam distinguere, vt inuenies in illa glossa, cum quis.

a ¶ *Ambitionis.*] Cum quis sine licentia prælati recedit de ecclesia, si quidem ex causa necessitatis, adhuc eam retinet, vt s. e. præsentium. si ex causa voluntaria, perdit eam. 21. q. 2. si quis iam trãslatus. si autem ex vtili causa recedat, nõ perdit eam, sed punitur alio modo à iudice. de conf. di. 5. non oportet. 2. & 91. di. clericus. Sed si accedit ad aliam ecclesiam, videtur renuntiare primæ [b], vt ext. de præb. de multa. & de concess. præb. litteras. in fin. populus tamen eum si vult repetere potest. ĩ. e. non oportet. Si autem prælatus per tres septimanas abest, per triennium suspenditur. ĩ. e. si quis in clero. Si per duos menses, priuatur ecclesia. s. e. præsentium. Si per quinque annos, deponitur. ext. de cle. non resi. c. 2. prælatus vero si diebus solennibus defuerit ab ecclesia, punitur. ĩ. e. si quis in clero. immo & clericus si vna hora defuerit. 92. dist. c. vlt. ibi deponitur.

bDic vt no. ext. de cle. si re. ex tuę. & 21. q. 1. clerici. & c. relatio. & extra de offic. vic. c. 1. Arc.

Non oportet.] Casvs. Omnia sequentia ca. loquuntur de transeuntibus ambitiose: quod ab initio semper præsumitur, cum sua auctoritate hoc faciunt. Dicitur ergo hic, quòd nec episcopus, nec presbyter, nec diaconus debet de ciuitate ad ciuitatem transire, & si quis præsumpserit, ecclesiæ suæ restituatur.

b ¶ *Non oportet.*] Hoc c. respicit primam partem.

4 *Ambitionis [a] enim causa, quicumque ecclesiæ suæ mediocritate despecta ad maiorẽ ecclesiam transire voluerit, debet reuocari ad propriam [1]. Quòd si redire contempserit, careat aliena, & propria.*

Vnde in Nicæno concilio c. 15. legitur. [2]

¶ Episcopus, vel quilibet clericus relicta sua ecclesia non debet ad aliam transire. C. XIX.

3 Non oportet [b] episcopum, vel reliquos ordines de ciuitate ad ciuitatem migrare, non episcopus, non presbyter, nõ diaconus trãseat. Si quis autem post definitionem sancti, & magni cõcilij tale qd agere tẽtauerit, & se huiusmodi negotio mãcipauerit, hoc factum prorsus in irritum ducatur, & ecclesiæ restituatur [c], cuius fuit episcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinatus.

¶ *Ex duobus codicibus collectionis Anselmi in vno emendatiore caput hoc ita habet, vt verba hæc,* Quòd non oporteat episcopum, vel reliquos ordines demigrare. *sit rubrica, & capitulum hoc modo incipiat.* Vt de ciuitate ad ciuitatem, non episcopus, non presbyter, non diaconus transeat. *In altero vero eadem rubrica est nigris litteris scripta, & est initium capituli, vnde videtur caput hoc esse concinnatum, quemadmodum est apud Gratianum, salua sententia ipsius canonis.*

Item Gregorius Anthemio subdiacono, lib. 5. epist. 23 siue c. 123.

¶ In monasterio deputetur episcopus, qui in ecclesia sua residere contemnit. C. XX.

4 Peruenit ad nos Pimonium Amalphitanæ ciuitatis epi-

4 Anst. l. 6. c. 178.

scopum [d] in ecclesia sua residere non esse contentum, sed foris per diuersa loca vagari. *& infra.* ¶ Idcirco hac tibi auctoritate præcipimus, vt supradicto episcopo interminari non desinas, quatenus hoc de cetero facere non præsumat, sed in ecclesia sua sacerdotali more resideat. Quem si forte non emendari post tuam intermi nationem [e] cognoueris, in monasterio eum deputare [f], & nobis curabis modis omnibus indicare: vt quid facere [g] debeas, nostra iterum præceptione cognoscas.

Item ex concilio Carthaginensi 5. c. 5. [5]

¶ Episcopo nulli conceditur principalem cathedram relinquere, & ad aliam ecclesiam se transferre. C. XXI.

6 Placuit, vt nemini sit facultas, relicta [h] principali cathedra, ad aliquam ecclesiam in diœcesi [i] constitutam se conferre, vel in re propria diutius, quàm oportet, constitutum, curam vel frequentationem propriæ [k] cathedræ negligere.

Item ex eodem Carthaginensi 5. c. 8. [7]

¶ Intercessori cathedram, cui datus est, tenere non licet. C. XXII.

Constitutum [l] est, vt nulli intercessori licitum sit cathedrã, cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis, vel seditionibus retinere: sed dare operam, vt relicta cathedra principali ad aliam diœcesim se præsumat conferre: ne propter propriam vtilitatem suam, curam ecclesię possit negligere.

c ¶ *Reslituatur.*] ecclesiæ, si ecclesia eum repetit [c], ĩ. e. si quis episcopus. & tunc cogitur redire, vt ĩ. e. si qui vero.

c Et ita hoc statutũ est ĩ fauorẽ ecclesię, s. q̃pt eũ repetere sed ñ cogit eũ recipe. ar. 32. q. 1. de bñdicto. Ar.

Peruenit.] Casvs. Pimenius Amalphitanæ ciuitatis episcopus non residebat in ecclesia sua: sed foris per diuersa loca vagabatur. Præcepit ergo Gre. Anthemio subdiacono, vt illum admoneat ad ecclesiam suam redire: & si contemnat, detrudat eum in monasterium: & hoc Papæ significet, vt quid sit postea facturus agnoscat.

d ¶ *Episcopum.*] Episcopus ad plus secundum iura canonica per sex menses aberit, vt extra de cler. non residen. ex tuę. tamen dat annũ, vt in auth. quo. opor. episc. §. illud. colla. 1.

e ¶ *Interminationem.*] Ergo admonendus est.

f ¶ *Deputare.*] " Hic subditus suspendit suum prælatum. sic 74. di. honoratus. hoc etiam laicus posset. 32. dist. §. verum. & femina, vt 2. qu. 5. Mennam. Sed certe in hoc non erat subditus: quia faciebat hoc ex delegatione domini Papæ. Idem est de aliis.

" ꝑlatus qñ que suspenditur à subdito suo.

5 Et in Afri. c. 83.

6 Anst. l. 6. c. 176.

g ¶ *Facere.*] Arg. quòd si Papa mandat alicui vt excommunicet alium, idem non potest eum absoluere, ar. 27. q. 1. si homo. Sed hoc verum est, cum hoc alicui specialiter demãdatur. si autem mandatur decisio causæ alicuius iudici, & alteram partem excommunicet, potest illam absoluere.

7 Et in Afri. c. 41.

Placuit.] Casvs. Statuitur in hoc capitu. vt nullus prælatus relicta cathedra principali ad aliam diœcesim se præsumat conferre: ne propter propriam vtilitatem suam, curam ecclesię possit negligere.

h ¶ *Relicta.*] Clericus inconsulto episcopo non potest dimittere ecclesiam suam. extr. de renun. admonet. & si transit de vna ecclesia ad aliam de eodem episcopatu, ibi sufficit tacitus consensus episcopi: quia tacitus dissensus dissoluit matrimonium carnale, vt 33. q. 5. qui vxorem. Sed si transfert ad aliam diœcesim, tunc quasi liberatur à patria potestate: quod non potest fieri nisi expresso [d] consensu episcopi. C. de eman. lib. l. 3. & expresse dicitur 71. dist. c. 1. & 19. q. 2. c. 1. & 21. q. 2. c. 1.

d De hoc no. 71. di. c. 3 & 21. q. 2. c. j. & hãc sniam sequitur V. & Tan. in ꝑdi. c. admonet.

i ¶ *In diœcesi.*] nisi causa visitandi, vt 10. q. 1. placuit. seruato quod dicitur. ĩ. de conse. dist. 3. episcopus.

k ¶ *Propriæ.*] No. quòd prælatus non debet præponere suam vtilitatem vtilitati ecclesiæ. & si in hoc passa sit ecclesia damnum, illud de proprio resarciet. 12. q. 4. quicumque.

Constitutum est.] Casvs. Quidam intercessores vel visitatores vacantium ecclesiarum nitebãtur retinere illas ecclesias studiis populorum, vel seditionibus. Facta est ergo constitutio, vt hoc de cetero non fiat: sed det operam intercessor, quatenus intra annum episcopus eligatur. Si vero neglexerit, anno elapso remoueatur, & alius intercessor detur.

l ¶ *Constitutum.*] Curam debet habere visitator in electione [e]: & ideo prohibetur eligi, ne possit malignari: sicut tutor prohibetur ducere pupillam ante reddita ratiocinia, ne possit malignari. C. de interdict. ma. si tutor. sic nec creditori licet sibi pignus addiscere. C. qui bo. ced. pos. l. 4. Item visitator non debet sibi honorem assumere. 8. qu. 1. in scripturis. & sic ratione officij aliquid prohibetur, vt 10. q. 2. hoc ius porrectum. in fi. & ff. de contrahen. emp. si in emptione. §. tutor. " & est contra regulam illam quòd nulli debet suum officium esse damnosum. extra de fideiussori. peruenit. ff. de fur. si seruus communis. Iste visitator mortuo episcopo constituitur: & iste debet admonere clericos vt eligant futurum episcopum, vt 61. dist. obitum. & c. Catinensis. & si plures eligantur, potest examinare, quis sit melior, vt 85. dist. Florentinum. Item custodit redditus ecclesiæ, vt 61. dist. quoniam. Quandoque tamen redditus ecclesiæ custodiuntur ab œconomis, si eos habeat ecclesia, vt 75. dist. quoniam quidam.

e Et ẽt eliget secũdũ Hu. Alij cõtra de hoc not. 61. dist. obitum. Ar.

" Officium qñq; est dãnosum.

a ¶ *Vt in*

Source : BIU Cujas

a ¶*Vt intra annum.*]§.63.diſt.obeuntibus.

Si qui vero.] Casvs. Dicitur hic quòd nullus clericus relicta ſua eccleſia debet recipi in aliena eccleſia, ſed cogi debet redire: quòd ſi non fecerit, excommunicetur.

b ¶*Cogantur.*] ſi.ff.de decu.l.1.

c ¶*Vt redeant.*] ſi eccleſia vult eũ repetere, ipſe tamẽ non poteſt. ext. de ren. quòd qs p̃sbyter. in dubiis.32.q.1.de beneficto. ſic 33.q.5.mulier. Sed nonne hodie ipſo iure perdit priorem eccleſiam, vt ext. de præb. de multa? Reſpon. perdit q̃tum ad ſe, ſed non quantum ad priorem prælatũ.

a Nõ tñ cogitur. ĩ.e. ſi &c. ſiqs eps ſcdm Hug. †*al. exempto*

1 Anſel.l.7. c.107. Bur.l. 2.c.98. Iuo p.6.c.175.

Si quis presbyter.] Casvs. Quæſitũ fuit in cõcilio Antiocheno q̃ pœnam debet pati clericus ille, q̃ ſua auctoritate ad alienam tranſit eccleſiam. Et reſp. quòd ſi monitus ab epiſcopo ſuo nõ redierit, debet ſuſpendi. & ſi poſtea contumax fuerit, dẽt deponi ſine ſpe reſtitutionis. epiſcop⁹ autem qui depoſitum receperit, à coepiſcopis increpabitur.

2 & ĩ Chalce. c.20. In Aq ſgran.c.71. Anſel.l.7. c.170.

d ¶*Spem.*] Ergo reſtitui nõ poteſt clericus depoſit⁹ ab epiſcopo, & hoc verum, cũ pro crimine deponitur, ſecus ſi pro cõtumacia. 50.di.contumaces.

e ¶ *Alius epiſcopus.*] ſi ab vno ep̃o quis ſuſpẽditur, vbiq; habendus eſt ſuſpenſus, vt hic, & 4.q.5.quiſquis. quia quantum ad officium ſententia iuſ facit. Secus ſi eſt ſuſpẽſus à beneficio: "ſed ĩ excõicato idem eſt, quia cum ſit extra eccleſiam, nihil põt poſſidere nomine eccleſiæ. 23.q.7.c.2.& 3. & 8.di.quo iure. & ar.11. q.3. ſi quis à proprio. §.70.di.ſanctorum. & extr. de ap. paſtoralis. in fine[b].

[c] Excõicatus nihil põt poſſidere nomine eccleſiæ.

b Vbi d̃ hoc ĩ gl. q̃ enim ibi vide. & ĵ.32.q.6.pceptum. Arc.

Epiſcopũ.] Casvs. Dicit, q̃ nullus ep̃s ſua auctoritate ad alienam migret eccleſiã, ẽt ſi à populis fuerit violẽter attractus, vel ei ab epiſcopis ſuadetur, ſed in ſua permaneat. Sequentia duo c. plana ſunt.

39.q.2.nullum. Bur.l.j. c.72. Iuo p.5 c.179.

f *Lacuit.*] 13.qu.1. c.1.

†ἀναγκαζόμενον

Epiſcopus.] Casvs. Statuitur hic, q̃ nullus ep̃s dẽt in aliena diœceſi clericos ordinare, vel altaria conſecrare: q̃d ſi fecerit, clerici deponẽtur: ſed altaria manebunt conſecrata, & ordinator epiſcopus vno anno ceſſabit à Miſſarũ celebratione.

g ¶ *Amotis.*]ĵ.16.q.5.c.1.9.q.2. Lugdun. contra. Sed ibi nomine alterius conſecrauit, & ille ratum habuit, hic nomine proprio, vt 13.q.1.c.1. Vel ibi Dominus ratam habuit ordinationem.

4 §.ea. non oportet. ex Nicæna ſynodo. lib.capit.6.c.236.

h ¶*Altaris.*]"ſi res inanimata fuerit conſecrata Domino, non reſtituitur, vt 14.q.6. comperimus. ſecus in re animata. 54. diſ. frequens. quia animata delinquere poteſt, ſed inanimata non.

" Res inanimata conſecrata Dño, non eſt reſtituenda.

i ¶*Vno anno.*] 9.q.2.nullũ. contra, vbi p tali culpa deponitur. Sed illud eſt ex diſpẽſatiõe.

¶Alienæ plebes ab epiſcopo non vſurpentur. C. XXVII.

5 PLacuit [f], vt à nullo epiſcopo vſurpentur plebes alienæ, nec aliquis epiſcoporũ ſupergrediatur in diœceſi collegam ſuum.

Item Anacletus.

¶Alienos clericos ordinare, & altaria conſecrare epiſcopo non licet. C. XXVIII.

6 EPiſcopus in diœceſim alienam ad alienos clericos ordinandos, vel conſecranda altaria irruere nõ debet. Quod ſi fecerit, amotis [g] his, quos ordinauit, altaris [h] tamen cõſecratione manẽte, trãſgreſſor canonum vno anno [i] à Miſſarum celebratione ceſſabit.

Item ex concilio Agathenſi, c.64.

¶Diebus ſolennibus clericus eccleſiæ ſuæ deeſſe non debet. C. XXIX.

ij SI quis in clero [k] conſtitutus, ſab eccleſia ſua diebus ſolennibus [l] defuerit, ideſt natiuitate Domini, Epiphania, Paſcha, vel Pentecoſte, dum potius ſæculari bus†lucris ſtudet, quàm ſeruitio Dei parere, conuenit, vt triennio à communione ſuſpendatur. ¶ Similiter diaconus, vel presbyter, ſi per tres [m] hebdomadas ab eccleſia ſua defuerit, huic damnationi ſuccumbat.

5 Burc.l.1.c. 64. Iuo p.5. c.173.

6 in Aureliañ.3.c.15.

k ¶*In clero.*]Maxime, quia laicis non licet. §.de cõſe.di.1. ſi quis. & diſt.3. c.nulli.

l ¶*Solennibus.*] immo nullo tẽpore deerit, vt 91.diſ.Eleutherius. & c.clericus. & 92.di. c.vlt. Sed quid ſi plures habet eccleſias vel præbendas? Tunc dicas eccleſiam ſecũ diſpẽſaſſe, vt ad iſtud non cogatur.

†*al. ſingulari lucro*

m ¶*Per tres.*]§.e. præſentium. contra ibi dicitur de duob. mẽſib. Sed ibi factũ narrat, hic ius commune. Vel idem eſt in vtroque dum tamen abſit de licentia ſuperioris.

Item ex concilio Antiocheno, c.3.

¶De eodem. C. XXIIII.

j SI quis presbyter, vel diacon⁹, vel quilibet clericus, deſerta ſua eccleſia, ad aliam trãſeundum eſſe crediderit, & ibi paulatim tẽtet, quo migrauit, perpetuo manere, vlterius miniſtrare non debet, p̃ſertim, ſi ab epiſcopo ſuo ad reuertẽdũ fuerit exhortatus. Quòd ſi poſt euocationem ſui epiſcopi, non obedierit, ſed inobediens perſeuerauerit, omnimodo ab officio ſuo deponi debere, nec aliquãdo ſpem [o] reſtitutionis habere: ſi vero propter hãc culpã depoſitum, alius epiſcopus [e] ſuſceperit, & ipſe à communi ſynodo pœnã merebitur increpationis[A], tamquam eccleſiaſtica iura diſſoluens.

A ¶ Increpationis.] *Græce eſt*, ἐπιτιμίας τυγχάνειν, *quod in aliis verſionibus eſt*, arguatur, vel coerceatur, vel puniatur.

Item Remotum.] Casvs. Irenæus epiſcopus per ſeditionẽ volebat Barcinonen. eccleſiam retinere: ſed Hilarius Papa præcepit Aſcanio archiepiſcopo, vt inde illum remoueat, & ad ſuã faciat reuerti eccleſiã, & in eccleſia Barcinonenſi talẽ faciat eligi, qualẽ deceat illũ conſecrarẽ: ne ſi aliter fiat pœnã patiatur, quod in iniuriam Dei factũ fuerit. *Retundat.* ideſt. puniat & emendet, vel corrigat.

7 Anſel.l.6. c.109.

†*al. ſimiliter*

n ¶*Remoto.*]ab officio viſitatiõis [c]. vel etiam ab ipſo epiſcopatu, quem occupauerat.

Item ex eodem Antiocheno, c.21.

¶Non licet epiſcopo eccleſiam ſuam relinquere & ad aliam tranſire. C. XXV.

3 EPiſcopũ de diœceſi ad diœceſim alteram non debere tranſire, neque ſi ſe ipſum ingeſſerit, neque ſi à populis fuerit violenter attractus, neq; ſi etiam hoc ei ab epiſcopis ſuadeatur†: manere autem eum debere in eccleſia Dei, quam ab initio ſortitus eſt, & non ab ea alibi demigrare, ſecundum regulam ſuper hoc olim à patribus conſtitutam.

Item ex concilio Chalcedonenſi, c.5.

¶De eodem. C. XXVI.

PRopter eos epiſcopos, ſiue clericos, qui de ciuitate ad ciuitatem tranſeunt, placuit definitiones datas à ſanctis patribus habere propriam firmitatem.

Item ex concilio Carthaginenſi, 3.c.20. [4]

Item Leo epiſcopus vrbis Romæ Anaſtaſio Theſſalonicenſi epiſcopo, epi. 82. al. 84. c. 8.

¶Qui alienam cathedram appetit, ab ea ex pulſus etiam propria careat. C. XXXI.

8 SI quis epiſcopus mediocritate ciuitatis ſuæ deſpecta, adminiſtrationem celebrioris loci ambierit, & ad maiorem [o] plebem ſe quacumque ratione tranſtulerit, nõ ſolum à cathedra qui dem pellatur aliena, ſed carebit & ppria: vt nec illis præſideat, quos

Item Hilarius Papa epiſcopus Tarraco. c.3.

¶Remouendus eſt epiſcopus ab eccleſia, cui irrepſerit, & ad ſuam cogendus eſt redire. C. XXX.

7 REmoto [n] ab eccleſia Barcinonenſi, atque ad ſuam remiſſo Irenæo epiſcopo, ſedatis p ſacerdotalẽ modeſtiam voluntatibus, quæ per ignorantiam eccleſiaſticarum legũ deſiderãt, quod non licet, obtinere: talis protinus de clero proprio Barcinonẽſibus ordinetur epiſcopus. qualẽ te pręcipue frater Aſcani oportet eligere, & decet conſecrare: ne ſi forte aliter†factum ſit, non ſine obiurgatione tui maxime nominis retũdat noſtra pręceptio, quod ad iniuriam Dei (à quo ſpecialiter ſacerdotalium eſt gratia dignitatum) didicerimus admiſſum.

Si quis.] Casvs. Anaſtaſius Theſſalonicenſis epiſcopus q̃ſiuit à Leone q̃ pœnã debeat epiſcop⁹, eligere in minore ciuitate deſerta ſe trãsfert ad maiorem ambitioſe. Et reſpondetur quòd ſuam perdere debet, &illam quam per ambitionem concupiuit. Idem eſt caſus ſequentis c.

8 Pol.l.1.ti.9 Anſ.lib.6.c. 104. Bur.l.1. c.74. Iuo p. 5.c.103.

o *Ad maiorem.*] multo fortiꝰ ſi ad parem: quia facilius diſpenſatur in maiori quàm in pari. extr. de tranſla. licet ad minorem etiam difficilius quam

quam ad parē.ext.de transl.cum ex illo.& est hic præsumptio canonis,quia eoipso q̄ trāsit ad maiorem,p̄sumitur esse ambitio potius quam leuitas:quia nullus transit ad minorē.ext.de cle.non resi.c.1.

QVI VERO.Casvs.Dictū est s̄.de ambientib.Nunc vero dicit de his qui pretio vacātem ecclesiam ingrediuntur,q̄ sunt deponendi.

Sancitum.]Casvs. Statutū fuit inRothomagēsi concilio, vt quicumq; pecuniā dederit, vel aliud munus clerico vel laico pro aliqua ecclesia vacante, ab officio suo repellatur.

a ¶ *Aut aliam pecuniam.*]Aliam bene dicit, quia quidquid habent homines, pecunię nomine censetur. 1.q.3.per totum. Additio.ad idem 18. q.1.si infidelis. in fin. Archid.

1 Burc.l.3.c.47. Iuo p.3.c.52.Pan.l.2 c.45.

†*al. aspirare contenderit*

QVOD VERO.Hæc est 5.pars q.in quas p̄ bare intēdit,quod de licentia Papę ex iusta causa bene possunt fieri mutationes,& q̄ vnus debet esse prę sus in vna ecclesia.& hoc probat p̄ sex auctoritates.Io.de Fant. Casvs. iste §.respicit illum §.s̄.e.illud vero Cypriani.vbi factaest mētio de mutatione episcoporum,q̄ posset fieri auctoritate populi, & communi consilio episcoporū. probat hoc vsque ad §.*Hoc non solum.*

2 In cap.l.7. c.206.Burc. l.3.c.114.Iuo p.3.c.90. Pan.l.2.c.49

Mvtationes.]Casvs.Docet Anterius Papa in hoc capitulo,q̄ mutationes episcoporum possunt fieri pro communi vtilitate,vel necessitate, & auctoritate sedis Apostolicę:&hoc probat tribus exemplis, s. Petri, Eusebij, & Felicis:q̄ de minoribus locis ad maiora sunt trāslati,nec dicū tur isti transire, vel sedem mutare, cū hoc non faciunt p̄ ambitionem, sed inspecta cōi vtilitate vel necessitate hoc faciunt.

b ¶ *Petrus.*] 22. dist.sacrosanctā.

c ¶ *Parua.*]l.Vercellina. & regulare est, vt à minori promoueatur ad maius,vt 93.di. legim⁹.in fi.ff.de mu. & hon. vt gradatim. sed non econuerso.

3 Pol.l.1.ti.9 Ansel.l.6. c.94.Burc.l.1. c.77.Iuo p.5 c.183.Pan.l. 3.c.69.

d ¶ *Nec transfertur.*] præsumit enim canō locum non mutari,“ cum animus non sit mutatus : sicut virgo censetur, cum non sit animus corruptus,licet corpus sit corruptum. 32.q.5. ita ne.sic propter animum bonum iudicat canō etiam iniustum factum bonum.23.qu.8.occidit.& q.7. quod autē. & 32.q.3.proposito.

†*al. non libitu cuiusquam, aut dominatione*

“Virgo dici potest etiā corrupta.

Scias.]Casvs.Quidam dicebant, q̄ nec causa vtilitatis, nec causa necessitatis poterūt episcopi mutare sedes.quare Benignus Archiepiscopus quæsiuit à Pelagio,vtrū bene dicerent. Et respondet,quòd non : quia plurimorum vtilitas præferenda est vnius vtilitati vel voluntati. Nec dicuntur isti transire vel mutare, qui hoc non faciunt per ambitionem, sed potius mutari.Vnde male dicebant illi qui asserebant episcopos non posse sedes mutare causa necessitatis vel vtilitatis.

per auaritiam concupiuit, nec illis, quos per superbiam spreuit. Suis igitur terminis contentus sit quisque: nec supra mensuram iuris sui affectet augeri.

Item ex concilio Meldensi,c.30.

¶Vtraque careat ecclesia, qui contemptu minoris ecclēsiæ ad maiorem aspirat. C. XXXII.

1 SI quis de ordine sacerdotali, contemptu minoris ecclesiæ ambitiose,& improbe ad potiorē aspirauerit †, canonica erga eum definitio conseruetur,hoc^a est, vt vtraque careat.

a ¶ Hoc est,vt vtraque careat.] *Hæc non sunt in Meldensi impresso, habentur tamen apud ceteros quoque collectores.*

Qui vero pretio ecclesiam vacantem ingressus fuerit,ab officio suo deponendus est,sicut in Rothomagensi concilio legitur

¶Deiiciatur à clero, qui mulieribus ecclesiam acquirere tentat. C. XXXIII.

2 SAncitum est,atque omnibus modis prohibitum, vt si quis presbyter inuentus fuerit alicui clerico,vel laico munera dare, vel dedisse,aut aliam [a] pecuniam tribuere,vt alterius presbyteri ecclesiam surripiat[a], aut vacantem pretio redimat, pro hac cupiditate, seu rapina,seu præsumptione turpis lucri gratia deiiciatur à clero, & alienus existat à regula.

a ¶Surripiat, aut.] *Additæ sunt istæ duæ voces ex Burchardo. Nam viuente presbytero possessore non potest dici vacans ecclesia.In li.7.capitularium, c.206.est verbum,* surripiat, *sed deest alterum membrum,* aut vacantem pretio redimat.*Iuo,& auctor Pannormiæ habent vt antea Gratianus*, ecclesiam vacantem pretio redimat.

5 *Quòd vero communi consilio, atque alio rum vtilitate mutationes episcoporum fieri possint, & in ecclesiis, à quibus recesserint, eis viuentibus alij substitui valeant, Anterus Papa demonstrat epistola septima scribens episcopis Bæticæ,& Toletanæ prouinciæ.*

¶Necessitatis, vel vtilitatis causa episcoporum mutationes fieri possunt. C. XXXIIII.

3 MVtationes episcoporū scitote communi vtilitate,atque necessitate fieri licere,sed nō propria † cuiusquam voluntate, aut dominatione.Petrus [b] sanctus magister noster, & princeps Apostolorum de Antiochia vtilitatis causa trāslatus est Romam,vt ibidem potius proficere posset. Eusebius quoq; de quadam parua [c] ciuitate, Apostolica auctoritate mutatus est ad Alexādriam. Similiter Felix de ciuitate,in qua ordinatus erat,electione ciuium propter doctrinam, vitamque bonam quā habebat, [auctoritate[a] huius sanctæ sedis, &]communi episcoporum,& reliquorum sacerdotū, ac populorum consilio translatus est Ephesum. Non enim trāsit de ciuitate ad ciuitatem, nec trāsfertur [d] de minori ad maiorem, qui hoc non ambitu, nec propria volūtate facit, [e] sed aut vi à propria sede pulsus, aut necessitate coactus,aut vtilitate loci,aut populi, non superbe, sed humiliter ab aliis trāslatus,&inthronizatus est. *& infra.* ¶ Nam sicut episcopi habent potestatem ordinare regulariter episcopos,& reliquos sacerdotes,sic quoties vtilitas, aut necessitas coegerit, supradicto modo & mutare,& inthronizare potestatem habent.[non tamen sine sacrosanctæ Romanę sedis auctoritate & licentia.]*& infra.* ¶ Alia etenim† est causa vtilitatis,& necessitatis,alia auaritiæ, ac præsumptionis,aut propriæ voluntatis.

a ¶ Auctoritate huius sanctæ sedis, &c.] *Hæc verba non leguntur in epistola Anteri, neque in Pannormia, neque apud Burch. & Iuonem. Sunt tamen apud Anselmum, & in Polycarp. & vetustis Gratiani exemplaribus. Idem quoque est de verbis illis prope finem capitis,* non tamen sine sacrosanctæ Romanæ sedis auctoritate, & licentia : *quæ propter hanc causam virgulis sunt inclusæ.*

Item Pelagius Papa secundus Benigno Archiepiscopo epist.2.

¶Causa necessitatis mutationes episcoporum fieri possunt. C. XXXV.

5 SCias frater dilectissime,aliud esse causam necessitatis,& vtilitatis, aliud causam præsumptionis,ac propriæ voluntatis. Nō ergo mutat sedem qui non mutat mentem,id est,qui non causa auaritiæ, aut dominationis, aut propriæ voluntatis, vel suæ delectationis† migrat de ciuitate ad ciuitatem, sed causa necessitatis, aut vtilitatis mutatur. Nam [f] plurimorum [e] vtilitas vnius vtilitati, aut voluntati prę ferēda est [f]. Aliud [g] est enim mutare,& aliud mutari. *& infra.* ¶Nā aliud est sponte transire,& aliud est coacte, aut necessitate venire. Vnde non isti mutant ciuitates, sed mutantur:quia non sponte, sed coacte hoc agūt. *& infra.* ¶ Non ergo bene intelligunt ecclesiasticas regulas, qui hoc negant causa necessitatis, vel vtilitatis fieri posse,quoties communis vtilitas,aut necessitas persuaserit.

Idem in eadem epistola paulo inferius.

¶Christum negare conuincitur, qui necessitatem patientibus misericordiam non impendit. C. XXXVI.

OMnis,q̄ gemebat,& vexabatur à Saul,fugiebat,& venie

4 Plura sunt verba in originali.

a De hoc le. & not.s̄.ea. c.placuit.

5 Pol l.1.ti.9 Ansel.l.6. c.97.

†*al. electionis*] *al. dilectionis*

6 Concord. tex.cū gl.in ver.eo tpe.i l.actione.§. Labeo. ff.p soc.& gl.i l. & ibi Pet. Cyn.& Bar. ff.sol.mat.

“vtilitatem suā an possit quis ōfere publicæ.

†*al.quoque*

Omnis.]Casvs. Quidam dicebant episcopos expulsos à ciuitatibus non esse recipiendos,&in aliis ecclesiis collocādos.Item asserebant, quòd causa vtilitatis non debebant mutari de minori ciuitate ad maiorem. Sed docet Pelagius exemplo Dauid eos esse recipiendos , q̄ si sciret esse

1.Reg.22.

Source : BIU Cujas

eſſe peccatum, expulſos à Saule non recepiſſet. non enim peccant expulſi: ſed potius qui cogunt eos fugere. Similiter cauſa vtilitatis licite fit mutatio de minori ad maiorem, & qui contradicunt, miſe ricordiam negant, ſ. qui nolunt mutare, id eſt, mutando tradere epi ſcopum cauſa vtilitatis vel neceſſitatis, vel deiectum recipere.

a ¶ *Sciret.*] ar. ꝙ eo ip ſo videtur aliquid bo num & iuſtum, ꝙ à bo no factum eſt. 37. diſ. qui de menſa. & 9. q. 2. Lugdunenſis.

b ¶ *Coacte.*] precib. ſu periorum. ſic ſ̃. e. qua liter. videtur. n. ꝙ non poſſit cogi, vt 74. diſ. vbi. Vel dic, ꝙ poteſt quis cogi, vt de nolẽ te fiat volẽs [a], vt 23. q. 4. diſplicet. & 74. diſt. placuit. Papa tamẽ ab ſolute poteſt aliquem cogere, vt 9. qu. 3. per principalem.

a Hoc no. ſ̃. 1. q. 6. ſicut. ibi videas.

c ¶ *Minor.*] ſed num qd tenetur minor po pulus ſuum epiſcopũ maiori concedere, cũ nemo cogatur de ſuo beneficiũ facere. 10. q. 2. precarię? Reſp. ſic, ſi alium poteſt habe re æque idoneum [b]. vel loqtur in eo caſu cum ibi magis vtilis erit, vt ff. loc. ſi domo. d ¶ *Doctiorem.*] omnia comparatiua poſitiue hic ponuntur.

b Arg. ff. ſol. ma. l. 2. ĩ pr. ff. de eui. in creditorem. cũ ſuis ſim. ſcđm I. đ Fã.

e ¶ *Et vtiliorem.*] ſcilicet illis.

†myſteriis.

E *Piſcopus.*] Casvs. Conſtituit Carthagin. concilium, ꝙ nec epiſcop⁹ nec clericus inferioris ordinis tranſeat de loco ignobili ad nobilem per ambitionem: ſed ſi vtilitas exegerit, epiſcopus tranſeat au ctoritate Papæ, & in præſentia ſynodi, decreto clericorum & laicorũ porrecto epiſcopis pro eo, ꝙ debet trãsferri. Alij vero cle rici transferuntur de voluntate ſuorum epiſcoporum.

†al. mutari

f ¶ *Gradus.*] quod verum eſt de iis q̃ ſubſunt epis nullo mediante, vt 71. di. clericos. & ext. de ren. admonet. ſed ſi aliis ſubſunt, vt abbatibus vel aliis, eorum cõſenſus requirendus eſt, vt 54. di. c. 1. & 2. & 9. q. 3. cõqueſtus. & 63. di. quanto. " Quid ſi clericus non vult tranſire de minori ad maiorem? Dico, ꝙ non p̃t cogi ab epo, qa nemo creſcere cogitur inuit⁹. 74. di. geſta. & 63. diſt. quanto. hoc autẽ Papa p̃t. Sed ſi ad alium epiſcopatum vocatus eſt eps, neceſſarius ẽ conſenſus epi. 71. di. p totum. 85. di. Florentinũ. Ioannes. Ego credo [c], ꝙ eps p̃t cogere clericum vt tranſeat ad maiorem locum, cũ maiora facere poſſit, vt extra de exceſ. præla. ſicut. & ad hoc facit extr. de ætat. & qual. quæris. B.

1 Iuo par. 5. c. 125. Pann. l. 3. c. 70.

" Clericus an poſſit p eẽm cogi tranſire ad maiorem eccleſiam.

c Et male. in p̃di. c. geſta. ſcđm H. & L. ſecõpelli p̃t à Papa ſolũ, vt ſ̃. dſ, ſcđ̃ L. & H.

bat ad Dauid] Si ergo piiſſimus, atque iuſtiſſimus Dauid ſciret [a] peccatum eſſe perſecutionem fugientes, & tranſeuntes de loco ad locum, & de ciuitate ad ciuitatem recipere, tales nequaquam recipe ret, nec ſecũ teneret, nec in aliis ciuitatibus eos collocaret. Qui enim perſequuntur Domini epiſcopos, eoſque de ciuitatibus ad ciuitates tranſire compellunt: non eos tantúm perſequuntur, quantum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, cuius legatione funguntur. Nec ipſi in hoc peccant epiſcopi, quoniam non ſponte, ſed co acte [b] hoc agunt, ſed illi, qui eos perſequuntur: nec ipſis epiſcopis hoc imputari poteſt, ſed illis qui eos hoc agere cogunt. *& infra.*

¶ Qui autem negant miſericordiam faciendam fugientibus, ac neceſſitatem patientibus, ipſum Chriſtum negant, qui eſt miſericordia, & veritas. *& infra.* ¶ Negat miſericordiam neceſſitatem patientibus, qui populis indigentibus diuinis miniſteriis †, & non habentibus proprium epiſcopũ, qui eos inſtruat, cauſa vtilitatis, atq; neceſſitatis, ex alia ciuitate, li cet minor [c] ſit, in eam, quę nõ habet epiſcopum doctiorem [d], vel vtiliorem [e], meliori conſilio, non ſponte trãſeuntem, ſed maiorum exhortatione mutare †, aut epiſcopum eiectum, & perſecutionẽ patiẽtem cauſa vtilitatis, aut neceſſitatis inthronizari non permittit.

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 27.

¶ Non ambitione, ſed ſynodali auctoritate, de eccleſia ad eccleſiam epiſcopus tranſeat. C. XXXVII.

1 E Piſcop⁹ de loco ignobili ad nobilem per ambitionẽ non tranſeat: nec quiſquam inferioris ordinis clericus. Sane, ſi vtilitas eccleſiæ fiendum popoſcerit: decreto pro eo clericorum, & laicorum epiſcopis porrecto in preſen tia ſynodi transferatur, nihilominus alio in locum eius epiſcopo ſubrogato. Inferioris vero grad⁹ [f] ſacerdotes, vel alij clerici cõceſſione ſuorum epiſcoporum poſſunt ad alias eccleſias tranſmigrare.

Item ex eodem Carthaginenſi, 4. c. 33.

¶ In proprio gradu epiſcopi, vel presbyteri in aliena ſuſcipiantur eccleſia. C. XXXVIII.

E Piſcopi vel presbyteri, ſi cauſa viſitandi ad eccleſiam alterius epiſcopi venerint, in gradu [g] ſuo ſuſcipiantur, & tam ad verbũ faciendum, quàm ad oblationem conſecrandam inuitentur [h].

g E *Piſcopi.*] ¶ *In gradu.*] id eſt, honore.

h ¶ *Inuitentur.*] aliàs non licet. 9. q. 2. nullus. & 6. q. 3. ſcriptum.

Item Calixtus Papa omnibus Galliarum epiſcopis, epiſt. 2. c. 3.

¶ Eccleſia vnius epiſcopi ab alio diſponi non debet. C. XXXIX.

2 S Icut alterius vxor nec adulterari ab aliquo, vel iudicari [i], aut diſponi, niſi à proprio viro, eo viuente, permittitur, ſic nec vxor epiſcopi †, quæ eius eccleſia, vel parochia indubitanter intelligitur, eo viuente, abſque eius iudicio, & voluntate alteri † iudicari, vel diſponi, aut eius cõcubitu frui, ideſt ordinatione, cõceditur. Vnde ait Apoſtol⁹ [Alligata eſt vxor legi, quamdiu vir eius viuit, eo vero defuncto, ſoluta eſt à lege viri.] Similiter & ſponſa epiſcopi (quia ſponſa, vxorque eius dicitur eccleſia) illo viuente ei eſt alligata: eo vero defuncto ſoluta eſt. [Et cui voluerit, nubat, tantum in Domino] id eſt regulariter [k]. 3 Si enim eo viuente alteri nupſerit, adultera iudicabitur. Similiter & ille, ſi alteram ſpõte duxerit, adulter exiſtimabitur, & communione priuabitur. Si autẽ perſecutus fuerit in ſua eccleſia, fugiendum illi eſt ad alteram, eique eſt aſſociandus, dicente Domino: [Si vos pſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.] Si autem vtilitatis cauſa fuerit mutandus: non per ſe hoc agat, ſed fratribus inuitantib. & auctoritate huius ſanctæ ſedis faciat, non ambitus cauſa, ſed vtilitatis, aut [A] neceſſitatis.

A ¶ Aut neceſſitatis.] *Hæc non ſunt in ipſa epiſtola, ſed habentur apud Anſelmum. Neceſſitas autem præbet iuſtam cauſam tranſlatio ni. ſ̃. ead. c.* ſcias.

6 *Hoc non ſolum de epiſcopis, verum etiam de quibuſlibet eccleſiæ miniſtris intelligitur, ne videlicet in locum viuentis alter obrepat.*

Vnde beatus Gregorius ſcribit Natali Salonitano epiſcopo de eo, qui in archidiaconatum alterius ſe promoueri conſenſerat, libro 2. indictio. 10. epiſt. 14. & 16.

¶ Deponatur, qui locum alterius inuadere non timet. C. XL.

4 E Vm, qui contra iuſtitiæ regulam in archidiaconatũ [l] alterius ſe prouehi conſenſit, ab eiuſdem archidiaconatus honore deponimus. Qui, ſi vlterius in loco eodem miniſtrare pręſumpſerit, ſe participatione communionis ſacræ nouerit eſſe priuatum.

Item Hieronymus ad Ruſticum monachum, epiſt. 4.

vel diſponi niſi à proprio epiſcopo: & ſicut vxor (vt dicit Apoſtolus) mortuo viro ſuo poteſt nubere cui vult, ita defuncto epiſcopo eccleſia p̃t alteri cõcedi. In 2. par. dicitur, ꝙ ſi eps non p̃t permanere in ſua eccleſia, fugiat ad aliã. hoc probat auctoritate Chriſti. In 3. par. dicitur, quod epiſcop⁹ cauſa vtilitatis & fratrib. inuitãtib. poteſt mũtari: ſed hoc cum auctoritate ſedis Apoſtolicæ fiat. Secunda pars incipit ibi, *Si vos perſecuti.* Tertia ibi, *Si autem vtilitatis.*

2 Pol. l. 1. tit. 8. Anſ. l. 6. c. 103. Bur. l. 3. c. 49. Iuo p. 3. c. 53. & p. 5 c. 101.

† al. epiſcopi, vel preſbyteri.

† al. ab altero diiudicari.

i ¶ *Iudicari.*] ff. de iur. om. iu. qui iuriſdictio ni. cõtra. vbi dicitur, ꝙ nullus ſibi vel ſuis ius dicere poteſt. Reſpon. " iudicare poteſt maritus vxorem corrigẽdo eam. 23. q. 4. duo iſta. ſed nõ verberando eam, vt C. de repu. conſenſu. quia illa aliena ſunt ab ingenuis, vt ibi dicitur: ſed temperate poteſt eam caſtigare, quia eſt de familia ſua. 33. q. 5. hæc imago. ſicut dominus ſeruum. inſtitu. de iis qui ſui vel al. iu. ſunt. §. fin. & etiam mercenarium ſuum. ff. de pœ. reſpiciendum. non autem in forma iudicij poteſt eam iudicare.

Rom. 7.

" Maritus vxorem caſtigare p̃t.

3 ibid.

k ¶ *Regulariter.*] ideſt, homini ſuæ profeſſionis. 28. quæſt. 1. caue. Vel ſine ſuſpicione turpitudinis, 32. q. 1. ſi quis vxorem.

Matth. 10.

HOC NON SOLVM. Hæc eſt ſexta pars q. in qua reprehendit eos qui occupant locum viuentis, cum duo ſimul eſſe non poſſint. Ioan. de Fan.

Casvs. dictum eſt ſ̃. c. ſicut. quòd epiſcopo viuente ſua eccleſia nõ debet alteri nubere. Nũc dicit idem eſſe intelligẽdum de quibuſlibet miniſtris eccleſiæ, ſicut de archidiacono, vt in ca. prox.

E *Vm qui contra.*] Casvs. Natalis epiſcopus Salonitan⁹ iniuſte repulit Honoratum ab archidiaconatu, & eo viuente alterum ſibi ſubſtituit. ſed Gre. depoſuit illum ſubſtitutum. & ſi præſumeret in eodẽ loco vlterius miniſtrare, ſacra communione ſe nouerit eſſe priuatum.

4 Iuo p. 6. c. 342.

l ¶ *Archidiaconatum.*] ſed nonne iſte debuit depo

Source : BIU Cujas

deponi, vt 3.q.2.audiuimus.& 2.q.1.in primis? Sed iſte excuſabatur auctoritate maioris [a], qui hoc fecerat.14.q.5.dixit Dominus.& 28. diſt. diaconi.

In apibus.] Casvs. Hieronymus probat hic ſex ſimilitudinib. plures prælatos non debere eſſe in eadem eccleſia: ſed ſinguli prælati debent eſſe in ſingulis eccleſiis.

a ¶ *Imperator.*] arg. q̃ omnes reges coronabit Imperator, vt dixi 63. diſt. Hadrianus. 2. cū plures ſunt reges, vt 6.q.3.c.2. Ioan.

b ¶ *Vnus.*] tamen quãdoque fuerũt duo Imperatores de facto, vt 21. diſt. nunc autem. Quid ergo dicemus de græculo [b], videtur, quòd iſte ſit Imperator: quia Cõſtantinus illuc tranſtulit imperium, vt 96. diſt. Conſtantinus. & Imperator appellatur, vt ext. de mã. & obe. c. ſolitę. ſed non eſt ita, quia Romana eccleſia tranſtulit imperium ad Alemannos ab oriente. ext. de ele. ca. venerabilem. Ioan.

c ¶ *Iudex vnus.*] ſed imo decem ſunt iudices prouincię, vt 6.q.3. ſcitote. ſed hic appellat iudicem regẽ. alibi tamen videtur, quod vnus ſit iudex prouinciæ præter regem, vt 23.qu.4. duo iſta.

d ¶ *Roma.*] ff. de re. di. l. vl. cõtra ibi dicitur, q̃ ideo Romulus interfecit Remum, quia muros tranſiliit: Reſpondeo. Nam potuit hoc idem feciſſe ex inuidia.

e ¶ *Parricidio.*] large ſumpto nomine, vt ff. ad leg. Pompeiam de parricidiis. l.1.

f ¶ *Archidiaconi.*] i. in quolibet archidiaconatu erit vnus archidiaconus. non autem prohibet quin in vna eccleſia poſſint eſſe plures archidiaconi, vt 93. diſtinct. diaconi.

¶In vna eccleſia duo prælati eſſe non debent. C. XLI.

[1] IN apibus princeps † vnus eſt, grues vnam ſequuntur ordine litterario: Imperator [a] vnus [b], iudex [c] vnus prouinciæ [2]. Roma [d], vt condita eſt, duos fratres ſimul habere reges non potuit, & parricidio [e] dedicatur. In Rebeccæ vtero Eſau &* Iacob bella geſſerunt: ſinguli eccleſiarum epiſcopi, ſinguli archipresbyteri, ſinguli archidiaconi [f], & omnis ordo eccleſiaſticus ſuis rectoribus nititur.

7 *Ecce in quibus caſibus epiſcopo viuente, alius poteſt ei ſubſtitui: quamquam ſecundum rei veritatem non viuente epiſcopo talis probetur ſuccedere. Tranſlatus enim ab vna ciuitate ad aliam deſinit* [g] *eſſe epiſcopus illius ciuitatis, à qua transfertur, atque ideo, qui huic ſuccedit, non viuente, ſed defuncto* [h] *quodammodo epiſcopo, probatur ſubſtitui. Sed inter eum qui hoſtilitatis neceſſitate, & eum, qui vtilitatis cauſa transfertur, hoc intereſt, quòd ille, qui metu hoſtilitatis ad aliam tranſit, ſi priorem contigerit aliquando ab hoſtibus liberam fieri, ad eamdem illum redire oportet.*

*Vnde Gregorius Papa ſcribit Ioanni epiſcopo Syllatino† lib.2.indict.10.epiſt.25.**

¶Qui metu hoſtilitatis ad alium locũ tranſierit: poſtea ad ſuam eccleſiam redire oportet. C. XLII.

[3] PAſtoralis officij cura nos admonet, deſtitutis eccleſiis proprios conſtituere ſacerdotes, qui gregem Dominicum debeant paſtorali ſolicitudine gubernare [i]. Propterea te Ioannem ab hoſtibus captiuatæ Liſſitanæ ciuitatis epiſcopum in Scyllatina eccleſia Cardinalem neceſſe duximus conſtituere ſacerdotem: vt ſuſceptam ſemel animarum curam intuitu futuræ retributionis impleas: & licet à tua eccleſia ſis hoſte imminente depulſus, aliam, quæ paſtore vacat, eccleſiam debes gubernare: ita tamen, vt ſi ciuitatem illam ab hoſtibus liberã effici, & Domino protegente ad priorem ſtatum contigerit reuocari [k], ad eam, in qua prius es ordinatus, eccleſiam reuertaris [l]. ſint autem prædicta ciuitas continua captiuitatis calamitate premitur, in hac in qua à nobis incardinatus [A] es, debeas eccleſia permanere.

A ¶Incardinatus.] ſ. *diſt.71.c.* fraternitatem. *de huius vocis notione eſt adnotatum.*

Qui vero vtilitatis cauſa transfertur, nequaquam ad priorem redire cogitur. Eſt etiam alius caſus, in quo epiſcopus viuenti epiſcopo ſubſtituitur. Cum enim aliquis relicta priori cathedra, ſua auctoritate ad aliam trãſierit, ſi alius ei ſubſtitutus fuerit, licet ille prioris eccleſiæ epiſcopus eſſe non deſierit, ſubſtitutus tamen epiſcopatum habebit.

Vnde Damaſus vrbis Romæ epiſcopus ſcribit ad Paulinum Antiochenum, dicens.

¶De ſacerdotibus, qui relictis ſuis eccleſiis ad alias migrarunt. C. XLIII.

[4] EOs ſacerdotes, qui ab eccleſiis ad eccleſias migrauerunt, tamdiu à noſtra communione habem [m] alienos, quãdiu ad eas redierint ciuitates, in quibus primitus ſunt cõſtituti. Quòd ſi quis alius alio trãſmigrante, in locum viuentis ordinatus [m] eſt, tamdiu dices, quòd prior locus deſinit eſſe religioſus, vt ff. de relig. cum loca. ſed poſtea eam repetit iure poſt liminij, vt 24. quæſt.1. cum per bellicam. Vel dic, quòd Papa ſub conditione vel ad certum tempus poteſt aliquem inſtituere prælatum: ſicut miles ſub conditione & ad certum tempus inſtituit heredem. ff. de mili. teſta. in fraudem. §. ſimiles. Ioan.

k ¶ *Reuocari.*] Argu. quòd reſtituta re in priſtinum ſtatum, omnia iura reſtituuntur [d]. vt extra de ele. quia diligentia. 16. quæſtio. 3. prima. & ſi quis peruenerit ad meliorem fortunam, tenetur ad priſtinam obligationem. 26. quę Eps duarũ ſtio. 7. ab infirmis. ff. quemadmodum ſer. amit. ſi locus. & C. qui bon. cedere pol. l.2.

l ¶ *Reuertaris.*] cum ergo teneatur redire, non ergo deſinit eſſe epiſcopus primæ eccleſiæ. & ſic epiſcopus eſt duarum eccleſiarum contra illud 21. quæſtio. 1. relatio. Baz. vero dicit, quòd eſt epiſcopus vtriuſque, ſicut in matrimonio carnali dixit, quod aliquis poteſt eſſe maritus duarum, ſi vxor intrat religionem. Sed contra. nam ille locus deſiit eſſe eccleſia per captiuitatem, vt ff. de relig. cum loca. Sed non eſt ita: quia ipſa ſacramenta eccleſiæ vera dicimus eſſe apud hoſtes: vt prima, quęſtione prima. quod quidam. & quod dicit lex, quòd deſinit eſſe ſacer locus, intellige quia viduatus eſt ſacris miniſteriis. Ciuitas autem deſinit eſſe inductione aratri. ff. quib. mod. vſusfru. amit. l. ſi vſusfructus. & collegium tranſlatis perſonis. ff. de colle. illicitis. l.3. Sed pone ecõuerſo quòd epiſcopus ſit captus, & non ciuitas. tunc bene conſtituetur alius, vt dicunt quidam. quia ſi tutor eſt captus ab hoſtibus, alius dandus eſt, & tamen ſi captus redierit, omnia recuperat iure poſtliminij, & ille alius deſinit eſſe tutor: vt inſt. de Attilia. tut. §. ab hoſtibus. quòd non concedo [e]. quia ſic offenderetur illa regula. 16. quæſtio. 7. inuentum.

QVI VERO. Casvs. Dictum eſt ſ. quid iuris ſit, ſi cauſa neceſſitatis transfertur. Nunc vero oſtendit, quòd ſi cauſa vtilitatis transfertur, nõ poteſt ad priorem eccleſiam redire. Eſt etiam alius caſus, in viuente epiſcopo ſubſtituitur alius, ſcilicet cum eccleſia ſua derelicta eſt cauſa ambitionis, & ſua auctoritate tranſit ad aliam, quo caſu licet non deſinat eſſe prælatus prioris eccleſiæ, tamen ſubſtitutus eam habebit.

Eos ſacerdotes.] Casvs. Dicitur in hoc c. quòd ſacerdotes auctoritate propria de eccleſia ſua migrantes ad aliam, tãdiu à communione remoueantur, quamdiu ad ſuas redierint ciuitates. ſed ſi alius iam eſt ſibi ſubſtitutis: tamdiu vacet qui deſeruit ſuam ciuitatem, donec ſubſtitutus quieſcat in Domino.

m ¶ *Ordinatus.*] ar. "quod re integra poteſt repeti eccleſia, quæ habita eſt pro derelicto. nã ſi ceſſit quis bonis rebus nondũ diſtractis, poteſt eas repetere, vt arg. C. de repu. her. l. vl. & ar. ff. de ceſ. bon. is qui. ſimile. ff. de decu. qui ad tempus. Sed quæro, cum iſte ſubſtituebatur, aut vacabat epiſcopatus, aut non: ſi nõ vacabat, qualiter ſuccеſſit in locum viuentis? ar. ff. de ver. ob. l.1. Non poteſt etiam dici, quòd vacabat, quia nõ fuit eccleſia adiudicata, maxime cum dicatur

---

a Hãc rõem hic pbat H. dices, q̃ iõ excuſatur & diſpenſatur cum eo. & idem L.

1 Iuo p.5. c.356. † *principes ſunt*] orig.

2 circa iſtud c. poſſet q̃ri an Papa & Imperator ſint ſupillu ſtres, dicq̃n imo sũt ſup oẽs gradus ſcdm Cy. & Ray. ĩ l. fi. C. vbi ſena. vel cla. & Io. An. ĩ add. ad Sp. tit. đ iu. om. iu. & Alb. de Roſ. ĩ l. imperiũ. ff. de iu. om. iu. & Ale. de Im. ĩ l. q̃cũq;. col. 4. ff. đ of. ei° cui mã. ẽ iu.

*Gen.25. b Dic, q̃ nõ eſt ver° nec vniuerſalis imperator, ſcdm Ale. ĩ l. q̃cũq;. col. 5. ff. đ off. ei° cui mã. ẽ iu.

† *al. Squilaceno* * Ioan. diac. l.3.c.15.

3 Pol. l.1.ti.8 & l.2.tit.14. Anſel. l.6.c. 99. Burc. l.1. cap. 123. Iuo p.5.c.223.

c Verũ eſt à iure reprobata, & ſic loqtur ca. q̃ pio. & ext. đ pact. c. fi. cũ ſim. Hic aũt loqtur q̃n ẽ tacita conditio à iure inducta. Ar. " Beneficia ſub cõdõne non dãtur.

ECCE IN QVIBVS. Hæc eſt 7. pars q. in qua probatur de mutatione cauſa neceſſitatis, & leuitatis. Io. de Fan.

Casvs. Oſtendit ſ. Grat. in quibus caſibus viuenti prælato alius poteſt ſubſtitui. Nunc oſtendit, quòd ſi veritatem inſpiciamus, ſupradictis caſibus nõ ſuccedit quis viuo, ſed mortuo. Nam ex quo quis renuntiat eccleſiæ vel transfertur in aliam ciuitatem, quodammodo dicitur eſſe mortuus quo ad eccleſiam primam, quia in ea deſinit eſſe prælatus. Ideoque qui ſuccedit huic, non dicitur ſuccedere viuo, ſed defuncto. Et oſtendit differentiam inter iſtum qui neceſſitate hoſtilitatis, & illum qui vtilitate transfertur: quoniam qui in hoſtilitate trãsfertur, hoſtilitate recedente redit ad eccleſiam ſuam quam dimiſit: ſecus ſi vtilitate.

g ¶ *Deſinit.*] 21.q.2.ſi quis iam tranſlatus.

h ¶ *Defuncto.*] cum enim loco eius ſuccedit, pro mortuo habetur. ff. pro ſoc. l. actione. §. publicatione.

PAſtoralis.] Casvs. Ioannes Liſſitanæ ciuitatis epiſcopus ab hoſtibus eſt repulſus, & ideo Grego. dedit eccleſiam Scyllatinam ei hac conditione, vt ceſſante hoſtilitate ad ſuam eccleſiam reuertatur. Si vero continua premeretur captiuitate, perpetuo ibi permaneret.

i ¶ *Gubernare.*] videtur, quòd iſte epiſcopus ſub conditione [c], vel ad certum tempus fuerit inſtitutus: " ſed beneficia ſub conditione non dantur. l. quæſt. 2. quàm pio. nec ad temporis, vt ſ. c. quamuis. & 70. diſtinct. ſanctorum. nec conuenit moribus noſtris temporales filios habere. ff. de adoptionibus, quæſitum. ſic ff. de regu. iur. actus. ſicut nec libertas ad tempus datur. ff. de manu. teſta. libertas. nec hereditas. inſtitu. de hered. inſti. §. heres. nec matrimonium. 32. quæſtio. 2. ſolet. Poteſt dici puram eſſe inſtitutionem, ſed ſub conditione reſoluitur, vt ff. de in diem addic. l. 2. ſimile extra de fil. presbyt. veniens. & ſimile extra de pignoribus. cap. illo. vel dic, quòd iure poſtliminij reſtituitur ei prior epiſcopatus, ſic 16. quæſt.3. prima. non enim poteſt dici, quòd maneat epiſcopus prioris eccleſiæ. Sic enim eſſet epiſcopus vtriuſque: contra illud quod eſt 21. quæſtio. 1. relatio. & eſt ſimile C. de cu. fur. cum aliis. & tunc

d Arg. cõtra 10. q. 7. & his dixim°. vbi de hoc. & ext. đ ver. ſi. abbate. ĩ fi.

e Et bñ, vt ſatis colligitur ext. li. 6. đ ſup. ne. pl. ſi eps. Arc.

f Sub. cõtra id ſ. c. eũ q. cũ ſim. Arc.

4 Pol. l.1.ti.9 Anſ. l.9.c.95

tur, ꝙ non ipso recessu perdat quis ecclesiá[a]. Sed breuiter pót dici, ꝙ ille fuit admonitus, & per sententiá fuit ecclesia adiudicata. Vel dic, ꝙ cum de iure debuit vacare, licet super hoc nó esset lata sententia, potest alij adiudicari, vt ext. de ren. ex trásmissa. ext. de conc. præb. & eccle. non vacan. c. litteras.

a ð hoc no. ẽ. e. §. ambitionis. & vid qð no. 92. di. si q epi. ĩ gl. j. ĩ quo. Arc.

1 Io. diac. in vita B. Gre. l. 3. c. 17. Ansel. l. 6. c. 98. Burc. l. 3. c. 89. Iuo p. 3 c. 179. Pann. l. 2. c. 37.

a ¶ *Tamdiu vacet.*] & sic videtur, ꝙ eo mortuo possit repetere ecclesiam: sed nó est verũ. sic ergo quod hic dicitur, in fauorẽ ecclesiæ dicitur, quia eũ nó vult repetere. Vel ideo ꝙa ecclesia post mortem huius eum potest repetere. "Sed pone, moritur substitutus, ecclesia repetit primum. ille non vult redire, potest ne compelli? Non videtur. videtur eñ ecclesia renuntiasse iuri suo nó repetendo, cũ potuit eum repetere, & noluit, sed alium præelegit. immo videtur, ꝙ ipse repetere possit ecclesiam viuo secundo: & si obiicitur ei, ꝙ habuerit ecclesiam ꝑ derelicto, replicabit, quod illa alij adhæsit, vt ext. de diuor. significasti. ꝙ non credo, vt 22. qu. 6. nihil. ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. idem ait. Ioan.

†al. secure "substituto mortuo, an possit qui renunciauit ab ecclesia repeti. † *al. quem Harenata ad. S. Andr. apostolum dicunt.*

EPISCOPALIVM. Casvs. ostendit Grat. de mutatione episcoporum. Nunc vult ostendere, quod ecclesia episcopalis mutari potest hostilitatis metu. & hoc probat seq. cap.

T*Emporis.*] Casvs. Ciuitas Vellitrẽsis multas patiebatur angustias à Barbaris, & ideo Greg. Papa ꝑcepit Ioanni episcopo, vt sedẽ episcopalem trãsferret ad sanctum Andream apostolum, vt barbaricũ periculũ facilius posset declinari, & diuina officia celebrétur festiue.

2 Iuo p. 7. c. 149.

b ¶ *Transponere.*] ij. de cõsec. di. 1. tribus. j. 16. q. vlt. si quis. & q. 1. & temporis. vbi de hoc notaui plene.

ITEM. Hæc est 8. pars q. in qua quæritur de illis qui causa pœnitẽtiæ relinquũt episcopatum, vtrum possint fieri episcopi. Quid iuris sit, habes ext. de renun. post translationem. Dicas tamẽ breuius, ꝙ si fuerint postulati, potuerunt fieri episcopi, nisi ꝑ crimine dimiserint episcopatum. Et hoc probat per 5. c. Io. de Fan. Casvs. Ostendit Gra-

† λόγου ἔχει

vacet [a] sacerdotij dignitate, qui suam deseruit ciuitatẽ, donec successor eius quiescat in Domino.

Episcopalium etiam sedium mutationes, metu hostilitatis interueniente nõnumquam fieri solent.

Vnde Gregorius scribit Ioanni Episcopo Vellitrano, libro 2. epist. 11.

¶ Necessitate temporis episcopalium sedium mutationes fieri possunt. C. XLIIII.

1 TEmporis qualitas admonet, episcoporum sedes antiquitus certis ciuitatibus constitutas ad alia, quæ securiora putamus, eiusdem diœcesis loca transponere [b], quo & habitatores nunc † degere, & barbaricum possint periculum facilius declinare. Propterea te Ioannem fratrem coepiscopum nostrum Vellitrensis ciuitatis, sedemque tuam in loco quon dã† Arenata ad sanctũ Andream apostolum præcipimus exinde transmigrari: quatenus ab hostilitatis incursu liberior existere valeas, & illic consuetudinem [A] solennium festiue disponas.

A ¶ Consuetudinem.] *Apud Ioannem Diaconum legitur*, consuetudine solenni festa disponas. *Apud Burchardum & Iuonem*, consuetudinem solennium festorum. *In variis B. Gregorij epistolarum editionibus*, consuetudinum solennium festa disponas.

tem, dicens quòd tractare cum fratribus de electione successoris licet, sed eligere non licet. Exemplum vero Petri non debet trahi ad consequentiam, nisi ab his qui talem vellent eligere successorem, qualis fuit Clemens. verum quia consueuerant eligere consanguineos & malos: constitutum est vt clerici vel patroni eligant prælatos tales qui Deo digne seruire valeant. quod si facere recusauerint: iure ab ecclesia repudientur, quod probat per sequent. capitulum.

b Vbi scdm veteré cópilationẽ erat illud verbũ, nepotũ, qđ hodie ẽ sublatum. Arc. 8 Pann.l.8. c.152.

† *al. capellas*

c ¶ *Acclamatum est.*] Casvs. Statuitur in hoc c. ne quis iure hereditario sibi vẽdicet vel postulet ecclesias, præbẽdas, præposituras, capellanias, vel aliqua ecclesiastica officia: quod si quis præsumpserit, careat eisdẽ in perpetuum.

7 in cõmen. ad ea verba [& cõstituas p ciuitates psbyteros] Exod. 33. "filius sacerdotis ecclesiã paternã hñre non pt. Num. 27.

d ¶ *Præbendas.*] "Episcopo non licet filios instituere in paternis ecclesiis. extra de fil. presb. præsentium. ni si per mediam personam, vt ext. e. ex transmissa. præbenda autem potest habere in eadem ecclesia, si est legitimus. ext. e. ti. ad hæc. sed licet sit legitimus, beneficium tamen paternũ non potest habere: sicut hic dicit. sed illegitimus in eadem ecclesia sæculari esse non potest canonicus, vt ext. eo. tit. ad abolendam. tamen per illam constitutionem videtur q̃ etiam legitimus non possit habere beneficium cũ patre. & hoc intelligas de omnib⁹ descendentib. arg. extra de iure pa. consuluit [b]. extra de inst. ad decorem. & ff. de ver. sig. filij. Forte aliud in collateralib. & ascendẽtib. arg. de pœ. di. 1. pœnæ. licet sit ar. contra. extra de instit. ad decorem. Io. Sed certe potest probabiliter dici, quòd hoc non extenditur ad nepotes: quia pœnæ sunt restringendæ. ff. de lib. & posthu. cũ quidam. in fi. nec semper nomine filiorum nepotes intelliguntur, vt inst. qui da. tut. pos. in fi. ti. B. Sed quid de illo qui renuntiat, vt detur alij forte consanguineo? Hanc renuntiationem Papa approbat ext. de off. deleg. ex parte. 1. Sed dic quòd ibi fuit pura renuntiatio.

HIS OMNIBVS. Casvs. Soluit Grat. dictam contrarietatem, dicens quòd tractare cum fratribus de electione successoris licet, sed eligere non licet. Exemplum vero Petri non debet trahi ad consequentiam, nisi ab his qui talem vellent eligere successorem, qualis fuit Clemens. verum quia consueuerant eligere consanguineos & malos: constitutum est vt clerici vel patroni eligant prælatos tales qui Deo digne seruire valeant. quod si facere recusauerint: iure ab ecclesia repudientur, quod probat per sequent. capitulum.

Source : BIU Cujas

a ¶ *Beatus.*] Sed numquid adhuc Papa posset facere sibi successorem? Non: quia hoc esset immutare statutum ecclesiæ, vt 25. q. 1. quę ad perpetuam. & quia statutum facit in id tempus, in quo non est futurus iudex. ff. de iur. om. iud. eum qui.

Olim.] Hęc est 2. pars q. in qua redarguit electos & dignos qui nolunt recipere prælationē: & hoc facit per 4. auctor. Io. de Fant.

Casvs. In veteri lege præcipiebatur, q̄ frater duceret vxorē fratris sui defuncti, vt ei sobolem suscitaret, q̄ soboles defuncti fratris diceretur: quod si recusabat, in faciem eius conspuebatur, & discalceabatur vno pede. Exinde domus eius vocabatur dom⁹ discalceati. Sic vnusquisque prædicator debet Christo, q̄ pro nobis mortuus est, filios suscitare: q̄ Christiani à Christo vocē-
Deut. 25. tur. Quod si recusat, respuitur ab ecclesia tanquā vno pede discalceatus: & portabit opprobrium illius nō figuratū, sed figurās: q̄a hoc significat opprobrium illius. qui vero hoc adimplet, vtroque pede dicitur calceatus.

b ¶ *Sobolem.*] tū istius erat carnalis fili⁹: sed erat filius mortui legalis, vt 56. di. Ismael. & Matthæ⁹ ponit carnales patres vbi dicit, qui genuit. Et Lucas ponit legales, cum dicit, qui fuit. "duos. n. habebat patres huius modi filius, carnalem & legalem.

"Christi patres fuerūt duplices.

Esa. 52. Rom. 10. c ¶ *Nomine.*] id est, filium mortui.

d ¶ *Vtroque pede.*] quia & de se curat, & de proximo.

e ¶ *Non figuratū.*] Sed etiam signum & figuram. & hoc est dicere, a Sub. q̄a factū istius[a] signū est & figuræ & figurati. Vel hoc vult dicere, q̄ factum istius nō significat factum illius sed factū istius significauit factū illius. Vel ideo dicit hoc quia in facto istius completur illa figura.

a Sub. qa factū isti⁹ est res & significatū, factū illius figura & signās & factum isti⁹ &c. vt sequitur.

In scripturis.] Casvs. Quidam cum eligebantur ad prælaturas, recusabant eas, dicentes se velle esse
1 Iuo p. 5. c. 350. in contēplatione. Sed Greg. dicit, q̄ ex hoc
† *al. scriptis* se magis esse dignos ostendunt: quia sicut ambiētibus magis est dignitas deneganda: sic est renuentib. concedenda. Et docet q̄ qui eligūtur ad dignitates, & ad officium
Heb. 5. Num. 25. prædicandi, nō debēt renuere, si digni sunt. Quod tribus rationibus vel auctoritatib⁹
2 Concord. tex. i simili i l. i. tē eorū. §. si decuriōes ff. qd cu. vni. probat: & hoc in prima parte. In secunda parte ostendit quòd quietem contemplationis debemus desidera-
re: sed cum necesse est, postponenda est propter multorum vtilitatem. Quod probat duobus exemplis, scilicet exemplo Hieremiæ, qui cum inuitaretur ad prædicandum, dixit: A, a, a, Domine, nescio loqui, quia puer ego sum. Et exemplo Esaiæ, qui de comtemplatione obtulit se dicens: Ecce ego mitte me. Sed sciendum, quod isti non fuerunt contrarij: quia Hieremias non ex toto recusauit, sed timuit subire officium prædicandi. Nec Esaias ante missus est qui se

tuunt, qualem sibi successorem beatus a *Petrus quęsiuit. Verum, quia officium non vitę, sed sanguini cœpit deferri, atque ad episcopatum tales quisq; sibi successores quærere cœpit, qui vel odiosi populis, vel à plebe docendi inuenirentur: idcirco sacris canonib. statutū est, ne quisquam sibi sui officij quærat successorem: sed populi electione quæratur, qui eorum vtilitati digne deseruiat: qui illorum vtilitatem, non sua lucra quærat, qui Christo semen velit suscitare, non sibi diuitias congregare. Quod qui facere contempserit, iure ab ecclesia repudiatur. Vnde Augustinus contra Faustum Manichæum, lib. 32. c. 10.*

¶ Qui sibi, & ecclesiæ prodest, vtroque pede calceatus intelligitur.

C. VIII.

2 OLim iussus est frater prætmortui fratris vxorem ducere, vt non sibi, sed illi sobolem[b] suscitaret, eiusque vocaret nomine[c], quod inde nasceretur. Quod si recusaret, discalceatus vno pede conspui solebat in faciē. Nunc Euangelij quisque prædicator ita debet in ecclesia laborare, vt defuncto fratri, id est Christo, suscitet semen, qui pro nobis mortuus est: & quod suscitatum fuerit, eius nomen accipiat. At vero qui electus ab ecclesia ministeriū euangelizandi[A] renuerit: ab ecclesia ipsa merito, digneque cōtemnitur. Qui enim & sibi prodest, & ecclesiæ, bene intelligitur vtroque pede[d] calceatus. Vñ illud [Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.] Qui autem curā lucrandorū refugit aliorum, discalceati illius non figuratum[e] significauit, sed in se impletum portabit opprobrium.

¶ *Hic verba* B. *Augustini, & in summam redacta, & interdum mutata sunt, quod aliis etiam locis est adnotatum.*

A ¶ Euangelizandi.] *Sequebatur in vulgatis, & baptizandi: quæ sunt expuncta, quia in manuscriptis non leguntur, sicut neque in originali.*

Item Gregorius Papa in regesto, lib. 6. epist. 5 siue c. 169. Cyriaco episcopo.

¶ Locus regiminis sicut desiderantibus est negandus, ita fugientibus est offerendus.

C. IX.

1 IN scripturis† vestris vos magnopere requiē quæsisse narratis: sed per hoc ad pastoralem solicitudinem vos congrue venisse[f] ostenditis: quia, sicut locus regiminis desiderantibus negandus est, ita fugientibus[g] offerendus. ¶ Et sicut scriptū est[h] [Nec quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron:] 2 & rursus[i] idem prædicator egregius dicit [Si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt, iam nō sibi viuant sed ei, q̄ pro ipsis mortuus est, & resurrexit:] & pastori sanctæ ecclesiæ dicitur [Simon Ioānis amas me? Pasce ouesmeas] ex quibus verbis colligitur: quia si is, qui valet, omnipotentis Dei oues renuit pascere, ostēdit se pastorem summum minime[k] amare. Si enim vnigenitus patris pro explenda vtilitate omnium de secreto patris egressus est ad publicum nostrum: nos quid dicturi sumus, si secretum nostrum præponimus vtilitati ꝓximorū? ¶ Quies itaque nobis ex corde appetenda est, & tamen pro multorum lucro aliquando postponenda. Nam, sicut toto desiderio debemus occupationem fugere: ita, si desit, qui prædicet, occupationis onus libenti necesse est humero† subire. Quod ex duorum prophetarum opere[l] docemur, quorum vnus prędicationis officium vitare conatus est, & alter appetiit. Nam mittenti se Domino Hieremias respondit dicens. [A, a, a, Dominę Deus nescio loqui, quia puer ego sum.] Et cum omnipotens Deus personam ad prędicandum quęreret dicens [Quem mittam, & qs ibit nobis?] vltro se obtulit Esaias dicēs [Ecce ego, mitte me] En ab vtrisq; exterius diuersa vox prodiit: sed non à diuerso dilectionis fonte manauit. Duo quippe sunt præcepta charitatis: Dei videlicet amor, & proximi. Per actiuam igitur vitam prodesse proximis cupiens Esaias officium prædicationis appetiit[3]. Per cōtemplatiuam vero Hieremias amori conditoris sui sedulo inhærere desiderās, ne mitti ad prędicandum debeat, contradicit. Quod ergo laudabiliter vnus appetiit: hoc laudabiliter alter expauit: iste ne tacitæ contemplationis lucra loquendo perderet: ille, ne damna studiosi operis tacendo sentiret. sed hoc in vtrisque est subtiliter intuendum: quia & is, qui recusauit, plene[m] non restitit: & is, qui mitti voluit, ante se per altaris calculum purgatum[n] vidit: ne, aut nō purgatum vidit, i. per carbonem sumptum de altari, vbi erat ignis perpetuus ad opus sacrificij. Prima auctoritas vel ratio est ibi, *Et sicut scriptum est, &c.* Secunda ibi, *Et rursus.* Tertia ibi, *Et pastori.* Secunda pars incipit ibi, *Quies itaque, &c.*

2. Cor. 5.

Io. 21.

e ¶ *Non figuratū.*] Sed etiam signum & figuram. & hoc est dicere, factū istius[a] signū est & figuræ & figurati. Vel hoc vult dicere, q̄ factum istius nō significat factum illius sed factū istius significauit factū illius. Vel ideo dicit hoc quia in facto istius completur illa figura.

f ¶ *Veniſſe.*] per electionem. vel forte volebant recusare.

g ¶ *Fugientibus.*] sic 40. dist. ante omnia. C. de episc. & cler. si quemquam. & ꝛ. 74. dist. episcopus. contra. Sed illud de penitus inuito: "sed ab initio aliqs debet cogi vt consentiat: nam nullus eligendus est nisi ab initio dissentiat. 1. q. 6. c. vlt. tepide tamen debet dissentire, sicut femina. 32. q. 2. honorantur. aliàs si diceret, nolo, cum forte vellet: faceret contra conscientiam. ext. de præsum. c. vlt. vel si forte diceret, non sum dignus. licet Hug. dixerit q̄ possit simulare se nō esse idoneum. arg. 22. q. 2. vtilem.

"Electioni qualiter cō sentiēdū est

† *al. animo*

h ¶ *Scriptum est.*] in epistola ad Hebræos.

i ¶ *Et rursus.*] in secunda epistola ad Corinthios.

Hier. 1.

k ¶ *Minime.*] Ergo qui se dignum credit, & prælaturam sibi oblatam non recipit, mortaliter peccat, vt ꝛ. c. c. prox. & ꝛ. e. qui episcopatum.

Esa. 6.

l ¶ *Opere.*] Arg. diuersarum personarū sententiam vtramque tenere. 22. quæst. 2. beatus. & de consec. dist. 2. quotidie. & 35. qu. 5. ad sedem. Item argu. pro diuersis consuetudinibus. 12. dist. illud. 31. dist. aliter. & de consecr. dist. 4. de trina. Item arg. pro diuersitate testium, extra de verb. sign. nihil obest. & de pœ. dist. 1. periculosæ. 23. quæst. 7. quicumque. ꝛ. dist. 5. ad eius. & extra de testib. cum tu fili.

3 Concord. tex. l. 3. §. fi. C. d primip. lib. 12. & l. 2. ff. ad munic.

m ¶ *Plene.*] Ecce responsio illius qui ad episcopatum petitur, non dicet expresse nolo: quia tunc mentiretur. 22. q. 2. cum humilitatis. nec debet se statim ingerere: " sed dicat vt dixit Mutinensis episcopus. Nolens volo, & volens nolo. 16. quæst. 1.

"Electus p q̄ verba cō sentire dēt.

n ¶ *Purgatum.*] Arg. pro H. "quòd promouendus debet episcopo confiteri crimen, & episcopus debet eum purgare, id est, secum dispensare vos autem.

"promouendus crimen suum confiteri debet.

Source : BIU Cujas

dispensare. Esaias enim adhuc immundus obtulit se:& postea fuit purgatus. Item est hic arg.ꝙ si aliqs eligitur,qui adhuc est in mortali peccato,ꝙ ideo non est vitiosa electio si ipse velit corrigi [a], vt 3.50.dist.quid est. Item est hic arg.quòd duo simul possunt eligi, vt si vnus succumbat,alter obtineat,vt dixi 3.61.dist.studij.

a Arad hoc 50.dist.quid est.24.qu.3. dixit.

Sciendum.]Casvs. Hoc ca. diuiditur in duas partes.In prima parte dr̃ ꝙ cũ qs inuitatur ad dignitatem &ad prospera,& obediat,si anhelanter aspiret, nulla est talis obedientia,q̃ non hẽt meritum:quia de suo proprio motu hẽt, & de ambitione.Si vero incitatur ad opprobria & cõtumelias,& nõ obedit libẽter,nullum hẽt meritum ex obediẽtia. In ij.parte commendat Greg.obediẽtiam,eam victimis vitæ præponẽdo, & vituperat inobedientiam,eam idololatriæ cõparando.Secũda pars incipit ibi, *Et paulo superius.*

1 Et August. serm.5. ad fratres in eremo.

2 Polyc.l.6. tit.22.

tal.habeat

a ¶*Si de suo.*]i.ex ambitione.ponitur enim in mala significatione,vt 3.q.9.pura.

b ¶*Non habuerit.*] de propria voluntate.

" Clericus inuito epo non fit eps, sed bñ monachus.

c ¶*Propria.*] "Hic patet ratio quare epo inuito non pót clericus eius vocari ad episcopatum,vt 63.dist.litteras. sed inuito eo fit monach⁹.19.q.2.duę. quia iste præsumitur facere ex ambitione, & facit ad suum commodũ:ille nequaquã.

C.12. 1.Reg.15.

d ¶*Inuitus.*]Arg. ꝙ remunerari non debemus de eo quod inuiti facimus, vt 13.q.2.q̃ præposterum. 20.q.1. illud.& 32.q.5.ille.

e ¶*Inobedientia.*] In hoc patet quòd inobedientia æquiparatur hæresi,vt dixi 4.q. 1.in fum.

" pbõ q̃ fit p suũ cõtra rium, est optima.

f ¶*Ex aduerso.*]"i.ex eo ꝙ vnũ contrarium commendatur, aliud vituperatur, vt j. de pœ.dis.2.§.ecõtrario. & not. hic ꝙ optima est probatio q̃ fit per suum contrarium, vt hic, & 1.q.1. cap.1. & 13.q.2.animæ. & ff.de off.eius cui mand. est iur.l.1.

3 ibidem.

†abest ab orig.

g ¶*Sola est.*]id est,necessaria. sic 3.dist.8.c. si solus.

Vi episcopatũ.] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponit Aug. litterã Apostoli, Qui episcopatum desiderat,&c.& dicit ꝙ episcopatus est nomen laboris,& non honoris tantum, vt ille,q̃ præficitur, pro subiectis debeat laborare: & si præesse voluerit, & si prodesse, episcopum se putare non debet. In ij. parte dr̃ ꝙ otiũ contemplationis est desiderandũ:dignitas

4 Anf.l.6. c.28. 1.Tim.3.

gatus adire quisquam sacra ministeria audeat, aut quem superna gratia elegit, sub humilitatis specie superbe contradicat.

Idẽ in moralib.lib.35.c.13.ad c.42.Iob.[1]

¶Locus deiectionis in voto,dignitatis sem per sit in necessitate. C. X.

[2] Sciendum summopere est,ꝙ obedientia aliquando si de [a] suo aliq̃d habeat,nulla est:aliquando autem,si de suo aliquid nõ habuerit† [b],minima. Nam cũ huius mundi successus præcipitur,cum locus superior imperatur: is, qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ sibi virtutẽ euacuat, si ad hæc etiam ex proprio desiderio anhelat: Neque enim se sub obedientia dirigit, qui ad accipienda huius vitę ꝓspera libidini ꝓprię [c] ambitionis seruit.Rursus,cũ mundi despect⁹ præcipitur,cũ probra adipisci,& contumeliæ iubentur, nisi ex se ipso animus hæc appetat, obedientia sibi meritum minuit: quia ad ea, quæ in hac vita despecta sunt,inuitus [d] nolensque descendit.*& paulo superius.* ¶Obedientia quippe victimis iure præponitur: quia per victimas aliena caro,per obediẽtiam vero volũtas propria mactatur. Tanto igitur quisq; Deum citius placat,quanto ante eius oculos repressa arbitrij sui superbia, gladio præcepti se immolat. Quo contra,ariolãdi peccatum inobedientia [e] dicitur, vt quanta sit virtus obedientiæ, demonstretur.Ex aduerso [f] igitur melius ostẽditur,quid de eius laude sentiatur.Si enim[Quasi ariolandi peccatum est repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere]sola est [g],quę fidei meritum possidet,obedientia †: sine qua quisq; infidelis esse conuincitur,etiam si fidelis esse videatur.

Itẽ Augustlib.19 de ciuitate Dei,c.19.

¶ Qui præesse, & non prodesse desiderat, episcopari non debet. C. XI.

[4] Qui [h] episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.Exponere voluit,quid sit episcopatus: quia nomen est operis, non honoris. Græcum est enim atque inde ductum vocabulum,ꝙ ille,qui præficitur,eis,quibus præficitur,superintendit,curã eorum scilicet gerens. ἐπί, quippe,super, σκοπὴς vero,intentio,est.Ergo episcopos [a],si velimus,latine superintendentes possumus dicere:vt intelligat nõ se esse episcopum, qui

aũt non est petenda.sed si pp necessitatẽ imponitur,est suscipienda pro plurimorum vtilitate: ita tamen,vt ex toto contemplatio non deseratur.Secunda pars incipit ibi,*Itaque à studio cognoscendæ.*

h ¶*Qui episcopatum.*]i.episcopari,i.præesse vt prosit,non vt præsit, vt 40.dist.multi. " sperare ergo & desiderare possumus episcopatum, vt 59.dist.si officia.72.dist.in singulis. & 1.quæst.1.non est putanda.

" Eꝑatum desiderare possumus.

præesse dilexerit, non prodesse. Itaque [i] à studio cognoscendæ veritatis nemo prohibetur,quod ad laudabile pertinet otium. Locus vero superior,sine quo regi populus non potest, & si ita teneatur, atque administretur, vt decet:tamen non decenter appetitur [k], Quamobrem otium sanctũ quærit charitas veritatis:negotium iustum suscipit necessitas charitatis: quam sarcinam si nullus imponit percipiendæ,atque intuendæ vacandum est veritati:si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem:sed nec sic omnimodo veritatis delectatio deserenda est: ne subtrahatur illa suauitas [l],& opprimatur [m] iusta necessitas.

i ¶*Itaque.*]dicit quòd quis potest desiderare episcopatum:modo dicit qualiter, scilicet vt nõ ingerat se. ff.de pc.quæ omnia.

k ¶*Appetitur.*]"Arg. quòd aliquis seipsum non dẽt eligere si potestas in eum sit tranſlata. 3.e.in scripturis. & 16.q.1. vos autem. quia inter conferentem & eum cui confertur, erit distãtia,vt ext.de bap. debitum. si.extra de iu.pat. per nostras.& extr.de instit. cum ad nostram. tamen potest se coeligere, vt ext.de elec. cum in iure.

"Eligere se ipsum nemo potest.

l ¶*Suauitas.*]contemplationis.

m ¶*Et opprimatur.*] id est, contemplatio eum penitus non impediat, qui forte nimis vult esse intentus contemplationi.

A ¶Episcopos.] *Apud S. Augustinum,& Anselmum legitur:* ἐπισκοπῶ, si velimus latine, superintendere possumus dicere.

B ¶ Opprimatur.] *In originali est,* & opprimat ista necessitas: *sed ob glossam non est emendatum.*

Item Petrus.[5]

¶ Pro ingenio discentium doctor moderetur verba doctrinæ. C. XII.

[3] Oportet eum, qui docet, & instruit animas rudes,esse talem,vt pro ingenio [m] discẽtium semetipsum possit aptare,&verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipse præcipue apprime [o] esse eruditus, & doctus [p],irreprehẽsibilis,matur⁹, pauidus † [q]: sicut ipsi probastis † fore [r] hunc Clementem post me.

Item eiusdem.[6]

¶Qui omnibus præest,singulos releuare contendat. C. XIII.

Clemens,tamquam qui omnibus præesse te noueris,singulos,prout potueris,iuua [s],& singulos releua [t], qui & singulorum onus & solicitudinem portas.

Item Hieronymus ad Titum,c.1.[7]

¶ Contra Christum faciunt,qui gratia,non meritis gradum ecclesiasticum tribuunt. C. XIIII.

Qui vos spernit, me spernit. Ex quo manifestum est eos, qui Apostoli lege contempta,ecclesiasticum gradum non merito voluerint alicui deferre, sed gratia, contra Christum facere: qui qualis in ecclesia presbyter constituendus sit,per Apostolũ suum in sequentibus executus est.

Item Hieronymus in libro.Leuitici.[8]

¶ *In hoc & duobus seq.cap.pro Origine citatur B.Hieronymus harum homiliarum interpres. Quod cur fieri potuerit, 3.dist.36.cap.*si quis*.est adnotatum.*

m ¶*Pro ingenio.*] simile 43.dist. sit rector.

o ¶*Apprime.*] id est, valde.

p ¶*Et doctus.*]Quę sacerdotes vel episcopi scire debeant, habes 38.dist.nulli. & c.seq. sufficit tamen mediocris scientia, vt extra de elect.cum nobis.

q ¶*Pauidus.*] id est,timens peccare.

r ¶*Fore.*] id est,futurum esse.

s ¶*Clemens.*]¶*Iuua.*] largus enim erit. 86. dist. fratrem.

t ¶*Releuat.*] Arg.iudicem potius debere seruare misericordiã, quam rigorem [b], vt 45.dist.licet. & 50.dist. pondꝛet. in fin. quia nocẽs.in fi. Origenes homil.6. ad c.8.Leuitic. ligant.

7 in cõmen. ad ea verba [& constituas per ciuitates] Luc.10.

b Ad hoc fa. qđ le.& no. j.22.q.4.instatim non debet punire,sed tenetur sæpius remittere, vt 45. dist.licet.& 26.q.7.al-

Source : BIU Cujas

Licet.] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. In j. parte dicitur, q̃ electio prælati fieri debet in præſentia populi, ne aliqua poſtea retractatio fiat, & vt ſciant omnes quis ſanctior & melior ad epiſcopatũ eligitur. Et hoc probatur exemplo Moyſi, qui in electione Ioſue totam congregauit ſynagogam, & auctoritate Pauli. In ij. parte dicitur, q̃ congregare ſynagogam ſiue populum, eſt qñ prælatus & electus cõgregat omnes virtutes animi ſimul & ſenſus, & bonas cogitationes, ſciẽtiam & bonos mores, vt ille electus intra ſe conferẽs intelligere poſſit quid ſit pontifex, quid vnctio, quid indumenta epiſcopi. Secunda pars incipit ibi, *Ego tamen.*

Leuit. 8.

a ¶ *Præcepiſſet.*] arg. q̃ quandoq; licet iudici excedere fines mãdati, dum tñ aliàs ſñia nihil cõtineat iniqui. arg. extra de ſen. & re iu. cauſam. Nam q̃ da tur ad eligendum, p̃t poſtulare, vt extra de elect. in cauſis [a]. & de renun. poſt tranſlatio nem. in prin. Et procurator datus ad rem vendicandam, poteſt agere ad exhibendũ, ff. de proc. ad rem mobilem. ſufficit enim q̃ fiat id quod eſt vicinum mãdato: licet ipſum nõ ſit mãdatum, vt ff. ind. ſol. iam tñ. §. vlt. ff. man. l. vl. "Item arg. q̃ licet contradicere reſcripto vel mãdato principis qñq;. ext. de of. dele. ex parte. q̃a licet mãdet ſoli epiſcopo, q̃ det alicui præbendã: tñ non facit hoc ſine conſenſu canonicorum, vt no. 7. q. 1. petiiſti.

†*al.attestante*

1. Tim. 3.

a Vbi ḋ hoc & 61. di. nullus. in gl. 2. in fin. & 22. qu. 4. innocens. in fi.

" Principis mandato contradicere licet.

¶Ad ſacerdotium non eligatur, niſi qui ceteris & ſanctior, & doctior habetur.

C. XV.

Licet ergo Dominus de conſtituendo principe p̃cepiſſet [a], & Dominus elegiſſet: tamen conuocatur etiam ſynagoga. Requiritur enim in ordinãdo ſacerdote, & præſentia populi [b], vt ſciant omnes, & certi ſint, quia qui prẽſtantior [c] eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminẽtior, ille eligitur ad ſacerdotiũ, & hoc aſtante † populo [d]: nequa poſtmodum retractatio [e] cuiquam, ne quis ſcrupulus reſideret. Hoc eſt autem, quod & Apoſtolus prẽcepit in ordinatione ſacerdotis dicẽs [Oportet aũt illum, & teſtimonium habere bonum ab his, qui foris ſunt.] Ego tamen, & amplius aliquid video in eo, quod dicit, [quia conuocauit Moyſes omnem ſynagogam:] & puto q̃ conuocare ſynagogã hoc ſit colligere omnes animi, & in vnum congregare virtutes: vt cum ſermo de ſacerdotali [9] ſacramentis habetur, vigilẽt omnes animi virtutes, & intẽtæ ſint, vt nihil in eis ſapientiæ, nihil ſcientiæ, nihil deſit induſtriæ: ſed adſit omnis multitudo ſenſuum, adſit omnis congregatio ſanctarum cogitationum: vt quid ſit pontifex [f], quid vnctio, quid † indumenta [g] eius, conferens intra ſacrarium cordis ſui, poſſit aduertere.

Idem ex libro Numerorum. [1]

¶Populi gubernatio diuina electione præſtetur. C. XVI.

Si ergo tantus ille, ac talis Moyſes nõ permittit † iudicio ſuo de eligendo principe populi, de conſtituendo ſucceſſore, quis erit [h], qui audeat, vel ex plebe, quę ſæpe clamoribus [i] ad † gratiã, aut ad pretium fortaſſe excitatis moueri ſolet, vel ex ipſis etiam ſacerdotibus, quis erit, qui ſe idoneũ [k] ad hoc iudicet, niſi ſi cui oranti, & petenti à domino reueletur? ſicut & Deus dicit ad Moyſem [Aſſume ad temetipſum Ieſum filium Naue hominem, qui habet ſpiritum Dei in ſemetipſo, & impones manus tuas ſuper eum: & ſtatues eum coram Eleazaro ſacerdote, & præcepta ei dato in conſpectu totius ſynagogæ, & præcipe de ipſo coram eis: & dabis claritatem tuam ſuper illlum, vt audiant illum filij Iſrael.] Audis euidenter ordinationem principis populi tam manifeſte deſcriptam, vt pene expoſitione non egeat? Nulla hic populi acclamatio [l], nulla cõſanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habita contemplatio eſt. Propinquis, agrorum, & prædiorum relinquatur hereditas. Gubernatio populi illi tradatur, quẽ Deus elegerit, homini ſcilicet tali, qui habet, ſicut ſcriptum audiſtis, in ſemetipſo ſpiritum Dei, & præcepta Dei in conſpectu eius ſunt, & qui Moyſi valde notus, & familiaris ſit: id eſt, in quo ſit claritas legis, & ſcientia, vt poſſint eum audire filij Iſrael.

Item Gregorius clero, & ciuibus Neapolitanis, lib. 8, epiſt. 40.

¶ Non ex fauore, ſed ex iudicio debet venire electio. C. XVII.

[2] Nec nouũ [m], nec reprehenſibile [n] eſt in eligendo epiſcopo populi ſe vota in duas partes diuidere: ſed graue eſt quando ĩ huiuſmodi cauſis nõ ex iudicio, ſed ex ſolo fauore venit electio.

[3] *Cum autem gubernatio populi ei tradi iubetur, quem Deus elegerit: datur intelligi, quòd aliquando quibuſdam traditur, quos Deus non elegit.*

d ¶ *Populo.*] ergo ĩ his q̃ publice facta ſunt, nõ p̃t cõtradici. 54. di. nulli. 87. diſ. ſi expoſitus. 16. diſ. quod dicitis. & cũ in principio electionis q̃s conſenſit, poſtea nõ auditur contradicens. ſ. diſt. 4. in iſtis. & j. ead. q. 2. dilectiſſimi.

Num. 27.

e ¶ *Retractatio.*] " Per hoc vĩ, quòd populus poſſit retractare electionem, q̃ fit in eius abſentia, cũ excipere poſſit cõtra electũ, vt 23. di. illud. cũ eis inuitis nõ ſit dandus epiſcopus, vt 63. di. c. vlt. Sed hoc non cõcedo, vt dixi 62. diſt. c. 1.

" Electioni an poſſit populus cõtradicere.

f ¶ *Pontifex.*] vel eius officium. 36. di. ſi quis vult.

g ¶ *Quid indumenta.*] 43. diſt. ſit rector diſcretus.

Si ergo.] Casvs. Probat Hierony. in hoc c. q̃ nulli licet ſibi eligere ſucceſſorem. arg. à minori, q̃a ſi nõ licuit Moyſi, qui tãtus erat, multo minus licebit aliis, niſi Deus aliq̃d reuelaret ſicut fecit Moyſi, q̃ de præcepto Dñi Ioſue corã populo ſibi ſucceſſorem elegit. Et hoc in j. parte. In ij. parte dr̃, q̃ gubernatio populi tali debet concedi, qui ſpiritum Dei in ſe habeat, & præcepta Dei in conſpectu ſuo, & q̃ ſit notus & familiaris Moyſi, i. Deo, & inſtructus in lege Dei. Secunda pars incipit ibi, *Gubernatio populi.*

2 Anſ. l. 6. c. 9 Pol. l. 2. tit. j.

h ¶ *Quis erit.*] Arg. q̃ nõ licet minori quod maiori non licet. 22. q. 5. ſi Paulus.

i ¶ *Clamoribus.*] " ſic ergo electio quæ fit ad clamorem populi, non valet, vt hic, & extra de elect. Oſius. & eſt ſimile C. de pœ. l. decurionum. ſic 22. q. 4. vnuſquiſque [c]. qui enim ad clamorẽ populi manumittit aliquem, videtur coactus manumittere. C. qui manumit. non poſ. l. 2. ff. qui & à quib. ſi priuatus. Quandoque ad vocem populi aliquid fit. 28. diſt. de Syracuſanę. 50. diſt. conſtitueretur. attamen ad clamorem populi remittitur alicui pœna. ff. de ſicar. l. pen. De hoc not. 61. diſt. miramur.

3 ſ. ſi ergo. " Electio ad clamorem populi non debet fieri.

c Vbi ḋ hoc & 7. q. 5. ſũt qui opes. in prin. ibi videas.

k ¶ *Qui ſe idoneum.*] arg. nullus poteſt ſe eligere. ſ. ead. in ſcripturis.

l ¶ *Acclamatio.*] ſ. c. prox. contra. Sed ibi bonum teſtimonium populi auditur: hic vero ſtrepitus negatur. 5. q. 4. in loco.

Nec nouum.] Casvs. Neapolitani non ſolum diſcordabant in electione archiepiſcopi, ſed etiam eligebant aliquos nõ conſiderata bonitate, ſed potius amore & conſanguinitate. quare Gregor. ſcribit eis dicens non eſſe nouum nec reprehenſibile vota eligentium ſe in duas partes diuidere: ſed tũc eſt reprehenſibile cum electio non prouenit ex iudicio, ſed ex fauore.

m ¶ *Nec nouum.*] ſimile 63. diſt. noſſe. quia quot ſunt homines, tot ſunt ſententiæ: quot ſunt ſententiæ, tot ſunt opiniones. j. de conſe. diſt. 4. ſicut in ſacramentis. & ff. de recept. arb. item ſi vnus. §. principaliter.

dDic, q̃ tũc ñ eſt reprehẽſibile cũ vtraq; pars moueturbono zelo. ar. 65. di. c. 1. 70 di. ſi duo. Ã.

n ¶ *Nec reprehenſibile.*] ſi non eſt reprehenſibile, quare ergo caſſatur electio quæ fit in ſchiſmate, vt extra de elect. quia. [d]

Cvm avtem. Casvs. Supra in hoc c. ſi ergo. dictum eſt, q̃ gubernatio populi traditur illi quem Deus elegit, de quo colligitur à ſenſu

Source : BIU Cujas

à sensu contrario, quòd aliquando traditur dignitas illis quos non elegit Deus, ĩ.c.prox.

Vdacter.] Hæc est 4. pars qu. in qua dicitur quòd quandoque dat Deus malos prælatos propter peccata populi. & hoc ꝓbat per c.istud & sequens. Ioan. de Fant.

Casvs. Hieronymus docet ĩ hoc c. ꝙ prela tus ecclesiæ qnq; datur bonus qnq; malus pro meritis subditorum. Et probat exemplo Sauli, qui nõ fuit electus Deo iubente, sed prout mala merita populi exigebant, fuit electus Deo permittẽte. Elegerat per mittendo, & elegerat ꝑ Samuelẽ ad instantiam populi petẽtis. Fieri iusserat. nõ secũdũ voluntatẽ Dei spõtaneam, sed extortã.

1 Origenes hom. 4. ĩ lib. Iudicum, & gl. ord. ad c. 4. Iudic.

tal. populo

Osee 8.

a ¶ *Arbitrium.*] approbatum, ne sit contra ĩ. 23. q. 1. qd culpatur. vbi dicitur, ꝙ non est potestas nisi à Deo iubente vel sinente. 26. q. 5. nec mirũ. sed non approbat [a], sed permittit eos regnare. si. 6. q. 1. ex merito.

a sc. oẽm potestatẽ: quia aliqua est mala. sed tñ pmittit De⁹ regnare eã ꝓp peccata populi. Vñ Iob, Facit Deus regnare hypocritã ꝓp ꝓpter nitatem populi, subintelligiturpuniẽdã vel vindicãdã, scd̃ H. & Lau.

b ¶ *Et non per me.*] cõprobantem, sed tamẽ iubẽtem. Et ita est ar. ꝙ qnq; aliquid iubemus quod non approbamus: & est ar. contra ea quæ per improbitatem obtinẽtur, ꝙ illa dicũtur fieri inuito dante, vt ext. de rescri. si quando. & C. de pe. bo. subla. l. 1. & 7. q. 1. scias. vbi habes, ꝙ q inuitus aliquid facit, potius dicitur pati q̃ facere, vt s̃. dist. 6. testamentum.

c ¶ *Per consilium.*] id est, approbationem.

Amos 8.

Vnde Hieronymus[1].

¶ Non ex arbitrio Dei aliquando datur princeps ecclesiæ. C. XVIII.

4 AVdacter fortassis aliquid dicimus: tamẽ quod scriptum est, dicimus. Nõ semper princeps populi †, & ecclesiæ iudex per Dei arbitriũ [a] datur: sed prout merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri, & operamur malignum in cõspectu Domini: dantur nobis principes secũdum cor nostrum. Et hoc tibi de scripturis probabo. Audi namque quod Dominus dixit. [Fecerunt sibi regem, & non per me [b]: principem, & non per consilium [c] meum.] Et hoc dictum videtur de Saul illo: quem vtique ipse Dominus elegerat, & regem fieri iusserat. Sed quoniam non secundum voluntatem Dei, sed secundum peccatoris populi meritum fuerat electꝰ, negat eum cum sua voluntate, vel consilio constitutum. Tale ergo aliquid intelligamus etiam in ecclesiis fieri: quod pro meritis populi, aut in verbo, & opere potẽs à Deo tribuitur rector ecclesiæ: aut si malignum faciat populus, in conspectu Domini [A], talis ecclesię iudex datur, sub quo famen & sitim populus patiatur, non famẽ panis, neque sitim aquæ, sed famẽ audiendi verbum Domini.

A ¶ Domini.] *In vulgatis sequebatur, & tales perseuerent, quæ sunt inducta auctoritate manuscriptorum, homiliæ ipsius, & glossæ ordinariæ. In vno autem manuscripto sunt glossa interlinearis.*

Item Augustinus tractatu 46. ad c. 10. Ioannis.

¶ Non sunt filij sed mercenarij, qui honorẽ ab hominibus appetunt. C. XIX.

2 SVnt in ecclesia quidam præpositi, de quibus Paulus Apostolus dicit [sua quærentes, non quæ Iesu Christi] Quid est [sua quærentes?] non Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum quærẽtes, temporalia commoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hæc quando amantur à præposito, & propter hæc [d] seruitur Deo, quisquis talis est, mercenarius est: inter filios se nõ cõputet.

2 Anſ. l. 7. c. 146.

Phil. 2.

Non ergo qui præficiuntur, semper ceteris meliores intelliguntur.

Vnde Hieronymus ad Titum, c. 1.[3]

¶ Ex electione non præficiuntur episcopi, sed comprobantur. C. XX.

3 In comm. ad eũ locũ [si qs est sine crimine] quòd indignus dignitatem recipere non debeat, probatur exemplo patris, qui propter delicta filiorum repellitur à dignitate.

e ¶ *Meliores.*] ar. ꝙ non plus debet pro aliquo præsumi ideo quia habet dignitatem. 40. di. non loca. & c. multi. & 2. q. 7. queritur. & dist. 9. ego solus. ar. contra 11. q. 3. absit. & 61. dist. miramur. in fi.

f ¶ *Prohibent.*] Propter negligentiam [b], vt s̃. 47. dist. §. necesse.

b Sub. q̃ facit pctm priũ. ar. 7. q. j. §. cũ auth. ver. tali.

Valis. Casvs. Dicitur hic, ꝙ non solum epi, presbyteri, & diaconi, sed ét quilibet clericus inferioris ordinis debet præcellere laicos in sermone, & vitæ conuersatione: quia vbi laici sunt meliores, nulla potest esse ędificatio.

ILlud inferẽdum est aduersum eos, qui de episcopatu intumescunt, & putant se non dispensationem Christi, sed imperium consecutos: quia nõ statim omnibus his meliores [e] sint, quicumq; episcopi non fuerint ordinati, & ex eo, quòd ipsi electi sunt, se magis existiment comprobatos: sed intelligant propterea quosdam à sacerdotio remotos: quia eos vitia liberorum impedierint. si autem peccata filiorum iustum ab episcopatu prohibent [f], quanto magis vnusquisq; se cõsiderans, & sciens, quia potentes potenter tormenta patientur, retrahet se ab hoc, non tam honore, quàm onere, & aliorum locum, qui magis digni sunt, non ambiet occupare?

Item eiusdem ad Titum, c. 2.[4]

¶ Pro gradu sui officij quemque meliorem esse oportet. C. XXI.

QValis enim ædificatio erit discipuli, si se intelligat magistro esse maiorem [g]? Vnde non solum episcopi, presbyteri, & diaconi debent magnopere prouidere, vt cunctum populum, cui præsident, cõuersatione, sermone, & scientia præcedant, verum etiam, & inferior gradꝰ, exorcistæ, lectores, æditui, acolythi [A], & omnes omnino, qui domui Dei seruiunt: Quia vehemẽter ecclesiam Christi destruit meliores [h] laicos esse, quàm clericos.

g ¶ *Maiorem.*] sic s̃. 96. dist. quis dubitet. & s̃. dist. 61. statuimus. & c. quid proderit. vnde q̃dam discipuli in hoc decepti nimis festinãt ad cathedram, & dum delectãtur in loco gloriæ, fiunt aliis auctores ruinæ, vt 48. dist. quoniam. " cum magister faciat cathedram, non cathedra magistrum, vt 40. dist. ca. vlr. magistri enim morib. & scientia, & facundia debẽt alios præcedere, vt C. de ꝓfes. & med. magistros. lib. 10. & erit talis magister cuius comparatione sui discipuli pauleæ dicantur, vt 25. di. §. criminis.

" Cathedra non facit magistrum.

Sap. 6.

A ¶ Acolythi.] *Est hæc dictio in omnibus vetustis Gratiani exemplaribus, quæ tamen apud B. Hieronymum non legitur.*

Idem ad Titum, c. 1.[5]

¶ Populus iudicabit episcopum sua officia non agentem. C. XXII.

VEreor [i], ne quomodo Regina Austri veniens à finibus terræ audire sapientiam Salomonis iudicatura [k] est homines temporis sui, & viri Niniuitæ acta pœnitentia ad prædicationem Ionæ condemnabunt [l] eos [m], qui maiorem Iona saluatorẽ audire cõtemperunt, sic plurimi in populis episcopos iudicent [n] subtrahentes se ab ecclesiastico gradu, & ea, q̃ episcopo non cõueniunt exercẽtes.

h ¶ *Meliores, &c.*] i. clericos esse deteriores quam laicos. sufficit enim clerico si est bonus.

4 In comm. ad locum [Nemo te cõtemnat]

Item Ambrosius in increpatione ad populum, serm. 83.

¶ Qui clericos suos non corrigit, populum corrigere non valet. C. XXIII.

QVid autem ego vos arguo, cum possitis me vno sermone conuincere [o]? cõuincor enim, vult nominare, cum peccata eorum sint latentia, sed vnusquisque consulat suam conscientiam.

o ¶ *Conuincere.*] & ruborem incutere ex hoc, quòd laici meliores sunt

Vereor.] Casvs. Dicit Hieron. se timere ne plures laicorum iudicent episcopos male sua officia exercentes ꝑ comparationem melioris vitæ, sicut regina Austri, quę venit de finibus terræ audire sapientiam Salomonis, iudicatura est homines sui tẽporis in die iudicij cõparõne melioris vitæ, & Niniuitæ cõuersi ad prędicationẽ Ionæ, iudicaturi sunt illos Iudæos, q̃ Christum maiorem Iona contempserunt.

i ¶ *Vereor.*] id est, vereeundor.

5 In comm. ad ea verba [sed hospitalem] Matth. 12.

k ¶ *Iudicatura.*] nõ potestate iudicij [c], quia illud feminæ non habent. 3. q. 7. §. tria. ff. de reg. iur. l. 2.

c Dicas iudicaturã ĩ die iudicij cõparõne melioris vitæ.

l ¶ *Condemnabunt.*] melius viuendo.

m ¶ *Eos.*] s. Iudæos.

n ¶ *Iudicent.*] s̃. di. 28. c. vl. contra s̃. di. 21. nolite. cõtra 6. q. 1. oues. contra. sed non dicuntur subditi corrigere siue iudicare prelatos potestate officij, sed vitæ comparatione, vt 1. q. 1. nonne.

Q*Vid autem.*] Casvs. Ambro. cũ increparet populũ delinquentẽ, dixit, ꝙ populus poterat eum cõuincere vno sermone, & sibi pudorem inferre, cũ clericos habeat incorrigibiles, quos emendare non possit, nec eos

Source : BIU Cujas

sunt clericis. non enim posset ob hoc reprehendi. 47. dist. quod ad nos. quia non criminis relatione, " sed innocentia reus purgatur.
" Reus innocẽtia purgatur. ff. de pub. iud. is qui.

a ¶ *Cum fratres.*] aliàs Iocij dicuntur. 10, q. 3. cauendum.

b ¶ *Succenseam.*] id est, irascar.

c ¶ *Neminem.*] contra, 3. 5. qu. 5. non vos. sed hic loquitur quando crimen nõ potest probari, ibi quando potest. occulta enim crimina non habent vindictam. 6. qu. 1. si omnia. 22. di. erubescant.

NEc sufficere.] CASVS. Quidã prælati putabant sufficere si adæquarentur laicis, & negligentib. in fide, vel in operib. sed dicit Beda hoc non sufficere, nisi præcellant eos scientia & doctrina.

1 Simile qdã auctor opis imperfe. in Matth. homil. 4.

d ¶ *Credendi.*] Quantũ ad articulos fidei. laicis tamen sufficit pictura pro doctrina. de cons. di. 3. perlatũ.

NE ERGO, CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis dicens: ne prælati malos sibi eligerent successores, ideo statutum est, vt nemo sibi eligat successorem.

2 3. Apostolica.

Vòd autem.] CASVS. Hic ponitur secũda q. vbi quæritur an amicorũ patrocinia cõualescere debeant in electione aliquorum. Et certe si consistant in pecunia vel obsequio, simonia est, vt 3. 1. qu. 1. sunt nonnulli. In precib⁹ distinguitur. aut enim sunt carnales, aut spirituales. Carnales pro digno non inducunt simoniam, vt 1. q. 1. quibusdam. pro indigno sic, vt 1. qu. 1. d ordinationib. Spirituales vero valẽt, nec per eas inducitur simonia, vt 1. q. 1. latorem. In obsequio etiã consueuit distingui, vtrum sit honestũ vel non: & si honestum, vtrũ exprimatur, vel deducatur ĩ pactum, q; seruiat vt præbenda sibi conferatur.

3 Polyc. l. 2. tit. 3. Iuo p. 5. c. 129.

e ¶ *Patrocinia.*] patrocinia aut consistunt in pecunia, vel obsequio ", & tunc fit simonia: aut in precibus, & tunc aut sunt carnales, aut spirituales. si spirituales, valent: nec per eas simonia committitur ª, vt 1. q. 1. latorem. carnales etiam pro digno sunt recipiendæ; vt 1. qu. 1. quibusdam. in fi. sed preces carnales pro indigno factæ, inducunt simoniam. 1. q. 1. de ordinationibus & dic, vt 3. e. Moyses.

" Simonia, an inducatur per amicorum patrocinia.

a Ad idẽ 50. dist. clerico. vbi de hoc.

Illud.] CASVS. Præcipit Gregorius Antonio subdiacono, cũ quædam episcopalis ecclesia vacaret, vt nullam personam eligi permittat per pecuniam vel per preces carnales amicorum. quia qui taliter sublimatur, illis compelluntur obedire quorum preces, vel pecunia interuenerunt: & sic per eos res ecclesiæ dilapidantur. Talis ergo in illa ecclesia eligatur persona, quæ sit vita & morib. decorata, & tanto ordine digna.

f ¶ *Patrocinia.*] nisi dignus sit ille pro quo petitur, vt 3. 1. q. 1. nullus itaque. & c. pueri. & c. quibusdam. in fi.

g ¶ *Patrocinio.*] sed nonne suffragium patris prodest filio. ff. quod cuiusque vniuer. l. l. illud? Sed illud quantum ad numerum eligentium.

" Bñficij collatori reuerentia debetur.

h ¶ *Compellitur.*] quia ad antidora tenetur, vt ff. de pe. hær. sed & si. §. consuluit. & 83. dist. nihil. & ext. de testam. cum in officiis. humanum enim est ", vt quis exhibeat ei reuerentiam à quo percepit beneficium, vt 16. q. 2. visis.

cum in hac parte clericos vobis magis video negligentes. Quomodo enim possum corrigere filios, cum fratres ª emendare non possim? aut qua fiducia succenseam ᵇ laicis, cum à consortibus pudoris verecundia conticescam? Ego autem fratres non de omnibus loquor: sunt certe quidam deuoti, sunt & alij negligentes. Ego neminem ᶜ nomino: conscientia sua vnumquemque conueniat.

Item Beda super Matthæum[1].

¶ Episcopo ad salutem non sufficit moribus, & vita populo adæquari. C. XXIIII.

NEc sufficere nobis ad salutẽ arbitremur, si turbis negligentium, vel quorumlibet indoctorum, fide, vel actibus adæquemur, quibus, sacris litteris vnica est credendi ᵈ pariter & viuendi regula præscripta.

[2] *Ne ergo (vt supra dictum est) tales sui officij successores aliquis sibi quæreret, prohibentur episcopi alterum pro se successorem sibi statuere, ac designatis nominibus in locum suum alium subrogare.*

QVÆSTIO II.

Vòd autem amicorum patrociniaᵉ in aliquorum electione conualescere nõ debeant, auctoritate beati Gregorij Papæ probatur, qui in secundo libro Regesti, indict. 11. epist. 22. seu ca. 61. scribit Antonio subdiacono dicens.

¶ In electione episcopi, non munerum datio, nec aliquorum patrocinia conualescant. C. I.

3 ILlud quidem præ omnibus tibi curæ sit, vt in hac electione nec datio quibuscumque modis interueniat præmiorum, nec quarumlibet personarum patrocinia ᶠ conualescant. Nam, si quorumdam patrocinio ᵍ fuerit quisquam electus, voluntatibus eorũ, cum fuerit ordinatus, obedire, reuerentia exigente, compellitur ʰ: sicque fit, vt & res illius minuantur ecclesiæ, & ordo ecclesiasticus non seruetur. Talem ergo, te admonente, personam debent sibi eligere, quæ nullius incongruę voluntati deseruiat, sed vita, ac moribus decorata, tanto ordine digna valeat inueniri.

Idem ad clerum Mediolanensem, libr. 2. Indict. 11. epist. 29. seu c. 68.

¶ In electione antistitis communi vtilitati, non suo lucro quisque prospiciat. C. II.

4 DIlectissimi filij, officij nostri cẽsura commoniti sua demus, vt in hac suscipiendi antistitis causa nullus vestrum, neglecta vtilitate communi, suo lucro prospiciat, ne, si quisquam propria commoda appetit, friuola æstimatione fallatur: quia nec libero ⁱ iudicio præferendam sibi personam examinat mens? quam cupiditas ligat. Pẽsantes igitur, quæ cunctis expediunt, ei, quem vobis diuina gratia prętulerit, integerrimam semper ĩ omnibus obedientiam præbete. Iudicari ᵏ namque à vobis vltra nõ debet semel prælatus: sed tanto nunc subtiliter iudicandus est, quanto postmodum iudicandus non est.

QVÆSTIO III.

Vòd autem[1] *simoniacus habendus non sit, qui post electionem pro indemnitate ecclesiæ iuramẽtum prẽstitit, facile probatur. Aliud est enim ante electionem iuramentum facere, vel se facturum pacisci ad hoc vt eligatur: aliud est, nulla præcedente conuentione post electionem huiuscemodi iuramentum offerre. Illud ab officio tamquam munus impensum deiicit: hoc autem consecrando nullum impedimentum generat.*

De priori casu scribit Pelagius Papa clero Catinensi.

Dilectissimi filij.] CASVS. Vacante ecclesia Mediolan. vnusquisque clericorum nitebatur amicum suum præficere inspecta tantum vtilitate propria, & neglecta communi. sed docet Greg. vt hoc non faciant, ne friuola æstimatione fraudentur, siue fallantur: quia mens quam cupiditas ligat, personam præferendam non examinat iudicio recto; quare præcipit, vt ante electionem subtiliter iudicantes talem eligant, cui debeant semper obedire: quia post electionem non poterunt iudicare de ipso.

i ¶ *Libero.*] sic 83. di. nihil. sic 11. q. 3. quatuor. ADDITIO. Etc. pauper. per quæ iura & hic habet ar. q; iudex pecunia vel alia affectione corruptus non potest recte iudicare secundùm Hugo.

k ¶ *Iudicari.*] Iar. "q; electum quem semel cõprobasti, non potes postea reprobare ᵇ, vt 1. 32. q. 5. horrendus. ar. extra de his, quæ fi. à ma. par. cap. ex ore. in fi. 3. dist. 4. erit. & ca. in istis. 3. ea. q. prox. c. licet. simile. ff. d decur. l. pe. in fin. & arg. ff. de pact. dot. conuenire. ff. de neg. ge. Pomponius. arg. contra. C. de lib. causa, non idcirco. & l. non mutant. & C. de profess. & medi. l. grammaticos. libr. 10. extr. de ele. cum dilectus. cõtra vbi patientia non æquiualet electioni, contra id quod est. ff. de pup. si ego. §. 1. Sol. electus semel approbatus non potest amplius reprobari ab eligentib. nisi ex causa noua, vel de nouo ad eorũ notitiam veniente. tunc enim bene potest ab eis reprobari, vt ext. de off. deleg. insinuante. & ext. de exce. pastoralis. & ff. de mune. & hon. vt gradatim. §. reprobari. & ita intelligitur illa decret. & illa lex, grammaticos.

4 Poly. ibid. Iuo part. 5. c. 130.

" Electus semel approbatus, an possit postea reprobari.

b Ar. ad hoc ext. d desp. impub. de illis j. §. vlt. vbi de hoc. & ext. de reg. ad nostram. ibi videas ĩ gl. 1. Ad idẽ ext. lib. 6. de elect. nulli. Arc.

Vòd autem.] Hic intitulatur 3. quæstio, qua quæritur, vtrum sit simoniacum præstare canonicis iuramentum post electionem pro indemnitate rerum ecclesiæ. Et respondet quòd non, nisi ante electionem pepigit, quòd post electionem præstaret iuramentum, vt ead. Artaldus. Si vero ante electionem iuret, vel pactum faciat, simonia est, vt infra ead. c. talia. & hæc vera sunt, cum minoribus, & subiectis præstatur iuramentum. præstare autem superiori ante electionem, non videtur simonia: argum. supra 100. distinct. optatum.

" Cautio iuratoria an possit peti ab eligẽdo, vel electo.

l ¶ *Quòd autem.*] " & ante & post electionem licite secundùm quosdam petitur cautio, quæ habetur ex iure vel consuetudine. 63. dist. quia. 1. q. 3. quæsitum. extra de præben. significatum. A superiore vero quælibet cautio peti potest. 28. dist. de Syracusanæ. 10. q. 3. c. vlt. 18. q. 2. Eleutherius. 100. di. optatum. & c. contra morem. Quidam tamen dicunt, quòd ante electionem nulla cautio potest peti: & si prẽstetur, simonia est, quia videtur eam facere, vt eligatur. 3. ea. c. 1. Idem est si promittat ante electionem se iuraturum post electionem, vt 1. quæst. 2. quam pio. sed post electionem bene potest ᶜ, quia tunc nihil sperat ab eis: sed à superiore, vt dixi, potest peti, & ei præstari tale iuramentum, siue ante electionem siue post. 100. di. optatum, 28. dist. de Syracusanæ. & 23. distin. quamquam. tamen id quod prius dixi verius videtur, maxime si quilibet canonicorum ita iurat: Ego iuro, quòd si fuero factus episcopus, nihil alienabo de rebus ecclesiæ: quia tutor eligitur sub tali conditione, si satisfecerit

c sc. prestari iurm subditis, nec tũc peccat, nec ipsi pñt venire contra electionem siue sit cõfirmat⁹, siue fi, scdm H. B. & Lau. extr. de elec. publicato. Arc.

Source : BIU Cujas

derit, vt ff.de tut.muto.§.1.ext.de ele.significasti.nec tamẽ videtur esse conditio, sed potius admonitio quædam, vt dicit illa l. muto. tamen ex persona contrahentium præsumi debet contractum siue promissionem esse simoniacam, vel non: sicut & præsumitur circa vsurarium contractum ex persona contrahentis, vt ext.de pig.c.illo.in fi.

Alia.] Casvs.Pelagius facit Eucarpum visitatorẽ Catinensis ecclesiæ,&ei significauit quid deberet fieri circa electionem episcopi:sed postea Elpidius diaconus electª est fere ab omnibus. pauci tamẽ eius electioni consentiebant nisi iuraret se illis prestare impunitatem de rebus ecclesiæ quas vsurpauerãt. quod totum cum audisset Papa relatione clericorum,&Leonis viri magnifici, de cuius testimonio nõ erat dubitandum,præcepit Pelagius clericis Catinensib. vt Elpidium diaconum cũ decreto electionis,& cũ visitatoris epistola Romam perducãt, & monet eum, vt clericis resistentib. sibi, nec iuramentum nec promissionem faciat aliquam,quia si fecerit, tamquam indignus repelletur.

1 Anſ.l.6.c.40.Poly.l.2.tit.3.

a ¶ *Impunitatem.*] vt remitteret eis ea quæ abstulerãt.illud enim est simonia.remittere enim est dare, vt ext. de testi. veniens. 1.ff. de cal.quinetiam.

b ¶*Viri.*]arg.testimonio vnius credi, vt ff. de dot.præl.Teopompus.s.97.di.nobilissimus.s.dis.86.tanta.j. 23.q.4.inter querelas. 20.q.3. præsens.argu. contra.33.q.2. admonere[a].

a Obtinet vbi aliter ñ læditur, vel ĩ forma iudicij ñ agitur, vel dicvt no.gl. vñ nõ tenet &c. de hoc 18.dist. placuit. & 80. di.tãta.Arc. †*al.iterari*

c ¶*Iudicij.*]ideſt,quod circa eum fecimus, nos mutabimus.

d ¶ *Damno.*] quia retractabimus quod fecimus.

¶Qui in episcopum eligitur, de rebus ecclesiasticis aliquam securitatem nulli faciat. C. I.

ADDITIO. Ad hoc facit C. de his qui spon. mu. sub. l. 1. lib. 10. sed arg. contra. ff. de cond. insti. quod quis. ff. de act. & obl. obligationum. §. placet. de hoc leg. & not. 28. dist. c. 1.

"Causa inter eṗm & clericũ coram quo dẽat tractari,

f ¶ *Instantia.*] id est, præsentia.

g ¶ *Aliquorum.*] scilicet episcoporum.

h ¶ *Causas.*] s. criminales, vt 3. q. 8. suggero. "Et not. q̃ cum causa est inter clericum & episcopum, q̃ metropolitanus in synodo compro

ἐκτῷ ἐπιβάλλουσαν εὐλάβειαν, καὶ πρόνοιαν ποιεῖσθαι πάσης τῆς χώρας τῆς ὑπὸ τὴν ἑαυτῶ πόλιν, ὡς καὶ χειροτονεῖν πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, καὶ μὴ κοίσεως ἐκτὸς διαλαμβάνειν. περαιτέρω δὲ μηδὲν πράττειν ἐπιχωρεῖν, πλὴν τῶ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπω: μὴ δὲ αὐτὸν, ἄνευ τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης.

Episcopos, qui in vnaquaque prouincia sunt, nosse oportet eum, qui metropoli præest, vniuersæ quoque prouinciæ curam suscipere, eo quòd in metropoli vndique conueniunt omnes, quicumque negotia habent. Quapropter placuit, & honore ipsum præcellere, & reliquos episcopos nihil aliud † sine ipso facere (secundũ veterem, qui viguit, patrum nostrorum canonem) quàm ea sola, quæcũque ad cuiusque parochiam, subiectasque parochiæ regiones pertinent: In cuiusque enim episcopi potestate esse propriam ipsius parochiam, vt eam administret pro ea, quę cuique conuenit, integritate, & vniuersæ regioni, quæ suæ ciuitati subiecta est, prospiciat, consulatque: ita vt & presbyteros, diaconosque ordinet, & singula quæque cum iudicio explicet: Præterea vero nihil quidquam facere aggrediantur, sine metropolitani episcopi, neque ipse sine reliquorum sententia.

Nisi forte episcopi ipsi œconomos in ecclesia sua ordinare contempserint.

Vnde in septima synodo, c. 11. legitur.

¶ Metropolitanus constituat œconomos, quos episcopus habere neglexerit. C. III.

1 CVm simus debitores omnes sacras regulas custodire, & eam, quæ dicit in vnaquaque ecclesia œconomos [a] esse debere, modis omnibus inuiolabilem custodire debemus. Et, si quidem vnusquisque metropolitanus in sua ecclesia constituerit œconomũ [b], bene vtique est. Sin autem, ex auctoritate propria Constantinopoleos episcopis [c] licentia est prępone di œconomos in eius ecclesia. Similiter & metropolitanis, si episcopi, qui sub eis sunt, nõ sategerint œconomos statuere in suis ecclesiis. Id ipsum autem seruandum est etiam in monasteriis.

Probatur illud idem exemplo Apostoli, qui fornicatorem Corinthium [d] impœnitẽtem satanæ tradidit: postea pœnitentem ecclesiæ reconciliauit, hoc tantum scribens Corinthiis in prima, & secunda epistola, vt excommunicato non communicarent, & reconciliato

socia charitate copularentur. Sed contra probatur auctoritate multorum.

Ait enim Higinus Papa, epist. 1. c. 2. [2]

¶ Metropolitanus sine episcoporum consensu, vel præsentia alicuius eorum non audiat causas. C. IIII.

3 SAluo [e] in omnibus Romanæ ecclesiæ priuilegio, nullus metropolitanus absque ceterorum omnium comprouincialium episcoporum instantia [f], aliquorum [g] audiat causas † [h]: quia irritæ erunt aliter actę, quàm in conspectu eorũ omnium ventilatæ, & ipse, si fecerit, coerceatur à fratrib[9].

Item Anicetus Papa episcopis Galliæ, c. 1.

¶ De eodem. C. V.

ARchiepiscopus [i] nihil de episcoporum causis, aut de aliis communibus, iuxta statuta Apostolorum [4], absque cũctorum illorum agat consilio, nec ille, nisi quantum ad suas parochias pertinet, sine suo: quoniam tali gaudet concordia altissimus, & gloriatur in membris suis.

Item in eadem epistola, c. 3.

¶ De eodem. C. VI.

5 SI autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & sine omnium comprouincialium prę sentia, vel consilio episcoporum, aut eorum, aut alias causas, (nisi eas tantũ, quæ ad propriam suam parochiam pertinent) agere, aut eos grauare voluerit, ab omnibus districte corrigatur, ne talia deinceps prę sumere audeat. Si vero in corrigibilis, eisque inobediens [k] apparuerit, ad hanc Apostolicam sedem, cui omnia episcoporum iudicia referri † præcepta sunt, eius contumacia referatur, vt vindicta de eo fiat, & ceteri timorem habeant.

Item Calixtus Papa episcopis Galliæ, epist. 2. c. 3. [6]

¶ De eodem. C. VII.

7 NVllus primas, vel metropolitanus diœcesani ecclesiã, vel parochiam, aut aliquem [l] de eius parochia præsumat excommunicare, vel iudicare, vel aliquid [m] agere, absque eius consilio, vel iudicio: sed hoc obseruet, qđ ab Apostolis, ac patribus, & prædecessoribus nostris est statutũ, &

2 Et Iulius c. 4.

3 Burch. l. 1. c. 65. Iuo p. 5 c. 99. & 174.

SI autem.] Casvs. Quæsitum fuit si archiepiscopus super be vult de causis criminalibus vel ciuilib. episcoporum cognoscere sine eorum voluntate, vel eos in aliquo grauare: quid sit faciendum, & respondetur, quòd corrigi debet à suffraganeis: & si fuerit incorrigibilis, significetur Papæ, quatenus per ipsum sic puniatur, vt ceteri timorem habeant.

† al. causas eorum

k ¶ *Inobediens.*] "Hic habemus quòd metropolitanus potest coerceri à suffraganeis. sic ẽ. eo. saluo. in fi. simile 63. dist. Salonitanæ. Sed qualiter subditi possunt eum coercere? Respondet, reprehẽdere [a] possunt ex charitate. 2. q. 7. prę sumunt. & c. secuti. Iste autem qui defert querelã ad metropolitanum, sine appellatione, patiatur dispendium litis. ar. in auth. col. 3. de defen. ci. circa medium. §. non habente. in fi. hoc ideo, quia traxit aduersariũ suum ad alienum iudicem, vt 11. q. 1. inolita. Ioan.

4 Can. Apost. 34. "Metropolitan[9] à suffraganeis reprehẽdi pt.

a Dic q̃ est triplex reprehẽsio, vt no. ẽ. 21. dist. nolite. in fi.

NVllus.] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. Prima pars loquitur de specialibus negotiis suffraganeorum. Secunda pars de communibus. Dicitur ergo in prima, quòd nullus primas vel metropolitanus debet se intromittere de specialib. negotiis sui suffraganei absque eius licentia vel volũtate: quod si fecerit, irritum erit quidquid fiet, & ipse deponetur. In secunda parte dicitur, quòd primas vel metropolitanus non debet agere causas criminales, vel communia negotia sine consensu episcoporum, nec ipsi sine consensu metropolitani vel primatis de

† al. terminare

6 Cõcor. Lucius ep. j. c. 3

7 Pol. ibid. 6. Bur. l. 1. c. 60 Iuo p. 5. c. 10 & p. 14. c. 72 Pan. l. 4. c. 27

bent aliquid agere, nisi de his quæ pertinẽt ad propriã parochiam, vt omnia concorditer fiant. Secunda pars incipit ibi, *Sed quidquid.* " Si vinco l ¶ *Aliquem.*] Licet non possit iudicare de ecclesia suffraganei, potest tamen de episcopo iudicare. 11. q. 1. si clericus. "Et sic fallit illa regula: Si vinco vincentẽ te, multo fortius vinco te. ff. de di. & tem. præs. de accessionibus. §. 1. item fallit. ff. qui pot. in pig. ha. Claudius. est libertus liberti mei, non est meus libertus, vt ff. de ver. si. Modestinus. & non oẽs quæ sunt cũ sorore mea, sorores meæ sunt. 81. di. legitur. m ¶ *Vel aliquid.*] " Ergo nec absoluere potest excommunicatum à

vincẽtẽ te, vinco te: qñ que fallit. "Excõicatũ ab eṗo non absoluit archieṗs.

Source : BIU Cujas

suffraganeo suo, ext. de sent, exc. per tuas. episcopus tamen absolue re potest excommunicatum ab archidiacono: quia archidiaconus est vicarius episcopi, vt extr. de of. arch. c. 1. sed episcopus nō est archiepiscopi vicarius. Quid de hoc iuris sit, dixi 25. dist. perlectis.

a ¶*Irritum.*] i. irritandum. si dicas q̄ habet iurisdictionē ordinariam prouinciæ. sed si stet proprie, tunc erit hic ar. q̄ metropolitanus non habet iurisdictionē ordinariam totius prouinciæ. Quid iuris sit de hoc, nota. s. c. 2.

1 Anſ. l. 3. c. 88.

Conquestus est.] Casvs. Archiepiscopus Narbonensis conquerebatur de Rodulpho patriarcha Bituricen. q̄ erat suus patriarcha, q̄ ipse cōpellebat clericos suos eo inuito ad suum iudiciū venire: & res ad suam ecclesiam pertinētes eo incōsulto disponebat. Præcipit ergo sibi Nicolaus vt de cetero hoc nō faciat, nisi fuerit ad ipsum appellatum: vel nisi mortuo epō clerici voluerint res ecclesiæ dispēsari p ipsum: quia primates nil priuilegij super epos habent, nisi quantū canones concedunt, vel cōsuetudo antiquæ: vel nisi Romana ecclesia aliquē voluerit suo priuilegio decorare. *Episcopo scribit*, hæc sūt verba Bedæ. *Et angelo Ephesi*, &c. sunt verba Ioānis. Vnde melius esset ibi principiū capituli, vt dicit Hug. Dicit ergo Beda exponens verba Ioannis, & dicit q̄ Io. scribit illi epō de cuius manu Ioannes requirebat peccata subditorū eius, vt esset diligēs: ne sine ei⁹ cōsilio de suis subditis iudicaret, nisi esset negligēs.

† *al. cum omnium*

Matth. 20.

Matth. 23.

2 Iuo p. 5. c. 56. Pan. l. 4. c. 29.

b ¶ *Archiepiscopus.*] "Hic patet quod archiepi subsunt primatibus & patriarchis, vt 21. dist. c. 1. & 65. dist. de persona. 17. di. multis.

" Archiepi subsunt patriarchis.

c ¶ *Prouocauerint.*] "Hic patet quod nec archieps, nec primas potest cognoscere de causis subditorū episcoporum, nisi per appellationē deuoluantur ad ipsum. 11. q. 1. peruenit, & ext. de of. del. cum nō ignoretis. Idē dico in legato Papæ, vt dixi 2. q. 6. c. 3. pter hos casus est alter 12. di. de his. Itē cum[a] ab solutus ab archiepo non vult parere episcopo, extr. de off. ord. ad reprimendā. Item cum est causa inter episcopum & clericū. 11. q. 1. si clericus. & s. 6. q. 2. c. 2. & hoc cum episcopus est re⁹. sed si est actor, non videtur, q̄ archiepiscopus sit iudex rei, vt ext. de off. ord. pastoralis. Itē cū episcopus non vult absoluere excommunicatum, vt ext. de ap. qua fronte. Item cum archiepiscopus prouinciam visitat. extr. de præscri. cum ex officij. sed illud non dico esse generale, nisi vt dixi s. e. q. 2. nullus primas. Item cū euidēs est sententiā episcopi iniustā esse. ext. de ap. solicitudinē.

" Archieps ꝺ causis subditorū epi cognoscere non potest.

a Istud, itē respicit textū. nā i isto casu & seq. archieps est iudex competens.

d ¶ *Iudicio tuo.*] aliter enim non potest. 12. q. 2. non liceat.

à nobis confirmatū[1]. id est, si quis metropolitanus episcopus (nisi quod ad suam solummodo propriā pertinet parochiam) sine consilio, & voluntate omnium comprouincialium epicoporū extra aliquid agere tentauerit, gradus sui periculo subiacebit: & quod egerit, irritū[a] habeatur, & vacuū. Sed quidquid de prouincialium coepiscoporum causis, eorumque ecclesiarum, & clericorum, atque sæcularium necessitatibus agere, aut disponere necesse fuerit, hoc communi† consensu comprouincialium agatur Pontificū: nec aliquo dominatiōis fastu, sed humillima atque concordi administratione, sicut Dominus ait, [Non veni ministrari, sed ministrare.] & alibi [Qui maior est vestrum, erit minister vester.] Similiter, & ipsi comprouinciales episcopi cuncta cum eius consilio (nisi quātum ad parochias proprias pertinet) agāt, iuxta sanctorū cōstituta patrum. *& infra.* ¶ Vt vno animo, vno ore concorditer sancta glorificetur Trinitas in sæcula.

Item Nicolaus Papa Rodulpho Bituricensi Archiepiscopo.

¶ In suffraganei parochia nihil absque eius consilio metropolitanus agat. C. VIII.

[2] CONquestus est Apostolatui nostro frater noster Sigedolus Archiepiscopus[b] Narbonensis, quòd clericos suos eo inuito ad iudicium tuum venire compellas, & de rebus ad ecclesiam suam pertinentibus, eo inconsulto, quasi iure patriarchatus tui disponas: cū hoc nec antiquitas (cui patres sanxerunt reuerentiam) habeat, & auctoritas sacrorum canonum penitus interdicat: nisi forte pro causis, quę apud se terminare nō possunt, ad te quasi ad patriarcham suum prouocauerint[c], vel si episcopus suus decesserit, res ecclesiæ suæ iudicio tuo[d] dispensare voluerint. Primates enim vel patriarchas nihil priuilegij habere præ ceteris episcopis, nisi quantum sacri canones[e] concedunt, & prisca consuetudo[f] illis antiquitus contulit, definimus: ita vt secundum Nicænas regulas sua priuilegia seruentur ecclesiis: præterquam si Apostolica sedes aliquam ecclesiam, vel ipsius rectorem quolibet speciali[g] priuilegio decreuerit honorare.

Item Beda super Apocalypsim [& Angelo[h] ecclesiæ Ephesi scribe[3].]

¶ De eodem. C. IX.

EPiscopo[i] scribit, de cuius manu peccata subditorum requirit: ne sine eius consensu, subditos iudicare debeat.

¶ *In glossa ordinaria sic legitur*, & Angelo,] id est, episcopo scribit: de manu cuius peccata subditorum requirit, & sine cuius consensu subditos iudicare non præsumit ipse Ioannes.

Sola enim Romana ecclesia, sua auctoritate valet iudicare de omnibus: de ea vero nulli iudicare permittitur.

Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epistola, cuius initium [Proposueramus.]

¶ Apostolicæ sedis iudicium à nemine est retractandum. C. X.

[4] PAtet[k] profecto sedis Apostolicæ (cuius auctoritate maior non est) iudicium à nemine fore retractandum: neque cuiquam de eius licere iudicare[l] iudicio: iuxta quod[A] Innocentius[m] Papa Ruffo, & ceteris episcopis per Thessaliam constitutis scribens ait [Nemo vmquam Apostolico culmini (de cuius iudicio nō licet retractare) manus obuias audacter intulit[n]: nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit iudicari,] & beatus Papa Gelasius. [⁵Nec de eius iudicio: (id est, Romanæ ecclesiæ) canones vmquam præceperunt iudicari: sententiamque illius constituerunt non oportere dissolui: cuius potius sequenda decreta mandarunt.]

¶ Caput hoc apud ceteros etiam collectores, multis verbis omissis in summam quamdam redactum est.

A ¶ Innocentius.] *In epistola Nicolai, & apud reliquos collectores est*, Bonifacius. *Verum neque in Bonifacij, neque in Innocentij epistolis inuentum est quod hic affertur. In ea vero epistola Nicolaus refert etiam alia quædam ex epistola Bonifacij ad episcopos per Thessaliam.*

Item Athanasius patriarcha Papæ Felici secundo[6].

¶ Ab aliis damnatos, vel excommunicatos Apostolica soluit auctoritas. C. XI.

[7] FVit semper vestræ sanctæ Apostolicæ sedi licentia iniuste[o] damnatos, vel excommunicatos potestatiue sua auctoritate restituere, & sua eis omnia reddere,

e ¶ *Canones.*] sic 18. q. 2. hoc tantum.

f ¶ *Consuetudo.*] " Ergo ratione consuetudinis potest aliquid peti, vt 18. q. 2. seruitium. ff. de pub. & vect. licitatio. §. earum. ff. commu. præd. venditor. Arg. contra. 10. q. 3. quia. Item ratione diuturnitatis probatur negatiua: quia aliter non probatur. ff. de proba. si arbiter. Item diuturnitas constituit ius. ff. de aqua quo. & ęsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & extra de his quę fi. à prę la. si. consen. c. ea noscitur. & arg. 3. q. 6. hoc quippe. Item consuetudo dat iurisdictionem, vt C. de eman. li. l. vlt. & extr. de arb. di lecti. Item consuetudo dat priuilegium[b], vt hic, & 64. dist. quia. Arg. contra. 93. dist. illud. 100. dist. contra morem. hoc prosecutus sum. s. dist. 8. frustra.

" Consuetudo multa tribuit.

3 Gl. ord. ad eum locum Apoc. 2.

b Aliàs, consuetudo purificatur priuilegio. ext. de iu. nouit. vbi de hoc.

g ¶ *Speciali.*] Ergo Papa in totum potest auferre priuilegium vni ecclesiæ, & alij concedere, vt 16. q. 1. frater noster.

h ¶ *Et angelo.*] Hæc sunt verba Ioan. in Apoc. & deberet esse initium c.

i ¶ *Episcopo.*] Hæc sunt verba Bedæ.

4 Anſ. l. 4. c. 75. Iuo p. 5. c. 19. Pann. l. 4. c. 11.

SOLA, Casvs. Hactenus ostensum est quòd archiepiscopi & primates subiectos suffraganeorum suorum iudicare non possunt illis incōsultis, nisi in casibus concessis. ne autem credatur idem esse in Papa, dicit nūc aliud esse in eo. Sola enim Ro. eccl. potest de omnibus iudicare: sed nullus de ea potest iudicare. & ad hoc inducuntur c. seq.

PAtet.] Casvs. Dicitur in hoc c. quòd nullus debet tractare vel iudicare de iudicio se. Apo. quia firmum debet esse quod ipsa iudicat. Et hoc probat Nicolaus duobus exemplis, scilicet Inn. & Gelasij.

5 ī. e. ipsi sūt [§. nec ꝺ ei⁹

k ¶ *Patet.*] Ab hoc loco vsque in finem agitur de excellentia Papæ. & omnia ca. quasi idem dicunt.

l ¶ *Iudicare.*] nam talis crimē sacrilegij incurrit, vt 17. q. 4. §. qui aūt.

m ¶ *Innocentius.*] "Familiaris est hæc probatio, quòd vnus Papa inducit alium in testem: sed hoc ideo, q̄ de ipsorum testimonio non est dubitandum[c]: sicut Dominus mala Sodomæ per angelos probauit. 2. q. 1. Deus.

" Papa Papā inducit in testem.

6 in tomis concil.

c Ad hoc 8. q. 3. talia.

7 Iuo p. 5. c. 15.

n ¶ *Intulit.*] Qui manus intulit præposito, vel contumax est erga ducem vel præsidem, capite punitur. ff. de re mi. l. omne. §. 1. & 2. irreuerens miles, & contumelia parentis capite punitur. 86. dist. non satis. in fi.

FVit.] Casvs. Dicitur in hoc quòd semper fuit licentia sedi Apost. iniuste damnatos vel excommunicatos restituere, & eos qui in iuste damnant vel excommunicant punire.

o ¶ *Iniuste.*] & iuste. 35. q. 9. Gregorius.

Antiquis

Source : BIU Cujas

Antiquis.] Casvs. In regulis antiquis fuit constitutum, vt siue in prouincia remota siue in vicina quis appellet in causa ciuili vel criminali, nihil debeat innouari antequam causa ad Apostolicum deferatur, vt per ipsum sententia confirmetur, vel infirmetur. Se quen. c. patet.

a ¶*Vt quidquid.*]i. vt si appellatur Romam, vel à remotis vel à vicinis partibus: nil attentaretur ante sententiam Papæ. 5. dist. 17. multis.

b *Nemo.*] Nisi se alicuius iudicio submittat, vt 2. q. 7. nos si. & in causa hç re fis. 40. dist. si Papa.

c "Papa confessori suo parere dēt.

"& cum submittit se confessori suo, tenetur ei parere: & ligabit eum sententia illius. Argu. contra est quod dicitur de dedicatione ecclesiarum, ext. de pœ. & remiss. quod autē. Item cum Papa peccat, potest eius peccatum etiam ecclesiæ denuntiari secundum admonitionem Euangelij, vt 5. 2. q. 1. si peccauerit. hoc determinaui 40. dist. si Papa.

2 Siluester i cōcil. Romano, c. 20.

3 Pol. l. 1. tit. 16. Deus de. p. 3. Ans. l. 3. c. 19. & l. 4. c. 39. Pan. l. 4. c. 5.

c ¶*Neque ab omni clero.*] Arg. ꝙ concilium non potest Papam iudicare, vt ext. de ele. si gnificasti. vnde si totus mundus sententiaret in aliquo negotio contra Papam, videtur ꝙ sententiæ Papæ standum esset, vt 24. q. 1. hæc est fides. arg. cō tra: quia orbis maior est vrbe. 93. dist. legimus.

4 in lib. Ennodij.

5 Poly. ibid. Ans. l. 1. c. 24 Iuo p. 5 c. 10 Pan. l. 4. c. 8.

Liorum.] Casvs. Quæsitum fuit à Symmacho vtrū causa sedis Apost. possit ab homine iudicari. Qui respondet, dicens ꝙ Deus aliorū causas voluit per homines terminari: sed Romanum Pōtificem suo examini reseruauit: apud quem nō habebit aliquis de allegationis nitore subsidium: quia idem, scilicet Deus erit iudex & testis. sed alij omnes à Papa iudicantur, cui per Petrum datæ sunt claues ligandi & soluendi: cum ipse sit caput omnium, & auxilium omnium, vt dicitur per Esaiam prophetam. Seq. duo ca. plana sunt.

†*al. de inquisitoribus.*

Matth. 16.

d ¶*Formidinem.*] "immo sine venia debet puniri, sicut diabolus, qui maximus comparatione aliorum creatus est, vt 7. de pœ. di. 2. principium.

e ¶*Replicabo.*] hoc est dicere, cū ipse sit magis omnibus, grauius punitur cum peccat. 11. q. 3. præcipue.

Esa. 10.

f ¶*Sanctorum.*] id est, in sanctis cōciliis confirmantur.

g ¶*Prophetam.*] Esaiam.

h ¶*Si hæc humiliatur.*] de arca a fœderis loquitur propheta quā Iudæi ferebant ad bella.

6 Poly. ibid. Ans. l. 1. c. 53. 3. 6. q. 1. c. 10. ex merito.

i ¶*Facta.*] ¶*Corrumpunt.*] 3. 6. qu. 1. ex merito. & ca. deteriores.

cum seq.

a De ista hr 3. 32. di. §. ecce. 2. q. 7. §. d

k ¶*Ipsi sunt canones.*] sicut Imperator est lex animata in terris, vt in auth. de consulibus. in fi. coll. 4.

his etiā. 24. q. 1. q. 1 qua significabitur sedes Romana.

Vncta.] Casvs. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ ecclesia Romana de omnibus iudicat: ipsa vero à nemine iudicatur. Item ꝙ ad Papam de omni parte mundi appellatur: ab eo vero nullus appellat. In secūda parte dicitur, ꝙ ecclesia Romana semper habuit potēstatē & habebit quoslibet absoluere & dānare nulla synodo cō gregata. Secūda pars incipit ibi, *Sed nec illa.* Seq. c. planum est.

7 Nicolaus ad Michaelem, epist. 7.

8 Ans. l. 2. c. 56. Iuo p. 5. c. 9.

9 ꝛ̄. e. patet in fi.

10 in epist. ad epos per Dardaniam constitutos.

l ¶*De qualibet.*] Ergo à legato appellatur, vt ext. de sent. & re iu. c. vlt. & ext. de offi. le. licet. Sed numquid à laico appellatur ad Papam? Non, nisi in his quæ spectant ad iurisdictionem ecclesię, vt ext. de app. si duobus.

11 Pol. l. 1. ti. 8 Ans. l. 1. c. 47 & l. 2. ca. 16. & 24. Pann. l. 4. c. 9.

m ¶*Nemo.*] A principe enim & à senatu appellari nō valet, vt ff. à quib. appel. non lic. l. 1.

Fratres,] Casvs. Episcopi Hispaniæ auctoritate regū quosdam iniuste damnauerant, quos Sixtus papa restituit, & præcepit episcopis, vt omnia eis integre reddant, nisi ipsi & principes eorum velint ab ecclesia separari.

12 Ans. l. 2. c. 25. Poly. l. 1. ti. 8. Bur. l. 1. c. 192. Iuo p. 5. c. 247.

¶ *In omnibus vetustis Gratiani exemplaribus citatur ex Innocentio. Sed fere eadem habentur in concilio Romano sub Siluestro, c. 20. & ex ipso citant indicati collectores.*

a ¶Iustitiam temperare desiderantem.] *Sic etiam in Pannormia ex Siluestro. Sed in vulgata concilij editione est*, quoniam omnes sedes à prima sede iustitiam desiderant temperari.

Item Symmachus Papa[4].

¶De eodem. C. XIIII.

5 ALiorum hominum causas Deus voluit homines terminare, sed sedis istius præsulis† suo sine quæstione reseruauit arbitrio. Voluit beati Petri Apostoli successores cælo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inuiolatam exhibere conscientiam. Nolite æstimare eas animas inquisitionis † non habere formidinem d, quas Deus præ ceteris suo reseruauit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore subsidiū, quando ipsorum factorum vtitur eo teste, quo iudice. Dicas forsitan, omnium animarū talis erit in illa disceptatione conditio: replicabo e, vni dictū, [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in cælis.] Et rursus sanctorum f voce patet, Pontificum dignitatem sedis eius, factam toto orbe venerabilē: dum illi, quidquid fidelium est vbique, submittitur: dū totius corporis caput esse designatur. De hac mihi videtur dictum per prophetam g. [Si hæc humiliatur h, ad cuius confugietis auxilium? & vbi relinquetis gloriam vestram?

Item Anterus Papa ad episcopos prouinciarum Bæticæ, & Toletanæ.

¶De eodem. C. XV.

10 6 FActa subditorum iudicātur à nobis: nostra vero iudicat Deus. *& infra.* ¶Deteriores sunt qui vitam, moresque bonorū corrumpunt i, his, qui substantias aliorum prædiaque diripiunt.

Item Gelasius Papa ad Faustum legatū.[7]

¶De eodem. C. XVI.

8 IPsi sunt canones k, qui appellationes totius ecclesiæ ad huius sedis examen voluere deferri. Ab ipsa vero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt: ac per hoc illam de tota ecclesia iudicare, ipsam ad nullius commeare iudicium: 9 nec de eius vmquam præceperunt iudicio iudicari, sententiamque illius constituerunt non oportere dissolui, cūius potius decreta sequenda mandarunt.

Idem omnibus episcopis.[10]

¶De eodem. C. XVII.

CVncta per mūdum nouit ecclesia, ꝙ sacrosancta Romana ecclesia fas de omnibus habeat iudicandi: neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio[11]. Siquidē ad illam de qualibet l mundi parte appellandum est: ab illa autem nemo m est appellare permissus. ¶Sed nec illa prætermittimus, ꝙ Apostolica sedes sine vlla synodo præcedente, & soluēdi, quos synodus inique damnauerat, & damnandi, nulla existēte synodo, quos oportuit, habuit facultatem: & hoc nimirum pro suo principatu, quem beatus Petrus Apostolus Domini voce & tenuit semper, & tenebit.

¶*Omnia, quæ in hoc capite leguntur, habētur in epistola Gelasij ad episcopos per Dardaniā: sed non eode ordine composita. Caput autem sequens, in quo multa huius ipsius capitis verba continentur, in eadem epistola eodem prorsus modo habetur. Itaque fieri potest, vt ex alia epistola caput hoc sumptū sit, quæ non extet, aut Gratianus hæc duo tāquam diuersa capitula referat, ꝙ apud antiquiores etiam collectores distincta repererit. In epistola etiam Nicolai ad episcopos Galliæ, quæ nuper est impressa in appendice bibliothecæ, hoc citatur ex Gelasio.*

Idem episcopis per Dardaniam constitutis.

¶De eodem. C. XVIII.

CVncta per mundū nouit ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis ligata Pontificū, sedes beati Petri Apostoli ius habeat resoluendi, vt pote, quæ de omni ecclesia fas habeat iudicandi, &c.

Item Sixtus Papa secundus Hispanorum episcopis, epist. 2. cap. 4.

¶De eodem. C. XIX.

12 FRatres, quos timore terreno iniuste dānastis, scitote à nobis iuste esse restitutos: quibus ex sancti Petri & Apostolica auctoritate omnia, quæ eis ablata sunt, integerrime reddi præcipimus, si nō vultis & vos, & principes vestri à collegio nostro, & mēbris ecclesiæ separari.

Source : BIU Cujas

Nunc vero.] Casvs. Gualbertus patriarcha antistitem Cumensis ecclesiæ consecrare nolebat, sed Stephanus scripsit ei vt eum consecraret, & quia eum adhuc non consecrabat, iterum scribit ei præcipiens vt eum debeat consecrare: & si non fecerit, dicit quòd si Romam venerit, consecrabit eum.

a ¶*Priuilegium.*] Rescriptum Apostolicum sic interpretaberis, vt nulli afferat præiudicium, vt hic & extra de consuet. cum olim. in fin. 63. dist. quanto. sic 99. dist. ecce. C. de eman. nec auus [a].

Item Stephanus episcopus Gualberto Patriarchæ.

¶Cuiuslibet ecclesiæ clericos Papa valet ordinare. C. XX.

1 Anſ. l. 6. c. 31. Iuo p. 5. c. 13.

1 NVnc vero iterato tibi scribimus, nolentes alicuius ecclesiæ priuilegium [a] infringere, licet Apostolica prærogatiua possimus de qualibet ecclesia clericum ordinare: desine iam cuiuspiam zelo Cumensis [A] ecclesiæ antistitem protelare: quia si protelaueris, & eum consecrare iam toties monitus non maturaueris proculdubio ad nos veniens, consecratus abibit.

a Ad idē 85. di. c. 1. in fi. vbi de hoc, & 25. q. 2. ser uatis. in pr. ibi videas.

A ¶Cumensis.] *Sic etiam Anselmus, sed apud Iuonem plenius*: Desine iam cuiuspiam zelo electum à clero, & expetitum à populo Lintuardum Cumensi ecclesiæ antistitem protelare.

Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori in epistola, cuius initium [*Proposueramus.*]

¶De eodem. C. XXI.

2 PEr principalem [b] beatorum Apostolorum Petri & Pauli, de qua supra partim exposuimus, potestatem, ius habemus, non solum monachos, verū etiam quoslibet clericos de quacumque diœcesi, cum necesse fuerit, ad nos [c] conuocare, atque ecclesiasticis exigentibus opportunitatibus inuitare.

b ¶ *Per principalem.*] Hoc c. est s. 1. q. 1. c. per principalē. post principium.

c ¶*Ad nos.*] sicut Papa priuat aliquem clerico suo, eadem ratione potest Imperator aliquem priuare seruo suo. C. qui. ex cau. ser. pro præ. lib. accipi. l. 1. Item alicui potest rem suam auferre, vt C. de quadr. præ. bene. "Similiter auferre potest & Papa beneficium. 19. dist. in memoriam. Item potest alicui auferre ius præsentandi, etiam legatus Papæ, vt ext. de off. leg. dilectus, & ext. de concess. præb. & eccl. non vac. quia diuersitatem. & episcopum deponere. Sed numquid omnes simul? Non, quia sic vniuersalem ecclesiam turbaret, quod esse nō debet. 1. q. 7. & si illa.

"Beneficiū pōt auferre Papa.

2 s. 1, quæ. 1. Anſ. l. 1. c. 72 & l. 2. c. 14.

SED ALIVD.

Casvs. s. probauit Grat. q. archiepiscopus pōt iudicare paro chianum sui suffraganei eo inconsulto: postea probauit contrarium Nunc autem soluit diceps, q. quando suffraganei fauēt subditis suis ad malum, & circa eos sunt negligentes in corrigendo, potest tunc archiepiscopus soluere vel ligare inuitis suffraganeis.

Sed aliud est, quod ex temeritate assumitur præsumptionis: aliud quod ex necessitate geritur charitatis. Cum suffraganei Archiepiscoporum, subditis suis ad malum fauere cœperint, atque circa eorum correctiones, negligentes [d] extiterint, tunc licet metropolitanus præter illorum voluntatem, & ligandos damnare, & reconciliandos absoluere. Cum vero episcopi zelo diuinæ charitatis accensi, bonos verbo & exemplo ædificant, & malorū vitia aspera increpatione redarguunt: absque talium consilio non licet metropolitanis quando vero sunt soliciti circa subiectos, non potest tunc eis incōsultis. Et hanc solutionem probat auctoritate Martini & duobus exemplis, scilicet Pauli & Ioan.

d ¶*Negligentes.*] "Magister dicit, q. quam cito negligens est prælatus in corrigendo, sine omni admonitione auferetur ei iudicium [b] vel iurisdictio. sic s. ea. cum simus. sic extra de accu. sicut olim. & ex eo q. non vult iudex procedere, videtur q. statim expirauit sua potestas, vt ext. de off. del. cum super. & C. de app. ex eo. & C. de offic. præfe. orien. si quos. & ext. de fo. comp. ex transmissa. Arg. contra. s. ea. nunc vero. & ext. de stat. monach. in singulis.

"Plato negligenti auferatur iurisdictio.

b Sed Hug. intelligit post admonitionem.

Quidam laicus.] Casvs. In superiori causa dictum est quid iuris habet archiepiscopus super suffraganeis suis. Nunc vero supponit x. causam, in qua ostendit Grat. quid iuris habeat episcopus in ecclesiis sui episcopatus. Et vt hoc competentius agat, proponit the-

"lex diœcesana & iurisdictionis in the-

¶ *Quidam laicus.*] "Lex diœcesana consistit in recipiendo vel cadraticum, vel tertiam partem decimarum, vel quartam, vel hosquibus conpitium. Lex iurisdictionis, consistit in conferendo. potest enim conferre sacramenta, coercere delicta, de causis cognoscere. Quando-

que lex diœcesana comprehendit etiam legem iurisdictionis, vt extra de præscr. auditis. quantum ad legem iurisdictionis subsunt episcopo & ecclesiæ, & monasteria omnia. 18. q. 2. hoc tantum. & ca. monasteria. & ca. cognouimus. & 16. q. 1. interdicimus. quantum ad legem diœcesanam solæ sæculares, vt j. ea. de his. & ca. antiquos. 2. q. 2. statuimus. sed regulares ecclesiæ vel monasteria non, vt hic, & c. 1. & 16. quæst. 1. cum pro vtilitate. & 18. q. 2. quā sit necessarium. cathedraticum enim non soluunt. j. ea. q. 3. inter cetera. nec partem decimarum. 16. q. 1. cum pro vtilitate. c. quæsti. & c. decimas. nec episcopū ad missas publicas recipiūt. 18. q. 2. luminoso. & c. dudum. præstant tamen seruitium episcopo, vel ex prima institutiōe, vt 18. q. 2. Eleutherius. vel etiam ratione visitationis, vt extra de præscri. cum ex officij. vel quod debetur ex consuetudine, vt 18. q. 2. seruitiū. Capellæ vero monachorum subsunt episcopo quantum ad vtramque legem. 16. q. 2. sane. & extra de priui. cum & plantare. in ecclesiis. nisi pleno iure fuerint monasteriis collatæ. sed de hoc dicemus 16. quæst. 2. in princ.

3 s. e. per singulas. 1.

4 s. cū simus §. pbatur.

5 s. episcopo

in eorum parochia aliquid agere, vel disponere. Vnde in fine capituli Martini Papæ non simpliciter dictum est [3] [*nihil agat*] *sed cū determinatione* [*nil præsumptiue assumat absque eorum consilio*] *vt vitium præsumptionis videatur improbatum, non officium charitatis* [4]. *Sic & Apostolus, quia Corinthios vidit negligentes circa correctionem fornicatoris sua auctoritate illum damnauit* [5]. *Ioannes vero, quia episcopum Ephesiorum vidit paratum ad corrigenda vitia subditorum, sine eius auctoritate illos corrigere noluit: sed illum tantum de eorum correctione admonuit.*

CAVSA X.

Vidam laicus [c] *basilicam à se factam à diœcesana lege segregare quæ vit: episcopus ecclesiam cum omni dote sua ad suam dispositionem pertinere contendit: tandem euincit episcopus, & per parochias militibus comitatus crudeliter desæuit: quæ ecclesiæ sunt, tamquam sibi debita, vsurpare contendit.*

1 *Modo primum quæritur, an basilica cum omni dote sua ad episcopi ordinationem pertineat.*

2 *Secundo, an res ecclesiarum episcopis vsurpare liceat.*

3 *Tertio, quid nomine cathedratici à suis sacerdotibus exigere valeat.*

QVÆSTIO I.

Ips

E prima quæstione sic deliberatum fuit in concilio Ilerdensi, c. 3.

¶Basilica, quæ consecratur, à diœcesana lege non segregatur. C. I.

SI ex laicis quispiam à se factā basilicam consecrari desiderat, nequaquam eam sub monasterij [f] specie vbi congregatio [g] non colligitur [A], à diœcesana lege audeat segregare.

A ¶Colligitur.] *In concilio impresso, ac manu scripto sequitur*, vel regula ab episcopo non constituitur.

E prima quæstione.] Hęc quęst. diuiditur ī quattuor partes, in quarum prima probat magister per x. auct. quòd ecclesia cū omnibus suis rebus debet esse sub potestate episcopi, & de rebus ecclesiæ, scilicet decimis, & primitiis, & de talibus debet episcopus habere tertiam vel quartam, vel mediam secundum diuersas cōsuetudines. Secunda ibi, *Si autem.* Tertia ibi, *Visitantes.* Quarta ibi, *Quia sacerdos.* Io. de Fant. Casvs. Hic intitulatur prima quæstio, in qua quæritur, an ecclesia cum omni dote sua pertineat ad dispositionem episcopi. Et est dicendū quòd omnes ecclesiæ præter monasteria subsunt episcopo quo ad legem diœcesanam, & quo ad legem iurisdictionis, vt j. ead. q. fere per totum. & 16. q. 7. omnes basilicæ. sed monasteria exempta sunt à lege diœcesana, vt j. ead. cap. 1. & quæst. 3. inter. & 16. quæst. 1. cum pro vtilitate. & hoc in fauorem religionis. sed non sunt exempta à lege iurisdictionis, vt 16. quæstio. prima. interdicimus. Idem est de capellis monasteriorum. Est autem lex diœcesana qua episcopus recipit cathedraticum [c], tertiam, scilicet vel quartam partem decimationum secundum diuersas consuetudines, & qua vocat clericos ad synodum vel exequias. Lex iurisdictionis est qua episcopus potest clericos ordinare, altaria & ecclesias & virgines consecrare, corrigere, suspēdere, cognoscere de causis ciuilibus & criminalibus, & generaliter ad suam iurisdictionem pertinet omnia sacramenta conferre.

c Quod nō pscribitur, scdm id, qđ not. 15. q. 7. quicúque. gl. 1. in fi.

Si ex laicis.] Casvs. Quidam laicus capellam quamdam constrvxit, & cum peteret eam consecrari, volebat eam non subesse episcopo quantum ad legem diœcesanā, sicut nec monasteria. Quæsitum fuit in concilio Ilerdeñ. an hoc fieri posset. Et resp. quòd non, sine voluntate episcopi.

f ¶*Sub monastery.*] id est, quasi ibi velit monasterium construere.

g ¶ *Vbi congregatio.*] sed quot homines faciunt collegium monachorum

Source : BIU Cujas

chorum? Respondet duo vel tres, vt extr. de ele. c. 1. secundum leges tres. ff. de verb. sig. Neratius. Sed decem homines faciunt populum, vt 10. q. 3. vnio. ff. vi bo. rap. prætor. §. 1. & decem oues gregem, licet quattuor vel quinque porci gregem faciant. ff. de abigeis, oues. Sed duo non faciunt familiam, vt ff. de verb. sig. si detestatio. in fi.

Item ex concilio Toletano 3. c. 19.[1]

¶Ecclesiæ cum dotibus suis in episcopi potestate consistant. C. II.

[2] SIc quidam contra omnem † auctoritatem ecclesias, quas ædificauerint, postulant consecrare, vt dotem, quam eidem ecclesię contulerint, censeant ad episcopi ordinationem non pertinere [a]. Quod factum taliter [A] in præterito corrigatur, vt & in futuro, ne fiat, prohibeatur: sed omnia secundum cõstitutionem antiquam ad episcopi [b] ordinationem, & potestatem pertineant.

A ¶Taliter.] *Sic est in antiquioribus editionibus, & duobus Vaticanis conciliorum codicibus: sed in Colonienſi quattuor tomorum editione, & in codice Lucenſi Regio, & in concilio Vvormacienſi, & Moguntino, & in Pannormia hoc modo*, quod factum, & in præteritum displicet, & in futuro prohibetur.

Item ex concilio 2. Cabilonenſi.

¶Ecclesiæ, & omnia iura earum ad ordinationem episcopi pertinent. C. III.

[3] DEcretum est, vt omnes ecclesiæ cum dotibus [c] suis, & decimis, & omnibus suis [A], in episcopi potestate cõsistant, atque ad ordinationem suam semper pertineant.

A ¶Suis.] *In vulgatis sequebatur*, iuribus, *quæ vox abest ab omnibus collatis manuscriptis. Apud Iuonem, & Burchardum est*, omnibus rebus suis.

Item Leo Papa quartus in epistola ad episcopos Britanniæ, c. 2.

¶ Vnaquæque parochia, episcopi prouisione regatur. C. IIII.

REgenda est vnaquæque parochia sub prouisione, ac tuitione episcopi per sacerdotes, vel ceteros clericos, quos ipse cum Dei timore prouiderit, cui iure pertinere videtur, & circumire, vt sibi necessarium visum fuerit ecclesiastica vtilitate cogente.

Item ex concilio Antiocheno, c. 24.

¶Iudicio & potestate episcopi res ecclesiasticæ gubernentur. C. V.

[4] QVæcumque [A] res ecclesiæ sunt, conuenit cum omni diligentia, & bona fide, quæ Deo debetur, qui omnia prouidet, atque iudicat, gubernari, & dispensari cum iudicio & potestate episcopi, cui totius plebis animæ [d] vigilati, vt ext. de off. ord. cum ab ecclesiarum. & j. q. 2. c. pen.

d *Quæcumque.*] ¶ *Animæ.*] 12. q. 1. præcipimus. Additio, & 18. q. 2. cognouimus.

e *Nouerint.*] ¶ *Nullam.*] j. 17. q. 4. sunt qui. j. 16. q. 7. decernimus. contra. Sed ibi habent potestatem tantum defendendi ecclesias. [b]

b Sub. hoc aũt dicit, q̃ si hũt ptãte d lapidõnis scdm L. & hic addẽ qđ not. 16. q. 7. piæ mẽtis. i gl. vlt. đ cõs. dist. j. si quis basilicam.

dentur esse commissæ.

A ¶Quæcumque.] *Græce significantius, τὰ τῆς ἐκκλησίας, τῇ ἐκκλησίᾳ φυλάττεσθαι δεῖν πάλιν ἔχειν. id est*, recte habet, quæ ecclesiæ sunt, ipsi ecclesiæ seruari oportere.

Item ex concilio Toletano 4. c. 32.

¶Basilicarum conditores in rebus ecclesiarum nullam potestatem se habere cognoscant. C. VI.

[5] NOuerint conditores basilicarũ, in rebus, quas eisdem ecclesiis conferunt, nullam [e] se potestatem habere: sed iuxta canonum instituta, sicut ecclesiam, ita & dotem eius ad ordinationem episcopi pertinere.

Item ex concilio Aurelianenſi 1. c. 17.

¶De eodem. C. VII.

[6] DE his, quæ parochiis in tertris, vineis, mancipiis, atque peculiis quicumque fideles obtulerint, antiquorum canonum statuta seruẽtur, vt omnia in episcopi potestate consistant: De his tamẽ, quæ altario accesserint, tertia [f] pars fideliter episcopis deferatur.

Item ex eodem ca. 16.

¶ De his, quæ altario deferuntur, medietatem sibi vendicet episcopus. C. VIII.

ANtiquos canones relegentes, priora statuta credimus renouanda: vt de his, quæ in altario oblatione fidelium conferuntur, medietatem [g] sibi episcopus vendicet, & medietatem sibi dispensandam secundum gradus clerus accipiat, tam de propriis prædiis, quàm de omni commoditate in episcoporum potestate durantibus.

Item ex concilio Toletano.

¶*In libro manuscripto priuilegiorum ecclesiæ Toletanæ refertur hoc, tamquam cap. 15. quarti concilij Toletani: sed in duobus ipsius exemplaribus ex Hispania missis non habetur, Burchardus, & Iuo citant ex concilio Triburiensi tempore Arnulphi regis.*

¶De episcopis, qui diœcesim suam visitare contemnunt, & ad redimendas mansiones, quæ visitantibus debentur, clericos cogunt. C. IX.

[7] RElata† est coram sancta synodo querimonia plebiũ, quòd sint quidam episcopi nolentes ad prædicandum, vel ad confirmandum suas per annũ parochias circumire: qui tamen exigunt, vt

DE *his.*] Casvs. Dicitur in hoc ca. q̃ omnia bona ecclesiarum mobilia & immobilia in episcoporum potestate consistunt, ita quòd tertia pars oblationum episcopo reseruetur. Quid autẽ iuris sit de hoc, in apparatu dicetur.

f ¶ *Tertia.*] alibi dicitur, q̃ nihil habeat [c] præter cathedraticũ, vt j. e. q. 3. c. 1. aliàs de medietate. vt j. c. proxi. No. ergo q̃ tempore primitiuo cum paucis esset episcopi, vbi Ho. de statutum fuit vt episcopi de episcopalibus ecclesiis, & omnibus bonis ecclesiæ sumerent medietatem, vt in c. seq. sed in omnibus parochialibus ecclesiis tertia. 16. q. 1. cõstitutum. procedente tempore ex parochialibus tantum tertiam oblationum & decimarum haberent, vt j. ea. cap. decreuimus. postmodũ quartam. 12. q. 2. vobis. & c. concesso. & ca. quattuor. Hodie autem nec tertiam partẽ parochialium habebunt nisi ad fabricam reparãdam, nec illam habebunt nisi velint fabricam reparare, vt j. q. 3. c. 1. & 3. Vel dic, quòd secundum consuetudinem ista dantur, vt extra de sepult. certificari. hodie autem cum sint diuites, nihil habebunt præter cathedraticum, vt j. q. 3. c. 1. Io. parochialis ecclesia tantũ habet quartam decimarum, & episcopus aliã pro se, alias quartas duas retinet episcopus pro fabrica & pauperibus, vt 12. qu. 2. concesso. & ca. seq. de aliis reditibus nihil habet de cõsuetudine generali & prescripta episcopus, licet prædicta c. & alia videantur dicere contrarium, & ita fuit sententiatum pro episcopo Bononiensi cõtra ecclesiã sancti Io. in Persiceto. & hoc videtur expressum. 12. q. 2. vobis. B. ANtiquos.] Casvs. Statutum fuit in Aurelian. concilio, vt episcopus habeat medietatem oblationum matricis ecclesiæ, & clerici eiusdem ecclesiæ aliam medietatem habebunt. Idem est de fructibus prædiorum, & in omni vtilitate ecclesiæ, ita quòd prædia & bona ecclesiæ in episcopi potestate consistant.

g ¶ *Medietatem.*] secundum distinctionem decret. extra de testam. requisisti.

RElata.] Casvs. Quidam episcopi negligebant suas parochias visitare singulis annis ad prædicandũ, vel confirmandos pueros: procurationes tamen exigebãt ac si ecclesias visitarẽt. quod ex auaritia & negligẽtia procedebat. & ideo statutũ fuit in cõcilio Toletano, vt hoc de cetero nõ faciant episcopi, sed solicite & diligẽter suos greges visitẽt, cupiditatẽ vitantes, & negligẽtiam dimittẽtes.

« Ecclesiæ cõcedẽs alicui an possit illud ab epi administrõe eripere. 1 Et in Vvormaci. c. 6. & 55. & in Mogũt sub Arnulpho c. 4. i Trosl. c. 6. 2 Bur. l. 3. c. 20. Iuo p. 3. ca. 23. Pann. l. 2. c. 12.

† *al. canonum*

3 Burc. l. 3. c. 146. Iuo p. 3 c. 211.

4 12. q. 1. pci mus.] ex can. Apo. 41 a Sub. & sic ob. l. pdi. i tradõnib°. q̃ loqtur qñ p̃ ctus, pcm iuri publico rogatur. ar. ff. d pact. iu Arch.

Casus. Quidam dicunt, q̃ hic loquitur in eo casu quando primo dedit pure, sed postea voluit adiicere conditionem, quod non licet, quia perfecta donatio non recipit conditionem, vt C. de do. quæ sub modo. l. perfecta. & 32. q. vlt. c. vnico. in fin. Alij dicunt, q̃ dos ecclesię spectat ad ius publicum, vt 3. 1. dist. ius publicum. sed ius publicum pacto priuatorum tolli non potest[a]. ff. de pact. ius publicum. extra de foro comp. si diligenti. Tu breuiter dicas, quòd illud l. pdi. i pactum est contra naturam illius contra quod non p̃ctus, & est contra legem iuri publico. ar. ff. d pact. iu risgentium. Atch.

a ¶ *Non pertinere.*] hic habes quòd contractus tenet, sed pactũ oppositum in contractu contra naturam contractus non tenet. sic ext. de cond. appo. c. 1. & 16. q. 1. si quis laicus. & extra qui cleri. vel vo. infinuante. sic j. de consec. distin. 1. si quis basilicam. Sed obiicitur, nõne quilibet in traditione rei suæ potest ponere legem quam vult, etiam cum tradit rem ecclesiæ, vt extr. de cond. app. verum. 18. qu. 2. Eleutherius. Item laicus potest prędium dare ecclesiæ, & in eo cẽsum retinere. 11. q. 1. si tributum. 23. q. vlt. tributũ. Similiter patronus potest petere seruitium quod institutum est sibi ab episcopo ante consecrationem. extr. de iur. pat. c. preterea. Quidam dicunt, q̃ hic loquitur in eo casu quando primo dedit pure, sed postea voluit adiicere conditionem, quod non licet, quia perfecta donatio non recipit conditionem, vt C. de do. quæ sub modo. l. perfecta. & 32. q. vlt. c. vnico. in fin. Alij dicunt, q̃ dos ecclesię spectat ad ius publicum, vt 3. 1. dist. ius publicum. sed ius publicum pacto priuatorum tolli non potest[a]. ff. de pact. ius publicum. extra de foro comp. si diligenti. Tu breuiter dicas, quòd illud l. pdi. i pactum est contra naturam illius contra quod non p̃ctus, & est contra legem iuri publico. ar. ff. d pact. iu risgentium. Atch.

b ¶ *Ad episcopi.*] in ecclesiis autem monachorum abbati presbyter respondebit in temporalibus, episcopo in spiritualibus, vt 16. q. 2. sane. & extra de cap. mon. in ecclesiis.

Decretum.] Casvs. Hoc ca. cum tribus sequentibus fere eumdem habent casum, scilicet quòd ecclesiæ cum omnibus suis rebus debent esse in potestate episcopi, vt de eis disponat & ordinet secundum quod fuerit disponendum & ordinandum, visitando eas tempore opportuno.

c ¶ *Cum dotibus.*] nihil tamen de eis disponet citra consensum præ-

Source : BIU Cujas

a ¶ *Aliquo pretio.*] si isti parochiales ita soluerunt aliquos denarios aliquot annis, numquid episcopus postea potest ad procurationem petendam redire? arg. ꝙ sic, ext. de cen. olim. arg. contra. ff. quemad. ser. amit. si communem. vbi dicitur, quòd qui vna seruitute vtitur pro alia, perdit primam. Sed quid si partem procurationis recepit aliquot annis, numquid per partem intelligitur retinuisse totum? videtur quòd sic. ℣. de pœ. dist. 1. vulgaris. ff. quemadm. serui. amit. si stillicidium. §. vlt. & l. seq. vbi dicitur, quòd per partem retinere totum videtur. ff. de ser. rust. prę. vna est via. arg. contra. ext. de præscr. auditis. extr. de cap. mo. dilectus. "Breuiter respondeas, quòd in procuratione nulla currit præscriptio. ext. de præscr. cum ex officij. vnde siue partem soluerit, siue nihil, semper p̄t petere procurationē, vt not. in præd. c. cum ex officij.

†*al. alio*

"p̄scribi nō p̄t ꝓcuratio

1 Bur. l. 3. c. 33 Iuo p. 3. c. 38

b ¶ *Redimant.*] tamen redimi potest procuratio, vt ℣. ea. quæst. 3. relatum.

c ¶ *Parare.*] vel præparare.

Decreuimus.] Casvs. Statuitur hic vt episcopi singulis annis suas ecclesias visitent, & si qua basilica fuerit destructa, præcipiatur ordinatori suo, vt eam debeat reparare. de omnibus autem reditibus episcopus tertiam tollat.

d ¶ *Ordinatori.*] id est, facerdoti. & hoc verū est si partem fabricæ recepit. ℣. ea. q. 3. vnio. aliter non tenetur: sed tamen conferre debet cum aliis, vt 16. q. 1. si monachus. ext. de ecc. ædi. de his[a].

2 Burc. l. 1. c. 87. Iuo p. 5. c. 193.

SI AVTEM. Hęc est secunda pars qu. 3. in qua dicitur, vt hic & in seq. ca. continetur. Io. de Fant.

ą ḋ hoc no. e. ti. c. 1. & 12 q. 3. quatuor Arch,

Casvs. ℣. in c. decreuimus. & c. relata. dictum est, quòd episcopi debent suas parochias visitare. sed nūc Grat. dicit, quòd si est valetudine impeditus, officium visitationis aliis iniungat.

"Visitatio quoties fieri debet.

b ista q. melius esset g!. p se signata sup ver. pbyteros. & ita eā ponit Io. de Fan.

"Episcopum.] Casvs. Statutum fuit in cone lio Toletano, vt episcopi suas parochias visitent: ꝙ si non possunt, presbyteros bonos vel diaconos mittant, qui omnia diligenter inquirant, scilicet basilicarum reparationem, & vitam sacerdotum.

3 Bur. l. j. c. 85 Iuo p. 1. c. 75 & p. 5. c. 191.

e ¶ *Annos.*] "cum necessaria causa subest, tūc singulis annis potest visitare, vt hic, & ℣. e. q. 3. cauendum. immo tunc quandocumque & quotiescumque opus est, potest omnes ecclesias visitare, vt extr. de off. arch. mandamus. sed si non est necessitas, de triennio in triennium visitabit, vt extra de off. arch. vt archidiaconus. vel hoc die bis in anno, vt extr. de cen. cum venerabilis. Sed qualiter[b] istud mandatur aliis, cum istud sit officium archidiaconi, vt 15. dist. perlegant. Et si recte quidem inuenerint, Deo gratias agant, sinautem minime, docere debent ignaros[f], & hoc modis omnibus præcipere, sicut antiqui canones iubent[4], vt ante viginti dies[g] baptismi, ad purgationem[h] exorcismi concurrant catechumeni, in quibus viginti diebus omnino † catechumeni symbolum, quod est [Credo in Deum patrem omnipotentem] specialiter doceantur. Postquam ergo in his suos clericos discusserint, vel docuerint episcopi, alia die[i], conuocata plebe ipsius ecclesiæ, doceant illos, vt errores fugiant idolorum, vel diuersa crimina, id est, homicidium, adulteriū, periurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera, & quod nolunt sibi fieri, alteri ne faciant: & vt credāt resurrectionem omnium hominum, & diem iudicij, in quo vnusquisque secundum opera sua recepturus sit. Et sic postea episcopus de ecclesia illa proficiscatur ad aliam.

manſiones, quibus in profectione vti debuerant, aliquo† pretio[a] redimant[b], qui parare[c] debebant. Quæ duplex infamia, negligētiæ, & auaritiæ, sanctæ synodo magno fuit horrori. Statuerunt itaque, ne quis vltra exerceat id cupiditatis ingenium, & vt solicitiores sint episcopi de suis gregibus visitādis.

Item ex concilio Tarraconensi, c. 8.

¶ Annuis vicibus ecclesiæ ab episcopis visitentur. C. X.

1 Bur. l. 3. c. 33 Iuo p. 3. c. 38

1 DEcreuimus, vt antiquæ cōsuetudinis ordo seruetur, & annuis vicibus ab episcopo diœceses visitentur: & si qua forte basilica fuerit reperta destituta, ordinatori[A d] eius reparari præcipiatur: quia tertia pars ex omnibus, per antiquam traditionem, vt accipiatur ab episcopis, nouimus esse statutum.

A ¶ Ordinatori.] *In exemplaribus concilij impressis, & manuscriptis, apud Burchardum, & Iuonem legitur,* ordinatione ipsius: *sed ob glossam non est mutatum. Reliqua vero ex iisdem sunt emendata. Burchardus autem, & Iuo addunt præterea in extremo,* ex principibus nouimus statutum.

2 Si autem episcopus infirmitate impeditus diœceses suas per semetipsum visitare nō poterit, visitationis officium committat aliis.

Vnde in concilio Toletano quarto, ca. 35. legitur.

¶ Infirmitate grauatus episcopus, visitationis officium aliis committat. C. XI.

2 EPiscopum per cunctas diœceses, parochiasque suas per singulos annos[e] ire oportet, vt exquirat, quo vnaquęque basilica in reparatione sui indigeat. Quòd si ipse aut languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus id explere nequiuerit, presbyteros probabiles, aut diaconos mittat, qui reditus basilicarum, & reparationes, & ministrantium vitam inquirant.

3 Visitantes autem episcopi, quid à clericis suis exquirere debeant, & quid eos docere, in concilio Bracharensi secundo, ca. 1. sic statutum legitur.

¶ Quę visitantes episcopi à clericis suis exquirere debeant. C. XII.

3 FRaternitas tua ex persona furis pensare potest, qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam, qui habentes subsidia, furtum perpetrant: & sunt alij, qui hac in re ex inopia[e] delinquunt. Vnde necesse est, vt quidã damnis, quidam vero verberibus[f], & quidam districtius, quidam vero leuius corrigantur. Et cum paulo districtius agitur, ex charitate agendum est, & non ex furore: quia ipsi hoc præstatur, qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur. *& infra.* ¶Addis etiam quo augmento ea, quę furto de ecclesiis abstulerunt, reddere debeant. Sed absit, vt ecclesia cum augmẽto[g] recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere, & lucra damnis quærat.

Verum illud Eusebij de legum seueritate: illud † Gregorij de ecclesiastica mansuetudine dictum intelligitur.

Idem Gregorius lib.10 epist.42. Deusdedit † episcopo Mediolanensi.

¶Non sunt alienanda in episcopatu acquisita. C. XII.

4 RES in episcopatu acquisitas[h] sacerdotibus nulla est alienandi licentia.

Item ex octaua[A] synodo vniuersali, c 15.

A ¶Octaua.] *Sic est emendatum ex Anselmo, cum antea legeretur,* sexta. *Est autem canon decimusquintus synodi 8. habitæ tempore Hadriani Papæ ij. contra Photium, ex versione Anastasij bibliothecarij.*

¶Vasa sacra, nisi pro redemptione captiuorum, non sunt alienanda. C. XIII.

5 APostolicos, & [i] paternos canones renouans hæc sancta, & vniuersalis synodus diffinuit neminem prorsus episcopum vendere, vel vtcumque alienare çimelia[j], & vasa[k] sacrata, excepta causa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet[A] pro redemptione captiuorum[l]: sed nec tradere salaria ecclesiarum in emphyteutica pacta, nec alias rusticas possessiones venumdare, ac per hoc ecclesiasticos reditus lædere. quos ad propriam vtilitatem, & ob escam pauperum, & peregrinorum substẽtationem esse decernimus[B]. *& paulo post.* ¶Quisquis autem apparuerit post hanc diffinitionem nostrã contrarium quid huic sanctæ, ac vniuersali synodo agere, deponatur[m] vt præuaricator diuinarum legum, & præceptorum: cassata videlicet omnino, quæ facta est in scriptis, vel sine scriptis ab episcopo, venditione, vel emphyteutica traditione, vel alia qualibet alienatione, cimeliorum scilicet, & salariorum locorum. Qui vero emerit, aut perceperit aliquid ex prædictis cimeliis, vel salariis, & non restituerit ecclesiæ iterum, quæ ecclesiæ sunt, vel non dederit ad incidendum chartam venditionis, vel emphyteuseos, ecclesiæ possunt alienari, quorum primum patet.

g ¶ *Cum augmento.*] scilicet innaturali & illegitimo, ne sit contra 3. dist.89.decenter.17.q.4.quisquis. j.e.q.5.c. pe.& 3.ea.q.1.in antiquis. Ad hoc respondent quidam, si vult libere fur vel prædo restituere rẽm ante quam conueniatur, pœnã euitat: hoc falsum est, quia non sufficit raptori restituere rem ad euitãdam pœnam, vt ff.vi bo.rapt. l.non prodest. Vel dic quòd ecclesia non petet pœnam, sed iudex ex officio suo eam infliget, & dabit ecclesiæ, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit. C.de epis.& cle. si quis. & est ad hoc bonum arg.23.q.3.§.1. in fi. "Vel dic quòd potest petere naturale augmentum, i. interesse, sed innaturale non potest. Vel dic, quòd non potest petere interesse quod est extra rem. vel si forte occasione rei sublatæ familia vel pecora mortua sunt, illud non potest petere, sicut nec emptor, vt ff.de act.empt. &vend.si sterilis.§.cũ per venditorem. Vel ponas casum sic. Quæsitũ fuit si aliquis confessus fuit se furtũ fecisse sacerdoti suo, an in pœnitentia debet ei iniũgi, vt illam rem restituat cũ pœna[b]? Respõdeo quòd nõ[c]: & sic contraria non tangunt casum.

VERVM. CASVS. Determinat Grat. in hoc §. qualiter intelliguntur duo proxima prędcedentia cap. dicens quòd primum ex rigore, secundum ex mansuetudine intelligitur. Sequens c. patet.

h RES.] ¶ *Acquisitas.*] occasione ecclesiæ, vt j.ea.q.5.§. fixum.

APostolicos.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte statuitur, quòd si quis clericus alienat quocumque titulo alienationis possessiones vel reditus vel vasa ecclesię in casu non concesso, deponi debet, alienatione rescissa: siue sit facta in scriptis, siue non: & emptor debet rẽ restituere, & chartam ad incidendum: quod si nõ fecerit, excommunicetur. In secunda parte dicitur, quòd si episcopus cõstruxerit monasterium de reditibus ecclesiæ, eidem ecclesiæ monasterium subiiciat. Secũda pars incipit ibi, *Si autem episcopus. Salaria.* i. reditus. Iterum habeat sicut prius habebat. "Et interserit Grat. tria sequentia c. præter principale propositum, vt ostẽdat causam in quo licite res

"Ecclesiastica res male alienans, qualiter punitur.

§ Pol.l.6.tit. 16. Iuo p.13. c.5.

e "Paupertas in delictis nõ excusat.

i ¶ *Et.*] pro, id est.

k ¶ *Vasa.*] ẽ.10.q.2.hoc ius. contra.

l ¶ *Captiuorum.*] & aliis causis.

m ¶ *Deponatur.*] hæc est pœna male alienantis res ecclesiæ, vt j.ea. quisquis. & c.non liceat. & c.statuimus[d]. Sed contra ext.de reb.ec.

d Et c.dia-

non al

f ¶ *Verberibus.*] hoc generale est, vt verberibus castigentur qui sunt inopes. vt ff.de iur.om.iud.si quis id.§.in seruos. & ff.de in ius voc. l.vlt.j.ea.q.§.libertus.14.q.6.si res aliena. Alio etiam modo puniuntur nobiles quàm ignobiles, vt 24.q.1.qui contra.

Source : BIU Cujas

coni.17.q.4. ꝑt tñ eps di spensare cũ prælato sibi subdito, vt si depõatur. vt 50. dist. si quis presbyter. Arc.

nonal. si quis presbyterorum. ext. de elect. ꝙ sicut. in fi. ff. de al. iud. mut. cau. l. ex hoc edicto. §. si quis alienauerit. Ex quibus omnibus habes ꝙ sufficit si statim reddat ecclesiam indẽnem. Posset dici hoc verum esse, quo ad hoc vt exinde non possit vlterius conueniri: sed non quò ad hoc ne pro huiusmodi mala electione ab administratio ne remoueatur. Ar. cõ tra. ff. vi bon. rap. non prodest. vbi habes quòd non sufficit præ doni ad pœnam euitandam rem restituere. Item sufficit semel dolum commisisse, vt de depo. l. 1. §. si rem depositam. Io. Ego sto illi decr. si quis presbyterorum. B.

sit anathema vsque dum fecerit, quod ab hac sancta, & vniuersali synodo confirmatum est. ¶Si autẽ episcopus conuictus fuerit con struxisse [a] monasterium de reditibus ecclesiasticis, tradat [b] ipsum eidem ecclesiæ monasterium.

a ¶*Conſtruxiſſe.*] lædẽ do ecclesiam priorẽ. potest tamen cõstrue re, cum tamen non læ dat ecclesiam. j. e. si episcopus. & ca. bonæ rei. Tradetur ergo ecclesiæ, vt habeat in ip sa ius patronatus, qđ habetur ex ædificatio ne seu fundatione. 16. qu. 7. quicumque. & c. decernimus. & c. filiis. ext. de ecc. ædi. ad audientiam. vel aliquod honestum seruitium. ext. de iu. pat. præterea. vel ob alia tẽporalia. extr. de cap. mo. in ecclesiis. 16. qu. 2. sane. Et est arg. quòd acquisita de rebus ecclesiæ ꝑt ecclesia vendicare. j. e. q. 4. sacerdotes. & q. vlt. fixum. "Sed qđ si clericus de peculio ecclesiæ in proprio solo ædificat? tunc videtur ædificium solo cedere. ff. de re. di. in tantum. Sed dicas [a] in fauorem ecclesię solum ædificio cedere. 17. q. 4. c. quæsti. & hoc est speciale in ecclesia, quòd si res cõparatur de bonis ecclesiæ, stat tim est facta ecclesiæ, vt hic, & ext. de pecu. cle. c. 1. & c. si quis. Idẽ est in milite. C. de rei ven. vt si proponis. & in pupillo. C. arb. tu. l. 3. & in vxore. ff. de do. inter vir. & vx. vxor.

d. sancimus C. de sacro. ecc. Anſ. l. 5. c. 48.

"ædificium de pecunia ecclesiæ factũ, an acquiratur ip si ecclesiæ.

2 Iuo p. 3. c. 145.

a Dicas. hãc gl. seq. Spe. de empt. & vend. §. tertio loco. 1. ver. quod si clericus. & ibi p Io. An. ĩ add. Bal. in l. in tm. đ re. di. Phil. Frã. ĩ c. semel. đ reg. iu. in 6.

b ¶*Tradat.* ji. subiiciat. j. 14. q. 6. comperimus. 17. q. 4. quæsti. contra. vbi habes quòd res cõ secrata non debeat re stitui. sed supple laicis, & ad profanos vsus. & licet hic dicatur quòd dẽt subiici prio ri ecclesiæ: nihilominus tamen episcopus potest vnã ecclesiam alij subiicere cui vult: arg. ext. de excel. prel. sicut venire.

Sacrorum.] Casvs. Fabius Firmianæ ciuitatis episcopus dedit xj. libras argenti de sua ecclesia pro redemptione quattuor personarũ, s. Passiui tunc clerici, & vxoris & duorum suorum filiorum, s. Demetrij & Valeriani, quo præfato episcopo mortuo Passiuus factus est episcopus, post cuius obitum filij timebant ne illæ xj. libræ argenti ab eis vel heredibus eorũ repeterẽtur. & ideo à Papa super hoc postulauerũt securitatẽ. Papa igitur eis plenã securitatẽ cõcedit, ita vt de cetero super hoc nulla quæstio eis moueatur. Sequens c. patet.

3 Iuo p. 3. c. 176.

c ¶*Repetitionis.*] quia quod ex causa pietatis impenditur, non repetitur. C. de neg. gest. alimẽta. nisi forte fuerit protestatus. ff. de rei. si quis. §. hæc actio. & in alio casu. C. de nupt. patrem. hic tamen non valet protestatio: quia ecclesia tenetur redimere, vt j. c. prox. si vero priuatus redemisset, pretium datum repeteret sine distinctione, secũdum quosdam. "Et hic redemptus operas præstabit ecclesiæ per quinquennium, si non possit soluere. C. de cap. l. 2. & vlt. Item numquid hoc de quolibet capto verum est? ita. Sed numquid de capto in maleficiis? quod videtur [b] 86. dist. nõ satis. 23. q. 5. cap. 1. & ca. reos. & 14. qu. 6. si res. Arg. contra 1. q. 1. iubemus. Tamen si priuatus det pecuniam pro redẽptione alicuius, bene eam repetit, vt C. de cap. l. vlt.

"Redẽptus ab ecclesia, illi seruiat p qnquẽniũ.

b Qđ vr. idẽ Fel. ĩ c. signi ficauit. de iud. Phil. De ci. in c. q̃ in ecclesiarũ. đ consti. Lud. Gom. sup 6. cha. 100. in paruis.

venumdare, sic iterũ culpa est, imminẽte huiusmodi necessitate res maxime desolatæ ecclesiæ captiuis suis [d] præponere, & in eorum redemptione cessare.

2 *Quæ vero pœnitentia huiusmodi inuasoribus, atque prædonibus, qui vasa sacra, & reliqua diuino cultui dedicata arripiũt & qua si profana contrectant, sit indicẽda, Nicolaus Papa definit scribens Frontario archiepiscopo Burdegalensi.*

¶Inuasoribus rerum ecclesiasticarum quæ pœnitentia sit imponenda.

C. XVII.

De viro nefando, Burgando nomine, qui rabie insana cõ motus diabolicis se irretire laqueis non dubitauit, atque gentilium more per abrupta itinera, & compita [e] insidiãs vobis in vestræ ecclesiæ villa, vnà cum clericis ve stris manentibus, & populum salubribus instruere dogmatum monitis decertantibus, paneque spiritualis verbi vacua hominum corda reficientibus, atque laudabile propriæ salutis desiderium habentibus, sancta apostolorum Petri, & Pauli limina visitare, collectis malitiæ suæ sequacibus, & iniquitatis complicibus nefarias inuasiones, & deprædationes violentas in ferre dæmoniaco casu præsumpsit: &, vt epistolæ vestræ textus eloquitur, sacrum altare, sacraque Dominici corporis & sanguinis vasa, insuper & sanctum chrisma pollutis arripere manibus quasi vilia, & ad vsum communem apta præsumpsit, dilectio nos vestra cõ suluit [f], si ipse, vel qui cum eo in tam impio, & iniquo scelere fuerunt, ad pœnitentiam quandoque gratia tracti † diuina venire voluerint, quo eos pœnitentiæ vinculo constringatis, nostrę institutionis censuram exposcere curastis. De quibus (si tamen ita est) iubemus, cum ad pœnitentiam reuerti acceleraverint, vnò anno extra ecclesiam Dei consistere, cuius sacratissima vasa, extra ritum fidei Christianæ, diripiendo auferre nõ dubitauerunt. Secũdo vero anno ante fores [g] ecclesiæ sine communione maneant. Tertio vero anno ecclesiam Dei ingrediantur,

"Redẽptio qñque est necessaria.

cId est, mortis, vt. leg. & no. j. e. aurũ ver. cur tot. Arc.

Dñ viro.] Casvs. Frontarius Burdegalen. archiepiscopus cum vellet beati Petri limina visitare, & in quadam villa suę ecclesiæ celebraret diuina, & populum salubberrimis dogmatibus erudiret, quidam nomine Burgandus vir nefandus insidians ei, cum complicibus suę malitiæ venit ad villam præfatam, & sacra vasa dominici corporis, & sanctũ chrisma pollutis manibus accipere præsumpsit. quare dictus Frontarius quæsiuit à Nicolao, si aliquo tempore ad gremiũ matris ecclesiæ redierint, quæ pœnitentia sit eis indicenda. Qui respondet dicens, quod primo debẽt iurare, quòd talia non faciant decetero, & postea pœniteant iuxta modum in c. expressum.

† al. tacti

3 Icut omnino graue est frustra ecclesiastica ministeria

e ¶*Et compita.*] Cõpitũ est locus vbi plures vię cõcurrũt. 48. di. sicut. Additio. Et dicitur à con, quod est simul, & pita, quod est via, secundum Hug. & Lau.

f ¶*Consuluit.*] quæ sit pœna talium qui inferunt iniuriam clericis dum insistunt diuinis officiis & obsequiis, habes 17. q. 4. §. qui autẽ. & c. si quis suadente. C. de epis. & cle. si quis in hoc genus.

g ¶*Ante fores.*] sed nonne in primo anno est extra ecclesiam? Sed dic quòd in primo anno stet extra cœmeterium quod violauit, & se cundo

Source : BIU Cujas

cundo anno iuxta fores ecclesiæ.

a ¶*Audientes.*]non communicantes,vt 33.q.2.latorem.

b ¶*Spondentes.*]sacrilegos argue promittere cogendos se nunquam simile facturos, sic 23.q.8.pessimam.& c.si quis membrorum,vt dixi 11.q.3.cum aliquis.

Monemus.] Hæc est tertia pars q.in qua reuertitur ad principale, & probat per 5.c.q̃ res ecclesiæ non sunt alienandę in casu non concesso.Io. de Fant.

Casvs.Quæsitum fuit à Leone Papa quâ pœnam pati debeat episcopus, vel sacerdos,q̃ causa amicitiæ,timoris vel muneris rẽ suæ ecclesiæ vel salarium à Christianis oblatum auferre vel vsurpare præsumit. Et respondet, q̃ debet deponi, & quod iniuste abstulit,reddere compellatur, & pro his nullas deinceps vires habeat ad litigãdum vel possidendum.

c¶*Rem tituli.*]i.spectãtẽ ad ecclesiam suam nõ aufert alij propria auctoritate [a]. Nam & tutor & curator punitur qui aufert alij rem pupilli sui, vt C.vnde vi.meminerint.in fi.

d ¶*Reddere.*]ipse ergo qui alienauit,põt conueniri, vt hic, & j.ea. statuimus. & duobus c.sequentibus.Item & possessor potest cõueniri, vt s.ea. Augustino.& no.s.ea.quicumque.& s.ea.Apostolicos. cum enim ecclesia habet in optione quem velit cõuenire, si primo cœpit vnum cõuenire,& postea velit alium cõuenire,nõ fiet ei præiudicium aliquod per electionẽ. vt C.si tut.vel cur.l.vltim. " Ecclesia cum ab vno suũ ius cõsecuta est, an possit alium conuenire.

2 Pol.l.6.tit. 15. Ans.l.6. c. 184. Iuo p.5.c.375.

" Sed quid si ecclesia est cõsecuta ius suum à possessore, nũ quid adhuc potest cõuenire ipsum qui alienauit?non videtur:qa bona fides nõ patitur, vt bis idem exigatur. ff.de reg.iur. bona fides.Quòd autem posset ipsum conuenire. ad hoc est arg.j.e.Vulteranę.& c.statuimus. & c.quicumque.& ff. de pet.hæ. nec vllam. §.vlt. Respondeo,aut ecclesia agit ad pœnam,aut ad interesse.

3 Can.apost. 39. si ad pœnam,põt agere adhuc contra alienantem : quia pœna vnius nõ liberat aliũ, vt s.ea.cum deuotissimam.si agit ad interesse,nõ potest [b]. Item quæritur si ecclesia cõsecuta est ius à possessore, an teneatur reddere actionem quam habet contra alienantem? Respondeo,q̃ non:quia qua fronte potest petere cessionem qui ex contumacia sua condemnatur,vt ff.de admin.tu.si plures.& ff.de tut.si plures.& ff.de tut.& rat.dist. l.1.§.nunc tractemus.

b Hoc ideo quia iã suũ cõsecutus est, & ita interesse desiit. ff. de eo per quẽ fac. est. l.j.§.plures.

1 Deusd.p.4 Pol.l.4.ti.19 a Nam pro tali excessu vī deponendus.L.

& inter audientes [a] adstent sine oblatione,non manducantes carnem,neque bibentes vinum,præter Natalis, & Resurrectionis Dominicæ dies.Quarto prẽterea anno (si his prioribus tribus eorum fructuosus fuerit pœnitẽtię labor) cõmunioni fidelium restituantur: totaque mentis intentione spondentes [b] talia se vlterius nũquam facturos, corpus & sanguinẽ Domini suscipere mereãtur,&vsq; ad septimũ annũ tribus in hebdomada diebus sine esu carnium,& vini potatione maneant pœnitentes.

¶*Caput hoc alibi non est inuentum, quàm in collectione canonum incerti auctoris.*

Item in concilio Leonis Papæ quarti.

¶Res ecclesiæ episcopus vsurpare,vel alienare non præsumat. C. XVIII.

3 [1] MOnemus,& irrefragabiliter affirmamus, vt nullus episcoporum, vel sacerdotũ, rem tituli [c] sui vsurpare præsumat:sed neque salarium à Christianis,sanctis locis oblatum causa amicitię, vel timoris, aut muneris pertẽtet auferre : ne ecclesia Dei ad nihilum redigatur. Quod qui facere præsumpserit episcopus,vel sacerdos,canonicam sine dubio subeat vltionem:& quod ecclesiæ iniuste ablatum est, reddere [d] compellatur, ita vt deinceps nullas vires prò his ad litigandum [e],vel possidendum habere possit.

Item ex septima synodo,c. 12.

¶*Apud Gratianum, quemadmodum & apud Anselmum citabatur*, historia Eusebij episcopi Cæsariensis. *Iuo verum auctorem citauit.Versio autem est Anastasij Bibliothecarij, ex cuius codicibus manuscriptis nonnulla sunt emendata.*

¶Episcopo,vel abbati res ecclesiæ alienare non licet. C. XIX.

2 QVisquis episcopus, vel abbas inuentus fuerit de salariis [a] episcopij, vel monasterij trãsferre quidquam in principum manus,vel etiam alij personæ cõferre irritum sit,quod datum esse constiterit,secundum canonẽ sanctorum Apostolorum, qui dicit [3]Omnium ecclesiasticarũ rerum episcopus habeat solicitudinẽ, & dispensetꝰ eas, tamquam Deo contemplante.Non liceat autẽ ei fraudare quidquam ex illis,vel cognatis [f] propriis donare, quæ Dei sunt.Quòd si pauperes fuerint,vt pauperibus largiatur:sed non sub horum occasione,quę sunt ecclesiæ,defraudẽtur.]¶Quòd si excusationem prætenderit damnum facere,& nihil ad profectum agrum existere, nec sic principibus, qui per loca illa sunt, tribuatur ager, vel locus:sed clericis, vel agricultoribus.¶Quòd si calliditate vsus fuerit,& à colono [g] vel à clerico emerit princeps agrũ,irrita fit venditio,& restituatur episcopio, vel monasterio : & episcopus,vel abbas hoc faciens abiiciatur [h] : episcopus [c] quidem ab episcopio,abbas autem à monasterio, tãquam qui dispergit,quæ non collegit.

a ¶Salariis.] *græce est*, ἐκ τῶν αὐτηργιῶν, *pro qua voce in Parisiensi græcorum canonum editione legitur in rubrica*, ἐκ τῶν προαστείων, *id est*, ex suburbanis, *quasi suburbana vocentur auturgia, quòd ipsius possessoris manibus colantur:Balsamon tamen eos agros interpretatur, qui per se ipsi sine magna cultura fructum ferre possunt,vt silua,& alia huiusmodi.*

b ¶Fraudare.]σφετερίσασθαι, *id est*, sibi vendicare, & suum facere.

c ¶Episcopus.]quidem ab episcopio,abbas autem à monasterio.] *Hæc ad sententiæ integritatem addita sunt ex ipso canone.*

Item Symmachus Papa in synodo tertia c.4.& sequentibus vsque ad nonum [4].

¶Prædia ecclesiæ non liceat Papæ alienare. C. XX.

5 NOn liceat Papæ [i] prędium ecclesiæ alienare aliquo modo pro aliqua necessitate, nec in vsumfructum [A] rura dare:nisi tantummodo domos,quæ in quibuslibet [k] vrbibus non modica impẽsa substentantur.Qua lege omnes custodes adstringantur, vt donator,accensator, vẽditor honorem perdat. Et qui subscripserit, anathema sit cum eo, qui dedit, vel qui recepit,nisi restituatur.Liceat etiam quibuslibet ecclesiasticis personis contradicere,& cum fructibus [l] alienata reposcere. Quod non modo ¶in Apostolica seruandum est ecclesia,verumetiam vniuersis ecclesiis per prouincias qui dem dicitur conuenire.

¶*Caput hoc collectum est ex pluribus capitibus synodi Romanæ tertiæ sub Symmacho, in epitomen tamen redactis.*

A ¶In vsumfructum.]*In conciliorum editionibus partim legitur*, sed nec in vsufructuario iure aliquibus dare liceat, *partim*, sed nec in vsufructum iura aliquibus, &c. *quemadmodum & in codice canonum impresso. Nam in vetusto manuscripto est*, sed nec vsufructuario aliquibus dari liceat. *Idem vero significare vsufructuarium*, & detur ergo q̃ ad hãc accusationem quilibet admittatur. ext.de reb. eccl.non al.si quis.& Auth.de non alie.aut perm.in fi.coll.3.& no. 16.q.7.filius.& q.1.constitutum.

l ¶*Et cum fructibus.*]hic aduerte,quòd fructus possunt peti. "Scien dũ est,quòd si agitur per interdictũ aliquod ad petendũ rem cũ fructibus, tũc restituentur omnes fructus percepti à tẽpore eo quo est propositũ interdictũ,nisi in interdicto vnde vi:in quo veniũt fructꝰ omnes

parte dicitur,quòd episcopus,vel abbas de salariis episcopi,vel monasterij principi vel aliæ personæ in casu non concesso nil dare debeat, & si dederit,irritetur. Et ad hoc probandum inducitur canon Apostolorum, qui dicit, q̃ de rebus ecclesiæ non debet aliquid defraudari. In secunda parte dicitur,q̃ si episcopus dicat agrum nullum fructum ecclesiæ reddere,immo potius dãnum, propter hoc principi cõcedere nõ debet, sed clericis vel colonis.In tertia parte dicitur,quòd si princeps callide à colono vel clero agrum ecclesiæ emerit, venditione rescissa ager restituatur episcopo, vel monasterio. Episcopus autem vel abbas hoc faciens deponatur.Secunda pars incipit ibi, *Quòd si excusationem.* Tertia ibi, *Quòd si calliditate.*

f ¶*Cognatis.*]nisi victũ & vestitum, vt 86.dist. non satis. & 16.qu.1.si cupis.in fi.

g ¶A *colono.*] licet enim colonus tradat alij possessionem,non ideo perdit ecclesia possessionem.C.de ac qui.pos.l.vlt.

h ¶*Abiiciatur.*]mitius cum eo agitur, j.ea.si quis qualibet.& q.5.si episcopus [c].

c De hoc le. & no.s.e.apostolicos. scdm Hu. illæ intelligũ tur cũ actũ fuit ab initio cũ toto clero ipsius ecclesiæ.A. 4 Et in cõc. Paris.l.j.c.17 5 Ans.l.4. c.29.

Non liceat.] Casvs. Symmachus Papa statuit in hoc c.vt Papæ non liceat prædia ecclesiæ alienare, quo ad proprietatem vel vsumfructum, nisi tantum domos, quæ in vrbibus modica impensa non sustentantur, sub qua lege omnes prælati ecclesiarum constringantur. Contra quam constitutionẽ si aliquid fuerit alienatum, donator vel venditor,& mediator deponantur. Subscribentes sint anathematizati cum eo qui dedit,& cum eo qui recipit, nisi restituat quod alienatum est. Sit licentia cuilibet ecclesiasticæ personæ contradicendi, & reposcere cum fructibꝰ alienata. hoc intellige, nisi alienatio facta esset in casu licito & concesso.

i ¶*Papæ.*]Symmachus Papa successori suo legem imponit vt Imperator suo.j.16. q.1. qa iuxta. Sed qualiter hoc potuit,"cum nullus mortalium Papam possit iudicare.ext.de elect.innotuit.40.dist. si Papa.nec inferior superiorem. 21.dist.inferior? sed certe licet sit solutus legibus,tñ secũdũ leges viuere debet.ff.de le.princeps.

"Papã nullus mortaliũ iudicare pt.

k ¶ *Quibuslibet.*] Vide ff. de reb. eccl.non al.si quis.& Auth.de non alie.aut perm.in fi.coll.3.& no. 16.q.7.filius.& q.1.constitutum.

l ¶*Et cum fructibus.*]hic aduerte,quòd fructus possunt peti. "Scien dũ est,quòd si agitur per interdictũ aliquod ad petendũ rem cũ fructibus, tũc restituentur omnes fructus percepti à tẽpore eo quo est propositũ interdictũ,nisi in interdicto vnde vi:in quo veniũt fructꝰ

"fructus an ab oĩ possel sore sint restituendi.

Source : BIU Cujas

omnes percepti à tempore deiectionis, vt ff.de interd.l.interdictis. ff.de vi & vi ar.l.1.§.ex die. Si autem agitur rei vendicatio.aut possessor fuit bonę fidei, aut malę.Si bonę, restituet omnes fructus perceptos à tempore litis contest.vel qui culpa sua non sunt percepti, sed ante litem contestatã perceptos non tenetur restituere,sed tantum extantes,vt C.de rei vend. certum est. Insti.de off.iud.§.post inchoatam. Si fuerit possessor malæ fidei: tam perceptos, quàm quos percipere potuit, tenetur restituere, vt ext.de rest.spol. grauis.&ff.de rei ven. si nauis.§.generaliter. & C.de rei ven. certũ est. Si vero malæ fidei possessor titulum habuit, tunc excusatur à

1 Iuo p.3. c.182. percipiendis propter titulum , vt C. de rei ven.si fundum.nisi ita sit, q̃ ille titulus habeatur pro non titulo[a], vt cum quis emit

a Nã tũc ẽt d̃ pcipiẽdis tenetur.ff.d̃ his q̃ ĩ frau. cre.ait p̃tor §.p̃ hanc.L. contra interdicta legis, vt C.de agr.&cen si.quemadmodum. li. 11.& alios casus habes notatos ff.quod met. cau.sed & partus.

Ndigne.] Casvs. In hoc c.notantur tria genera hominum qui contractant res ecclesiarum,s.inuasor,&in iuste possidens sua auctoritate, & qui iniuste possident auctoritate alterius,&isti omnes nisi cito se correxerint male ablata restituendo,debent anathematizari etiam cũ admonitione. Valde enim iniquum est, vt ab aliquo maxime Christiano vsurpetur quod ecclesiæ relinquitur vel confertur.

2 16.q.1.in canonibus. §.valde.

a ¶*Ad altare.*] q̃a nec oblatio eius recipitur, vt ſ.ea.de viro.& etiã à sacramentis ecclesię susp̃ensus est. vt 17. q. 4.quisquis.

b ¶*Admonitio.*] Arg. "q̃ admonitio semper præcedat vindictam, vt hic, & 2.q.7. accusatio.& ca.seq.11. q.1.petimus.Sed verũ est cum agitur ad pœnam excõmunicationis:quia nemo excommunicandus est nisi præcedat admonitio trina[b],vt 16.q.7. omnes decimæ.& 17.q.4. presbyterorum. & extra de sent.exc.ca. sacro.Item & in illis criminibus præcedet admonitio vbi ad brachium seculare est recurrendum,vt 1.qu.7. patet. Item vbicumque non agitur ad depositionem. Et generaliter vbicumque agitur ad denuntiationem, vt ext.de simo.licet Hely.sed vbicumque agetur ad depositionem, non præcedat admonitio.ext.de accu.qualiter. ad quid enim admoneretur tunc,cum sufficit ad depositionem q̃ homo semel deliquerit.25.dist.primum.Non ob.ext.de accu.si quis.quia loquitur in denuntiatione.Item non obst.2.qu.7. si quis erga.quia loquitur ibi de aliis causis,quæ non inducunt depositionem,vt 5.q.4.in loco.

"Admonitio sp vindictã p̃cedat.

b Sed cõtra 24.q.2. c.sane.vers.imperiũ.vbi d̃ hoc ĩ gl.sed dicitur,&c.

c ¶*Maturata.*]id est,mature prolata.ſ.16.q.1.in canonibus.

d ¶*Et instituta.*]id est, destinatæ à talibus.

De rebus.] Casvs. Quidam inuadebant vel rapiebant res ecclesiarum , & dicebant se habere à principibus concessionem. quare Adon Vienen. archiepiscopus quæsiuit à Nicolao quid esset super hoc faciendum. qui respondet dicens, quòd si princeps consumfructum scribit Smaragdus in expositione regulæ B. Benedicti. c.59. his verbis.vsumfructum dicit, quod nos dicimus vsumfructuarium.

¶Quod non modo.] *In ipsa synodo longe aliter habetur.* Huius autem constitutionis legem in Apostolica tantum volumus sede seruari,vniuersis ecclesiis per prouincias secundum animarum cõsiderationem , quem proposito religionis conuenire rectores earum viderint,more seruato.

Idem in synodo sexta.

¶Qui res ecclesiasticas vendit,ad altare non audeat accedere. C. XXI.

1 INdigne ad altare [a] Dei properare permittitur,qui res ecclesiasticas audet inuadere,aut iniuste[A] possidere,aut iniqua,vel iniusta defensione in eis perdurat. *& paulo post.* ¶Debet tamen esse prouisio,vt vindictam admonitio[B] [b] præcedat, & res vsurpatas iniuste qui abstulit,aut iniuste ablatas retinet, æquitate patrocinante legibus restituat. Quod si neglexerit,& necessitas compulerit, demum prædonem sacerdotalis districtio maturata [c] percellat. [2] *& infra.* ¶Valde iniquum ergo & ingens sacrilegium est , vt quæcumque vel pro remedio peccatorum , vel salute, vel requie animarum suarum vnusquisque venerabili ecclesiæ contulerit , aut certe reliquerit , ab iis, quibus hæc maxime seruari conuenit,id est, Christianis,& Deum timentibus hominibus c, & super omnia à principibus, & primis regionũ in aliud transferri,vel conuerti permittatur. Propterea, qui hæc nõ præuiderit,& aliter quàm scriptum est, prædia ecclesiis tradita petierit,vel acceperit,aut possederit,vel [B] iniuste defenderit,aut retinuerit , nisi cito se correxerit, quo iratus Deus animas percutit anathemate feriatur : sitque accipienti,& danti,& possidenti anathema,& institutæ [d] pœnæ contubernium assiduum. Nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, qui à religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta, contra fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit.

A ¶Aut iniuste.]*In synodo legitur*, aut iniuste, cessit,redarguatur super hoc. Si autem inuasor sua auctoritate face re præsumpserit,excommunicetur donec resipiscat.

e ¶*Vt prius.*] Et hic arg. [c] quòd auctoritas maioris excusat.28.distin. diaconi.& 63.dist.Salonitanæ. "sed non est hoc verum,vt ſ.ead.qui cumque.& licet hic dicatur,quòd princeps sit redarguendus, bene id est sine licentia episcopi possidere.

B ¶ Admonitio.]*In synodo additur*, manifesta.

10 c ¶Hominibus.] *Quæ sequuntur vsque ad ver.*in aliud.*addita sunt ex synodo.*

D ¶Vel iniuste dederint,aut retinuerint.] *Addita sunt & ista:sicque omnia,quæ in vsurpatione huiusmodi rerum accidere solent,exponuntur.*

Item Nicolaus Papa Adoni Viennensi archiepiscopo in epistola, cuius initium [Quia sanctitatis vestræ.

¶Excommunicentur, qui principum auctoritate res inuadunt ecclesiæ.

C. XXII.

3 DE rebus, quæ semel Deo contributæ , atque dicatæ sunt,& postea sub occasione concessionis principum quibusdam inuadũtur,atque diripiuntur sancimus,vt prius [e] consulatis principem ad resecandam tam præsumptiuam factionem, & cognoscendum,vtrum illius sit concessio, an inuasoris præsumptio. Quod si principis inordinata fuerit largitio, ipse sit princeps pro emendatione redarguendus.Si autem inuasoris declaratur præsumptio,vsque ad emendationem excommunicationis sit vindicta coercẽdus.

¶Extat epistola hæc in libro sæpe citato bibliothecæ Dominicanæ:in qua respondet Nicolaus ad nonnullas quæstiones ab Adone†sibi propositas.

Item Gelasius Iustino archidiacono , & Faustino†defensori.

¶De rebus ecclesiæ non est aliquid alienandum. C. XXIII.

4 [4] VObis enim , & famæ vestræ consultum duximus, vt põtificis [f] vestri loco,vobiscum ab eodem [g] aliquis subrogetur,qui eius nomine pariter vniuersa disponat:quatenus omnia prædia ad vestrũ reuocetis studium,nec cuiquam clerico pro portione sua aliquod solũ ecclesiæ putetis esse deputandũ:ne per incuriam,& negligentiam minuatur:sed omnis pensionis summã ex omnibus prædiis rusticis , vrbanisque collectam ad antistitem deferatis. Ex qua tamẽ colectione habeatur ratio , quid ad causas [h],vel expensas accidentium necessitatum opus esse perspicitur,vt de medio sequestretur: traque parte electo tradatur, vt vel inde in futuro fabrica reparetur, vel ematur inde possessio pro vtilitate communi. *Ad nostrum studium*,id est,per nostrum studium.

f ¶ *Pontificis vestri.*] Episcopus iste remotus fuit ab administratione[d] temporalium:sed non spiritualium.

g ¶*Ab eodem.*]Isto enim remoto ab administratione reseruatur,vt ipsius auctoritate administratores eligantur.

h ¶ *Quid ad causas.*] scilicet, vt expensæ prius deducantur, quæ factæ sunt in colligendis fructibus : quod ius deductionis nullus casus potest impedire.ff.famil.erciscund.fundus.ff.de petit.hæred. si à domino. §.fructus. in decimis secus, vt extra de decim. cum homines. sed cum distinctione , quam habes extra de decim. pastoralis.

c Hoc arg. sumitur ex eo qđ dixit textus: ipse princeps sit redarguẽdº. q.d.non ille q ei° auctoritate accepit,scđm H. " Maioris auctoritas nõ semper excusat.

3 Iuo p.3. c.152.

Vobis.] Hæc est quarta pars quęstionis, in qua probat quòd ecclesiæ facultates debent diuidi in quattuor partes : & hoc probat per 9. auctori.Io.de Fant.

Casvs.Quidam episcopus suspectus remotus fuit ab administratione rerum ecclesiæ : remansit tamen in officio & administratiõe spiritualium, committit ergo Gelasius curam rerum ecclesiasticarum duobus,scilicet archidiacono Iustino , & Faustino defensori : & ne †al.Odone episcopus iste infametur , præcepit Gelasius,vt ab ipso episcopo tertius eligatur: †al.Fausto qui nomine episcopi vniuersa disponat , & vt omnia prædia praue alienata ad vsum ecclesię reuocent:nec alicui clerico pro sua portione aliquod prædium assignent:& omnem pensionem prædiorum vrbanorum vel rusticorum ad episcopum deferant , vt sequestrando de medio quod ad causas & expẽsas superuenientium necessitatum esse opus prospicitur, de reliquo,& de fidelium oblatione quattuor inde fiant portiones.Primam habebit episcopus.Secundam canonici. Tertiam pauperes. De quarta ecclesiæ fabrica reparetur:& si aliquid fuerit residuum, idoneo custodi ab v-

4 Deusd.p.3 c.98.

d intelliges nõ omni: & hoc colligitur ſ. vbi dt q̃ oẽs reditus debent ad ipsum de ferri, vel ab eo diuidi.A. Expensæ sp sunt deducendæ.

a ¶*Portio*

Source : BIU Cujas

a ¶*Portiones.*] Arg. quòd prædia ecclesiarum non debent diuidi per præbendas, vt no. ſ. q. prox. §. vlt. hoc non est verum: hic autem prohibentur diuidi, ideo quia clerici fuerũt ſuſpecti[a]. ſed vbi non ſunt ſuſpecti, bene diuidentur vt meliorentur per eos poſſeſſiones, vt j. ea, ſæpe fit. nam diligentius tractantur res propriæ quàm communes, vt 47. dist. §. neceſſe eſt. vt C. quand. & qui. quarta pars debe. l. vlt. lib. 10.

aHoc colligitur ex illa lra, ne p incuriam, &c. vñ ibi innui vr à contrario, q si illa cã cessaret, ꝙ pñt diuidi, ſcdm H. & Lau.

b ¶*Vt ſi maior.*] optimum arg. contra prælatos eccleſiarum, vt non poſſint allegare ſterilitatem temporis, vel incurſum hoſtiũ, ſi præcedentibus annis fuerunt vberes anni: ſicut nec colonus. ſi. ff. loc. ex conducto. §. vno. huic cõtrarium ſignatur. 10. q. 3. vnio, ſed ibi ſoluitur.

†*al. omnium*

Qui & diuinis.] Casvs. Serenus epiſcopus conqueſtus eſt de quibuſdam, qui contemptis diuinis & humanis legibus eccleſiaſtica priuilegia deprimebant, ſiue detruebãt, pauperes opprimentes: nec cõmoniti res eccleſiæ ablatas reſtituere volebãt: quos à communione corporis Chriſti ſuſpẽderat propter hoc: quibus ſupradictꝰ Cæleſtinus presbyter cõtra interdictum proprij epiſcopi ſacram prębuit cõmunionem. Commiſit ergo Gelaſius Maiorico, & Sereno, & Ioanni epiſcopis mandans eis, vt illos vſurpatores participatione corporis Chriſti priuent. Cæleſtinus vero presbyter qui ſententiam ſui epiſcopi, nec debuit nec potuit ignorare, ab eccleſiaſtico repellatur officio, vt ceteri metũ habeant. Ego Bartho. ſic puto caſum ponẽdum: licet Bene. aliquantulũ minus dixerit. *Inciuili*, i. non ciuili, ſed praua & incongrua.

c ¶*Inciuili.*] i. impia.

d ¶*Ignorare,*] ſic ſ. 16. dist. quod dicitis. ſ. 1. q. 1. ſi quis à ſimoniacis. & 36. q. 2. nullus. ſ. dist. 20. ſi decreta. ſ. 87. dist. c. vlt. & 17. q. 2. c. vl. auditetur tamen iſte ſi vellet probare ſe ignoraſſe. 82. dist. propoſuiſti. in fi. & 1. q. 1. ſi quis à ſimoniacis. & ext. de ele. innotuit. in fi. Sed qualiter probabit ſe ignoraſſe? "Reſpõdeo, probabit ꝙ fuit in alia prouincia, vt extra de teſti. ex tenore. & C. de contrah. ſtip. optimam. vel etiam proprio iuramento, vt 34. q. 2. in lectum.

"ignorãtia ꝓbatur dupliciter.

Vlteranæ.] Casvs. Poſt damnationẽ epiſcopi Euchariſti quantum ad adminiſtrationem tẽporalium, qui patrimonium eccleſiæ Vulteranæ diſſipauerat, & quattuor portiones[a] vel de fidelium oblatione, vel de hac fiant modis omnibus penſiones: ita, vt vnam ſibi tollat antiſtes, aliam clericis pro ſuo iudicio, & electione diſpertiat, tertiã pauperibus ſub omni† conſcientia faciat erogari: fabricis vero quartam, quæ competit, ad ordinationem pontificis erogatione veſtra decernimus eſſe penſandam. Si quid forte ſub annua remanebit expẽſa, electo idoneo ab vtraque parte cuſtode tradatur enthecis: vt ſi maior[b] emerſerit fabrica, ſit ſubſidio, qđ ex diuerſi tẽporis diligẽtia potuerit cuſtodiri: aut certe ematur poſſeſſio, quæ vtilitates reſpiciat cõmunes.

2 Iuo p. 3. c. 150. & p. 4. c. 185.

† *Qui & humanis*] plera que exemp. & Iuo.

2 Iuo p. 3. c. 151.

†*al. Volaterranæ*

Idem Maiorico, Sereno, & Ioanni epiſcopis.

¶ Diuini muneris participatione priuetur, qui eccleſiaſtica priuilegia calcat. C. XXIIII.

1 Qvi & † diuinis, & humanis legibus inciuili[c] damnatione calcatis, & reuerentia religionis abiecta, vel eccleſiaſtica priuilegia calcare contendunt, vel vbilibet in pauperũ proſilire diſpendium, nec huiuſmodi, ſaltem commoniti, conuictique, nequitiam ſopire cõſentiunt, atque illata ſacris rebus detrimenta ſarcire: merito diuini muneris participatiõe ſunt priuandi: vt huius perceptione careant, quod ſacrilegis auſibus habuere deſpectui. Cæleſtinus vero presbyter fratris & coepiſcopi noſtri Sereni, qui contra pontificale iudicium, contraque Apoſtolicæ ſedis mandata prorumpens, ſupradictis communionem ſacram miniſtrare præſumpſit, cum non potuerit ignorare[d] ſententiam proprij ſacerdotis, ab officio protinus eccleſiaſtico pellatur: vt nullus ecclesiæ miniſtrorum contra pontificalia inſtituta venire contendat.

Idem eiſdem Iuſtino[A] *archidiacono, & Fauſto defenſori.*

A ¶Iuſtino, &c.] *Antea legebatur,* Idem eiſdem. *Emendatum eſt, & poſita iſtorum virorum nomina ex Iuone: ad quos etiam ſcriptũ eſt ſuperius penultimum caput, vobis enim. Nec vero hæc, quæ nunc afferentur pertinere poſſe ad epiſcopos, quibus proxime præcedens caput ſcribebatur, indicant non modo quæ à Gratiano hic referuntur, ſed etiam apertius verba, quæ apud Iuonem poſt vltima huius capitis ſequuntur.* Si quis vero in eccleſiæ veſtræ damnum, aut in his, quæ ſunt præceptionis noſtræ prohibita, põtificem veſtrum videritis admittere, &c.

¶De eodem. C. XXV.

2 Vlteranæ † eccleſiæ actus, vel patrimonium, quod hactenus cõperimus deſtitutũ poſt damnationem Euchariſti, quo fuerat deprauãte diſperſum, curæ veſtræ decreuimus eſſe delegãdum: vt diligentia (qua vos pro vtilitatibus eccleſiæ exiſtimamus eſſe vigilantes) prædia culturæ reſtituatis antiquæ, & reuocetis, ſi qua ſunt vẽdita, aut donata mancipia. Poſſeſſiones etiã, quas ab Eumancio, & Opilione epiſcopis, vel ceteris quouis iure videritis teneri (quia cõtra conſtituta ſynodi ab epiſcopis prędia alienari nullo potuerũt commento,) nihilominus reuocẽtur[e]. Sit emptoribus[f] ad eum recurſus, qui præſumpſit aliquid de eccleſiæ rebus illicita venditione diſtrahere: ita vt pẽſiones annuas ad pontificem deferatis: cui priuilegia ſua integra cõuenit omni ratione ſeruari, vt eius diſpẽſatione portiones proueniant cõſuetæ: ita vt portionem quartã, quæ ad eos pertinet, ſua põtifex ordinatione diſtribuat, prout cuiuſque locũ g meritumque cognoſcit. Pariter etiam ex fidelium oblatione faciendum eſt, vt clericis quartam eroget pro cõſideratione ſuæ electionis antiſtes. Fabricarũ etiam portio epiſcopo ſciente, & diſponente, veſtra erogatione pẽdatur: quatenus nihil penitus in detrimentũ alicuius rei patiamini generari.

Idem clero, & ordini, & Plebi Brundusij.

¶ Redituum, & oblationum duæ portiones clericis committatur. C. XXVI.

3 Conceſſo vobis, quẽ petiſtis, antiſtite fratre iã & coepiſcopo meo Iuliano, neceſſariũ fuit (eodẽ ad eccleſiã ſuam mox remiſſo) ad vos noſtra ſcripta pariter deſtinari: quibus agnoſceretis eidem fuiſſe præceptũ, ne vmquã ordinationes præſumat illicitas. *& infra.*

¶ Reditus, & oblationes fideliũ in quattuor partes diuidat: quarum vnã ſibi ipſe retineat: alteratã cleri cis pro officiorũ ſuorum ſedulitate[h] diſtribuat: fabricis tertiã, quartã pauperib⁹, & peregrinis habeat fideliter erogandã: quarum rationẽ diuino eſt redditurus examini.

¶Epiſtola Gelaſij, in qua eſt hoc caput, miſſa eſt cum aliis ex Hiſpania. Eadem vero inter epiſtolas Gregorij 11. impreſſas eſt tertia clero, & plebi Turingiæ ſcripta. Talis quædam epiſtola, ſed breuior, refertur in libro, qui inſcribitur Ordo Romanus, & formata epiſcopo danda nuncupatur.

Idem in epiſtola ad epiſcopos per Lucaniam, & Brutios, c. 29 [4]

¶ De oblationibus fidelium quot portiones fiant, & quæ cuique proueniat. C. XXVII.

5 Qvattuor autẽ tam de reditu, quàm de oblatione fidelium quattuor portiones fiant, vt dictum eſt in ca. ſupra dicto, vobis.

e ¶*Reuocentur.*] C. ſi tu. vel cu. inter. l. vlt.

f ¶*Emptoribus.*] ſ. 10. q. 2. hoc ius porrectũ. in fi. §. q vero res. Sed contra. 16. q. 3. vniuerſas. C. de euic. ſi fundus. Sol. hoc c. loquitur de poſſeſſore bonæ fidei: contraria de poſſeſſore malæ fidei. ſed ad hæc obiicitur: male fidei dicitur, qui contra legum interdicta mereatur. C. de agri. & cen. quemadmodum. lib. 11. Reſp. quantum ad hoc eſt malæ fidei poſſeſſor, quia non vſucapit: ſed quãtum ad hoc eſt bonæ fidei poſſeſſor, quòd habet recurſum contra ſuum venditorem.

g ¶*Locum.*] Arg. "ꝙ ſecundum priorem locũ & maius meritum conferendæ ſunt dignitates, vt j. c. prox. & ſ. dist. 1. ius militare. & 1. q. 2. clerici. & 75. [b] di. c. vlt. & ille gradus ceteros antecedat, quem ſtipendia longiora & labor prolixior fecerunt anteire, vt C. de of. ma. offi. l. nemo. 61. dist. c. 1. & c. miramur. & ſtipendiorum ratio habẽda eſt, vt ff. de re mil. l. non omnes. in prin. Arg. contra 16. q. 7. omnes decimæ. & c. 1. in fi. & extr. de conſti. cum omnes[c].

"dignitates conferãtur ſecundum merita.

b Aliàs, 74.

cVbi d hoc. ẽt & pleni extr. de ma. & ob. ſtatui mus. Arc.

Conceſſo.] Casvs. Clerus & populus Brunduſij petierũt à Gelaſio epiſcopum Iulianum, quẽ eis conceſſit: & cum eum illis deſtinaret, ſignificauit eis per ſcripta ſua, ꝙ duo ſibi præceperat, ſ. ꝙ numquã faceret illicitas ordinationes: & reditus & oblationes in quattuor diuideret portiones. Primam haberet antiſtes: ſecundam clerici: tertiam fabrica: quartam pauperes.

3 Anſel. l. 6. c. 43.

h ¶*Sedulitate.*] Arg. cõtra clericos exiſtentes in ſcholis, vt non debeant percipere eccleſiaſtica ſtipẽdia, vt 16. q. 1. generaliter. & ca. charitatem. Arg. contra. 32. dist. ſi qui vero.

Vattuor.] Casvs. In hoc ca. ſtatuitur, vt de reditibus & oblationibus eccleſiæ quatuor fiant portiones: quarum vna ſit epiſcopi: ſecunda clericorũ: tertia pauperum: quarta vero eſt fabricæ applicanda: ita quòd clerici vltra quartam non expetant: & manifeſtum

4 Et in cõc. Pariſ. l. j. c. 15

5 Pol. l. 3. ti 11 Anſ. l. 5. c. 68 Burch. l. 3. c. 137. Iuo p. 3. c. 203. Pann. l. 2. c. 7.

Source : BIU Cujas

festũ sit qualiter duæ quartæ sint in vsum pauperum, & in vsum fabricæ conuersæ, vt de hoc bona fama inter homines oriatur.

a ¶*Docear.* Arg. per vnum factum probari aliud: & causam probari per effectũ: quia per reparationem fabricarum probatur, ꝙ bene sit expensa quarta fabricæ: & sic 18.di. peruenit. sic C. de admi.tu.l.lex quæ. in fin.

"Clerici solli ad reparõ fabricæ cõpellãtur.

"Itẽ ex omnibus his capitulis collige laicos non esse compellendos ad reparationem fabricæ: sed tantum clericos [a] .10.q.1. decernimus.

a Arg. ꝙ ẽt principes teneantur ad hoc. 96. dist. c. vlt. L.

b ¶*Testificatione.*] Arg. ꝙ res semper sunt gerendæ in illorum præsentia quorum interest, vt 8.q.1.

DE reditibus.] Casvs. Gaudẽtius episcopus non diuidebat reditus & oblationes in quattuor portiones: sed eas sibi vẽdicabat ex toto. quare Simplicius Papa præcepit Florẽtio & Equitio episcopis, vt vnam tantummodo portionem de reditibus & oblationibus concedant episcopo: alia diuidatur clericis ꝑ meritis singulorum: reliquis duabus fabricis & pauperibus pro futuris: & compellant ipsum Gaudentium episcopum istas tres portiones restituere: quas per tres annos sibi tantum illicite & indebite vendicauit.

Matth.5.

12.q.7. quapropter.

2 Anſ.l.5. c.66.

c ¶*Triennio.*] licet iste episcopus per triennium possederit res ecclesiæ mobiles, non tamen vsucapiebat eas. quia furtum commisit in eis, vt 10.q.2. ca. vltim.

†al.ob Onagro

C*Ognouimus.*] Casvs. Quidam episcopi faciebant quatuor partes tãtum de antiquis reditibus: sed nouos omnes sibi retinebãt. præcepit Greg. Maximiano episcopo Syracusano, vt tam de antiquis reditibus, q̃ de nouis quattuor faciat fieri portiones: cũ antiqui & noui nõ debeant diuerso iure censeri: quia incongruum est eãdem substantiam ecclesiæ duplici quodammodo iure censeri. Sequens c. planũ est. Aliud quod postea sequitur, est palea, scilicet sancimus. est tamen eius casus planus per se.

†al.per triennium

3 Ioan.diac. l.4.num.34.

4 Anſ.l.5. c.70.

†al.ob rem

d ¶*Obuenient.*] Ar. cõtra. ff. de iur.dot. cũ in fundo. §. si fundus. ff. de pac.do. inter socerum. §.2. ff. C. de alu.l.2.

"duplicitas reprobatur.

e ¶*Duplici.*] "No. duplicitatẽ à canone reprobari. 16.q.7. in nona. & 18.q.2. in nullo. ff. de vsuc. eum qui ędes. Itẽ argu. ꝙ idem iuris est in veteribus quod in nouis. ext. de cen. cum olim. & c. cũ in ecclesiis. Arg. contra. de deci. tua. nam licet veteres decimæ sint cõcessę laico, non ideo nouę, vt ibi dicitur: q̃nque tamẽ eadẽ res duplici iure censentur. ext. de reli. do. qa. & ff. de pec. hinc quęritur. §.1. vbi habes, ꝙ peculiũ q̃nque duplici iure cẽsetur: sed isti sunt casus speciales [b]. f SAncimus.] ¶*Dona.*] secundum distinctionem, ext. de testa. requisisti. g ¶*Titulorum.*] i. ecclesiarum, ad quas intitulati sunt.

†al. nunc obuenerunt, vel obuenerint

†addita ex orig.

5 Anſel.l.5. c.64. Pann. l.2.c.8.

b Quod aũt hic dr̃ regulare est. de hoc ẽt le. & not. extr. de deci. cũ in tua. in fi.

STatuimus.] Hæc est 5. pars q. in qua magister reuertitur & probat per 20.c. ꝙ res ecclesiæ non sunt aliẽnãdæ, nisi in casu concesso: aliàs alienatio nõ tenet, & alienatores quocumq; casu debẽt puniri. Ioan. de Fant. Casvs. Relatũ fuit in Agathensi concilio, ꝙ clerici existentes in ciuitate vel extra, res ecclesiarũ suarum nõ gubernabant secundum episcoporum suorum depositionẽ, sed vindicabant vel donabant sicut eis placebat. quare cõcilium statuit, vt hoc de cetero non faciant: & si fecerint, irritetur. & de proprio si quod habent, ecclesiam reddant indemnem, & cõmunione priuentur.

h ¶*Indemnem.*] De hoc dixi ſ. e. monemus.

SI quis.] Casvs. Quidã abscondebant vel denegabant instrumenta ecclesiarum: aut ea aduersariis dabant. quæsitum fuit quã pœnam pati debeant. Et respondetur ꝙ omne dãnum ecclesiæ illatum per absentiam instrumẽtorum, debent restituere de propriis facultatibus: & cõmunione priuentur. Qui vero talia documẽta recipiũt, eadẽ pœna debent puniri.

6 Pol.l.3. tit.12.

i ¶*Documenta.*] Idem esset si testes aliquos impediret dicere veritatem, vt extr. de test. cog. peruenit.

k ¶*Supprimere.*] qa crimẽ falsi incurrũt. ff. de fal.l.1. §. iis q depositã. l ¶ *Quidquid.*] Arg. ꝙ ecclesia potest petere

7 ſ.c. si quis de clericis. Burch.l.3.c. 183. Iuo p.3. c.156.

lium, prout cuiuslibet ecclesiæ facultas admittit (sicut dudum rationabiliter est decretum) conuenit fieri portiones: quarũ sit vna pontificis, altera clericorũ, tertia pauperum, quarta fabricis applicãda. De quibus sicut sacerdotis intererit integrã ministris ecclesiæ memoratam depẽdere quantitatem, sic clerus vltra delegatam sibi summam nihil insolenter nouerit expetendum. Ea vero, quæ ecclesiasticis ædificiis attributa sunt, huic operi veraciter prærogata, locorũ doceat [a] instauratio manifesta sanctorum: quia nefas est, si sacris ædibus destitutis, in lucrũ suum præsul impendia his deputata conuertat. Ipsam nihilominus adscriptã pauperibus portionẽ, quamquam diuinis rationibus se dispensasse mõstraturus esse videatur, tamen iuxta quod scriptũ est [Vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est] oportet etiam præsenti testificatione [b] prædicari, & bonæ famæ præconiis non taceri. Quapropter nec clericorum quispiam, &c.

Item Simplicius Papa Florentino, & Equitio, & Seuero episcopis, epist. 3.

¶De reditibus oblationum, & redituum ecclesiæ quattuor portiones presbytero dispensandæ credantur. C. XXVIII.

2 DE reditibus ecclesiæ, vel oblatione fidelium quid deceat nescienti nihil licere permittat: sed sola episcopo ex his vna portio remittrtur: duæ ecclesiasticis fabricis, & erogationi peregrinorum, & pauperum profuturæ, à Bonagro† presbytero sub periculo sui ordinis ministrentur: vltima inter se clericis pro singulorũ meritis diuidatur. *& infra.* ¶Cui, *id est Gaudentio*, hoc specialiter præcipimus, vt tres illas portiones, quas triennio† [c] dicitur sibi tantummodo vendicasse, restituat.

¶Addita sunt in hoc capite aliquot verba ex originali, q̃ ad sniam facere aliqd videbãtur.

Item Gregorius Maximiano episcopo Syracusano, lib. 3. epist. 11. [3]

¶De reditibus ecclesiæ etiam nouiter quæsitis quarta pars clericis erogetur. C. XXIX.

4 COgnouimus de reditibus ecclesiæ nouiter acquisitis canonicam dispositionem quartarum minime prouenire: sed episcopos locorum distribuere tantummodo quartam antiquorum redituum, nunc vero quæsita suis vsibus retinere. Quam rem† prauam subintroductamque consuetudinẽ fraternitas tua viuaciter emendare festinet: vt siue de præteritis reditibus, siue de his, quæ obuenient† [d], vel obuenientibus quartæ secundum distributionem canonicam dispẽsentur. Incõgruum namque est vnam, eamdemque ecclesiæ substantiam duplici [e] quodammodo iure cẽseri, id est† vsurpationis, & canonum.

Idem Augustino episcopo Anglorum in respon. ad primam interrogationem.

¶De stipendio ecclesiæ quattuor debent fieri portiones. C. XXX.

5 MOs est Apostolicæ sedis ordinatis episcopis præceptum tradere, vt de omni stipẽdio, quod accedit, quattuor fieri debeant portiones, vna videlicet episcopo, & familiæ eius propter hospitalitatem, & susceptionem, alia clero, tertia vero pauperibus, quarta ecclesiis reparandis.

[Item ex concilio Toletano.]

¶De eodem. PALEA. C. XXXI.

SAncimus omnibus episcopis curã laicorũ instare, vt si quos in fide Christi inuenerint, nimio affectu diligant. Insuper confirmamus, vt si aliqua ab ipsis accipiant dona [f], statim in quattuor diuidãt partes: ita, vt prima pars secundũ [A] Apostolorũ præcepta, titulorũ [g], necnon cœmeteriorum restaurationibus diligenter attribuatur, secunda clericis, tertia cunctis pauperibus, quarta vero aduenis.

¶Caput hoc (quod in omnibus vetustis exemplaribus, exceptis duobus, & sine Paleæ nomine habetur, & glossam habet) in nullo Toletano concilio aut impresso, aut manuscripto inuentum est. In collectione canonum incerti auctoris, quæ asseruatur in Vaticana bibliotheca, tribuitur Siluestro: quamuis in synodo Romana sub ipso habita, c.4. paulo aliter hæ partes assignẽtur, i. vt in præcedẽtib. huic capitib.

A ¶Secundum Apostolorum præcepta.] *In ea collectione non sunt hæc verba. In vno vetusto Gratiani codice est,* secundum Apostolicorum præcepta.

Item ex concilio Agathensi, c. 22.

¶ Omnes presbyteri secundum iussionem episcopi res ecclesiæ dispensare studeant. C. XXXII.

5 [6] STatuimus (quod omnes canones [A] iubent) vt ciuitatenses siue diœcesani presbyteri, vel clerici, saluo iure ecclesię, rẽ ecclesiæ, sicut permiserunt, epi teneãt: vendere autẽ, aut donare penitus nõ pręsumãt. Quod si fecerint, vel fecerũt, & facta venditio nõ valebit, & de facultatibus, si quas habẽt propias, indemnẽ [h] ecclesiam reddãt, & communione priuẽtur.

A ¶Canones.] *Restituta est hæc vox ex originali. Antea legebatur,* episcopi. *In Polycarpo autem tantum est,* quod omnes iubent.

Item ex eodem concilio, c. 26.

¶De clericis, qui documenta ecclesiæ supprimunt, aut aduersariis tradunt. C. XXXIII.

7 SI quis de clericis documẽta [i] quib⁹ ecclesiæ poſſessio firmatur, aut supprimere [k], aut negare, aut aduersariis fortasse tradere, dãnabili, & puniẽda obstinatiõe pſumpserit, qdqd [l], ꝑ absentiã documẽtorũ, intereſſe

NOn est, quòd cuiquam nostram adscribamus ærumnam[A k], nisi nostræ voluntati.Nemo tenetur ad culpam,nisi voluntate propria deflexerit. Non habent crimen,quæ inferuntur reluctantibus [l]. Voluntaria tantum commissa sequitur delictorum inuidia[m],quã† in alios deriuamus[n]. Voluntarium sibi militem legit Christus:voluntarium seruum sibi diabolus auctionatur[o B].Nemi nem iugo seruitutis adstrictum possidet,nisi se prius peccatorum ære[P] ei vendiderit.

A ¶Aerumnam.] *Apud B. Ambrosium legitur*,culpam,*sed ob glossam nõ est mutatum.*

B ¶ Auctionatur.] *In vulgatis codicibus sequebatur*,& acquirit iuri suo : *quæ sunt expuncta*, *quoniam absunt à manuscriptis*, *& originali.*

Idem in lib.2.de Cain & Abel,c.4.

¶Minister Dei est,qui inuitus homicidium facit. C. XI.

NEc is , qui inuitus q aliquod fecerit homicidium , extra ministerium est.Si quidem lex ait de eo [Quia Deus dedit eum in manus eius. r] Manus ergo eius, instrumenti modo,diuinę vltioni ministerium præbuerunt. Leuites[s] igitur minister remissionis[t] est. Percussor autem , qui tamen non ex dispositione , sed præter voluntatem fecerit homicidium, diuinæ minister est vltionis. ¶Illud quoque specta:quia cũ interficitur impius , Christus[u] infunditur[x] : & vbi abominatio[y] aboletur, sanctificatio consecratur[z A], quia Dominus dixit [In ea die, qua interfecero omne primogenitum[a] Ægypti , sanctificabo mihi omne primogenitũ Israel.]Quod non ad vnum[b] diem afflictionis Ægypti referes,sed ad omne tempus.[B]

† *quod in alios deriuemus*]orig.

A ¶Consecratur.] *Apud B.Ambrosium legitur*,congregatur.

B ¶Omne tempus.] *Post hæc in originali sequitur*,*ca.cum renuntiatur.* ff.32.q.1.

Cum itaque,qui inuitus hominem interfecerit,minister Dei sit,cum innocentem furore perimens morti nequaquam obnoxius sit, cum subito dementes, eorum, quæ faciunt, reatum minime gestent,patet hunc sacerdo-

NOn *est.*] Casvs. Quidam peccata quę committebãt, in alios deriuabant: sed probat Ambros. quòd crimina ex propria voluntate committuntur, per quæ quis se diabolo subiicit:sicut quis ex propria voluntate miles Christi efficitur.

k ¶*Aerumnam.*]i.pœnam vel culpam.

l ¶*Reluctantibus.*]i.ex toto dissentientibus, scilicet cum est absoluta coactio. 50. dist. presbyteros.

m ¶ *Inuidia.*] id est, pœna.

n ¶ *In alios deriuamus.*]id est,aliis exẽplum damus.

o ¶ *Auctionatur.*] id est, emit. Vel auctionatur, id est, per auctionem petit.

p ¶ *Peccatorum ære.*] id est, peccatis delectantibus.nam ipsum peccatum dat nobis diabolus pro pretio, vt nos demus ei ius ad occidendum nos.

NEc *is.*]Casvs. Hoc ca.diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd si quis casu interfecerit aliquẽ,minister Dei est : quod probat auctoritate Deutero. sicut leuita minister est remissionis.In secunda parte dicitur, quòd cum interficitur aliquis impius,Christus diffunditur per orbem. Et hoc probat auctoritate Domini dicentis in Exodo : In ea die, &c.Secunda pars incipit ibi,*Illudquoque. In manus eius*, id est, occidentis casu. Exod.21. Deut.19.

q ¶*Inuitus.*]Hoc vult dicere, quòd cum aliquis casualiter occidit hominem,nõ peccat,vt 23.q.5.si homicidium. Num.3.

r ¶*Eius.*]scilicet occidentis.

s ¶*Leuites.*] id est, sacerdos.

t ¶*Remissionis.*]peccatorum.

v ¶*Christus.*] i.gratia Christi.

x ¶ *Infunditur.*] aliis. alij enim per hoc emendantur.

y ¶*Vbi abominatio.*]i. persona abominabilis.

z ¶ *Consecratur.*] in aliis.

a ¶*Primogenitum.*] totum hoc mystice potest legi : & sic appellantur primogenita Aegypti,vitia quæ quotidie facimus.primogenita Israel,virtutes.

b ¶*Non ad vnum.*]Ecce qualiter indiffinita exponitur vniuersaliter. sic 1.q.3.Saluator.circa fi.28.q.1.idololatria.

CVM ITAQVE.Casvs.Concludit Grat.ex supradictis,quòd sacerdos iste non est reus homicidij:& ideo sacerdotio priuari non debet.sed contra hoc statim obiicit seq.c.cuius casus patet.

Item Augustinus libro primo de ciuitate Dei,c.25.

¶Inobedientia, vel concupiscentia non habet culpam in corpore non consentientis. C. VIII.

SI concupiscentia[d A], vel inobedientia[e], quæ adhuc in mẽbris moribundis habitat[f], præter nostræ voluntatis legem,quasi lege sua mouetur , quanto magis absque culpa est in corpore non consentientis, si absque[2] culpa est in corpore dormientis[g]?

A ¶ Concupiscentia vel.] *In originali legitur.* Quòd si illa concupiscentialis inobedientia.

Idem lib.22.contra Faustum,c.44.

¶Loth non de incestu,sed de ebrietate culpatur. C. IX.

[3]INebriauerunt Loth filiæ eius, & se nescienti miscuerunt.

¶Quapropter culpãdus est[h] quidem:non tamen,quantũ[i] ille incestus, sed quantum illa meretur ebrietas.

Decret.ij.pars. L 2 *Si quis*

Source : BIU Cujas

a SI *quis.*] ¶*Pœnitentia.*] Istis imponitur pœnitentia: & tamen non deliquerunt. sed hoc fit ad cautelam, vt 50. dist. presbyteros. & 34. q. 2. in lectum. & ne disciplina ecclesiæ deferatur, vt 23. q. 5. excommunicatorum. Io. de Fant.

SED HOC. CASVS. Modo soluit supradictum ca. G. & dicit quòd potest de eo intelligi, qui sua culpa incidit in furorem. Postea obiicit contra hoc, & dicit quòd quædã sunt, quæ non deiiciũt promotum, nec imputantur ad pœnam, sed impediunt executionem. Vnde sicut parentum ambitio impedit promouendum, etsi ad pœnam filio non imputetur: ita ea quæ fiunt mente alienata, non imputantur ad pœnam, etsi executionem impediant. & ad hoc inducit sequens capitulum.

1 in concil. Vvormac. c. 28.

2 Burc. l. 6. c. 25. Iuo p. 10. c. 154.

b ¶*Propria.*] hęc opinio non est approbãda: quia satis ipso furore punitur, vt 3. q. 9. indicas. ff. de of. prę sid. l. diuus.

c ¶*Obest.*] vt 1. q. 5. c. 1. Io. de Fant.

SI *quis.*] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd si quis corrigendo discipulum suum casu eum occiderit: nõ imputatur ei quo ad Deum, qui voluntatem respicit, & nõ factum: sed quantum ad legem promotionis est reus: in qua opus requirirur, & voluntas. & hoc probat Hiero. exemplo virginis oppressæ, quæ & si non peccauerit, inter virgines tamen consecrari nõ potest.

3 Auctor operis impf. in Matth. hom. 28.

4 32. q. 5. de pudicitia.

d ¶ *Propter disciplinam.*] leuis autem castigatio permittitur magistro, vt ff. ad leg. Aq. sed & si. §. vlt.

e ¶ *Quantum autem ad legem.*] Mosaicam, quæ pmittebat quòd si quis casu occidisset hominem, dummodo non inueniretur intra ciuitates refugij, poterant parentes occisi interficere occisorem secundum quosdam: similiter secundum leges canonum impeditur à promotione[a] secundum quosdam: quod non decetero si cedo, vt dixi 50. dist. de his. Vel intellige quod hic dicit, quando exposcit pro moueri, nõ cessit modum in corrigendo.

f ¶*Lege.*] canonica: quia non potest inter virgines consecrari, vt 33. q. a peccauerit, sed pp horrorẽ facti, & pp ecclesiasticam disciplinam seruãdã. sed H. credit q̃ iste nõ dẽat repelli à promotiõe. sed quidq̃d hic dicatur, dic i eum distinguitur. 50. di. §. casu. A.

g ¶ *Voluntatem.*] sic 14. quæst. 5. si quid inueniſti. j. ea. quæst. 6. cap. 1. in fine.

SICVT. CASVS. Infert G. ex supradicto c. dicens, quòd iste sacerdos innocens est quo ad Deum: sed quantum ad executionem officij reus habetur.

h ¶*Ad gratiam.*] scilicet Dei.

HIS ITA. CASVS. Modo ponit G. veram solutionem, dicens quòd multa impediunt promouendum, quę non deiiciant iam promotum. Vnde sacerdos iste & si promoueri non possit, non carebit sacerdotio iam suscepto: nisi forte numquam ad sanam mentem rediret. & ad hoc inducit c. s̃. 7. q. 1. quamuis sit triste. ¶ *Deiiciunt.*] vt 68. dist. sicut. 89. dis. Petrus. & turpius eiicitur, &c. 50. dist. quicumque. 2. & ext. de iureiur. quemadmodum.

k ¶*Quamuis.*] scilicet. s̃. 7. q. 1. quamuis.

Ro impensis.] CASVS. Hic intitulatur secunda quæstio, vbi quæritur an clerici pro impensis patrociniis salaria petere possint? Et respõdet, clerici aut sunt religiosi, aut sunt sæculares. Religiosi exigere non possunt, vt j. ead. §. vlt.

tem homicidij reum non esse: vnde nec sacerdotio priuari debet.

Obiicitur autem illud, quod est in pœnitentiali Theodori.[1]

¶ In se reuersus pœnitentiam agat, qui insaniens aliquem occidit. C. XII.

j [2] SI quis insaniens aliquem occiderit, si ad sanam mentem peruenerit, leuior ei pœnitentia[a] imponenda est.

¶*In concilio Vvormacien si, & apud Burchardum, & Iuonem hæc sequuntur*, quàm ei, qui sana mente tale quid commiserit.

Sed hoc forte de eo intelligitur, quem propria[b] *culpa ad furorem perduxit.* ¶ *Item obiicitur. Sunt quædam, quæ etsi non imputentur ad pœnam, tamen impediunt sacramenti signaculum. Ambitio namque parentum filio non imputatur ad pœnam: cui tamen obest*[c] *ad ecclesiæ munus accipiendum. Sic quæ mente alienata fiunt, etsi non imputentur ad pœnam, tamen sacri muneris executionem impediunt.*

Vnde Hieronymus ait.[3]

¶ Innocens est, qui non iratus, sed propter disciplinam casu aliquem interfecit. C. XIII.

ij SI quis non iratus, sed propter disciplinã[d], palmam alicui dederit, & euentu occiderit, sicut fieri solet, quantum ad gratiam innocens est: quia voluntatem, nõ opus requirit. Quantum autem ad legem[e], reus est: quia opera requirit. ¶ [4] Item si in persecutione virgo fuerit oppressa, repellitur lege[f]: quia opus inspicit, non voluntatem[g]. In gratia autem quasi virgo suscipitur: quia non opera quærit, sed voluntatem.

¶ *Verba huius capitis vsque ad vers.* Item si in persecutione, *leguntur in homil. 28. operis imperfecti, ad cap. 11. Matth. Reliqua autem, & fere eadem ibi leguntur, & similliima in commen. B. Hieronymi in idem 11. c. Matth. Ipsa autem prorsus* B. *Hieronymi verba referuntur infra 32. q. 5. ca. de pudicitia. ver. finge.*

Sicut ergo, qui propter disciplinam casu homicidium facit, quantum ad legem reus est, quantum ad gratiam[h] *innocens: sic iste sacerdos, qui furore homicidium fecit, quantum ad culpam innocens est, quantum ad suscepti muneris executionem reus probatur.* ¶ *His ita respondetur. Non omnia, quæ ordinandum impediunt, ordinatum deiiciunt.* i ¶ *Non enim potest ad sacerdotium prouehi, qui aliquando insaniuit*[5]. *Veruntamen si post sacerdotium furere cœperit, non ideo sacerdotio carebit: nisi forte numquam ad sanæ mentis officium illum redire contingat.* ¶ *Sicut de quodam episcopo Gregorius scribit in regesto ad Eleutherium episcopum.*] [6] *Quamuis*[k] *triste sit nobis, &c.*] *vt supra in causa* [*Longa inualetudine granatus.*]

QVÆSTIO II.

Ro impensis[l] *vero patrociniis in Tarraconensi concilio clerici exigere munera prohibentur: in quo sic statutum legitur, ca.* 10.

¶ Pro patrociniis impensis clericus munera exigere non debet. C. I.

OBseruandum quoque decreuimus, ne quis sacerdotum, vel clericorum, more sæcularium iudicum[m], pro impensis patrociniis munera audeat accipere†, nisi[7] forte in ecclesiis gratuito oblata: quæ non fauore muneris, videãtur accepta, sed collatione deuotionis illata. Quòd si quis ista† probatur accipere, veluti exactor fœneris, aut vsurarum possessor, secundum statuta patrum se nouerit degradandum.

Hoc autem de illis intelligendum est, qui canonicam vitam professi regulariter se victuros proposuerunt. Generali namque ecclesiæ consuetudine receptum est, & moribus approbatum, vt clerici more aduocatorum patrocinia impendant, & pro impendendis munera exigant, & pro impensis suscipiant. cebatur in concilio Lateranen. de postulando. Clerici in criminali causa coram sæculari iudice non possunt aduocare, vt 51. distin. aliquantos. sed coram ecclesiastico aduocabunt: episcopi tamen & sacerdotes aduocare non possunt, vt 5. q. 3. quia episcopus.

5 Adde idẽ esse ī matrimonio, vt no. ī l. fnror. & ibi cõcor. ff. de spon.

6 7. q. 1. quis "Clerici an possint aduocare.

l ¶ *Pro impensis.*] hic quæritur an clericis liceat recipere munera pro aduocationibus. " Primo ergo scias, quòd clericus in causa criminali coram sæculari iudice non potest allegare, vt quinquagesimaprima distinctione, aliquantos. & vigesima tertia, quæstione octaua, his à quibus. nisi ad hoc vt supplicet pro eis, vt decimaquarta, quæst. 6. si res. & 23. quæst. 5. cap. 1. & 2. & cap. reos. Item in ciuili causa coram sæculari iudice non aduocabit nisi pro se & ecclesia sua, & pro miserabilibus personis: & hoc siue sint in sacris, siue in minoribus ordinibus constituti: dummodo beneficiis ecclesiasticis sustentẽtur, & si non habent beneficium: tũc si sunt in minoribus ordinibus, possunt, vt extra de postul. clerici. episcopi autem & sacerdotes non debent indifferenter aduocare: ne vilescant dignitates ipsorum, vt 88. distinct. perlatum. & 14. quæst. 5. de nique. sed coram ecclesiastico iudice licite possunt omnes aduocare: sed non possunt petere salarium, si sunt in sacris ordinibus, vt infra ead. ca. 1. Derogatum tamen est huic canoni per contrariam consuetudinem. nemo enim cogitur facere de suo beneficium, vt decima, quæstione secunda. precariæ. Item dignum est eum recipere emolumẽtum, qui præstat obsequium, vt 12. quæst. 2. charitatem. Item immo cogitur suis stipendiis militare, vt extra de simo. cum sit. in parte decisa. immo est expressum extra de præscript. cum ex officij. Religiosi vero & monachi, vel regulares non nisi pro sua ecclesia debent aduocare & abbate suo præcipiente. 16. q. 1. monachi. Ioan. quod dicit de sacerdote, hodie corrigitur, vt extra de postu. c. vlt. m. B.

†*al. exigere*

7 Adde q̃do ctor sacerdos p̃t dare cõsiliũ in camera. necdũ aduocatus. no. Bar. ī l. 1. §. aduocat⁹. ff. de vari. & extraor. co. & l. 1. §. postulare. ff. de postul.

†*al. ita*

OBseruandum.] CASVS. Quæsitum fuit in Tarraconensi concilio, vtrum clerici more sæcularium aduocatorum pro patrociniis munera exigere possent? Et respondet quòd non: sed sponte oblata possunt recipere: & si quis contra fecerit, tamquam vsurarius deponatur.

m ¶*Iudicum.*] id est, aduocatorum. Vel dic istum esse tenorem cap. quòd licet pro sæculari honore aliquid dari, vt ff. de pol. pactum. & l. si quis ob honorem. non tamen pro ecclesiastico aliquid potest peti. Item not. quòd licet pro sæculari honore aliquid possit promitti, non tamen pro sæculari administratione, vt 1. q. 7. sancimus[b]. Ioan.

bvide quod not. s̃. 1. q. 1. §. 1. in gl. 2.

HOC. CASVS. Dicit Gratianus quòd hoc capit. de regularibus loquitur. sæculares vero clerici de consuetudine ecclesiæ pro impensis patrociniis munera exigere possunt.

Source : BIU Cujas

Tertio.] CASVS. Hic ponitur tertia quæstio, in qua quæritur, vtrũ ex mulieris confessione presbyter iste sit condemnandus: & certum est ꝙ non, vt j. eo. nemini. Primo tamen probat, ꝙ mulier sacerdotem accusare non valet duabus rationibus. Prima est, quia secundum canones nullus potest sacerdotem accusare, nec in eum testificari, qui non est sacerdos: nec potest ad sacerdotium promoueri: sed mulier ad sacerdotium promoueri non potest, nec etiam ad diaconatum, & ita mulier accusare nõ potest: ad quod inducit cap. 2. q. 7. ipsi Apostoli. Secunda ratio est, quia mulier secundum leges apud iudices postulare nõ potest, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur. Quare cum ista mulier nec suam nec suorum iniuriam prosequatur: ad accusandum admitti non debet. Postea probat contrarium. Nam mulier admittitur ad magis, scilicet ad iudicandum: & hoc probat exemplo Deboræ prophetissæ: quæ populum Israel in veteri testamento iudicauit. ergo etiam potest ad accusandum admitti, cũ non prohibeatur per diuinã scripturam.

1 2. q. 7. sicut sacerdotes.

2 ff. de reg. iur. feminæ.

3 Concord. tex. in l. 1. §. secũdo loco vers. sexum. ff. de postul.

Iud. 4.

a ¶*Tertio.*] "per mulieris testimoniũ non potest clericus conuinci de crimine, tũ quia mulier non est, nec potest esse eiusdem ordinis, vt ſ. 2. q. 7. ipsi Apostoli. & ca. testes. tum quia ipsa quæ confitetur proprium delictum, non potest testificari de alterius delicto, vt j. ea. nemini. & regulariter confessio vnius alteri non præiudicat, vt 2. q. 5. interrogatũ.

"Mulier an possit testificari in crimine cõtra clericum.

Ephes. 5.

"Femina an possit esse iudex.

4 tit. q accu. non pos.

"admittitur tamen mulier cum agitur de crimine in modũ denuntiationis, vel inquisitionis, vt extr. de testi. quoniam. vel cũ agitur in modum exceptionis, vt extr. de testi. tam litteris.

b ¶*Prohibitum.*] vt j. 33. q. 5. mulierem. & extra de verb. sig. forus.

c ¶*Generaliter.*] excipit.

d ¶*Legibus.*] ff. de reg. iur. fœminæ. ſ. 3. q. 7. §. tria.

e ¶*Econtra.*] intendit.

f ¶*Mulieres.*] femina de iure non potest esse iudex, vt 33. q. 5. mulierem. & 3. q. 7. §. tria. ff. de reg. iur. feminæ. nisi ei princeps scienter deleget causam, vt 2. q. 5. Mennam. & 23. q. 4. si quos. 12. q. 2. cum deuotissimam. Vel nisi ex præscripta consuetudine hoc habeat, vt ext. de arb. dilecti. Item nec docere potest, vt 23. dist. mulier.

g ¶*Iudicum.*] ibi enim legitur, ꝙ Delbora prophetissa posuit tentorium suum in monte Effraim sub arbore palmæ, quę dicebatur palma Delboræ: & ibi iudicabat populum Israel.

HIS ITA RESPONDETVR. CASVS. Respondet Grat. obiectioni supradictæ, dicens quòd licet in veteri testamento populum iudicasset, hodie tamen non permittitur, sed potius propter peccatum quod induxit mulier, debet verecundari, & viro subiici: in cuius signum iubetur habere caput velatum. Postea probat, quòd in quibusdam casibus mulier admittitur ad accusandum, & probatur per leges sequentes.

h ¶*Indicitur.*] vt j. 33. q. 5. mulierem.

QVÆSTIO III.

Ertio a *quæritur, an ex mulieris confessione iste sit condemnandus. In quo primo videndum est, an mulier sacerdotẽ accusare valeat. Quod sacris canonibus omnino videtur esse prohibitum.* b *Generaliter* c *enim statutum est ex decretis Fabiani Papæ, vt sacerdotes Domini non accusent, nec in eos testificentur, qui sui ordinis non sunt, nec esse possunt. Mulieres autem non solum ad sacerdotium, sed nec etiam ad diaconatum prouehi possunt. Vnde nec sacerdotes accusare, nec in eos testificari valent.* 2 *Legibus* d *quoque cautũ est, vt ob verecundiam sui sexus mulier apud prætorem pro alio non intercedat* 3 *: nisi forte suas, vel suorum iniurias persequi voluerit. Hæc autem, quę nec suas, nec suorum iniurias persequitur, ad hanc accusationem admitti non debet.* ¶ *Econtra* e *qui iudicis personam gerere valet, ab accusatoris officio non remouetur. Mulieres* f *autem in vetere testamento populum iudicasse, quicumque librum Iudicum* g *legerit, ignorare non potest. Non itaque ab accusatione remoueri possunt, quas etiam iudicis personam frequenter gessisse constat: nec vlla serie diuinarum scripturarum ab accusatione prohibentur.* ¶ *His ita respondetur. In veteri lege multa permittebantur, quæ hodie perfectione gratiæ abolita sunt. Cum enim mulieribus permitteretur populum iudicare, hodie pro peccato, quod mulier induxit, ab Apostolo eis indicitur* h *verecundari, viro subditas esse, in signum subiectionis velatũ caput habere. Quæ ergo his omnibus viro subiecta esse ostenditur, cui pro alio postulare non conceditur, ad accusationem admittenda non videtur. Econtra, quamquam possim, & indifferenter ad accusationem mulier non admittatur, sunt tamen quædam crimina, quorum accusationem mulier subire non prohibetur.*

Vnde in libro Codicis nono, tit. 1. lect. 12. 4 *Imp. Diocletianus scribit dicens.*

C. I.

DE crimine, quod publicorum i fuerit iudiciorum, mulieri accusare non permittitur, ni si certis ex causis, id est, si suam, suorumque persequatur iniuriam secundum antiqui † k iuris statuta tantum, de quibus specialiter eis concessum est, non exacta subscriptione. Vnde aditus præses prouinciæ in primis examinabit, an tale sit crimen, cuius accusationem mulier subire non prohibetur.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus ab initio quæstionis, vsque ad ca. sane. nulla est distinctio capitulorum.*

Item in libro digestorum Paulus lib. 2. de adulteriis, tit. de testibus, lect. 18. 5

C. II.

EX eo, quòd prohibet lex Iulia de adulteriis testimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur l etiam mulieres in iudicio testimonium † m dicendi ius habere. *Item digestis titulo de accusationibus, & inscriptionibus, lib.* 2 6 ¶Non est permissum mulieri publico iudicio quemquam reum facere: nisi scilicet parentum, liberorumque, & patroni, & patronæ, & eorum filij, filiæve, nepotis, neptisve mortem exequatur.

Papinianus lege 2. eodem tit.

C. III.

CErtis de causis concessa est mulieribus publica accusatio: veluti si mortem exequantur eorũm, earumque, in quos ex lege publicorum testimonium inuitæ n non dicunt. ¶Idem & in lege Cornelia testamentaria o senatus statuit: sed & de testamento patris liberti, vel materni mulieribus publico iudicio dicere permissum est. ¶Pupillis q ex consilio tutorum patris mortem: item putetur, quòd non, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur, & nisi in criminibus, in quibus est ei specialiter concessum accusare sine inscriptione: & ideo discretus iudex examinabit, vtrum tale sit crimen ad cuius accusationem possit admitti.

1 ¶ *Publicorum.*] j. 32. q. 5. publico. quæ sint publica, habes instit. de publ. iudi. in princ. & per totum.

k ¶*Antiqui iuris.*] hoc vult dicere, ꝙ in quibus casibus antiqua iura permittũt, quòd possit fieri accusatio sine inscriptione, in illis femina non tenetur inscribere a. Qui autem sunt illi casus, habes 4. q. 4. §. aliquãdo. & 2. q. 8. in summa. Quidam tamen dicunt ex hac lege, ꝙ femina in nullo casu tenetur inscribere.

† *al. antiquitus statuta*

a Aliter põit H. & ꝺtꝙ antiqua statuta fuerũt q̃ feminas in certis crib⁹ sine inscriptiõe accusare pmiserũt illa statuta ñ hñr ĩ iure nro. forte apud Græcos hñr. fortecõtinebatur ꝺ crie lesę maie. & de crie abigeatus. 4. q. 4. c. nullus. §. aliqñ. secundũ H.

5 l. ff. 22. tit. 5

b Tex. est ꝙ hoc in l. cũ lex. ff. ꝺ leg. & l. cũ ōtor. cum cõcor. ff. de iudi.

† *al. testimonij*

6 lib. 48. tit. 2. l. 1.

Exeo.] CASVS. Lex Iulia de adulteriis prohibet mulierem cõdemnatam testificari: ergo à contrario sensu non condemnata ad testimonium potest admitti.

l ¶*Colligitur.*] argum. quod de vno negatur, de aliis omnibus conceditur b. Item argu. ꝙ possumus argumentari per arg. à cõtrariis, vt hic, & 25. di. qualis. & 45. dist. disciplina. & 23. q. 4. quęsitum. Et lex dicit, ꝙ fortissimum est argumentum à contrario sensu, vt de offic. eius cui man. est iur. l. 1.

m ¶*Testimonium.*] secũdum leges mulier in omni causa potest testificari, siue sit ciuilis, siue criminalis: nisi tantum in vltimis voluntatibus. secundũ canones vero mulier in nullo crimine potest testificari, nisi in exceptis, sed in ciuilibus potest testificari. Nec obst. 33. q. 5. mulierem. & extr. de verb. sign. fortius. vbi dicit, quòd mulier non potest esse testis, sed intelligas de criminalibus causis, & vltimis voluntatibus. Quidam tamen dicunt, quòd mulier secũdum canones, non potest testificari nisi in casibus à iure expressis.

NON EST PERMISSVM. CASVS. Mulier non potest quemquam in iudicio publico accusare: nisi suam vel suorum prosequatur iniuriam.

Certis de causis.] CASVS. Dicitur in hac l. quòd concessum est mulieribus accusare si suam vel suorum iniuriam prosequantur. contra quos non coguntur inuite dicere testimonium. similiter si volunt dicere testimonium suorum consanguineorum, vt liberti paterni vel materni esse falsum: admittuntur ad accusandum. pupillus vero vel pupilla mortem patris vel aui exequi potest auctoritate tutoris: similiter de testamento patris potest experiri.

n ¶*Inuitæ.*] quædam enim personæ sunt contra quas non cogitur aliquis testificari, vt 4. q. 3. item lege Iulia.

o ¶*Testamentaria.*] vt mulier possit accusare testamentum falsum, si testamentum ad se vel ad suos pertineat.

p ¶*Paterni.*] quia filij patronorum, & etiam hi qui ex transuerso veniunt vsque ad quintum gradum vocantur ad successionem liberti, vt in instit. de succes. lib. §. si autem sine liberis.

q ¶*Pupillis.*] "regulare est, quòd minor annis sine tutore, vel curatore nec agere potest, nec conueniri, vt C. de aucto. præst. l. clarum. alioquin sententia lata contra ipsum nulla est: si tamen lata fuerit pro ipso, tenet, vt C. de proc. non eo minus. quandoque tamen agit vel conuenit sine tutore vel curatore, vt in casibus hic positis. Item si impe

"Minor agere & cõuenire non pt, nisi in certis casibus.

Source : BIU Cujas

si impetrauit veniam ætatis, vt C. de his qui ve. æta. impl. l. 3. Item si agatur de libero homine exhibendo, vbi etiam pupillus admittitur, vt ff. de lib. ho. exhi. l. 3. §. pe. item si agatur de recuperanda possessione, vbi etiam impubes sine tutore auditur, vt C. qui leg. perso. l. vlt. item minor potest agere de thoro suo violato, vt ff. de adul. l. si maritus. §. lex Iulia. licet autem minor pro se non possit agere, pro aliis tamē potest si habet mandatum, vt ff. de mi. cum mandato. & ff. de procu. filiusfamilias. in fi. Verum autem in causis spiritualibus, vt in matrimonio, vel pro ecclesia possit minor litigare pro se? Dicūt quidam ꝙ sic: quia in his cēsetur maior. sed certe cum ibi maius periculum vertitur, magis esset ibi consulendum minoribus, vt ff. ad Carbon. l. prima. §. tertio. nam circa maiora maius periculum vertitur, vt quadragesimasecunda distinctione, quiescamus. Item video, quòd in matrimonio locum habet in integrum restitutio, vt extra de in integr. restit. ex litteris. similiter in aliis causis spiritualibus, scilicet in religione assumenda. vigesima, quæstione prima, illud. in ordine sacro. septuagesimaseptima distinctione. capitulo primo & secundo. Item cum filius agit contra patrem secundum canones. 2. quæstio. 7. quæritur. in matrimonio certum est, quòd minor pro se admittitur ad agēdum, vt ext. de rest. spol. ex parte. sed de hoc possset dubitari, vtrum ibi locum habeat restitutio. sed de hoc dixi super illa decr. ex parte. supra de restitut. spol.

1 lib. 9. tit. 1. l. vxor.

2 lib. 48. ti. 4 l. in quæstionibus.

3 Addē cōtra quos ꝑt admitti. no. i l. si familia. ff. de iur. om. iudi. & in l. nemo. C. de epis. aud.

† al. Sergij

4 ti. 3. de ep. & cleric. l. si quemquam

† Cum sane si quis] orig.

† al. instar

pillæ aui sui mortem exequi concessum est lege testamentaria [a]. Nam & de patris quidem testamento pupillis agere diuus Vespasianus permisit. Sed etsi non exhibeantur tabulæ, per interdictum [b] possunt experiri. *Codice de iis, qui accusare possunt, vel non lege, quarta.* [1] Imp. Alex. Dionysio. Vxor tua, si consobrini sui necem vindicandam existimat adeat præsidem prouinciæ. *In digestis ad legem Iuliam Maiestatis, lege octaua, Papinianus libro secundo responsorum.* [2] ¶ In quæstionibus læsæ Maiestatis etiam mulieres audiuntur. [3] ¶ Et coniurationem denique Lucij † Catilinæ Fuluia mulier detexit, & M. Tullium consulem indicio suo instruxit.

Quæcumque [c] vero persona ad accusationem publicorum iudiciorum, vel læsæ Maiestatis admittitur, eadem accusationem simoniæ subire non prohibetur.

Vnde in primo libro Codicis Imp. Leo Armasio præfecto Præt. leg. 29. [4]

¶ Læsæ Maiestatis, & publicorum iudiciorum, & simoniæ accusatio æqualiter proponatur. C. IIII.

SAne † [d] quisquis hanc sanctam, & venerandam antistitis sedem pecuniæ interuentu subiisse, aut si quis, vt alterum ordinaret, vel eligeret, aliquid accepisse detegitur, ad † instar [e] publici criminis, & læsę Maiestatis accusatione proposita, à gradu sacerdotij retrahatur. Nec solum hoc deinceps honore priuari, sed perpetuæ quoque infamiæ damnari decernimus: vt eos, quos [f] facinus par coinquinat, & æquat, vtrosque similis pœna comitetur.

a ¶ *Testamentaria.*] i. lege Cornelia de falsis.

b ¶ *Per interdictum.*] scilicet per interdictum de tabulis exhibendis: quo experitur omnis ille cuius interest, vt ff. de tab. exhi. locum [a].

a Sub. §. condemnatio. i cuius tū locū succedit hodie actio

IN QVAESTIONIBVS. Casvs. Dicitur hic quòd in crimine læsæ Maiestatis mulier potest accusare, quod probat exemplo mulieris Fuluiæ, quæ Catilinam coniurantem Marco Tullio detexit.

ī factū, vt testamētū exhibeatur. ff. de auct. ꝓst. l. 4. ff. d̄ tab. exhib. locū. Laur.

QVAECVMQVE. Casvs. Dictum est supra, quòd mulier admittitur in publico crimine, & in crimine læsæ Maiestatis ad accusandum. Nunc vero probat, quòd admittitur in crimine simoniæ, cum admittitur in publico crimine, & in crimine læsæ Maiestatis. Et ad hoc inducit legem sequentem.

c ¶ *Quæcumque.*] hoc non facit ad propositum: sed hoc ponit vt inducat seq. cap.

SAne *quisquis.*] Casvs. Statuit Leo Imperator in hac l. vt si quis Romanam sedem per pecuniam acquisierit, vel alium per pecuniam ordinauerit, vel elegerit, ad instar criminis læsæ Maiestatis accusatus & conuictus deponatur, & perpetuo infametur, cum ipsi sint in crimine pares.

d ¶ *Sane.*] Hæc lex est pars illius C. de episcopis & cleric. si quemquam.

" Simonia, & crimē læsæ maiest. omnino cō ueniunt.

e ¶ *Ad instar.*] " non tamen est ibi omnimoda similitudo inter crimen simoniacum, & crimen læsæ Maiestatis: quia pro crimine simoniæ imponitur pœna depositionis, sed pro crimine læsæ Maiestatis pœna mortis, vt sexta, quæstione prima. §. verum. sed quo ad accusationem & testimonium parificari videntur, vt quicumque admittatur accusator vel testis in vno & in reliquo, vt extra de simo. licet Hely. in fin. & capit. tanta. septuagesimanona distinctione, si quis Papa. Item simonia * est maius crimen quàm hæresis, vt prima, quæstione prima. eos. immo est maius crimen quam aliquod aliud crimen, vt prima, quæstione vltima. patet. sed in hæresi quilibet admittitur, ergo multo fortius in simonia. argumen. tamen contra est extra de testibus. veniens. 1. vbi dicitur, ꝙ in simonia socij criminis non admittuntur, sed ī crimine læsę Maiestatis audiuntur, vt sexta, quæstio. prima. §. verum. & §. porro. Sed dic, quòd non admittuntur socij criminis cum acculatus est bonæ famæ, aliàs qui libet auditur. Vel dic vt dixi secunda, quæstione prima, in primis. in fin. [b] Vel dic quòd admittitur quilibet ad accusandum in his criminibus, sed non ad testificādum: quia tota vis consistit in testimonio, sed nō in accusatione.

* Quo simonia interdū dicatur grauius crimē, vid̄ s. j. q. vlt. c. patet. ī gl. in ver. reputātur. Nā ꝓprie loquendo, hæresis est maius crimen quàm simonia.

b Et melius s. 1. q. 2. si quis eps. ibi vid.

5 dist. 10. c. j.

f ¶ *Quos.*] non intelligē quòd eamdem pœnam patiatur conuictus de simonia, quā conuictus de læsa Maiestate. Sed hoc vult dicere, quòd eandem pœnam patiatur tam dans quàm accipiens pecuniam [c]. Vel dic eadem pœna, id est, consimili. nam pœna depositionis similis est deportationi, siue decapitationi, vt quinta, quæstione sexta, de latori.

6 Concord. tex. in l. quē quā. cū glo. C. ðep. & cl.

c Ad hoc s. 1. qu. 1. quos constiterit.

CVM AVTEM. Casvs. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit Gratianus ex supradictis dicēs, quòd canones nō recipiunt accusationes, quas leges sæculi repellunt: ergo à contrario sensu per canones sunt admittendi, qui per leges non prohibentur. Postea respondet huic conclusioni dicens, quòd non bene infertur: quia leges prohibent omnes clericos nuptias contrahere, qui per canones prohibentur: non tamen leges admittunt copulam omnium clericorum, qui per canones non prohibentur. Et de hoc ponit exemplum. Et ita quamuis canones non admittunt accusationes quas admittunt leges, non tamen recipiunt omnes quas leges admittunt. In secunda parte dicitur, quòd in negotiis ecclesiasticis tunc legibus est vtendum, cum canonibus non contradicunt. Vnde cum per leges mulier in crimine læsæ Maiestatis & simoniæ admittitur ad accusandum, & per canones est admittenda: vel ostendatur canon per quam repellatur. Et si quis dicere velit, quòd mulier alios de simonia, & non sacerdotes possit accusari: tunc eius distinctio locum non habebit, nisi specialiter hoc aliqua lege inueniatur esse prohibitum, cum legibus generaliter ei permissum videatur. Postea huic quæstioni respondet dicens, quòd specialia sunt crimina, in quibus mulieri permittitur accusare: inter quæ cum fornicatio non connumeretur, de qua mulier presbyterum accusat, patet, quòd propter hoc mulier sit repellenda, & etiam propter aliud, quia dum de se confitetur contra sacerdotem, ei credi non debet, vt j. seq. ca. Secunda pars incipit ibi, *Sed sicut*, &c.

7 & Dionys. epist. 2.

Cum autem sacris canonibus accusationes omnino submoueantur, quas leges sæculi non ascisciunt, è diuerso videntur admittendæ, quæ legibus g sæculi non prohibentur. Verum hoc non infertur. Quicumque enim clericorum sacris canonibus nuptias contrahere prohibentur, & legibus Imperatorum. Non autem consequenter omnium copulam leges admittunt, quorum coniunctionem sacri canones non prohibent. Legibus [A] enim soli cantores, & lectores: canonibus autem etiam acolythi vxores ducere possunt. Quamuis igitur sacris canonibus submoueantur accusationes, quas leges sæculi non ascisciunt, non ideo consequenter recipiuntur, quascumque principum leges admittunt. ¶ Sed (sicut circa huius operis initium [h] præmissum est) toties legibus Imperatorum in ecclesiasticis negotiis vtendum est, quoties sacris canonibus obuiare non inueniuntur. ¶ Vnde aut specialiter sacris canonibus mulier ab accusatione læsæ Maiestatis, & simoniæ ostenditur prohibita: aut præmissis rationibus ad huiusmodi accusationem admittenda probetur. Nec quisquam distinguere quærat ad aliorum, nō ad sacerdotum accusationem in hoc casu simoniæ mulieres esse admittendas [6]. Cum enim generaliter [i] legibus hoc eis permissum inueniatur, nisi quis specialiter aliqua lege hoc prohibitum ostenderit, eius distinctio locum non habebit. Verum, cum contra generales regulas quædam crimina specialiter excepta sint, in quibus mulieri accusare permittitur, inter quæ fornicatio non numeratur, patet, quòd huius accusatio dupliciter infirmatur, & quia fornicationis crimen intendit, & quia dum de se confitetur, super alienum crimen ei credi non oportet.

Vnde Iulius Papa scribit in decretis, ca. 18. dicens [7].

A ¶ Legibus enim.] *Discrepantia hæc legum, & canonum vera non est. Sed fortasse in hanc opinionem venit Gratianus ex quibusdam verbis nouellæ vigesimæsecundæ, quæ in vulgatis authenticis habetur collatione quarta. ti. de nuptiis.* §. sed & si quis inter reuerendissimos constitutus clericos (vltra lectorem, aut cantorem dicimus) omnino contraxerit nuptias, hunc ex nostra constitutione cadere sacerdotio constituimus, atque volumus. *Iulianus autem antecessor eadem notat*

g ¶ *Legibus.*] s. 10. dist. lege Imperatorum.

h ¶ *Initium.*] s. dist. 10. c. 1.

i ¶ *Generaliter.*] Sic ergo argumentatur, cum nusquam inueniatur prohibitum: ergo non debet prohiberi, vt vigesimaseptima, quæstione secunda, lex diuina. simi. vigesimaprima, quæstione prima. quòd si dormierit. & quinquagesimaquinta distinctione, si Euangelica.

Nemin

NEmini.] Casvs. Quæsitum est à Iulio Papa, vtrum alicui de se confessio contra socium criminis sit credendum ? Et respondet quòd non, nisi in crimine læsæ Maiestatis: quia omnis confessio accusanti periculosa est aduersus quemlibet. Item §. qui postea sequitur planus est.

a ¶ *Læsæ Maiestatis.*] & præterquam de crimine simoniæ, vt 79. dist. si quis Papa. & ſ. ead. sane. licet sit arg. contra extr. de testib. veniens. 1. Quidã tamen dicunt, quod in crimine simoniæ non auditur socius contra socium. & ad illud decretum 79. dist. si quis Papa. Respondet, ꝙ ibi socius admittebatur cõtra socium. hoc ideo fuit: quia nõ fuit ibi tantum crimen simonię, sed etiam crimen læsæ Maiestatis.

1 Anſ. l. 3. c. 73. Iuo p. 5. c. 288. Pann. l. 4. c. 69. †*al. oportet*] *al. debet*

"Confessio latroni scõtra latronẽ auditur.

"Item auditur confessio vnius latronis cõtra alios, vt C. de fer. prouinciarum. Item fallarius contra socium suum auditur[a], vt C. de fals. mon. l. 1. numquam tamen valet confessio talium ad conuincendum socium, nisi adsit aliqua præsumptio, vt ff. de [illegible]re. diuus. Io.

a ista fuit sniaB. Isid. q dicebat, ꝙ nũquã valet confessio socij cõtra socũ, nisi aliqua sit præsumptio cõtra ipsum: ſ3 Azo đt ſp valere, nisi exp̃ſsũ inueniretur. Ar.

b ¶ *Credi.*] præiudicatur tamen alteri ex tali confessione, intantum, quòd ei indicitur purgatio, vt extr. de adulte. significasti. quod verum est si laboret infamia : aliàs non, vt ext. de purga. ca. nos inter alios. & extra de confess. cum monasterium.

Vòd vero die.] Casvs. Hic intitulatur quarta quæstio, qua quæritur vtrum die Dominico liceat causas ventilare ? Et respondetur, quòd nec die Dominico, nec aliis diebus feriatis, vt j. ea. ca. 1. 2. & 3. nisi tractetur de pace, vt j. 22. qu. 5. decreuit. & nisi partes in hoc spõte consentiant, vt ff. de fer. l. 1. Item si res sit tempore peritura, agitur diebus feriatis. Liberalia quoque

2 Iuo p. 4. c. 22.

†*al. iudicare*

†*al. exceptis criminalib⁹ negotiis*

iudicia diebus illis tractantur, & de amouendis officiatis, & de alimentis, & atrocibus iniuriis, & vt aliquis in possessionem causa rei seruandæ mittatur, agitur diebus istis, vt ff. eo. l. 2. & 3. & contra insignes latrones agitur diebus feriatis, vt C. e. l. prouinciarum. & in quibusdam aliis casibus, qui notantur. C. eo. tit. & in summa huius quæstionis.

"feriatis diebus an possit litigari.

c ¶ *Quòd vero.*] "Diebus feriatis causæ non sunt tractandæ, vt j. c. 1. & vlt. nisi tantum de pace, vt 22. q. 5. decreuit. agitur tamen in quibusdam casibus, scilicet cum actio est tempore peritura. Item cum agitur de tutoribus dandis, & de amouendis officiatis, & de alimẽtis, & de atrocibus iniuriis, & de liberalibus causis, vt ff. de fer. l. 1. 2. & 3. Item contra insignes latrones agitur: vt C. de fer. prouinciarum. Item si partes spontaneæ velint litigare feriatis diebus, possunt: aliàs non tenet sententia, vt ff. e. l. 1. libellus autem potest porrigi die feriato, vt ff. de adul. miles. §. fexaginta. Io. tamẽ dixit, ꝙ partes mutuo consensu possunt litigare diebus feriatis. hoc tantum intelligendum est de feriis messium, vel vindemiarum: alioquin consensus earum non sufficeret, vt litigent aliquo solennissimo die, vt ext. eo. ca. vlt. B. Item satis videtur, quòd causæ matrimoniales possunt tractari diebus feriatis, cum ibi sit periculum adulterij, vel incestus. similiter vbi agitur de electione episcopi vel prælati, propter periculum moræ: quia non debet ecclesia vacare vltra tres mẽses, vt 50. dist. postquam. & quia in his casibus multa sunt specialia,

uella. 22. nu. 27. illud, supra lectorem, & cantorem, *exponit*, veluti subdiaconus, & diaconus. *Hos autem canones etiam nuptiis prohibent. Et Leo in cap.* lex continentiæ. ſ. *dist.* 31. *fere iisdem verbis vsus est, quibus Iustinianus in hac nouella, & nomine lectorum omnes minores ordines significauit.*

¶Rei professio aduersus quemlibet admitti non debet. C. V.

1 NEmini (præterquam[A] de crimine læsæ maiestatis [a]) de se confesso credi [b] potest † super crimen alienum: quoniam eius, atque omnis rei professio periculosa est, & admitti aduersus quemlibet non debet.

A ¶ Præterquam de crimine læsæ Maiestatis.] *Hæc exceptio in nullo ex locis indicatis habetur, præterquam apud Anselmum.*

Quia ergo ista de se confitetur, super alienum crimen ei credi non oportet, sed contra eam sua confessio interpretanda est.

QVÆSTIO IIII.

Vòd vero[c] *die Dominico nec episcopo, nec presbytero causam aliquam ventilare liceat, in Tarraconensi concilio prohibetur, in quo sic statutum est, c. 4.*

¶Ministri ecclesiæ die Dominico causas ventilare non debent. C. I.

2 NVllus episcoporum, aut presbyterorũ, vel clericorum die Dominico propositum cuiuscumque causæ negotium audeat ventilare†, nisi hoc tantum, vt Deo statuta solennia peragãt. Ceteris vero diebus, conuenientibus personis illa, quę iusta sunt, habent licentiam iudicandi, excepto† criminali [d].

Item ex concilio apud Erphesfurt[A] *habito præsente rege Henrico.*

vt extr. vt lit. non contest. quoniam. Ioan.

NVllus episcoporum.] Casvs. Statutum fuit in concilio Tarraconensi, vt in diebus Dominicis, vel aliis solennibus diebus episcopi vel alij clerici causas ventilare non audeant: sed in aliis diebus possunt, excepta causa criminali, vbi agitur ad sanguinis effusionem.

A ¶Erphesfurt.] *In vulgatis legebatur*, Ephesum, *quasi hoc esset decretum aliquod concilij Ephesim habiti tempore Cælestini Papæ, & Theodosij iunioris. Hoc vero est Germanicum concilium habitum præsente Henrico rege, prout etiam apud Burchardum, & Iuonem dicitur. Et codices Gratiani manuscripti habent, quemadmodum est restituũ. In hoc autem oppido petiit Bonifacius à Zacharia Papa constitui episcopum, & impetrauit. Quod apparet ex prima epistola Bonifacij ad Zachariam, & vltima Zachariæ ad Bonifaciũ.*

¶Solennibus diebus, & legitimorum ieiuniorum sæcularia placita non agantur. C. II.

3 PLacita sæcularia Dominicis diebus, vel aliis præcipuis festis, seu etiam in his diebus, in quibus legitima ieiunia celebrantur, secundum canonicam constitutionem minime fieri decernimus. Insuper etiam sancta synodus decreuit, vt nulla iudiciaria potestas licentiam habeat sua auctoritate Christianos ad placitum bannire in supradictis diebus, id † est septem dies ante Natalem Domini vsque in octauas Epiphaniæ, & à Quinquagesima [e] vsque in octauas Paschæ, & septem dies ante natiuitatem sancti Ioannis Baptistæ: quatenus adeundi ecclesiam, orationibusque [f] vacandi liberius habeatur facultas.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. 64.

¶De eodem. C. III.

4 NVllus episcopus, vel infra positus die Dominico causas iudicare præsumat.

QVÆSTIO V.

Vrgationem[g] *vero neganti esse præstandam Stephanus scribit Leoni episcopo Theanensi.*

¶ *Idem est titulus in ca. de manifesta. supra 2. quæst. 1.*

3 Burch. l. 13. c. 28. Iuo p. 4. c. 53.

†&] fortasse

d ¶ *Criminali.*] ſ. cum agitur de effusione sanguinis, tunc clerici non possunt esse iudices, vt 23. q. 8. his à quibus. delegari tamẽ potest clerico criminalis causa, vt tamen princeps iuret de impunitate rei, vt 23. q. 8. sæpe.

PLacita.] Casvs. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, vt in diebus Dominicis & præcipuis festiuitatibus, vel in legitimis ieiuniis sæcularia placita non tractentur. In secunda parte dicitur, ꝙ in septem diebus ante natiuitatem Domini vsque ad octauã Epiphanię, & à quinquagesima vsque ad octauã Paschæ, & septem diebus ante festũ sancti Ioannis Baptistæ, non liceat iudici ad placitum aliquem vocare. Secunda pars est ibi, *Insuper.* Sequens capitulum patet.

e ¶A *quinquagesima.*] alibi dicitur à septuagesima, vt 22. q. 5. decreuit. hoc tamen hodie non seruat Romana curia. Ioan.

f ¶*Orationibusque vacandi.*] ratio secunda est ob reuerẽtiam dierum, & tertia fauore partium, vt sic partes à litibus respirent, vt C. de fer. dies. Quarta ratio est, quia talibus diebus non præstatur iuramẽtum nisi pro pace, vt 22. q. 5. decreuit. 1. & sic non posset præstari sacramentum calumniæ. Sed pone ꝙ Papa cõmisit alicui, ꝙ intra triginta dies terminaret causam aliquam, & illi dies incidãt intra dies quadragesimales, videtur ꝙ cum res sit peritura tẽpore, ꝙ iudex inuitis partibus procedere possit. quod quidam concedunt: sed non est verum hoc: quia licet litteræ pereant, lis tamen salua manet coram alio [b]. Sed pone ꝙ iudex citet aliquem die feriato, nũquid tenetur citatus venire, & allegare priuilegium suum? Videtur, ꝙ sic: quia si post appellationem citat aliquem, tenetur venire, & allegare priuilegium suum, vt ext. de ap. si duobus. & c. cum parati. Item etsi non teneatur quis respondere die illa: tamẽ potest ad hoc citari, vt libellus ei detur[c], vt ff. de adult. miles. §. fexaginta. Item quid si sub hac forma fiat citatio, Mãdo tibi, vt hinc vsque ad diem Dominicam hic compareas, vt ext. de dol. & cont. cum dilecti? Respõdeo, si citat vt compareat die feriato, bene tenet citatio. Sed si citat vt respondeat, non tenet, quia talis citatio nulla est[d], vt extra. ff. de fer. l. 1. & vbi citatio nulla est, & hoc liquet quòd est nulla. non tenetur venire ad allegandum priuilegium suum. sed vbi dubium est an teneat, tenetur venire, vt dixi 3. q. 2. si episcopus. Io.

3 Burch. l. 13. c. 28. Iuo p. 4. c. 53.

b idẽ sentit Inn. extr. de of. deleg. de causis. Arc. c idẽ t3 Ale. de Im. in l. j. col. 2. ff. de fer. & B. ĩ l. j. §. nũtiatio. de ope. nun. & ĩ l. 1. ver. cõpellẽ di. ff. de fer. & ĩ gl. 1. l. iure. ver. eius. & ibi Bal. C. de adult. & no. gl. ĩ c. fi. & ibi vide doc. de iud. ff. Concord. Ale. de Im. ĩ l. ex quacũ que. co. 2. ff. si qs ĩ 1⁹ vo. nõ re. & Cy. in l. dies. ff. de fer. & per tiatio. đ op. nun.

d Concord.

Vrgationem.] Casvs. Hic intitulatur quinta quæstio, qua quæritur, an neganti sit purgatio indicenda? Et respondetur, quòd non, si de crimine non est infamatus, vt 6. q. 5. c. vno. Si autem est infamatus de crimine, indicitur ei purgatio, vt j. ea. c. 1.

g ¶*Purgationem.*] Hic quæritur an neganti sit indicenda purgatio. Et est dicendum quòd non, nisi laboret infamia 6. q. 5. quod autem. hæc quæstio dicta est ſ. 2. q. 5. per totum. Ioan.

Source : BIU Cujas

De crimine.] Casvs. Aldericus diaconus habebatur ſuſpectus de quodam crimine:& ideo per ipſum Aldericum Menen. epiſcopus conſuluit Stephanũ Papam, qualiter ſuper hoc eſſet procedendum? Et reſpondet, ſi accuſatores & teſtes idonei reperiuntur, coram certo numero epiſcoporum accuſetur ipſe Aldericus, & ſi confeſſus fuerit, vel legitimis teſtibus cõuictus, canonica ſententia feriatur. Si vero crimen non confiteatur, nec teſtibus poteſt probari, & infamatus eſt de crimine nõ in publico, ſed coram te, & aliquot teſtibus, presbyteris, & diaconis, ſecreto ſe purget, præſtito iuramento, & deinde cõmoneat clericos ne præfatum diaconum infamare preſumant, exemplo Cham, qui maledictus fuit in filiis, quia verenda patris deriſit.

1 Iuo p. 6. c. 460.

a ¶ *Numero.*]j. ea. q. 7. Felix.

b ¶ *Accuſatores,*]i. accuſator.

c ¶ *Publico.*]2. q. 5. preſbyter. 23. diſ. illud contra. Sed ibi loquitur cum publice quis eſt infamatus[a], hic cum clanculo vel à clero eſt infamatus.

a item arg. cõtra. 6. q. 1. teſtamentũ. ibi ſol.

d ¶ *Ne ſacerdotem.*] hic ſacerdotem vocat diaconum. ſic extr. de cohab. cler. & mul. ſi quiſpiam.

e ¶ *Cham,*] 2. q. 7. ſententia. Ioan.

Gen. 9.

Presbyter.]Casvs. Quidam epiſcopus ſciens peccatum cuiuſdam presbyteri & diaconi ſui (quod peccatum ſibi notum erat per eorum confeſſionẽ ſibi extra iudicium factam) compellebat eos publice confiteri, quòd cum facere nollent, ſed ſe ſacramento defendere vellent, ab officio vtrumque ſuſpendit. ſuper hoc Solomon Conſtan. epiſcopus quæſiuit à Nicolao de duobus: Primo vtrum per ſolam pœnitẽtiam poſſit presbyter vel diaconus ad officium reparari, cum epiſcopo ſit notum ſcelus eſſe perpetratum? Et reſpondet ℣ non. Secundo, vtrum propter confeſſionem extra iudicium factam poſſit quis ſuſpendi vel damnari. Et reſpondet ℣ non, ſed per teſtium approbationem, vel ſpontaneam confeſſionem in iudicio factam. ita ponit Ben. hunc caſum. H. vero ſic, Quidam epiſcopus dicebat ſe ſcire crimen cuiuſdam presbyteri, & cuiuſdam diaconi: & ideo noluit purgationem eorum recipere, ſed ſtatim eos depoſuit. tamdem delata fuit cauſa ad Solomonem epiſcopum per delegationẽ domini Papæ, vel per appellationem: quia forte metropolita. eorum erat: qui dum vellet de cauſa cognoſcere, epiſcopus inſtabat, & dicebat ne reciperet purgationem eorum, quia eos iuſte damnauerat. Dubitabat ergo Solomon, & in hoc articulo dominum Papam conſuluit: cui nunc Papa reſcribit, oſtendens qualiter in cauſa debeat procedere. Si enim legitime ſunt conuicti, vel confeſſi in iure: remaneant ſic depoſiti. ſi vero nec in iure ſint confeſſi, nec legitimis teſtibus

Gen. 9.

2 Iuo p. 6. c. 12.

cc Eps an poſſit clericũ infamatum cogere ad purgõnẽ

b Hoc ideo qa lege per mittẽte fit, &c. C. de adult. Gracchus. C. de cõcu. l. anẽp. ar. 31. q. j. hac rõe. 23. q. 4. q peccauit. in prin.

¶Diaconus ſi de crimine conuinci non poterit, apud epiſcopum ſeipſum ſecreto purificet. C. I.

1 DE crimine ſibi illato diaconus tuus veriſſime fatebatur ſe eſſe immunem. Verumtamen ſi ſuſpicio habetur, & accuſatores idonei reperiuntur, & tales teſtes, quales ſacri canones ſanciunt, accito tecum certo epiſcoporum numero[a] veniant accuſatores[b], vocetur & ipſe Aldericus diaconus: & ſi negauerit, ventiletur cauſa canonice: & ſi vel ſponte confeſſus, vel legitimis teſtibus fuerit approbatus, canonica feria tur ſententia. Qui ſi nec ſponte confitetur, nec accuſatores, & teſtes legitimi reperti fuerint, & mala fama crebuerit, non publico[c] examine, ſed coram te, & aliquantis reuerendiſſimis presbyteris, & diaconis tuæ eccleſiæ ſecreto iuramento ſe purificet. Et tu deinceps boni teſtimonij eum annuntia: & compeſce, & commone eccleſiæ tuæ filios, ne ſacerdotem[d] Dei vlterius infamare præſumãt, timentes, quòd Cham[e] maledictus eſt, qui patris verenda deriſit.

Item Nicolaus Solomoni Conſtantienſi epiſcopo.

¶Non eſt ſpoliandus presbyter, vel diaconus, niſi ſponte confeſſus, vel legitime conuictus fuerit. C. II.

2 PResbyter, aut diaconus, quẽ aſſeris crimina nolle publice confiteri, ſed velle cum ſacramen

to[f] defendere ſe, & ſi tamen notum ſit epiſcopo eſſe ſcelus ab ipſo perpetratum, nõ poteſt per aliquam pœnitentiam[g] ſacerdotali, vel diaconali officio potiri: ſed mirandum eſt[h], ſi ipſe cõfeſſus non fuerit, quomodo notum poſſit eſſe epiſcopo ſcelus ab ipſo perpetratum, niſi accuſatore forte idoneo per teſtes idoneos approbante. Vnde ſi examinante epiſcopo cauſam presbyteri, vel diaconi, non fuerit per teſtium approbationem presbyter†, vel diaconus forte conuictus, non eſt ſcelus epiſcopo legitime manifeſtum, niſi ſua ſponte ſcelus ipſe confiteatur. Quod niſi fecerit, interim nõ videmus ſuo debere presbyterũ, vel diaconum officio priuari. Sola ergo ſpontanea confeſſio, & canonicus numerus, & qualitas teſtium (decernentibus epiſcopis, & accuſatore, quod obiecerat, comprobante) clericum priuat proprio gradu.

QVÆSTIO VI.



Vòd vero[i] *confeſſio cruciatibus extorquenda non ſit, Alexander Papa teſtatur ſcribens omnibus orthodoxis, epiſt.* 1. *cap.* 2.

¶Miniſtrorum confeſſio non ſit extorta, ſed ſpontanea. C. I.

3 SI quandoque à ſacerdotibus, & auctoribus[A] eccleſiæ, ſi ſit præſumptio contra eum, vt 23. q. 5. c. 1. De hoc ſatis notatur in ſumma huius quæſtionis.

3 Iuo p. 5. c. 241. Pann. l. 4. c. 118.

i ¶ *Quòd vero.*] ab aduerſario numquam eſt extorquenda confeſſio cruciatibus, vt j. e. c. 1. & 2. ſed à iudice licite extorquetur confeſſio tormentis & quæſtionibus. " Nam à iudice quandoque torquetur teſtis: quandoque reus: quandoque accuſator. Teſtis torquetur tam in ciuili quã in criminali, vt ſi eſt ſeruus, vel vilis perſona: vel etiam ſi ſit liber & ſit criminoſus & infamis, vel obſcurus vel ignotus. tales enim non recipiuntur ad teſtimonium ſine quæſtionibus, licet ſint clerici. 4. q. 3. ſi res. & 5. q. 5. illi qui. & q. 6. presbyteri. & 2. q. 1. in primis. & in auth. de teſti. §. nos igitur. & §. licet. coll. 7. & C. de fall. ſi quis decurio. Torquetur etiam libera perſona licet non ſit vilis, dumtamen vacillet in teſtimonio, vt ff. de quæſt. ex libero. extra de pœ. ſuper his[d]. Item reus quandoque torquetur, licet raro, ſcilicet cum eſt ſuſpectus, & non poteſt aliàs res probari, maxime ſi eſt vilis perſona, & hoc in ciuili cauſa, vt 14. q. 6. ſi res aliena. ſimiliter in criminali torquetur, vt 23. q. 5. ca. 1. Actor vero in ciuili cauſa numquam torquetur, ſed accuſator in criminali cauſa quandoque torquetur, vt in crimine læſæ Maieſtatis cum criminaliter non poteſt probari, vt C. ad leg. Iul. Maieſt. ſi quis. ibi enim qualicumque digni tate ſit præditus, nullo priuilegio ſe poteſt tueri, ſiue ſit accuſator, ſiue reus vel teſtis, vt 6. q. 1. §. porro. & 50. diſtinct. nullus omnino. Ioannes.

" Torquere pt iudex ali quas perſonas

d Ad idẽ ar. C. de teſt. nullũ. & 4. q. 3. q falſo. idẽ vr & ſi ñ vacillet. ff. d teſtes. ſcdm Io. de Fan.

Si quandoque à ſacerdotibus.]Casvs. Significatum fuit Alexandro Papæ, quòd quidam capiebant epiſcopos vel ſacerdotes, vel auctores eccleſiarum, vel ab eis per metum vel fraudem, aut per vim confeſſiones extorquebant inſcriptis, vt ſic ſuis bonis eos ſpoliarent, vel vt ſuas cauſas non requirerent, vel vt de ſecta eorum eſſe confiterentur, & hoc coram populis eos confiteri faciebant. quare ſtatuit Papa Alexander, vt propter hoc nullam infamiam vel calumniam vel præiudicium aliquod patiantur: quia Deus reſpicit potius ad cogitationes & volũtates hominum, quàm ad actus, qui per ſimplicitatem vel neceſſitatem fiunt. nam in talibus non extorta, ſed ſpõtanea confeſſio eſt exigenda. *Fides non eſt*, i. non facit fidẽ.

a ¶ *Per*

Source : BIU Cujas

"Metus cadẽs ĩ cõstantem virum qualis est.

a ¶*Per metum.*] dummodo talis sit metus, qui cadat in constantem virum, vt ext. quod met. cau. ad audientiam. "Si quæris qualis metus debeat cadere in constantẽ virum: dico quòd qui continet tum mortis, vel cruciatum corporis, vt ext. e. ti. cum dilectus. Coactio autem verborũ nõ sufficit, etiam si Rex sit qui minetur, vt extr. qui clerici, vel vo. insinuante. C. de transa. interpositas. ibi melius dicitur, licet sit arg. contra. 31. q. 2. Lotharius. & ſ. dis. 7. fuerunt. ff. de acq. hær. l. 6. §. vlt. vbi dicitur, q̃ non fit hæres qui propter metũ verborum adiit hæreditatem. Et not. q̃ canon hic tria æquiparat, vim, metum, & fraudem, vt 3. q. 1. reintegranda. metus tamen pro reuerentia à lege accipitur, & hæc accusat. ff. qua. re. actio non datur. l. 1. §. quæ oneranda.

b ¶*Præiudicium.*] bene fit præiudicium ei quantum ad hoc, q̃ ille cui per metum traditur res, dominus fit rei: sed quantum ad hoc non fit ei præiudicium, quin detur ei actio, quod met' causa ad repetendum, si tradidit, vel exceptio, si non tradidit, vt ff. eo. metum. 2. §. sed quod prætor. & §. ex hoc edicto. si tamen primo coactus promisit, & postea spontanee tradidit: non excusat coactio, vt C. quod met. cau. l. 2. & ext. qui cle. vel vo. insinuante. ibi, patientia temporis, &c. & est simi. ext. de eo qui dux. in matri. significauit.

c ¶*Litteras.*] in quibus fatentur aliqua se debere.

d ¶*Requisitione.*] i. cõfiteantur quòd absoluerunt aliquos à debito, in quo illi tenebãtur.

e ¶*Erroris.*] id est, qui confitentur se tenere aliquam hæresim. Sed nonne peccat mortaliter ille qui confitetur hoc? Resp. sic: nec excusat eum aliqua coactio: "quia talis coactio non est absoluta: & coactio conditionalis neminem excusat, vt 50. dist. presbyteros. & de consecr. dist. 4. eos. potius enim debet quis pati mortem, quàm malo consentire, vt 32. q. 5. ita ne. & occisores corporis non sunt contra iustitiam timendi, vt 11. q. 3. non solum. & c. nolite. 31. q. 2. Lotharius. Sol. hic non excusantur tales à toto, sed à tanto. metus enim vel coactio conditionalis non excusat peccatum, sed attenuat, vt extr. quod met. cau. sacris. Et not. hic quòd contra ea quæ publice facta sunt, admittitur probatio in contrarium. sic 31. q. 1. Lotharius. extr. quod met. cau. perlatum. quod est contra regulam generalem. 8. q. 1. licet.

†*al. rerum*

" Coactio est duplex.

quædam scripturæ quoquomodo per metum [a], aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint, vel vt se liberare possint, quocumque ab eis conscriptæ, aut roboratæ fuerint ingenio, ad nullum eis præiudicium [b], vel nocumentum valere† censemus: neque vllam eos in famiam, vel calumniam, aut à suis sequestrationem bonis vmquam, Deo auctore, & sanctis Apostolis, eorumque successoribus substinere permittimus. Confessio vero in talibus non compulsa, sed spontanea fieri debet. *& infra.* ¶ Omnis enim confessio, quæ fit ex necessitate, fides nõ est. *& paulo post.* ¶ Confessio ergo in talibus non extorqueri debet, sed potius spõte profiteri. Pessimum enim est de suspicione, aut extorta confessione quemquam iudicare: cum magis sit inspector cordis Dominus, quàm operis. *& paucis interiectis.* ¶ Non potestautem humano condemnari examine, quem Dominus suo reseruauit iudicio. Si omnia namque in hoc sæculo vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent. *Item multo superius.*

¶ Est etiam & ad hanc sanctam sedem perlatum (quod pudet dicere, & non solum sacerdotali, sed etiam omni Christiano nomini est inimicum) quòd nonnulli episcopos, vel sacerdotes aut metu compellunt, aut vi extorquẽt, aut fraude decipiunt, aliquas confessionis suæ in alteram partẽ, quàm debeãt, litteras [c] scribere, aut pro suarum non requisitione [d] causarum†, aut (quod deterius est) pro alieni erroris [e] secta scripturas facere, & propriis manibus roborare, & corã populis recitare, atque confiteri. Aliquos dicunt carceribus, & ergastulis retrudi†, vt saltẽ his territi insidiis deuient Domini sacerdotes, & suis faueant voluntatibus. *Item vbi supra.* ¶ Confessio vero in talibus non compulsa, sed spontanea fieri debet ipso attestante, qui ait. [Ex corde enim procedunt homicidia, adulteria, fornicationes, blasphemię], & cetera, quæ sunt ad hæc pertinẽtia. ¶ Nec tantum attendenda sunt, quæ fiunt [f], quantum quo animo fiant. *& paulo post.* ¶ Amplius autem respicit Deus ad cogitationes, & spontaneas voluntates, quàm ad actus, qui per simplicitatem, aut per necessitatem fiunt.

f ¶*Quæ fiunt.*] potius respicienda est causa facti quàm ipsum factũ, vt 23. q. 8. occidit. de pœn. dist. 1. aut facta.

Victoritate.] Cassvs. Archiepiscopus Treuereñ. & præpositus eius, & multi alij clerici capti fuerunt a quibusdam prædonibus, & coacti fuerunt ab eis se obligare iuramẽto, & aliis obligationibus: occasione quarum obligationum res ecclesiasticas perdiderunt. quare Nicolaus scribẽs episcopis Galliæ, absoluit eos ab omni vinculo iuramenti & obligationis, & dicit quòd propter huiusmodi iuramentum vel obligationes, nullam infamiam vel calũniam aut suorum bonorum amissionem, illos habere permitteret. Sed præcepit præfato archiepiscopo & defensoribus Treuereñ. ecclesiæ, vt spirituali & materiali gladio tamdiu malignos illos persequantur, donec ablata reddantur.

g ¶*Absoluimus.*] Hic consueuit dubitari circa duo, scilicet "an iuramentum per vim extortum obliget. Item an Papa possit dispensare in illicito iuramento. Et quòd non obliget tale iuramentum, videtur hic: quia dicitur hic, quòd non debet esse vinculum iniquitatis, vt 22. q. 4. inter. & ext. de iureiu. verũ. & ext. de resti. spol. solicite. & ext. quod met. cau. perlatum. Item quia inconueniens esset, quòd malefactor ex improbitate sua consequeretur actionem, vt ff. de fur. itaque fullo. Præterea, si malefactor petit rem, potest reus tueri exceptione metus causa, cum illa exceptio per iuramentũ non sit sublata. Præterea non obstante tali iuramento potest petere rem si eam tradidit, cum illud non iurauerit, vt ext. de iureiu. debitores. & ext. quod met. caus. ad audientiam. Ergo cum potest rem petere, multo fortius potest se tueri exceptione: quia cui damus actionem, multo fortius exceptionem. ff. de superfi. l. 1. extr. de iureiur. quemadmodum. Et cõtra probatur, quòd obliget: qa licet fuerit coactus, tamen voluit, quia coacta volũtas, est voluntas, vt ſ. ea. q. 1. merito. Item quia non vergit in interitum salutis æternæ. est ergo obseruandum, vt ext. de iureiu. si vero. nec prodest quòd cõpulsus fuit. 22. q. 5. qui cõpulsus. & c. si cuis coactus. Solu. quidam dicunt quòd talis fuit metus qui cadit in cõstantem virum, quòd iuramẽtum ob talem metum factum non obligat [a]. & secũdum eos exponitur hic hoc verbum absoluimus, i. absolutos ostẽdimus. Alij dicunt quòd qualiscumque sit metus, tenetur seruare iuramentum factum de rebus propriis. sed nullum iuramentum adstringit ipsum pro rebus ecclesiæ non repetendis, quia istud est illicitũ. & hoc magis probabile videtur, ex quo licitũ est quod iurat, & potest adimplere, vt 22. q. 4. si aliquid. Qui priorem opinionem substinent, distinguunt inter promissoria iuramenta, & assertoria. In promissoriis iuramẽtis excusat metus, in assertoriis nõ: quia potius debet quis omnia mala pati, quã falsum asserere, vt 32. q. 5. ita ne. Dicas ergo q̃ omne iuramentum obligat. Si tu obiicis mihi, q̃ iste habet exceptionẽ quod metus causa, hoc bene cõcedo: non potest tamen vti ea, ratione iuramẽti. si tamẽ fuerit vsus ea, bene dico q̃ repellit agentẽ, & obtinebit in iudicio nõ obstante iuramẽto. peccat tamen vtẽdo ea. si ergo quis iurauit rẽ suam per metũ alij dare, petat à iudice vt cogat illũ non recipere, vel q̃ absoluat ipsum à iuramẽto, vt ext. de iureiu. ex administrationis. sed si ad hoc induci non potest, soluat, & postea repetat. si autẽ iurauerit se nõ repetere, tũc denũtiet ecclesiæ factum illius. si autẽ iurauerit quòd nõ denũtiet, illud iuramentũ non est seruandũ. vt extr. ea. quemadmodum. in fi. quia ex præcepto ad hoc tenetur. 2. q. 1. si peccauerit. Io. Tu breuiter dicas, quòd iuramentũ super re illicita, ipso iure nõ obligat, siue qs faciat spõte, siue coactus, vt si iurauí hominẽ innocentem interficere. & hoc probatur 22. q. 4. in malis. & c. seq. & c. quòd Dauid. Iuramentũ tñ super re licita metu extortũ, ipso iure obligat: sed datur exceptio q̃ met. causa ad rescindendũ, vt ff. qđ met. cau. per totũ. & C. eo

Item Nicolaus Papa episcopis Galliæ.

¶ Apostolica auctoritas, penitus illicita in irritum deducit iuramenta. C. 11.

2 Victoritatẽ venerabilium prædecessorũ nostrorum secuti, & nominatim beatissimi Papæ, & martyris [A] Alexãdri quinti à beato Petro, ab omnibus iuramentis †, & cuiuscumque modi obligationibus, quibus illi se se coacti violentia impiorum obligauerant, absoluimus [g]: & ne illa seruentur, vetuimus tam præfatum archiepiscopum Treuerensem, quàm eius præpositũ, & omnes, qui tunc tẽporis capti se illis quo quomodo obligauerunt: neque

A ¶Auctoribus.] Iuo *habet*, si sacerdotibus, vel actoribus ecclesiæ, *quemadmodũ etiam in eadem epistola dicitur*, si quis ergo episcopum, vel actorem ecclesiæ, *& refertur.* ſ. 2. q. 7. *si quis erga. Hoc autem loco in epistola legitur*, similiter si huiusmodi personis quædam scripturæ, &c. *Præcesserant autem cum multa alia, tum quæ referuntur in hoc eodem capite in vers.* Est etiam & ad hanc. *Confectum enim est hoc caput ex locis epistolæ hinc inde sumptis, ordine non semper seruato.*

B ¶Litteras scribere.] *Hæc absunt ab originali. Sufficiunt enim illa, quæ sequuntur* scripturas facere. *Sed ob glossam nõ sunt expũcta.*

" iusm per vim extortum, vtrum obliget.

†*recludi*] orig.

ſ. in hoc eod. cap.

Matth. 5.

2 Pol. l. 6. tit. 11.

† *al. iuramentis illis*

a Dũmodo sit tale, q̃ possit seruari sine interitu animæ, aliàs secus, vt leg. & no. ext. de iure iur. si vero.

Source : BIU Cujas

C.eod.tit.l.1.& 3. niſi in caſu, vt ff.eod.l.ſi mulier. §.ſi dos. Item in matrimonio.ext.de ſpon.cum locum. Item in voto.ext.quod met. cau. perlatum.B. Vtrum autem in iuramento Papa poſſit diſpenſare,quæritur.Hoc c.videtur dicere quòd ſic,per prædictas decretales,vt ext.de vo.& vo.re.magnæ. immo in omni iuramento eſt excepta auctoritas maioris,vt ext.de iureiu. venientes. & extr.de reſcr. cõſtitutus.Item Imperator diſpenſat in eo.ff.ad muni. Imperatores.Item videtur ℣ non:quia iuramentum eſt de iure naturali, vt 22.qu.4.ſi ad peccatum. ſed in talibus Papa non poteſt diſpenſare.25.q.1. ſunt quidam.Item ar. ad hoc ext.de ſta.mo. cũ ad monaſterium.

Eſa.58.

“ Papa an poſſit i iuſo diſpenſare.

“Hug. dicit quòd in nullo iuramento licito poteſt Papa diſpenſare, niſi ad hoc ſolũ ℣ non habeatur infamis qui tranſgreditur illud.& hos non abſoluit, ſed abſolutos denuntiat,quoniam iurauerunt de rebus eccleſiæ nõ repetendis, vt dicit.Tu dicas ℣ in voluntariis iuramentis non diſpenſat, ſed in coactis bene. ſi tamen abſoluit aliquẽ, tenet abſolutio.Dico enim quòd cõtra ius naturale poteſt diſpẽſare,dum tamen non contra Euangelium, vel contra articulos fidei : tamen contra Apoſtolum* diſpenſat.34.dif.lector.82.diſtin.presbyter.Io. a ¶*Materiali.*] “Arg. quòd iudex eccleſiaſticus bene poteſt indicere bellum, & in bello inſequi hoſtes. vt 23 q.8.igitur.& ca. hortatu.& c.vt pridẽ. & 63.diſt.Hadrianus. Item arg. quòd iudex eccleſiaſticus poteſt præcipere iudici ſæculari vt puniat male ficos,vt 23.q.4.ſi quos. & q.5. relegentes. & q.8.vt pridem. Argu. contra 23.quæſtio.vltim.his à quibus.

* Papa qñ contra Apoſtolũ diſpẽſet.Vide 34. di.c.lector.

“Bellum pt indici à iudice eccleſiaſtico.

1 Greg.vij. l.8.reg. Iuo p.5.c.vlt.

vllam eos proinde infamiam, vel calumniam,aut à ſuis bonis ſeque ſtrationẽ vmquam auctore Deo, & ſanctis Apoſtolis,& noſtris prę deceſſoribus ſubſtinere permittimus:ſicut per prophetam Dominus dicit [Diſſolue colligationes impietatis.] Quinetiam præfato fratri noſtro, filiiſque Treuerenſis eccleſiæ, illiuſque defenſoribus hæc in mãdatis damus,vt ſpirituali ſimul, & materiali [a] gladio tamdiu malignos illos,eorumque fautores inſequantur, quouſque cum integritate poſſeſſiones, vel quæcumque res eccleſiaſticæ hoc facto,vel quocũque pacto diſtractæ,ſeu direptæ ſunt reuocentur.

a ¶Alexandri.]*Nicolaus citat epiſtolam Ale. 1.de qua re notatum eſt ſ. diſt.19. ſi Romanorum.*

2 *A fidelitatis etiam iuramento Romanus Pontifex nonnullos abſoluit, cum aliquos à ſua dignitate deponit.*

Vnde Gregorius Papa.

¶*In manuſcriptis eſt vt in vulgatis* Gelaſius Papa Anaſtaſio Imperatori. *Cuius Gelasij eſſe non poteſt. Zacharias enim & Carolus magnus,quorũ in hoc capite mentio fit,multo poſt Gelaſium vixerunt.Habetur autem in regeſto Gregorij 7.libr.8.epiſt.21. Herimanno Metenſi epiſcopo ſcripta quam refert Iuo. In qua quidem epiſtola paulo ante multa ex epiſtola Gelasij Anaſtaſio Imperatori ſcripta afferuntur.*

¶Pontificalis auctoritas à iuramento fidelitatis nonnullos abſoluit. C. III.

1 ALius [b] item Romanus Pontifex,Zacharias ſcilicet,regem Francorum nõ tam pro ſuis iniquitatibus,quàm pro eo,quòd tantæ poteſtati erat inutilis [c],à regno depoſuit [d]:& Pipinum Caroli magni Imperatoris patrem in eius locum ſubſtituit, omneſque Francigenas à iuramento [e] fidelitatis, quod illi fecerant, abſoluit. Quod etiam ex auctoritate frequenti agit ſancta eccleſia, cum milites abſoluit à vinculo iuramenti : quod factum eſt his epiſcopis, qui Apoſtolica auctoritate à pontificali gradu deponũtur.

Item Gregorius vij. Romanæ ſynodo præſidens dixit [2].

¶Excommunicati vinculo fidelitatis non tenentur obnoxij. C. IIII.

3 NOs ſanctorum prædeceſſorum noſtrorum ſtatuta tenentes, eos,qui excommunicatis fidelitate [f], aut ſacramento conſtricti ſunt [g], Apoſtolica auctoritate à ſacramento abſoluimus:& ne eis fidelitatem obſeruent,omnibus modis prohibemus,quouſque [a] ipſi ad ſatisfactionẽ veniant.

a ¶Quouſque,&c.]*Verba hæc non ſunt in codice manuſcripto Vaticano.*

Item Vrbanus II.epiſcopo Vapicenſi.

¶Antequam reconcilientur, fidelitatem excommunicatis nullus ſeruare cogitur. C. V.

4 IVratos milites Hugoni comiti,ne ipſi,quamdiu excommunicatus eſt,ſeruiant, prohibeto†. Qui ſi ſacramenta prætenderint, moneantur oportere Deo magis ſeruire,quàm hominibus. Fidelitatem enim quã Chriſtiano principi iurarũt, Deo eiuſque ſanctis aduerſanti, & eorum præcepta calcanti nulla cohibentur auctoritate perſoluere.

QVÆSTIO VII.

1 ips

Aſque [h] *ſynodali vero audientia ſacerdotem damnari, in Hiſpalenſi ſecundo concilio, cui Iſidorus interfuit,ca.6.ſic prohibetur.*

A FIDELITATIS. Hæc eſt ſecunda pars q. in qua probat quòd laicus incorrigibilis per eccleſiam poſſit deponi à ſua dignitate.& hoc probat per tria c.Io.de Fant.

CAVS.Supra in duobus proximis ca.abſoluit Papa ab obligationibus & iuramentis coactis. Nunc vero vult oſtendere Grat.quòd idem poſſit facere de iuramento fidelitatis, cum aliquos à ſuis dignitatibus deponit.

Lius.]CAVS.Gelaſius Papa ſcribens contra Anaſtaſium Imperatorẽ dicit,quòd poteſt eum deponere propter malitiam ſuam,& hoc probat exemplo Zachariæ Papæ, qui Regem Francorum depoſuit, non tantum propter ſua delicta, quantum pro eo quòd inutilis erat, & loco eius Pipinum patrem Caroli poſuit : & omnes Francigenas à fidelitate eius abſoluit : & milites à vinculo iuramenti in depoſitionibus epiſcoporum. Alij habent verba iſta vlti.pro §.Gratiani,qui ſic incipit,quod ex frequenti.

b ¶*Alius.*]quia de alio Papa præceſſerat ſermo:qui idem fecerat.

c ¶*Inutilis.*]non intelligas inutilis,id eſt,inſufficiens.tunc enim de buiſſet ei dari coadiutor, vt 7.q.1.quamuis. & c.petiſti.ſed diſſolutus erat cum mulieribus,& effeminatus.

“imperator põt à Papa deponi.

d ¶*Depoſuit.*] “ergo Papa deponit Imperatorem [a], vt 96.diſt.duo. & c.ſi Imperator. nam & transferre poteſt imperium, vt extrã de elect.venerabilem.Arg.contra 93.diſtin.legimus.in fin.& nonageſima ſexta diſtin.cum ad verum. Sol.dicitur depoſuiſſe,qui deponentibus conſenſit.

a Adde idẽ tenuiſſe Bal. in l.non am bigitur. ff. de legi.

e ¶*Iuramento.*]ſupple ratione dignitatis præſtiro,non ratione perſonæ Io.de Fant.

NOs ſanctorum.] CAVS.Quidam ſacramento fidelitatis quibuſdam excommunicatis erant adſtricti. quærebatur vtrum tempore excommunicationis deberent eis ſeruire? Et reſpondetur quòd non:niſi ſatisfaciant prius,& abſoluantur ab excommunicatione,aut ſacramento,id eſt,ſacramento fidelitatis:& etiam ſine ſacramento faciunt quidam fidelitatem aliis.& ideo hæc diuerſificare potes.

f ¶*Fidelitate.*] 11.q.3. quoniam multos.cõtra. ſed ibi eſt ſolutũ. Item contra arg.11.q.3. Iulianus. ſed ibi eſt ſolutum.

g ¶*Conſtricti ſunt.*] “ſed quid dices, ſi iurai me ſoluturum alicui pecuniam,vel ſub pœna promiſi, & ille excõmunicatur:num quid teneor ei ſoluere ? Videtur quòd non [b] : quia qualitercumque poſſumus debemus vexare malos, vt ceſſent à malo, vt 23.q.6.iam vero.& vtilius eſurienti. &c. vt 5.q.5.non omnis.& excommunicatis in nullo caſu communicabimus, niſi in his quæ ſpectant ad correctionem eorum, vt 11.q.3.cum excommunicato. Item quia intelligor iuraſſe ſub hac conditione,ſi res in eodem ſtatu permanet, vt 22.qu.2. ne quis.in fi. ff.de ſol.cũ quis. Item vbi nulla eſt petitio, ibi nulla eſt mora,vt ff.de ver. obli.ſi pupillus. Item quia male meriti publica egeſtate laborare debent,vt ff.depo. bona fides. De hoc autẽ non eſt dubium quin debitum peti poſſit ab excommunicato,vt ext.de ſen.ex com.ſi vere.Sol.pecunia illa non reddatur ei, ſed deponatur in ædem ſacram. Verius credo quòd licet ille non habeat ius petẽdi,tamen debet ei ſolui.ſic extra de iureiu. debitores. & probatur hoc ext.de ſen.ex commu. ſi vere. vnde licet excommunicatio tollat obligationem quò ad fidelitatem, non tamen quo ad alios contractus, vt videtur Io. Probabiliter dici poteſt,quòd excommunicato non ſit ſoluendum, cum nemo debeat participare cum eo, vt 11.q.3.cum excommunicato. niſi in caſibus,vt ſ.11.q.3.quoniam multos. Nec obſtat illa decr.ſi vere. quia illud factum fuit de neceſſitate.B.

“excõicato an dẽat fieri ſolutio.

2 li.5.regeſt.

3 Pann.l.5. c.110.

b Etverũ eſt ſcdm Bar. q ſic not. ext. đ hær.c.vlt. & ibi ẽt no. In.đ cõc.pb. cũ noſtris. vbi dicit, ℣ excõicato nil dz ſolui.

4 Pann.l.5. c.111.

† *al.prohibete*

“clerico criminoſo qs pœnitentiã imponit.

I *Vratos milites.*]CAVS.Hug.comes excommunicatus erat:propter quod ſcribit Vrbanus ſecundus cuidam epiſcopo,vt prohibeat ne milites ratione fidelitatis ſeruiant ipſi comiti quamdiu fuerit excommunicatus:quia magis oportet Deo ſeruire,quàm comiti eccleſiæ aduerſanti.

Aſque ſynodali.] Hæc q.diuiditur in duas partes:in quarũ prima probat per quinque ca.quòd ſolus epiſcopus non poteſt deponere presbyterũ.Secũda ibi,*Solus.*Io.de Fan. CAVS. Hic intitulatur 7.q.vbi quæritur, an epiſcopus ſacerdotem condemnare valeat abſque ſynodali audientia. Et reſpondetur,quòd ſolus epiſcopus presbyterum ſuſpendere poteſt,vt ĵ.ead.quæſt.8.hi qui. & in cauſa ciuili inter ſuos clericos cognoſcere,vt ſ.10.q.3.quia.Deponere vero non poteſt presbyterũ,niſi cum ſex epiſcopis,diaconem cum tribus:reliquos vero clericos ſolus deponere poteſt,vt ĵ.ea.q.1. Felix.& c.ſi autem. epiſcopum vero ſolus Papa deponere poteſt. ſ.3. q.6.dudum. De hoc not. in ſumma huius quæſt.

h ¶*Abſque.*]“ſi agatur contra clericum de crimine criminaliter,ne ceſſaria eſt preſentia epiſcoporũ,ſecundũ quod traditur ĵ.e.ſi quis. & c.Felix.Diſtinguitur tamen,quia ſi agatur de crimine ad depoſitionẽ ordinis,tunc habet locũ c.Felix.& c.ſi quis.Si autẽ agatur ad depoſitionem beneficij, tunc ſolus epiſcopus poteſt cognoſcere cum clericis ſuis, vt 18.quæſt.2. ſi quis abbas. & 16. q.7. inuentum.

“clerico criminoſo qs pœnitentiã imponit.

& extra

Source : BIU Cujas

& ext. de iud. at si clerici. & 11. q. 3. quis episcopus damnatus. & extr. de cohab. cle. & mu. c. sicut. & c. de sacerdotibus. Item si agatur de crimine in modum exceptionis, solus potest cognoscere. extr. de accu. super his. licet sit argu. contra 23. dis. illud. Tamen quocumque modo agatur de crimine, semper accusator punitur vt calumniator, vt ext. de acc. sup his. & c. cũ dilectus.

Exta actione.] C A S V S. Fragitanus Cordubensis ecclesię presbyter iniuste à suo episcopo depositus, in exilium est cõdemnatus. Tãdem ab eodem episcopo vel synodo fuit restitutus propter quã præsumptionẽ remouendam statuit Hispaleñ. concilium, vt absque synodali prẽsentia nullus episcopus presbyterũ deponat, vel diaconum: & hoc probat ad instar libertorum, qui licet fiant ingrati: non tamen auctoritate dominorum, sed in tribunali foro apud iudicẽ accusati & cõuicti in seruitutem reuocantur. Casum sequentis cap. inuenies 86. dist. si quid vero.

1 3. e. eps] & 3. di. 67. eps.

a ¶ *Concilij.*] ergo tres episcopi faciunt concilium: quia tres episcopi examinant causam diaconi, vt j. ea. si quis.

b ¶ *Solus.*] incorporalia enim facilius constituuntur quàm destruantur. ext. de trãsl. inter. Hæc est vna ratio quare in promotione clericorum non requirũtur plures episcopi, sed in remotione fic. "Item quia sæpius ordinantur clerici, quàm deponũtur: vnde graue esset toties vocare tot episcopos. Item quia depositio frequẽter fit causa odij, sed ordinatio cã electionis. solus autẽ confert dignitates, si hoc habet ex consuetudine, vt extr. de his quæ fi. à præl. ea noscitur.

" ordinatio clericorũ facilius fit, q̃ depositio.

2 dist. 86. si quid.

Si quis tumidus.] C A S V S. Dicitur in hoc cap. q̃ in causa criminali vbi agitur ad depositionem diaconi, debent tres episcopi interesse: in causa presbyteri sex: in causa vero episcopi xij. qui causam debẽt diligẽter examinare.

c ¶ *Natu.*] quantum ad ordines.

d ¶ *Pro personis.*] idest, prout personæ sunt cõstitutæ in sacris ordinibus.

e ¶ *Ab his.*] i. ab epis.

¶ Sine concilij examinatione presbyter, vel diaconus non deiiciant. C. I.

SExta actione cõperimus, Fragitanum Cordubensis ecclesiæ presbyterũ iniuste olim à pontifice suo deiectũ, & innocentem exilio condemnatum. Quem rursus ordini suo restituentes A id denuo aduersus præsumptionẽ nostrã B decreuimus, vt iuxta priscorum Patrum synodalem sententiam nullus nostrum sine concilij a examine quemlibet presbyterum, vel diaconum deiicere audeat. Nã multi sunt, qui indiscussos potestate tyrannica, non auctoritate canonica damnant. Et si cut nonnullos gratia fauoris sublimant, ita quosdam odio, inuidia que permoti humiliant: & ad leuem opinionis auram condemnant, quorum crimen non approbant. Episcopus enim sacerdotibus, ac ministris solus b honorem dare potest: solus auferre non potest. Si enim hi, qui in sæculo à dominis suis honorem libertatis adepti sunt, in seruitutis nexũ non reuoluuntur, nisi publice apud prætoris, ac præsidis tribunal in foro fuerint accusati, quanto magis hi, qui diuinis altaribus consecrati honore ecclesiastico decorantur? Qui profecto, nec ab vno damnari, nec vno iudicante poterunt honoris sui priuilegiis exui: sed præsentati synodali iudicio, quod canon de illis præceperit, diffiniri.

A ¶ Restituentes.] *Sic est emendatum ex codicibus conciliorum impressis, & manuscriptis. Sic enim apertius declaratur illum canonice à concilio esse restitutum, quàm ex lectione Gratiani vulgata*, restitutum esse comperimus.

B ¶ Nostram.] *Antea legebatur*, vestram. *in recentioribus autem conciliorum editionibus est*, nouam, *Emendatum est ex antiquioribus editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, & Lucensi regio, quemadmodum & paulo post*, nullus nostrum. *cum antea esset*, nullus vestrum. *Modesti enim & religiosi episcopi sibi etiam metuunt. Alia vero quædam sunt ex iisdem codicibus emendata.*

Item Gregorius Ioanni episcopo Panormitano, lib. 11. epist. 49.

¶ Causas clericorum episcopus non nisi cum senioribus ecclesiæ audiat. C. II.

2 SI quid de quocumque clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuste possit offendere, facile non credas: nec ad vindictam te res accendat incognita: sed prę sentibus senioribus ecclesiæ tuæ diligenter est veritas perscrutanda: & tunc, si qualitas rei poposcerit, canonica districtio culpam feriat delinquentis.

Item ex concilio Carthag. A 1. c. 11.

A ¶ Carthaginensi.] *Sic est emendatum ex vetustis codicibus. Nam in vulgatis erat*, Agathensi primo, *cum vnicum dumtaxat* Agathense *memoretur.*

¶ A quot episcopis presbyteri, vel diaconi sunt audiendi. C. III.

SI quis tumidus, vel cõtumelio sus extiterit in maiorẽ natu c, vel aliquã causam habuerit, à tribus vicinis episcopis, si diacon⁹ A est, qui arguitur: si presbyter, à sex: si episcopus, à duodecim consacerdotibus audiatur. Vniuersi episcopi dixerunt. Contemptus debet cõtumaciæ, & superbiæ in omnibus frangi. Causæ † vero personis † d ab his e statuto numero audiantur.

A ¶ Si diaconus est.] *In vulgatis conciliorum editionibus legitur*, si diaconus est, arguatur, presbyter, &c.

Item ex concilio Carthaginensi 2. c. 10.

¶ De eodem. C. IIII.

3 FElix episcopus Selemselitanus dixit. Etiam hoc adiicio secundum statuta veterum conciliorum, vt si quis episcopus (quod nõ optamus †) in reatũ aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia necessitas, non posse plurimos congregare, ne in crimine remaneat, à duodecim episcopis audiatur, & à sex presbyter A, & à tribus diaconus cum proprio f suo episcopo.

A ¶ Presbyter.] *Sic legitur in concilio, quod est in codice canonum, c. 12. græco, & duobus codicibus conciliorum Vaticanis, & vno alio perantiquo, & concordat cum sequenti capite. In editionibus autem conciliorum Pharisiensibus, ac Colonien sibus habetur*, & à se presbyteris, & tribus diaconis, *quemadmodum & in multis Gratiani manuscriptis.*

Item ex concilio Carthaginensi tertio, c. 8.

¶ De eodem. C. V.

4 SI autẽ g presbyteri, vel diaconi fuerint accusati, adiũcto si bi ex vicinis locis proprius † episcopus legitimo numero collegarum, quos ab eodem accusati petierint, id est, vnà secum in presbyteri nomine A sex, in diaconi tribus, ipsorum causas discutiat †, eadem dierum †, & dilationum, & à communione h remotionum, & discutione personarum, inter accusatores, & eos, qui accusantur, forma seruata. Reliquorum autem clericorum causas etiam solus i episcopus loci agnoscat, & finiat.

A ¶ Nomine sex.] *Sic in ceteris codicibus impressis, & manuscriptis, præterquam in editione Colonien si quattuor tomorum, in qua habetur*, presbyteri nomine quinque, in diaconi duobus.

2 *Solus autem ad exclusionẽ aliorũ episcoporum, non suorum clericorum dicitur, sine quorum præsentia, eius sententia erit irrita.*

Vnde in Carthaginensi concilio 4. ca. 23. legitur.

¶ Absque præsentia clericorum nullius causam episcopus audiat. C. VI.

j 5 EPiscopus nullius causam audiat absque præsentia suorum k clericorum: alioquin irrita erit sententia episcopi, nisi clericorum præsentia confirmetur.

Felix.] C A S V S. in hoc ca. dicitur, q̃ causa criminalis episcopi à xij. episcopis audiri debet, causa presbyteri à sex, causa vero diaconi à tribus cum proprio episcopo.

f ¶ *Cum proprio.*] i. p̃ter proprium episcopum. 2. q. 5. presbyter.

Si autem.] C A S V S. Dicitur in hoc c. q̃ si presbyter accusatur, sex episcopi debent interesse: si diaconus, tres: ceterorũ vero clericorum causas criminales solus episcopus potest tractare.

† *al. Causa audiatur* † *al. personis statuto*

g ¶ *Si autem.*] hoc ca. est pars illius. 4. qu. 5. quisquis.

h ¶ *A communione.*] i. eædẽ dilationes dantur accusatori, quę & reo: & æque excommunicabitur accusator si non venerit, sicut reus: vt 4. q. 5. quisquis.

3 3. q. 8. suggero. Anſ. l. 3. c. 121. Bur. l. j. c. 149. Iuo p. 5. c. 262.

† *al. opinamur*

i ¶ *Solus.*] i. sine aliis episcopis: non tamen sine clericis suis, vt j. ea. c. prox. Ioan.

SOLVS. Hæc est 2. pars q. in qua dicitur, q̃ causas aliorum ele ctorum à sacerdote & diacono in capitulo suo potest episcopus diffinire, supple excepto subdiacono: q̃ ho die cum diacono pari passu ambulat. extra de seruis non ord. mi ramur. Io. de Fant.

CASVS. Dictum est, q̃ solus episcopus potest tractare causas criminales clericorũ: sed ne aliquis putaret, q̃ alij clerici nõ deberent interesse: ideo dicit Grat. q̃ hęc dictio, solus, non excludit clericos: sed alios episcopos. Sequens c. planum est.

4 Anſ. l. 3. c. 123. Bur. l. 2. ca. 205. Iuo p. 6. c. 280.

† *cum proprio episcopo*

k *Episcopus.*] *Suorum.*] " Sufficit tamẽ maior pars, si absentes præbeant assensum, vt 64. dis. c. 1. & 2. Sed numquid & isti clerici sunt iudices istius? Non videtur, cum quilibet eorũ sit forte minor eo. Quidam dicunt q̃ ipsum cõcilium siue capitulum habet iurisdictionẽ ordinariam: nullus tamẽ per se est iudex. Alij dicunt, q̃ sunt assessores epi: & sententia sine talibus assessoribus lata, nulla est: sicut sententia nulla est q̃ fertur contra fiscũ absente aduocato fisci, vt ff. de iur. fis. fi fiscus. sicut vt dicere lex, vt sniã quę fertur officio iudicis ipso absente, q̃ nulla sit, vt C. de sen. & int. om. iu. cũ sniã. Quòd tñ clerici sint iudices, est arg. 6. q. 3. scitote.

† *al. discutiant* † *al. dierum dilatione*

" Eps an possit solus delinquẽte condẽnare.

5 Burc. l. 1. c. 114. Iuo p. 5. c. 214.

Episcopus

Source : BIU Cujas

EPiscopus.] Casvs. Dicitur in hoc cap. quòd episcopus solus dare honorem potest, quem solus auferre non potest. Si enim libertus in seruitutem reuocari non potest, nisi apud iudices legitime fuerit conuictus, quanto magis diuinis altaribus consecratus, ab vno solo non poterit damnari.

Item ex concilio Hispalensi 2. c. 6.

¶Nisi in synodo canonice vocati sacerdotes damnari non possunt. C. VII.

ij[1] EPiscopus sacerdotibus, ac ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest. Si enim hi, qui in sęculo à dominis suis honorē libertatis adepti sunt in seruitutis iugum non † reuocātur, nisi publice apud prętoris, ac præsidis tribunal in foro fuerint accusati, quāto magis hi, qui diuinis altaribus consecrati honore ecclesiastico decorantur? Qui profecto nec ab vno damnari, nec vno iudicante poterunt honoris sui priuilegiis exui: sed prę-sentati synodali iudicio, quod canon de illis præceperit, definiri.

QVÆSTIO VIII.

Et vltima vero [a] *quæstione sic statutum est in concilio Neocęsariensi, capitulo nono & decimo.*

¶Presbyter, qui ante ordinationem confitetur se corporaliter lapsum, postea non offerat. C. I.

[2] QVi admisit corporale [b] peccatum, & hic postea presbyter ordinatus est, si confessus fuerit [c], quòd ante ordinationem suam peccauerit, non quidem offerat [d]: maneat autem † in aliis officiis propter [A] eius studij [e] vtilitatem. Nam cetera [f] peccata censuerunt plurimi etiam ordinatione priuari [B]. Quòd si de his non fuerit confessus, nec ab aliquibus potest manifeste conuinci, huic ipsi de se potestas [g] est committenda. Similiter & diaconus in eodem culpæ genere fuerit inuolutus, se se à ministerio [h] cohibebit.

1 ℨ. c. sexta actiõe. & di. 67. episcop

† *al. nexum non reuoluuntur*

2 Raba. lib. pœnit. c. 1. Pol. l. 4. ti. 39 Bur. l. 2. c. 49 Iuo p. 6. ca. 150. Pan. l. 3. c. 152. Cap. 10, ibid.

† *al. tamen*

" Crimẽ añ ordinõnem commissum animpediat frui officio.

a ¶*De vltima vero.*] " Hic quæritur, si aliquis confitetur crimen quod fecit ante ordinationem suam, vel conuincitur peccasse ante ordinationem suam, an possit frui officio suo? Distinguas ergo: quia aut est tale crimen quod inducit depositionem, aut nõ: si non inducit, acta pœnitẽtia remanet in ordine suo, vt hic, & 68. dist. sicut. Item si inducit depositionẽ, tũc si confitetur illud in pœnitẽtia, nõ abstinebit ab officio, vt 50. dist. de his vero. in fi. similiter si confitetur illud extra ius, quòd talis confessio ei non præiudicat, vt ℨ. ead. q. 5. presbyter. licet

a Non cõtra dicit. qm ibi accipit pp accidẽs. f. pp scãdalũ & in famiã, ñ pp cõfessionẽ, vt ibi not. p Vin. & B. sed de hac mria dic vt plene not. Inn. B. Com. & Hu. ext. de ele. p inq̃sitionẽ.

" crimina q̃ sunt depositione digna

fit arg. contra extra de excel. præla. quàm sit graue [a]. Si vero confitetur in iure crimen suum commissum ante ordinationem suam, deponitur ab officio sacerdotali: retinebit tamen nomen presbyteri, & omne inferius officium, vt ℨ. ead. ca. 1. & c. si quis presbyter. & hoc cum sponte illud confitetur. Si vero confiteatur illud timore probationum: tunc siue ante, siue post ordinationẽ suam illud commisit, deponitur irreparabiliter, vt 24. dist. c. vlt. 50. dist. ex pœnitenti bus. 81. dist. si quis sine examinatione. & c. si quis episcopus. Si ergo quis sponte confitetur crimen commissum post ordinationem, ad tempus debet suspendi ad agendam pœnitentiam: sed postea restituitur ex dispensatione, vt ℨ. ea. c. 2. " Si quæras quæ crimina inducunt depositionem, dico quòd non est à canone expressum. videmus enim quòd quædam non inducunt: nam clericus tumultum faciens in synodo, non deponitur, vt 5. q. 4. in loco. Item qui cantat duas Missas sub vno canone, vt de consecr. dist. 2. relatum. Item si episcopus citatus non venit ad synodum. 18. dist. si quis autem. & c. decernimus. & tamen quodlibet tale est mortale. Similiter pro testimonio iuramento non deponitur aliquis, vt extr. de iureiur. sicut. Tradunt autem quidam pro regula, quòd omne crimen inducit depositionem: nisi specialiter à canone excipiatur. Alij dicunt quòd nullum crimen inducit depositionem, nisi specialiter à canone excipiatur [b]. & hæc opinio maiori æquitati innititur: quare tenenda est. Io. Sed hæc materia est hodie determinata extra de temp. ordi. c. vlt. B. [c]

b idẽ tenet Ale. ðIm. ĩ l. fcimus. cir. pr. C. de iu. del. p tex. in §. cũ igitur. in aut. de ñ eli. sec. nub.

QVi admisit.] Casvs. Quidam presbyter in iudicio sponte cõfessus est fornicationem feciſſe ante suam ordinationem. quæsitum est in concilio Neocæsariensi quam pœnam debeat pati? Et respondet quòd si presbyter est confessus sponte, exe cutione sacerdotali carebit: sed in aliis officiis permanebit, si est vtilis. Si vero nõ est confessus vel conuictus, suo arbitrio relinquatur. Cetera vero peccata, grauiora, scilicet, vt dixerunt plurimi, inducunt depositionem. Vel *cetera peccata*, id est ceteri peccatores, qui cõuincuntur nolentes confiteri: debent deponi. Idem statuitur de diacono quod de sacerdote statutum est. Casum sequentis capituli inuenies 50. dist. hi qui.

c ¶ Si confessus fuerit.] sponte, nõ metu probationum.

d ¶*Offerat.*] id est, officiet, aliàs conficiat.

e ¶*Studij.*] quia studio se confessus est: vel quia vtilis est ecclesiæ: cum tali enim dispensatur, vt 50. di. stu deat.

f ¶*Cetera.*] id est, ceteros peccatores qui nolunt sponte confiteri. Vel dic proprie alia peccata à fornicatione. & sic est arg. quòd minus punitur aliqs propter fornicationem, quàm propter aliud crimẽ: hoc ideo, " quia pauci sine illo crimine inueniuntur, 56. dist. quia tua. & ad idem est argu. 82. dist. presbyter. 81. distin. si qui clerici. argu. contra. 33. dist. c. vlt.

g ¶*Potestas.*] confiten di [d] crimen: sed & si non vult non confiteri, relinquitur arbitrio

3 Dist. 52. hi, qui altario. Raba. l. pœ. c. 1. Bur. l. 19. c. 74. Iuo p. 15. c. 87.

4 Iuo p. 6. c. 425.

† *al. innocentia*

" Fornicationẽ pauci euitant.

d Subau. vel purgandi, si non est infamatus, sed si est, cogitur ad purgationẽ. ar. 2 q. 5. psbyter. secũdũ H. & L.

" Dignitas aggrauat peccatum.

Item ex concilio Toletano 9. c. 10.

¶Ex ministris ecclesię geniti, in seruitutem deuocentur eiusdem. C. III.

[4] CVm multæ super incontinentia † ordinis clericorum hactenus emanauerint sententiæ patrum, & nullatenus ipsorum reformari quiuerit correctio morũ, vsq; adeo sententiam iudicãtium protraxere commissa culparum, vt non tantum ferretur vltio in

suo, vt trigesimatertia distin. habuisse.

h ¶*A ministerio.*] diaconali: sed non subdiaconali.

i ¶*Hi qui.*] Hoc c. ponitur ℨ. dist. 50. hi qui. 2.

k ¶*Corruerint.*] Loquitur ergo de eo qui post ordinationem deliquit. "Sed nonne magis delinquit ille qui delinquit in dignitate, quàm qui extra dignitatem delinquit, vt quadragesima distin. homo Christianus. & 25. quæstio. 1. nulli? Resp. sic. sed ideo magis punitur, quia sciens se permisit ordinari. 50. distinctione, ex pœnitentibus.

l ¶ *In potestate.*] Si intelligas hoc cap. de clerico depositio, tunc est hic argument. quòd episcopus potest restituere clericum depositum. Si autem de suspenso, tunc patet quòd relinquitur arbitrio episcopi, an velit suspenso reddere officium suum. sed cum iste clericus ratione criminis non possit promoueri ad sublimiorem gradum: quomodo ergo potest ipsum restituere famæ: cum per pœnitentiam non tollatur infamia, vt 2. q. 3. §. hinc colligetur? Potest dici, quòd ex quo Papa dat potestatem dispensandi: ergo per consequens restituendi famæ.

m ¶*Iterato.*] argum. grauius puniri iteratum delictum, vt 25. q. 2. ita nos. extra de cohab. cler. clericos. & de hæret. ad abolendam. Ioan. de Fant.

Cvm multæ.] Casvs. Constitutiones multæ factæ fuerant, vt clerici in sacris ordinib. constituti viuerent cõtinenter: quod cum non facerent, statutum fuit in concilio Toletano, vt quicumque deinceps ab episcopo vsque ad subdiaconum ex detestando

#connu

Source : BIU Cujas

connubio liberæ vel ancillæ liberos procreauerit, canonica censura damnetur: filij vero eius in seruitutem ecclesiæ ad cuius ignominiam nati sunt, redigantur.

a ¶*Ex ancilla.*] Sed quare punitur Dominus ancillæ illius? Resp. in fauorem ecclesiæ: vel ideo quia ratione criminis illa facta est de suo foro.

b ¶*Ingenuæ.*] Specialis est iste casus, vbi filius conditionem matris liberę non sequitur, cõtra id quod est 32.q.4.liberi.

c ¶*Connubio.*] Ergo patet ꝙ loquitur de sacerdotibus, qui legitime ducunt vxores. tales enim grauius puniuntur, vt 32.di.eos. 81.dist.quidam. & 28. dist.presbyter. Quidquid tamen hic dicatur: cum ecclesia non sit isto iure vsa, perdit ius istud, sicut & illud, quòd possit exigere pœnam sacrilegij, vt 17.q.4.quisquis.

d ¶*Hæreditatem.*] scilicet paternã. "nam matri etiam succedit spurius filius: & testamẽtum matris potest dici inofficiosum, vt ff.de inof.test.si suspecti.§.1. Io. hodie spurij omni beneficio excludũtur, vt C.de na. lib.auth.licet.B.

auctores scelerum, verum & in progeniem damnatorum. Ideoque quilibet ab episcopo vsque ad subdiaconum deinceps, qui vel ex ancillæ [a], vel ex ingenuæ [b] detestando connubio [c] in honore constituti filios procreauerint, illi quidem, ex quibus geniti probabuntur, canonica censura damnentur. Proles autem aliena† pollutione nata, non solum hæreditatem [d] † numquam accipiet, sed etiam in seruitutẽ eius ecclesiæ, de cuius sacerdotis vel ministri ignominia nati sunt, iure perenni manebunt.

Item ex concilio Martini Papæ, c.35. [1]

¶Qui confitetur se ante ordinationem peccasse, non sacrificet: conuictus autem deponatur. C. IIII.

2 SI quis presbyter ante ordinationem peccauerit, & post ordinationem confessus fuerit, quòd ante peccauerit, non offerat, sed tantum pro religione nomen [e] presbyteri portet. Si autem non ipse confessus, sed ab alio publice fuerit conuictus, ne hoc ipsum habeat, vt nomen presbyteri portet. Similiter & de diaconis obseruandum est, vt si ipsi confessi fuerint, ordinem subdiaconi accipiant†.

Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum, c.71.

¶De manu sacerdotis, qui ab ecclesia toleratur, licite sacramenta sumuntur. C. V.

3 SCiscitantibus [f] vobis, si à sacerdote, qui siue deprehensus in adulterio, siue de hoc sola fama respersus est, debeatis communionem suscipere, nec ne, respondemus. Non potest aliquis, quantumcumque pollutus sit, sacramenta diuina polluere, quæ purgatoria cunctarum contagionum existunt: nec potest solis radius per cloacas, & latrinas transiens aliquid exinde contaminationis attrahere. Proinde qualiscumque sacerdos sit, quæ sancta sunt coinquinare non potest. Idcirco ab eo, vsquequo iudicio episcoporum reprobetur, communio percipienda est: quoniam mali bona administrando se tantum modo lædunt: & cerea [A] fax accensa sibi quidem detrimentum præstat, aliis vero lumen in tenebris administrat: & vnde aliis commodum exhibet, inde sibi dispendium præbet. Sumite ergo intrepidi ab omni sacerdote Christi mysteria†: quia omnia fide† Christi [g] purgantur. Fides est enim, quæ hunc mundum [h] vincit: & quia, non dantis †, sed accipientis [i] fit, dicente beato Hieronymo [B]. [4] Ad credendum in anima omni baptismus est perfectus: & in omni sacerdote corpus Christi est perfectum.] ¶Qui rursus sacræ scripturæ concordans ait [Priusquàm audias, ne iudicaueris quemquam:] atque ante probationem accusationis illatæ neminem à tua communione suspendas: quia non statim, qui accusatur [k], reus est, sed qui conuincitur, criminosus.

f ¶*Sciscitantibus.*] ℨ. dist.32.nullus. contra. Io. sed ibi loquitur de crimine quod est notorium per sententiam [a], ꝙ falsum est, vt ext.de coha.cle.vestra.& c.seq.& c.vlti. vbi dicitur ꝙ sufficit si est notorium rei euidentia. B. "Sed non ne eo ipso quòd quis comprehensus est in adulterio, infamis est, licet nondum sit damnatus, vt ff.de ri.nup. palam? Resp. talis infamia non sufficit ad hoc vt abstinendum sit à sacramentis suis nisi infametur per sententiam, vt dixi 32.di. §. verum. requiritur enim quòd sit deprehensus & conuictus, extr.de iud.cum non ab homine. tamen bene concedo, quòd omnis sacerdos in mortali existẽs est suspensus quoad se, vt 1.q.1. sacerdotes. sed non quoad alios: nisi sit præcisus, vel nisi sit notorius fornicator, vel simoniacus, vt 32. dist.§.verum.

g ¶*In fide Christi.*] id est, per fidem Christi.

h ¶ *Mundum.*] id est, amorẽ & delectationem mundanorum.

i ¶ *Sed accipientis.*] i. recipitur secũdũ meritũ recipiẽtis: sed nõ secundũ meritũ dãtis. de cõsecr.di.2.vtrum.

k ¶ *Accusatur.*] Si.8.q.4.nõne.35.q.6. multorũ. & 11.q.3.eorũ. ext. vt li.pẽ.laudabilẽ. Io.

a Hic arg. đ occulto vel aliàs manifesto, secundùm H.

†*al. ministeria*

†*al. in fide*

† *al. dantis meritum*

Act.15.

1.Ioan.5.

4 in epist. de 7.gradibus. tomo 4.

" infamis ne est in adulterio deprehensus. Eccl.11.

A ¶Et cerea.] *Antea legebatur, &c. Restitutum est ex originali, ex quo alia etiam sunt emendata, & addita.*

B ¶Hieronymo.] *Est in epistola de septem gradibus, quemadmodũ & quod sequitur:* priusquam audias, *&c. est ibidem superius.*

CAVSA XVI.

QVidam abbas habebat parochialem ecclesiam: instituit ibi monachum, vt officium celebraret populo: possedit eam per quadraginta annos sine aliqua interpellatione: tandem querela aduersus abbatem mouetur à clericis baptismalis ecclesię, in cuius diœcesi parochiana ecclesia illa consistebat.

1 *Hic primum quæritur, vtrum monachis liceat populis officia celebrare, pœnitentiam dare, & baptizare.*

2 *Secundo, si contigerit eos capellam habere episcopali beneficio, an ab eis sint instituendæ, an ab episcopis.*

3 *Tertio, an iura ecclesiarum præscriptione tollantur.*

4 *Quarto, si ecclesia aduersus ecclesiam præscribat, an etiam monasterium aduersus ecclesiam præscribere possit.*

5 *Quinto, si capellam in suo territorio ædificatam iure territorij sibi vendicare valeat.*

6 *Sexto, si archipresbyter, vel episcopus sua auctoritate, non iudiciaria sententia capellam illam irrepserit, an cadat à causa: vt ecclesia, cui præsidet, non vltra habeat ius requirendi, quod suus pastor illicite vsurpauit.*

7 *Septimo quæritur, si laici capellam illam tenebant (vt quibusdam moris est) & in manibus abbatis eam refutauerint, & ordinandam tradiderint, an consensu episcopi, & clericorum abbas possit eam tenere.*

QVidam abbas.] CASVS. Magister hactenus de statu ecclesiarũ egit & sæcularium clericorum. Sed quia religione monachorum multum decoratur status ecclesiarũ, ideo in sex sequentibus causis tractat de statu monasteriorum & monachorum. In hac ergo prima causa agit de officio monachorum, ostendẽs an valeant officia celebrare, & eorum capellæ debeãt per eos institui. Annectit etiã generaliter de præscriptione tam ecclesiarum, quã monasteriorum, & quòd nullus auctoritate suã rẽ, quã ad se credit pertinere, valeat vsurpare. Addit ẽt ꝙ laici nullã habẽt in ecclesiis potestatẽ. Et vt hoc & alia multa meli⁹ faciat, præmittit thema, de quo septẽ elicit qões.

Casus thematis planus est.

Quòd

1 Spuri⁹ succedit matri. 1 in capitul. Marti. Brac. Ex cõc. Neocæsarien. c. 9. & 10.

2 Bur. l.2.c.48. Iuo p.6. c.149. Pan. l.3.c.150.

I quis presbyter.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ si quis presbyter confessus fuerit sponte ante ordinationem fecisse fornicationem, non habebit executionem sacerdotij, quia non celebrabit: sed tãtum nomen sacerdotis habebit. Si autem non fuerit sponte confessus, sed ab alio conuictus: tunc nec nomen sacerdotis habebit. idem est de diacono, quod dictum est de sacerdote.

† *al. retineant*

e ¶*Nomen.*] Si quæris quid ei valeat retineri nomen presbyteri? Dico ꝙ in omnibus retinet priuilegium presbyteri in loco subscriptionis, & in aliis: præter hoc solũ ꝙ non potest Missam celebrare, vt ℨ. ea.q.7. Felix.

3 Ext. đ coh. cler. & mul. c. vestra duxit. Iuo p.2. c.83. Pan. l.5 c.13.

Sciscitãtibus.] CASVS. Bulgari quæ fuerunt à Nicolao, vtrum à sacerdote in adulterio deprehenso, vel tantum de hoc infamato debeamus communionem recipere? Et respondet ꝙ sic: quousque episcoporum iudicio reprobetur: quia nõ potest aliquis quantumcumque pollutus diuina polluere sacramenta. Et ꝙ recipere debeamus, tribus rationibus probat. Prima est, quia sicut cereus accensus seipsum consumit, aliis vero lumẽ præbet: sic presbyter peccando nocet sibi, aliis vero ex officio

Source : BIU Cujas

Vod monachi.] Hæc quæst. diuiditur in 7. partes: in quarū prima probat, quòd monachi debent esse in monasterio, & flere sua & aliorum peccata. Secunda ibi, *Quod vero.* Tertia ibi, *His autem omnibus.* Quarta ibi, *De his vero.* Quinta ibi, *Quod autem.* Sexta ibi, *Ius ergo.* Septima ibi, *Quàm vero.* Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur prima quæstio, qua quæritur, vtrum liceat monachis officia celebrare populis? Et respondetur ꝙ in monasteriis suis possunt celebrare, vt j. 18. q. 2. & j. ead. placuit. & in capellis monasterij pleno iure possessis, vt j. e. q. 2. vis. similiter si committitur eis regimen parochialium ecclesiarum, vt j. ea. in parochia. de licentia tamen abbatis, vt 5. 58. dist. c. 1. & 2. olim tamen non eligebantur in sæcularibus ecclesiis nisi propter necessitatatem, vt 55. di. priscis. Sed hodie vtilitate tantum inspecta eliguntur, vt j. ea. cum pro vtilitate. & si eliguntur, soli morari non debent, vt in concilio Lateranen. de statu monachorū. monachi. Et credo ꝙ iure communi possunt eligi, si socios secum habeant monachos. Et procedit hoc ordine Grat. Primo probat, ꝙ monachis non licet populo officia celebrare. vsque ad §. *His ita.* Postea allegat pro contraria parte respōdendo allegatis. B.

1 Anſ. l. 5. c. 66. & l. 6. c. 214. Pol. l. 4. tit. 34.

a ¶ *Quòd monachi.*] De hac materia canones varie loquuntur.

QVÆSTIO I.

1 ps

Vòd monachi [a] *officia populis celebrare non possint, multis auctoritatibus probatur: quarum prima est illa sanctę Nicenæ synodi, qua dicitur.*

¶ *Caput hoc neque in primâ Nicæna synodo, neque in secunda hodie habetur. Est aliquid simile in canonibus* Nicænis *versis ex Arabico, can. 76.*

¶ Monachorum conuersatio ab omnibus debet esse discreta. C. I.

j [f] PLacuit [b] omnibus residentibus in sancta Nicæna synodo, vt monachorum conuersatio, & vita secundum etymologiam nominis ab omnibus discrepet. Monachus enim græce, latine singularis dicitur. Vnde monachum per omnia singulariter [c] agere oportet. Quamobrem firmiter, & insolubiliter omnes præcipimus, vt aliquis monachus pœnitētiam nemini tribuat, nisi sibi inuicem, vt iustum est, mortuum non sepeliat [d], nisi monachum [e] in monasterio secum commorantium: vel si fortuitu quemquam aduenientium fratrum ibi mori contigerit.

Item Gregorius Ioanni Rauennati episcopo, lib. 4. epist. 1.

¶ Monasterij districtionem, & ecclesiastici ministerium quilibet simul tenere non potest. C. II.

i ¶ *Ecclesias.*] hæc est 7. quæst. scilicet an abbas possit retinere ecclesiam quam accepit de manu laici interueniente postmodum consensu episcopi? Et dic quòd sic, vt j. ead. nullus. & capit. decimas. Et extendit eam magister etiam ad decimas, & omnes res ecclesiasticas, & in hunc modum eam tractat. " Primo ostendit quòd laici " Laici ecclesias, aut ecclesias vel decimas, nec etiam episcoporum auctoritate habere, vel possidere possunt: ergo nec alicui eas conferre possunt: si tamen post consensus episcopi interueniat, tenet donatio j. ead. §. sicut ergo. & ca. decimas. ius autem patronatus etiam sine auctoritate ipsius conferre possunt loco religioso. extra de iure patron. illud. & c. consultationibus. Ostendit postea Gratianus [c] quid iuris in ecclesiis ab eis fundatis laici sibi valeant vendicare. Dic ergo quòd qui ecclesiam consequitur à laico, ipso iure suspensus est. Ar. infra eadem. decimas. & cap. constitutiones. & capitu. si quis deinceps. nisi auctoritate Papæ habeat laicus inuestituras, sicut rex Apuliæ: tunc potest dare cui vult præter auctoritatem episcopi. j. ead. nemini. decimashr̄e nō possunt.

c sc. j. ead. c. pia mentis. cum c. seq.

k ¶ *Laicorum.*] ꝫ. 63. dist. Hadrianus. 2. contra. sed illud c. abrogatum est, vt dist. ea. §. verum. Ioan.

Decimas

Source : BIU Cujas

Decimas.] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas par. In 1. par. dicitur, ꝙ laici decimas possidere non possunt, & si receptas à quibuscumque personis ecclesiæ cui competunt, non reddiderint, pœnam æternæ damnationis incurrent: & quòd clerici tantum decimas & primitias habere debeant, probatur auctoritate prophetæ dicentis. Inferte, &c. In 2. par. dicitur, quòd decimæ debẽt esse in potestate episcopi, ita vt omnib. clericis fideliter distribuat: nec quicquam alicui personæ exhibeat: ne alij propter hoc scrupuloso corde moueãtur, vel possint pati detrimentum. *In horreum*, ideſt, ecclesiam. Secunda pars incipit ibi, H*as vero.*

1 Pol. l. 3. tit. 11. Ans. l. 5. ca. 55. Pann. l. 8. c. 145.

« Laici an possint sine peccato decimas percipere.

a ¶ Q*uas.*] "videtur ergo ex hoc c. & ext. de deci. c. quamuis. & c. prohibemus. & extr. de præscr. causam. ꝙ laici peccant si decimas possideant. H. dicit ꝙ episcopus bene potest conferre laico decimas, sicut etiam posset pignori supponere vel vendere, vt ext. de pig. c. 1. sed ius spirituale non potest conferre. Alij vero dicunt, ꝙ quocumque modo accipiunt, peccant, per prædicta ca. & ext. de deci. ad hęc. quia etiam fructibus vti prohibẽtur: vt 10. q. 1. hanc consuetudinem. Ego credo quòd temporalia nõ potest habere laic⁹ iure feudi, vt ad heredes descendant, ext. de deci. ad hæc. quia ius spirituale quod residet apud ecclesiam, sine tẽporali consistere non potest, sicut corpus sine anima, vt 1. qu. 3. si quis. Item quia inutile esset illud ius ecclesiæ, vt dicit lex de vsu fru. vt inst. de vsufr. §. 2. Nec obst. extr. de iis quæ fi. à præl. cum Apostolica. quia ibi potius factum quàm ius tangitur. ext. de app. ad pœnitentiam.

2 Deusd. li. 3. Mal. 3.

b ¶ *In horreum.*] Arg. quòd nõ solum dare, sed etiam ad domum deferre decimam debent: arg. 3. ea. q. 1. reuertimini.

3 in collect. 1. c. de cap. mona.

c ¶ *Sub manu episcopi.*] 3. e. q. nemini. contra. sed ibi de iure patronatus agitur, quod laicus potest dare, & ab eo recipi. 3. dist. 32. præter. 3. 10. q. 1. decretum est.

d ¶ *Honorabilius.*] 3. e. q. 1. ad hoc. Contra. 3. 73. dist. consuluit. 3. 1. q. 2. c. vlt. 3. 12. q. 2. Vulteranæ. in illis omnibus dicitur, quòd secundum merita personarum potest res ecclesiasticas diuidere. Sol. hoc c. loquitur de illis clericis, quorum præbendæ non sunt distinctæ. Vel dico quòd loquitur de decimis & oblationibus, quæ æqualiter sunt diuidendæ. "

"reditus eorũ q sunt in eadẽ ecclesia, debent esse pares.

pares reditus omnium qui sunt in eadem ecclesia quoad præbendam, vt extra de constit. cum omnes. & c. cum M. & extr. de præb. relatum. sed secundum Apostolum vnus non debet esurire, & alius ebrius esse: & quorumdam remissio aliis non debet esse tribulatio, vt 25. q. 1. §. his ita. in fi. sicut iniquum est inter socios, ꝙ vnus consequatur plus quàm alter, vt ff. pro so. verum. §. si cum tres. Vel dic quòd non negatur hic quin secundum merita personarum possit diuidere res: sed secundum carnalem affectum non debet eos diuidere. Ioannes.

Vnde Gregorius VII. ait in concilio Lateranensi, c. 7. lib. 6. regesti.

¶ Decimæ à laicis non possideantur. C. I.

1 Decimas, quas a in vsum pietatis concessas esse canonica auctoritas demonstrat, à laicis possideri Apostolica auctoritate prohibemus. Siue enim ab episcopis, vel regibus, vel quibuslibet personis eas acceperint, nisi ecclesiæ reddiderint, sciant se sacrilegij crimen committere, & ęternæ damnationis periculum incurrere. 2 Oportet autem congruentius, nos decimas, & primitias, quas iure sacerdotum esse sancimus, ab omni populo accipere: quas fideles Domino præcipiente offerunt, iuxta illud vaticinium Malachiæ prophetæ. [Inferte omnem decimationẽ in horreum b meum, vt sit cibus in domo mea.] ¶ Has vero decimas sub manu episcopi c fore censemus: vt ille, qui ceteris præest, omnibus iuste distribuat, nec cuiquam personæ honorabilius d exhibeat, vnde alij scrupuloso corde moueantur: sed sint omnia communia: quia inhonestum videtur, vt alij sacerdotes habeant, alij vero detrimentum patiãtur, sed sicut vna est fides catholica, ita necesse est, vt ille, qui prouisor est loci, quãuis multæ e sint ecclesiæ, omnibus f tamen fideliter distribuat.

¶ *Est canon septimus concilij à Gregorio VII. Romæ in Laterano habiti anno Domini* 1078. *quod habetur lib. 6. regesti eiusdem Gregorij. Eumdem canonem repetiuit Innocentius II. in concilio à se Romæ habito, cap. 9. Vtrumque cõcilium extat in bibliotheca Vaticana.*

a ¶ Oportet autem.] *Quæ sequuntur vsque ad finem, in neutro concilio, neque in Polycarpo, aut Pannormia, neque apud Anselmum habentur.*

Vnde Vrbanus II.

¶ De eodem. PALEA. C. II.

3 Congregato apud Claramõtensem vrbem multorum episcoporum synodali conuentu, proposita nobis est à quibusdam eorum quæstio de ecclesiis, vel de ecclesiasticis possessionibus à clericis, vel monachis, vsque in præsentiarum, inconsultis episcopis, acquisitis. Nos autem vli saniori cõsilio eorumdem episcoporum, conde scendentes pro tempore, prouidentesque ecclesiasticæ paci, vel quia aliter absque ineuitabilis scandali periculo huiusmodi quæstio non poterat procedere: Apostolica auctoritate decreuimus, vt ea, quæ à clericis, vel monachis, vel à quibuscumque personis, prout potuerint, vsque hodie fuerint acquisita, rata perẽniter, & inconcussa permaneant, hoc tamẽ tenore, ne in posterum inconsultis episcopis talia præsumant.

¶ *Caput hoc in conciliis Vrbani non est inuentum. Habetur autem in prima collectione Decretalium Bernardi Papiensis, titul. de capellis monachorum, ex eodem Vrbano citatum.*

Item Gregorius VII.

¶ De eodem. C. III.

4 Peruenit ad nos fama sinistra, quòd quidam episcoporum non sacerdotibus propriæ diœcesis, decimas, atque Christianorum oblationes conferant, sed potius laicalibus personis, militum videlicet, siue seruitorum, vel (quod grauius est) etiam consanguineis. Vnde si quis amodo episcopus inuentus fuerit huius diuini præcepti transgressor, inter maximos hæreticos, & antichristos non minimus habeatur. Et sicut Nicæna synodus de simoniacis censuit, & qui dat episcopus, & qui recipiunt ab eo laici, siue pretio, siue beneficio, æterni incendij ignibus deputentur.

¶ *In vulgatis codicibus huic capiti erat præpositum nomen Paleæ: sed habetur in omnibus manuscriptis. Refertur autem plane eisdem verbis* 1. q. 3. *peruenit. & de eo ibi notatum est. In Polycarpo est longe copiosius, & citatur ex concilio Africano.*

Item Ambrosius in sermone Quadragesimæ, cuius initium [*Ecce nunc tempus.*]

¶ Fideliter decimas dat, qui omnium suorum decimas soluit. C. IIII.

Qvicumque recognouerit † in se, quòd fideliter non dederit decimas suas, modo emẽdet, quod minus fecit. g Quid est fideliter decimas dare? nisi vt nec peius, nec minus aliquando Deo offerat aut de grano suo, aut de vino suo, aut de fructibus arborum, aut de pecoribus, aut de horto, aut de negotio h, e ¶ *Multa.*] quoad mẽbra: quia ipsa ecclesia est vna, vt 7. q. 1. Nouatianus. 24. q. 1. loqtur. f ¶ *Omnibus.*] arg. pro capellis vt communicentur eis decimæ, vt 70. di. sanctorum. 3. e. q. 1. c. decimas. 3. 12. q. 1. videntes.

Peruenit.] Casvs. Quidam episcopi decimas & oblationes non dabant sacerdotib. sed potius militibus, vel seruitorib. vel consanguineis: quod cum significatum fuisset Gregorio, statuit vt episcopus qui talia fecerit, inter maximos hæreticos, & antichristos computaretur: & episcopus dator & laicus receptor deputẽtur pœnis æternis.

Qvicumque.] Casvs. Statuitur in hoc ca. quòd si quis cognouerit se decimas non fideliter psoluisse, modo soluat ad plenum, scilicet de omnibus fructibus & fœtibus, & de negotio, & etiam de venatione sua. 45. 1. q. 3. peruenit. Poly. lib. 3. tit. 11.

g ¶ *Quod minus fecit.*] sed pone quòd aliquis diu non soluit decimas: nec modo possit soluere nisi venderet omnia quæ habet: nunquid tenetur ea vendere? Sic, sed ecclesia debet ei dimittere vnde viuat: cum hoc idem esset ei datura. "res enim ecclesiæ omnib. sunt communicandæ. arg. 3. ead. qu. 1. quoniam quidquid. nec enim ita auare sunt omnia extorquenda: quia habenda est eius ratio, ne egeat. arg. ff. de re iudi. inter. §. vlt. Item patet hic quòd sicut laicus non potest præscribere in decimis, " sic nec in quantitate decimarum: licet sit argu. contra. extra de deci. in aliquibus. vbi dicitur quòd decimæ quędam ex longa cõsuetudine debentur: sed illud potest intelligi secundum decre. extra e. ad Apostolicę. Vel loquitur de decimis personalibus, quæ reddi debent ecclesiæ, in qua recipit sacramentum. sed certe istæ & illæ similiter lege diuina debentur a, vt 23. quæst. 5. dicat. Et not. quòd licet non currat præscriptio in quantitate decimæ, tamen currit in quantitate cathedratici b, vt extra de cens. olim. quod mirum videtur: cum clericus possit præscribere in decimis, & non in cathedratico c. cum cathedraticum non possit episcopus à se abdicare, vt extra de donat. pastoralis.

"Res ecclesię oĩb. sunt cõicandæ.

"Decimarũ quantitati vtrũ possit præscribi.

† *al. recognouit*

a Hoc vī *Intenere.* qđ dic vt plene no. de deci. super rub.

b quãtitate. idẽ Car. Flo. in cle. 1. col. 2. de iu. pa.

c Arg. cõtra 13. q. 2. in pr.

h ¶ *De negotio.*] de hoc dixi 3. e. q. 1. c. reuertimini.

a ¶ *Aut*

Source : BIU Cujas

aut de ipsa [a] venatione sua.

¶*In sermonib. sæpe citatis, qui* B. *Ambrosio in scripti in bibliotheca Vaticana,& monasterij Mediolanensis seruantur, sermone primo de Quadragesima habetur hoc capitulum.*

Item ex concilio Rothomagensi.

¶Excommunicentur, qui sacerdotibus decimas dare nolunt. C. V.

[1] OMnes decimę terrę siue de frugibus, siue de pomis arborum, Domini sunt, & illi sancti ficantur [b] boues$_A$†, & oues, & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt: quicquid decimum venerit, sanctificabitur Domino. Non eligetur nec bonum, nec malum, nec altero commutabitur. Si quis mutauerit, & quod† mutatum est, & pro quo mutatum est, sanctificabitur. Domino, & non redimetur.] Sed quia modo multi inueniuntur decimas dare nolentes, statuimus, vt secundum Domini nostri præceptum admoneãtur [c] semel, & secundo, & tertio. Qui si non emendauerint, anathematis vinculo feriantur vsque ad satisfactionem, & emendationem congruam.

¶*Hic etiam auctoritate veterum codicum in ductum est nomen Paleæ.*

A ¶Boues.]*Hæc vsque ad ver.* sed quia. *in aliquot vetustis codicibus non habentur. Sunt tamen etiam apud ceteros collectores.*

Item ex concilio Moguntinensi.

¶Veterum exemplo decimæ soluantur. C. VI.

[2] DEcimas Deo, & sacerdotibus Dei dandas, Abraam [d] factis, & Iacob [e] promissis insinuat: deinde lex statuit, & omnes sancti doctores commemorant.

Non autem decimæ sunt redimendæ à populo si aliter dare eas noluerint.

Vnde in eodem concilio legitur.[3]

¶Decimæ non sunt à populo redimendæ. C. VII.

[4] DEcimas [f], quas populꝰ dare non vult, nisi quolibet munere ab eo redimantur, ab episcopis prohibendum est ne fiat [g].

¶*Burchardus, & Iuo citant ex cõcilio Mediomatricis. Habetur in capitularib. li. 5. c. 46. & in legibus Longobardicis lib. 3. tit. de decimis.*

Item Aug. lib. 50 homiliarum, hom. 48.

¶Quia decimæ Deo non redduntur, indictio fisci accessit. C. VIII.

MAiores nostri ideo copiis omnibus abundabant [h], qa Deo decimas dabant, & Cæsari [i] censum reddebant. Modo autem, quia discessit deuotio Dei, accessit indictio fisci. Noluimus partiri [k] cum Deo decimas: modo autem totum tollitur. Hoc tollit fiscus, quod non accipit Christus.

Item Origenes hom. 15. *ad c.* 21. *Matthæi.*

¶Columbas vendit, qui ecclesiam indisciplinatis committit. C. IX.

ET hoc diximus secũdum sim plicem intellectum. Iuxta moralem autem talia dicemus: & primum quidem de templo, de quo per prophetam dixit Deus [Domus mea, domus orationis vocabitur.] Ergo secundum corporalẽ circuncisionem carnis, & secundũ corporales legis festiuitates, & sacrificia cõsequenter & templum Dei æstimabatur, quod ex lapidibus insensatis erat constructum, primum quidem à Salomone [l], deinde reparatũ ab Esdra [m], postea vero post Christi aduentum à Romanis [n] destructum: & illa æstimabatur domus orationis: qua destructa [o] necesse est, vt Iudæi quasi non iam habentes domum orationis, iam non habeant priuilegium speculationis [p] Dei, nec possint secundum legem [q] Deo seruire. ¶Hoc ergo facto omnia Christus eiecit [r] in mysterio spiritualium actuum suorum, & tũc visibiliter fecit, quod semper inuisibiliter agit, eiiciens vendentes, & emẽtes de templo, & mensas nummulariorum euertens, & cathedras vendentium columbas ad correptionem populi: vt non pro$_A$ mundanis festiuitates [s] in nomine Dei celebrent, nec emptionibus, & venditionibus vacent in loco non competenti, in quo non debent emere, & vendere: sed orationibus vacare, qui congregantur quasi in domo orationis. ¶Nunc autem arbitror templum Dei ex lapidibus viuis constructum, esse ecclesiam Christi. Sunt autem multi in ea, non, sicut decet, viuentes spiritaliter, sed secundum carnem militantes: qui & domum orationis de lapidibus viuis constructam faciunt speluncam esse latronum actibus suis, non ecclesia Dei dignis, ritualium actuum: ne scilicet populus cum debebat facere festiuitates ad honorem Dei, & orationib. vacare, intenderet mundanis negotiationibus. In 3. part. ostendit quòd iuxta tropologiam templum Dei dicitur ecclesia, vel congregatio fidelium, vbi vendentes & ementes sunt mali prælati, qui spiritualia pro pecunia donant, & ostendit quòd Christus dolet de peccatis eorum: & hoc probat duabus auctoritatib. scilicet Oseę, & Euangelij. In 4. part. ostendit, quòd per venditores colũbarum intelligũtur prælati qui ordinant indignos & irreligiosos episcopos vel presbyteros ad prælaturam ecclesiarum, qui Deo nesciũt reuerentiam exhibere. quod probat auctoritate Hieremiæ. *Secundum simplicem,* id est, litteralem. Pro mundanis, negotiationib. Secunda pars incipit ibi, *Hoc ergo facto.* Tertia ibi, *Nunc autem arbitros.* Quarta ibi, *Et arbitror conuenire.* Esa. 56. Matth. 21.

ET HOC DIXIMVS. Casvs. Ponit Origenes auctoritatem illam: Intrauit Iesus in templum eiiciens vendentes, &c. dupliciter eam exponens ad litteram, vsque ad locum illum, *nunc autem.* deinde moraliter vsque in finem. Sic ergo ordina litteram, incipe ibi, *Et primum.* Et cum veneris ad illum locum *nunc autem.* repetas principium, & hoc diximus secundum simplicem intellectum. Iuxta moralem autem alia dicemus.

1 ¶ *Salomone.*] j. de conse. dist. 1. c. 1.

m ¶*Ab Esdra.*] reuerso à captiuitate Babylonica, quia Nabuchodonosor destruxerat templum.

n ¶*A Romanis.*] idest, à Tito & Vespasiano. 23. q. 5. §. hinc. 76. dist. ieiunium.

o ¶*Destructa.*] argu. quòd ecclesia destructa, non remanet locus priuilegiatus. ar. ad hoc extra de verb. signifi. abbate. in fin. s. ead. quæstio. prima. generaliter. Argumẽtum contra 19. quæst. 3. quæ semel. ff. de contrahen. emp. l. ædem. Sed dicimus hoc verum esse cum superioris auctoritate ecclesia destruitur. arg. contra, de consecrat. distinctio. prima. placuit.

p ¶*Speculationis.*] id est, cognitionis & cultur æ vnius Dei, sicut olim dictum est [b]. Notus in Iudæa Deus, &c. nam modo vbique colitur.

q ¶*Secundum legem.*] eam sequendo ad litteram, quo ad cæremonialia. vt extra de constit. translato.

r ¶*Eiecit.*] idest ostendit officia turpia & immunda esse eiicienda.

s ¶*Festiuitates.*] non ideo reprehenduntur, quia ad festiuitates veniunt, sed quia non diuinis insistunt officiis, sed turpibus cãtilenis. de conse. dist. 3. c. 2.

b idẽ dt L. cuius fuit hęc gl. & idẽ Io. de Fan.

1 Burc. l. 3. c. 130. Iuo p. 3. c. 196. Pann. l. 2. c. 58. Leuit. 27. †*omnium decimarum boues, & ouis, &c.*] orig.

†*al. & quod mutat, & quod mutatum est.*

2 Burc. l. 3. c. 133. Iuo p. 3. c. 199. Pann. l. 2. c. 60.

3 lib. 5. capit. c. 46. & i leg. Longobar. l. 3. titul. de decim.

4 Burc. l. 3. c. 134. Iuo p. 3. c. 200. Pan. l. 2. c. 62.

a Non quia ibi laicus ñ dẽat priuari iure suo, & res iã consecrata poterat ipsi laico reddi. A.

" ius spirituale an possit redimi.

Aiores.] ¶*Abundabant.*] s. e. q. 1. decimę. ¶*Cæsari.*] s. 11. qu. 1. si tributum. j. 23. q. 8. cõuenior.

k ¶*Partiri.*] i. decimã partem dare, & ita aliud est partiri, & aliud partem dare. ff. d vsufr. etiam partis. ff. de ver. sig. l. nomen. §. portionis.

ET *hoc diximus.*] Casvs. Hoc c. diuiditur in quattuor partes. In 1. par. exponit Origenes litteram illam Euangelij, Intrauit Iesus in templum, & eiecit omnes vendentes & ementes de templo. & ostendit quòd templum dictum est illud quod fecit Salomon de lapidibus insensatis, de quo visibiliter eiecit Iesus vendentes & ementes: quia fecerunt ipsum domum negotiationis, & speluncam latronum. In 2. par. dicitur, quòd Dominus hoc fecit in figuram spi

Source : BIU Cujas

a ¶ *Pietatem.*]s.3.q.5.accusatores.
b ¶*Quæ vtilitas.*]cum videt,ꝙ non potest proficere in eis,dicit,qua re fundo sanguinem meum?vnde dicit,in sanguine meo effuso propter peccata redimenda.
c ¶*Dum descendo.*] per eos in corruptionem,i.si iterum corrumpitur ecclesia.nec enim dabis sanctum tuum, i. Christũ videre corruptionem,s.quãtum ad membra,quia omnes corrumpuntur & inficiuntur peccatis. Vel in corruptionem, i.putrefactionẽ, s.corporis, vt detineretur in morte sicut ceteri. q.d. nulla, si hoc est: quia nulli annuntiabor:nullum lucrabor.
c¶*Dum descendo.*]per varios gradus tormẽtorum, s.vulnerationem,verberationem, Psal.29. & colaphizationem.
d ¶*Per Oseæ.*] in li.12. prophetarũ, quorum primus est Oseę,nam †*Michæam*] hoc in Michæa, ca.7. orig. & est dicitur. Mich.7.
e¶*Factus.*]i.pauper & inops,paucos acquirens, scilicet ad modum istorum qui pauca colligunt. †*al.sit botrio*]orig.
f ¶*Si cognouisses.*] supple fleres, vel conuer a Sub.sicut alij supplẽt cõuersa,&c sa[a] esses ad fidem per prædicationem.& est ibi defectus locutionis.Et est argu.ꝙ nec testes, nec instrumenta vitiantur propter defectum locutionis. Luc.19. s.1.q.3. saluator. & ff. de hær.inst.l.1.in fin.
g ¶*Qui tradunt.*]non ergo tantum simoniacis.& est ar.ꝙ vbi cõmunis est causa, non refert cuius nomẽ exprimatur.C.de diuer. rescrip.l.1. arg.61.dist. miramur[b].auctoritas enim præmissa tantũ de simoniaco loquitur, sed hic extendit eam etiã ad alios.Io. b Ad idem ext.de app. c.pen.C.de nat.lib.aut. si quis.
h ¶*Auaris.*] s.dist.85. Florentinum.
CVM ERGO. Casvs.Concludit Grat. ex supradictis dicens, ꝙ cum ecclesiæ & oblationes sint in potestate episcoporũ, tantum de manu eorum sunt recipiẽdæ. quod probat per seq.c, quorum primũ planũ est. Matth.23.
i ¶*Omnes.*]¶*Potestate.*]s.di.61. obitum.s.10.q.1.ca.3. s.ea.q.5.c.1.&2.s.9.q. 3.c.3.s.e.q.1.qui vere. s.10.q.2.episcopus.nisi in aliquo speciali priuilegio ab eius iurisdictione sint exemptę.ext.de priui.cum & plantare. Hier.4. †. *decenti*] orig.
Nvllus.] Casvs. Dicitur in hoc c.ꝙ nullus clericus in quacumque dignitate constitutus debet tribuere curam animarũ, vel præbendas alicui sine auctoritate episcopi:cum ista in episcopi potestate cõsistant:& si quis contra fecerit,debet excõmunicari.
k ¶*Archipresbyter.*]Extra de off.Archi.cum satis.arg.dist.63.si in plebibus. Arg.contra.25.dist.c.1. Istud c.multum facit contra archidiaconum.Sed illi qui dicũt quòd archidiaconus vel alij prelati ex officio suo possunt dare præbendas,&c. intelligunt hoc sine licentia generali. "Archidiaconus an possit instituere. "Qui dicunt contra.per hoc c.intelligunt illud,si in plebibus.de speciali licentia : quando,scilicet episcopus specialiter ei concedit vt aliquem instituat. de concess.præb. constitutus, hoc enim delegari potest,vt ext.de præb.cum secũdum. nisi hoc habeat ex generali consuetudine vel speciali.dum esset præscripta.arg.tamen pro eis ext.de elec.cum in cunctis.ext.de off.del.super eo.Sed illud c,si in plebibus,intelligitur de custodia,vt ext.de app.bonæ,

ad malefaciendum, bene autem facere nesciunt,]

10 a ¶Pro mundanis.]*Apud Origenem legitur,* vt non pro mundi festiuitatibus in nomine Dei emptionibus,& venditionibus vacent. *Et hoc quidem propter glossam mutatum non est:multæ vero aliæ partim ex originali, partim ex vetustis codicibus sunt & emendata,& locupletata.*

20 *Cum ergo ecclesiæ, & oblationes earum non consistant,nisi in potestate episcoporum, patet profecto,quòd non sunt ab alio recipiendæ,quàm de manu eorum.*

Vnde in Aurelianensi concilio 1.ca.19. statutum est.

¶Omnes basilicæ ad eum pertinent episcopum,in cuius territorio positæ sunt. C. X.

1 OMnes basilicæ,quæ per diuersa loca cõstructæ sunt, vel quotidię cõstruuntur, placuit secundum priorum canonum regulam,vt in eius episcopi potestate [i] consistant, in cuius territorio positæ sunt.

Item Calixtus†Papa.

¶Archidiaconus,archipresbyter,præpositus,vel decanus,nec officia,nec beneficia ecclesiastica sine consensu episcopi tribuat.

C. XI.

NVllus omnino archidiaconus,aut archipresbyter[k], sive præpositus,vel decanus animarum curam,vel prębendas ecclesiæ sine iudicio,vel consensu episcopi [l] alicui tribuat : immo, sicut sanctis canonibus cõstitutum est, animarum cura, & pecuniarum ecclesiasticarum dispensatio in episcopi iudicio & potestate permaneat. Si quis vero contra hoc facere,aut potestatẽ,quæ ad episcopũ pertinet,sibi vendicare præsumpserit, ab ecclesiæ liminibus arceatur.

Item Gregorius[m] *septimus in generali synodo præsidens dixit,c.1.& 2.*[2]

¶De manu laici episcopatus, vel abbatia suscipi non debet. C. XII.

3 SI quis deinceps[n] episcopatũ, vel abbatiam de manu alicuius laicæ personæ susceperit,nullatenus inter episcopos,vel abbates habeatur:nec vlla ei vt episcopo, seu abbati audientia[o] concedatur. Insuper ei & gratiam beati Petri,& introitum ecclesię interdicimus[p], quousque locũ, quem sub [A] crimine tam ambitionis, quàm inobedientię(quod est scelus idolorum) inuasit, [q] dimittat, & ad pœnitentiam redeat. Si quis autem huic nostræ constitutioni contraire præsumpserit, anathema sit.

l ¶*Episcopi.*]vel capituli , cum ecclesia vacat.arg.ext.de hæret.ad abolẽdam. immo vniuersitas bene potest cõferre curam animarum.ar.extr.de concess.præb.nulla.
m ¶*Item Gregorius.*] Hic mutat Gratianus materiam.
SI *quis deinceps.*] Casvs. Præcipit Greg.in hoc ca.vt nullus clericus recipiat inuestituram episcopatus, vel alicuius ecclesiasticæ dignitatis de manu laici.& si fecerit,inuestitura nõ valeat:nec ei audientia præbeatur,si causam aliquam voluerit prætendere,vel si voluerit appellare : sed introitus ecclesiæ ei interdicatur , donec deferat quod male accepit. Laicus vero in quacumque dignitate positus qui ꝑsumpserit hoc, simili sententia puniatur. † *al.ex concilio Rothomagensi*
n ¶*Deinceps.*]s.dist.63. si per ordinationem.
o ¶*Audientia.*]Hic excommunicato nõ datur audientia. sic s.6. q.1.§.verum. & 23.q. 5.non vos.s.dist.23.in nomine.j.24.q.3.de illicita.Io.Hæc glo.per hoc cap. non probatur.B.
p¶*Interdicimus.*]"Ex hoc videtur quòd tales ipso iure sunt suspensi. Sed contra videtur ext.de iur.patr. præterea. i. ybi dicitur , quòd tales sunt excommunicãdi. Ad hoc quidam dicunt, quòd non sunt suspensi[c], sed sunt suspendendi. & exponunt interdicimus,id est,interdicendum dicimus. Tu potes dicere quòd sunt suspensi à canone : & sic suspensus à suo prælato potest absolui : cum conditor canonis sibi non reseruauerit absolutionem. extra de sent.excom.nuper. Si autem aliquis sub tali conditione suspenditur donec pœniteat : tunc quàm cito pœnitet,statim est absolutus, vt 15. quæst. 6. nos sanctorum. 81. distin. si quis amodo. H, tamẽ excipit duos casus in quibus talis qui recepit ecclesiam à laico,non est ipso iure priuatus, scilicet cum accedit postea consensus episcopi,vt s.ead.quæst.1.quoniam.& cum clericus præscripsit,vt extra de iur.patro.cura pastoralis. Melius potest dici, quòd tunc demum est priuatus quando recipit ecclesiam tamquam volens esse prælatus : sed si recipit eam quasi proprietatem aliquam, non vt ibi sit prælatus:tunc non est suspensus ipso iure. & sic loqui tur illud cap. cura pastoralis. hodie tamen non videtur quòd talis possit absolui ab episcopo : quia ineligibilis factus est, vt extra de elect.quisquis.

1 Pol.l.3.tit. 12.Bur.l.3.c. 8.Iuo par.3. c.10.

"Ecclesiam recipiens à laico vtrum sit suspẽsus.

c sc.à sacramẽtis.scdm id qđ no.63. di.si qs p ordinationẽ. ibi videas.

2 l.6.regesti eiusdem.

3 Ansel.l.6. c.73. Deurd p.1.

t Pol.l.3.tit. 12.Bur.l.3.c. 8.Iuo par.3. c.10.

1.Reg.15.

Source : BIU Cujas

a ¶*Inuestituram.*]Sed numquid per inuestituram receptam à laico factus est quis possessor? Arg. ℭ non. extra de dona. per tuas. & extr. de iis quæ fi. à maio. par. cap. ex ore. & ext. de sen. & re iu. cum aliquibus. Argu. contra ext. de consue. ca. 2. in fi.[a] & extra de suc. ab inte. cum dilectus. ff. de contrahen. empt. clauibus. & j. e. contra. in fin.

† *inuestituras*]orig.

a De hoc in gl. vlt. de re nun. sane. & ext. vt li. pē. eccleſia. in gl. eo ipso, &c.

QVoniam inuestituras.] CASVS. Significatum fuit Greg. ℭ qui dā clerici recipiebant de manu laicorum in uestituram dignitatū vel ecclesiarum, quare præcipit Gregorius ne hoc decetero fiat. & si quis præsumpserit, nec inuestitura valebit: & ipse vsque ad dignā satisfactionem subiacebit excommunicationi.

1 Pol. l. 2. ti. 4 Auſ. l. 6. c. 73

b ¶ *Vel fœminæ.*] Arg. ℭ ad præsentationē feminę potest quis in uestituram consequi, vt extr. de iur. patr. ex litteris.

Sane Thessalonicenses.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ℭ Thessalonicenses episcopi metu Anastasij Imperatoris consenserunt Timotheo hæretico patriarchæ Cōstantinopolitano: qui concilium Chalcedonense anathematizauerat. sed xl. episcopi Illyrici & Græciæ facta professione in scriptis discedentes ab eo adhęserunt Papæ. In secunda parte dicitur, quòd Dioscorus minor per manum regis factus est episcopus: & ideo populi ab eo discesserunt. *Impositionem*, id est, confirmationem. Sequentia tria c. plana sunt.

2 Di. 63. omnis electio. Deusd. p. 1. Burch. l. 3. c. 109. Iuo p. 3. c. 85. & p. 5. c. 119.

c ¶ *Discesserunt.*] ℨ. 8. q. 4. nonne contra. Solu. iste inciderat in hęresim iam dānatam: & sic sententia canonis erat lata in ipsum, vt 24. q. 1. Achatius. item talis coniuratio non fuit vitiosa: & sic non obstat 11. qu. 1. si quis clericorum.

† *qui*]orig.

d ¶ *Principes.*]Ergo canonici possunt recedere ab episcopo, quē Rex inuestiuit. 79. dist. si quis per pecuniam.

Sicut Domini.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd sicut vestimentū domini non fuit diuisum: ita ecclesia scindi non debet, quæ tota est in vnitate & potestate episcopi, à quo ecclesiæ debēt ordinari: & si contra fiat, clerici & ecclesiæ interdicantur.

3 Deusd. p. 1

† *al. ruſticorum*]orig.

e ¶ *Scindi.*] diuidi tamen potest ecclesia, vt de vna fiant duæ: sed non ita diuidi, vt vna permaneat. ℨ. ea. qu. 1. plures. Idē est in præbenda, vt extr. de præb. maioribus. simiiter in prouinciis, vt 100. di. c. 1. ff. de off. ac cesso. si eadem.

f ¶ *Et ecclesiæ.*]Sic ergo propter delictum vnius hominis subiicitur tota terra interdicto, vt ext. de desp. non est vobis.

Per laicos.]CASVS. Tria prohibet in hoc c. Alexander. Primū est, vt nullus clericus retineat ecclesiam per laicos pretio vel gratis. Secundū, vt nullus fiat monachus sub hac spe vt ipse abbas fiat. Tertiū est vt nullus ꝑsbyter duas habeat ecclesias.

4 Can. Apo. 31.

g ¶ *Spem.*]hoc c. intelligit Hug. nisi aliqua promissio præuenerit spem suam: aliàs (vt dicit) possunt monachi conuenire in aliquē, & dicere ei, sumas habitum: volumus te eligere in abbatem cum fueris factus monachus. & quòd taliter possint conuenire in aliquem, est ar. 61. dist. c. bene. "nam & laicus sic potest postulari in episcopū, vt 61. dist. Osius. licite enim potest qs habere spē de dignitate, vt 61. di. quid proderit. 74. dist. cōsuluit. 8. q. 1. q. episcopatū. 77. dist. c. 2. 59. dist. si officia. Ioan. Sed hoc non credo: quia neophytus nō potest esse abbas, vt extr. de elect. cum causam. & melius ext. de ele. officij. &c. cū ad nostrā. B. h ¶ *Duas.*]intitulatas, nisi sint pauperes, vt ext. de æta. & qua. eā te. & 10. q. 3. vnio[b].

" Laicus in episcopum postulatur.

5 Pol. l. 2. ti. 4

b Ad idē 21. q. 1. c. 1. & c. relatio. H.

Sane Thessalonicensi episcopo communicante ob metum imperatoris Anastasij Timotheo Constantinopolitano episcopo, quem† concilium Chalcedonense anathematizauerat, quadragin ta episcopi Illyrici, & Græcię cōuenientes in vnum per professionem in scriptis factā, vt à proprio metropolitano, discesserunt[c] ab eo, & Romam mittētes Romano communicare in scriptis professi sunt, & paulo post. ¶ Cum[A] Dioscorus (*iunior*) manus impositionem accepisset, recesserunt multitudines populorum† dicentes, quia nisi secundum quòd sanctorum continent Apostolorum canones fiat, non recipietur episcopus. Principes[d] enim inthronizauerāt eum.

1 QVoniam inuestituras eccle siarum contra statuta sanctorum patrum à laicis personis in multis partibus cognouimus fieri, & ex eo plurimas perturbationes in ecclesia (immo ruinam sanctæ religionis) oriri, ex quibus Christiana religio conculcatur, decernimus, vt nullus clericorum inuestiturā episcopatus, vel abbatiæ, vel ecclesiæ de manu imperatoris, vel regis, vel alicuius laicæ personæ, viri, vel feminæ[b] suscipiat. Quod si præsumpserit, recognoscat inuestituram illam Apostolica auctoritate irritam esse, & se vsque ad condignā satisfactionem excōmunicationi subiacere.

Item ex canone Apostolorum 31.

¶De eodem. C. XIIII.

2 SI quis episcopus sæcularibus potestatibus vsus, ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur & segregetur, omnesque, qui illi cōmunicant.

¶ *De hoc canone notatum est supra dist. 63. c. omnis electio. in vers. segregetur.*

Item ex Chronico Anast bibliothecarij.

¶De eodem. C. XV.

SAne Thessalonicensi episcopo communicante ob metum imperatoris Anastasij Timotheo Constantinopolitano episcopo, quem† concilium Chalcedonense anathematizauerat, quadragin ta episcopi Illyrici, & Græcię cōuenientes in vnum per professionem in scriptis factā, vt à proprio metropolitano, discesserunt[c] ab eo, & Romam mittētes Romano communicare in scriptis professi sunt, & paulo post. ¶ Cum[A] Dioscorus (*iunior*) manus impositionem accepisset, recesserunt multitudines populorum† dicentes, quia nisi secundum quòd sanctorum continent Apostolorum canones fiat, non recipietur episcopus. Principes[d] enim inthronizauerāt eum.

¶ Caput hoc acceptum est ex Chronico Anastasij bibliothecarij in iis, quæ de Anastasio imperatore narrat: multaque ex ipso originali sunt emendata.

A ¶ Cum Dioscorus.] *Hæc est altera electio à priore, & ipsa facta non canonice, & potestate laica: nam prior est Timothei ad sedem Cōstantinopolitanam: hæc vero posterior Dioscori iunioris ad Alexandrinam. Vtraque vero à bibliothecario copiose exponitur.*

Item Paschalis Papa I I.

¶ Excommunicetur, qui per laicos ecclesias obtinet. C. XVI.

iij SI quis clericus, abbas, vel monachus per laicos eccle sias obtinuerit, secundum sanctorum Apostolorum canones[4], & Antiocheni[A] concilij capitulum, excommunicationi subiaceat.

4 Can. Apo. 31.

¶ Capitis huius, & sequentis sensus est in fragmento manuscripto concilij apud Guardastallum à Paschali habiti anno Domini 1116. quod in bibliotheca Vaticana seruatur. Nauclerus etiam gen. 36. narrat Paschalem apud Trecas concilium habuisse: vbi inter multa sententiam de libera pastorum electione, & de coercenda laicorum in ecclesiasticas dignitates præsumptione iuxta prædecessorum suorum decreta promulgarit.

A ¶ Antiocheni.] *In concilio Antiocheno nihil expresse statuitur contra eos, qui per laicos obtinent ecclesiasticas dignitates. Verum c. 23. præcipitur, vt in episcopo eligendo seruetur ius ecclesiasticum. nempe, vt non eligatur episcopus, nisi cum synodo, & iudicio episcoporum: quibus verbis laici videntur excludi. In synodo autem Nicæna secunda, c. 3. repetitur & confirmatur canon Apostolorum.*

Idem.

¶ Qui per laicos ecclesias obtinet, & qui manus imponit, communione priuetur. C. XVII.

COnstitutiones sanctorum ca nonum sequētes statuimus, vt quicumque clericorum ab hac hora in antea inuestituram eccle siæ, vel ecclesiasticæ dignitatis de manu laica acceperit, & ipse, & qui ei manum imposuerit, gradus sui periculo subiaceat, & commu nione priuetur. *Idem.*

¶De eodem. C. XVIII.

5 NVllus laicorum ecclesias, vel ecclesiarum bona occupet, vel disponat. Qui vero secus egerit, iuxta beati Alexandri[A] capitulum ab ecclesiæ liminibus arceatur.

5 Pol. l. 2. ti. 4

A ¶ Alexandri.] *In epistolis Alexādri Papæ primi, nihil legitur, quod ad hanc rem pertineat. Verum in epist. Alex. ij. in qua synodum à se habitam repetit (quæ epistola ex vetusto codice descripta Romam ex Hispania missa est) hæc inter alia habentur.* Decimæ, & primitiæ, seu viuorum & mortuorum oblationes ecclesiis Dei fideliter reddantur à laicis: & vt in dispositione episcoporum sint: quas qui retinuerint, à sanctæ ecclesiæ communione separentur, *quod fere est idem cum c. præcipimus. ℨ. ea. q. 2. ex Nicol. ij.*

Idem. ¶De eodem. C. XIX.

SIcut Domini vestimentum scissum nō est, sed de eo sortiti sunt, ita nec ecclesia scindi[e] debet: qa in vnitate tota cōsistit. In potestatē ergo proprij episcopi ecclesiæ reducātur: & ab ipso (sicut sacris canonibus cautū est) ordinentur. Alioquin & ecclesię[f] ipsæ, & clerici earumdem diuinis destituantur officiis.

Item Alexander Papa ij.

¶Nullus clericus per laicos ecclesiam obtineat. C. XX.

PEr laicos nullo modo qlibet clericus, vel presbyter obtineat ecclesiā, nec gratis, nec ꝑtio. Nullus habitū monachi suscipiat, spem[g], aut promissionem habens, vt abbas fiat. Nullus presbyter duas[h] habeat

Quoniam

Source : BIU Cujas

QVoniam.] Hæc est 2. pars quæst. in qua dicitur, ꝙ nullus episcopus gubernare debet res ecclesiæ sine œconomo, id est, clerico. & hoc probat per 5. c. Io. de Fant.

CASVS. Dictum fuit in Chalcedonensi concilio, ꝙ episcopi sine œconomis facultates ecclesiæ gubernabant: & ideo statutum fuit, vt omnis episcopus de proprio clero habeat œconomũ, qui res ecclesię dispenset secundum voluntatem episcopi: & ad hoc vt res ecclesię nõ dispergantur, & episcopus propter hoc non infametur, & qui contra fecerit, canonicis constitutionibus subiacebit: quia (vt dicit Bene.) deponetur.

1 Dist. 89. qa in quibusdã Anselm. l. 6. c. 143.

† al. non per] ἀλλὰ ὁικονόμων sine œconomis

a ¶ *Vt rumore.*] Ei tamen non creditur, vt extra de eo qui cogno. consang. vxo. suæ, super eo.

b ¶ *Episcopum.*] similiter & aliæ conuentualles ecclesiæ habebũt œconomum, vt 9. q. 4. cũ scimus. & quandoq; parochiales ecclesię, vt ext. de off. ordi. cum vos. "& regulariter debet œconomus eligi per episcopum, vt 9. q. 3. cum scimus. C. de epis. & cle. omnes. §. sed nihilominus. nisi consuetudo sit ꝙ capitulum eligat. de ele. cum ecclesia. Dicitur autem œconomus cui res ecclesiæ gubernandæ mandantur. C. de sac. san. ec. iubemus. "Vicedominus autem dicitur, qui administrat res episcopi, vt 89. di. volumus[a]. Syndici appellantur qui ad vniuersitatem causarum constituuntur. Actor vero ad vnã causam, & ab vna persona potest constitui, vt ff. qđ cuiusq. vniuer. l. item. §. 2. inst. de cura. §. vlt. Nec obstat quod est ff. de mu. & ho. l. munerum. §. defensores. vbi dicitur ꝙ Syndicus est qui ad certam causam constituitur: quia ibi large sumitur nomẽ syndici pro quolibet defensore.

« œconomus à quo eligatur.

« Vicedñs qs dicatur.

a Adde q̃ sit dria inter œconomũ, actorẽ & syndicum, not. Bar. & gl. in l. actor. ff. rẽ rat. hab. 2 Burch. l. 1. cap. 89. Iuo p. 5. c. 195. 3 c. proxim. superiore.

c ¶ *De clero proprio.*] Arg. contra, ext. de iura. cal. Imperatorum. vbi dicitur, ꝙ œconomus non erit vnus de collegio[b]. sed ibi ponitur œconomus pro ipso syndico.

Deut. 22. b đ hoc no. ff. ꝙ cu. vni. l. plane. in Spe. đ synd. versi. debet aũt fieri, &c ibi videas.

d ¶ *Testimonium.*] s. 2. quęst. penul. cum pastoris.

IN *nona actione.*] CASVS. In concilio Hispalen. fuit relatum ꝙ episcopi in rebus ecclesiæ dispensandis laicos habebãt œconomos. Et ideo statutum fuit vt iuxta Chalcedonen. concilium vnusquisque episcopus de proprio clero œconomum constituat clericum, & non laicum. Et hoc probat tribus rationibus. Prima est, quia in vno & eodem officio non debet esse dispar professio. Secunda est, quia lex Mosaica dicit, Nõ arabis in boue & asino. Tertia est, quia conuenire non possunt quibus vota & studia sunt diuersa. Si quis autem rem ecclesiæ gubernaue-

ecclesias.

¶ *Habetur in eadem epistola Alexandri* II. *paulo superius in ca. nullus laicorum. citata. Nam statim post ver. separentur. sequitur*, & vt per laicos, &c.

Item ex concilio Chalcedonen. c. 26.

¶ Singuli episcopi suos habeant œconomos. C. XXI.

2 1 QVoniam in quibusdam ecclesiis, vt rumore[a] cõperimus, præter† œconomos episcopi facultates ecclesiasticas tractant, placuit omnem ecclesiam habentem episcopum[b], habere œconomum de clero[c] proprio, qui dispenset res ecclesiasticas secundum sententiam proprij episcopi: ita vt ecclesiæ dispẽsatio prę ter testimonium[A] [d] non sit: & ex hoc dispergantur ecclesiasticæ facultates, & sacerdotio maledictionis [B] derogatio procuretur. Quòd si hoc minime fecerit, diuinis constitutionibus subiacebit.

A ¶ Testimonium.] *In vulgatis sequebatur*, episcopi, *quæ vox inducta est auctoritate manuscriptorum, & originalis ex versione Dionysij, quæ concordat cũ prisca, & Græcis verbis. Alia etiam nonnulla sunt emendata.*

B ¶ Maledictionis.] *Græce est,* καὶ λοιδορίαν τῆ ἱερωσύνῃ προσρίπτεσθαι. *quod in prisca versione est*, & sacerdotali dignitati obtrectatio generetur.

Item ex concilio Hispalensi 2. cui interfuit Isidorus, c. 9.

¶ Laici non sunt constituendi œconomi, sed ex proprio clero eligendi. C. XXII.

2 IN nona actione[e] didicimus quosdam ex nostro collegio cõtra mores ecclesiasticos, laicos habere in rebus diuinis constitutos œconomos.[3] Proinde pariter tractantes eligimus, vt vnusquisque nostrum secundum Chalcedonensium patrum decreta, ex proprio clero œconomũ sibi constituat. Indecorũ est enim laicum vicarium esse episcopi, & sæculares in ecclesia iudicare[f]. In vno [g] enim eodemque officio non debet dispar esse professio. Quod etiam in lege diuina prohibetur, dicente Moyse [Non arabis in boue simul & asino:] id est, homines diuersæ professionis in officio vno nõ sociabis. Vnde & oportet nos & diuinis libris, & sanctorum patrum obedire præceptis, constituentes, vt hi, qui in administrationibus ecclesiæ Pontificibus sociantur, discrepare non debeant nec professione, nec habitu[h]. Nã cohærere, & cõiungi nõ possunt, quibus & studia, & vota diuersa sunt. Si quis autẽ episcopus posthac ecclesiasticam rẽ, aut per laicalem procurationẽ, administrandam elegerit, aut sine testimonio œconomi gubernandam crediderit, vere vt contemptor canonum, & fraudator ecclesiasticarum rerum, non solum Christo de rebus pauperum iudicabitur reus, sed etiam cõcilio manebit obnoxius.

Item in synodo Romana tertia Symmachi Papæ. c. 3.[4]

¶ Non habeat laicus aliquid statuendi in ecclesia facultatem. C. XXIII.

5 NOn placuit† laicũ statuendi in ecclesia (præter Papã Romanum) habere aliquam potestatem: cui† obsequẽdi manet necessitas, nõ auctoritas imperandi.

Item ibidem Eulalius episcopus Syracusanæ ecclesiæ dixit[6].

¶ Ecclesiasticas facultates laici disponere non possunt. C. XXIIII.

7 LAicis, quamuis religiosis, nulla de ecclesiasticis facultatibus A aliquid disponendi legitur attributa facultas[i].

A ¶ Facultatibus.] *Ante legebatur*, dignitatibus. *Emendatum est ex originali*, (*vt s. di. 96. Bene quidem.*) *epistola Stephani primi, ex decreto Paschalis* II. *manuscripto: quibus locis hoc idem repetitur.*

Item Calixtus Papa.

¶ Laicus sacrilegus habetur, qui dispositionem, vel dominationem rerum ecclesiasticarum vsurpat. C. XXV.

iiij SI quis principum, vel aliorum laicorum dispositionem, seu dominationem † [k] rerũ, siue possessionum ecclesiasticarum sibi vendicauerit, vt sacrilegus iudicetur.

¶ *Inter decreta Calixti, ex quo citatur, non est inuentum. Habetur in decretis Paschalis* II. *manuscriptis, c. 5. sed non est mutatum nomen Calixti: quia Pontifices isti, qui iisdem fere temporibus fuerunt, frequenter eadem decreta suorum antecessorum repetebant.*

Item Gelasius Papa Senecioni episcopo.

¶ In ecclesia, quam quis ædificat, nihil sibi præ ceteris vendicet. C. XXVI.

3 8 PIæ mentis [l] amplectenda deuotio est, qua se † Iulius nobis in re Iuliana† sui iuris fundasse perhibetur ecclesiam: quam in honorem sancti Viti cõfessoris eius nomine cupit cõsecrari. Hãc

h ¶ *Nec habitu.*] "Nũ quid ergo albus monachus alb[o] an possit hĩe locũ inter nigros? videtur ꝙ non: quia quilibet confirmabit se moribus eorum in quos viuit, vt 41. dist. quisquis. nam ex cũdũ H. & L. diuersitate habitus hic asserũt. scãdalum generatur, arg. extr. de vt 12. di. illa. 33. q. 5. qđ vi. & ho. cle. Deo. E contra videtur Deus q. vbi ꝙ non est ibi dispar de hoc. Sed professio, cum tãtum ibi Host. no. monachalis professio cõtrariũ, & sit ibi. nam dum modo clericalis professio scđm eũ, ex. sit, ibi vna professio de reg. sup dicitur. 12. q. 1. duo. p. eo. vbi đt, & terea videtur ꝙ monachus possit fieri ca arg. extr. de nonicus, vt 74. di. quo re. do. inter. rumdam [c]. & præla- vbi hoc ẽt tus maior in sæculari no. à quo di ecclesia, vt 58. dist. c. 2. cto si rece- & etiam episcopus in dat. & clare sæculari, vt 18. q. 1. c. 1. colligo ext. & sic videtur ꝙ Ircite de reg. sicut possit esse in eadẽ ec- in antiqua. clesia dispar habitus vbi fuit iste quantum ad colorem casus. Arc. vestium. quod satis pt 4 s. dist. 96. admitti. Et hoc H. cõ bene quidẽ. cedit. tamen quanto 5 Deus d. p. magis se possunt ta- 1. & 4. Anst. les cõformari aliis in l. 5. c. 9. exteriori habitu, hoc † *Non licuit* faciant, ne scãdalum *laico* orig. fiat. vnde monachus *al. non licuit* factus canonicus vel *laicis*. di. 96. episcopus non abii- † *al. quos* ciat habitum: sed re- 6 Et epist. 2. tento habitu desuper Stephani 1. ferat habitum in quo c. 9. & in de magis conueniat eis cretis Pas- inter quos est, vt ext. chalis ij. ma de vit. & honest. cler. nuscri. Deus qui.

7 Polyc. l. 6. tit. 1. Deust. dedit p. 4.

i *Laicis.*] ¶ *Facultas.*] Hoc verũ est de iure communi, vt 96. dist. bene quidẽ. secus si habeat hoc ex speciali priuilegio: ita tamen, vt nunc duret illud priuilegium, vt 63. dist. in synodo.

† *al. donationem*

k *Si quis principum.*] ¶ *Dominationem.*] infra 23. q. 8. conuenior. 12, q. 2. quicumque.

l *Iæ mentis.*] Hæc ẽ 3. pars q. in qua dicitur qđ iuris habeãt patroni ĩ ecclesiis: & hoc probat xj. auctoritatibus. Io. de Fant. CASVS. Quidam nomine Iulius supplicauit Gelasio, vt ecclesiam quam in possessione Iuliana fundauerat in honorẽ sancti Viti confessoris, faceret consecrari. qua re præcipit Gelasius Senecioni episcopo in cuius parochia ecclesia illa fundata erat, vt recepta prius donatione, quam fundator ministris ecclesiæ asserit feciſſe, eam debeat consecrare: nec aliquid vlterius habeat in ecclesia Iulian[a] præter aditũ processionis, *id est*, iurispatronatus.

8 Anst. l. 5. c. 9. † *al. Senilius* † *al. Iuuiniana*

l ¶ *Piæ mentis.*] Nũc vide quale ius patroni habeant in ecclesia. "Est autem iuspatronatus quoddam ius quod non est mere spirituale, nec etiam mere temporale. spirituale non est: quia competit laico, est. "iuspatronatus quale

Source : BIU Cujas

& tranſit ad hæredes, vt ĩ. ead. conſiderandum. temporale non eſt, quia vendi non poteſt, vt ext. de iurepat. de iure. Nec poteſt dici q̃ partim ſit temporale, partim ſpirituale: cum ipſum ſit ſimplex, nec recipiat diuiſionem, vt ext. e. ti. c. 1, tamen bene concedo q̃ ſit partim temporale, & partim ſpirituale: & tamen ſimplex eſt: quia talis diuiſio potius ad intellectum, quàm ad actum referenda eſt, vt dicit lex, quę dicit, q̃ illud quod dicitur, q̃ ſeruus dicitur communis, potius ad intellectum quàm ad actũ eſt referendum, vt ff. de ſtip. ſer. ſeruus communis. dicitur tamen annexũ ſpiritualiꝭ: ext. de iurep. de iure. "Efficitur autem quis patronus tribus de cauſis: dotatione, conſtructione, & fundatione. vnde verſus: *Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.* Dotatione & cõſtructione, vt ĩ. e. filiis. Fundatione, vt 18. q. 2. abbatem. Si quis autẽ poſt conſecrationẽ dat aliquid eccleſię, per hoc non fit patronus: ſed qui ante conſecratione dat aliquid eccleſiæ, fit patronus: hoc ideo, quia ille perducit rem de nõ eſſe ad eſſe. Itẽ alia ratione, quia ſi poſt conſecrationem fieret aliquis patronus, iam videretur imponi ſeruitus rei ſacrę: quod eſſe nõ debet, vt ff. de ſer. ſeruitutes. 2. §. vlti. & q̃ humani iuris eſſe deſinit, ſeruitutem non recipit. ff. com. præd. l. caueri. "Sũt autem tria quæ conſequitur patronus, honorẽ videlicet, onus, & vtilitatem, honorẽ habet in præſentando, onus habet in defendendo eccleſiam, ne quis dilapidet eam, vt ĩ. e. filiis. Vtilitatem habet: quia ſi vergit ad inopiam, prouidebit ei eccleſia, vt ĩ. e. quicũque. & licet omnibus pauperibus teneatur prouidere, tamen ei abundantius cuã alij, vt ext. de teſta. cum in officiis. "Transfertur autem ius patronatus quattuor modis in alium. Primo, ſucceſſione, vt ĩ. ea. conſiderandũ. Secundo donatione, vt ext. eo. ex inſinuatione. & c. conſultationibus. Tertio permutatione, vt ĩ. e. nemini. Tranſit etiam quarto cum vniuerſitate, vt ext. e. cum ſæculum. "Ius autẽ patronatus non deſcendit ad heredes proportionibus hereditariis, ſed quilibet eorum eſt patronus inſolidum, vt ext. e. c. 1. ſicut & alia iura, quæ incorporalia ſunt, inſolidum deſcendunt ad quemlibet heredum, vt ff. de ſeruit. viæ. Ioan.

Pol. l. 3. ti. 12 Anſ. l. 5. c. 11.

"Patronus ex trib⁹ cauſis efficitur,

al. Frigetius

al. quæ

al. deuotione

"Patronus tria cõſequitur ex iure patronatus, honor, onus & emolumentum.

al. tertius

"iuſpõnat⁹ quadruplici ter transfertur, res permutata, donatio, venditioque.

"iuſpõnat⁹ trãſire facit nouus hĩs.

a ¶ *Collata.*] Sed nonne antequam fundaretur, debuit dos aſſignari, vt de conſec. diſt. 1. nemo[a]? vtique. ſed quod omiſſum fuit, inſtaurãdum eſt, vt diſt. 8. quæ contra mores.

b ¶ *Proceſſionis.*] 1. q̃ procedit cum ipſo ad epiſcopum cum clerici præſentantur. olim tamen nihil iuris habebant patroni præ aliis, vt 10. q. 3. nouerint. Vel dic proceſſionis, i. promotionis: quia per eum ſacerdos promoueri debet. Item & ſi cenſus aliquis impoſitus eſt auctoritate epiſcopi, illum poteſt patronus petere, vt extr. eo. præterea. 18. q 2. Eleutherius. Ioan.

aVbi d hoc. & ext. d cõſ. eccl. c. cũ ſicut. ibi vid.

Frigentius.] CASVS. Præcipit Gelaſius cuidam epiſcopo vt conſecret eccleſiam, quam Frigentius in propria poſſeſſione ædificauit in honorem ſancti Michaelis & Martini confeſſorum, in qua eccleſia fundator nihil vendicabit præter ius patronatus. Sequentia c. plana ſunt.

b Ad hoc ĩ. e. pxi. ĩ fi. & ĩ. e. qcũque. &hic videas quod leg. & not. ĩ. 1. q. 7. d maximum.

c ¶ *Qui Chriſtianis.*] ergo Iudæus non efficeretur patronus licet fundaret aliquam eccleſiam. ĩ. ea. q. piæ. & ĩ. ea. quicumque[b].

Eccleſias.] *Per congrua.*] vt non ſit infirmus locus: nec ſint ibi prędones, nec aliquo modo periculoſus ſit, nam propter has cauſas debet eccleſia trãſmutari in alium locum, vt ĩ. c. ſi quis vult. & de conſecr. diſt. 1. tribus. & 83. diſt. quorumdam.

e *Contra.*] ¶ *Nominati.*] Ergo ex ſola nominatione aliquis conſequitur ius, vt 72. diſ. placuit. 8. q. 2. dilectiſſimi. 2. q. 6. nominationes. De hoc dixi 63. diſt. quanto.

igitur frater chariſſime (ſi ad tuam diœceſim pertinere non ambigis) ex more conuenit dedicari, collata[a] primitus donatione ſolenni, quam miniſtris eccleſiæ deſtinaſſe ſe præfati muneris teſtatur oblator, ſciturus ſine dubio præter proceſſionis[b] aditum, qui omni Chriſtiano debetur, nihil ibidem ſe proprij iuris habiturum.

Idem.

¶ De eodem. C. XXVII.

FRigẽtius † vero petitoria nobis inſinuatione ſuggeſſit, in re ſua, quod † ſextilianum vocatur, baſilicam ſe ſanctorum Michaelis Archãgeli, & Martini confeſſoris pro ſua defenſione † fundaſſe. Et ideo frater chariſſime ſi ad tuam pertinet parochiam, benedictionem ſupra memoratæ baſilicæ ſolenni veneratione dependere. Nihil tamen ſibi fundator ex hac baſilica nouerit vendicandũ, niſi proceſſionis aditũ, qui Chriſtianis[c] omnib⁹ in cõmune debetur.

Item Clemens epiſt. 2. ad Iacobum.

¶ De eodem. C. XXVIII.

[2] ECcleſias per congrua[d], & vtilia facite loca: quas † diuinis precibus ſacrare oportet, & [A] in ſingulis ſacerdotes diuinis orationibus Deo dicatos poni, quos ab omnibus venerari oportet, & non à quoquam grauari.

A ¶ Et in ſingulis.] *Addita ſunt hæc vſque ad verſ.* quos. *ex originali.*

Item Leo quartus † Carolo regi.

¶ Laici presbyteros de eccleſiis non eiciant. C. XXIX.

[3] COntra ſanctorum patrum cenſuras videtur exiſtere, ſi ſæcularis, vel laicus presbyteros ab eccleſiis, in quibus tẽpore ordinationis eorũ nominati[A e], vel introducti fuerint, videtur † expellere[f]. ¶ Si vero fundatores eccleſiarum ad inopiam vergere cœperint, ab eiſdem eccleſiis temporalis vitæ ſuffragia percipiant.

¶ Regulares canonici, monachi fieri non debent. C. I.

Nvllus abbas, vel monach [9] i canonicos regulares [k] à proposito professionis canonicæ reuocare, & ad monasticum habitũ trahendo suscipere audeat, vt monachi fiant, quamdiu ordinis sui ecclesiam [l] inuenire quiuerint: in qua canonice viuendo, Deo seruire, & animã suam saluare possint. Quod si temerario ausu id agere tentauerint, anathematis vinculo obligentur.

Item Vrbanus Papa, I I.

¶ De eodem. C. II.

5 Mandamus, & vniuersaliter interdicimus, ne quis canonicus regulariter professus, nisi (quod absit) publice lapsus [m] sit: "& crimen idololatriæ sit nolle obedire, vt 8. qu. 1. sciendum. & video quòd peregrinari non potest sine licentia episcopi [a], vt de conse. dist. 5. non oportet. & sæpe bonum omittendum est propter meritum obedientiæ. vt 11. q. 3. quid ergo. cum etiam obediendum sit licet iniuste aliquid præcipiatur, vt 23. quæ. 1. quid culpatur. Item cum clericus non possit alienare res ecclesiæ suæ, ergo multo potius seipsum non potest alienare: cum personæ digniores sint rebus, vt 12. qu. 1. præcipimus. & maior est alienatio personæ quam rei. vt 17. q. 1. c. 3. sed dic quòd excusatur à delicto instinctu spiritus sancti sicut alij, vt extr. de diuor. gaudemus. 14. q. 5. dixit.

Rom. 7. 8. 9.

h ¶ *Dignior.*] "tamen in tribus casibus præiudicat priuata lex publicæ. nam mulier, licet ducatur lege Dei, non potest, inuito viro intrare religionẽ. 27. q. 2. si quis coniugum. nec impubes inuito patre. 20. q. 2. puella. nec episcopus inuito Papa. ext. de reg. c. licet. non fallit regula intelligentes. Io.

1. Tim. 1. 2. Cor. 3. Gal. 5.

" Priuata lex in tribꝰ casibus vr̃ præiudicare publicæ.

Anonicos. Hæc qu. diuiditur in quattuor partes: in prima quarum probatur quod canonicus regularis sine licentia non debet fieri monachus: & hoc probatur per tres auctoritates. Secunda ibi, *Quæritur si monasteria.* Tertia ibi, *Quæritur de his.* Quarta ibi, *Quæritur si ingressis.* Ioan. de Fan.

Casvs. Hic ponitur 3. qu. vbi quæritur an canonicus regularis possit ad monasteriũ transire. Et respondetur quòd sic, de licentia prioris, vt j. ea. ca. statuimus. idem est in monacho. vt j. 20. qu. 4. monachum. sed eis inuitis non, vt j. ca. 1. & 2. quilibet tamen secundum iura hodierna potest ad regulam arctiorem transire petita licẽtia à suo superiore, & etiam si non habeat licentiam ab eo, vt ext. de reg. licet. Et procedit hoc ordine Grat. Primo probat quòd canonici regulares ad monasterium transire non possunt. postea probat contrarium.

5 Pol. l. 4. tit. 31.

"obediẽtiæ cõmẽdatio.

a ꝺ hoc no. ext. de reg. licet. in gl. sufficit ergo. vbi not. de hac q.

† *al. canonica*

---

a ¶ *Lienum clericum.*] Sed quare creditur commendatitiis litteris, cum quilibet possit commendare rem etiam vitiosam. Nam quę commendandi animo dicuntur, neminẽ obligant, vt ff. de contrah. empt. ea quæ. Sed dicas quod si quis commendat rem in genere, non obligatur: sed si in specie, obligatur. ff. de ædi. edi. sciendum. "sed nec in genere licitum est commendare ex certa scientia rem vitiosam. vt ext. de scru. c. vnico. alioquin de dolo tenetur, vt ff. dolo, quod venditor.

"obligatur ne qui rem vitiosam commẽdat.

b ¶ *Priuata.*] vt charitas, de qua dicitur: Habe charitatẽ, & fac quidquid vis. vt de pœ. dist. 2. radicata.

c ¶ *Sine commendatitijs.*] Sed quare creditur commendatitiis litteris, cum quilibet possit commendare rem etiam vitiosam. Nam quę commendandi animo dicuntur, neminẽ obligant, vt ff. de contrah. empt. ea quæ. Sed dicas quod si quis commendat rem in genere, non obligatur: sed si in specie, obligatur. ff. de ædi. edi. sciendum. "sed nec in genere licitum est commendare ex certa scientia rem vitiosam. vt ext. de scru. c. vnico. alioquin de dolo tenetur, vt ff. dolo, quod venditor.

d ¶ *Propter criminosos.*] Licet propter criminosos fuerit constitutio data, tamen extenditur etiam ad non criminosos: quia nullus recipitur sine commendatitiis litteris sui episcopi. vbi enim aliquid statuitur propter impulsiuam causam, causa cessante non ideo cessat cõstitutio: sed vbi aliquid propter finalem causam est statutum, ibi si cesset causa, cessat constitutio. Sic distinguitur ff. de don. l. 2. §. vl.

e ¶ *In suo.*] ꝫ. 7. q. 1. si quis presbyter.

f ¶ *Si quis horum.*] maxime: quia idem est in aliis. 61. dist. §. hisomnibus.

g ¶ *Si afflatus.*] Sed qualiter potest aliqui s clericus inuito episcopo transire ad religionem, cum ei forte iuratus sit, & obediens suus

a ¶ *Mona*

Source : BIU Cujas

a ¶ *Monachus.*]Hoc cõsueuit intelligi cum causa leuitatis transit ad asperiorem vitam: tamen bene cogitur ibi stare, vt ext. de reg. licet. Sed manifeste obstat, ext. de sta. mo. cum nobis. sed hæc est remota. vnde satis credo, q̃si non petiit licentiam, cogitur redire[a], nec obstat extra eadem. sane. quia ibi dicit, permittas, & sic est dispẽsatio.

a Vide Pan. conf. 95. l. 1.

b ¶ *Memorialem.*] non q̃sit monachus, sed ratione prioris maleficij, vt s. 93. di. præcipimus. sed maritus qui transiuit ad religionem, reuocatus ab vxore sua, non fert cucullã, vt 23. q. 5. quod Deo. &" sic quandoque potest esse dispar habitus in eodem choro.

†memoriale suæ præsumptionis cucullam] Pol. " Dispar habitus q̃q; p̃t esse in eodẽ choro

SVBAVDIENDVM. Casvs. Est probatum s. q̃ canonicus regularis ad monasterium transire non potest. nunc dicit Grat. q̃ est intelligẽdum nisi de sui superioris licentia hoc faciat. Et ad hoc inducitur sequens c.

†al. Russi

1Iuo p. 6. c. 411.

Statuimus]Casvs. Abbas sancti Ruffini quęsiuit ab Vrbano, vtrum monachi possint recipere canonicos regulares sine permissione & licentia prioris, & fratrũ? Et respondetur, quod cã leuitatis, vel causa arctioris religionis non debet canonicus regularis de canonia sua recedere, nec aliquis debet eum recipere sine litteris capituli sui.

c ¶ *Vel districtioris.*] j. 20. q. 4. virgines. contra, ext. de reg. c. 1. sed hæc dictio, leuitatis, soluit cõtrarium, &c. si. C. de off. ma. mil. l. pen.

QVAERITVR. Hæc est 2. pars q. in qua q̃ritur si monasteria possint redire ad huiuo p. 3. c. 17 manos vsus. Dicitur & 22. Pann. q̃ non. & hoc probat per duo c. Io. de Fan.

2 Pol. l. 3. ti. 15 Anl. l. 5. c. 60 Bur. l. 3. c. 19.

Casvs. Hic mouet Gratianus quamdam incidentem q. s. vtrum monasteria possint fieri clericorum, vel laicorum habitacula? & respondetur q̃ non. ad quod inducit sequentia capitula.

d ¶ *Quæritur.*]Incidẽtem quæstionem ponit magister: & illa dupliciter potest intelligi. Vno modo sic: an de monasterio possit fieri sæcularis ecclesia? Vel sic, an monasteriis possint præfici sæculares clerici? Dicas ergo quòd de monasterio numquam potest fieri sæcularis ecclesia, vt hic dicitur, nisi enormiter viuant: tunc possunt monachi remoueri, & institui sæculares canonici: tamẽ cum auctoritate Papæ, vt ext. ne cle. vel mon. relatum[b]. vel nisi ita sit quòd non inueniantur aliqui de ordine illo, per quos possit locus ordinari, vt ext. de relig. do. inter. Vel nisi ita sit quod aliter non possit reformari locus ille, quam per canonicos, vt ext. de sta. mo. cum nobis. quę est remota. Econtra videtur quod episcopus licite possit de sęculari ecclesia facere regularem, vt extra de eccl. ædifi. ad audientiam. & 16. q. 7. si quis vult.

b in hoc c. no. Ala. Tan. & Ber. q̃ hoc potest eps auctoritate ppria. & idẽ sẽtit ibi Go. de hoc etiã no. 12. q. 2. c. si eps. ſ Io. de Fan. hic sentit cũ Io. & ẽt Hu. idẽ tenet.

Quæ semel sunt dedicata.] Casvs. In concilio Chalcedonen. fuit statutum, vt monasteria semel dedicata, perpetuo sint monasteria, & in suo statu permaneant, & non fiant habitacula sæcularia, nec res eorum inde remoueantur. si quis autem hoc fieri permiserit, canonice punietur.

e ¶ *Maneant.*]" similiter nec hospitale potest conuerti ad alium vsum, vt ext. de reli. do. ad hæc. sed nec permutari possunt mancipia ecclesiæ. extra de rer. permu. mancipia. dari tamen possunt priuato, vt 12. qu. 2. ecclesiasticis. sic domus Imperatoris non potest conuerti ad alios vsus. C. de pala. & do. l. 1. "sed quid si monasterium destruitur: numquid potest locus ille vel ædificia monasterij ad alium vsum conuerti? sic. possunt enim de lignis bene construere dormitorium vel alium honestum locũ: vel etiam possunt ea in coquina sua comburere, de conse. dist. 1. ligna. sed ad priuatos vsus non possunt conuerti. locus autem remanet sacer, licet dirutũ sit ædificium. ff. de cõtrah. empt. æde sacra. Ioan.

" Quæ ad alium vsum cõuerti nõ possint.

" Monasterio destructo, possunt licite ligna comburi.

Marc. 9. ex Esa. 66. Io. 2.

Quoniam à quibusdam.] Casvs. Quidam praui homines per violentiam inuaserunt episcopia vel monasteria: & fecerunt ea communia diuersoria, quare statutum fuit in septima synodo, vt si inuasores voluerint ea restituere in antiquum statum reformentur: alioquin si clerici sunt, deponantur: si laici vel monachi, excommunicentur: cum ipsi aduersentur Deo dicenti, Nolite facere domum patris mei, scilicet templum ædificatum nomini eius, domum negotiationis.

3 Ans. l. 2. c. 197.

†al. conuertendam

f ¶ *Surripiuntur.*]i. inuaduntur. nam furtum non fit in re immobili. insti. de vsuca. §. abolita.

†al. conuertsione

†al. complerunt

g ¶ *Deponi.*] & hoc cũ pœna incipit à crimine: secus si à contumacia: quia tunc primo esset suspendendus, vt 81. distinct. dictum. Io.

QVAERITVR. Hæc est tertia pars qu. secundum Ioan. de Fant. & est quæstio incidens.

Casvs. Hic mouet Gratianus incidentem quæstionem, scilicet, quo tempore debeant tonsurari qui conuertuntur ad religionem. & respondetur quòd post biennium, vt probatur seq. capit.

1 *Statuimus, ne professionis canonicæ quispiam, postquam Dei vice supra caput sibi hominem imposuerit, alicuius leuitatis instinctu, vel districtioris[c] religionis obtẽtu ex eodem claustro audeat sine patris[A], & totius congregationis permissione recedere. Discedentem vero nullus abbatũ, vel episcoporũ, nullus monachorum sine communi litterarũ cautione suscipiat.*

A ¶ Patris, &c.] *In tribus vetustis codicibus legitur*, patris totius congregationis: *apud Iuonem*, sine abbatis, totiusque congregationis.

2 *Quæritur*[d], *si monasteria quæ semel dedicata sunt, possint transire in clericorum, vel sæcularium habitacula. Quòd in Chalcedonensi concilio omnibus modis prohibetur, cap 24.*

¶ Quę semel sunt dedicata monasteria, sem per monasteria perseuerent. C. IIII.

2 QVæ semel dedicata sunt monasteria cum consilio episcoporum, maneãt[e] perpetuo monasteria: & res, quæ ad ea pertinẽt, monasteriis reseruari oportet, nec posse ea vltra fieri sæcularia habitacula. Qui vero permiserint hoc fieri, subiaceant his condemnationibus, quæ per canones constitutæ sunt.

¶ *Hæc versio parum discrepat à Dionysiana, quam afferunt Burchardus & Iuo, c. 22.*

Item in synodo septima, c. 13.

¶ Qui loca sacra communia diuersoria fecerit, clericus deponatur, laicus excommunicetur. C. V.

QVoniam à quibusdam viris quædam venerabiles dom⁹ furripiuntur[f], tam videlicet episcopia, quàm monasteria, & facta sunt communia diuersoria: si quidem voluerint hi, qui hæc retinent, reddere ea, vt secundum antiquitatem restaurentur, bene, & optime est: alioqui si de sacrato catalogo fuerint, hos deponi g pręcipimus: si vero monachi, vel laici, excommunicari: quos nimirum constat condemnatos esse à patre, & filio, & spiritu sancto, & deputentur vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur: quia voci Domini aduersantur, qui dicit [Nolite facere domum patris mei domum negotiationis.]

¶ *Initium huius canonis in synodo septima ab Anastasio versa sic habet.* Quoniam propter calamitatem, quæ pro peccatis nostris in ecclesia facta est, subreptæ sunt à quibusdam viris quædam venerabiles domus, tã videlicet, &c. *Ex eius autem versionis duobus manuscriptis exemplarib. nonnulla sunt in hoc capite emendata.*

3 *Quæritur de his, qui ad conuersionem veniunt, quo tempore debeant tonsurari.*

De his ita scribit Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano, lib. 8. epist. 23.

¶ Antequam biennium in conuersione compleuerit, aliquis tonsurari non debet. C. VI.

3 MOnasteriis omnibus fraternitas vestra districtius interdicat, vt eos quos ad conuersionem † susceperint, priusquam biennium[h] in conuersatione † cõpleant †, nullo modo audeant tonsurare: Sed hoc spatio vita, mores que eorum solicite comprobentur: ne quis eorum aut non sit[i] contentus eo, quod voluit, aut ratum non habeat, quod elegit. Nãdum graue sit inexpertos hominum sociari obsequiis, quis possit dicere, quàm sit grauius ad Dei seruitium improbatos[A] applicari? Miles[k] vero, si conuerti voluerit, priusquam nobis renuntietur, nullus eum sine[B] nostro consensu qualicumque præsumat ratione suscipere.

A ¶ Improbatos applicari.] *Antea legebatur*, improbos applicare. *Emendatum est ex originali impresso, & manuscripto.*

Monasteriis.]Casvs. Hoc c. diuiditur in duas par. In 1. part. dicit Greg. quod si aliquis vult monachus fieri, quòd non debet nisi post biennium tõsurari, vt hoc tempore discutiatur vtrum bonus sit vel malus. Nam cum graue sit inexpertos hominum obsequiis sociari: multo grauius est improbos ad Dei seruitium applicare. In 2. par. præcipit vt nullus sine licentia sua suscipiat militem ad monachatum. Secunda pars incipit ibi, *Miles vero.*

h ¶ *Biennium.*]dic vt s. 17. q. 2. Gonsaldus. & c. fi quis incognitus.

i ¶ *Aut non sit.*] simile 61. di. miramur. in fi. ff. nautæ cau. stab. l. vlt. §. hac autem.

k ¶ *Miles.*] forte loquitur de militibus Apuliæ, "quæ tota est patrimonium beati Petri, vt 94. dist. valde. & 10. q. 3. relatum. Vel de illis qui facti fuerant irregulares. 53. dist. legem. Ioan.

" Apulia est patrimoniũ B. Petri.

QVAE

Source : BIU Cujas

QVAERITVR. Hæc est quarta pars qu. in qua quæritur si monachus possit condere testamentum: & dicit quod non, si iam professus est: eremita tamen potest, & sic intelligas sequentia. Io. de Fan. Casvs. Adhuc mouet Grat. quamdam incidentem quæstionem, vtrum liceat monachis condere testamentum? Primo probat q̃ non, postea probat contrarium & soluit. ꝯ. ea. e-contra.

Quia ingredientibus.] Casvs. Ianuarius Carolitanus episcop[s] quæsiuit à Greg. vtrũ monacho liceat condere testamentum de rebus, quas monasterio dedit? Et respondet quòd non.

"Religio intratur dupliciter.

a ¶ *Conuertendi.*] "dupliciter enim põt aliqs intrare religionẽ. Potest enim intrare vel causa ꝓbandi, vel causa conuertendi. & protestari debet qualiter intret, vt exrr. de regu. consulti sumus. & c. postulasti.

1 Ext. de testa. ca. quia. Anselm. l. 7. c. 182.

"filiusfamilias testari non potest.

b ¶ *Testandi.*] "Qui. n. in potestate alterius est, non potest testari. inst. quib. non est per missum fa. test. ĩ prin. donare tamen potest mortis causa de consensu patris. ff. de do. filiusfamilias. & etiã inter viuos, vt ff. eo. si cum filius. clericus tamen in potestate constitutus potest testari. C. de epis. & cler. aut. presbyteros.

c ¶ *Eiusdem.*] cum nõ habeat filios, vt ꝯ. e. si qua.

d ¶ *Decretum est.*] C. de episc. & cler. auth. ingressi.

Perlatum.] Casvs. Mulier quædam nomine Petronilla ex hortatione Agnelli episcopi facta est monialis, & licet ipso ingressu omnes res suæ monasterio competerent, eas tamen speciali titulo donatiõis monasterio contulit. quam donationẽ Gre. habuit ratam.

e ¶ *Per exhortationem.*] non tamen ille ctam, vt 15. q. 3. constituit.

f ¶ *Omnes.*] distinguitur tamen an sana, an infirma det, vt ext. de sepul. de his.

ECONTRA. Casvs. Nunc probat Grat. contrarium, quòd monacho licet condere testamentum: quod probat exemplo Pauli eremitę, qui colobium, id est, dalmaticam & tunicam in testamento reliquit: postea soluit dicens quod licet Paulus fuerit eremita, non tamen fuit monachus: & ideo potuit condere testamentum.

"Eremitæ hñt ꝓpriũ.

g ¶ *Eremita.*] "Eremitæ ergo habent propria: quod valet ad ea quæ notaui 16. q. 1. qui vere.

Si qua mulier.] Casvs. Lex ista diuiditur in quattuor partes. In prima parte dicitur, quod si aliqua mulier sine liberis monasterium intrauerit, omnes res eius statim in ipso ingressu competunt monasterio. In secunda part. dicitur quod si liberos habet, & monasterium ingrediatur, liceat ei postea res suas inter liberos diuidere, legitima nulli diminuta: & quod eis non dederit, totum penes monasterium remanebit. In tertia part. dicitur, quòd si omnes res suas voluerit inter filios diuidere, tantum remaneat pro monasterio, quantum dederit cuilibet filiorum. In quarta dicitur, quod si moriatur post ingressum antequam inter filios diuidat, filij habebunt tantum legitimam, reliqua substantia ad monasterium pertinente. Secũda pars incipit ibi, *Sed si persona.* Tertia ibi, *Sed si omnem.* Quarta ibi, *Sed si post.*

h ¶ *Non extantibus.*] Sed quid si habet ascendentes? idem videtur: quia æque succedunt ascendentes, licet ordine turbato. ff. de inoff. test. nam & si. & quia ascendentem non potest quis exheredare, nisi commiserit causam ingratitudinis, vt in auth. vt cum de ap. cog. coll. 8. §. 2. ad idem C. de episc. & cler. auth. presbyteros. in fi. sed aliud est hic ratione monachatus, & fauore religionis. Item adhuc huic obstat, in auth. vt nul. iu. col. 9. §. pen. vbi pater habet tertiam partem bonorũ filiæ, quæ detruditur in monasterium: sed hoc ideo est, quia ibi illo inuito fuit monacha. "Sed quid si primo facit testamentum? Videtur qd per ingressum monasterij rumpitur, quasi p posthumi agnationem. ecclesia enim comparatur posthumo. vt ext. de prob. in præsentia. in auth. de san. epis. §. sed & hoc præsenti addimus sanctioni. ff. de iniust. rupt. test. filio. Item per capitis diminutionem rumpitur testamentum. inst. qui. mo. rumpitur testa. §. 2. Item iste diminuitur capite: quia transit in alterius potestatem [a]. Econtra videtur quòd teneat testamentum: quia pro mortuo habetur: sed in morte cõfirmatur testamentum. Item legatũ non perit per capitis diminutionem, vt ff. de ca. dim. legatum. Ad hoc dico quòd rumpitur testamentum nisi prius aliquid reliquerit monasterio. si ergo instituerit monasteriũ ante ingressum monasterij in vno denario, postea nõ rumpitur testamentum. Hug. tamen & Io. cõtrarium dicunt. Sed numquid monasterium ipso ingresso adeptum est possessionem rerum illius? Videtur quod sic: quẽ admodum adoptans adipiscitur possessionem adoptati, ff. de preca. si adoptauero. quod concedo. "Sed quid si ingrediẽs monasterium habuit vsumfructum bonorum: numquid monasterium potest vti fructibus illo viuente? Videtur quod non, tum ideo quia morte extinguitur vsusfruct[s]: tum quia vsusfructus alij concedi non potest: nisi diceres quod

"testm̃ vtrũ p ingressũ monasterij rumpatur.

2 C. de sacr. eccl. auth. si qua mulier. Apud Iulia. antecess. nouel. 123. c. 56. Coll. 9. ti. 15. §. si qua.

a đ hoc no. s̃. e. q. statui mus. & hr̃ inst. de cap. dim.

tal. legitima portione nulli

3 Const. 26.

4 C. de epis. & cle. auth. nũc autem.

"Vsusfruct[s] an tollatur p ingressũ religionis, vel an quæratur monasterio.

5 ibid. apud Iul. antecess. c. 59. & 60.

nicam eius sibi vendicauit, quam in sportarum modum de palmæ foliis ipse sibi contexuerat.

s ¶ Tradiderunt.] *Sic est emendatum ex plerisque manuscriptis. Antea legebatur,* tradere possunt.

Item in authenticis, constitutione 9. [2]

C. IX.

SI qua mulier, aut vir monasticam elegerit vitam, & intrauerit monasterium, liberis nõ extantibus [h], monasterio, quod ingreditur, res eius competere iubemus. ¶ Sed si persona liberos habens, antequàm de rebus suis inter eos disponat, monasterium intret, liceat ei postea inter eos diuidere [i] legitima † non [k] diminuta: & quod eis non dedit, monasterio competet. ¶ Sed si omnem substantiam inter filios diuidere voluerit, sua persona filiis connumerata partẽ sibi retineat, quæ monasterio cõpetere [l] debet. ¶ [3] Sed si post ingressum moriatur, antequàm inter eos diuidat, filij legitimam percipiant, reliqua substantia monasterio competente. *In authenticis de mona. constitutio. 5. collatio. 1.* ¶ Nunc autem cum monachus factus est, hoc ipso res suas obtulisse videtur, si prius testatus nõ sit: & exinde iudicio eius cessante [m], lege disponitur, vt si liberos habeat, in quos aut nihil, aut minus legitima portione quoquo donandi titulo cõtulerit, eatenus substantiæ monasterio destinatę detrahatur, ne quid contingat circa liberos iniquum.

Item ex nouella 123. [5]

C. X.

NOn liceat parẽtibus liberos, vel liberis parentes ab hereditate vtendi remaneret apud istum, & vtilitas apud monasterium. Sed contra: si aliquod esset ius penes eum, in ipso ingressu esset factum monasterij. Dico ergo vsumfructum non remanere apud illum. Alij contradicunt. arg. C. de vsuf. l. vlt.

i ¶ *Diuidere.*] Sed qualiter testatur vel disponit ista persona de reb[s] alienis, contra illud inst. quib. non est permis. fa. test. in prin. Sed dic quòd hoc ex quadam benignitate permittitur à iure, ne ecclesia videatur aliquem velle circunuenire præter res suas. præterea video quòd quandoq; aliquis disponit de rebus alienis, vt mater quæ transit ad secundas nuptias, testari potest de rebus priorum filiorũ. & disponere inter ipsos. C. de sec. nup. feminæ. §. vlt.

k ¶ *Legitima non diminuta.*] ideſt, tertia vel medietatem secundum numerum filiorum. C. de inof. test. auth. nouissima.

l ¶ *Competere.*] ne sit onerosus monasterio. 16. q. 6. de lapsis.

NVNC AVTEM. Casvs. Dicitur hic quod eo ipso quod aliquis efficitur monachus, res suas monasterio confert. si ipse non fecit testamentum prius: & ideo cessante postea iudicio eius testamentario, si filiis nihil vel minus legitima contulerit, legitima eis per leges supplebitur: ne quid circa eos contingat iniquum.

m ¶ *Cessante.*] i. si cessauerit iudicium, quia morte præuentus est: & sic non obstat s̃. e. l. prox. quidam tamen intellexerunt, quod hic dicitur, cum vere factus esset monachus: proximam legẽ intelligunt, cum adhuc est in probatione. Ioan.

Non liceat.] Casvs. Hæc constitutio nouellæ diuiditur in duas par. In prima dicitur, quòd parentes non possunt exheredare filios ingratos, si post ingratitudinẽ monachi fiant. Idem iuris est de filiis

Source : BIU Cujas

de filiis contra parentes. In ſecunda par. dicitur, quòd parentes nõ debẽt filios reuocare ad monaſterium tranſeuntes. Secũda pars eſt ibi, *Item non liceat.*

a ¶ *Ingratitudinis.*] Ecce quòd ingratitudo aboletur per ingreſſum monaſterij: "ſimiliter irregularitas, vt 50.diſt.c.1. cum enim aliàs monachus ſit perfectus, non requiritur in eo omnimoda regularitas, vt 16.q.1.legi. monachatus enim omnem maculam abſtergit. in authen. de mona. in princ.col.1. argu. tamen eſt, quòd non tollatur irregularitas. 55.di. priſcis. 1.q. 7.c.2.Io.[a]

"irregularitas tollitur per monachatum.

a Dic ð hoc vt plée not. ext. de apo. c.1. in gl. ex hoc vr. quæ fuit gl.L.



Vo pueritiæ.] Casvs. Supra oſtẽſum eſt quid iuris ſit de adultis monachis factis: nunc vero ſupponit cauſam vigeſimam Grat. vbi tractatur de impuberibus: de quibus, vt melius pateat quid iuris ſit proponit thema, de quo quattuor elicit quæſtiones.



Vòd intra annos.] hęc quęſtio diuiditur in quinque partes. In prima probat ſuperficialiter per quinque ca. quòd ſi puer à patre traditur monaſterio, cogitur ibi ſemper eſſe: quod tamẽ non eſt verum, niſi vſque ad ętatem legitimam. Secunda ibi, *Ex his auctoritatibus.* Tertia ibi, *Velamen.* Quarta ibi, *Tempus quoque.* Quinta ibi, *Quamuis.* Ioan. de Fan.

Casvs. Hic ponitur prima q. in qua quæritur vtrum pueri traditi monaſteriis à parẽtibus ab annis pueritiæ cogantur in monaſteriis permanere. Et certum eſt quòd vſque ad annos pubertatis in monaſteriis permanere cogũtur: ſed cum peruenerint ad ætatem legitimam, ſi ibi permanere noluerint, recedere poſſunt, vt ĩ.e.q.illud. ad inſtar ſponſalium, vbi maior tenetur expectare minorem vſque ad legitimam ætatem, vt ext. de deſp. impub. de illis. Hu. tamen dicit, quòd ſi ſint doli capaces compelluntur ibi morari, ſi non contradicunt. Alij vero contra. & procedit hoc ordine Gratianus. primo probat quòd in arbitrio puerorum eſt recedere vel ſtare, cum ad annos pubertatis peruenerint. poſtea probat contra. ſed tu ſtabis illi c. illud.

b ¶ *Quòd intra annos.*] Aut eſt adultus qui intrat monaſterium: aut impubes. "Si adultus eſt, & ſponte intrat, exire non poterit, vt ĩ. ead. quæſt.1. puellæ. & q.2.ca.1. & 2. ſi inuitus intrat, exire poteſt, vt ĩ.ea.q.1. ſicut. niſi propter aliquam culpam inuitus intret, vt 50.di. ſi ille. & 21. qu.2. placuit. Si impubes intrat, aut ab alio ponitur in monaſterio, aut per ſe intrat. ſi ab alio ponitur in monaſterio, & ip ſe non conſentit, poteſt egredi quando voluerit, vt ĩ.ead.q.puellæ. & q.3. prẽſens. ſi vero conſentit cum ab alio ponitur in monaſterio, tenet: licet conſenſus ille qui fit ante annos diſcretionis non teneat: inde tamen exire non poteſt priuſquam veniat ad legitimam ætatem[b], ad inſtar carnalis matrimonij, vt extra de deſpon. impu. de illis. & ĩ.ea.q.illud. ſed quam cito peruenerit ad perfectam ætatem, poteſt egredi, vt ĩ.ea.q.3. præſens. & extra de reg. cum ſcimus. licet quidam dixerint quòd in impubere ſufficiat ſola parentis oblatio, ad hoc vt monachus ſit. ar. eius quod eſt ext. de reg. c. ſignificatum. & ĩ.e.c.1. & 2. Sed contra eos eſt expreſſe ext. de reg. cum virum. & ca. cum ſimus. Si vero impubes propria auctoritate intrat, poteſt extrahi à patre vel tutore, vt ĩ.ead.qu.2. puella. Hoc tamen ſcias, quòd ſecundum Hug. ſi doli capax eſt ingreſſus monaſterium ſiue per ſe, ſiue per voluntatem patris, dummodo non fuerit coactus, amodo non poteſt exire, licet non peruenerit ad annos pubertatis: quia cum doli capaces ſe poſſint obligare diabolo, vt extr. de delic. pu. c. pueris. multo fortius Deo. Item cum in matrimonio carnali malitia ſuppleat ætatem, vt extra de deſpon. impu. de illis. ergo & in ſpirituali. "Greg. refert in dialogo de quodã puero nouenni, qui nutricem ſuam grauidauit. "Alij dicunt quòd nemo obligatur voto ante legitimam ætatem: nec eſt ſimile de matrimonio carnali: quia ibi obligatur tantum homini: & illud vinculum diſſoluitur ſaltem morte: ſed vinculum ſpirituale morte non diſſoluitur. arg.32.qu.7.licite. ſed hodie præualet opinio Hug. vt ext. de reg. poſtulaſti. Io. ſed certe particula quæ hoc dicebat, eſt ſubtracta. B.

"Puer nouennis nutricem grauidauit.

"Voto nemo obligatur añ legitimam ætatẽ.

Firma autem.] Casvs. Dicitur hic, quòd profeſſio virginitatis tunc erit firma, cum ætas cœperit eſſe adulta, id eſt, cum perfecta erit ætas nuptiis deputata: *Et*, pro ideſt. c ¶ *Cœperit.*] non intelligas cum cœperit attingere 14. ann. maſculus, vel femina 12. annum: ſed cum iam eſt in fine 14. annorũ, vel 12.

Iuo p.7. c.11.

†al. ad pubertatis

†al. voluntatis

SI VIRGINITATIS. Casvs. Dicit hic Grat. quòd ca. firma. intelligitur de illa profeſſione, quæ proprio ſit arbitrio à puero, vel puella ſine patris vel matris auctoritate: quę cum peruenerit ad pubertatẽ, exire valet: ſecus ſi à parente offeratur monaſterio: quia tunc exire non valet. & ad hoc inducit ſequentia capitula.

2 Pol.l.4.tit. 34. Anſ.l.7. c.186. & l.8. c.6. Bur.l.8. c.6. Iuo p.7. c.30.

Addidiſtis.] Casvs. Quæſitum fuit à Gregor. vtrum poſſunt exire de monaſterio & matrimonio copulari pueri cum ad pubertatis annos peruenerint, qui à parentibus in infantiæ annis monaſterio traduntur? Et reſpondet, quòd non, quia nefas eſt vt voluntatis fræna relaxentur filiis, qui Deo à parentibus offeruntur. Sequens c. patet.

d ¶ *Addidiſtis.*] Hæc tria ca.[c] intelligas de illis qui poſt adultam ætatem conſenſum accommodauerint: ſed Hu. intelligit de doli capacibus.

c ſc. iſtud c. & duo ſeq. idẽ repetit gl. vlt. eo. c. & benẽ. & ſic ĩ effectu hęc ca. corriguntur.

e ¶ *Mater.*] "Videtur ergo quod mater poſſit tradere filium ſuum religioni, vt ĩ. ead. quicumque. quod non videtur, cum non habeat ipſum in poteſtate, vt inſti. de adop. §. feminæ. legas ergo. vel, pro &.

"Mr non pt filiũ religioni tradere.

f ¶ *Infantiæ.*] id eſt, pueritiæ.

g ¶ *Pubertatis.*] ſ. 28. diſtinct. de his contra. ſed loquitur de ſæcularibus.

h ¶ *Deuitamus.*] Ex his capit. ſumunt quidam ſchiſma erroris ſui: & dicunt ſufficere ſolam oblationem patris ad hoc vt quis monachus fiat, vt extra de regu. ſignificatum. & c. ad hæc. ſed eis obuiat ĩ.e.illud. & extra eod. cum ſimus. ſed intelligas iſta c. quando in adulta ætate conſenſerunt: & ſic interpretatur c. Cæleſtinus. extra eo. cum virum.

i *Monachum.*] ¶ *Deuotio.*] & filij ſpontanea profeſſio ſupple.

k ¶ *Profeſſio.*] per ſe.

"Monaſteriũ ingreſſ⁹ ante perfectã ætatem an poſſit poſteaexire

b De hoc ĩ. e.q. c.illud. & ff. dep. ſi quis in rem.

irregularitas tollitur per monachatum.

CAVSA XX.

Vo pueritiæ annos agentes à parentibus monaſterio traditi ſunt: vnus inuitus, alter ſponte neus cucullam induit. Ad annos pubertatis venientes, inuitus ad ſæcularem militiam rediit, ſponte neus monaſterium diſtrictius petit.

1 *Nunc primum quæritur, ſi in pueritiæ annis traditi cogantur religionis propoſitum tenere.*

2 *Secundo, ſi præter voluntatem parentum tonſuram, vel religionis veſtem quis in pueritia accipiat, vn poſſit ſibi detrahi, an non.*

3 *Tertio, qui præter propriam voluntatem cucullam induerit, an cogatur eam retinere, an non.*

4 *Quarto ſi ab vno monaſterio in aliud diſtrictius liceat alicui tranſire.*

QVÆSTIO I.

1 ips

Vòd intra annos[b] *pueritiæ traditi, cum adulti fuerint, liberum habeant arbitrium manendi, vel diſcedendi, probatur auctoritate nonæ*[A] *ſynodi.*

A ¶ Nonæ.] *In nonnullis vetuſtis exemplaribus eſt, octauæ. Verum in octaua ab Hadriano II. habita non habetur, ſed in libro* B. *Baſilij de inſtitutis monachorum, Ruffino interprete, ca.8. Similia etiam ſunt apud eumdem* B. *Baſilium in regulis fuſius diſputatis, c.15.*

¶ Virginitatis profeſſio quo tempore firma eſſe incipit. C. I.

Firma autem tunc erit profeſſio virginitatis, ex quo adulta iam ætas eſſe cœperit[c], *& ea, quę ſolet apta nuptiis deputari, ac perfecta*[A].

A ¶ Ac perfecta.] *Hæc non ſunt in eo* B. *Baſilij loco.*

Si virginitatis profeſſio tunc incipit eſſe firma, cum ætas cœperit eſſe adulta, & religionis profeſſio tunc demum debet eſſe firma, cum ad adultam ætatem peruentum fuerit. Sed hic de illa profeſſione agitur, quæ in annis pueritiæ proprio arbitrio, Deo offertur, quam non confirmat parentum conſenſus. Ceterum, quæ à parentibus Deo offertur profeſſio, inuiolatam ſeruari oportet.

Vnde Gregorius ſcribit ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum.

¶ *Sic etiam citat Iuo. Extat in epiſtola quarta Gregorij tertij ad Bonifacium legatum Germaniæ: & ſimile habetur in concilio VVormacienſi, c.22.*

¶ Non licet de monaſterio egredi, quem pater, vel mater intra annos infantiæ fecerit ordinari. C. II.

1 ADdidiſtis[d] adhuc, quòd ſi pater, vel mater[e] filium, filiamve intra ſepta monaſterij in infantiæ[f] annis ſub regulari tradiderint diſciplina, vtrum liceat eis poſtquã pubertatis †[g] annos impleuerint, egredi, & matrimonio copulari. Hoc omnino deuitamus[h]: quia nefas eſt, vt oblatis à parentibus Deo filiis voluptatis† fræna laxentur.

Item ex concilio Toletano 4.c.48.

¶ Aut propria profeſſio, aut paterna deuotio monachum facit. C. III.

2 MOnachum aut paterna deuotio[i], aut propria profeſſio[k] facit. Quidquid horum fuerit, alligatũ[A] tenebit. Proinde his ad mundum reuertendi intercludimus aditum, & omnes ad ſæculum interdicimus regreſſus.

A ¶ Alligatum.] *In duobus Vaticanis concilio rum codicibus, & Lucenſi regio legitur,* allegatum.

Item Iſidorus.

i *Monachum.*] ¶ *Deuotio.*] & filij ſpontanea profeſſio ſupple.

k ¶ *Profeſſio.*] per ſe.

Quicum

Source : BIU Cujas

QVicumque.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod quicumq; fuerit à parentib. monaſterio deputatus, perpetuo debet ibi morari: & hoc probatur exemplo Samuelis, qui oblatus ab Anna cũ iam eſſet ablactatus à matre, in ſeruitio Dei permanſit. Seq. c. planum eſt: & intelligitur hoc c. de illis, qui poſt legitimam ętatem conſenſerunt: vel qui tempore oblationis erant doli capaces.

a ¶ *Ablactatum.*] i. ſola oblatio nõ ſuffeciſſet, niſi ipſe poſtea ratum habuiſſet. "Sed quare in baptiſmo cogitur ſeruare factum parentum, & nõ in voto? Reſponde, quia ibi recipit ſacramentum: vnde illud cogitur ſeruare, vt 45. di. de Iudæis. Item quia ĩ baptiſmo poteſt puerper alium obligari, vt de conſe. di. 4 baptiſmi vicem.

" Obligant parentes in baptiſmo, ſed nõ ĩ voto

b QVem progenitores.] ¶ Cæpit.] ar. qđ præiudicatur alicui p factum ſicut p dictũ: & quod non refert an factis vel dictis declaret quis voluntatem ſuam, vt extr. de ap. di lecti. & 22. q. 5. cauete. ſic ext. de re. vidua. & 27. di. ꝙ interrogaſti[a].

1 Ext. de regul. c. 1.

aVide quod legi. & not. 27. q. 1. c. j. & c. vidua. ibi videas.

EX HIS. Hæc eſt 2. pars q. in qua probat magiſter, qđ non compellitur puer remanere niſi velit ĩ ætate legitima: & hoc probat per tria c. Io. de Fan. CASVS. Cõcludit Gra. ex ſupradictis, qđ pueri ex oblatione paterna intãtum ſunt obligati, ꝙ à monaſterio recedere nõ poſſunt. Sed huic concluſioni obiicit poſtea Grat. per ſeq. c.

2 Burch. l. 8. cap. 97. Iuo p. 7. c. 115.

PVellæ.] CASVS. puellæ quædam non coactæ ab eorum parentib. ſed ſponte habitum monachalẽ ſuſceperunt: poſtea matrimonia cõtraxerũt. Quæſitum fuit à Leone Papa, vtrum cõtra profeſſionẽ ſuam poſſunt venire: & reſp. ꝙ non, etiam ſi nõdum velum cõſecrationis ſuſceperint. Et hoc ꝓbat exemplo contrahentium q contra ſua pacta impune venire non permittuntur.

†forte] votus

c ¶ *Puellæ.*] adulte. Sed ſecundum Hu. doli capaces. Cæleſtinus tamen videtur intellige re hoc ca. de adultis. ext. de reg. cum virũ. d ¶ *Calcari.*] ſi. 28. q. 1. c. 2.

3 Bur. l. 8. c. 2 Iuo part. 7. c. 20. Polyc. l. 4. tit. 35.

CVM ERGO IN PRINCIPIO. CASVS. Concludit hic Grat. ex ſupradicto c. à contrario ſenſu, ꝙ ſi à parentib. coactæ fuerũt habitum recipere, ipſum deſerere poſſunt. Poſtea ſoluit dicens quod c. illud, puellæ, loquitur de puella nubili, quæ poſt xij. annum à patre cogi nõ poteſt monaſterium ingredi: & ſi coacta fuerit, habitum ſeruare non cogitur: & ad hoc inducit ſeq. c. ſed ſi eſſet innubilis, ſecus eſſet: ſed hæc eſt allegatio.

SIcut qui.] CASVS. Statuit Eugenius in hoc c. quod ſicut illi qui ſponte ingrediuntur monaſterium, recedere nõ poſſunt: ita hi qui ſunt inuiti miſſi ſine iuſtæ offenſionis cauſa, permittũtur abire: quia timendum eſſet vt tales magis peccata committerent quam plangerent: ſicut probatur per decretum Leonis. *Maxime.* i. magis.

e ¶ *Offenſionis.*] "propter delictum enim cogitur quis intrare monaſterium, vt 16. q. 6. de lapſis. 50. di. ſi ille. & 81. di. dictum. & c. ſi quis clericus. & 33. q. 2. admonere. Et ſi certum tempus ei nõ præfigitur, numquid perpetuo ibi manebit? Videtur ꝙ ſic, vt 81. diſt. ſi quis clericus. & ſeruus qui ſine prędinitione temporis in vinculis ponitur, perpetuo ibi eſſe videtur, vt C. de pœ. ſeruus. Arg. contra 2. q. 1. in primis[b]. Sed tamen melior eſt quolibet præmiſſo à G. & concordat cum illo ca. firma. Eſt ergo caſus huiꝰ c. Statuit Martinus Papa vt ſi filij intra pubertatis annos à parentib. offeruntur monaſteriis, & tonſuram vel velamen ſuſceperunt in xv. anno, ab abbatibus vel aliis prælatis debent inquiri vtrum velint in ipſo habitu permanere, & ſi conſenſerint, vltra non erit pœnitentiæ locus: ſi autem negauerint, poterunt ad ſæcularem vitam redire: quia coacta ſeruitia Deus non diligit.

" Monaſteriũ cogitur quis intrare pp delictũ.

b Dic vt no. ſ. 81. diſt. dictũ. & vide qđ no. ext. đ cõſt. ex lris. 50. di. c. 1. A. cum illo ca.

f ¶ Xv.] "Videtur ergo qđ habeat xv. annum pro deliberatione an velit remanere, an recedere. Nam ante non potuit deliberare, cum nec ante habuit diſcretionem. videretur enim eccleſia circunuenire homines, ſi aliquis cogeretur manere cum ea qui numquam delibe rauit. nam etiam in illicitis datur alicui dilatio menſis, vt 1. q. 1. conſtat. decretalis tamen videtur eis dare triduum, vt ext. ea. ad noſtram. Vel ſaltem communes induciæ deberent eis dari ad loquendum cum amicis, & componendas ſarcinulas, vt ff. ex quibus cau. ma. ab hoſtibus. §. vlt. Econtra videtur, quòd nihil temporis habebit. nam ca non comparat contractum quo quis obligatur homini, obligationi diuinæ, vt 27. q. 1. c. 2. ſed in contractu humano non licet etiam incontinenti reſilire, vt C. de tranſa. quamuis. ergo nec in hoc. Ad hoc dicunt quidam quod ſi ante 14. annos fecit profeſſionem, ſtatim cum per vnum diem fuerit poſt annos 14. in monaſterio, eſt ei factum præiudicium: ſecus ſi non fecit: per id quod eſt extra de reg. ad noſtram. Melius[c] credo eſſe dicendum ꝙ ſi ante annos pubertatis habuit diſcretionem tantam, vt per ſe per alios ſciuiſſet, quod ſtatim eſſet obligatus, vt tunc ſtatim poſt annos 14. ſit obligatus, ſi non contradicat. Sed ſi nec per ſe nec per alios potuit ſcire aliquid de obligatione iſta: tunc in 25. anno ſit inquirendum ab ipſo an velit ſtare, an non. ab aliis enim non eſt hoc inquirendum niſi ab illis qui per ſe non poſſunt hoc ſcire: nec ab aliis

" Profeſſio facta añ 14. annos, an ſtatim poſt obliget.

c Quidquid hic dicatur, hodie tẽas vt dr ext. li. 6. đ re. iu. is q. c. nõ ſolũ. c. cõſtõnem & đ hoc In. no. ſatis ext. e. tit. c. 1.

¶ In monaſterio perpetuo maneant, qui à parentibus traditi ſunt. C. IIII.

QVicumque à parẽtibus propriis in monaſterio fuerit delegatus, nouerit ſe ibi perpetuo permãſurum. Nam Anna Samuelem puerum natũ & ablactatum[a] Deo cum pietate obtulit: qui & in miniſterio tẽpli, quo à matre fuerat deputatus, permanſit, & vbi conſtitutus eſt, deſeruiuit.

¶ *Hoc non eſt inuentum in libris B. Iſidori: ſed Smaragdus in expoſitione regulæ B. Benedicti, c. 59. hoc idem ex ipſo Iſidoro refert.*

Item ex regeſto Gregorij, lib. 1. epiſt. 48. ad Anthemium.

¶ De eodem. C. V.

1 QVia autem dura eſt in inſulis congregatio monachorum, etiam pueros in eiſdem monaſteriis ante xviij. annorum tempora ſuſcipi prohibem⁹: vel ſi qui nunc ſunt, tua eos prouidentia auferat, & in vrbem Romanam trãſmittat. Hoc & in Palmaria aliiſque inſulis te per omnia volumus cuſtodire.

Item ex concilio Triburienſi.

¶ Qui à progenitorib. monaſterio traditus eſt, de eo egredi non licet. C. VI.

2 QVem primogenitores ad monaſterium tradiderũt, & in eccleſia cœpit[b] canere, & legere, nec vxorem ducere, nec monaſterium deſerere poterit: ſed ſi diſceſſerit, reducatur: ſi tonſuram dimiſerit, rurſus tondeatur: vxorem ſi vſurpauerit, dimittere compellatur.

[*Item ex Pœnitentiali Theodori.*]

PALEA. C. VII.

INfans pro infante poteſt dari in monaſterio: quamuis alter vocatus †ſit. Tamen melius eſt votum ſoluere. Similiter & pecora æquali pretio (ſi neceſſe eſt) ſunt redimenda.

2 *Ex his auctoritatibus colligitur, quòd paterna profeſſio pueros tenet obligatos: nec licebit eis à propoſito diſcedere, quod paterna deuotione in puerilibus annis ſuſceperunt. Sed obiicitur illud Leonis Papæ, epiſt. 90. ad Ruſticum epiſcopum, c. 13. & 14.*

¶ Non licet puellis nuptias eligere, quæ ſponte voluntare virginitatis ſuſceperunt propoſitum. C. VIII.

3 PVellæ[c], quæ non coactæ parentum imperio, ſed ſponte neo iudicio virginitatis propoſitum, atque habitum ſuſceperunt, ſi poſtea nuptias eligunt, præuaricantur, & ſi conſecratio non ceſſit: cuius vtique non fraudarẽtur munere, ſi in propoſito permanerent. Ambigi vero non poteſt crimen magnum admitti, vbi & propoſitum deſeritur, & conſecratio violatur. Nam ſi humana pacta non poſſunt impune calcari[d], quid eos† manebit, qui corruperint fœdera diuini ſacramenti?

Cum ergo in principio huius capituli dicatur [Puellæ, quæ non coactæ imperio parentum] datur intelligi, quòd ſi coactæ habitum virginitatis ſumpſerint, ſine præuaricatione ipſum deſerere poſſunt. Sed puella hic nubilis intelligitur, cuius (vt in ſequentibus demonſtratur) poſt duodecimum annum eſt liberum arbitrium: nec in electione propoſiti cogitur ſequi parentum imperium.

Sic & illud intelligendum eſt, quod eſt ſtatutum in ſynodo habita ab Eugenio Papa II. c. 32.

¶ Extra voluntatẽ propriam retruſi in monaſteriis non teneantur. C. IX.

SIcut, qui monaſteria elegerũt, à monaſteriis egredi non permittuntur: ita hi, qui inuiti ſine iuſtæ offenſionis[e] cauſa ſunt intromiſſi, niſi volentes, nõ teneantur: quia quod non petunt, non obſeruant. Ideoque tales conſiderandi ſunt magis †peccata committere, quàm plangere, ſicut in decreto ſanctiſſimi Leonis Papæ manifeſtiſſime continetur.

[*Vnde Marcellus Papa.*]

PALEA. C. X.

ILlud autem ſtatuendum eſſe cenſemus, vt ſi in minori ætate filij monaſterio oblati fuerint, &† ſacram tonſuram, vel velamina ſuſceperint, dignum quidem duximus, vt xv.[f] anno à prælatis moniti † inquirantur, vtrum in ipſo habitu ꝓmanere cupiant, an non. Si vero permanere profeſſi fuerint, vlterius pœnitendi locum minime amplecti poſſunt. Sin autem ad ſæcularem habitum reuerti voluerint, redeundi licentia nullo modo denegetur: quia ſatis inutile eſt, vt coacta ſeruitia Domino præſtentur.

¶ *Notatur nomine paleæ etiam ab auctore gloſſæ: ſed extat fere in omnibus vetuſtis, & ſine paleæ nomine.*

ILlud autem.] CASVS. Hoc ca. palea eſt: ſed tamen melior eſt quolibet præmiſſo à G. & concordat cum illo ca. firma. Eſt ergo caſus huiꝰ c. Statuit Martinus Papa vt ſi filij intra pubertatis annos à parentib. offeruntur monaſteriis, & tonſuram vel velamen ſuſceperunt in xv. anno, ab abbatibus vel aliis prælatis debent inquiri vtrum velint in ipſo habitu permanere, & ſi conſenſerint, vltra non erit pœnitentiæ locus: ſi autem negauerint, poterunt ad ſæcularem vitam redire: quia coacta ſeruitia Deus non diligit.

† al. maxime

† al. vel

† al. moniti verbis

Source : BIU Cujas

aliis hoc didicerunt. Item numquid potest aliquis petere in integrum restitutionem, qui in xv. anno intrauit religionem? Arg. quod sic, extr. de reg. ad nostram? Respon. non: quia non est deceptus qui Christo se coniunxit. præterea quia in talib. censeretur maior: similiter in matrimonio. ext. de rest. Ipol. ex parte.

VELAMEN. Hæc est 3. pars q. in qua quæritur quãdo sunt velandæ virgines. Et est dicendum quòd in 25. an. & hoc probat per c. seq. Ioan. de Fan.

CASVS. Supra in præcedenti c. facta est mẽtio de sacro velamine: nunc ostendit Gratianus quod sacrum velamen non est imponendum virginibus nisi certis diebꝰ: quod probat per sequens capitulum.

a ¶ *Velamen.*] Hic agitur quo tempore virgines sunt velãdæ vel consecrandæ. "Est autem quadruplex velum, s. velum professionis, cõsecrationis, ordinationis, prælationis. [a]Velum professionis imponitur tam virgini quàm viduæ: dum tamen sit xij. annorum, vt j. q. 2. puella. Velum cõsecrationis est quod tantum virginibus imponitur in 25. an. vt j. e. q. placuit. & 77. dist. placuit. Velum ordinationis quod olim imponebatur diaconissis in 40. anno, vt j. e. sanctimoniales. velum prælationis est quod in 40. anno datur abbatissæ, vt j. e. iuuenculas. 31. q. 1. quomodo virginibus. & per hanc di. multa sedantur contraria. Ioan.

1 Pol. l. 4. tit. 35. Ans. l. 7. c. 190. Burc. l. 8. c. 15. Iuo p. 7. c. 36. Pã. l. 3. c. 189.

"Velum est quadruplex

a Aliqñ inuenitur velũ cõuersiõis, vt j. 27. qu. j. viduas. quæ ibi no. q̃ fit illud velũ, & q̃ fit dria inter velũ cõuersiõis, & ꝓfessiõis notare vī Ioan. in gl. ibi ī fi. Arc. 2 Poly. ibid. Ans. l. 7. c. 91

† *al. ætas*] orig.

DEuotis.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas par. In prima parte dicitur, q̃sacrum velamẽ non debet virginibus imponi, nisi in die Epiphaniorum: vel in albis Paschalibꝰ, & in natalibus Apostolorũ: vel nisi essent in articulo mortis: sicut de baptismo contingit: ne si ne hoc munere recedãt à sæculo. In secunda par. dicitur, q̃ episcopi viduas velare nõ debent. Secunda pars est ibi, *Viduas autem.* Et intelligitur hoc de velo consecrationis, quod tantum virginibus datur, vt 26. dist. acutius. Quod autem sequitur vsque ad §. quamuis, planum est, & satis patet.

3 Pol. l. 2. tit. 27. Burc. l. 2. c. 11. Iuo p. 6 c. 31. Pan. l. 3. c. 30.

4 Capit. l. 1. c. 46.

3 *Velamen*[a] *autem non licet imponere virginibus, nisi certis diebus.*

Vnde Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam, c. 14. & 15.

¶ Non nisi certis diebus velamen imponatur virginibus. C. XI.

[1]DEuotis Deo virginibus, nisi aut Epiphaniorum [b] die, aut in albis [c] paschalibus, aut in Apostolorũ natalitiis sacrum velamen minime imponatur: †nisi forsan (sicut de baptismate dictũ est) graui languore correptis, ne si ne hoc munere de sęculo exeant, implorantibus non negetur. ¶ Viduas autem velare pontificũ nullus [d] attentet.

4 *Tempus quoque consecrationis earum similiter obseruatur.*

Vnde Gregorius in regesto, lib. 3 epi. 11.

¶ Ante sexagesimum ætatis suę annum virgines non consecrentur. C. XII.

[2]IVuenculas fieri abbatissas vehementissime prohibemus, Nullam igitur fraternitas tua, nisi sexagenariam [e] virginem, cuius vita† hoc, atque mores exegerint, velari permittat.

Item ex concilio Carthaginensi 3.

¶ *Sic citatur etiam in omnibus vetustis: sed in nullo Carthaginensi est inuentum. Idem vero nonnullis additis habetur in concilio Agathensi c. 19.*

C. XIII.

SAnctimoniales ante annũ quadragesimum non velentur. [f]

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 4.

¶ *Antea citabatur ex concilio Africano 4. sed ſ. dist. 77. c. placuit, citatur ex Carthaginensi 3. vbi habetur.*

¶ Ante vigesimumquintum annum virgines non consecrentur. C. XIIII.

[3]PLacuit, vt ante xxv. annos ætatis nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur: & vt lectores populum non salutent [g].

Item Pius Papa. [4]

C. XV.

5 Pol. l. 4. tit. 35. Burc. l. 8. c. 18. Iuo p. 3 c. 39. Pann. l. 3. c. 190.

† *al. offerendæ*

5 VIrgines non velentur ante xxv. annos, nisi forte necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis: & non sunt consecrandæ† nisi in Epiphania, & in sabbatho[A] Paschæ, & in Apostolorum natalitiis, nisi causa mortis vrgente.

¶ *Caput hoc inter decreta Pij non est inuentum, & abest à tribus vetustis Gratiani exemplaribus. De causis vero, ob quas ante xxv. annos poßint virgines velari, agitur in concilio Mileuitano. c. 26. & Africano. c. 93. ex quo Africano refertur capitul. l. 1. c. 46.*

A ¶ Sabbatho.] *In vno vetusto legitur,* in albis, *& apud ceteros collectores,* in albis Paschalibus.

5 *Quamuis autem viduę velari prohibeantur, viduitatis tamen professio in scriptis ab eis est facienda. Vestis quoque professioni conueniens est eis tradenda, qua vbique vtantur.*

Vnde in concilio Toletano 10. c. 4.

¶ Professionem viduitatis faciant, & habitum sumant religionis, quæ castitatem seruare proponunt. C. XVI.

VIdua, quæ sanctæ religionis obtinere propositum voluerit, sacerdoti, vel ministro, [h] ad quem aut ipsa venerit, aut quem ad se venire contigerit, scriptis [i] professionem faciat à se aut signo, [k] aut subscriptiõe [l] notatam, continentem se & religionis propositum velle, & hoc perenniter inuiolate seruare. Tunc accepta à sacerdote, vel ministro apta religionis professioni †veste[m], seu in lectulo quiescẽs, siue in quocumque loco consistens constanter† ea vtatur, nec diuersi coloris, aut diuersæ partis eadem sit notabilis vestis, sed religiosa, & non suspecta.

Virgines non.] QVAMVIS. Hæc est quinta pars quæstionis, in qua dicitur, qd̃ vidua licet velari non debeat, tamen debet habere quamdam vestem religiosam: & hoc ꝓbat per c. seq. Io. de Fan.

CASVS. Supra in cap. deuotis. prohibetur episcopo velare viduas. Nunc vero ostẽdit Grat. quòd professio est facienda ab eis in scriptis. & quòd vestis religionis est eis tradenda à sacerdote vel diacono: quod ꝓbat seq. c.

Vidua.] CASVS. Aliqua vidua monasticum habitũ recipere volebat. quę situm fuit in concilio Toletano qualiter sit procedendum in hoc facto? Et respondet q̃ si ipsa iuerit ad sacerdotem vel diaconum, vel aliquis eorum ad eam peruenerit, professionẽ faciat in scriptis à se notatam signo sigillari si litteras nescit, vel subscriptione si subscribere sciat, in qua promittat religionis propositum firmiter obseruare: & veste professionis, quam à presbytero vel diacono receperit, vbique vtatur: quæ neq; diuersi coloris sit neque suspecta.

† *al. vsui*

† *al. incunctanter*

"votũ solẽne põt fieri corã priuata persona.

h ¶ *Vel ministro.*] Arg. "quòd votum solenne potest fieri coram priuata persona. sed ad quid facit mulier professionem facerdoti? Potius enim deberet facere abbatissæ. Sed hoc ideo fit, quia feminis non licet imponere velum alicui, vt j. ea. quę st. 2. statuimus.

i ¶ *Scriptis.*] non q̃ sit necessaria scriptura, sed vt scriptura propria obuiet ei q̃ contrauenit, vt s. 1. q. 7. saluberrimum.

k ¶ *Aut signo.*] cum nescit scribere [b].

l ¶ *Aut subscriptione.*] cum scit scribere.

m ¶ *Veste.*] sed velum accipiet ab altari, vt 27. q. 1. viduas. & c. viduæ quæ.

b Vel dic q̃ h. d. vt faciat dr̃iam inter eã q̃ habet figillũ, & eã q̃ nõ h3. Lau.

"velũ qbus diebus imponi debet.

DE his vero.] Hæc quæstio diuiditur in tres par. in quarum prima probatur quòd pater potest filium paruulum de monasterio extrahere, si est minor 14. annis. & filiam, si est minor 12. annis: aliàs non. Secũda ibi, *Velamen.* Tertia ibi, *Hac auctoritate.* Io. de Fan.

CASVS. Hic ponitur secunda quæstio, qua quæritur si puer vel puella prę̃ter voluntatem parentum monasticum habitum induerit, an possit à parentib. reuocari vel tutore? Et respondetur, quando puer vel puella habitũ suscipit: si pater vel tutor est prę̃sens, & non contradicit, consentire videtur, vt 54. di. si seruus. si autem contradicit, vel absens est, vsque ad annum & diem poterit reuocare: nisi velit ratum habere quod factum est, & currit hoc tẽpus à tempore scientiæ, vt j. ea. c. 1. Istud tamen tempus includitur intra ætatem 12. vel 14. annorum: nec peccat pater reuocando filium, vel tutor pupillũ: nec filius vel pupillus peccat, obediendo patri vel tutori: quia hoc faciunt auctoritate canonis.

"Abbatissa debet esse sexagenaris

IVuenculas.] ¶ *Sexagenariam.*] A postolus enim dicit, "Vidua nõ eligatur minor 40. annorũ. 31. q. 1. quomodo. Potest tamen hoc intelligi quòd sit sexagenaria non ætate, sed perfectione continentiæ. 2. q. 7. Paulus. ideo autẽ est virgo, quia aliter non posset esse hortatrix virginitatis, vt 26. dist. vna.

"Filiũ religionem ingressum, an possit pater reuocare.

n ¶ *Propter scripturas.*] Hic patet quòd æque obligatur qui iurat per Deum, sicut qui iurat per Euangelium. sed si per Deum iuraret non solenniter, & per Euangelium solenniter, vel econuerso: magis est obligatus quoad ecclesiam solenniter iurans: sed quantum ad Deum æqualiter. extra, qui cler. vel vo. rursus. Sed obiicitur, quanto sanctius est per quod iuratur tanto magis est pœnale periurium: ergo magis obligatorium, vt infra ead. mouet. sed illud intelligo cum iuratur illicite, & habetur respectus ad solam creaturam. Hic patet quòd non est licitum iurare per creaturas, nisi in iure exprimatur quòd possit: sicut per Euangelium, per altare, per Crucem. infra ea. habemus. & 5. quæst. quinta. qui peierat. & infra eadem, si aliqua. & per salutem principis, vt prima, quæstione septima. quoties. Secundum leges tamen videtur quòd possit iurari per creaturas, vt ff. de iureiurand. l. secunda. §. vltimo. & l. qui per salutem. Sed per membra Dei non est licitum iurare, vt in authentic. vt non luxurientur homines contra naturam. collat. sexta. circa medium.

5 Auctor operis impf. in Matthæū hom. 44.

6 sent. 3. dist. 39. Poly. l. 6. tit. 11.

7 Capit. l. 1. c. 63.

8 Burc. l. 12. c. 2. Iuo p. 12 c. 59. Leuit. 19.

9 Polyc. l. 6. tit. 12. Burc. l. 12. c. x. Iuo p. 12. c. 7. Pan. l. 8. c. 88

10 Iuo p. 12. c. 8. Pan. l. 8. c. 89. Pol. l. 6 tit. 11.

H *Abemus.*] Casvs. Quidam transgrediebantur sacramenta, quæ faciebant in communi loquela, scilicet cum simpliciter per Deum iurabant. Sed ostendit Hieronym. quòd non solum illa quæ fiunt in altari seu in sanctorum reliquiis, sunt d periuriis præcauenda, sed etiam illa quæ fiunt in communi loquela. & hoc probat auctoritate veteris testamenti dicentis: Non peierabis, &c.

N *On est.*] Casvs. Reuertitur nunc Gratianus ad principale propositum, ad ostendendum quòd licitum est iurare. & dicitur hic quòd non est contra præceptum Domini iurare: sed ideo prohibetur, ne propter vsum iuramenti periurium incurramus.

S *i peccatum.*] Casvs. Quidam dicebant qꝫ peccatum erat iurare. Aug. vero docet non esse peccatum iurare tēpore necessitatis,

in iustitia: & benedicent eum gentes, ipsumque laudabunt.] Quomodo ergo Euāgelium iurare nos prohibet? Sed hic, [iurabis[a]] pro confessione[b] dicitur ad condemnationem idolorum, per quę iurabat Israel. Denique auferuntur offendicula[c], & iuratur per Dominum, quodque dicitur [viuit Dominus] in testamento veteri iusiurandum est, ad condemnationem mortuorum[d], per quos iurat omnis idololatra.

a ¶ Et iurabunt.] *Apud Hieremiam c. 4. legitur,* & iurabis. *verum quia est initium capitis, non est mutatum: sed paulo post repositum est,* iurabis, *vbi antea legebatur,* iuramentum.

Item Hieronymus super Matthæum lib. 1. in c. 5.

¶ Infirmis iurare conceditur. C. VIII.

C *Onsidera,* quòd hic Saluator non per Deum iurare prohibuerit, sed per cælum[e], & terram, & Hierosolymam, & per caput tuum. Et hoc quasi paruulis fuerat lege concessum, vt quomodo victimas immolabāt Deo, ne eas idolis immolarent, sic & iurare permitterētur in Deum: non quòd recte hoc facerēt, sed quòd melius esset Deo[f], id exhibere, quàm dæmonibus.

Item ex concilio Carthag. 4. c. 61. & 62.

¶ Excommunicetur clericus per creaturas pertinaciter iurans. C. IX.

C *Lericum* per creaturas iurantem g, acerrime obiurgandum: si perstiterit in vitio, excommunicandum. Inter epulas[h] vero cantantem, supra dictæ sententiæ, seueritate coercēdum decernimus.

Item Pius Papa.

¶ Clericus deponatur, laicus anathematizetur per capillum, vel caput Dei iurans. C. X.

S *I quis per capillum*[i] Dei, vel caput iurauerit, vel alio modo blasphemia cōtra Deum vsus fuerit, si in ecclesiastico ordine est[4], deponatur, si laicus, anathematizetur. Et si quis per creaturam iurauerit, acerrime castigetur, & iuxta id, quod synodus diiudicauerit, pœniteat. Si quis autem talem hominem non manifestauerit[k], non est dubium, quin diuina condemnatione coerceatur. Sed si episcopus ista emenda re neglexerit, acerrime † corripiatur.

¶ *Simillima his habentur nouella 77. apud Iulianum anteceſſorem: ſed non prorſus eadem. Quare apud Iuonem nouellæ locus affertur par. 12. c. 32. hoc autem caput refertur ca. 72. ex decretis Pij, quemadmodum & apud Burchardum.*

2 *Quæritur, quis magis teneatur, an ille, qui per Deum, an ille qui ſuper ſacra Euangelia iurat.*

Huic quæstioni Ioannes Chryſoſtomus reſpondet dicens[5].

¶ Non est maius per Euāgelium, quàm per Deum iurare. C. XI.

S *I aliqua causa fuerit, modicum*[l] videtur facere, qui iurat per Deum. Qui autem iurat per Euangelium, maius[m] aliquid feciſſe videtur. Quibus similiter dicendum est: stulti, scripturę sanctæ[A] propter Deum sunt, nō Deus propter scripturas[n].

A ¶ Sanctæ.] *Sic eſt emendatum ex aliquot vetuſtis, & originali, & Polycarpo. Antea legebatur,* factæ.

Item Hieronymus[7].

¶ Non solum in altari, vel reliquiis, sed etiam in communi loquela periurium caueatur. C. XII.

H *Abemus in lege Dei scriptum* [Non peierabis in nomine meo, nec pollues nomē Dei tui in vanum.] Ideo admonendi sunt omnes, vt diligenter caueant periurium, nō solum in altari, seu sanctorum reliquiis, sed etiam in communi loquela.

¶ *Burchardus, & Iuo citant ex dictis Hieronymi, apud quem non eſt inuentum: ſed in capitularibus lib. 1. c. 63.*

Item Iſidorus ſententiarum lib. 2. c. 31.

¶ Non prohibet Deus iurare, sed peierare. C. XIII.

N *On* est contra Dei præceptum iurare: sed dum iurandi vsum facimus, periurij crimen incurrimus.

Item Augustinus de verbis Apostoli, Sermone 28. al. 30.

¶ Iuratio non est peccatum. C. XIIII.

S *I peccatū esset iuratio, nec in vetere lege diceretur.*

Source : BIU Cujas

cum homines sunt pigri ad credendum quod est vtile eis. & hoc probat auctoritate veteris legis dicentis: Non peierabis, &c.

[Non peierabis: reddas autē Domino iuramenta† tua] Non enim peccatum præciperetur [a] nobis. *Item infra.* ¶ Non vobis dicimus nos, non iurare. Si enim hoc dicimus, mentimur. Quantū ad me [b] pertinet, iuro: sed quantum mihi videtur, magna necessitate compulsus: cum videro non mihi credi, nisi faciam, & ei, qui mihi non credit, non expedire, quòd non credit. Hac perpensa ratione, & consideratione librata, cum magno timore dico [Coram Deo] aut [testis est Deus] aut [scit Christ[o]] sic esse in animo meo: & video, quia plus est: id est, quia amplius est, quam est est, non non. Sed quod amplius est, à malo est, etsi non à malo iurantis, à malo est non credentis.

3 *Ex præmissis colligitur quòd iurare non est peccatum: non tamen tanquam bonum est appetendum, ne consuetudine iurandi labamur in periurium. Sed cum dicatur procedere à malo non credentis, videtur quòd etsi iurare peccatum non sit, iuramentum tamen recipere malum sit. Sed nomine mali non malitia, sed peccati pœna intelligitur. Ex pœnali enim infirmitate incredulitas illa processit, qua ad iurandum cōpellimur. Ipsum autem iurare, sicut peccatum non est, ita iuramentum ab aliquo recipere malum non est.*

Vnde Augustinus scribit ad Publicolam, epist 154.

¶Iuramentum accipere non prohibemur. C. XV.

1 QVamuis dictum sit, ne iuremus, nusquam me in scripturis sanctis legisse memini, ne ab aliquo iurationem accipiamus [c].

4 *Sed quæritur, an sit vtendum fide eius, qui per dæmonia iurat. De his ita scribit Augustinus eadem epistol.* 154. *ad Publicolam.*

¶Licet vti fide eius, qui, vt eam seruet, per dæmonia iurat. C. XVI.

2 MOuet te, vtrum eius fide vtendum sit, qui, vt eam seruet, per dæmonia iurauerit. Vbi te volo prius considerare, vtrū si quispiam per Deos falsos iurauerit se fidem seruaturū [3], & eam non seruauerit, non tibi videatur bis [d] peccasse? Si enim tali iuratione promissam seruaret† fidem, ideo tantum peccasse iudicaretur, quia per tales Deos iurauit. Illud autem nemo reprehēderet, quia fidem seruauit. Nunc vero, quia & iurauit per quos non debuit, & cōtra pollicitam fidem fecit quod non debuit, bis vtique peccauit, ac per hoc, qui vtitur fide illius quem constat iurasse per Deos falsos, & vtitur non ad malam rem, sed ad licitam, & bonam, non peccato eius se sociat [e], quo per dæmonia iurauit, sed bono pacto eius, quo fidem seruauit. Neque [f] enim hic eam † fidem dico seruari, qua fideles vocantur, qui baptizantur in Christo. Illa enim longe alia est, longeque discreta à fide humanorum placitorum, atque pactorum. Verumtamen sine vlla dubitatione minus malum est per Deos † falsos veraciter [g] iurare, quàm per Deum verum fallaciter. Quanto enim per quod iuratur, magis est sanctum, tanto magis [h] est pœnale [i] periurium [k]. ¶Alia ergo quæstio est, vtrum non peccet, qui per falsos Deos sibi iurari facit: quia [A] ille, qui ei iurat, iurat per Deos falsos, quos colit. Cui quæstioni possunt illa testimonia suffragari, quæ ipse commemorasti de Laban [l], & Abimelech: si tamen Abimelech per Deos suos iurauit, sicut Laban per Deum Nachor [B].

A ¶Quia ille.] *In epistolis B. Augustini excussis legitur*, quā ille qui ei iurat falsos Deos colit. *In codice earundem Vaticano*, quando ille, qui ei iurat, falsos Deos colit: *in editione Frobeniana, & apud Iuonem*, quia ille, qui ei iurat, falsos Deos colit.

B ¶ Nachor.] *Sic est emendatum ex loco ipso Geneseos, Iuone, & vno vetusto Gratiani codice, in cuius quidem vulgatis erat*, per Deum Sochot, *in* B. *Augustini autem*, per Deum Iacob.

Sic etiam cum in libro Machabæorum Romani leguntur pacem firmasse cum Iudæis: intelligendi sunt iurasse per falsos Deos: sicut & Iudæi iurauerant per Deum verum.

a ¶*Præciperetur.*] "quia non ast peccatum quod Deus vult siue leges [a], vt 26. dist. deinde. & qui peccat, legis auctoritate non peccat, vt 23. quæstio. 4. qui peccat.

b ¶ *Ad me.*] sicut dicit canon, aliquis dicitur mutari potius q̄ mutare. 7. qu. 1. mutationes, & c. scias.

EX PRAEMISSIS. Hæc est 3. pars qu. in qua quæritur vtrum sit peccatum recipere iuramentum si dubitat, & probat q̄ non, per ca. seq. Ioan. de Fan.

CASVS. Cōcludit Gratianus ex supradictis c. dicens q̄ licet iurare non sit peccatum, non est tamen appetendum: ne consuetudine iurandi in periurium labamur. Sed obiicitur q̄ licet iurare peccatum non sit, tamen iuramentum recipere, peccatum videtur: cum dicatur, q̄ amplius est, à malo est, non iurantis, sed non credentis. sed hāc obiectionem soluit dicens, q̄ nomine mali non malitia, sed pœna peccati, s. incredulitas, quæ ex infirmitate processit, intelligitur: quæ peccatum non est, & ita sicut iurare non est peccatū: ita recipere iuramentum non est peccatum. Et ad hoc inducit seq. ca. cuius casus patet.

c ¶*Quamuis.*] ¶*Accipiamus.*] "nisi cum scimus aliquē falsum iuraturum [b]. tunc enim prohibemur recipere iuramentum, vt j. e. q. 5. qui exigit. vel cum scimus aliquem cito posse labi in periuriū, vt ext. de coha. cle. clericos. Et est hic ar. q̄ eo ipso est aliqd licitum, q̄ non est prohibitum, vt 27. q. 2. lex diuinæ. 28. quæ. 1. iam nunc. Item ar. q̄ antecedens est licitum, nō tamen consequens. sic 23. q. 1. quid culpatur. in fi.

SED QVAERITVR. Hæc est 4. pars qu. in qua quæritur si sit credēdum fidei eius qui per dæmonia iurat, & probat q̄ sic, per cap. seq. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic quæritur an sit vtendum fide eius qui per dæmonia iurat, & respondet quòd sic, ad bonum & licitum. & ad hoc inducit sequens cap. cuius casus patet.

Mouet te.] CASVS. Licet Hu. & Ben. dixerint quòd tres quæstiones factæ fuerint ex hoc ca. ego Bar. Brixien. credo quòd tantum duæ fuerunt. Cap. ergo hoc diuiditur in tres partes. In prima parte quæsiuit Publicola an sit vtendum fide eius qui iurauit per falsos Deos. Antequam veniat ad responsionem quæstionis, dicit quòd qui iurat per falsos Deos, si non seruat fidem, in duobus peccat, & quia iurauit per falsos Deos, & quia fidem non seruauit. sed si seruauit fidem, laudabile est: & ideo fide eius vti possumus ad bonum, & non ad malum. Fides enim appellatur hic promissio, & non illa fides à qua fideles catholici vocantur. In secunda parte dicitur, quòd minus peccat ille, qui iurat per falsos Deos veraciter, quàm qui iurat per verum Deum fallaciter: quia quanto sanctius est per quod iuratur, tanto magis pœnale est periurium. In tertia parte quæsiuit Publicola an peccet qui gentilem siue paganum sibi per falsos Deos facit iurare? Et respondet quòd non: & hoc probat exemplo Iacob & Esau, qui fecerunt sibi iurare Laban & Abimelech per falsos Deos, quod credendum est: & ideo dicit dubitatiue, *si tamen*. Secunda pars incipit ibi, *Verumtamen*. Tertia ibi, *Alia quæstio*.

d ¶ *Bis.*] plus enim peccat qui in duobus peccat, quàm qui in vno. 13. dist. c. 1.

e ¶*Sociat.*] & ita obligat iuramētum quod fit per falsos Deos. & non obstat. ff. de iureiuran. l. non erit. §. penultim. vbi dicitur, quòd non valet iuramentum quod fit per falsos Deos: quia ibi loquitur de hominib. eiusdem fidei.

ADDITIO. Scilicet de duobus fidelibus: hic autem vnus erat infidelis: & ita fit hoc in fauorem religionis: vel ibi est aliud secundum leges, secundum Lau.

f ¶*Neque.*] hic respondet tacitæ quæstioni, cum pagani non habeant fidem, quomodo dices eos frangere fidem? Ad hoc respondet, quòd hic non agitur de fide virtutum, sed de alia fide. "Multipliciter enim dicitur fides. quā doque idem est fides, quod sacramentum baptismi, vt 45. dist. de Iudæis. Item dicitur fides castitas thori [c], vt vigesimaseptima, quæ. 2. coniuges. Item dicitur fides securitas siue pactum, vt 23. quæst. prima. noli. Item dicitur fides conscientia, vt ibi, Omne quod non est ex fide, peccatum est, vt vigesimaoctaua, quæstione prima. §. primo. Item dicitur fides habitus mentis bene constitutæ. Item dicitur fides credulitas, secundum quam credimus illud quod non videmus, vt ibi, Fides non habet meritum, &c. de pœniten. distinctio. 4. c. in domo.

g ¶ *Veraciter.*] quod est, si fallaciter iuretur per Deos falsos, & ita periurium committit qui verum iurat per Deos falsos.

h ¶*Magis.*] hæc dictio, magis, non comparatiue ponitur, sed abnegatiue, quia falsi Dei nō sunt sancti.

i ¶ *Pœnale.*] id est, maiori pœna dignum. quanto enim res est sanctior vel melior, tanto est maius peccatum offendere eam quàm aliam, vt 17. quæstione 4. sicut qui. & infra eadem, quæstio. 5. qui peierat.

k ¶*Periurium.*] id est, temerarium iuramentum. & sic bene adaptatur ratio sequens.

l ¶*De Laban.*] "sed nonne ille peccat qui per Deos falsos iurat: ergo & ille peccat, qui recipit tale iuramentum, vt j. ea. q. 5. ille? Sed dic quòd licet ille peccet, tamen permittitur tale iuramētum, cum aliter non possit adhiberi fides dictis suis. præterea si iuraret per Deum verum, facilius obuiaret tali iuramento, & tamen magis peccaret.

SIC ETIAM. CASVS. Adhuc ostendit Gratian. quòd non peccat Christ

"Legis auctoritas excusat à pctō

a Ad hoc 33. qu. 5. noluit. in fi.

Leuit. 19. *al. iusiurandum tuum.*

"iurm ñ est recipiēdum ab illo, quē scimus falsū iuraturum.

b idē & cū scio veritatem, sed ex odio exigo iurōem. C d iu. cal. auth. in hoc sacramēto. Laur. 1 Iuo p. 12. c. 4.

2 sent. 5. dist. 39. Ant. l. 11. c. 75. Iuo p. 12. c. 35. Pan. l. 8. c. 117. Poly. l. 6. tit. 11.

3 tenetur. n. seruaꝛ iurm l3 peccet, se cūdū Ale. de Im. & Mod. in l. ait ꝓtor §. iurari. in fi. §. ff. de iureiur.

al. custodierit

al. eandem

de hac dict. fide, vide bonam q. in vlt. de summa exim. & de thalo.

al. Deum falsum

"Fides multipliciter dicitur.

c Ad hoc 28 q. 1. caue.

Gen. 21. & 31

1. Mach. 8.

" iurans p Deos falsos an peccet.

Source : BIU Cujas

Christianus, qui páganum sibi per suos Deos facit iurare. Diuiditur ergo iste §. in tres partes. In prima ostendit, quòd non peccat Christianus si recipit sacramentum ab infideli per Deos suos. Et hoc probat exemplo Iudæorum quando fecerunt pacẽ cum Romanis, per Deos falsos receperunt iuramẽtum, ipsi autem per Deum verum iurauerũt. Sic etiam per creaturas iurare malum est: sed seruare quod iuratur, est bonum. In secunda par. obiicit & probat, quòd iurare per creaturas non est malum: quia Ioseph cum vir sanctus esset, per salutem Pharaonis iurauit. Postea soluit dicens, quòd sancti iurando per creaturas ipsum creatorem venerabãtur: sic Ioseph iurando per salutem Pharaonis, iurauit per eum, qui dedit ei salutem & potestatem. & Dominus non prohibuit iurare per creaturas nisi ꝓpter duas causas, ne in eis numen deitatis esse putaretur, vel ne eas cõ temptibiles iudicando, promissa non seruaremus. In tertia parte quærit incidenter quid sit grauius, an iurare fallaciter p creaturas, an per creatorem. Et primo ostendit, quòd grauius est iurare per creaturas: quia sic iurando in duobus peccat: quia & contra prohibitionem iurat, & quia fallaciter iurat: sed per creatorem fallaciter iurando, tantum in vno peccat. Postea soluit dicens, quòd periurium tanto magis pœnale est, quanto id per quod iuratur, sanctius est. & ita magis est pœnale peierare per creatorem. Secunda pars incipit ibi, *Sed obiicitur*. Tertia ibi, *Sed quæritur*. *Positus erat*, scilicet Pharao. *In infimis*, id est, in mundanis. Vel positus erat, scilicet princeps in mundanis, vel in Memphis, quæ ciuitas erat, vel caput regni.

1 sent. 3. dist. 39.
Gen. 42.
†al. Memphis
Rom. 13.
Ioan. 19.
2 Pol. l. 6. tit. 11. Ans. l. 11. c. 71. Burc. l. 12. c. 14. Iuo p. 12. c. 71.

Sic etiam & de iuramento, quod fit per creaturas, intelligendum est: quòd ipsum quidem iurare per creaturas malum est, quia à Deo prohibitum est: sed seruare quod iuratur, bonum est, vt euitetur peccatum mendacij, & dolositatis. ¶ *Sed obiicitur, quòd Ioseph vir sanctus per creaturas iurauit, dum dixit fratribus suis* [*Per salutem* a *Pharaonis non exibitis hinc.*] ¶ *Sed sciendum est, quòd sancti non tam per creaturas, quàm per auctorem creaturarum iurabant: nec in creaturis aliud, quàm creatorem ipsarum venerabantur: sicut Ioseph, qui per Pharaonem iurando, hoc in eo veneratus est, quòd Dei iudicio positus erat in infimis* † b. *Vnde Apostolus ait* [*Omnis potestas à Deo est.*] *Item Christus Pilato* [*Non haberes potestatem, nisi esset tibi datum desuper.*] *Deus autem per creaturas iurare prohibuit, ne vel more gentilium aliquod numen deitatis creaturis inesse crederetur, vel ne creaturas contemptibiles iudicando, per eas promissa pro nihilo duceremus. Sed quæritur, quid grauius sit, an per creaturas, an per creatorem iurare fallaciter. Dupliciter enim reus est, qui per creaturas iurat mendaciter: quia & contra prohibitionem iurat, per quod sibi iurare non licet, (à quo peccato est immunis, qui non nisi per creatorem iurat,) & proximum dolo capit: quod facit etiam per creatorem mendaciter iurans. Sed si periurium tanto magis pœnale est, quanto sanctius illud est, per quod iuratur, apparet, quod etsi per creaturas mendaciter iurans dupliciter* c *peccet, grauioritamen se subiicit pœnæ, qui per creatorem iurat mendaciter.*

5 Periurij autem pœna grauissima est: quam si quis timens, ad confessionem venire noluerit, à fidelium consortio est abiiciendus.

Vnde Eutychianus Papa.

¶Fidelium consortio careat, qui pœnitentiam periurij agere noluerit. C. XVII.

PRædicandum est etiam, vt periurium fideles caueant, & ab hoc summopere abstinẽãt, scientes hoc grande scelus esse, & in lege, & in prophetis, & in Euã gelio prohibitum. Audiuimus enim quosdam paruipendere hoc scelus, & leuem quodammodo periuris pœnitentiæ modum imponere, qui nosse debent, talem de periurio pœnitentiam imponi debere, qualem d & de adulterio, & de fornicatione, & de homicidio sponte commisso, & de ceteris criminalibus vitiis. Si quis vero perpetrato periurio, aut quolibet criminali peccato, timẽs pœnitentiam† longam: ad confessionem venire noluerit ab ecclesia repellendus e est, siue à communione, & consortio fidelium, vt nullus cum eo comedat, neque bibat, neque a oret, neque in domo sua eum recipiat.

¶ *Burchardus etiam, Polycarpus, & Iuo citant ex Eutychiano. Inuentum vero est inter quædam capitula Theodulphi episcopi Aurelianensis ad suos presbyteros scriptis, c. 26. quæ in antiquo codice Romæ habentur.*

a ¶Neque oret.] *Additum id est ex Theodulpho, Burcharcho, & Iuone.*

a Ad hoc ff. qui &à qui. l. in fraudẽ.

a ¶ *Per salutem.*] & in canone per salutem dominorum iuratur, vt 1. q. 8. quoties.

b ¶ *In infimis.*] aliàs Memphis, quæ erat caput regni Pharaonis.

c ¶ *Dupliciter.*] & ita quandoque duo mala ratione coniunctionis non æquiualent alteri eorum per se. sic ext. de of. iu. dele. super quæstionum. §. si vero.

PRædicandum.] Casvs. Significatum fuit Eutychiano Papæ, ꝙ quidam presbyteri de periurio leuem pœnitentiam imponebant, quare statutit Eutychianus, vt Christiani moneantur periurium euitare, cum sit graue delictum: sed si in illud inciderint, taliter de ipso pœniteant, qualiter de adulterio, & de aliis criminalib. vitiis pœniterent. Si quis vero timens longam pœnitentiam periurij, ad confessionem venire noluerit, excommunicetur donec resipiscat.

d ¶ *Qualem.*] quantum ad numerum annorum hoc intellige, non quantum ad asperitatem pœnitentię. "nam regulariter pro quolibet mortali debetur septennis pœnitentia, nisi dignitas delinquentis, vel qualitas delicti aliud suadeat. 33. q. 2. hoc ipsum. & 82. di. presbyter. & 27. q. 1. deuotam. vnde licet septennis pœnitentia imponatur pro periurio sicut pro homicidio, vel adulterio: asperior tamen pœnitentia imponitur pro adulterio vel homicidio, quàm pro periurio: & durior pro homicidio, quàm pro adulterio, vt 33. quæstio. 2. si quod. Io.

"Pœnitẽtia septẽnis debetur pro quolibet mortali.

e ¶ *Repellendus.*] arg. aliquem compellendum ad pœnitentiam. 6. q. 1. illi qui.

QVÆSTIO II.

Vòd autem.] Hæc quæstio diuiditur in quinque partes. In prima parte probat per 5. capitul. quòd non est periurus qui iurat falsum quod putat esse verum. Secunda ibi, *Ille ergo*. Tertia ibi, *Item quòd dicitur*. Quarta ibi, *Cum humilitatis*. Quinta ibi, *Quandoque*. Ioan. Io. Fan.

Casvs. Hic ponitur secunda quæstio, vbi quæritur an sit periurus qui iurauit falsum quod putat verum. Et certum est, quòd non, vt infra e. homines. Et procedit hoc ordine Gratian. Primo probat quòd est periurus, postea quòd non: & ponit solutionem optimam.

†al. pœnitentiæ longam arumnam

f ¶ *Quòd autem.*] Hic quæritur an sit periurus, qui iurat falsum quod putat verum. " Ad quod notandum est, ꝙ quatuor modis committitur periurium. Vno modo vt si quis falsum ignoranter iuret, & illud nullo modo est peccatum, vt infra ead. beatus. Secundo modo dicitur periurium tantum falsum iuramẽtum scienter factum, & illud semper est peccatum, & mortale, vt infra ead. cap. homines. Tertio modo dicitur periurium indiscretum iuramẽtum, & illud quandoque est peccatum mortale. j. ea. q. 4. qui sacramento. quandoque veniale, vt 25. dist. §. aliàs ea. & extra de iureiu. c. verum. Quarto modo dicitur periurium trangressio iuramenti, & illud quandoque nullum peccatum est, vt in illicitis, vt infra e. qu. 4. in malis. quandoque est mortale, vt infra eadem quæst. 4. si aliquid.

"Periurium 4. modis cõmittitur.

3 sent. 3. dist. 39. Iuo p. 12. ca. 22. Pann. l. 8. c. 123.

Ips *Vòd autem* f *periurium sit falsum iurare, facile probatur. Ait enim Augustinus in libro psalmorum super* [*Domini est terra.*]

¶Peierat qui aliter facturus est, quàm promittit. C. I.

IN dolo iurat, qui aliter facturus g est, quàm promittit, cum periurium sit nequiter h decipere credentem.

¶ *Quod hic citatur ex B. Augustino in glossa interlineari psalmi 23. in vers.* Nec iurauit in dolo, *refertur ex Cassiodoro.*

Item Hieronymus super Hieremiam, lib. 1. ad c. quartum.

¶Quos debeat habere comites iusiurandum. C. II.

3 ANimaduertendũ est, quòd iusiurandum hos habeat comites, veritatem i, iudicium k, atq; iustitiam l. Si ista defuerint, nequaquam erit iuramentum, sed periurium.

Item qui falsum iurat, mentitur. Mentiendo autem iurare, nihil aliud est, quàm peierare. ¶ *Cum ergo omnes, qui loquuntur mendacium, perdendi sint, iuxta illud est.*] id est, qui aliter proponit facere.

g ¶ *Qui aliter facturus*

h ¶ *Nequiter decipere.*] scilicet habere animum decipiendi. si enim non haberet animum, secus esset, vt j. e. ne quis a.

ANimaduertendum.] Casvs. Dicitur in hoc capit. quòd iuramentum tres habet comites siue partes, scilicet veritatem iudicium, & iustitiam. & si aliquid istorum defuerit, periurium erit.

i ¶ *Veritatem.*] id est, conscientiam veritatis. j. ead. ne quis. sed veritas rei non sufficit nisi adsit conscientia, vt j. ead. homines. "sic & veritas conscientiæ sufficit vt à furto excuset, si credo dominum permissurum, vt instit. de obligat. quæ ex delicto nascun. §. placuit.

"veritas cõ sciẽtiæ à furto excusat.

k ¶ *Iudicium.*] ideſt, discretionem.

l ¶ *Atque iustitiam.*] id est, vt iustum sit & licitum quod iuratur.

ITEM QVI. Casvs. Adhuc probat eum qui iurauit falsum quod putabat esse verum, periurum, cum iurando falsum fuerit mentitus, & loquentes mendacium iuxta psalmodiam sunt perdendi, & multo magis perpendi sunt qui mentiendo periurare creduntur.

SED

Source : BIU Cujas

SED ALIVD. Casvs. Respondet hic Grat. allegatis, dicens, quòd si aliquis iurat in dolo, s. in cuius mente est aliter facere, quam iurat, periurus est. Sed si sine dolo iurat putans esse verum quod iurat, licet aliter eueniat quàm iurat, periurus non reputabitur. quod probat exemplo Apostoli, qui promisit se iturum ad Corinthios, & tamen aliter fuit.

Psal.3. sed periurus non fuit in dolo. Et ad hoc inducit sequens capitulum.

1 Sent.ibid. H*Omines.*] Casvs. Beneuen. hunc casum sic ponit. Tres casus sunt in hoc c. Primus est cum quis putat verum esse quod est falsum, &

1.Cor.16. tamen incaute iurat. Secundus est cum quis iurat scienter verum esse quod scit esse falsum. Tertius est cum quis putat falsum esse quod verum est, & tamen iurat esse verum. Primus fallitur tantum, & venia liter peccat. Secundus fallitur tantum. Tertius fallit animo, & fallitur. & ita isti

2 sent.3.dist. duo mortaliter delinquunt.

39.Iuo p.12. c.39.Pan.l.8 c.111. 2 ¶*Homines.*] hic ostẽdit tres modos periurij.

b ¶*Putat.*] primum.

c ¶*Et temere.*] id est, indiscrete.

d ¶*Aut scit.*] secundũ quod iurat, i. quod verum est.

†*al.tamen*

e ¶ *Quæ duo.*] scilicet primum & secundũ, & sub secundo comprehendit & tertium[a].

f ¶ *Velit.*] quia ipsum peccare nemo per se vult, vt 15.q.1.merito.

†*al.periurat*]orig.

g ¶*Linguam.*]sic 15.q.6.c.1.

a Vnde dicduo, quorũ alterũ duo capita h; vt p exẽpla p3 q̃ supponit, vñ ẽt ꝓmisit scit vel putat. Arc.

QVIA ERGO. Casvs. Concludit Grat. ex supradicto cap. dicens, ꝙ licet iste episcopus iurauerit falsum, quod putabat esse verum, cum non fecerit scienter hoc, neque negligenter, non est reus periurij iudicandus. Postea respõdet obiectioni factæ supra in §. item qui. ostendens, ꝙ non omnis qui falsum dicit, mẽtitur, sicut nec omnis qui mentitur, dicit falsum, quod probat per seq.c.

Is autem.] Casvs. Hoc cap. diuiditur in tres part. In prima ostendit Augustinus quid si mentiri. In 2. part. ostendit ꝙ quis mentiri non debet: nam verba non sunt ideo instituta, vt homines se fallant adinuicem, sed vt quod quisque nouit, alteri dicat. vnde si quis aliter facit mentiendo scilicet, peccat, etsi alteri per suum mendacium prosit, sicut aliquis furtum faciendo peccat, etsi alicui per furtũ prosit. In 3. par. ostendit, ꝙ duo sunt genera mendaciorum. Vnum est cum quis putat verum quod est falsum. Secundum est cum quis putat falsum quod est verum, & iurat esse verum: primum non lædit, secundum vero lædit. Secunda pars incipit ibi, *Et vtique.* Tertia ibi, *Nemo mentiens. Sciens*, scilicet scienter. Nesciens verum, & tamen est verum.

h ¶ *Instituta.*] ex hoc dicto Augustini sequitur " ꝙ qui mentitur, nihil dicit, quia non dicit id quod vox significat. sicut hic dicit. Aliud enim cogitat mente quam ore proferat. item id non dicit quod cogitat, qa vox illud non significat: nec dicit illud, quod vox significat: quia illud non intendit: ergo nihil dicit, vt ff. de reb. dub. l. in ambiguo.

" Mentiens nihil dicit.

3 sent.3. dist.38. †*al. Omnis orig.*

h ¶*Instituta.*] semper ergo in priuilegiis, vel in rescriptis interpretabũtur verba ad id ad quod instituta sunt, vt hic, & 37. dist. relatum. & semper ad communem intelligentiam, &c. extr. de sponsal. ex litteris. & ff. de leg. 3. non aliter.

"Sed contra plerumque dum proprietas verborum attẽditur, veritas sensus admittitur. ext. de ver. sign. propterea. nam potius mens attenditur, quàm verba considerãda sunt, vt j. eod. quæstio. 5. humanæ. & contra verum intellectum fit interpretatio. extra de postul. ad hæc. circa finem. & potius considerandum est quid testator senserit, quàm ipsa vocis significatio, vt ff. de fund. instru. l. cum de lanionis. §. asinam. & hæc vera sunt nisi interpretatio à iure habeatur, vt 20. qu. 2. puella.

" Verba ant sint semper attendenda

4 sent.ibid. Pann.l.8. c. 133. Iuo p.12 c.51.

i ¶ *Furtum.*] 14. qu. 5. forte.

†*credita pro veris habet*] orig.

k ¶ *Ad animum.*] arg. " plus considerari animum vel opinionẽ quàm factum vel veritatem, vt extr. de big. nuper. tertia, quæstione septima. §. tria. 1. quæst. 1. si quis à simoniacis. 38. dist. sedulo.

"Animus & opinio præfertur veritati, & facto

l ¶ *Intentiones.*] lecus est in furto: quia licet aliquis credat inuito domino rem eius tractare, tamen non cõmittit furtum si domino placet, vt instit. de obl. quæ ex delic. nas. §. placuit.

Beatus.] Casvs. Gelasius ostendit in hoc capitul. quòd non ideo dicitur quis fallere, vel sibi contrarius esse, quòd non adimplet sicut promisit, cum per eum non stat quin adimpleat quod promisit: sed iusta de causa: & hoc probat duobus exemplis S. Pauli & Petri.

a ¶*Diui*

Vnde Augustinus de verbis Apostoli, sermone 28. al. 30.

¶De eo, qui iurat falsum, quod putat verum. C. III.

2 HOmines [a] falsum iurant, vel cum fallunt, vel cum falluntur. Aut enim putat [b] homo verum esse, quod falsum est, & temere [c] iurat: aut scit [d], vel putat falsum esse, & tamen pro vero iurat, & nihilominus cum scelere iurat. Distant autem† ista periuria, quæ duo [e] commemoraui. Facsil lum iurare, qui verum putat esse, pro quo iurat, verum putat esse, & tamen falsum est: non ex animo iste peierat†, fallitur. hoc pro vero habet, quod falsum est, non pro re falsa sciens iurationem interponit. Da alium, qui scit falsum esse, & dicit verum esse, & iurat tanquam verum sit, quod scit falsum esse. Videtis, quàm ista detestanda sit bellua, & de rebus humanis exterminanda. Quis enim hoc fieri velit [f]? Omnes homines talia detestantur. Fac alium, qui putat falsum esse, & iurat tanquã verum sit, & forte verum est. Verbi gratia (vt intelligatis) pluit in illo loco? interrogas hominem: & putat non pluisse, & ad negotium eius competit, vt dicat, pluit: sed putat non pluisse. Dicitur ei, vere pluit? vere, & iurat [b]: & tamẽ pluit ibi: sed ille nescit, & putat non pluisse, periurus est. Interest, quẽadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguam [g] non facit nisi mens rea.

sciebat enim falsum esse, quod iurauit esse verum) nec temere, vel negligenter, sed cum magna diligentia videbatur sibi deprehendisse verum, quod iurauit falsum, periurij reus nequaquam est iudicandus. Item, quod dicitur, qui falsum iurat, mentitur, non vniuersaliter hoc intelligi debet. Non enim omnis, qui falsum dicit, mentitur: sicut nec omnis, qui mentitur, falsum dicit.

Vnde Augustinus in Enchiridio, c. 22.

¶Non est mentiri, dicere falsum, quod putat verum. C. IIII.

3 IS† autem, qui mẽtitur ea, contra id, quod animo, sentit, loquitur voluntate fallendi. ¶Et vtique verba propterea instituta [h] sunt, non per quæ se inuicem homines fallant, sed per quæ quisq; in alterius notitiam cogitationes suas proferat. Verbis ergo vti ad fallaciam, non ad quod instituta sunt, peccatum est. Nec ideo vllum mendacium putandum est nõ esse peccatum, quia possumus aliquando alicui prodesse mentiendo. Possumus enim & furando, si pauper, cui palam datur, sentit commodum, & diues, cui clã tollitur, nõ sentit incommodum, nec ideo tale furtum [i] quisquam dixerit non esse peccatum. & supra c. 18. ¶ [4] Nemo mentiens iudicandus est, qui dicit falsum quod putat verum: quoniam, quantum in ipso est, non fallit ipse, sed fallitur. Non itaque mendacij, sed alicuius temeritatis arguendus est, qui falsa incautus credit†, ac pro veris habet: potiusque ecõtrario, quantum in ipso, mẽtitur ille, qui dicit verum, quod putat falsum. Quãtum enim ad animum [k] eius attinet, quia non quod sentit, hoc dicit, non verum dicit, quamuis verum inueniatur esse quod dicit. Nec vllo modo liber est à mẽdacio, qui ore nesciens verum loquitur, sciens autem voluntate mentitur. Non consideratis itaq; rebus ipsis, de quibus aliquid dicitur, sed sola intentione [l] dicentis, melior est, qui nesciẽs falsum dicit, quoniam id verum putat, quàm qui mentiendi animum sciens gerit, nesciens verum esse quod dicit.

Item Gelasius Papa.

¶Non mentitur, qui animum fallendi non habet. C. V.

BEatus Paulus apostolus non ideo (quod absit) fefelliisse credendus est, aut sibi extitisse contrarius: quoniam cum ad Hispanos se promisisset iturum, dispo-

A ¶Fac illum.] *Sic etiam apud Iuonem, & in vno Vaticano codice sermonum B. August. & in Antuer. editione. Nam in aliis est,* facilius iurat.

B ¶ Et iurat.] *Addita hæc sunt ex originali, & Iuone, vt locus sit integer. Necesse enim est præcedere iuramentum, vt quis periurus dicatur, cuius iuramenti in codicibus Gratiani nulla erat mentio. Alia etiam nonnulla sunt emendata.*

Quia ergo mens huius non erat rea (ne-

Source : BIU Cujas

a ¶*Diuina.*]quæ omnia vincula humana frangũtur.19.q.2.duę ſunt. & ſecundũ quam diſpoſitionem eſt licitum quod aliàs eſt illicitũ[a], vt 14.q.5.dixit. Et eſt ar.hic q̃ in omni voto vel ſacramento intelliguntur huiuſmodi generales conditiones, ſi Deus voluerit, ſi vixero, ſi potero, vt j.e.q.ne quis.& 27.q.2.§.cum ergo.&ff.qui ſat.cog. l.vlt. & etiam hæc, ſi marito placuerit. 33. q.5.noluit.arg.contra 22. qu.vlt. vbi de hoc notaui.

aAd hoc 23. q.4.ſi non licet. extr. de diuor. gaudemus.

b ¶ *Maioribus.*] no. q̃ ſecundũ canones excuſatur quis à iuramẽto propter maiora negotia[b], vt ext. de iure iu.breui.& c.querelá. ſecus ſecũdum leges, qa difficultas præſtationis non reddit ſtipulationẽ inutilem[c], vt ff.de ver.ob.continuus.§.illud.

b Adde hic Ale.de Im.ĩ l.qđ te.circ. fin. ff.ſi cer. pet. & gl.& ibi Bal.ĩ c.j. de al.feu.& aliqd p Bar. in l.pe.ff.de iureiu.pBal. ĩ c.1. §.porro. q̃ fu.pri. cau. be.am. & ĩ c. licet. ſi de feu.fu. cõtro. inter do.& agn.

c ¶ *Non lavabis.*] nec Petrus fuit ſibi cõtrarius,nec Domino.Dominꝰ enim voluit exhumilitate lauare pedes Petri, ſed Petrus propter reuerentiam noluit hoc, ſed reuerentia &humilitas ſibi non cõtrariantur. "Itẽ ſibi non fuit contrarius, qa primo propter reuerentiam noluit, ſecundo propter obedientiam permiſit lauari & obediẽtia nõ eſt cõtraria humilitati vel reuerẽtiæ. ſimilem ſuperficialẽ cõtrarietatem habes 8.q.1.in ſcripturis. cũ ſuis concordantiis.

Ioan.3. c Sub.& tñ excuſatur. ff de do. nã hic. extr. de reſt. ſpol.olim.2.

"Petrus noluit&voluit pedes ſuos à Chriſto lauari.

ILLE ERGO. Hæc eſt 2.pars q.in qua dicitur, q̃ multum inter eſt in quib.reb. mentiatur, & hoc probat per duo c. Io.de Fan. Casvs.Cõcludit Gra. ex ſupradictis dicens, q̃ ille mentitur iurando, qui ſcit falſum eſſe quod iurat pro vero, quod ꝓbat auctoritate Au.dicentis:*Eſt enim*,&c. Poſtea oſtẽdit, q̃ fallere ſemper eſt peccatũ:falli quandoque nõ.& quandoque minus peccatum eſt fallere q̃ falli,&ad hoc inducit ſeq.c.

2lent.3.diſt. 39.Iuo p.12. c.45.Pan.l.8 c.132.

† *al.quibuſdam*]orig.

d ¶*Mendacium.*] ſtricte ſumitur hic mendaciũ.largius ſumitur cum dicitur, falſitas eſt veritatis immutatio, vt in auth. de fide inſtr.&cau.ĩ pr.col.6.

3Iuo p.12. c.31.

e ¶ *Fallere.*] "fallere aliquem in contractu aliquo minus peccatum eſt quam falli ab aliquo circa articulos fidei. in his enim quæ ſpectant ad fidem, non multum differunt inter ſe fallere & falli, vt 16.q.1.ſi cupis.

† *al.vbicumque.*

"Fallere & falli q̃nque parum differunt.

1 in lib. ad Cõſentium cõtra mẽdaciũ,c.12.Iuo p.12 c.48. Pá.l.8.c.125.

† abeſt ab orig.

ſitione diuina[a] maioribus[b] occupatus ex cauſis implere nõ potuit quod promiſit. Quantum enim ipſius volũtatis interfuit,hoc pronuntiauit, quod reuera voluiſſet efficere. Quantum enim ad diuini ſecreta conſilij (quæ,vt homo, omnia nõ potuit,licet ſpiritu Dei plenus,agnoſcere)ſuperna prętermiſit diſpoſitione præuẽtus. Nec quia beatus Petrus apoſtolus pro affectu diuinę reuerentiæ ipſi Domino reſpondit. [Non lauabis[c] mihi pedes in æternum,] refelliſſe (quod abſit) aut in ſua putabitur minime conſtitiſſe ſententia, quia mox eidem diuinę voluntati ceſſerit, & quod ſe dixerat non eſſe facturum,cauſis adſtrictus humanæ ſalutis paſſus eſt prona voluntate faciendum.

2 *Ille ergo falſum iurando mẽtitur,qui ſcit falſum eſſe quod iurat. Eſt enim mẽdacium*[d] *vt Auguſtinus ait' falſa ſignificatio vocis*† *cum voluntate fallendi. Sed cum fallere*[e] *ſemper ſit voluntatis, falli autem,vel infirmitatis, vel temeritatis, grauius autem ſit quod ex voluntate, quàm quòd ex temeritate, vel infirmitate procedit,aliquando contingit falli vel nullum, vel minimum eſſe peccatum: aliquando ex ipſa rerum varia conſideratione minus eſſe fallere,quam falli.*

Vnde Auguſtinus in Enchiridio,c.21.

¶Falli in his, quæ ad fidem non pertinent aut paruum,aut nullum eſt peccatum. C. VI.

[2] IN quibus† rebus[f] nihil intereſt ad capeſſendum Dei regnum,vtrum credantur,an non,& vtrum vera ſiue ſint,ſiue putẽtur, an falſa,in his errare,id eſt aliud[g] pro alio putare,non arbitrandum eſt eſſe peccatum,aut ſi eſt,minimum eſſe atque leuiſſimum.

Idem in Enchiridio,c.18.

¶In his quę ad fidem pertinent,grauius eſt falli,quàm alios decipere. C. VII.

[3] IN ipſarum conſideratione rerum, quæ dicuntur[h], tantum intereſt: quia ſiue quis fallatur[i], ſiue mentiatur, vtcumque† [k] falli quam mentiri, minus eſt malum, quantum pertinent ad hominis voluntatem: tamen longe tolerabilius eſt in his,quę à religione ſe iuncta ſunt[l],mẽtiri,quam in his, ſine quorũ fide vel notitia Deus coli non poteſt,falli.

¶*Apud B. Auguſtinum,nec multo aliter apud Iuonem legitur*,In ipſarum autem, quæ dicuntur, conſideratione rerum tantum intereſt,qua in re quiſque fallatur,ſiue mentiatur,vt cum falli,quàm mentiri minus ſit malum, quantum pertinet ad hominis voluntatem, tamen longe tolerabilius ſit in his,&c.*Verum ob gloſſam in ver.* vtcumque. *al.* vbicumque,*non eſt mutatum.*

3 *Item,quod dicitur* [*Perdes omnes qui loquuntur mendacium*] *non de omni mendacio intelligendum eſt. Sunt enim quædam mendacia,in quibus etſi ſit aliqua culpa,non tamen damnabilia ſunt:immo tanquam non mendacia habenda ſunt. Sunt & alia mendacia,quæ ſunt grauioris culpæ, de quibus intelligitur* [*Perdes omnes qui loquuntur mendacium*] *Vt autem appareat, quæ mendacia ſint venialia, & quæ damnabilia, diſtinguendum eſt,quot ſint genera mendacij.*

De quibus Auguſtinus ſcribit in libro de mendacio,c.14.

¶Quot ſunt genera mendacij. C. VIII.

[4] PRimum eſt capitale mendacium, lõgeque fugiendum, quod fit in doctrina religionis[m], ad quod mendacium nulla conditione[n] quiſquã debet adduci. Secundum autem,vt aliquem lædat iniuſte,quod & tale eſt,vt & nulli proſit[o], & obſit alicui. Tertium quod ita prodeſt alteri, vt obſit[p] alteri, quamuis non ad immunditiam[q] obſit corporalem. Quartũ, quod fit ſola mentiendi, fallendique libidine: quod mirum† mendacium eſt[r]. Quintum, quod fit placendi[s] cupiditate de ſuauiloquio. His omnibus[t] penitus euitatis,atque reiectis, ſequitur ſextum genus, quod & nulli obeſt, & prodeſt alicui: veluti ſi quiſpiam pecuniam alicuius iniuſte[A u] tollendam ſciens vbi ſit, neſcite ſe mentiatur quocumq;[B] interrogante. Septimum[x], quod & nulli obeſt, & prodeſt alicui: veluti ſi nolit hominem ad mortem quæſitum prodere mẽtiatur. *& infra ibidem.* Octauum eſt genus

ITEM QVOD DICITVR. Hæc eſt tertia pars quæſt. in qua ponit diſtinctionem inter peccata mortalia & venialia. & hoc probat per c. Auguſt. Io.de Fan.

Casvs.Reſpõdet Gratianus huic obiectioni factæ ſ. §. item qui. vbi dictum eſt, Perdes omnes q̃ loquuntur mendacium.&dicit quòd quędam peccata ſunt venialia, & quædam mortalia: de quibus mortalibus in telligitur:Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Vt autẽ appareat quæ peccata ſint venialia, & quæ mortalia: videndum eſt quot ſint genera mendaciorum: & ad hoc inducit ſequen. ca.

Pſal.5.

PRimum.] Casvs. Hoc ca.diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur q̃ octo ſunt genera mẽdaciorum, & ponit Auguſt. exemplum de quolibet : quorum quinque ſunt grauia, tria vero leuia. In ſecunda parte oſtendit quòd in nullo genere mendaciorum eſt mentiendum : & ponit cauſas quare. In tertia parte oſtendit q̃ quanto quis recedit à primo mendacio, tanto minus peccat. Secunda pars incipit ibi,*Non eſt igitur mentiendum.* Tertia ibi,*In his autem.*

4ſent.3.diſt. 38.Iuo p.12. c.1. Pan.l.8. c.124.

† *merum*]ori. *al.verum.*

m ¶ *Religionis.*] ſicut Ieſum non eſſe paſſum, vel non eſſe natum de virgine.1.quæſtio. quarta. §.notandum.[d]

d Vñ dic q̃ hic appellat religionẽ fidẽ articulorũ, qua religamur Deo.

n ¶ *Conditione.*] potius enim debet omnia mala pati, quàm tali malo conſentire. 32. quæſtio. 5. ita ne.

o ¶ *Vt nulli proſit.*] vt eſt mendacium detractoris, vel falſi teſtis in cauſa criminali. ſimile dicit lex,non eſt ferendus qui vult obeſſe, & non prodeſſe,vt ff. de rei ven.

e Et tũc exponitur me rũ, *i.*ſine ali quavtilitate

in fundo.

p ¶*Vt obſit.*]vt mendacium,teſtis in cauſa pecuniaria.

q ¶*Immunditiam.*]tunc enim magis obeſſet.

r ¶*Mirum mendacium eſt.*] quaſi dicat,mirum eſt quòd ita vult aliquis mentiri vbi nulla vertitur vtilitas. quidam tamen habent mirum[e] mendacium.

s ¶*Placendi.*]quod faciunt adulatores ad hoc vt placeant, vt 46.di. ſunt nonnulli.tamen adulatio quandoque eſt veniale peccatum, vt 25.diſt.§.aliàs ea.

t ¶*His omnibus.*] quaſi dicat,præcedentia quinque ſunt mortalia,& ſequentia ſunt venialia.

v ¶*Iniuſte.*]ſecus ſi iuſte,vt ſi fecerit auctoritate iudicis.

x ¶ *Septimum.*] In hoc differt ſeptimum à ſexto : quia illud prodeſt ad vitandum periculum perſonæ, ſed iſtud ad euitandum periculum damni.

IN *quibus.*] Casvs. Dicitur in hoc c. quòd in his rebus quæ non nocent,vel proſunt ad vitam ęternam capeſſendam,credere vel non credere, veras vel falſas putare non eſt dicendum eſſe peccatum, vel ſi eſt peccatum minimum eſt.

f ¶*Rebus*]ſicut hoc, an planetæ moueantur cõtra firmamẽtum,vel cum ipſo,an homo & non homo eandem ſpeciem ſignificet.

g ¶ *Aliud.*] not.diffinitionem erroris, vt 38.diſt.quamuis. & ca.ſedulo.

IN *ipſarum.*] Casvs. De duobus fuit ab Aug.quæſitum. Primum fuit an in contractib. vel rebus ad corpus pertinentibus ſit minus malum falli, quam fallere. & reſpondet, quòd ſic. Secundum fuit an ſit maius malum falli in articulis fidei, quàm fallere in reb' temporalibus.& reſpondet quòd ſic.

a ¶*Er*

Source : BIU Cujas

a ¶*Et nulli.*] hic dicitur q̄ nulli obest, & tamen obest ei qui mẽtitur. Et sic est ar. "q̄ ipsa persona de qua fit sermo, vel ad q̄ fit sermo non includitur in generali sermone. ſi. ff. com. prę. quicquid venditor. ar. contra 26. di. deinde. & ff. de pig. Paulus. §. vl. vbi dicitur, q̄ ſi seruus obligauerit omnia bona domini ſui, ipſe intelligitur obligari.

" Persona loquentis ñ includitur ī generali sermone.

b ¶*Vt ab immunditia.*] vt ſi volenti cõtrahere cũ soluta, dicã eam esse coniugatã: & prodest ei istud ad conseruandã pudicitiam. Et no. q̄ hæc tria mendacia in hoc cõueniunt, q̄ per ea alicui odest mẽtiens: sed nulli obest. Sed differunt in hoc q̄ vnum prodest ad euadendum damnum rerum: aliud ad euitãdum periculum vitæ: tertium ad pudicitiam cõseruandam.

1 Cõcor. l. 2. §. ſi quis â principe. ff. ne qd ī loc. pub. & l. ex facto. ff. de vul. & pup.

c ¶ *Cum alterius.*] ſic 13. q. 5. deniq; ix. q. 3. ſi quis vero. periculosa est enim talis cõpensatio. 14. di. q̄ ait. "potest tamen ſibi aliquis cõsulere cum alterius iniuria: dũ tamen non eo proposito faciat vt alij noceat: ſed tãtum vt ſibi prosit, vt ff. de aq. plu. arc. l. 1. §. denique. nec tunc facit iniuriam, cum ſuo iure vtitur, vt ext. de elect. cum eccleſia. & extr. de ap. bonæ.

†*al. causa*

" Cõsulere ſibi p̄t quis cũ alterius iniuria.

d ¶*Placendi.*] adulationis causa. & est ſimile 32. qu. 4. obiiciuntur. 93. dist. cantantes.

"Mendacio q̃oducitur quis ad ęternam ſalutẽ.

e ¶*Ad ſempiternam.*] " Sed qualiter potest aliquis ad æternam ſalutem duci per peccatum? Resp. indirecte, vt ſi monachus dicat regulã ſuam esse dulcem, & per tale mendacium lucretur aliquem Chriſto. & est ſimile 1. qu. 2. q̃ pio. 45. di. de Iudæis. & ſic patet q̄ nulli debet mẽtiri vt alius periculum corporis vel rerum euitet. 14. di. quod ait. & ī. e. faciat.

2 Concor. l. ſancimus. & ibi Bar. C. d̄ epi. & cler. gl. in l. ſi qs Titio. ff. de leg. 2.

f ¶*Perficiendæ.*] i. salutem alterius nemo debet præferre propriæ fidei.

g ¶*Factis.*] quaſi dicat, licet nos ſancimus q̄ nemo debet mentiri pro vita alterius: " nõ ideo aliquis ita crudelis vel impi⁹ sit, quòd non defendat talẽ facto, licet verbo non possit defendere ipſum.

"facto q̃q; licet, q̄ nõ licet verbo.

h ¶ *Quia & in bonis.*] ideſt, inter bona.

i ¶ *Præfertur.*] vt 32. q. 5. tolerabilius.

k ¶ *Damnabilius.*] elective ponitur: & est ſenſus: malum quod nos facimus, ſ. mendacium, est nobis damnabile. ſed quod ſinimus fieri homicidium, nobis non est damnabile[a].

a Hoc verũ intelligevbi ñ possumus prohibere, aliàs secus. vt 24. q. 3. ñ inferẽda. & c. vlt. 2. q. 7. negligere. ext. de sent. exc. quãtæ.

l ¶ *Recedit.*] non videtur hoc verum: quia minus peccatur ſeptimo genere mendacij quam octauo: quia maius malũ vitatur per ſeptimum mendacium quam per octauum. Ad hoc dico q̄ receſſus iſte non consideratur ſecundum ordinem mẽdaciorum, quem hic enumerat: ſed potius consideratur circa qualitatem primi mendacij. Nam primũ mendacium conſiſtit in religione: quod maximum est. vnde est maximum peccatum ſic in hoc mentiri. quãto ergo magis receditur à religione, tanto est minus peccatum. Vel dicas q̄ tria vl tima peccata non differunt inter ſe, niſi ſecũdum qualitatem facti. & ita non reputat iſta tria mendacia pro diuerſis. Ioan.

mendacij, quod & nulli[a] obest, & ad hoc prodest vt ab immundi tia[b] corporali aliquem tueatur. & *infra c. 21.* ¶Non est igitur mẽtiendum in doctrina pietatis, magnũ enim ſcelus est, & primum genus deteſtabilis mendacij. Nõ est mẽtiẽdum ſecũdo genere, quia nulli facienda iniuria[c] est. Non est mẽtiendum tertio genere, quia nulli cum alterius iniuria conſulẽdum est[1]. Non est mentiendum quarto genere, propter mendacij libidinem, quæ p̄ ſeipſam vitioſa est. Non est mentiendum quinto genere: quia nec ipſa veritas fine† placendi[d] hominibus enuntianda est, quanto minus mẽdacium, quod per ſeipſum, quia mendacium est, vtique turpe est. Nõ est mentiendum ſexto genere: neque enim recte etiam teſtimonij veritas pro cuiuſquam temporali cõmodo, ac ſalute corrumpitur, ad ſempiternam[e] vero ſalutem nullus ducendus est, opitulante mendacio. *& infra 4.* Neque ſeptimo genere mentiendum. Non enim cuiuſquam commoditas, aut ſalus temporalis perficiendę[f] fidei prę ferenda est[2]. Nec ſe quiſquam[c] in recte factis[g] noſtris tam male moueri ſentiat, vt fiat etiam animo deterior, longeque à pietate remotior. *& infra.* Nec octauo genere mentiendum est: quia & in bonis[h] caſtitas animi pudicitiæ[D] corporis præfertur[i]: & in malis id, quod ipſi facimus, eo quod fieri ſinimus, nobis damnabilius[k] est. ¶In his autem octo generibus tãto quiſque minus peccat, cum mentitur, quanto[E] magis à primo recedit[l]. Quiſquis autem esse aliquod genus mendacij, quod peccatum non ſit, putauerit, deciepiet ſe ipſum turpiter, cum honeſtum ſe deceptorem arbitratur aliorum.

A ¶ Iniuſte.] *Abeſt ab originali vox iſta, pro qua in duobus Gratiani codicibus legitur,* iuſte.

E ¶ Quocumque interrogante.] *Abdita hæc ſunt ex orig.*

CVm humilitatis.] Hæc est 4. pars q. in qua probat per 12. auctoritates ſanctorum quòd in nullo caſu ſit mentiendum: tamen qui iocoſe mentitur, cum decipere non intendit, vel cauſa pietatis, minus peccat. Ioan. de Fan.

Casvs. Dicitur hic q̄ nemo debet cauſa humilitatis mentiri: quia qui peccator non erat, efficitur peccator, quia veritas nõ est in eo: nec potest esse in eo humilitas vbi regnat falſitas. Seq. c. patet.

c ¶ Se quiſquam.] *Apud beatum Auguſtinum & Iuonem eſt*, Nec ſi quiſquam in rectè factis noſtris tam male mouetur, vt fiat etiam animo deterior, longeque à pietate remotior, propterea rectè facta deferenda ſunt. *Sed ob gloſſam in verſi.* recte factis, *non eſt mutatum.*

D ¶Pudicitiæ.] *Apud eoſdem habetur*, pudicitia corporis, & in malis id, quod ipſi facimus, eo quod fieri ſinimus, maius est. *Sed eadem cauſa obſtitit ne mutaretur.*

E ¶Quanto magis.] *In originali legitur*, quãto emergit ad octauũ, tanto amplius, quan to deuergit ad primum. *Sed erat gloſſa in ver.* recedit.

Item Auguſtinus de verbis Apoſtoli, ſermone 31. al. 29.

¶Non licet alicui humilitatis cauſa mentiri. C. IX.

3 CVm humilitatis[m] cauſa mẽtiris, ſi non eras peccator, antequam mentireris mentiendo efficeris quod euitaueras. Veritas in te non est, niſi te ita dixeris peccatorem, vt etiam esſe cognoſcas. Veritas autẽ ipſa est, vt quod es, dicas. Nam quomodo est humilitas, vbi regnat falſitas[n]?

Item Gregorius lib. 26. moralium, c. 2.

¶De eodem. C. X.

INcaute ſunt[A] humiles, qui ſe mendacio illaqueant.

A ¶Incaute ſunt.] *Sic in pleriſque manuſcriptis: vulgata lectio erat*, Incauti ſunt homines. *Integer autem B. Gregorij locus ſic habet*, Incaute ſunt humiles, qui ſe mendacio illaqueant, dum arrogantiam vitant, immo mentiendo ſuperbiunt: quia contra veritatem ſe erigunt, quam relinquunt.

Item Auguſtinus ſuper Ioannem, tractatu 43.

¶Non licet mentiri, vt arrogantia vitetur. C. XI.

NOn ita caueatur arrogãtia, vt veritas relinquatur.

Idem in Enchiridio, c. 18.

¶Non omne mendacium æque peccatum est. C. XII.

4 MIhi autem videtur peccatum esſe quidem omne mendacium: ſed multum intereſſe, quo animo, & quib⁹ de rebus[o] quiſque mentiatur. Non enim ſic peccat ille, qui conſulendi[P], quomodo ille, qui nocendi voluntate mentitur: nec tantum nocet, qui viatorem mentiendo in aduerſum †iter mittit, quantum is, qui viam vitæ mendacio fallente deprauat.

¶*Nonnulla in hoc capite ſunt inducta, & alia emendata ex* B. *Auguſtino, & Iuone.*

&lib. 6. e. ti. dilecto. vbi est exp̄ſſum & 83. di. c. 1. & ita ſentit hic Hu. q̄ em cũ p̄t, malo ñ obuiat, cõſentit: cõſentiẽte vero & faciẽtem par pœna conſtringit. 2. q. 1. notũ. extr. de of. del. c. 1. Arc. "Peccatorẽ ſe dicens vtrũ peccet.

3 Iuo p. 12. c. 42. Pan. l. 7. c. 128.

n ¶*Falſitas.*] quia duo †*al. diuer-ſum* contraria non possunt esſe in vno ſubiecto, vt trigeſimaſecunda, quæſtione prima. cum renuntiatur.

Mihi autem.] Casvs. Dicitur hic quòd quis peccat mentiendo quolibet genere mendacij: minus tamen peccat qui cauſa conſulendi mentitur, quàm qui cauſa nocendi. Et ſimiliter minus peccat qui viatorem in aduerſum iter transmittit, quàm qui viam vitæ per mendacium deprauat. Sequen. capit. planum est.

o ¶*Rebus.*] maius enim est mentiri de Deo quàm de homine.

p ¶*Qui conſulendi.*] " Ratione conſilij nemo peccat vel obligatur, "conſilium dummodo non ſit fraudulentum, vt ff. de re. iur. conſilij. & vbi aliàs neminem non erat facturus ille cui conſulitur, vt ff. man. ſi remunerandi. §. ſi obligat. tibi mandauero. quandoque tamen tenetur plus conſulens quàm faciens, vt 86. dist. tanta.

Nec artifi

Source : BIU Cujas

a *Nec artificioso.*] Vt si hoc modo dicat, iste equus nescit scandere arborem: intelligens quòd nesciat ire super pŏtem[a], & vbicumque aliquis obscure vel ambigue loquitur, vt ff. de iur. fis. ita fidei.

avt ff. d pac. veteribus.

b ¶ *Mentitur.*] vt lædat aliquem: secus si iocose mentiatur, vt j. cap. prox. "Quid ergo dicis de Abraham? non ne mentitus est, cum aliud gereret in animo, vt j. ead. §. Abraham? Itē quid de Paulo qui dixit: Nesciui quia princeps esset, cum sciret? vt 23. qu. 1. paratus. Item quid de mendacio Iehu, qui aliud in animo gerebat, vt j. c. vtilem? Ad hoc dicendum est ꝙ Abraham mystico intellectu verum dixit, ostendens patrem & filium in fine temporum reuersurū ad Iudæos, cum omnes reuertentur ad ipsum. Paulus per illa verba prædixit destructionem regni Iudęorum futurā veniente Christo. Item Iehu nō fuit mentitus, sed ironice locutus est. Vel dic ꝙ inspiratione diuina hoc dixerunt, vt extr. de diuor. gaudemus.

" Abraham Paulus, & Iehu, an fuerint mendacij expertes

1 Iuo p. 12. c. 44.

2 Anſ. l. 11. c. 79. Iuo p. 12. c. 46. Pann. l. 8. c. 130.

Item Augustinus in libro de conflictu vitiorum, atque virtutum, c. 19.

¶Non est aliquo modo quilibet decipiendus. C. XIII.

1 NEc artificioso[a] mēdacio †, nec simplici verbo oportet decipere quemquam: quia quomodolibet[A] mentitur[b] quis, occidit animam.

†al. ingenio

A ¶Quomodolibet.] *In ipso libello legitur,* quolibet artis modo mentiatur, os, quod mentitur, occidit animam. *Sed Iuo cum Gratiano concordat.*

Item Augustinus in quinto Psalmo ad ver. [*Perdes omnes qui loquuntur.*]

¶Pro temporali vita alicuius, perfectus mentiri non debet. C. XIIII.

2 NE quis arbitretur perfectū & spiritalē hominem pro ista temporali vita, in cuius morte non occiditur[c] siue sua, siue alterius anima, debere mētiri: Quoniam aliud est mētiri, aliud est verum occultare: si quidē aliud est, falsum dicere: aliud, verum tacere, vt si quis forte vel ad istam visibilem mortem nō vult hominem prodere, paratus esse debet verū occultare, nō falsum dicere, vt ne que prodat, neque mentiatur, ne occidat animam suam pro corpore alterius. *& infra.* ¶ 3 Duo sunt omnino genera mēdaciorum, in quibus non est magna culpa: sed tamen non sunt sine culpa, cum aut iocamur, aut, vt proximis prosimus, mentimur. Illud primum in iocando ideo non est perniciosissimum, quia nō fallit. Nouit enim ille, cui dicitur, ioci causa esse dictum. Secundum autem ideo minus †est, quia retinet nonnullam[d] beneuolentiam. Illud vero, quod non habet duplex[e] cor, nec mendacium quidem dicendū est, tanquam, verbi gratia, si cui gladius cōmendetur, & promittat se redditurum, cum ille, qui non commendauit, poposcerit, si forte gladium suum repetat furens[f], manifestum est tunc non esse reddēdum, ne vel se occidat, vel alios, donec ei sanitas restituatur. Hic ideo non habet duplex cor, quia ille, cui commendatus est gladius, cum promittebat se redditurum

3 in con. Tolet. 8. c. 2.

†al. mitius

b Not. ꝙ multiplex est perfectio, s. perfectio sufficiētię, ordinis, ꝓlationis, religionis, & aliæ quædā sicut distinguūt Theologi secundùm Rom. * pfectio hominis ñ facit pctm ex veniali euadeꝛ mortale "Mendaciū est triplex, nec ē semp mortale.

c ¶*Non occiditur.*] videtur ergo, ꝙ perfectus homo[b] mortaliter *peccat mētiendo pro vita alterius. & sic erit deterioris conditionis perfectus, q̄ imperfectus. "Ad qđ notandum, ꝙ triplex est genus mendacij: Malignitatis, quod fit causa decipiendi, & illud omnibus est mortale peccatum. Iocositatis, vbi nemo lædit̄r, & illud nulli est mortale peccatum. Benignitatis siue pietatis, quod fit pro salute alicuius, & de illo dicitur, ꝙ sit mortale perfectis, veniale imperfectis. Sed quare nō est mortale potius illud peccatū quod fit ioco, & per quod nulli prosunt, quàm illud per quod prosunt alicui? Resp. ꝙ illud non fit ex animo, sed istud fic, & per illud intendit decipere, per istud non. Et intelligas hic perfectum solum illum, qui ex toto renuntiauit omnibus pompis sæculi: qui si decederet, statim saluaretur. Sed cū nullus debeat peccare venialiter ad hoc vt alter liberetur à morte, vt s. ea. primū.

qualiter ergo respondebit *ille* à quo quæritur ab hoste, est talis in hac domo. si tacet, præsumit eum esse in domo. si autē fatetur, reus erit homicidij. Respōdeo, tacere potest, & licet alter præsumat malum ex taciturnitate, hoc ei non imputatur. abſit enim vt ea quæ bona & licita facimus, &c. vt 23. q. 5. de occidendis. vel per æquiuocationem caute deludat interrogātem, dicendo non est hic, id est, non comedit hic, sicut Abrahā fecit[c]. j. e. quæritur. hostem enim caute possumus deludere. 43. distin. in mandatis. non obstat 11. q. 3. quisquis metu. vbi dicitur, ꝙ veritatem occultare, idem est quod dicere falsum, sed illud verum est in teste qui assumpsit officiū testificandi. Item nō obstat 25. quæ. 2. præscriptione. quia obtinet circa iudicia.

c Alia exempla plura habes j. ea. §. Abrahā. vsq; ad fi. q. scd3 Rayn.

d ¶*Nonnullam.*] quia facit vt consulat proximo.

e ¶*Duplex.*] s. 11. q. 3. antecessor.

f ¶*Furens.*] ergo semper subintelligitur hæc conditio, si res in eodem statu manserit, vt ff. de solut. cum quis. in prin. ext. de iureiur. quemadmodū. Et est hic arg. ꝙ propter nouum casum nouum datur auxilium, vt ext. de off. de lega. infinuante. ff. de interro. act. de ætate. Item ar. est hic, quòd verba generalia non extēduntur ad ea de quibus nō est dictum vel cogitatum, vt s. e. beatus. 11. q. 3. antecessor. & ff. de translact. cum Aquiliana. extra de deci. ex multiplici. & ext. de rest. spol. audita, &c.

4 Iuo p. 12. c. 48. Pan. l. 8. c. 125.

5 Ex isto textu infertur, ꝙ actus resoluitur in potētiā. concor. tex. i l. 3 §. si qs. ff. de statu. & l. 1. ff. de leg. 2.

6 Cap. d mē dacio in recē. impſ. & simil. l. 2. de sum. bo. c. 30 Iuo p. 12. c. 49. Pan. l. 8. c. 126.

Item Isidorus in synonymis, c. 10.[6]

¶De eodem. C. XVI.

OMne genus mendacij summopere fuge: nec casu, nec studio loquaris falsum: nec vt prę stes[i], mentiri studeas: nec qualibet fallacia vitam alicuius defendas. Caue mēdacium in omnibus.

Item Augustinus in lib. de mēdacio, c. 6.

¶De eodem. C. XVII.

SI quis ad te cōfugiat, qui mendacio tuo possit à morte liberari, non es mentiturus. Os enim quod mentitur, occidit animam. *& infra.* ¶Cum ergo mentiendo vita æterna amittitur, numquam pro cuiusquā vita temporali mentiendum est.

¶ *Caput hoc abest à plerisque vetustis, & in duobus est cum nomine Paleæ.*

Item Augustinus in libro quæstionum Gen. c. 44. q. 145.

¶Non reputantur mendacia, cum ea, quæ non sunt, ioco dicuntur. C. XVIII.

7 QVòd autē ait fratribus suis Ioseph [Nesciebatis, quia augurio auguratur homo, qualis ego?] de hoc augurio etiam mandauit eis dicendum per hominem suum, quid sibi velit, quæri solet. An quia nō serio, sed ioco dictum

7 Iuo p. 12. c. 43. Pan. l. 8. c. 129.

4 FAciat homo etiam pro temporali hominū salute, quod potest §5. Cum autem ad hunc articulum ventum fuerit, vt tali saluti consulere, nisi peccando, non possit, iam se existimet non habere, quid faciat: quando id reliquum[h] esse perspexerit, quod recte[A] faciat.

A ¶Recte.] *In originali legitur,* non recte. *sed non est emendatum propter casum.*

poscenti, non cogitabat furētem posse repetere. *& infra.* ¶Manifestum[A] est non esse culpandum aliquando verum tacere: falsum autem dicere non inuenitur concessum esse perfectis.

A ¶Manifestum.] *Apud B. Augustinum hæc antecedunt,* verum autē occultauit, & Dominus, cum discipulis nondum idoneis dixit, multa habeo vobis dicere: sed nūc non potestis portare illa. *& Apostolus Paulus, cum ait,* Non potui loqui vobis, quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Vnde manifestum est, &c.

e Consueuit dici, ꝙ 4. modis dr aliqd posse fieri, s. facultate naturæ, iuris permissiōe, vitę merito, offi cij debito. đ hoc not. In. ext. de cōc. p̄b. accedēs.

h ¶*Id reliquum esse.*] id est, solum sibi est relictum.

QMne genus.] CASVS. Dicitur hic, quòd non debet aliquis ali quo genere mendacij mentiri, nec per mendacium vitam alicuius defendere.

i ¶*Vt præstes.*] id est, vt prosis. Ioan.

QVòd autem ait.] CASVS. Quæsitum fuit ab Aug. an mendacium quod iocose dicitur, sit habendum pro mendacio. Et respondet, ꝙ non: quia non serio vt alium fallat dicitur, sed ioco: & probat exemplo Ioseph, qui iocose fratribus suis mentitus

Sap. 1.

" Potentia ad multa refertur.

d ¶*Nonnullam.*] quia facit vt consulat proximo.

e ¶*Duplex.*] s. 11. q. 3. antecessor.

f ¶*Furens.*] ergo semper subintelligitur hæc conditio, si res in eodem statu manserit, vt ff. de solut. cum quis. in prin. ext. de iureiur. quemadmodū. Et est hic arg. ꝙ propter nouum casum nouum datur auxilium, vt ext. de off. de lega. infinuante. ff. de interro. act. de ætate. Item ar. est hic, quòd verba generalia non extēduntur ad ea de quibus nō est dictum vel cogitatum, vt s. e. beatus. 11. q. 3. antecessor. & ff. de translact. cum Aquiliana. extra de deci. ex multiplici. & ext. de rest. spol. audita, &c.

g ¶*Quod potest.*] "Ex hoc c. habes ꝙ solum illud dicimur posse facere, quod iuste facere possumus. quando quę hęc dictio, posse, simul denotat potentiam iuris, vel facti, vt extr. de rescr. scisitatus. quandoq; potentiam facti tantum, vt 8. q. 1. Moyses. quando que refertur ad honestatem. de pœ. dist. 2. charitas. ff. de condit. inst. filius. quandoque

Source : BIU Cujas

titus est, non vt eos fallat. *Per hominem*, id est, dispensatorem suum, qui insecutus fuit eos, & reduxit eos. *Exitus*, id est, finis.

a ¶*Vt exitus.*] arg. quòd per consequentia probantur præcedentia, vt 34.q.1.c.1.& 1.q.1.constat. ff. de act.& oblig. obligationum.

SED IN VETERI TESTAMENTO. CASVS. Supra in prox. cap. dictum est, quòd iocosum mendacium nō est habendum pro mendacio. Nūc vero dicit, quòd hoc obtinuit in vetere testamēto, vbi multa permittebātur quę hodie facere non licet. & hoc probat per seq. cap.

SI quis per vetus.] CASVS. Quidam dicebant licere sibi mentiri ad instar hominum veteris testamenti. Aug. vero contra eos ostendit, quòd si eorū exēplis suum volunt tueri mendacium, pari ratione debent dicere sibi licere aliena bona rapere, & proprias vlcisci iniurias, sicut tūc temporis constabat esse pmissum, quæ si quis hodie faciat, pœnam patietur à Domino, qui prohibuit talia. *Postposita vmbra significationis*, id est postpositis legalibus, & cæremonialibus Christum & iustitiam noui testamenti significantibus.

b ¶*Raptum.*] rapinam commiserunt filij Israel. 14.q.5.dixit. Et est hic arg. quòd vno prohibito prohibita sunt omnia similia, vt s. di. 4. denique. in fi. & extra de consti. trāslato.

c ¶*Iniuriæ.*] tūc licuit propria auctoritate vlcisci iniurias[a], vt 23 q.4.cum in lege. & q. 5.si audieris. hodie nō licet, vt 23. q.4. inter. & q.5. de occidendis.

d ¶*Insequitur.*] cum dicit, Mihi vindictam. & ego retribuam. & cum dicit: Si quis percusserit te in vna maxilla, præbe ei & aliā. 23.q.1.in prin. Ioan.

SI qualibet.] CASVS. Quidam dicebant, quòd si quis mentitur pro vita alicuius, non est peccatum, immo bonum est & meritorium. Et hoc probat exemplo obstetricum, quibus mentientibus pro vita Iudæorum, Dominus eis domos ædificauit. Sed Aug. contra eos ostendit, q̄ pro vita alicuius mentiri, peccatum est: tamen si alia peccata per pœnitētiam sequentem delētur, hoc multo facilius deletur, nec illæ obstetrices propter mendaciū meruerunt, immo demeruerunt, quia quod potuit in æterna vita eis retribui, est in terrenam recompensationem declinatum.

e ¶*Mereatur.*] id est, demeretur.

f ¶*Merces.*] Arg. "aliquem consequi pœnam & præmium ex eodem facto, sicut miles, qui mittitur causa ignominiæ, liberatur à sacramento. & est contra id. ff. de neg. gest. siue. & 16.q.1.legi.

g ¶*Aeterna.*] "videas ergo, quòd si aliquis prosperitatem habet in hac vita, per hoc auferetur ei * spes æternæ vitæ, vt de pœ. di. 3. quid ergo turbamur. Item ex isto loco videtur, quòd istæ mulieres, quæ mentitæ fuerunt pro salute alterius, peccauerunt mortaliter, quia pro veniali peccato nullus priuatur æterna salute. Aug. tamen dicit eas venialiter peccasse. Sed vt patet in gl. Gregorij super Exod. vnde sumptum est illud cap. "istæ mulieres bis fuerunt mentitæ. Primo promiserunt Pharaoni, quòd omnes masculos interficerent: sed tunc habebant in proposito, quòd non interficerent. illud peccatum fuit veniale, quia fuit pro vita illorum conseruanda. & de illo loquitur Aug. postea vero pueris reseruatis cum redarguerentur à Pharaone, secundo sunt mentitæ, cum dicebant Hebræorum mulieres habere scientiam obstetricandi, &c. & tunc non fuerunt mentitæ pro vita puerorum, quia illi iam seruati erant, sed pro propria vita, ne interficerentur. & hoc mendaciū fuit mortale *, ppter hoc dānatę fuerunt. Quidam tamen dicunt, q̄ licet propter veniale peccatum non damnetur aliquis, tamen impedire potest aliquem ne saluetur. Sed hoc non credo, cum veniale peccatum nō tollat gratiā: nec eam impedit, etiam si omnia venialia peccata aliquis commisisset.

h ¶*Potuit.*] si habuisset charitatem.

ABRAHAM. CASVS. Dicitur hic, q̄ nō solum Ioseph fuit à mendacio excusatus in veteri testam. sed etiam Abraham, qui mētitus fuit pueris suis, cum aliud diceret, & aliud se factu rum deliberaret. Et hoc inducit seq. c.

PROPHETAVIT. CASVS. Ambr. ostendit in hoc c. quòd Abraham cum dixisset se cum filio rediturū, & propositum haberet ipsum immolandi Deo, captiose loquebatur, ne aliquis seruorum ipsum impediret: Dominus tamen per os eius propheta uit id, quod ipse non cogitauit.

i ¶*Parabat.*] Dominus.

k ¶*Captiose.*] id est, caute.

QVANDOQVE. Hæc est quinta pars quæst. in qua dicitur, quòd possunt quādoque dissimulari boni viri, & non peccant, quædam etiam dicūt prophetando. Ioan. de Fant.

CASVS. Docet Grat. hic, quòd quandoque significamus id fieri quod fieri nolumus, sed hoc facimus ad experimentum obediētiæ: sicut Deus tentauit Abraham vt eius obedientiam experiretur. hoc probat per seq.

NON ENIM. CASVS. Legitur in Genesi quòd Dominus præcepit Abrahæ vt filium suum Isaac sibi immolaret: quod cum facere vellet, prohibuit eum Dominus: & ouem pro filio obtulit immo landam: quia Dominus non ideo præcepit Abrahæ filium suum immolare, eo quòd vellet ita fieri: sed vt eius obedientiam tantummodo experiretur.

l ¶*Volebat.*] sed numquid voluntas Abrahæ fuit contraria voluntati Dei? non: sed ipsa volita fuerunt contraria. Abraham enim volebat interficere, & Deus hoc ipsum noluit, scilicet ipsum Abraham velle interficere, & sic eadem fuit voluntas.

Vtilem.] CASVS. Ostendit Hieronymus quòd multoties simulatio vtilis est, & quòd homo debet simulare id quod non est, nec fieri cupit. Et hoc probat tribus exemplis, scilicet Iehu regis Israel: & Dauid, & Christi, qui simulationem peccatricis carnis assumpsit.

m ¶*Vtilem.*] argu. "quòd dolus contra hostem bonus est, vt 23.q.2. dominus. & 47. dist. in mandatis. & ff. de cap. & postli. re. nihil interest. C. de commerc. & merca. l. 2. & 14.q.5.dixit. & de consecr. dist. 2. dixit dominus. Sicut econuerso quædam dissimulare possumus. ff. de noua. doli. in fi. argu. contra. 23.q.1.noli. dolus vero vel simulatio ad fallend

---

est, vt exitus [a] docuit, non est habendum mendacium? Mendacia enim à mendacibus serio agūntur, non ioco. Cum autem, quæ non sunt, tamquam ioco dicuntur, non deputantur mendacia.

Sed in vetere testamento multa permittebantur, quorum exemplis hodie vti non licet.

Vnde Gregorius lib. 18 moral. c. 3.

¶Veterum exemplo mentiri non licet. C. XIX.

SI quis per vetus testamentum vult suum tueri mendacium, quia minus illic quibusdam fortasse nocuerit, dicat necesse est rerum alienarum raptum [b], & retributionem iniuriæ [c], quæ infirmis illic cōcessa sunt, sibi nocere non posse. Quæ omnia cunctis liquet quāta animaduersione veritas insequitur [d]: quæ nobis iam significationis suæ vmbra postposita, in vera carne declaratur.

Idem eodem libro, c. 2.

¶Obstetrices de pietate remuneratæ, de mendacio sunt punitæ. C. XX.

SI quælibet culpa sequenti solet pia operatione purgari, quanto magis hæc facillime abstergitur, quam mater boni operis pietas ipsa comitatur? Nonnulli vero de obstetricum fallacia conantur asserere hoc mendacij genus non esse peccatum, maxime, quòd illis mentientibus scriptum est: quia ædificauit illis Dominus domos. In qua magis recompensatione cognoscitur, quid mendacij culpa mereatur [e]. Nam benignitatis earum merces [f], quæ eis in æterna [g] potuit [h] vita retribui, præmissa† culpa mendacij in terrenam est recompensationem declinata.

Abraham quoque loquens ad pueros suos ait. [*Sedete hic cum asino: ego & puer illuc vsque pertransibimus: & cum adorauerimus, reuertemur ad vos,*] *licet aliud se factu rum deliberaret, tamen excusatur à mendacio. Vnde Ambrosius in libro de patriarchis.* [¶ [i] *Prophetauit Abraham, quod ignorabat. Ipse solus disponebat redire immolato filio. Sed Dominus per os eius locutus est, quod parabat* [i]. *Captiose* [k] *autem loquebatur cum seruulis, ne cognito negotio, aut impediret aliquis, aut gemitu obstreperet, aut fletu.*

Quandoque aliquid iubendo significamus velle fieri, quod tamen fieri nolumus: sed experimentum obedientiæ quærimus: sicut Abraham à Deo tentatus legitur, cum iussus est immolare filium, quem Dominus nolebat ab eo occidi. [3] *Vnde in eodē libro idem Ambrosius.* [¶*Non enim volebat* [l] *Deus immolari à patre filium: nec impleri hoc munus volebat, qui ouem pro filio immolandum obtulit: sed tentabat affectum patris, si Dei præcepta præferret filio.*] & infra. [*Non iniicias, inquit, manum in puerū: neque facias ei quid quam.*] & infra. [*Affectum tuum inquisiui, non factum exegi: tentaui mentem tuam, si etiam filio dilectissimo non parceres propter me. Non aufero quod donaui ipse: nec heredem inuideo, quem largius sum nō habenti.*]

Item Hieronymus in epistola ad Galatas, cap. 2.

¶Simulatio vtilis est, & in tempore assumenda. C. XXI.

VTilem [m] simulationem, & in tempore assumendam Iehu regis Israel nos doceat exēplum: qui cum non potuisset interficere sacerdotes Baal, nisi se finxisset velle idolū colere, dixit [Congregate mihi omnes sacerdotes Baal. Si enim rex Achab seruiuit Baal in paucis, ego seruiā ei in multis.] Et Dauid, quādo mutauit faciem suam coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit. Nec mirum quāuis iustos homines, tamen aliqua simulare pro tempore ob suam & aliorum salutem: cum & ipse Do-

* imo neq; illud mortale, qm̄ non perniciosū. Gen. 22.

2l. j. de Abraham, c. 8.

Gen. 22.

3 ibidem in prin. c. 81.

4. Reg. 10.

1. Reg. 21.

" Dolus in hostem bonus est.

---

[a] Iuo p. 12. c. 41.

[a] Hoc dictū sane intelligē. nam tūc bene peccabant si hoc faciebāt pter auctoritatē iudicis: & ideō hoc ātelligo hoc dictū G. nā eius auctoritate poterāt hoc iure facere: sed si faciebāt, nō iō puniebā tur à iudice sine lege, vt hic dī secūdùm Hug.

Exod. 1.

† *al. pro admissa*

"Pœnā & pmiū conseq tur quis ex eodē facto.

" ꝓsperitas ī hoc seculo est piculosa.

* *Difficilior redditur.*

' Mulieres q̄ Pharaoni ꝑ miserūt ma resinterfice re, bis sunt mentitæ.

ad fallendum, ſemper malus eſt, vt 27.diſt.quod interrogaſti. & 12. q.1.certe.C.de lat.libert.tollend.l.1.§.ſed & qui pileati.

"diabolus à Chriſto fuit deceptus.

a ¶*Simulationem.*] "vt falleret diabolum. dicit enim auctoritas[a]: ſi diabolus eum filium Dei ſciuiſſet, numquam eum à Iudæis crucifigi paſſus fuiſſet.

a Al. Auguſtinus.

ECCE. CASVS. Dicit Grat. ex ſupradictis patere quæ mẽdacia ſint venialia, & quæ mortalia: poſtea facit quamdam quæſtionem, quare, ſcilicet Abraham cum deſcenderet in Aegyptum cum vxore, rogauit eam vt ſororem ſuam ſe eſſe mentiretur: ne ſi diceret ſe vxorem illius, interficeretur propter eam: cũ dictum ſit ſ.c.ne quis arbitretur. non eſſe mentiendum pro tẽporali vita alicuius. poſtea ſoluit hanc obiectionem, dicens q̃ Abraham noluit mendacium dici, ſed verũ taceri voluit. quia de eodem ſanguine nata, vere ſoror dicebatur.

Genes.12.

QVæritur.] CASVS. Quæſitũ fuit ab Auguſt. cur Abraham patriarcha mentiri voluit Saram, vt ſe ſororem ſuam diceret, & non potius commiſit ipſam Deo. Et reſpondet quòd noluit mendacium dici: ſed veritatem occultari voluit. ſoror enim ſua erat, quia filia erat fratris. & quòd non commiſit eam Deo tantũ, dedit nobis exẽplum vt quandiu poſſumus rationabiliter periculum euitare, Deum tentare non debemus.

11.22.contra Fauſtũ, c.36 33.&rurs'36

b ¶*Mentiri.*] "Ecce dicit Aug. ipſum mentitum: & tamen poſtea dicit ipſum non mentitum. & hoc eſt notandum circa reſcripta, vel circa iudicia, an quærendo vel narrando vel diffiniendo aliquid dicatur, vt 3. q.6. hæc quippe. & ſic eſt hic argumentum,

" Abraham an ſit mentitus.

" interrogans non confitetur.

" quòd interrogans non cõfitetur. Ar. contra. 30.q.1.de eo.

Gen.22.&25

c ¶*Sororem.*] Hic patet quòd non quilibet ſecundus gradus fuit in lege prohibitus. ex tra de conuer.infi. interrogaſti. in parte deciſa. Item patet hic quòd licite per æquiuocationẽ poſſumus hoſtẽdeludere, vt no. ſ.e.ne qs.& j.§.prox.

2 Adde Ale. ð Im.ĩ l.q iurato. circ.fi. ff.q ſa.co.& tex.ĩ l.q iuraſſet.in pr. ff.de iureiu. & ſing.Bal.ĩ l.obſeruare. ſ.pficiſci.2. vel 3.col. ff. de of. pcõſ.

d ¶*Apud Pharaonem.*] contra. 32.q.4. nemo. vbi dicitur de Abimelech. ibi ſol. nam ambo in ipſum Abraham deliquerunt. de pœ.diſt. 1.§.ex his. aliàs eſt §.denique. ver. reges quoque. Laur.

* Matth.11.

e ¶*Faciat.*] Non obſt. de conſec.diſt.1.omnis Chriſtianus. vt ibi ſoluitur. ſic 23.q.vlt. ſi nulla.

ITEM OPPONITVR. CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima probat adhuc quòd homo p̃t mentiri vt ſibi proſit etiam alteri nocendo. Quod probat exemplo Iacob, qui mentitus eſt ſe eſſe Eſau patri benedicenti: & hoc modo ſibi abſtulit ius primogenituræ. Sed hanc obiectionem ſoluit Grat. dicens Iacob nõ eſſe mentitum. non enim ſe dixit eſſe Eſau natiuitate, ſed adiectione vel imitatione: qa ex quo Eſau ſibi vẽdiderat ius primogenituræ: rite eum imitari poterat, & ius illud adire quod emerat. & hanc ſolutio. probat quattuor exẽplis, ſ. Ioannis quem Chriſtus dixit eſſe Heliam virtutis imitatione: & Iudæorũ & gentilium & Romanorũ. In 2. parte dicitur, quòd quãuis eps de quo agitur in themate, iurauerit falſum quod putabat eſſe verum: non tñ reus periurij iudicatur: quod probat exẽplo Saulis, qui pugnaturus contra Philiſtæos iurauit ſe interfecturum quicunq; comederet ante ſolis occaſum, contra qđ iuramentũ Ionathas filius ſuus fauum mellis comedit: pp qđ pater eum condemnauit ad mortẽ: ſed ad preces populi hanc ſententiã reuocauit: nec tñ propter hoc reus periurij iudicatur. Secũda pars incipit ibi, *Epiſcopus vero.* Primũ exemplum primæ partis eſt ibi, *Sic & Chriſtus Ioannem.* Secundum ibi, *Sic & Iudæi.* Tertium ibi, *Econtra gentiles.* Quartum ibi, *Hinc idem Apoſtolus.*

Ioan.8. Ioan.8. 1.Cor.4. Rom.2.

f ¶*Sed imitando.*] & ita qñque aliquis ſumit potius appellationẽ ab accidenti quã à natura, vt ff.de ori.iur.l. 2.in prin.&1.q.1.cito.

talienam 3 ſ.e. homines.

g ¶ *Præputium facta eſt.*] i. circumciſus es in præputio, & nõ in corde: cũ tamen dixerit legiſlator: circumcidite vos, & amputate ꝑputia cordis veſtri.

1.Reg.21.

h ¶*Reputatur.*] i. gentilis reputabitur circũciſus ſi ſeruat legẽ.

i ¶ *Non nocuit.*] & ſic iniuriam nõ fecit: qa iure ſuo vſus eſt, vt extra de ele.cũ eccleſia.

k ¶*Niſi ea mens.*] vt ſ. ead. homines.

l ¶*Audito.*] "quia vox præconia paucis innoteſcit, vt C.quo.& quan.iu. aut.q ſemel. & q tarde venit ad iudiciũ, præſumitur nõ audiuiſſe vocẽ præconis, vt ff.de in int.reſt. diuus. "& edictũ tantũ ligat eos ad quos puenit, vt 82.di., ꝑpoſuiſti. in fi.ff.de decre.ab or.fa.l.vlt. tñ hæc nõ eſt excuſatio ſufficiẽs, dũmodo edictũ ſit publice propoſitum, vt 16.diſt.quod dicitis.

" Vox ꝑconia paucis innoteſcat.

tal.prouocatus

" edictũ ligat tñ eos ad quos peruenit.

m ¶*Stragem.*] Et hoc ei nõ proficit ſi ſcienter contra edictum fecit, vt ff.de re mil.l.3. §.in bello[b].

bEt ff.de re. eo.q ſub tu. l. quamuis. 16. q.1. monachi.

n ¶*Laborans.*] Illud eũ potuit excuſare.de cõſecr.diſt.5.diſcipulos.

o ¶*Quia quantum.*] Sic dicitur aliquid q̃-tum ad ſe, non quantum ad alios, vt 49.diſt.c.vlt.& de conſec.diſt. 4.quæris.& 1.q.1.quod quidam.

p ¶*Obedientia.*] Hæc q. determinatur. ſ.15.q.vlt.c.vlt.ſ.8.q.4.c.nõne.

¶ Quomodo Abraham excuſẽtur à mendacio, qui Saram ſororem ſuam eſſe dixit. C. XXII.

QVeritur, cur patriarcha mẽtiri[b] voluit, vt diceret Saram ſororem[c] ſuam: & non potius Deo commiſit, qui ſi vellet, eius pudicitiam apud Pharaonẽ[d] ſeruare poſſet. Sed veritatem voluit celari, non mendacium dici. Soror enim dicitur, quia filia fratris erat. Et in hoc oſtẽditur, quòd nemo debet tentare Deum ſuum, dum habet quod rationabili conſilio faciat[e]. ' Fecit quod potuit: quod non potuit, Deo commiſit, in quem ſperauit: nec eum fides, aut ſpes fefellit. Si autem interrogatus illam feminam indicaſſet vxorem, duas res tuendas committeret Deo, & vitam ſuam, & vxoris pudicitiam.

¶*In quæſtione ipſa vigeſimaſexta non ſunt omnia verba huius capituli: ſed confectum eſt etiam ex libro 22.contra Fauſtum, & contra Secundinum, & ex aliis locis.*

Item opponitur, quòd Iacob mentiendo & ſibi profuit, & alij nocuit: nec tamen reprehenditur, ſed commendatur. Sed Iacob dicendo ſe eſſe Eſau primogenitum, non eſt mentitus[2]. Non enim dixit ſe eſſe primogenitum, naſcendo ſed ius primogenituræ illo vendente, rite adeundo. Sic & Chriſtus Ioannem dixit eſſe Heliam, non perſona, ſed imitatione virtutis. Erat ergo Iacob Eſau, non naſcendo, vt diximus, ſed emptione primogenituræ de non primogenito in primogenitũ tranſeundo: ſicut & ipſe Eſau primogenita vendendo, de primogenito non primogenitus fieri meruit. Sic & Iudæi, cum eſſent filij Abrahæ carne, quia non fuerunt filij eius imitatione, non deputantur inter filios Abrahæ, ſed dicuntur filij diaboli: cuius filij ſunt, non naſcendo, ſed imitando[f]. Vnde à Domino audire meruerunt [Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite: nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem locutus ſum vobis. Hoc Abraham non fecit. Vos ex patre diabolo eſtis: & deſideria patris veſtri facere vultis.] ¶ Econtra gentiles, cum ſecũdum originem carnis ab Abraham eſſent alieni, tamen imitatione fidei, & iuſtitiæ ſucceſſerunt in filios Abrahæ. Vnde ab Apoſtolo dicitur eijdem [Si autem Chriſti, ergo Abrahæ ſemen eſtis.] ¶ Hinc idem Apoſtolus ſcribens Romanis ait [O tu Iudæe, ſi circumcidaris, nec legem obſerues, circumciſio tua præputium facta eſt g: quomodo & præputium, ſi iuſtitias legis cuſtodiat, in circumciſionem reputatur[h].] Præfertur ergo, vt ex præmiſſis colligitur, imitatio operis origini carnis. Veraciter ergo, non mendaciter Iacob ſe dixit Eſau eſſe: nec mentiendo, ſed verum dicendo, ſibi profuit, alteri vero non nocuit i: quia benedictionem ſibi debitam accepit, non alienum† ſurripuit. ¶ Epiſcopus vero iſte, de quo agitur, & ſi falſum iurauit, tamen quia, vt ſupra dictum eſt, ream linguam non facit niſi rea mens[k], nequaquam reus periurij habetur. Probatur hoc etiam exemplo Saulis, qui cum eſſet pugnaturus contra Philiſtæos, iurauit ſe interfecturum quicumque ante ſolis occaſum comederet. Ionathas autem filius eius non audito[l] regis iuramento, cum pugnando magnam hoſtium ſtragem[m] dediſſet, & ſalutem feciſſet in Iſrael, fame laborans[n], vidit fauum mellis, quem regia virga, quam geſtabat in manibus, accepit, & comedit: ſtatimque oculi, quos fere fames clauſerat, aperti ſunt, & facies eius exhilarata eſt. Quo comperto, Saul voluit eum dare neci: ſed precibus, & pia populi ſupplicatione placatus, mortis reuocauit ſententiam, ne interficeretur ille, per quẽ ſalus data erat in Iſrael, & quo pugnante, de manibus hoſtium populus ille liberatus fuerat. Ecce Saul falſum iurauit: quia quod iureiurando ſe facturum decreuit, precibus populi reuocatus† non fecit. Nec tamen periurij reus arguitur: quia, quantum[o] in ipſo fuit, quod iurauit, impleuit: dum ſententiam mortis in filium dedit: quam non carnali affectu, ſed populi ſupplicatione reuocauit.*

QVÆSTIO III.



Vm ergo, vt ratione, & exemplo mõſtratum eſt, epiſcopus reus periurij non eſſet, conſueta obedientia[p] ab archidiacono ſibi denegari non debuit: cum etiam ſi criminoſum illum eſſe



Vm ergo.] CASVS. Hæc eſt 3.q. vbi quæritur an licuerit archidiacono iuramento firmare quòd epiſcopo ſuo debitam reuerentiam negaret? Et reſp. quòd non, cum epiſcopus propter tale iuramentum quod fecit, reatum periurij non contraxerit: cum etiam ſi periurus fuiſſet, tamen nõ liceret archidiacono vel alicui ſubiectorum ab eo diſcedere ante diffinitiuam ſententiam. & ideo illicitum fuit archidiaconi iuramentum.

Source : BIU Cujas

Quòd autem.] Hæc q. diuiditur in tres partes. In prima probat per 20.c. quòd in malis promissis rescindẽdum est iuramentum, scilicet cum seruari non possit sine detrimento salutis æternæ. Secunda ibi, *Ecce quòd iuramenta.* Tertia ibi, *Sed cum his.* Io. de Pant.

CASVS. Hic proponitur quarta quæstio, vbi quæritur vtrũ iuramentum illicitum sit seruandum. Et respondet, si iuramentum est illicitũ: quia de re illicita, scilicet de faciendo peccato mortali vel veniali, non est seruandum, vt ĵ. cap. 1. & cap. seq. & maxime in illo ca. in malis. si autem iuramentũ est illicitum ex modo, quia incaute iurauit aliquis rem licitam, scilicet comedere vel bibere, seruandum est: cum in deteriorem exitum non vergat, vt ĵ. ead. cap. si aliquid. & §. illicitum.

« iurm sex modis dr il licitum. 1Iuo p. 12. c. 9. Pann. l. 8. c. 90.

a ¶*Illicita.*] "Iuramentum sex modis dicitur illicitum: ex persona, ex re, ex fine, ex causa, ex tempore, ex modo. Ex persona dupliciter, vel ex persona eius qui iurat, vel ex persona eius cui iuratur. nam si impubes iurat, non tenet iuramentum[a], vt ĵ. e. q. 5. paruuli. Itẽ si clericus laico iurat. ĵ. q. 5. nullus. Ex re etiam illicitum est iuramentum dupliciter, vt si res sit illicita, quæ iuratur, vt ĵ. ead. in malis. & si res illa, per quam iuratur, non sit sacra, vt s. ead. q. 1. clericum per creaturas. & s. q. 1. considera. Ex fine illicitum est, vt si iuretur propter electum, & ante electionem, vt 8. q. 3. Artaldus. Ex causa, vt si ad clamorem populi iuretur, vt ĵ. ead. vnusquisque. Ex modo est illicitum, vt si temere iuretur vel indiscrete, vel præter necessitatem, vt s. ead. q. 2. c. 2. & ĵ. ead. cap. si aliquid. Item iuramentum ex tempore est illicitum, vt si iuretur in quadragesima, nisi de pace componenda, vt 1. q. 5. decreuit. quod hoc versu perpenditur:

Quis, cui, quid, per quod, ad quid, cur, quomodo, quando.

Breuiter ergo teneas in hac quæstio. quòd semper iuramentum est seruandum, si est illicitum, licet etiam illicitum sit ex modo iurandi, vt ĵ. e. si aliquid. ext. de iureiu. c. debitores. Ioan.

a Ad idẽ ff. d iureiu. deie rasse. nisi in casu ff. de li. cau. l. vlt.

2 ibid. in Tolet. 8.

3 sent. 3. dist. 39. Iuo p. 12. c. 3. Pan. l. 8. c. 91.

Matth. 4.

4 serm. 11. de sanctis, cuius principium est [Propter hunc.]

5 Sent. ibid. Iuo p. 12. c. 11. Pann. l. 8. c. 92.

SI publicis.] CASVS. Aliquis iurauit interficere patrẽ suum, vel corrumpere sanctimonialem. quare quæritum fuit in concilio Toletano, vtrum tale iuramentum sit seruandum, & respondet quòd non: quia tolerabilius est turpem promissionem reiicere, quàm eam adimplere. Seq. c. patet. cum §.

b ¶ *Non tolerabilius.*] nec peccat transgrediendo, vt infra eadem. in malis. & cap. inter. licet tunc peccauit quando iurauit[b]. Ioannes.

b Vñ ei pœnitẽtia indicitur. ext. e. tit. cũ qdã.

constaret, ante diffinitiuam tamen sententiam, vt supra monstratum est, nulli clericorum suorum ab eo liceret discedere. Constat ergo illicitum esse quod archidiaconus iuramento firmauit.

Vnde merito quæritur, an debeat seruari, vel non.

QVÆSTIO IIII.

1. ps *Quòd autem illicita[a] iuramenta seruari non debeant, in Toletano concilio 8. cap. 2. legitur: in quo sic statutum est.*

¶Melius est vota stultæ promissionis non implere, quàm crimen committere. C. I.

SI publicis sacramentorũ gestis (quod Deus auertat) à quibuslibet illicita, vel non bona extitisset† conditio allegata, quæ aut iugulare animam patris, aut agere compelleret stuprum sacratissimæ virginis, nunquid non tolerabilius[b] esset stultæ promissionis vota reiicere, quàm per inutilium promissorum custodiam, ex horrendam criminum implere mensuram?

† al. extitisse conditio allegatur

Item Ambrosius de officiis, lib. 1. c. 50.[2]

¶Aliquando non expedit promissum seruare sacramentum. C. II.

ESt etiam contra officium[c] nonnumquam soluere promissum sacramentum custodire[A]: vt Herodes, qui iurauit, quoniã, quidquid[d] petitum esset, daret filię Herodiadis: & necem Ioannis præstitit, ne promissum negaret.

A ¶Custodire.] *Addita est vox ista ex originali, & concilio Toletano, in quo refertur.*

Item in sermone sancti Augustini episcopi de decollatione sancti Ioannis Baptistæ, qui sic incipit [Cum sanctum Euangelium legeretur[4].]

¶ Pietas fuit, quod Dauid Nabal, sicut iurauerat, non occiderit. C. III.

QVòd Dauid iuramentum per sanguinis effusionem non impleuit, maior pietas fuit. Video[A] Dauid pium hominem, & sanctum in temerariam[e] iurationem cecidisse, & maluisse non facere quod iurauerat, quàm iurationem suam fuso hominis sanguine implere.

A ¶Video.] *Hæc sunt verba B. Augustini in eo sermone. Antecedentia autem videntur summæ quædam: nec sunt apud Iuonem, aut in Pannormia.*

Idem ibidem.

¶De eodem. C. IIII.

IVrauit Dauid temere: sed non impleuit iurationem maiori pietate. *& infra.* ¶Ecce sanctus Dauid nõ quidem iratus sanguinem hominis fudit: sed eum, falsum iurasse negare quis poterit? De duobus peccatis[f] elegit minus: sed minus fuit illud in comparatione maioris. Nam per seipsum appensum, magnum malum est falsa iuratio.

Item Isidorus in synonymis, lib. 2.[A7].

A ¶Secundo.] *Etiam B. Branlius in vita Isidori memorat duos synonymorum libros. Et in synonymis, quæ nuper cum aliis Isidori operibus sunt Parisiis impressa, facile locum haberet diuisio in duos libros. Nam ex posteriore parte videtur sumptus libellus de norma viuendi, qui in eodem Parisino codice habetur. Alter autem libellus de cõtemptu mundi, qui & ibidem, & antea Antuerpiæ, & olim Venetiis sub hoc titulo,* Isidorus de homine, & ratione deflẽte, & de homine, & ratione consolante, *impressus est, videtur epitome quædam synonymorum.*

¶Turpia vota seruanda non sunt. C. V.

8 IN malis[g] promissis rescinde fidem. In turpi voto muta decretum: quod incaute vouisti, ne facias. Impia enim est promissio, quæ scelere adimpletur.

Item Beda in homil. 44. in Natali decollationis S. Ioannis.

¶ Non est obseruandum iuramentum, quo malum incaute promittimus. C. VI.

9 SI aliquid forte nos incautius iurasse contigerit, quod obseruatum peiorem[h] vergat in exitum, libere illud consilio salubrio re mutandum nouerimus, ac magis instante necessitate peierandum nobis, quàm pro vitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertendum. Denique iurauit Dauid per Dominum occidere Nabal virum stultũ, & impium, atque omnia, quæ ad illum pertinerent, demoliri. Sed ad primam intercessionem Abigail feminæ prudentis mox remisit minas, reuocauit ensem in vaginam, neque aliquid culpæ se tali periurio contraxisse doluit.

c *Est etiam contra officium.*] id est, pietatem.

d ¶*Quidquid.*] In hoc generali iuramento non intelligitur iurasse nisi quod licite facere potuit[c], vt extra de iureiur. Quintaual lis. extr. de elect. causam. ff. de ope. lib. si libertus. & ff. de rit. nu. l. generali. & ff. de iu. dot. siue generalis. Io.

6 Sent. ibid. Iuo ibid. Pan. l. 8. c. 93

c Nõ. n. iurm est vinculũ iniqtatis. ĵ. e. q. inter. extra d iureiu. quãto. & circa hoc dic vt leg. & no. ext. d hom. cũ iuramento. Arc.

Quòd Dauid.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd iuramentum illicitũ non est seruandum. & hoc probat exemplo Dauid, qui iurauit interficere Nabal, & tamen promissionem suam non adimpleuit. Idem est casus sequentis cap. sed additur, quòd de duobus malis eligitur minimum. Aliud cap. sci licet, in malis promissis. planum est.

7 Cap. d mẽdacio in imnimum. Aliud cap. sci pßo Parisiis licet, in malis promissis. planum est.

e ¶*Temerariam.*] Iuramentum temerarium & inconsulto calore iracũdiæ factum, non est seruandum, vt hic, & 2. q. 3. præuaricator. Ioan.

d i. q. p se cõsiderari pñt de gñe peccatorũ: cum naturali casu trãsgressio iurí nullũ est pctm ẽt veniale, scdm Hug. sed tũc peccauit Dauid cũ temerẽ iurauit. Laur.

f *IVrauit.*] ¶*Peccatis.*] id est, quæ videntur peccata[d], cum alterum non est peccatum. Ioan.

8 Iuo p. 12. c. 12. In Tole. 8. c. 2. & in Tribur. c. 21. & gl. ord. in c. 14. Matth. i ver. iurm.

g *IN malis.*] aliud in malis promissis, & aliud in male promissis. primũ non est seruandum, secundum sic, vt ĵ. ea. cap. proxi.

SI aliquid.] CASVS. Ostendit hic Beda, quòd si quis iurat se interfecturum hominem, vel aliud peccatum perpetrare: potius debet venire cõtra iuramẽtum quàm in aliud grauius crimen incidere: quod probat exemplo Dauid, qui licet iurauerit interficere Nabal virum stultum & impium, tamen ad preces Abigail vxoris eius contra sacramentum veniens ensem reuocauit in vaginã.

9 ĵ. e. si aliqd c. 16. Burc. l. 12. c. 18. Iuo p. 12. c. 13. & 75. Pan. l. 8. c. 94. & 118.

h ¶*Peiorem.*] simi. extra, de iureiurand. si vero.

h ¶ *Peiorem.*] "Item aliud exemplum potest poni quã hic ponatur, vt si iurauí me peccaturum venialiter, tale iuramentum non debeo adimplere: quia adiiceré peccatum peccato, vt infra eadem. diffinitio. & si temere aliquid iuratur quod est licitum, adimplendum est. si tamen propter necessitatem non possum adimplere, venialiter pecco, vt vigesimaquinta distinct. §. criminis. in fin. " & à licito iuramen

" iurm non semper est adimplẽdũ.

1. Reg. 25.

" Papa an possit absoluere à licito iuro.

Source : BIU Cujas

iuramento (vt dicunt quidam)Papa nō poteſt abſoluere, vt no. 15.q.6. auctoritatem. ſed cōtra eos eſt extr. de iurei. veniētes. Io.

NOn ſolum.] CASVS. Hic dicitur ꝙ ſi aliquis iurauit aliquid illicitum, non debet illud adimplere: ſed de duob. malis minus eligere debet, ſc. vt non adimpleat quod promiſit.

a ¶*Contagio.*] quantū ad perplexionem animi, vt 13.diſ. nerui.

b ¶*In quo minus.*] Quoties enim aliquid ſine captione fieri non poteſt, ſemper id quod minimum eſt, ſequimur, vt ff. de reg. iur. quoties nihil. Ioan.

VNuſquiſque.] CASVS. Oſtendit hic Ambr. ꝙ aliquis non debet illicitum promittere: & ſi promiſit, tolerabilius eſt promiſſum nō adimplere, quàm facere rem illicitam. Et hoc probat exēplo Herodis & Iepte, qui ſæpe in ſcriptura reprehēduntur, eo ꝙ per promiſſionem ſuam illicitam impleuerūt. nam bene poterant mutare voluntatē prauam, cum ipſe Deus ſuam ſententiā ſæpe mutet, & mutādo melioret.

c ¶*Inhoneſtum.*] Non ſolum ergo iuramentum rei illicitæ nō eſt ſeruandum, ſed nec etiam inhoneſtæ: immo ſi tendat ad inhoneſtatem, quandoque †homicidio] non eſt ſeruandum, licet poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, vt ext. de iureiur. quemadmodum.

d ¶*Quod ebrius.*] Ergo promiſſio ebrij nō tenet[a], vt 15.q.1.ſane.

e ¶*Saltantium.*] Arg. ꝙ id quod ad clamorem populi promitti tur, non tenet. ſimi. 8. Iud. 11. q.1. licet. & c.ſi ergo. a idē t; cum &ext. de ele. Oſius. Iiſta gl. Ful. ī tem alia ratione non cōſ. 80. in fi. debuit tenere hoc iu vbi đt ꝙ cō ramentū, quia ob retractus eius uerentiam hoſpitum q potatio- videtur promiſiſſe: & nib⁹ & ebrie ea quæ ob reuerentiā tatibus vel alicui promittuntur, adulatiōib⁹ non ligant, vt ff. quar. eſt inductus rer. act. non dat. l.1. §. ad vēdendū quę honorādæ. ſic errem minori go taciturnitas, quæ ptio q̄ vafit ob reuerētiam alileat, eſt ipſo quorum, nō præiudiiure nullus. cat, vt ff. de fur. l. pen. ꝙ hoc bene f ¶*Quòd amentiæ.*] afacit c. ſane. liàs amicitiæ.

in gl. aliàs. g ¶*De Iepte.*] j. proxi.

6 j. c. non cauſa. q.5. ſi non licet. ſemper. in fi. contra. vbi dicitur ꝙ votū illud fuit à ſpiritu ſancto. Sed dicas ꝙ votū fuit iuſtum: ſed talis ſolutio fuit iniuſta. Hebręi tamen quidā reprehendunt etiam ipſum iu-

1 Iuo p. 12. c.13. Pan. l.8 c.95.

2 in Tolet. 8. c.2.

3 Iuo p.12. c.17.

4 Pan. l.8. c.101.

Matth.14.

Idem ibidem.

¶De duobus malis, minus eligi oportet. C. VII.

1 NOn ſolum in iurando, ſed in omni, quod agimus, hæc eſt moderatio ſolertius obſeruanda: vt ſi in talem forte lapſum verſuti hoſtis inciderim⁹ inſidiis, ex quo ſine aliquo peccati cōtagio [a] ſurgere non poſſimus: illum potius euadendi aditum petamus, in quo minus [b] periculi nos perpeſſuros eſſe cernimus.

Item Ambroſius de officiis, li.3.c.12.[2]

¶Tolerabilius eſt iuramentum non implere, quàm quod turpe eſt facere. C. VIII.

3 VNuſquiſque ſimplicem ſermonem proferat: vas ſuum in ſanctificatione poſſideat: nec fratrem ſuum circumſcriptione verborum inducat: nihil promittat inhoneſtum [c]: aut ſi promiſerit, tolerabilius eſt promiſſum nō facere, quàm facere quod turpe ſit.[4] Sæpe plerique conſtringunt ſeipſos iuriſiurandi ſacramento: & cum ipſi cognouerint promittendum non fuiſſe, ſacramenti tamen contēplatione faciunt quod ſpoponderunt: ſicut de Herode ſupra ſcripſimus: qui ſaltatrici præmium turpiter promiſit, crudeliter ſoluit. Turpe, quòd regnum pro ſaltatione promittitur: crudele, quòd mors prophetæ pro iuriſiurandi religione donatur. Quanto tolerabilius tali fuiſſet periurium ſacramento†? Si tamen periurium poſſit dici, quòd ebrius [d] inter vina iurauerat, quod euiratus[A] inter ſaltantium [e] choros promiſerat. Infertur diſco prophetæ caput, & hoc æſtimatum eſt fidei eſſe, quod amentiæ [f] fuit, *& poſt pauca de Iepte* [g] *diſſerens.* ¶ [5] Miſerabilis, *inquit*, neceſſitas, quæ ſoluitur parricidio. Melius eſt non vouere, quàm vouere id, quod ſibi is, cui promittitur, nolit exolui. *& poſt paululum.*

¶ [6] Non ſemper igitur promiſſa ſoluenda omnia ſunt. Denique ipſe Dominus frequenter ſuam mutat ſententiam, ſicut ſcriptura indicat.

A ¶Euiratus.] *Emendatum eſt ex B. Ambroſio, & Iuone. Ante a enim legebatur*, & iuratus.

Item ex concilio Toletano 8.c.2.

¶Incommutabilis Deus quandoque ſua mutat ſtatuta. C. IX.

INcommutabilis, eademque ſemper exiſtens Dei natura, parcens ſua ſæpe in ſacris litteris legitur mutaſſe promiſſa, & pro miſericordia temperaſſe ſententiam [h]. Vnde quamlibet ſit impaſſibilis, atque immutabilis, eiuſdemque deitatis licet ſint dicta firmiſſima: crebro tamen eius & iuramenta leguntur, & pœnitentia, quæ ſacris extant myſteriis ad operta. Iurare namquè Dei, eſt à ſeipſo nullatenus ordinata conuellere: pœnitere vero, eadem ordinata, cum voluerit, immutare. Sic per Hieremiam dicit [Repente loquar aduerſum gentem, & aduerſum regnum, vt eradicem, & deſtruam, & diſperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa ſuper malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam, & agam, & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui [i], vt facerem ei.]

¶*Initium huius capituli emendatum eſt ex recentioribus editionibus conciliorum Colonienſibus, & codice Lucenſi regio. In vetuſtioribus autem editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, duobuſque monaſterij Dominicani poſt verſ.* innectenda, *quod in ipſo concilio antecedit huic capitulo, ſequitur continenter.* Etenim immutabilis deitatis licet dicta ſint firmiſſima, crebro tamen, &c. *intermediis omiſſis.*

Item Auguſtinus.

¶Sapientis eſt reuocare, quod male loquitur. C. X.

MAgnæ ſapientiæ eſt, reuocare [k] hominem, quod male locutus eſt.

Item ex concilio Ilerdenſi, c.7.

¶Qua pœna feriatur, qui illicitum iuramentum facit. C. XI.

7 QVi ſacramento ſe obligauerit, vt litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro periurio vno [l] anno à communione corporis & ſanguinis Domini ſegregatus, reatum ſuum eleemoſynis, fletibus, & quantis potuerit ieiuniis abſoluat. Ad charitatem* vero, quę operit multitudinem peccatorum, celeriter venire feſtinet.

Item Ambroſius li.3.officiorum, c.12.[8]

¶Non omnia promiſſa ſoluenda ſunt. C. XII.

9 NOn ſemper promiſſa omnia ſoluenda ſunt. Denique ipſe Dominus frequenter ſuam mutat ſententiam, ſicut ſcriptura indicat.

Item Iſidorus ſententiarum lib.2.c.31.[10]

¶De eodem. C. XIII.

11 "NOn eſt obſeruandum iuramentum, quo malum incaute promittitur: veluti ſi quiſpiam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius eſt enim non implere ſacramentum, quàm permanere in ſtupri flagitio.

Item ex concilio Toletano, c.8.

Decret. ij. pars.

ramentum, & dicunt quidā, ꝙ ſi equus vel aſinus ei obuiaſſet, numquid illud obtuliſſet domino? quaſi dicant, non.

INcommutabilis.] CASVS. Quæſtū eſt in concil. Toletano, vtrum quis poſſit venire cōtra iuramentum ſuum illicitū. & Hier.18. reſp. ꝙ ſic. & hoc probatur exemplo Domini: qui licet ſit incommutabilis, legitur tamen ſuam ſentētiam mutaſſe, & contra ſua iuramēta veniſſe. Probatur & hoc auctoritate Hieremiæ prophetæ dicētis: Repente loquar, &c. *Iuramenta*, i. diſpoſitiones, ſecundum ꝙ merita hominum exigebant. Sequēs c. patet.

h ¶*Sententiam.*] i. cōmunicationem. "ea "Deus quæ quæ Dominus dicit à ſe dicta reminando, vel cōuocet. monendo, bene reuocat: ſed ea quæ aſſerēdo dicit, nō reuocat.

" vnde Macrobius di "Deus tricit ꝙ tripliciter con- pliciter lotingit Deos loqui. quitur.

i ¶*Cogitaui.*] id eſt, videor cogitaſſe.

k *Magnæ.*] ¶*Reuocare.*] id eſt, non adimplere [b]: nec dicitur fallax ſi ad rei veritatē reuertitur, vt 32.q.1.apud.

b id quod ſ. male, &c. reuocare inq̄ ceſſatione operis, ſ. vt ceſſet & nō adimpleat illud malū qđ dixerat ſe facturum vel verbo, vel iuro. H. aliàs euolat emiſſū, &c. 43.di. §. vlt. & hoc eū iurat qs illicitū ab initio vel ēt cū ex poſt fcō tendit ad noxā. 63.di. §. verū 45.diſt. licet non. Laur.

QVi ſacramento.] CASVS. Iuauit quidā, ꝙ numquam per pacem cum ſuo inimico veniret. quæſitū fuit in concilio Ilerdenſi. quid ſit ſuper hoc faciendum: & reſponde tur ꝙ pro periurio, id eſt illicito ſacramēto debet per annū à cor pore Domini ſeparari, & reatum ſuum eleemoſynis & fletibus diluere, & ad pacē ce leriter venire feſtinet. Seq. duo capitula plana ſunt.

l ¶*Vno.*] ſ. e. q.1.c. vlt. contra. 6.q.1. quicunque. ibi imponitur ſe ptennis pœnitentia ꝙ periurio: ſed ibi loquitur cum quis tranſgreditur licitum iuramentum: hic loquitur cum quis temere iurat. Sed nonne qui temere iurat rem illicitā, mortaliter peccat: ergo ſeptennis pœnitentia debet ei imponi, vt 33.q.2. hoc ipsū? Reſp. regulariter imponitur ſeptem anno rum pœnitētia. "ſed ex cauſa diminuitur vel augetur illud tempus. 26.q.7. tempora. tamen hic non negatur quin per ſeptē annos debeat pœnitere: ſed hoc ſolum dici "Pœnitentur, ꝙ à communione tia ex cauſa corporis Chriſti vno minuitur anno ſeparatur. vel augetur

* 1 *Petr.* 4.

7 Bur. l.12.c. 17. Iuo p.12. c.74. Raba. ī pœn. c.10. 8 in Tolet. 8 c.2. ſ. e. vnuſquiſque. in fi. 9 Iuo p. 12. c.17. Pan. l.8 c.102. 10. Cōc. Totentia debet ei impo let. 8. c.2. Beda ī Scin tillis, c.36. Gloſ. ord. in c.14. Matth. 11 Poly. l.6. tit.12. Bur. l. 12. c.10. Iuo p.12. c.36. & 67. Pan. l.8. c.118.

Source : BIU Cujas

¶Male iurans pœnitentiam agat.
C. XIIII.

NEceſſe eſt, vt male [a] iurans dignam pœnitentiam agat: eo quòd nomen Domini contra præceptum illius ſumpſit in vanum: quia in Exodo ſcriptum eſt [Nec enim inſontem habebit Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra.]

¶Verba propria huius, & ſequẽtis capitis non ſunt in canone ſecundo concilij Toletani octaui: ex quo tamen citant Rabanus in lib. pœ. c. 21. & Burchardus lib. 12. c. 29. Coniunctè enim hoc affert cum iis, quæ in ſecundo illo canone leguntur. Idem vero Burchardus, c. 7. citat ex Toletano, c. 9. Iuo autem abſolute ex Toletano. Suntque apud ipſos hæc duo capita coniuncta, quemadmodũ & in aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus, ſine voce iſta, Item.

[Item] & in Leuitico.

C. XV.

NOn peierabis in nomine meo: nec pollues nomen Dei tui: ego Dominus.] Malum tamen, quod facturũ ſe ſacramento deuouerit, omnino non faciat: quia ſtulta vota frangenda ſunt.

Item ex decreto Soteris Papæ, c. 3.

¶Ita etiam ceteri collectores. Sed ſ. ea. caput, ſi aliquid. iiſdem verbis affertur ex Beda, apud quem habetur, vt ibi eſt indicatum.

¶Iuramentum, quo malum incaute promittitur, non eſt ſeruandum.
C. XVI.

[2] SI aliquid forte incautius nos iuraſſe contigerit, quod obſeruatum peiorem vergat in exitum, illud conſilio ſalubriore mutandum nouerimus: & magis inſtante neceſſitate peierandum † nobis, quàm pro [A] facto iuramento in aliud crimen maius eſſe diuertendum.

A ¶Pro facto.] *Apud Iuonem, & in Pannormia legitur,* pro vitando periurio, *vt ſ. ca. c. 6. In Polycarpo autem,* profecto in aliud. *An ſelmus habet quemadmodum Gratianus.*

Item ex concilio Eliberitano†, c. 1.

b ¶*Vtiliter.*]" Arg.q̃ si episcopus præcipit alicui ire Romam pro vtilitate ecclesię, quòd tenetur obedire[a], vt 7.q.1.quia.& si clericus se excuset,& dicat: mittatis illum qui ditior me est?respondet ei episcopus, sicut Christus respondit Petro: cum enim Dominus diceret Petro: Tu me sequere, respondit Petrus:Domine, hic autẽ quid? demonstrato Ioanne: & dixit ei Dominus: Quid ad te?si eum volo manere, tu me sequere.Ioan.

a Ad idẽ 11. q.3.qd ergo vbi de hoc.

2Ansel.l.13. c.9.

† *sanctæ reipub.exhibere*]orig.

Vòd autem.] Casvs. Hic intitulatur 2. quæstio, qua quæritur quod bellum sit iustum, & quod iniustum. Et respondet,quòd bellum dicitur iustum vel iniustum quattuor modis, scilicet ratione præcipientis,vt ŝ.q.1. quid culpatur.vel ratione obediẽtis:quia monachus vel spiritualis obedire nõ debet,sed laicus, vt 1.q. 8. clerici. Ratione rei propter quam pugnatur: quia si bellum sit causa dominandi,iniustum est:si causa necessitatis, iustum reputatur. Ratione personarum contra quas pugnatur, vt ŝ.q.1.paratus.

c ¶ *Quòd autem.*] " Bellum dicitur iustum quinque modis, vel ratione personæ: vt si fuerint personæ ecclesiasticæ,quibus non est licitum fundere sanguinem, vt j̃.ea.q. 8.clerici.& c.his à quibus. Ratione rei, vt si non est de repetendis rebus:vel pro defensione patriæ, vt j̃.ea.c.1.& j̃.ea.q.8.si nulla. Vel propter causam, vt si propter voluntatem, & non propter necessitatem pugnatur, vt ŝ.ea.q.1.noli.Ex animo est iniustum, vt si animo vlciscendi fiat, vt ŝ.ead.q.1.quid culpatur. Item est iniustum, si non sit indictum auctoritate principis[b], vt j̃.e.c.1.& ŝ.ead.q.1.quid culpatur. Quæ alia adhuc requirantur, habes ŝ.ead.q.1.in glos.illa,qui repellere.Ioan.

"Bellum dr̃ 5.modis iniustum.

b Ad h[a] declaróem vide qđ notat Inn.extr.de rest.spol.olim.1.

blice decreta consequitur:si amplius quęrit,tamquam calumniator & concussor, Ioannis sententia condemnatur[a].

Item eiusdem de diuersis ecclesiæ observationibus.

¶*Sic etiam citat* Iuo:*quod tamen apud B. Augustinum non est inuentum,quamuis epistola ad Ianuarium,talem fere habeat titulum, Simile habetur ŝ.ea.noli.§.esto ergo.et de ciuitate Dei,lib.19.c.12.*

¶ Pacata sunt bella, quæ geruntur, vt mali coerceantur, bonique subleuentur.
C. VI.

1 APud veros Dei cultores etiam ipsa bella pacata sunt: quæ non cupiditate, aut crudelitate,sed pacis studio geruntur,vt mali coerceantur, & boni subleuentur.

Item Gregorius vniuersis militibus † *Neapolitanis,lib.12.epist.24.*

¶ Summa est laus militiæ,reip.vtilitatibus obedientiam exhibere.
C. VII.

2 SVmma militiæ laus, inter alia bona merita,hæc est:obedientiam reip.†vtilitatibus exhibere,quodque sibi vtiliter[b] imperatum fuerit, obtemperare: sicut etiam nunc deuotionem vestram feciſſe didicimus, quæ epistolis nostris,quibus magnificum virum Constantium Tribunum custodiæ ciuitatis deputauimus præesse,paruit, & congruam militaris deuotionis obedientiam demonstrauit. Vnde scriptis vos præsentibus curauimus admonendos:vti prædicto viro magnifico Tribuno, sicut & feciſtis, omnem debeatis pro sereniſſimorum dominorum vtilitate, vel conseruanda ciuitate obedientiam exhibere: quatenus quidquid à vobis hactenus bene gestum agnoscitur: per præsentis temporis vigilantium,ac solicitudinem augmentetis.

Ex his omnibus colligitur, quòd militare peccatum non est, & quòd præcepta patientiæ in præparatione cordis, non in ostentatione corporis seruanda sunt.

parte dicitur quòd iudex ideo dictus est,quia ius dictat populo:vel quia iure disceptat:vnde non debet dici iudex nisi sit in eo iustitia.

d ¶*De rebus.*]ablatis.

e ¶*Iure autem.*]Et si aliquid inique determinat iudex,iustum est,id est,tamquam iustum seruari debet,vt ff.de iu.& iu.l.pen. & tenent sententiæ suæ quamdiu tolerantur,vt 3.q. 7.§.vlt.

QVÆSTIO II.

VOd autem[c] *quæritur,quod sit iustum bellum, Isidorus Etymolog.l.18.cap.1.inquit.*

¶ Quod sit iustum bellum.
C. I.

3 IVstum est bellum, quod ex edicto[A] geritur,de rebus[d] repetendis †, aut propulsandorum hostium causa. *&cap.*15. ¶ Iudex dictus,quasi ius[4] dicens populo, siue quòd iure di[f]ceptet.Iure autem[e] disceptare est iuste iudicare. Non est autem iudex, si non est in eo iustitia.

A ¶Edicto.] *In codicibus Isidori etiam manu scriptis legitur,* ex prædicto. *Citat enim Ciceronem ex libris de rep.qui negat iustum esse bellum,nisi denuntiatum, nisi indictum,* † *nisi de repetitis rebus.*

*Item Augustinus in libro quæstionum 6.quæst.*10.

¶Nihil ad iustitiam intereſt,siue aperte, siue ex insidiis aliquis pugnet.
C. II.

DOminus noster iubet ad Iesum Naue,vt constituat sibi retrorsus insidias, id est insidiantes bellatores ad insidiandum hostibus. Hinc admonemur hoc † non iniuste fieri ab his, qui iustum bellum gerunt: vt nihil homo iustus præcipue cogitare debeat in his rebus,nisi vt iustũ bellum suscipiat, cui bellare fas est. Non enim omnibus fas est. Cum autem iustum bellum susceperit: vtrum aperta pugna, vtrum insidiis [f]vincat,nihil ad iustitiam interest. Iusta autem bella definiri solent,quæ vlciscuntur[g] iniurias, si qua gens,vel ciuitas[h], quæ bello petenda est, vel vindicare neglexerit quod à suis improbe factum est,vel reddere quod per iniurias ablatum est. Sed etiam hoc genus belli, sine dubitatione iustũ est quod Deus imperat, apud quem non est iniquitas, & nouit quid cuique fieri debeat: in quo

3 Iuo p. 10. c.116.Pann. l.8.c.54.

† *al.repetitis* Et lib.9. c.4

4Adde Ale. de Im. ĩl. 1. col. 2. ff. de iur.om.iud. vbi đt q̃ ius dicens,& dictio, iudex, sunt synonyma.

†Et idẽ ferè hr̃ l.1.đ offi. " Deceptio q̃nque permittitur.

Ioſue 8.

† abest ab orig.

c Dicit L.illud respicit, q̃ ita cõueniẽd[o] ẽ eps, vel q̃libet p̃latus,si iusti tiã si facit đ subdito,si ille subditus est soluẽdo, vel ipse p̃latus, aliàs delictũ eius nõ est cõuertẽ dũ ĩ damnũ reip.vel ecclesiæ,scđm L. vt not. j̃. e.q.3.c.fi.in gl.1.in fi.

" *interesse* cõsecutus ĩ bello, vtrũ possit adhuc hoc agere in iudicio.

d Hoc vult dicere, q̃ in hoc qđ sic pass[o] est, vr̃ esse passus

Vtium.] Casvs. Hoc cap.duas habet partes. In prima dicitur, quòd illud bellum est iustum quod fit ex præcepto principis de rebus repetendis, vel propter iniuriam repellendam. In secunda

Source : BIU Cujas

pp cõtuma ciã,& i casu ñ dãnũ tm, sed cõtuma cia attendi- tur,&aduer sus' cõtuma cẽ,&c. vt se quitur i gl.

a *Notandum est.*] num agrum ius non sit, vt ſ. distinct.1.ca.1.tamen quia ne- cessarius & innoxius erat iste transitus, isti prohiberi non debue- runt,vt ff.de aqua plu.arcen.in summa.§.item varus. Item quia via publica erat,& nemo prohibetur via publica vti, vt C.de seru.per agrum.Ioan.

Vòd vero.] Casvs. Hic ponitur ter tia quæstio, qua quæritur, an in- iuria sociorum sit ar- mis repellenda,& re- spondet, quòd sic, vt j.ead.fortitudo. & c. non inferenda. dum- modo fiat cum mo- deramine inculpatæ tutelæ, vt C.vnde vi. l.1.dummodo fiat sta tim, ex interuallo nõ licet præter auctor- itatem iudicis:& fieri debet à laicis, & non clericis, quibus non licet armis accingi, dummodo non fiat zelo vltionis, sed a- more correctionis.Et procedit hoc ordine Gratian. Primo pro- bat decem auctorita- tibus & exemplis, q̃ iniuria sociorum non est armis propulsan- da, ex quibus conclu dit,quòd si iniuria nõ est armis propulsan- da, armorum auxilia non sunt expetenda, & quod non est expe tendum, iure præsta- ri non debet. Postea Matth.2. respondet huic con- clusioni,dicens,quòd multa recte præstan- tur,quæ recte non pe tuntur, sicut iudex re ctevindicat iniuriam, quam tamen recte bonus non postulat, quod probat per seq. Matth.21. cap.&per duo exem- pla.

" iniuria so ciorũ an sit armis re- pellenda.

b ¶ *Quòd vero.*]" Hic quæritur an iniuria sociorum sit armis re pellenda,&est dicen- Ioan.18. dum, quòd sic. j.ead. fortitudo.& cap.non inferẽda. Grat.tamen primo probat decem auctoritatibus & ex- emplis, quòd iniuria sociorum non sit ar- Matth.10. mis repellenda,& sic concludit in fine,q̃ si iniuria non est armis Esa.19. repellenda,armorum auxilia non sunt ap- petenda.&quod non est petendum, de iu- Esa.36. re præstari nõ debet. Postea respondet, & dicit quòd multa iu- ste præstantur, quæ Ezech.29. non iuste petuntur,si cut iudex iuste vindi- cat iniuriam,quam ta Heb.10. men bonus vir iuste Act.5. non postulat, quod probat per sequens c.& duo exempla.

c ¶ *Fugiens.*]quidquid hic dicitur, allegatio 1.Cor.6.8.9 est. Nam bene licitum est cuilibet se de fendere, etiam cleri- co, vt no.ſ.quæst.1.in prin.& extra de homic.interfeciſti. Sed pro rebus defendendis di- cunt plerique quòd non est licitum clerico aliquem occidere, vt extra de homic.suscepimus. vnde bene dicitur in illa decret.inter-

¶ *Transitus.*] Licet enim transire per alie-

d ¶ *Baculus.*]id est,fragilis defensio.

e ¶ *In homine.*] quod non licet.j.de conse.dist.1.omnis Christianus.

e ¶ *In homine.*]id est,in Aegyptiis.

f ¶ *Legitur.*]in actibus Apostolorum.

bello ductor exercitus,vel ipse po pulus non tam auctor belli,quàm minister iudicandus est.

Cum ergo iustum bellum sit, quod ex edicto geritur, vel quo iniuriæ vlciscuntur: quæritur, quomodo à filiis Israel iusta bella gerebantur.

De his ita scribit Augustinus in quæstionibus Numerorum,quæst.44.ad cap.20.

¶ Innoxius transitus filiis Israel negabatur, atque ideo iusta bella gerebant.

C. III.

1 NOtandum est sane,quemadmodum iusta bella gerebantur[à† filiis Israel contra Amorrhæos.] Innoxius enim transitus a denegabatur,qui iure humanæ societatis æquissimo patere debebat.

QVÆSTIO III.

Vòd vero b iniuria sociorum armis propulsanda non sit, exemplis, & auctoritatibus probatur Dominus enim cum ab Herode quæreretur ad interficiendum,non patrocinium sibi quæsivit armorum, cum occulto instinctu posset in eum conuertisse manus Iudæorum:sed fugiens c in Aegyptum, latuit ibi per septennium.Sic etiam,cum à Iudæis lapidibus peteretur, abscondit se, & exiuit de templo. Sic etiam cum duceretur ad crucem, noluit commouere aduersus seniores Iudæorum turbam,quæ nuper ei obuiam processerat,& cum palmis & laudibus eum receperat.Sic etiam interrogatus à Pilato, an rex esset:ait [Regnum meum non est de hoc mundo: Si enim esset de hoc mundo,ministri mei vtique decertarẽt,vt ego non traderer Iudæis:] insinuans illos ad regnum huius mundi pertinere,qui auxilio humanarum virium,nõ diuino præsidio ab imminenti iniuria se tueri contendunt. Item, cum discipulis suis ait. [Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam:] non arma armis sed fugam persequentibus docuit opponi. ¶ Item,sicut legitur in Esaia, Aegyptus à Nabuchodonosor deuastata est,q̃ filiis Israel contra Assyrios, & Chaldæos protectionis & defensionis auxilium promisit. Vnde dictum est [Baculus† arundineus rex Aegypti: super quem si aliquis innixus fuerit, confringetur, & perforabit manum innitentis.] Ipsi etiam Iudæi captiui ducti sunt:quia spem suæ liberationis non in solo Deo,sed in homine e posuerunt.Sic etiam de primis credentibus legitur f, quòd rapinam suorum bonorum cum gaudio susciebant,non quærentes sibi aliorum patrocinia,sed gaudentes, quoniam digni g inuenichantur pro nomine Iesu contumeliam pati. Sic & Apostolus in prima epistola suadet h Corinthiis,vt iniuriam,& fraudem patienter ferant, potius quàm repetendo fraudem. Transitus.

tres scandalizent. Sic ab idolothytis, & à qualibet esca censet abstinendũ potius quàm cum scandalo fratrum edamus:Sic & à sumptib,abstinet,ne aliquod offendiculum Euangelio Christi præstaret.Cum ergo ille qui ab iniuria armis arcetur,non minus scandalizetur, quàm ille, à quo ablata coram iudice reposcuntur: patet, quòd ad propulsandam iniuriam non sunt petenda armorum auxilia. Quod autem petendum non est,illud iure præstari non debet i. Sed econtra multa rite præstantur,quæ tamen iure non petuntur. Bonus enim non rite k iniuriæ vindictam petit,quia malum pro malo redderet: quàm tamen iudex recte infligeret, nec nisi bonum pro malo redderet.

Vnde Augustinus in expositione Psalmi 108.ait. 2

¶ Quæ sint differentiæ retributionum.

C. I.

SEx differentiæ l sunt,reddere bona pro malis, non reddere mala pro malis: hæc duo bonorũ sunt,& prius melius. Non reddere bona pro bonis, reddere mala pro bonis:hęc duo malorum sunt, & posterius deterius.Reddere bona pro bonis,mala pro malis hæc duo mediocrium † m sunt: prius propinquum bonis conuenit A etiam malis, quod Christus non arguit n, sed plus oportere dicit, quia & Ethnici hoc faciunt: posterius propinquum malis,conue nit tamen etiam bonis. Vnde & lex modum vltionis statuit.[Oculũ pro oculo] Quæ,si dici potest, iniustorum o iustitia est, non quia iniqua est vltio, quam lex statuit: sed quia vitiosa est libido vlciscendi, magisque ad iudicem P pertinet hoc inter homines decernere †, quàm bonum hominem sibi expetere.Hic enim redderet malum pro malo:iudex B vero punit, non delectatione alienæ miseriæ, quod est malum pro malo:sed dilectione iustitiæ, iustum q pro iniusto r,quod est bonum pro malo:quod etiam Deus iudex facit.

¶ B. *Augustinus in explanatione Psalmi* 108. *hac sex differentias aptissime explicauit: cuius sententiam auctor glossæ ordinariæ in eodem loco breuiter retulit, ex qua glossa videtur acceptum hoc caput.*

A ¶ Conuenit etiam malis.] *Verba hæc non sunt in plerisque vetustis, neque in glossa:sed non longe discedunt à verbis beati Augustini.*

B ¶ Iudex vero.]*In glossa ordinaria & plerisque Gratiani manuscriptis legitur*, iudex vero non, sed dilectione iustitiæ, quod est bonum pro malo, quod & Deus iudex facit. *Non sunt tamen reliqua inducta, quoniam apud beatum Augustinum in eadem explanatione aliquanto infertius eadem fere habentur.*

g ¶ *Digni.*]"id est,de hoc gaudebant, quia digni erant qui patienter poterant sustinere omnia aduersa.

h ¶ *Suadet.*]Non præcipit: quia licite potest quis petere satisfactionem a,vt 14.q.1. quod debetur.

i ¶ *Non debet.*]Hæc regula falsa est b: quia multa licite præstantur, quæ illicitæ petuntur, 8.q.1.qui episcopatum. 18.dist. de eulogiis. ff.de var. & extraord.cog.l.1.§.est quidem.

k ¶ *Rite.*] sic ergo iudex ex officio suo debet punire crimen,licet accusator accusare non possit c. quia quandoque sanctitas ignoscendi gloriam derelinquit, vt C.de epis.& cle. si quis in hoc.1.resp.&est simile extra de ap. constitutus.in fi.Ioan. d

Ex differentiæ.] Casvs. In hoc c. assignat Augustin.sex differentias retributionum: quarum duæ cõueniunt bonis tantum, aliæ duæ malis: aliæ vero duæ mediocribus Et ponit exempla de omnibus. &ne aliquis excederet modum vlciscendi in retributione,lex ibi modum statuit, cum dixit: Oculum pro oculo. quæ vltio iniustorum iustitia dicebatur:non quòd vltio quam lex statuit, mala sit.sed quia ad iudicem magis pertinet vlcisci, quàm ad bonum hominem petere vltionem. Exod.21.

l ¶ *Sex differentiæ.*]retributionum. *tal.discernere*

m ¶ *Mediocrium.*] hic mediocres appellat illos, qui non sunt summe boni, vel summe mali.Ioan.

n ¶ *Non arguit.*] cum dicit in Euangelio:Si diligitis eos, qui vos diligunt,quam mercedem habebitis? nonne etiam Ethnici hoc faciunt?

o ¶ *Iniustorum.*] quia vltionis causa sępe aliquis petit à iudice vt aduersarius puniatur. iste iniuste facit: licet non faciat contra legem.

p ¶ *Ad iudicem.*] qui enim sine iudicis auctoritate violentiam facit,punitur. 16.q.6. placuit.

q ¶ *Iustum.*] scilicet factum iudicis est iustum.

r ¶ *Iniusto.*] id est, ei qui hoc tantum iniuste petit, id est causa vltionis. Simile supra eadem,quæstione prima,quid culpatur.verficul.final.

a Licet eũ qs teneatur dimittere rãcorẽ, si tũ satisfactionem. j.e.q. 4.si illic.Ar.

b Et iõ dicẽ hic sophisti ce argumẽtat⁹ est Gof.

1 Gl.ord. ibi ad ver. [Pro eo,vt diligerent me]

c Adde ad hoc notãter Bal. i l.libellorũ.§.fi. ff. de accu.no. Arc.2.q.7. si quis.in fi.

d Vndecũq; eũ claruerint crimina,sunt puniẽda.j.e.q. 4.ecce.Arc. *tal.mediocrium* Matth.8.

Source : BIU Cujas

ITEM AB ALIQVO. Casvs. Hic ponit Gratianus duo exempla, per quæ probat, quòd quædam iuste præstantur, quæ tamen iniuste postulantur: ad instar quorum propulsatio iniuriæ iure præstatur: iniuste tamen postulatur. Postea dat solutionem dicens, quòd si quis postulet iniuriam repelli, vt liceat sibi in voluptate carnis viuere: damnabile est. si quis vero postulat vt malorum audacia refrenetur, vel vtilitati multorum consulatur, vtile est & honestum. Et hoc probat tribus exemplis, scilicet exemplo Israelitarum, & Apostoli Pauli, & mercenarij, & hoc modo ecclesia sæpe ab Imperatore postulat auxilium ad iniuriam repellendã. & ad hoc inducit sequens cap.

Item ab aliquo capto iniuste sua exiguntur: pro vita tamen redimenda iuste offeruntur. ¶ *Item vasa sacra ab aliquo barbaro iniuste exiguntur: pro redemptione tamen captiuorum iuste præstantur. Sic & iniuriæ propulsatio, licet iniuste postuletur, tamen iuste præstatur: quamquam & ipsa postulatio non vsquequaque iniusta probetur. Aliud enim est iniuriam propellere, vt sibi liceat voluptuose viuere: aliud vt aliorum vtilitati libere possit vacare: Sicque aliud est suffragium ab homine tamquam à ministro iustitiæ postulare, vt mala voluntas aduersantium eius ministerio careat effectu, & bonorum voluntas eius suffragio sortiatur effectum: aliud spem suam, à Deo in hominem transferre, vt aduersa, quæ inferuntur à Deo ad vitæ correctionem, humano pellantur auxilio, nulla præcedẽte correctione: sicut Israelitæ, qui captiuitatem sibi imminentem Aegyptiorum suffragio se putabant posse euadere sine pœnitentia præteritæ vitæ, non reuocantes ad memoriam.* [*Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis.*] *& idem* [*Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus.*] *Petere ergo, vel præstare in tribulatione subsidium, vt voluptuose quis in crimine viuat, damnabile est. Petere autem, vel præstare solatium, vt malis facultas delinquendi adimatur, vt ecclesia pacem adipiscatur, vt aliquis multorum vtilitati seruetur, vtile est, & honestum: dissimulare vero est grauissimum. Hinc de Paulo legitur, quòd cum quidam Iudæorum iurassent se non comesuros panem, nisi eum interfecerent: petiit milites à prætore, quorum præsidio illæsus seruaretur ab iniuria Iudæorum, non suæ voluptati, sed omnium vtilitati victurus. Hinc in Euangelio mercenarius vocatur, qui videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: Hinc etiam ecclesia auxilium ab Imperatore ad sui defensionem petere monetur.*

Vnde Augustinus ad Bonifacium ait, epistola 50.

¶ Ab Imperatore ecclesia auxilium postulare debet.
C. II.

1 MAximianus episcopus Vagiensis auxilium petiit ab Imperatore Christiano [contra † hostes ecclesiæ] non tam sui vlciscendi causa, quàm tuendæ ecclesiæ sibi creditæ. Quod si prætermisisset, non eius fuisset laudanda patientia, sed negligentia [a] merito culpanda. Neque enim & Apostolus Paulus vitæ suæ transitoriæ cõsulebat, sed ecclesiæ Dei, quando contra illos, qui eum occidere conspirauerant, cõsilium [b] eorum Tribuno vt proderetur [c], effecit. Vnde factum est, vt eum ad locum, quo fuerat perducendus, deduceret miles armatus, ne illorum pateretur † insidias.

Item Augustinus ad Emeritum, epistola 164.

¶ Catholici aduersus hæreticos à potestatibus ordinatis defensionem possunt postulare.
C. III.

2 NOstri [d] aduersus illicitas & priuatas vestrorum violentias (quas & vos ibi, qui talia non [A] facitis, doletis & gemitis) à potestatibus ordinatis tuitionem petunt, non qua vos persequantur, sed qua se defendant [e].

A ¶Non facitis.] *Addita est negatio ex originali & Iuone, & alia etiam emendata. Refert autem ibi* B. *Augustinus id, quod decretum fuerat in sancto concilio Carthaginensi, ac repetitur in concilio Africano, ca.* 60. *citatur autem* ĩ. *ead. c. ab Imperatoribus.*

Item eiusdem contra litteras Petiliani, lib. 2. *cap.* 88.

¶Quantum interest inter persecutionem catholicorum, & hæreticorum.
C. IIII.

3 PRo membris Christi aduersus vos sæuiunt, & vobis resistunt quicumque in catholica paruę adhuc fidei eo animo sunt, quo tunc Petrus fuit [f], cum ferrum pro Christi nomine strinxit. Sed multum interest inter vestram persecutionem, & istorum. Vos similes estis seruo sacerdotis Iudæorum: quia seruientes principibus vestris aduersus ecclesiam catholicam, id est, aduersus Christi corpus armamini. Isti autem tales sunt, qualis tunc Petrus fuit: qui pro Christi corpore, id est pro ecclesia [g] etiam corporaliter pugnauit.

Item Ambrosius lib. 1. *de officiis, c.* 27.

¶Iustitiæ plenus est, qui patriam bello tuetur à barbaris.
C. V.

4 FOrtitudo, quæ vel in bello tuetur à barbaris patriam [h], vel domi defendit infirmos, vel à latronib. [i] socios: plena iustitię est.

Item Hieronymus super Sophoniam, ad cap. 1.

¶Prodest latroni, vel pyratæ, qui membra eius debilitat.
C. VI.

5 SI quis fortitudinem latronis, & pyratę, & furis eneruat † [k], infirmosque eos reddat, prodest illis sua infirmitas. Debilitata enim membra, quibus prius non bene vtebantur, à malo opere cessabunt.

Item Ambrosius lib. 1. *de officiis, c.* 36.

¶Qui socij non repellit iniuriam, similis est ei, qui facit.
C. VII.

NOn † in inferenda, sed in depellenda iniuria lex virtutis est. Qui enim non repellit à socio iniuriam, si potest [l], tam est in vitio, quàm ille qui facit. Vnde S.

Pſal. 59. a ¶ *Sed negligentia.*] Nam quilibet tenetur defendere i[n] suũ, vt 64. [a] dist. c. antep. & ff. de pet. her. illud.

a Al. 63.

b ¶*Consilium.*] nec in hoc peccasset Paulus, licet aliquis tunc ibi fuisset occisus, vt ĩ. e. quæst. 5. de occidendis. " Sed quid si clericus conqueratur de aliquo laico: & iudex iubeat occidi eum, an teneatur clericus de morte eius? Videtur quòd sic, vt ĩ. ead. q. 5. vnum solum. Sed non est hoc verum: nam si clericus ciuiliter agit, vel agit pro modico crimine, qđ non inducit mortem, vel membri absciſſionem: si iudex ipsum morti tradit, hoc non nocet clerico, vt ff. de bo. li. qui cum maior. §. 1. & est expressum ext. de homic. postulasti. Item numquid est imputanda episcopo mors alicuius si vocat milites ad pugnam? videtur quòd sic, vt 20. q. 3. eos qui. sed hoc non est verum. ĩ. ead. q. 5. de occidendis.

Act. 27.

" Clericus pp cuius cõ stionẽ laicus occisus est, an teneatur.

Ioan. 10.

1 Pol. l. 1. tit. vlt. Iuo p. 10 c. 59.

† Absunt ab orig.

c ¶ *Proderetur.*] non tamen fuit hæc vera proditio, cum dixerat talibus, qui poterant prodesse, non obesse, vt 22. q. 5. hoc vĩ. Ioan.

Act 23.

NOstri.] Casvs. Loqtur hic Augst. ad Demetrium hæreticum: ostendens quòd catholici recte petunt vindictã contra hæreticos ecclesiam Dei male persequentes.

† *al. pateret insidiis*

d ¶ *Nostri.*] id est, catholici.

e ¶ *Defendant.*] immo etiam expugnari possunt hæretici, vt extra de hæret. vergentis. & ĩ. q. 5. si audieris. Ioan.

PRo membris Christi.] Casvs. Petilianus dicebat, qꝙ milites Christiani armari non debebant contra se, vel alios hæreticos: quia peccatum est. Sed Augst. econtra dicit, s. quòd milites pugnantes contra hæreticos non peccant: quia pro defensione ecclesiæ hoc faciũt: & eo animo quo Petrus ferrum euaginauit pro Christi defensione. Hæretici autem cum pugnant aduersus ecclesiam, similes sunt seruo sacerdotis: qui aduersus Christum pugnabat. Seq. duo c. plana sunt, & per te faciliter videbis. *Facitis*, i. qui estis inter tales q similia faciunt.

2 Iuo p. 10. c. 80. Pann. l. 8. c. 26.

f ¶ *Petrus fuit.*] " sed nonne Petrus peccauit vtendo gladio: cũ hoc non fecit auctoritate superioris, vt ĩ. ea. q. 4. ille. & clericis permissum est tãtum seipsos defendere, vt ext. de homi. susc epimus. & c. 2. Sed dic, qꝙ adhuc nõ fuerat hoc prohibitum clericis.

" Petrus vtẽdo gladio peccauit.

g ¶ *Ecclesia.*] nõ enim est alicui obediẽdum contra ecclesiam. 24. q. 1. hęc est fides. & 11. q. 3 Iulianus.

3 Iuo p. 10. c. 75.

h FOrtitudo, quæ.] ¶ *Patriam.*] Hoc casu non tenetur qui patrem proprium interficit, vt ff. de relig. minime.

i ¶ *Latronibus.*] "quos licet sine auctoritate iudicis interficere, vt Ioan. 18. ĩ. ea. q. 5. cum homo. & C. quan. li. vnicuiq; sine iu. se vin. l. 1. 17. q. 4. sicut.

" Latrones occidi pñt.

k SI quis fortitudinem.] ¶ *Eneruat.*] Hoc intelligas de famosis latronib. " qui licite in furca " suspẽduntur, vt ff. de pœ. capitalium. §. famosos. sed si non est famosus latro, tãtum castigari iubetur: nec debet tunc vitam aut membrum perdere, vt C. de ser. fug. auth. sed nouo iure. Ioan.

" latronum punitio.

4 Iuo p. 10. c. 113. Pann. l. 8. c. 50.

NOn in inferenda.] Casvs. Ostendit Ambrosius in hoc c. quòd iniuriam repellere à socio, virtus est: quod probat exemplo Moysi: & auctoritate Salomonis. Seq. cap. patet.

5 Iuo p. 10. c. 13. Pann. l. 8. c. 50.

l ¶ *Si potest.*] i. si est in potestate positus. & ita exponũt quidã [b]. aliàs non tenetur, vt ĩ. ea. q. 4. forte. in fi. si enim quilibet tenetur alium defendere: ergo si aliquis reciperet pecuniam pro defensione alicuius, teneretur eam restituere: quod nõ est verũ [c], vt ff. qđ met. cau. metum. §. sed licet. & ff. de donat. si pater. §. 1. Cuilibet tñ licitũ est defendere alium, si vult. ff. quod me. cau. sed & partus. Sed istis obuiat, ĩ. ead. c. vlt.

† *diripiat*] orig.

b Vt Lau. cuius fuit ista gl.

c đ hoc not. ext. de sent. exc. quãtæ. † *Neque*] or.

Source : BIU Cujas

Exod.2. a ¶*Moyses.*]hiſtoriam habes de pœn.diſt.2. §.opponitur.

b ¶*Proſterneret.*] ergo aliquis ꝑt excedere modum in defendendo. Argu.contra, extra de reſti.ſpol. olim cauſam.in fi.

Prouer.24. c ¶*Eripe.*] per vim,ſi iniuſte ducatur, vt ĩ. ead.q.5.reos. vel per ſupplicationem, ſi iuſte ducatur,vt 14.q.6. ſi res[a]. Ioan.

1 Damaſius epiſtol.3.ad Stepha.c.8. 2 ſ̃.diſt.83. error.&diſt. 86.faciẽtis. Poly.l.7.tit. 11. Anſ.l.13. c.19. aSub.vel pecuniã dãdo. 86.diſt. non ſatis. iuxta princ.

d *Vipoteſt.*]ſ̃.2. q.7. negligere. 83.di. error.Ioan.

Vſtum.]Casvs.Docet Papa Calixtus, ꝙ bonum &iuſtũ delinquentes vindicta corrigantur,vt & ceteri metum habeant, & animab.delinquentium cõſulatur. Quæ autem ſequuntur vſque ad quæſtionem, plana ſunt.

3 Poly.ibid. Anſ.l.13.ca. 13. Iuo p.6. c.346. e ¶*Perdit.*]i.deſtruit.I.

f AB *Imperatoribus.*]tale itaq; auxilium poſſunt epi ab Imperatore petere,vt 11.q.1.placuit.& 63.di.Hadrianus.“ & ſi Impatores vel principes nolũ: defendere eccleſiam, poſſunt excommunicari ab epiſcopis,vt ĩ.ea.q.5. adminiſtratores.

“imperator ab eõ põt excõicari.

g OStendit *propheta.*] Dauid cum dixit:Eripite egenũ, & pauperem. Hic eſt euidens argu. contra illos qui dicũt ꝙ ſocius non tenetur iuuare ſocium niſi habeat aliquam iuriſdictionem in eum qui infert iniuriam.“ Iſti dñt ꝙ populus bene hẽt iuriſdictionem, licet dicat lex ꝙ trãſtulit ius ſuum in Imperatorem[b].nam ſi ciuitas, vel populus non hẽt iuriſdictionem, quare puniretur propter defectum iudicis, vt ſ̃.ea.q 2.Domi nus.Ioan.de Fant.

4 & in Africano c.42.

“populꝰ tñ hꝫ iuriſdõnẽ

b Vt inſt.de iu.na. §.ſed qđ principi. nihilominꝰ tñ eã ſibi reſtituit. ar.ff. de of.præſi. l.pen.



Vòd autem.] Hęc q.diuiditur in octo partes: in prima quarũ probat per 15. ca. ꝙ mali ſunt pro tempore tolerandi:ſunt tamen à ſociis cõmonendi ſalua pace,& à prælatis quãtum poterũt ſine ſcandalo.Secũda ibi, *Ex his omnibus.*Tertia ibi,*Eſt & alia.*Quarta ibi,*Ecce quot crimina.* Quinta ibi,*Semel vero.*Sexta ibi,*Sed obiicitur.* Septima ibi, *Porro.* Octaua ibi, *Breuiter.*Io.de Fan.

†*al.impotentias reprimãdæ*

5 Gl.ord.ibi exB.Aug.& Caſſid. ad illud[Eripite pauperem]

Casvs.Hic ponitur 4.quæſt.qua quęritur vtrum vindicta ſit inferenda.Et reſp.ꝙ ſic à iudice,tamen amore correctionis & liberationis, vt delinquentes corrigantur, & innocẽtes liberentur,vt ĩ.e.q.ea vindicta. Grat. tamen hoc ordine procedit. primo probat quòd mali ſunt tolerãdi, & nõ feriendi,vel expellendi,vſque ad §.*His ita.* deinde reſpondet allegatis.

h ¶*Vindicta.*] “Vindicta quãdoq; infertur zelo vltionis:quando que infertur amore correctionis. Primo modo nõ eſt inferenda[c]. & ſecũdum hoc loquuntur capit.quæ dicũt illationem vindictæ prohibendam: ſecundo modo licite infertur.Alij ſic diſtinguunt.Criminũ quædã ſunt occulta:quædam manifeſta.Super occultis non eſt inferenda vindicta:ſed ſuper manifeſtis ſic,niſi delinquens ſociam habeat multitudinẽ. tunc enim propter ſcãdalum toleratur[d], vt ĩ.ea. quidam. & c. ſeq.& ca.non poteſt. Item vindicta non eſt inferenda niſi à iudice vel eius auctoritate: nec ipſe debet eam infligere niſi amore correctionis,& vt innocẽs liberetur, vt ĩ.ea.c.ea vindicta.

“ Vindicta infertur duplici ex cã.

c Ar.ad hoc ff.ad l. Aqu. ſciẽtiã. &l.ſi ex plagis.§. ſecundo modo i. ext.de homi.ſignifica ſti.2.in fi.

d Ad hoc 44 diſt.comeſſationes.50.di.

Tolerandi.] Casvs. Exponit hic Aug.illam auctoritatem veteris teſtamenti,Exite populus meus de Babylonia, & immundum ne tetigeritis. Exponit ergo Auguſ.quòd illud exire,&illud tangere ſpiritualiter intelligitur,&non corporaliter, vt cum illis permanẽtes peccata malorum redarguamus, nec cõſentiamus eis. Sequens cap.planum eſt per ſe.

6 Pol.l.7. tit.7.

i ¶ *Tolerandi ſunt.*] ſ̃. 7.q.1.ſuggeſtum.

k ¶*Pro gradu.*] id eſt, pro dignitate & officio cuiuſcũque.aliter enim debent prælati corrigere delinquentes, & alio modo ſocij: prælatus corrigit increpando, & verberando,vt ĩ.ea.q.c.forte. ſocius vero admonendo & reprobando factum eius, vt ĩ. ea.q.c.ecce. ſi.ĩ.ea.q. ca.duo.& 24.q.3.tam ſacerdotes. ſubditos ad bonum exhortando. 2.q.7.§.item cum Balaam.

l ¶*V bonus.*] ¶*Iudam.*] ſ̃.7. q.2. §.cum autem. ext.de temp. ord. ad aures. extra de off.ord.ſi ſacerdos.

Vid ergo.] Casvs. Hoc c.de eodem loquitur quod in præcedẽti docetur:quòd eſt toler

Moyſes[a] hinc prius orſus eſt tentamenta bellicæ[A]fortitudinis.Nã cum vidiſſet Hebræum ab Ægyptio iniuriam accipientem,defendit, ita vt Ægyptium proſterneret[b],atque in arena abſconderet. Salomon quoq; ait [Eripe[c] eum, qui ducitur ad mortem.]

A ¶Bellicæ.] *Sic emendatum eſt ex originali, cum etiam in manuſcriptis Gratiani legeretur,*imbellis.

Item Anaſtaſius,& Damaſius Papa.[1]

¶ Malorum impietati ſauet,qui eis obuiare ceſſat. C. VIII.

2 QVi poteſt[d] obuiare,& per turbare peruerſos,& non facit, nihil aliud eſt, quàm fauere eorũ impietati.Nec eñ caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.

Item Calixtus,epiſt.2.ad epos Galliæ.

¶ Qui diuina mandata contemnunt,ſeueris coerceantur vindictis. C. IX.

3 IVſtum eſt, vt qui diuina contemnunt mandata, & inobedientes patrum exiſtunt iuſſionibus,ſeuerioribus corrigantur vindictis: quatenus ceteri talia committere timeant, & omnes gaudeant fraterna concordia,& cuncti ſumant ſeueritatis atq; bonitatis exemplum.Nam ſi(quod abſit) eccleſiaſticam ſolicitudinem vigoremque negligimus,perdit[e] deſidia diſciplinam, & animabus fidelium profecto nocebitur.

Item ex concilio Carthaginenſi 5.c.9. 4

¶ Imperatores cum epiſcoporum prouiſione,eccleſiæ defenſionem aduerſus diuitum potentiam debent ſuſcipere. C. X.

AB Imperatoribus[f] vniuerſis viſum[A] eſt poſtulandum propter afflictionem pauperum, quorum moleſtiis ſine intermiſſione fatigatur eccleſia,vt defenſores eis aduerſus potentias † diuitum cum epiſcoporum prouiſione delegentur.

A ¶ Viſum eſt.] *Sic eſt emendatum ex codicibus concilij impreſſis,& manuſcriptis. Antea legebatur*, iuſtum eſt auxilium poſtulandum.

Ecce, quòd nonnumquam eſt obuiandum peruerſis, & iniuria ſociorum armis eſt propulſanda, vt & malis adempta facultas delinquendi proſit,& bonis optata facultas libere conſulendi eccleſiæ miniſtretur. Hoc qui non facit,conſentit.

*Vnde Auguſtinus ait in Pſalm.*81.

¶ Non ſunt immunes à ſcelere, qui non liberant eos,quos poſſunt à facto liberare. C. XI.

5 OStendit[propheta g]nec illos immunes à ſcelere eſſe,qui permiſerunt Chriſtũ principibus interficere,cum præ multitudine timerentur,& poſſent illos à facto,& ſe à conſenſu liberare.Qui[A] deſinit obuiare cum poteſt,conſentit.

A ¶ Qui deſinit.] *Hæc in eadem gloſſa referuntur ex Caſſiodoro : cuius verba ſunt hæc,* Nam cum poſſis obuiare peruerſis, ſide finas aduerſari, conſenſus erroris eſt.

QVÆSTIO IIII.

10 I. ps



Vòd autem vindicta[h] *inferenda non ſit,multis modis probatur. Mali enim tolerandi ſunt,non abiiciendi:increpatione feriendi,non corporaliter expellendi.*

Vnde Auguſtinus ait in libro de verbis Domini,ſermone 18.

¶Quomodo mali ſunt tolerandi, & quomodo ab eis recedendum ſit. C. I.

TOlerandi ſunt[i] quidem mali pro pace,nec † nec corporaliter ab eis recedatur:ſed ſpiritualiter[A]exire,eſt facere quod pertinet ad correctionem malorum, quantum licet pro gradu[k] cuiuſque,ſalua pace:diſplicere,eſt non tangere.Non enim prophetę,qui hæc dicebant,populum ſuum dimiſerunt:ſed inter eos habitabãt, quos increpabant:vnum tẽplum cum eis intrabant, eadem ſacramenta celebrabant. Hoc eſt exire, ore non parcere : hoc eſt immundum non tangere,voluntate non conſentire.

¶ *Caput hoc eſt in gloſſa ordinaria. 2. Cor.6. ad ea verba,* exite de medio eorum. *ſententia vero eſt accepta ex ſermone* 18. *Auguſtini de verbis Domini : ex quo ĩ.ea.c.ecce.& c. recedite. ad idem pertinentia referuntur.*

A ¶ Spiritualiter.] *hic interpoſitæ erant duæ voces,* ſpiritualiter autem, *quæ ſunt expunctæ, quia & à pleriſque vetuſtis, & à gloſſa ordinaria abſunt.*

Idem.

¶Quòd mali ſint tolerandi à bonis. C. II.

6 TV bonus tolera malũ. Nam & Chriſtus Iudam[l], cum ſciret furem eſſe, tolerauit, & ad prædicandum miſit, eique cum aliis Euchariſtiam dedit.

¶*Initium huius cap.eſt in tractatu* 50.*in Ioannem.Reliqua vero videntur accepta ex gloſſa ordinaria in Pſalmum* 9. *ad ea verba*, Dixit enim in corde ſuo.*& explanatione B.Auguſtini in Pſalmum* 10. *cuius propria verba referuntur* ſ̃.1.q.1.*Chriſtus. Ab eodem vero copioſe hæc eadem ſententia exponitur in epiſtola* 162.

Idem ſuper Ioannem tract. 50.*ad c.*12.

¶Pro pace eccleſiæ mali ſunt tolerandi. C. III.

7 QVid ergo voluit Dominus noſter Ieſus Chriſtus,fratres mei , admonere eccleſiam ſuam,quãdo vnum perditum inter duodecim habere voluit , niſi vt malos toleremus , ne corpus Chriſti diuidamus ? Ecce inter ſanctos eſt Iudas : ecce fur eſt Iudas,& ne contemnas, fur ſacrilegus,non qualiſcumque fur:fur loculorum, ſed Dominicorum, loculorum,ſed ſacrorum. Si crimina diſcernuntur in foro qualiſ-

7 Pol.l.7. tit.7.

est tolerandus malus: nec est ab eo corporaliter recedendum. Et hoc probat Aug. exemplo Christi, qui Iudam furem & sacrilegum inter duodecim apostolos tolerauit, & non eum eiecit. *Corpus Christi*, id est, ecclesiam.

" Peculatũ cõmitti ĩ re sacra, vel religiosa, al. publica.

" Res ecclesiæ respublica appellatur.

aNã iura ecclesiæ publica appellantur. ff. de iu. & iu. l. j. §. iº publicũ. C. đ sa. san. ec. l. vlt. Arch.

1 Beda 2. Corinth. 6.

2 Poly. ibid. Ansel. l. 12. c. 65.

Esa. 52.

a ¶ *Et peculatus.*] " quia peculatus committitur in re sacra, vel religiosa, vel publica, vt ff. ad l. Iul. pec. l. 1.

b ¶ *De republica.*] " Not. rem ecclesiæ rempub. appellari [a], vnde & ius publicum dicitur cõsistere in sacris, sacerdotibus & magistratibus, vt ŝ. di. 1. ius publicum. tamẽ proprie dr̃ res Romanę ciuitatis respublica: sed res aliarũ ciuitatum abusiue, vt ff. de ver. fi. bona. & ipsa lex facit differentiam inter diuinum, publicum, & priuatum, vt C. de sacros. ec. vt inter diuinum. Ioan.

Ecce.] Casvs. Hæretici dicebant, ex quo scimº aliquos esse malos, debemus ab illis corporaliter recedere. & hoc probãt auctoritate Esaię prophetæ dicẽtis, Recedite & exite inde, &c. Sed Aug. contra eos scribens dicit, ꝙ si hæc auctoritas ad litteram intelligitur, nũquam malos tolerabimus: & iõ exire à malis est intelligendum spiritualiter, s. vt inter periuros & adulteros, & alios peccatores permanẽtes, quantum possumus eorum facta improbemus secũdum gradũ vniuscuiusq; personæ. *Sumus*, nos prophetæ. *Vasa*, i. præcones & ministri Dei.

c ¶ *Propheta.*] scilicet Esaias.

d ¶ *Tolerabimus.*] vt dicitur 11. q. 3. nolite. Ioan.

e ¶ *Vasa.*] i. præcones vel ministri. vñ Paulus fuit dictº vas [b]. 32. q. 5. si Paulus. in prin. 43 di. dispensatio. " & hic est arg. quòd sicut Aug. se commendat: sic & alij possunt se commendare, vt ff. de off. proconl. l. 4.

† *al. spectatores*

b Nã dñr vasa ñ metallorũ, sed ẽt viuẽtiũ. 12. q. 2. aurum.

" Cõmẽdatio suipsius qñque permittitur.

f ¶ *In dispensatione.*] id est, prædicatione.

Quisquis.] Casvs. Parmenianº dicebat quòd in corruptos non potest homo incorruptus permanere. Aug. vero probat contrarium, dicens, quòd non imputatur alicui societas malorum si eos corrigat quantum potest: & si non proficit, laboret excludere eos à communione sua: quod si non potest propter scandalum, debet eos patienter tolerare: æquitate tamẽ factum eorum improbare debet.

" platus an possit crimi nosos repellere.

g ¶ *Non potest.*] vel propter scandalum: vel quia crimen est occultum. 6. q. 1. si omnia.

h ¶ *Parmenianus.*] hæreticus cõtra quem hic loquitur. " Videtur ergo, quòd si episcopus aliquos malos tolerat, cum hoc faciat auctoritate canonis, quòd postea possit eos licite repellere, vel ab accusatione, vel ab honoribus quos appetunt, ratione criminis, non obstante eo, quòd eis communicauit. tamen secus est, vt extra de acc. nulli [c]. sed dic quòd si tunc temporis potuit probare crimen quod

c đt L. ꝙhęc decr. loqtur

đ malis manifestis: tu dic, vt ibi not. B. cuius dcm̃ t; Gof. ibi vide qđ no. 2. q. 8. §. ĩ hoc. & poni tur ista dec. ꝑ palea. 3. q. 5. nulli, &c. Esa. 5.

cumque furti, & peculatus [a] (peculatus enim furtum dicitur de re publica [b], & non sic iudicatur furtum rei priuatæ, quomodo publicæ) quanto vehementius iudicandus est sacrilegus fur, qui ausus fuerit non vndecumque tollere, sed de ecclesia tollere? Qui aliquid de ecclesia furatur, Iudæ perdito comparatur.

¶ *Multa in hoc c. sunt emendata ex B. Augusti. Idem sermone 18. de verbis Domini.*[1]

¶ De eodem. C. IIII.

[2] Ecce, inquiunt, dicit prophe ta [c] [Recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis.] Quomodo ergo malos pro pace tolerabimus [d], à quibus exire, & recedere iubemur, ne tangamus immundum? Nos istam recessionem spiritaliter intelligimus: illi corporaliter. Nam & ego clamo cum propheta: & [A] qualiacumque sumus vasa [e], vtitur nobis Deus in dispẽsatione [f] vestra. Clamamus & nos, & dicimus vobis: recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis: sed cõtractu cordis, non corporis. Quid est enim tangere immũdum, nisi consentire peccatis? Quid est autem exire inde, nisi facere, quod pertinet ad correctionem malorum, quantum pro vniuscuiusq; gradu, atq; persona salua pace fieri potest? *& paulo post.* ¶ Ergo fratres mei, quotquot habetis inter vos, qui adhuc amore sæculi prægrauantur, auaros, periuros, adulteros, inspectores † nugarum, consultores mathematicorum, phanaticorũ, augurum, aruspicum, ebriosos, luxuriosos, quidquid inter vos malorum esse nostis, quantum, potestis improbate, vt corde recedatis: & redarguite, vt exeatis inde: & nolite consentire, vt immundum non tangatis.

A ¶ Et qualiacumque.] *Sic emendatum est ex B. Aug. et Beda. Antea legebatur,* ꝙualia.

Idem in 2. lib. contra epistolam Parmeniani, c. 1.

¶ Pacificus est, qui corrigit quod potest, vel excludit à se quod non potest. C. V.

Quisquis vel quod potest, arguendo corrigit, vel quod corrigere non potest [g], saluo pacis vinculo excludit, vel quod salvo pacis vinculo excludere non potest, æquitate improbat, firmitate supportat: hic est pacificus, & ab isto maledicto, de quo scriptura dicit [Væ his, ꝙ dicũt, quod nequam est, bonum: & quod bonum est, nequam, & reliqua] omnino liber, prorsus securus, penitus alienus. *& infra.* ¶ Quomodo, inquit Parmenianus [3] [h], incorruptus poteris permanere, qui corruptis sociaris [A]?

A ¶ Sociaris.] *Apud B. Augustinum huic interrogationi Parmeniani sequitur continenter responsio, quæ habetur in proxime seq. capite, ita plane. Ac certe multo aptius interrogatio Parmeniani, & B. Augustini responsio vnico capitulo comprehenderentur.*

Idem in eodem cap. 21. continuo.

¶ Quid sit malis sociari. C. VI.

[4] Ita plane, si sociatur quis malis, id est, si mali aliquid cum eis committit, aut committentibus fauet: Si autem neutrum facit, nullo modo sociatur. Porro, si addit tertium, vt non sit in vindicando piger, sed vel corripiat iustus in misericordia, & arguat, vel etiam, si eam personam [i] gerit, & ratio cõseruandæ pacis admittit, coram omnibus peccãtes arguat, vt ceteri timeãt, remoueat etiam vel ab aliquo gradu honoris, vel ab ipsa communione sacramẽtorum, & hæc omnia cum dilectione corrigendi, non cum odio persequendi: plenissimum officium non solum castissimæ innocentiæ, sed etiam diligentissimæ seueritatis impleuit. Vbi autem cetera impediuntur: illa duo semper retenta incorruptum, castumque custodiunt, vt nec faciat malum, nec approbet [k] factum.

Idem in epist. 152. contra Donatistas.[5]

¶ Aliena peccata in ecclesia alicui non præiudicent. C. VII.

[6] Si quis à catholica ecclesia fuerit separatus: quantumlibet laudabiliter se viuere existimet, hoc solo scelere, quòd à Christi [A] vnitate disiunctus est, non habebit vitam, sed Dei ira manet super eum. Quisquis autem in hac ecclesia bene vixerit, nihil ei præiudicant aliena [l] peccata: quia in ea vnusquisque proprium onus portabit: sicut Apostolus dicit. *et infra.* ¶ Ergo communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum, sed consensione factorum. Nam si in malis factis & dãnandi, Christiani vero catholici inter malos existentes, si alienis peccatis non consentiant, nihil eis præiudicat.

3 C. 21.

4 Pol. ibid.

Psal. 104. 1. Tim. 5.

i ¶ *Personam.*] arg. est hic quòd solis prælatis dictum est hoc, si peccauerit, vt j. e. forte. & q. 5. de occidendis. Ioan.

5 Beda 1. Cor. 11.

6 Iuo p. 2. c. 101.

k ¶ *Nec approbet.*] arg. ꝙ in maleficiis ratihabitio mandato cõparatur, vt 1. q. 4. quia. & ext. de rest. spol. cũ ad sedem. in fi. & ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quoties.

Si quis.] Casvs. Donatistæ dicebãt se fore saluãdos, & Christianos cõicantes quotidie peccatoribus. esse malos & damnãdos. Sed Aug. econtra dicit, s. ꝙ hæretici quantũcũq; laudabiliter & honeste viuant, hoc solo ꝙ ab ecclesia seiũcti sunt, mali sunt.

Gal. 6.

l ¶ *Aliena.*] sępe tamen aliquis corrumpitur ex societate mala, vt 18. q. 1. sæpe. & sępe iustus perit pro impio, vt de cõse. di. 1. in sancta. Io.

Source : BIU Cujas

A *Malis.*] Casvs. H. hunc casum sic ponit. A malorum consortio corde etsi nó corpore sp debemus esse remoti, nec corporale cõsortium malorum aliquorum aliquem polluit si nõ cõsentit, & sic arguit. qui. n. consentit, vr factum eorú approbare: qui non arguit, negligens redarguitur. vt ergo non sit negligens, arguat, non tamen insultando.

Bed. Eph. 5.

1 Iuo p. 2. c. 102.

a ¶*Caute.*] vt non trahãt vos ad cõsensum. *Vel caute,* sc. si potest fieri salua pace.

R *Ecedite.*] Casvs. Hoc c. idẽ dicit cum illo c. ſ. ea. ecce, ꝙ eodem modo formabis casum. H. vero dicit, quòd iste casus cuilibet patet.

Q *Vàm magnum*] Casvs. Vincentius Donatista, contra quem loquitur Aug. & alij hæretici, dicebãt bonos deserẽdos esse pp malos. Aug. vero ecõtra dicit, pp malos boni nõ sunt deserẽdi, sed potius mali sunt tolerãdi pp bonos. & hoc probatur trib. exemplis, ſ. Prophetarum, Dñi, & Apostolorũ.

2 Bed. 2. Cor. 6. ſ. e. c. ecce

3 Iuo p. 2. c. 103.

Esa. 52.

b ¶ *Demonstrari.*] id est, probari.

c ¶*Non possunt.*] i. nõ debẽt. nã bene debemus de quolibet credere, vt 22. q. 4. inno habẽdus est cens. 11. q. 3. in cũctis. C. de cond. ind. l. vlt. ff. de li. ho. exh. l. 3. §. his q. ar. 34. q. 2. cũ per bellicã. extr. de sec. nupt. dñs. se cundũ Tan. Gof. B.

a Nã titubãs ꝙ ignorãte

Et ita est hic arg. ꝙ ñ statim pp simplicem denuntiationẽ debet habere aliquis læsam conscientiam [a], de eo quod sibi denũtiatur, vt ext. de cle. exc. mi. illud. imo imputatur alicui, ꝙ nimis credulus, vt 11. q. 3. in cunctis. & ca. non solum. 86. di. si quid. arg. contra. ff. de eo per quem fa. erit. l. 1. §. 1. ff. quod cum fal. tu. l. 2. ext. de coniu. ser. proposuit. ext. de sec. uup. dominus. & ext. de elec. venerabilem. vltra medium. in parte decisa. ff. de pe. her. item veniũt. §. à quo autem.

Num. 16. Esa. 52. Thren. 4. Ezech. 14.

d ¶*Mali.*] arg. malum tolerari ratione connexi boni, vt 81. di. cũ omnibus. & 11. q. 3. nolite. ibi, finite vtraq;.

F *Orte.*] Casvs. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In j. parte dr, ꝙ quidã nolebant communicare in sacramẽtis Christi cum auaris, & raptoribus, quia putabant se peccare. Aug. vero probat tales non benefacere: sed potius peccare. Nam cum talibus communicare nõ est peccatum, nec vlla contrahitur ma-

ſ. e. nimiũ.

non eis quisque consentiat: portat malus causam suam, & personam suam, nec præiudicat alteri, quem in consensione mali operis socium non habet criminis.

A ¶Christi vnitate.] *Antea legebatur,* Christianitate, *Restitutum est ex originali, & Beda: itemque alia nonnulla.*

Idem in serm. 18. de verbis Domini.

¶ Non te maculat malus, si ei non consentis, sed ipsum redarguis.

C. VIII.

1 A Malis semper corde disiungimini: ad tempus caute [a] corpore copulamini. *& infra.*

¶Duobus modis non te maculat malus: si ei non consentias, & si redarguas. Hoc est non communicare, non consentire: communicatur quippe, quando facto eius consortium voluntatis, vel approbationis adiungitur. *& infra.* ¶Neque ergo consentientes sitis malis, vt approbetis: neque negligentes, vt non arguatis, neque superbientes, vt insultanter arguatis.

Idem ex eodem. 2

¶Immundum tangere, est peccatis consentire. C. IX.

3 R Ecedite, exite inde, & immũdum ne tetigeritis. Sed contractu cordis, non corporis. Quid est enim tangere immundũ, nisi consentire peccatis? Quid est autem exire inde, nisi facere, quod pertinet ad correctionem malorum, quantum pro vniuscuiusque gradu, atque persona, salua pace, fieri potest? Displicuit tibi, quod quisq; peccauit? non tetigisti immundum. Redarguisti, corripuisti, monuisti, adhibuisti etiam, si res exigit, congruam, & quæ vnitatem non violet, discipli nã? existi inde. *& infra.* ¶Clamauit ista Moyses, clamauit Esaias, clamauit Hieremias, clamauit Ezechiel. Videamus, si dimiserunt populum Dei, & se ad alias gentes transtulerunt. Quàm multa, & quàm vehementer Hieremias increpauit in peccatores, & sceleratos populi sui? inter eos tamen erat, vnum cum eis templum intrabat, eadem sacramenta celebrabat, in eadem sceleratorum hominum congregatione viuebat: sed clamando exibat inde. Hoc est exire inde, hoc est immũdum non tangere, & voluntate non consentire, & ore non parcere.

Idem in epistola 48. ad Vincentium.

¶Non maculant innocentes facta nocentium, quæ ab eis credi non possunt. C. X.

Q Vàm magnum est crimen ab istorum innocentium communione separari? [4] Nam & facta nocẽtium, quæ innocẽtibus demonstrari [b], vel ab innocentibus credi non possunt [c], nõ coinquinãt quemquam, si propter innocentium cõsortium etiã cognita subsistinẽtur. Non enim propter malos boni deserẽdi: sed propter bonos mali [d] tolerandi sunt, sicut tolerauerũt prophetę, cõtra quos tanta dicebant, nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant: sicut ipse Dominus nocentem Iudam vsque ad cõdignum eius exitum tolerauit, & eum sacram cœnam cum innocentibus communicare permisit: sicut tolerauerunt Apostoli eos, qui per inuidiam (quod ipsius diaboli vitium est) Christum annuntiabant.

Idem in serm. 24. de verbis Apostoli.

¶Antea citabatur ex lib. 1. de vnico baptismo, vbi non habetur.

¶ Mali, quos ecclesia recipit, nec expellit, à bonis sunt tolerandi, non iudicandi. C. XI.

5 F Orte † in populo Dei stat iuxta te auarus, raptor, inhians rebus alienis, quem nosti talem, & fidelis est, vel potius fidelis vocatur [e]. Non eum potes de ecclesia pellere [f], nõ habes aliquem aditum [g] castigando, & corripiendo corrigere, accessurus es tecum ad altare. Noli timere: vnusquisque proprium onus portabit.

Item infra. ¶Quomodo (inquis) ferrem, quem noui malum? nonne melius ipsum ferres, quàm te foras efferres? Ecce, quomodo feres †: attende Apostolum dicentem [Vnusquisque proprium onus portabit.] Liberet te ista sententia. Non enim cum illo communicares auaritiam, sed communicares cum illo Christi mensam. Et quid tibi obesset, si cum illo communicares Christi mensam? Apostolus dicit [Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit:] sibi, non tibi [h]. Sane, si iudex es, si iudicandi potestatem accepisti: ecclesiastica regula, si apud te accusatur [i], si veris † documentis, testibusque conuincitur: coerce [k], corripe [l], excommunica [m], degrada [n].

Est & alia distinctio tolerandorum, & cauendorum, quam ex verbis Augustini licet colligere, dicentis sermon. 49. de verbis Domini.

¶Pastor est diligendus, mercenarius tolerandus, latro cauendus.

C. XII.

6 T Res personas dixit Dominus (& debemus illas inuestigare) in Euangelio, pastoris, mercenarij, & furis. *& paulo post.* animam suam ponere pro ouibus

cula si corrigi nõ possunt. & hoc probat duabus auctoritatib. Apostoli. In ij. parte dicitur, quòd iudex apud quem peccator accusatur, & instrumẽtis, vel testib. conuincitur, debet illum coercere, excommunicare, & degradare. *Corripere,* scilicet verbis. *Coercere,* factis, ſ. aliqua pœna suspensionis vel interdicti.

e ¶*Vocatur.*] arg. ꝙ nominatio sola nõ sufficit. 2. q. 1. multi. C. de prob. nõ epistolis. ar. contra. 32. q. 4. dicat.

f ¶*Pellere.*] sine scandalo.

Philip. 1.

g ¶*Aditum.*] id est, potestatem.

h ¶*Non tibi.*] ar. quod de vno dr, de alio negatur, vt 45. dis. disciplina. 25. dist. qualis.

i ¶*Accusatur.*] id est, denuntiatur. nã si accusatus esset, statim esset deponendus, vt ext. de acc. super his.

5 Iuo p. 2. c. 94.

k ¶*Coercere.*] admonendo.

l ¶ *Corripe.*] suspendendo.

†*Talis es, & forte*] orig.

m ¶*Excommunica.*] propter contumaciã.

n ¶*Degrada.*] propter inobedientiam. Alius ordo traditur extr. de iudi. cum non ab homine. sed ibi loquitur cum pœna incipit à crimine [b], & cum directe est cõuictus. hic pœnam infligit propter contumaciam.

b ¶ hoc no. 74. di. honoratus. in fin. ibi videas 19. q. 3. qm. Gal. 6.

T *Res personas.*] Casvs. Ostẽdit Aug. in hoc c. auctoritate Euangelij, ꝙ tria sunt genera prælatorũ, scilicet pastor, fur, & mercenarius, inter quos differentiam assignat. Nã pastor est, qui per ianuã intrat & ponit animã suam pro ouibus suis. Fur vero nõ intrat per ianuam, i. non canonice eligitur, & rapit & dispergit oues. Mercenarius ingreditur per ianuam, id est, canonice eligitur: sed si videt lupum vel furem venientem, timet & fugit, quia non est illi cura de ouib⁹. Pastor ergo est diligendus, mercenarius tolerandus, fur autem est cauendus.

† *al. ferres si attenderes*] orig. Gal. 6.

1. Cor. 11.

† *al. innumeris*

o ¶*Et intrare.*] secundum canones hoc ipso est aliquis fur, ꝙ nõ intrat per ostium, vt hic, & de pœ. dist. 1. si propterea. & cap. seq. secundum leges non est statim fur, licet clam intrauerit furandi causa [c], vt ff. de fur. vulgaris. §. qui furti.

c Adde Bal. i l. si qs ñ dicam rapere C. de epi. & cleric. 6 Ans. l. 6. c. 148. Ioan. 10.

¶ Pastorem dixit suis, & intrare o

a ¶*Per*

Source : BIU Cujas

a ¶*Per ianuam.*]id est, per canonicam electionem.
b ¶*Latronem.*]id est, tyrannum.
c ¶*Partem.*]per simoniam.
d ¶*Mercenarium.*]qui causa lucri recipit dignitates. ad hoc facit 8. quæst. 1. sunt in ecclesia.
e ¶*Cauendus.*] arg. ꝙ aliquis nō debet reci pere ordinem ab eo quem scit simoniacū, vt dixi 1. q. 1. si quis à simoniacis.

ECCE. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis dicens ꝙ mali sunt tolerandi, & non puniendi pœna corporali: quod probat duabus auctoritatib. Christi. & quod dicitur ibi, *gladio peribit*, id est, dānabitur pro gladio sic accepto, quasi pro abusione gladij damnabitur æternaliter.

QVi secundū carnem.] CASVS. Docet hic Hieronymus, ꝙ malos euitare nō debemus, licet nos persequantur. Et hoc probat exēplo Isaac, qui fratrem suum Ismaelem non expellebat, nec corporaliter persequebatur, licet Ismael ipsum infestaret. ita & boni tolerent malos: credentes quòd
Luc.9. possint quandoque redire ad Deum. *Aegy-*
Matth.26. *ptiæ*, i. Agar, cuius filius Ismael fuit, per quem mali designantur. *Recordabitur*, s. Isaac, *Boues*, i. bonos. *Culices*, i. malos.

f ¶ *Qui secundum carnem natus erat.*] s. Ismael], tangit id quod
Gal.4. legitur in epistolis Pauli ad Galatas, c. 4.
aDe isto Genes. 21. & 32. q. 4. recurrat
g ¶ *Spiritalē.*] Isaac[a].
h ¶ *Rusticano.*] arg. rusticitati parcendum, vt 2. q. 7. sancta.
i ¶ *Aegyptiæ.*] s. Agar.
k ¶ *Boues.*] i. bonos.
l ¶ *Culices.*] i. malos.
m ¶ *Domo.*] i. ecclesia.
n ¶ *Vasa aurea.*] id est, bonos.
o ¶ *Lignea.*] i. malos.

QVantus.] CASVS. Ostendit Aug. in hoc ca. esse impossibile vt ge
2. Tim. 2. neraliter in hac vita mali discernantur à bonis. hoc enim Apostolis nō concessit Dominus. ita posuit Hu. casum. *Quantus*. admiratiue dicit, quasi valde magnus est. *Zizania*, id est, occultos peccatores.

p ¶ *Dominus.*] cum dixit: Sinite vtraq; crescere, vt 11. q. 3. nolite.
q ¶ *Vt Zizania.*] i. occultos peccatores. Io.

HAec autem vita.] CASVS. Beneuent. casum hunc sic ponit dicēs, quòd tria sunt loca, paradisus, mundus, & infernus. in paradiso sunt
Matth.13. tantum boni. in inferno tantum mali. in mundo vero qui medius est inter infernum & paradisum, boni permanent simul cum malis, qui æquanimiter sunt tolerandi: quod qui non fecerit, ipse sibi testis est, quòd bonitate caret.

r ¶ *Quæ inter cœlum.*] "hic videtur quòd infernus sit sub terra in eo loco vbi nullus splendor solis peruenire potest[b], & paradisus in cœlo sit, tamen Aug. dicit se dubitare vbi animæ defunctorum requiescant. 13. quæst. 2. tempus. Vel non appellatur hic medium ratione loci: sed ideo dicitur medium, quia partim conformat se cœlo, scilicet ex eo, quòd habet bonos, partim inferno, scilicet ex eo, quòd habet malos. 2. q. 1. multi.
" infernus
&Paradisus vbi sunt.
b Ad hoc 35 dist. ecce.
s ¶ *Indiscrete.*] id est, indistincte.
t ¶ *Sibi.*] i. contra se.
u ¶ *Abel enim.*] hoc expositum est 5. 8. q. 1. §. cum autem.

EX HIS OMNIBVS. Hæc est secunda pars quæstion. in qua probat, quòd multi in veteri lege puniebantur, sed hodie tolerandi sunt, nisi à iudicibus qui eos puni re possunt, & hoc probat per quattuor ca. Ioan. de Fan.

CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit G. ex supradictis dicens, quòd vindicta malorum Deo est reseruāda, nec sunt à no
Matth.5. Exod.21. bis corporaliter puniendi, sed benigne ad correctionem inuitandi: quod probat duabus auctoritatib. scilicet Euangelij, &
Matth.5. Pauli apostoli. In secunda parte assignat differentiam inter vetus testamentum & nouum. Nam in vete
Rom.12. Prouerb.25. ri testamento terror fuit & timor, & pœna corporalis statuta fuit: in nouo vero testa
Iac.4. mēto mansuetudo & misericordia: qđ multis auctoritatib. probat. Et ad hoc inducit seq. ca. Secunda pars incip. ibi, *In lege enim veteris testamenti. Abba* Hebraice, Latine dicitur pater.

x ¶ *Pro oculo.*] hoc eñ modo non licet nisi auctoritate iudicis, vt
Exod.20. infra eadem, cum in lege.

y ¶ *Diligite.*] hoc tenemur facere quantum
Matth.5. est in nobis, vt 11. q. 3. inter verba.

z ¶ *Ciba.*] dum tamen ratione cibi non ne-
Exod.19. & alibi. gligat iustitiam, vt 5. q. 5. nō omnis. Item si
Luc.15. potest laborare, & se immisceat eleemosynis, redigendus est
Matth.9. Luc.6. in seruitutem. C. de mendic. valid. l. vna. libro 11.

a ¶ *In filios.*] imitatione, non sanguine. vel intelligas de consen-
Matth.3. su, de locutione, & † *al. approopere.* s. distin. 6. sed *pinquauit* pensandum.

per ianuam[a]. Furem dixit [& latronem A b] ascendere per aliam partem c, Mercenarium d dixit, lupum vel furem si videat, fugere: quia non est illi cura de ouibus: mercenarius est enim, non pastor. Ille intrat per ianuam, quia pastor est: ille ascendit per aliam partem, quia fur est: ille videns eos, qui volunt tollere oues, timet, & fugit, quia mercenarius est, quia non est illi cura de ouibus: mercenarius est enim. Si inuenerimus tres istas personas, inuenit sanctitas vestra & quos diligatis, & quos toleretis, & quos caueatis. Diligendus est pastor, tolerandus est mercenarius, cauendus e est latro.

A ¶ Et latronem.] *Hæ duæ voces non sunt in originali: Anselmus tamen illas habet.*

Ecce quòd mali tolerandi sunt: nec corporali, sed spirituali vindicta sunt puniendi. Vnde cum discipuli non recepti à Samaritanis ignem cœlitus super eos deducere voluerunt, dicentes magistro [Vis dicamus, descendat ignis de cœlo, & consumat eos?] audierūt [Nescitis cuius spiritus estis] Item [Omnis, qui gladium acceperit, gladio peribit.]

Hinc etiam Hieronymus ait in comment. epistolæ ad Galat. cap. 4.

¶ Spiritualis numquam carnalem persequitur, sed econuerso.

C. XIII.

QVi secundum carnem natus erat f, persequebatur spiritalem g? numquam enim spiritalis carnalem persequitur: sed ignoscit ei, quasi rusticano h fratri. Scit eum posse proficere per tempus: & si quando Ægyptiæ i filium viderit irascentem: recordatur vnius patris, qui boues A k creauit, & culices l: & in magna domo m non solum esse vasa aurea n & argentea, sed & lignea o & fictilia.

A ¶ Boues.] *In codicibus* B. *Hieronymi impressis legitur*, qui lucem boues, *verum in codice Vaticano horum commentariorum habetur*, qui lucam bouem. *Significat autem elephantem.*

Item Augustinus in libr. 4. de baptismo, cap. 12.

¶ Boni à malis numquam in hac vita penitus possunt separari.

C. XIIII.

QVantus arrogantiæ tumor est: quanta humilitatis, & lenitatis obliuio: arrogātiæ quanta iactatio, vt quis audeat, aut facere se posse credat, quod nec Apostolis concessit Dominus p, vt zizania q à frumento putet se posse discernere?

¶ *Verba sunt Cypriani libro 4. epist. 2. ad Antonianum citata ab Augustino libr. 4. c. 12. de baptismo contra Donatistas.*

Item Gregorius homil. 38. Euang.

¶ Præsens ecclesia simul recipit bonos & malos.

C. XV.

HÆc autem vita, quæ inter cœlum r & infernum sita est, sicut in medio subsistit: ita vtrarumque partium ciues communiter recipit: quos tamen sancta ecclesia & nunc indiscrete s suscipit, & postmodum in egressione discernet. Si ergo boni estis, quamdiu in hac vita subsistitis, æquanimiter tolerare malos debetis. Nam quisquis malos non tolerat, ipse sibi t per intolerantiam suam testis est: quia bonus non est. Abel enim u esse renuit, quem Cain malitia non exercet.

2 *Ex his omnibus colligitur, quòd malorum vindicta Deo reseruanda est, nec sunt corporaliter puniendi: sed crebra admonitione, & charitatis beneficio ad correctionem inuitandi. Vnde Christus in Euangelio ait [Audistis, quia dictum est in lege] quem modum vltionis lex statuit [Oculum pro oculo x, dentem pro dente.] Ego autem hanc vicissitudinem tollens, & ad mānsuetudinem, & charitatis perfectionem vos inuitās, dico vobis [Nolite resistere malo: sed diligite y inimicos vestros: benefacite iis, qui oderunt vos, vt sitis filij patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos et malos, & pluit sup iustos & iniustos.] Hinc Paulus ait [Si esurierit inimicus tuus, ciba z illū: si sitit, potum da illi] Omnis enim iniquus, bonorum est inimicus: Omnis autem amicus huius sæculi, etiam inimicus est Dei. Inimicus autem Dei, bonitatis, & iustitiæ est inimicus, ac per hoc amatorem iustitiæ, & bonitatis diligere non potest. Cum ergo inimicos diligere, vel illis benefacere, cibum & potum subministrare iubemur: inimicos persequi, & punire prohibemur. ¶ In lege enim veteris testamenti corporalis pœna statuta est: in lege vero Euangelij omni peccanti per pœnitentiam promittitur venia. Vnde illa à terrore incœpit dicens. [Ego sum Dominus Deus Zelotes visitans peccata patrum in filios a vsque in tertiam & quartam generationem.] Hæc vero à lenitate mansuetudinis, & misericordiæ, ita inquiens [Beati pauperes spiritu, beati mites, beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.] In illa dicebatur. [Qui fecerit hoc, vel illud, morte moriatur:] In ista [Gaudeo super vno peccatore pœnitentiam agēte, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia.] Item [Non veni vocare iustos: sed peccatores ad pœnitentiam. Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est.] Initium quoque prædicationis Saluatoris nostri, & præconis eiusdē ad pœnitētiā peccatores inuitauit. Sic enim vterq; exorsus est, dicens [Pœnitentiam agite, appropinquabit † enim regnū cælorū.] Sic & in actibus Apostolorum, cum Iudæi compuncti de scelere mortis Christi, dice-*

Source : BIU Cujas

Act.2. a ¶*In pædagogum.*] id
Exod.1. est, in magistrum. si-
Gal.3. cut enim per magi-
strum aliquis coerce
tur, ita ipsi per legē.
b ¶ *Spiritum.*] id est,
seruilem timorem.
c ¶*Adoptionis.*]i. filia-
lem timorem, i. amo-
rem. Io. de vtroque j.
ead. q. §. ex his.

CVm in lege.] Casvs. Gregor.
Rom.8. exponēdo illud Euan
gelij: Simile factum
est regnum cœlorum
homini regi, qui fecit
nuptias filio suo, vbi
Matth.22. fecit mentionem de
Est hom.38. tauris & altilibus, o-
stendit differentiam
inter patres veteris & noui testamenti. nam
patres veteris testa-
menti per tauros si-
Leuit.19. gnificātur: quia sicut
tauri se defendendo
alios cornibus percu
tiunt: ita & patribus
veter. testam. permis-
sum fuit vt aduersa-
rios suos virtute com
a Al. ore. primerent, & iure a
gladij ferirent. Per al
tilia vero patres noui
testa. figurantur: quia
sicut aues penna con
templationis terrena
contemnendo ad cœ
Luc.6. lestia sublimantur.
d ¶*Et odio.*]sed nonne
odiū habere est mor-
tale peccatum, vt 25.
† al. signifi- dist. §. criminis. quare
cantur] ori. ergo hic dicit, quòd
hoc permittebatur iu
stis? potes dicere iu-
stis aliàs. Vel dic q̄ q
vlcisceb atur se sine
odio, non peccabat:
qui autem cum odio,
licet contra legē non
fecerit, tamen pecca
uit, sicut dando libel
lum repudij peccaue
runt, licet à lege hoc
eis permittebatur. ex
tra de diuort. gaude-
mus.
e ¶*Per altilia.*]de qui-
bus in Euangelio fit
mentio. H.

HIS ITAQVE. Casvs. Nunc Grat. respondet c. supradictis, dicens, q̄ quædā sunt delicta quorum pœna est Deo reseruanda, nec sunt à nobis corporaliter punienda, scilicet cum deliquentes non sunt no
1.Cor.5. strę iurisdictioni subiecti, vel cum delicta illorum probari non possunt, etsi nobis no ta sint. De his enim q̄ non sunt nostrę iurisdictionis, teste Apostolo iudicare nō possumus, nec vitare debemus eos. Et ad hoc inducit sequens. cap. cuius casus patet.
f ¶*His.*]s. auctoritatibus, quibus probauit malos esse tolerādos.
g ¶*Nota sunt.*]5.11.q. 3. eorum. & 30. quæst. 5. nullum. 2.
h ¶*Infideles.*]¶*Et con uiuium.*]5.11.q.3.

rent Petro [*Quid faciemus viri fratres?*] *legitur Petrus respondisse* [*Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum*] *Et, vt vniuersaliter dicatur, in lege populus ille rudis seruili timore pœnarū cogebatur, vnde & legem in pædagogum* a *accepit. In Euangelio autem populus gratiæ liber, & adultus filiali amore, & hereditatis certitudine ad cultum diuinæ seruitutis inuitatur. Vnde, cum quidam legem, quasi coercentem, prædicarent esse tenendam simul cum gratia, ait Apostolus*] *Non enim accepistis spiritum* b *seruitutis iterū in timore: sed accepistis spiritum adoptionis* c *filiorum, in quo clamamus, abba pater.*] ¶*Hinc etiam Gregorius ait in expositione Euangelij* [*Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.*

¶ In lege cuique permittebatur diligere amicum, & odire inimicum.

C. XVI.

CVm in lege scriptum sit [Diliges amicū tuum, & odio d habebis inimicū tuum.] accepta tunc licentia iustis fuerat, vt Dei inimicos, suosque aduersarios, quanta possent virtute comprimerent, eosque in ore a gladij ferirent. Quod in nouo proculdubio testamento compescitur, cū per semetipsam veritas prædicat dicens [Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos:] Qui ergo per tauros, nisi veteris testamenti patres signantur†? Nā dum ex permissione legis accepe rant, quatenus aduersarios suos odij rettributione percuterent: (vt ita dicam) quid aliud, quàm tauri erāt, qui inimicos suos corporeæ virtutis cornu feriebant. Quid ve ro per altilia e, nisi patres noui te stamenti figurantur? qui dum gra tiam internæ pinguedinis percipiunt, æternis desideriis innitentes, ad sublimia contemplationis suæ pennis sublevantur.

a ¶In ore.]*In originali & quattuor Gratiani vetustis, est*, iure gladij.

His f *ita respondetur: Sunt quædam, quæ salubri dumtaxat admonitione sunt corripienda, non corporalibus flagellis animaduertenda: sed eorum vindicta diuino examini tantum est reseruanda, quando in delinquentes videlicet disciplinam exercere non possumus, vel quia non sunt nostri iuris, vel quia illorum crimina, etsi nobis nota sunt* g, *tamen manifestis indiciis probari non possunt.* ¶ *De his, qui non sunt nostri iuris, ait Apostolus in 1. epistola ad Corinth.* [*Quid enim mihi attinet de his, qui foris sunt, iudicare: de his enim Dominus iudicabit.*] *Quod Augustinus exponens, ait.*

¶ *Sensus huius capitis habetur apud beatum Augustinum de pœnitentia medicinæ, cap. 3. verba vero fere omnia sunt in gloss. ordin. 1. Corinth. 5. ad vers.* alioquin, *& interlineari ad vers.* intus.

¶Infidelium colloquia, & conuiuia non sunt euitanda.

C. XVII.

INfideles non possumus Christo lucrari, si eorū colloquium vitamus, & conuiuium h. Vnde & Dominus cum publicanis, & peccatoribus manducauit, & bibit. In his vero, qui intus sunt i, id est, infidelibus putredo resecanda est.

Hinc etiam cum propheta dicit [*Facit Dominus iudicium omnibus iniuriam patientibus,*] *exponendo addidit Augustinus:* [*ab his, qui non sunt sui iuris, in quos nequit disciplina exerceri.*] *Item, quando multitudo est in scelere, nec salua pace ecclesiæ mali puniri possunt: tolerandi sunt potius, quàm violata pace ecclesiæ puniendi.*

Vnde Augustinus ait in libro de fide, & operibus, c. 4. & 5.

¶Quædam mala punienda sunt, & quædam toleranda.

C. XVIII.

1 QVidam vero econtrario periclitantes, cum bonorum, malorumque permistionem in ecclesia demonstratum, seu prædictum esse perspexerint, & patientię præcepta didicerint, (quę ita nos firmissimos reddunt, vt etiam si videntur in ecclesia esse zizania, non tamen impediatur, aut fides, aut charitas nostra, aut quoniam zizania in ecclesia esse cernimus, ipsi de ecclesia recedamus) destituendam a putent ecclesiæ disciplinam, quandam peruersissimam securitatem præpositis tribuentes, vt ad eos non pertineat, nisi dicere k, quid cauendum, quidue faciendum sit: quodlibet autem quisque faciat, non curare. Nos vero ad sanam doctrinam pertinere arbitramur ex vtriusque testimoniis tutam sententiam moderari: vt & canes in ecclesia propter pacem ecclesiæ toleremus: & canibus sanctum, vbi pax ecclesiæ tuta est, non demus. Cum ergo seu per negligentiam præpositorum, siue per aliquam excusabilem necessitatem, siue per occultas obreptiones inuenimus in ecclesia malos, quos ecclesiastica disciplina corrigere, aut coercere non possumus l: tunc, ne† alcendat in cor nostrum impia, & pernicioſa præsumptio: qua existimemus nos ab his esse separandos, vt peccatis eorū non inquinemur, atque ita post nos trahere conemur, veluti mundos, sanctosque discipulos ab vnitatis compage, quasi à malorum consortio segregatos, veniant in mentem illæ de scripturis similitudines, & diuina oracula, vel certissima exempla, quibus demonstratum, & prænuntiatū est, malos in ecclesia permistos bonis vsque in finē sęculi, tempusq; iudicij futuros, & nihil bonis in vnitate, ac participatione sacramentorum

Luc.5. ad mensam. arg. contra. 28. q. 1. omnes. & c. nullus. Sol. hic loquitur de paganis, ibi specialiter d Iudeis b. bSub. nomē Christi abhorrētibus.
i ¶ *Qui intus sunt.*] quandoque etiam Iudæos punit ecclesia. extra de vsur. post mi serabilem. & 17. q. 4. Psal.145. constituit.

HINC ETIAM. Gratian. adhuc probat auctoritate Aug. exponētis verba prophetæ, q̄ in iis quæ non sunt nostri iuris, neq̄ disciplina exerceri. Postea ponit alium casum, in quo mali sunt potius tolerādi, quam puniendi, s. quādo multitudo est in scelere, & schisma timetur si corrigantur. & ad hoc inducit sequens cap. 1 Pol.l.7.ti. 7. Ansl.l.12. c.63.

QVidam.]Casvs. Stulti quidam dicebant, quòd si prælati videt publice delinquētes, qui per zizania significantur, nil aliud facere debent, nisi indicare illis quid sit faciendum vel vitandum. etsi sunt incorrigibiles, debent recedere ab eis. Aug. vero cōtrarium dicit: quia cum canes sunt in ecclesia, debemus eos propter scandalū tolerare vsq; in finem, neq; recedere ab eis: sed sanctum eis dare nō debemus, vbi pax ecclesiæ est tuta: vbi vero datur potestas corrigēdi sine scandalo, tunc prælati dormire non debent, sed ab bonū malos debēt coercere, ita vt nec sint negligentes, nec obtentu diligētię læuiāt in peccatores. & est ordinanda sic constructio. " Quidā putant destituendam ecclesiæ disciplinā, &c. Vel legas suspensiue à principio vsque ibi, *Destituendam putant.* "Ordo Iræ.
k ¶*Nisi dicere.*]" non ergo sufficit q̄ prælatus instituat quid sit faciēdum, nisi etiam puniat nō facientes, vt j. e. q. 5. non est innocentiæ. & 47. dist. quod ad nos. sicut nō sufficit domino prohibere ne cum seruo contrahatur, quin teneatur ipse de peculio, vt ff. de pecul. l. si quis seruum. & ff. de verb. obl. qui seruum. & ibidem. l. seruus vetante. arg. tamen contra est 43. dist. in cap. Ephesiis. " Prælatus quid facere debet. †*nec*]orig.
l ¶*Non possumus.*]sine scandalo: vel quia est occultum, 6. quæst. 1. si omnia.

a ¶*Nec*

Source : BIU Cujas

a ¶*Nec patientiæ.*]quandoque enim remissio se mentitur pietatem, vt 41.dist.sæpe.

Cvm quisque.] Casvs. Parmenianus dicebat quòd nullus peccator est anathemate feriendus. Aug. vero contra ipsum scribens ostendit, quòd si quis peccator deprehẽditur in crimine mortali quòd sit notum, & apparet omnibus execrabile, anathemate feriatur, si periculum schismatis non timetur.

b ¶*Vbi periculum.*]cũ ergo periculum schismatis timetur, mali non sunt excommunicandi, vt 50.dist.vt constitueretur. ȷ̃.e.ipsas pietas. & c.nõ potest. Sed contrarium est 24.q.3.ecce.sed ibi cum non timeretur scandalum. Item contra ext.de reg.iur.qui scandalizauerit. "Sed hic loquitur de veritate disciplinæ, quæ potest quandoque deseri pro scandalo. ibi de veritate iudicij, quæ semper præualet scandalo.

†*al.coercionis*]

"Veritas disciplinæ qñque potest deseri.

EST ET ALIA. Hæc est 3.pars q.in qua loquitur de præscitis & prædestinatis. Ioan. de Fan.

Casvs. Ostendit G. aliam causam quare mali non sunt flagellandi. Nam si peccatores sunt saluandi ad vitam, sine correctione conuertentur, vt Petrus. Si vero damnandi sunt, inter flagella fiunt deteriores, vt Pharao. Bonis ergo flagella sunt superflua, malis vero inutilia. Postea respondet huic allegationi per c.seq.

1 Poly.ibid. Iuo p.2.c.97 Pan.in plo. c.13.&14.

Sicut non est.] Casvs. Quidam dicebant quod superflua ẽ correctio circa peccatores: cum Deus ipse corrigat quos voluerit. & hoc probant exemplo Petri, quem nullo homine corrigente correxit vt voluit. sed Greg. & Aug. dicunt ꝙ licet Deus corrigat quos velit, tamen sicut non est cessandum ab oratione pro eis quos corrigi volumus, ita non est cessandũ à correctione: quia per exteriorem correctionẽ proficit homo interius.

Luc.22.

c ¶*Ab oratione.*]multiplex est causa quare non debemus cessare ab oratione malorũ, vel eorum correctione. Nam quædã sunt ita prædestinata, vt precibus obtineantur, vt ȷ̃.c.prox. Item quia nescitur quis sit de numero prædestinatorum, & quis non: & de nemine est desperandum quamdiu est in hac vita, vt de pœ.dist.7.nemo. & quia Deus sæpe aliquid promittit quod postea mutat, si videt homines negligentes, vt de pœ.dist.1.prædixerat. & tamen si non prosunt illi pro quo oratur, prosunt saltem oranti: iuxta illud: Oratio mea in sinu meo conuertetur. Io.

Luc.22.

d ¶*Negligenda.*]de pœn.dist.7.nemo.

mentorum, qui eorum factis non consenserint, obfuturos. Cum vero eis per quos ecclesia regitur, adest salua pace potestas disciplinæ aduersus improbos, aut nefarios exercendæ, tunc rursus, ne socordia, segnitiaque dormiamus, aliis aculeis præceptorũ, quæ ad seueritatem coercitionis † pertinent, excitandi sumus, vt gressus nostros in via Domini ex vtrisque testimoniis illo duce, aque adiutore dirigentes, nec patientiæ [a] nomine torpescamus, nec obtentu diligentiæ sæuiamus.

a ¶Destituendam.] *Apud B. Augustinum legitur*, instituendam putant ecclesiam, & disciplinam: *sed ceteri collectores cum Gratiano concordant. Multa vero alia ex illis, & originali in toto hoc capite sunt restituta.*

Item contra epistolam Parmeniani, libr. 3.c.2.

¶Leuius occulta, seuerius autem punienda sunt ab ecclesia delicta manifesta. C. XIX.

1 Cvm quisque fratrum, id est Christianorum intus in ecclesiæ societate constitutorum in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, vt anathemate dignus habeatur, fiat hoc, vbi periculum [b] schismatis nullum est. *& infra.*

¶Quando ita cuiusque crimen notum est omnibus, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorsus, vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat seueritas disciplinæ.

3 *Est & alia causa, qua correptio verberum, vel verborum videtur esse inutilis, vel superflua. Prædestinati enim ad vitam sine correptione mutantur: sicut Petrus, quem Dominus respiciens nemine corripiente commouit ad lacrymas. Præsciti ad mortem inter flagella deteriores fiunt: sicut Pharao. Bonis ergo superflua, damnandis hæc inueniuntur esse inutilia. His ita respondetur auctoritate Gregorij, & Augustini, Augustinus enim in libro de correptione. & gratia, c. 5. sic ait.*

¶Sicut ab oratione cessandum non est, sic nec à correptione. C. XX.

Sicut non est ab oratione [c] cessandum pro eis, quos corrigi volumus, etiam si nullo hominũ orante pro Petro Dominus respexit eum, & fecit eum suum peccatum flere, ita non est negligẽda [d] correptio, quamuis Deus, quos voluerit, etiam non correptos faciat esse correctos. Tunc autem correptione proficit homo, cum miseretur, atq; adiuuat, qui facit, quos voluerit, etiam sine correptione proficere.

Gregorius vero in dialogo, lib. 1.c. 8.

¶Soli prædestinati soluantur, qui in postulando suo labore meruerunt.

C. XXI.

[a] Obtineri nequaquã possunt, quæ prædestinata non fuerunt. Sed ea, quæ sancti viri orando efficiunt, ita prędestinata sunt, vt precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perennis regni prædestinatio ita est ab omnipotenti Deo disposita, vt ad hoc electi ex† labore perueniant: quatenus postulando [e] mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante sæcula disposuit donare.

Item Augustinus in libro de prædestinatione, & gratia, c. 15.

¶Occulto Dei iudicio mali obdurantur flagellis, boni emendantur. C. XXII.

Nabuchodonosor pœnitentiam meruit fructuosam. Nonne post innumeras impietates flagellatus pœnituit, & regnũ quod perdiderat, rurs⁹ accepit [f]? Pharao autem ipsis flagellis est durior effectus, & periit? Hic mihi rationem [g] reddat, qui diuinum consilium nimium alto†, sapientique corde diiudicat: cur medicamentum vnius medici manu confectum alij ad interitum, alij valuerit ad salutẽ: nisi quia Christi bonus odor [h] aliis est odor vitę in vitam, aliis odor mortis in mortem. Quantum ad naturam, ambo homines erant. Quantum ad dignitatem, ambo reges. Quantũ ad causam ambo captiuum populum Dei possidebant. Quantum ad pœnam, ambo flagellis clemẽter admoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos, nisi quòd vnus manum Dei sentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter libero cõtra Dei misericordissimam veritatem pugnauit arbitrio.

Idem.†

C. XXIII.

e ¶*Postulando.*]Nec ideo voluit Dominus suscitare quartũ mortuum, quia non fuit pro eo petitum, vt ȷ̃. de pœ.dist.1. §.ex his itaque.versi.Christus quoque.

†*altãm sapienti corde*

Nabuchodonosor] Casvs. H. hunc casum sic ponit. & sic mihi videtur melius quam Bene. Dicitur in hoc ca. quòd quidã per flagella Dei emẽdantur: quidam vero deteriores fiunt. Et hoc ostendit per Nabuchodonosor, qui flagellatus à Deo pœnituit, & restitui sibi regnum promeruit. & per Pharonem, qui flagellatus à Deo non pœnituit, sed magis induratus fuit, & tandem periit submersus. vnde Augu. quærit quare hæc diuersitas fuit inter eos. scilicet quòd ex eodem medicamento, & ab eodem confecto & dato vnus eorum saluatus est, & alter periit. & supponit hoc ideo esse, quia vnus illorum pœnituit inter flagella, alius vero induruit libero arbitrio. Bene. vero sic casum illum ponit. Quidam disputans cum Aug. quęrit ab eo causam, cum Deus sit vnus creator bonorũ & malorum hominum, cur saluet vnum & non alium: cum omnes saluare possit. Et respondet Augu. nullam aliam causam esse, nisi quia sic Deo placet: & hoc ostendit per exempla duorum regum, scilicet Nabuchodonosor & Pharaonis, quia licet æqualis conditionis fuerint, vnum tamen saluauit, alium non.

2 Burc.l.20. cap.19. Iuo p.17.c.31.

†*al.pro*

Dan.4. Exod.5.vsq; ad 15.

1.Cor.2.

f ¶*Accepit.*] Argum. quòd depositus potest restitui, vt de pœnit.distinct. 6.capitu. primo. in fin. & 35. quæstione nona. sententiam. & cap. Gregorius. Item est hic argum. ad quæstionem illam quòd depositus restitutus præferendus sit substituto, vt octaua, quæst. vltim. cap.vltim. Argum. contra 7.quæst. 1.eos qui. licet determinata videtur, extra de sim.ex insinuatione. Ioan. De hoc quid iuris sit, in quæstionibus notaui. B.

†*al.item*

a Sic ext.de fa.vnct.§.2. ver.de odore. vbi ista auctoritas exponitur.

g ¶*Rationem.*] Arg. quod de singulis non est ratio reddenda, vt ȷ̃.e. quæ.de Tyriis. & de pœ.dist.4.si ex bono. Arg. contra 68.dist.coepiscopi. & 24.q.3.si habes.

h ¶*Odor.*]bonus odor Christi est prædicatio bonorum [a].

Source : BIU Cujas

VAsis iræ.] CASVS. Quidam dicunt, quòd prædestinatio Dei, vel præscientia est causa quare quis necessario faciat bonum vel malum. & ideo facit homo malum, quia est prescitus, & bonum quia est prædestinatus, & bonarum & malarum rerum Deus est causa. Sed Aug. respondet dicens hoc esse falsum: quia si ex prescientia necessario quis peccaret, iniuste Deus puniret delinquentem: sed dicit bonos volũtate sua facere bonũ: non tamẽ sine gratia Dei: malos autem dicit sua auctoritate peccare, cum sint sine gratia Dei. Et hoc probat auctoritate Ioannis Euangelistæ in epist. sua, vnde potius debent suis peccatis imputare, quam de iudicio Dei conqueri, quod deserit meritos deseri: cui gratias agimus, quia liberat non meritos liberari: nec imponit alicui necessitatem, nec subtrahit cuiquam potestatem obediendi, eo quòd non esset prædestinatus: sed ideo non fuit prædestinatus, quia Deus eum recessurũ ab obedientia præuidit. Postea assignat differẽtiam inter prædestinationem & præscientiam: quia prædestinatio est tãtum de bonis, prescientia tãtum de malis. & not. quod vnum quandoque ponitur pro alio. Item not. quòd auctoritas Ioannis Euangelistæ incipit ibi, *Ex nobis exierunt.* & durat vsque ibi, *vtique nobiscum.* & est circa finẽ.

1 Fulgẽtius. l. j. ad Monymum. Burc. l. 20. cap. 35. Iuo p. 17. c. 46. Prosper. ī resp. ad capitula Gallorum, c. 6.

ibid. c. 11.

idem c. 12.

† absunt ab ori. idẽ c. 14. & Sent. 6. ad c. Gallorũ.

idẽ Sent. 15.

a ¶ *Non spontaneum.*] De hac materia nota ui 15. q. 1. §. 1. & 2. c. merito.

b ¶ *Ex prædestinatione.*] Arg. quòd nõ potest quis arguere factum cuius auctor ipse fuit, vt 28. dist. diaconi. ext. de cle. cõiu. diuersis. Ioan.

c ¶ *Cum vero.*] Sic ergo bona quæ facit homo, per Deum facit: mala quę facit, non facit per Deum: quia Deus non est auctor mali. Sed ne crederet aliquis quòd Deus operetur etiam malũ: quia legitur q Deus tradidit Romanos in desideria carnis, & quòd obdurauit cor Pharaonis, & quod reliquit Tyrios & Sydonios in peccatis suis, ideo ostendit qualiter hoc intelligatur.

"Deus non est auctor mali.

d ¶ *Aliquos.*] scilicet Romanos.

e ¶ *Aut traditos.*] " tradere dicitur hominem peccato quando permittit ipsum peccare: vel quia subtrahi ipsi gratiam.

"Deus quo dicatur tradere hominẽ peccato.

f ¶ *Legimus.*] in epistola ad Romanos [a], & in Exodo [b], & in Euangelio Matthæi de Tyriis & Synodiis.

a 1. c.
b c. 7. & 8.

g ¶ *Non meritos.*] ex hoc patet, quòd primam gratiam nemo meretur, vt j. de conse. dist. 4. gratia. & c. placuit vt quicumque.

h ¶ *Fecit.*] scilicet bona.

i ¶ *Fecit.*] scilicet mala.

k ¶ *Dicitur.*] in epistola Ioannis.

l ¶ *Ex nobis.*] quantum ad prædestinationem.

m ¶ *Standi.*] sed nonne iam dixit, quod prædestinatio non est causa quare homo faciat bonum, sed potius bonum quod facit, est causa prædestinationis? " Sed dicas hic prædestinationẽ appellari Deum prædestinantem. Nam nemo potest venire ad me nisi ei fuerit datum à patre meo. Vel dic quòd prędestinatio nõ est causa efficiens, sed est causa fine qua non fit. Item si vere volumus loqui, non est concedendum quòd futura bona sint causa prædestinationis: quia ex hoc sequeretur, quod causa esset posterior suo causato. Itẽ quid-

" pdestinatio est Deus pdestinans.

quid Deus prædestinauit, ab æterno prædestinauit. si ergo prædestinatio est æterna, ergo non habet causam suæ generationis. non ergo futura sunt causa eius. Item si quid esset causa generationis eius. ergo eius oppositum esset causa corruptionis eius. sed impossibile est eam corrumpi, vel desinere esse: quia si corrumperetur vel desineret esse, ergo post hoc instans non esset. ergo si modo non est, numquam fuit. Nam bene sequitur, si fuit prædestinatum, ergo prædestinatum est, & semper erit prædestinatum. Ioan.

2 idẽ ad obiect. Vincentianas, c. 12. & Augu. ad artic. sibi falso impositos, art. 12.

NON ERGO NECESSITATEM. CASVS. Dictum est ꝫ. in c. vasis. quòd de sola voluntate bonum cum gratia procedit, & sola voluntate sine gratia malum perpetratur. Vnde ex hoc concludit Grat. quod prædestinatio, vel pscientia non est causa, qua quis necessario faciat bonum vel malum, cum ex voluntate vtrumque procedat. Nam licet præscientia vel prædestinatio Dei falli non possit, non tamẽ necessario eueniunt ea, q̃ pdestinantur, vel præsciuntur, sicut nec necessario præsciuntur, vel prędestinãtur: & ideo præsciuntur, vel prædestinãtur, quia bona absq; gratia eius, mala vero præter eius conscientiam euenire non possunt. Postea ponit quãdam argumentationem, dicens, quod quamuis hæc propositio sit necessaria, si hæc prædestinata sunt, vel præscita, necessario eueniunt, nec tamẽ ideo recte & simpliciter concluditur, ergo necessario eueniũt quæ prædestinata sunt, vel præscita: quia in propositiõe necessitas refertur ad diuinæ prescientiæ intuitum, in conclusione vero refertur ad rerum euentum. & ad hanc conclusionem probandã inducit auctoritatem Augustini, in qua ponit duas necessitates vnam simpliciter, siue simplicem, & aliam conditionalem. vndè ponit duo exempla, de ambulante, s. & de vidente. *Prouidentia.* potest hoc intelligi de homine vidente, vel de prouidentia diuina vidente pscentionaliter. sed intelligatur coniunctum, vel sic, necesse notat modũ consequendi, & non cõsequentis.

3 sententia ī lib. de pdenstinõe Dei. Burch. l. 20. cap. 21. Iuo p. 17. c. 32.

n ¶ *Falli.*] hæc argumentatio non valet: Deus præuidet aliquid, & aliter potest euenire: ergo præuidentia Dei est fallibilis.

o ¶ *Quamuis.*] "ad huius §. intelligentiam, nota quòd omnes tales locutiones sunt duplices, si Deus præuidit aliquid, necessario illud eueniet: quia si hæc dictio, necessario, determinat totalem consequentiam, locutio est vera, & tunc talis est sensus in consequentia, si Deus præuidit aliquid, illud euenire est necessarium. Si autẽ hæc dictio necessario, determinat ipsum consequens, est falsa. Similiter hæc est duplex, necessarium est Socratem ambulare cum ambulat: quia si intelligatur composita & de dicto, vera est. si de re, est falsa. Similiter hæc est duplex, necessarium est hoc euenire quod Deus præuidit, de dicto est vera, de re est falsa. Illud enim quod Deus prę uidet, non est necessarium euenire. Et nota quòd talis argumentatio non valet, si Deus præuidit aliquid, necessario illud eueniet: ergo si Deus præuidit aliquid, necessarium est illud euenire, quia modo hæc dictio, necessarium, non potest determinare ipsam consequentiam, sed tantum consequens [c].

" si Deus puidit aliqd necessario illud euenit habet dupli cẽ sensum. c sub. ñ fcã relõe ad añ cedẽs, s. p se cõsiderata. d sub. qa idẽ est, s. d dicto sic cõposito facta, s. relõe cõsequentis ad añcedẽs.

p ¶ *Nequit.*] vera est, si intelligatur de dicto [d].

¶In plerisque vetustis caput hoc coniunctum est superiori, & in titulo est, Item, *non,* Idem, *est autem confectum ex locis indicatis, Fulgentij Prosperi, B. Augustini.*

Non ergo necessitatem facit correctionis, vel obdurationis diuina prædestinatio, seu præscientia, cum boni per gratiam corrigantur, & libero arbitrio mali pereant. Neque enim quia prædestinatio, seu præscientia Dei fallit, non potest necessario eueniunt, quæ prædestinantur, vel præsciuntur, sicut nec necessario prædestinantur, vel præsciuntur, quæ futura sunt, sed quia bona absque eius gratia, mala præter eius scientiam euenire non possunt. ¶ Quamuis [o] ergo conuenienter dicatur, si hæc prædestinata sunt, vel præscita, necessario euenient: non tamen ideo absolute verum est, necessario euenient, quæ prædestinata sunt, vel præscita, quia hic necessitas refertur ad rerum euentum, ibi ad intuitum diuinæ præscientiæ. Vnde Augustinus [3] *Duæ sunt, inquit, necessitates, simplex vna, veluti qua necesse est omnes homines esse mortales: altera cõditionis, vt si aliquem ambulare quis scit, eum ambulare necesse est. Quod enim quisque esse nouit, id esse aliter, quàm notum est, nequit [p]. Sed hæc minime secum illã simplicẽ trahit. Hanc enim necessitatem non propria facit natura. sed conditionis adiectio. Nulla enim necessitas cogit incedere voluntate gradientem: quamuis enim tunc, cum graditur, incedere necessarium sit. Eodem igitur modo, si quid prouidentia præsens videt, id necesse est esse, tametsi nullam naturæ habeat necessitatem. Atqui Deus ea futura, quæ ex libertate arbitrij proueniunt, præsentia contuetur. Hæc igitur ad intuitum*

exegit. Hi autem, de quibus dicitur [k] [2] Ex nobis exierunt, sed nõ fuerunt ex nobis [l]: Si enim fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum] voluntate exierunt: voluntate ceciderunt: & quia præsciti sunt casuri, non sunt prædestinati. essent autem prædestinati, si essent reuersuri, & in sanctitate, ac veritate mansuri. Ac per hoc prædestinatio Dei multis est causa standi [m], nemini est causa labendi.

Source : BIU Cujas

HIS OMNIBVS. Casvs. Dictum est supra, quòd mala nostræ voluntati adscribuntur. Nunc vero dicit Gratianus, quòd indignationi diuinæ adscribuntur, quod probat per duo capitula seq.

CVM SVPERNA. Casvs. Ostendit hic Gregor. quod ex quo semel Deus alicui ab intimis irascitur, eius indignationem pœnitentia vel oratione non remouebit. Et hoc probat exemplo Moysi, qui licet in deserto reatum populi apud Deum terserit, tamen propter hoc, quia ad petram Oreb veniens de aquæ exhibitione diffidit Domino sibi irascente, terram promissionis ingredi non potuit.

a ¶ *Plebis.*] Historiam habes 45. dist. discipli
xli. 9. Moral. c. 12. na.

b ¶ *Oreb.*] Historiam habes de pœn. dist. 2. §. opponitur.

c ¶ *Irascente.*] intelligas tamen quod quãtum ad temporalem
Exod. 32. pœnã potest ira Dei esse commutabilis: sed quantum ad æternam non. 22. qu. 4. in
Num. 14. commutabilis.

DE TYRIIS. Casvs. Quidam assignabant rationem quare Deus non saluauit Tyrios & Sydonios cum credidissent, si tanta signa virtutũ vidissent, qualia apud Iudæos non credentes facta fuerunt. vel simpliciter quærebant ab Augustino rationem diuersitatis. Augustvero deridet eos, dicens quòd non est alia ratio, nisi quia nó fuit eis datum desuper vt crederent: tamen quidquid dixit Deus vel fecit, totum verum fuit & iustum: qui non solum Tyrios & Sydonios potuit saluare, sed etiam Corozain, & Bethsaida: & ille Deus qui dixit per prophetam Oseam Iudaicæ plebi: Ego sepiam vias tuas spinis, & adimam tibi facultatem peccandi, ille idem Deus etiam dixit damnandis per Psalmistam: Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini persequẽs eos.

Matth. 11. †al. etiam

Matth. 11.

Osee 2.

Psal. 34.

d ¶ *Vt crederent.*] præsente Domino, sed postea crediderũt ad prædicationem Apostolorum.

e ¶ *Si rationem.*] eodem modo videtur dicendum, quod si Papa aliquid facit quod videtur iniustum, vbi nos rationẽ non possumus assignare, quòd nihilominus illud iustum sit. 17. q. 4. §. qui autem.

f ¶ *Prophetam.*] Oseæ.

g ¶ *Vias.*] id est, actiones.

h ¶ *Spinis.*] id est, compunctionibus.

i ¶ *Lapidibus quadris.*] ideſt, virtutibus quattuor, vel doctrina quattuor Euangeliorum.

SED IN HIS. Casvs. Dicit Grat. hic quod in omnibus malis arbitrium nostrũ est in culpa, qđ arbitrium Deus vertit in electis ad bonum, in damnãdis vero relinquit ad malum. sed quia nescimus quis peccatores sint damnandi, vel qui sunt saluandi, omnes indifferenter debemus corrigere, ad instar medici, qui licet sciat hominem vltra terminum à Deo præfixum non victurum, tamen languentibus omnibus indifferẽter medetur, cum ipse medicus ignoret quando & qua ægritudine sunt morituri. Et ad hoc inducit seq. c.

relata diuinum necessaria fiunt per dispositionem diuinæ notionis. Per se vero considerata absolutam [B] *naturæ suæ libertatem non deserunt. Fient igitur proculdubio cũcta, quæ futura Deus esse prænoscit: sed eorum quædam de libero proficiscuntur arbitrio, quæ quamuis eueniant, existendo tamen naturam propriam non amittunt, qua prius quàm fierent, etiam non euenire potuissent.*

¶ *His omnibus mala nostra libero adscribuntur arbitrio, cum alibi diuinæ adscribantur indignationi. Vnde Gregorius.*

[1] *Cum superna indignatio sese, vt ita dixerim, medullitus mouet, hanc opinio, vel oppositio humana non remouet: nec se cuilibet vtiliter deprecatio obiicit, cum semel Deus aliquid ab intimis irascendo disponit. Hinc est enim, quòd Moyses, qui reatum totius plebis* [a] *apud Dominum suis precibus tersit, dumque se obicem obtulit, diuinæ iracundiæ vim placauit, ad petram Oreb* [b] *veniens, & pro aquæ exhibitione diffidens, repromissionis terram ingredi Domino irascente* [c] *non potuit.*] ¶ *Item Augustinus* [De Tyriis *vero, & Sydoniis quid aliud possumus dicere, quàm non esse eis datum vt crederent* [d], *quos etiam credituros fuisse ipsa veritas dicit* †, *si talia, qualia apud non credentes facta sunt, virtutum signa vidissent? Quare autem hoc eis negatum fuerit: dicant, si possunt, qui calumniantur: & ostendant, cur apud eos Dominus mirabilia, quibus profutura non erant, fecerit: & apud eos, quibus profutura erant, non fecerit. Nos etenim* † *sirationem* [e] *facti, & profunditatem iudicij eius penetrare non possumus, manifestissime tamen scimus, & verum esse quod dixit, & iustum esse quod fecit: & non solum Tyrios, & Sydonios, sed etiam Corozain, & Bethsaida potuisse conuerti, & fideles ex infidelibus fieri, si hoc in eis voluisset Dominus operari. Neque enim vlli falsum videri potest, quod Veritas ait* [Nemo potest venire ad me, *nisi fuerit ei datum à Patre meo.*] *Item, qui per prophetam* [f] *iudaicæ plebi promisit* [Ecce ego sepiam vias [g] *tuas spinis* [h], *& muniam eas lapidibus quadris* [i]] *ideſt, adimam tibi facultatem peccandi: Idem per psalmistam de damnandis dixit.* [Fiant viæ *illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini persequens eos.*] *Sed in his omnibus vitia nostra humanæ adscribuntur mentis arbitrio, quod diuina clementia in electis misericorditer vertit ad bonum, in damnandis iuste relinquit ad malum. Sicut ergo, quamuis certissime sciamus neminem vltra terminum à Deo sibi præfixum esse victurum, omnibus tamen languentibus non incongrue medemur, sic quamuis nemo saluetur, nisi prædestinatus ad vitam, omni tamen delinquenti est adhibenda correptio: nec malorum est negligenda disciplina.*

Vnde idẽ Augustinus ait epi. 50. Bonifacio.

[A] ¶ Duæ sunt.] *Hæc à Burchardo, & Iuone citantur ex* B. *Augustino in lib. de prædestinatione. Et sententia habetur copiosè explicata in libello de prædestinatione Dei inter opera* B. *Augustini, tomo 7.*

[B] ¶ Absolutam.] *Apud Burchardum & Iuonem legitur*, ab absoluta libertate non desinunt.

c ¶ De Tyriis.] *Simillima his leguntur apud* B. *Augustinum in libro de bono perseuerantiæ, c. 14. Eadem vero fere sunt apud Prosperum ad excepta Ianuensium in respons. ad dubium 8. siue 9.*

¶ Non semper in eos, qui peccant, vindicta est exercenda. C. XXIIII.

[2] IPsa pietas, veritas, charitas nos non permittit contra Cæcilianum eorum hominum accipere testimonium, quos in ecclesia non videmus, cui Deus perhibet testimonium [k]. Qui enim diuina testimonia non sequuntur, pondus humani testimonij perdiderũt [l]. *Item infra.* ¶ Molestus est medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio, ille ligando, iste cædendo: sed ambo diligendo. Si autem illos negligant, & perire permittant, ista potius falsa mansuetudo crudelitas est. *Item infra.* ¶ Si per † potestatem [m], quam per religionem, ac fidem [n] regum tempore, quo debuit, diuino munere accepit [3] ecclesia, hi, qui inueniuntur in viis, & in sepibus, ideſt in hæresibus, & schismatibus, cogũtur intrare [o], non quia cõguntur, reprehendant, sed quare † [P] cogantur, attendant. Conuiuium Domini vnitas est corporis Christi, non solum in sacramento altaris, sed etiam in vinculo pacis. *In eadem infra.* ¶ [4] Theodosius [A] Imperator legem [q] generaliter in omnes hæreticos promulgauit, vt quisquis eorum episcopus, vel clericus vbilibet esset inuentus, decem libris auri mulctaretur. *Item infra.* ¶ Si duo [r] aliqui in vna domo habitarent, quam certissime sciremus esse ruituram, nobisque id prænuntiantibus nolent credere, atque in ea manere persisterent. Si eos inde possemus eruere vel inuitos, quibus imminentem illam ruinam postea demonstraremus, vt redire vlterius sub eius periculum non auderent, puto, nisi faceremus, non immerito crudeles iudicaremur.

[1] *Ipsa pietas.*] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas par. In 1. par. dicitur, quod quidã hæretici volebant accusare vel testificari cõtra Cæcilianum virũ honestum. super hoc Bonifacius Papa consuluit Augustinum, vtrum fieri posset, & respondet quòd non. Et hoc sit eis vt corrigãtur & reuertantur ad ecclesiam matrem, & quòd bonum sit eis corrigi: & quòd non sit desistendum à correctione, & disciplina malorũ, probat quinque exemplis, s. medici, patris domini, Imperatoris Theodosij, & eripientis homines de domo ruitura. In 2. par. respon. cuidam quæstioni Donatistarum dicentium, Vos vultis vt redeamus, sed non possumus retinere dignitates nostras. Et respon. Aug. hoc verum esse de iure: aliquando tamen secus fit dispensatiue, & præcipue vbi scandalum timetur, quia sicut sunt duo genera inserendi arbores, sic sunt duo genera reciendi hæreticos. Secũda pars incipit ibi, *Item si inquiunt.*

2 Pol. l. 7. ti. 5 Anſ. l. 12. c. 61.

†*potestate*] orig.

3 7. q. 6. schismatis.

k ¶ *Testimonium.*] in hoc quod ẽ mortuus in vnitate [a] ecclesiæ. sed quidam hæretici volebant eũ post mortem accusare de hæresi, vt 24. q. 2. sane profertur. ver. Item si vera sunt. sed non erant recipiendi etiã in crimine hæresis, cum ille bonæ opi. fuit, vt 2. q. 1. in primis. hæreticus autem bene reciperetur contra hæreticum, vt 2. q. 7. si hæreticus. Ioan.

†*quo*] orig.

a Et secũdũ hoc expõephibet testimonium ex hoc, s. qđ fidẽ traditam à Deo habuit & seruauit, & dic cui, s. Cæciliano.

4 Cod. Theod. l. 16. tit. 5 c. 21. & 65.

l ¶ *Perdiderunt.*] 1. q. 7. non potest. Ioan.

m ¶ *Potestatem.*] quam nõ habebat ecclesia, cum &nouella adhuc esset. sed postea quando cœpit dominari principibus, vt j. e. di ſplicet. & c. non inuenitur.

n ¶ *Ac fidem.*] ecclesię conseruandam.

o ¶ *Intrare.*] ideſt, redire ad ecclesiam.

p ¶ *Sed quare.*] q. d. nõ est cõsiderandum qd fiat: sed qua de causa fiat, vt j. e. q. 8. occidit. & ff. de fur. verũ. similiter nõ est cõsiderandũ qd fiat, sed quo animo fiat, vt 15. q. 6. c. 1. in fi. q. d. cogantur ire ad commodũ ipsorum, s. ad conũiuium de quo agitur in Euãgelio. 56. di. sponsus. ẽ. e. cũ *in lege.*

b Et nisi faceremus crudeles iudicaremur, vt j. sequitur ibi puto, &c. ex hoc qđã dicũt hoc elici ar. qꝰ qlibet tenetur aliũ à morte tpali liberare si pt. ẽ. e. q. 3. nõ inferenda. vbi de hoc. Arc.

q ¶ *Legem.*] quam habes. C. de hær. Ariani.

r ¶ *Si duo.*] Tres enim ponit casus. Primo sic: duo sunt in domo ruitura: & ambos possum[s] liberare: ad hoc tenemur [b], licet sint inuiti. Secundo sic: duo sunt in domo vna: & si vnum liberamus, alter vult se necare. Tertio sic, multi sunt in domo vna, & non nisi vnus liberari potest.

Source : BIU Cujas

Porro [a], ſi vnus illorum nobis diceret, quando intraueritis eruere nos, me metipſum continuo trucidabo: alter autem nec exire qui dem inde, nec erui vellet, ſed neque necare ſe auderet, quid elige remus, vtrum ambos ruinæ oppri mendos relinquere, an vno ſaltem per miſericordiæ noſtram operam liberato, alterum non noſtra [b] culpa, ſed ſua potius, interire? Nemo eſt tam infelix, qui nõ, quid fieri in talibus rebus oporteat, facillime iudicet. *Item poſt pauca.* ¶ Quòd ſi plurimi eſſent in domo ruitura, & inde ſaltem vnus liberari poſſet, atque id, cum facere conaremur, alij ſeipſos præcipitio necarent, dolorem de ceteris noſtrum de vnius ſaltem ſalute conſolaremur: non tamen, ne ſeipſos alij perderent, perire vniuerſos nullo liberato [c] permitteremus. Quid igitur de opere miſericordiæ, quod pro vita æterna adipiſcenda, & pœna æterna vitanda hominibus debemus impendere, iudicandum eſt, ſi pro ſalute iſta non ſolum temporali, ſed etiam breui ad ipſum exiguum tempus liberanda ſic nos ſubuenire homi nibus ratio vera & benigna compellit [d]. *Item infra.* ¶ [1] Si (inquiunt Donatiſtæ) oportet, vt nos extra eccleſiam, & aduerſus eccleſiam fuiſſe pœniteat, vt ſalui eſſe poſſi mus, quomodo poſt iſtam pœnitentiam apud vos clerici, vel etiã epiſcopi permanemus? Hoc non fieret, quoniam reuera (quod fatendum eſt) fieri non deberet [e], niſi pacis ipſius compenſatione [f] ſanarentur. Sed ſibi hoc dicant, & multo maxime humiliter doleant, qui in tanta morte præciſio nis iaceant, vt iſto quodam vulne re matris catholicæ reuiuiſcant. Cum enim præciſus ramus inſeritur, fit aliud vulnus [g] in arbore, quo poſſit recipi, vt viuat, qui ſine vita radicis peribat: ſed cum re ceptus recipienti coaluerit: & vigor conſequetur, & fructus: ſi autem non coaluerit, ille quidem areſcit, ſed vita arboris permanebit. Eſt enim & tale inſerendi genus, vt nullo pręciſo ramo qui intus eſt, ille, qui foris eſt, inſeratur: non tamen nullo, ſed vel leuiſſimo arboris vulnere. Ita ergo & iſti cum ad radicem catholicam veniunt, nec eis quamuis poſt erroris ſui pœnitentiam honor clericatus, aut epiſcopatus aufertur, fit quidem aliquid tamquam in cortice arboris matris contra integritatem ſeueritatis: verumtamen quia neque qui plãtat eſt aliquid neque qui rigat, ad Dei miſericordiam precibus fuſis, coaleſcente inſitorum pace ramorum charitas cooperit multitudinem peccatorum. *& paulo poſt.* ¶ [2] Verum in huiuſmodi cauſis, vbi per graues diſſenſionum ſciſſuras nõ huius, aut illius hominis eſt periculum, ſed populorum ſtrages iacent, de trahendum [h] eſt aliquid ſeueritati, vt maioribus malis ſanãdis charitas ſincera ſubueniat. Habeant ergo iſti de præterito deteſtabili errore, ſicut Petrus habuit de mẽ dacij timore [i], amarum dolorem, & veniant ad eccleſiam Chriſti veram, ideſt matrem catholicam: ſint in illa clerici, ſint epiſcopi [k] vtiliter [l], qui cõtra illam fuerunt hoſtiliter. Non inuidemus, immo amplectimur, optamus, hortamur, & quos in viis, & in ſepibus inuenimus, intrare cogimus, & ſic [m] non dum quibuſdam perſuademus, quia non res eorum [n], ſed ipſos quærimus.

licet ad ſuum damnum habeant. Secunda pars incipit ibi, *Neque enim ſacramenta.*

a ¶ *Porro.*] Secundus caſus.

b ¶ *Non noſtra.*] Licet enim aliquis ſeipſum interimat ꝓpter nos: dummodo nos iuſte moueamur: non tenemur nos, vt ī. ea. qu. 5. cum homo. & c. d occidendis. & 47. diſtin. quod ad nos.

c ¶ *Liberato.*] id eſt, non minus aliquem liberare teneris, licet omnes alij ſe perderent.

d ¶ *Compellit.*] "Ergo videtur quòd omnibus ſit præceptum vt denuntient crimina delinquentium: ſed hoc intelligas tãtum de prelatis, vel de canonica denuntiatione vt 2. qu. 1. ſi peccauerit.

"denuntiatio canonica omnibus præcipitur.

e ¶ *Non deberet.*] de iure communi.

f ¶ *Compenſatione.*] id eſt, vt alij facilius redeant ad eccleſiam cum vident aliquos reuerſos tolerari in ſuis ordinibus.

g ¶ *Vulnus.*] Dupliciter inſeritur ramus arbori, vt de conſecra. diſt. 5. numquam. tũc dicuntur duo vulnera infligi arbori, ideſt, eccleſię, quando ille qui fuit deſtitutus, reſtituitur: & alter qui ſubſtitutus fuit, remouetur. ſecundo modo quãdo nullus fuit ſubſtitutus: & illud dicitur leue vulnus.

a Pannor. in prolog. c. 13

h ¶ *Detrahendum.*] ſic 44. di. comeſſationes. & diſt. 50. vt conſtitueretur.

i ¶ *De mendacij timore.*] ideſt, de mẽdacio timoris.

k ¶ *Epiſcopi.*] ſ. diſt. 12. nos conſuetudinem. contra.

l ¶ *Vtiliter.*] non intelligas quòd Augu. hic reſtituat epiſcoposde poſitos: ſed docet qd fieri poſſit [a].

a Nam ſolus Papa reſtituit. 2. qu. 6. ideo.

m ¶ *Et ſic.*] ideſt, propter res eorum.

n ¶ *Non res eorum.*] vt 1. q. 7. c. 1. & 2.

QVid *faciet.*] Casys. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte quæſiuit Fauſtus ab Auguſtino an eccleſia debeat corrigere hæreticos & obſtinatos. Et reſpondet quòd ſic ex dilectione corrigendi, ad inſtar medici, qui ex dilectione ſanãdi phreneticos ligat, & lethargicos excitat. In ſecunda parte quæſiuit an ſacramenta hæreticorum ſpernere debeamus. Et reſpondet quòd non: ſed tantum errorem. Sacramẽta enim in quibus nobiſcum concordãt, & quę acceperunt ſicut & nos, bona ſunt,

A ¶ Theodoſius.] *Anſelmus habet vt Gratianus: ſed propria verba B. Auguſtini, vbi de reprimenda rabie Donatiſtarum agit, ſunt hæc:* Quod eo modo fieri aliquatenus arbitramur, ſi legẽ piiſſimæ memoriæ Theodoſij, quam generaliter in omnes hæreticos promulgauit, vt quiſquis eorum epiſcopus, vel clericus, vbilibet eſſet inuentus, decem libris auri mulctaretur, expreſſius in Donatiſtas, qui ſe negabant hæreticos, ita confirmarent, vt non omnes ea mulcta ferirentur. *& cætera quæ ſequuntur.*

Idem Feſto, epiſt. 167.

¶ Medicinali ſeueritate mali cogantur ad bonum. C. XXV.

QVid † faciet hic eccleſiæ medicina [o], ſalutem omnium materna charitate conquirens, tamquam inter phreneticos [p] & lethargicos æſtuans? Numquid contemnere, numquid deſiſtere vel debet vel poteſt? Vtriſque ſit, neceſſe eſt, moleſta: quia neutris eſt inimica. Nam & phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari: ſed perſeuerat diligentia charitatis phreneticum caſtigare, lethargicum ſtimulare, ambos amare. Ambo offenduntur, ſed ambo diligũtur. Ambo moleſtati, quamdiu ægri ſunt, indignantur: ſed ambo ſanati gratulantur. *& infra in eadem.* ¶ Catholici eſſe non incipiunt [q], niſi hęretici eſſe deſtiterint. Neque enim ſacramenta eorum nobis inimica ſunt, quæ cum illis nobis ſunt communia [r]: quia non humana ſunt, ſed diuina. Proprius error eorum eſt auferendus, quem male imbiberunt, non ſacramenta, quæ ſimiliter acceperunt: quæ ad pœnam ſuam portant & habent, quanto indignius habent: ſed tamen habent.

o ¶ *Medicina.*] id eſt, correctio.

1. Cor. 3. 1. Petr. 4.

p ¶ *Inter phreneticos.*] id eſt, ad modum phreneticorum ſæuientes.

2 Diſt. 50. vt conſtitueretur. "Virtutem ingreditur qui malitiã egreditur.

q ¶ *Incipiunt.*] "egreſſus enim malitiæ, virtutis operatur ingreſſum. 32. q. 1. cũ renuntiantur. hæc tamen non eſt concedenda: ſi aliquis incipit eſſe bonus: non tamẽ perfectus definit eſſe malus. de pœ. di. 2. forte. & c. ſi ſermo.

r ¶ *Communia.*] de cõſecra. diſt. 4. non in vobis. no. ſ. 1. q. 1. ſacramenta.

ECCE. Hæc eſt 4. pars q. in qua probat Gratia. quòd vindicta non eſt inferẽda, ſupple ſcilicet amore vlciſcendi, ſed tantum amore iuſtitię, ſcilicet cum peccant in Deũ: cum autem peccant in nos, parcere debemus. & hoc probat p tres auctoritates. Io. de Fan.

Casvs. Cõcludit Gra. ex ſupradictis, quòd crimina ſunt punienda vbi ſchiſma & ſcandalum non timetur: hac tamen diſcretione ſeruata, vt multitudinem delinquẽtium per patientiam expectemus. ad pœnitentiam vero paucorum peccata ſunt punienda, vt ceteri terreantur. Et hoc probat exemplo Chriſti, q Samaritanos expectauit ad pœnitẽtiam, quos Apoſtoli volebant cõburere igne celeſti. & ad hoc inducit ſeq. c.

3 Pol. l. 7. tit. 5. Anſel. l. 9. c. 56.

† *Quid igitur hic faciat*] orig.

4 *Ecce quòd crimina ſunt punienda, quando ſalua pace eccleſiæ feriri poſſunt: in quo tamen diſcretio adhibenda eſt. Aliquando enim delinquentium multitudo diu per patientiam ad pœnitentiam eſt expectanda: aliquando in paucis eſt punienda [4], vt eorum exemplo ceteri terreantur, & ad pœnitentiam prouocentur. Hinc, cũ diſcipuli cæleſti igne Samaritanos vellent conſumere, prohibiti ſunt: & Samaritani ad pœnitentiã ſunt expectati, vt Chriſto prædicante cõuerterentur ad fidẽ.*

4 Concord. tex. in l. aut facta. §. fi. ff. de pœ. cum vul. concor. Luc. 9.

Quòd

Source : BIU Cujas

QVod Christus.] Casvs. Discipuli Christi volebant ignem de cælo mittere super Samaritanos, quia eum non recipiebant: sed Christus hoc non permisit, expectans Samaritanos ad pœnitentiam: " nec tamen Apostoli in hoc peccabant: quia legem sequebantur, ad instar Phinees qui Hebræum & Madianitam coeuntes interfecit: & ad instar Heliæ, ad cuius preces ignis de cælo descendit, & consumpsit nuntios Achab regis: aliàs Ochoziæ.

" Apostoli vindictam desiderâtes an peccauerunt.

a ¶ *Discipulos.*] Iacobum & Ioânem, quos præmisit in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent sibi hospitium.

Lu.9.

b ¶ *Ad correctionem.*] profit vindicta: vel valeat disciplina.

c ¶ *Peccant.*] j. ead. ca. vindicta. contra vbi videtur quod Apostoli odio desiderauerunt vindictam. Sed dic quòd non peccabant in re quam volebant: sed in modo volendi. 22. q. 2. §. Abraham. Vel dic quod peccabant: sed dicuntur nō peccasse: quia lex hoc permittebat, scilicet punire inimicos. s. ead. qu. cum in lege[a].

Io.4. Num.25. 4.Reg.1.

a Et 22. q. 2. si qs p vetus. & hoc ē qđ dt Azo. non peccant. sc. ita qđ inde puniātur à lege. vt dici scđm Gof. q peccabant inspecta perfectiõe Euãgelij, ñ peccabãt inspecto rigore iuris.

d ¶ *Et Phinees.*] Historiam habes 2. q. 7. itē cum Balaam.

POTEST. Casvs. supra dictū est quod Apostoli fuerunt prohibiti à combustione Samaritanorum, quia Dominus volebat eos ad pœnitentiam expectare. Nunc dicit G. quòd hoc potest etiam aliter intelligi. Nam Apostoli propriam iniuriam vindicare volebãt: quod non est faciendum. Iniuria vero domini inulta relinqui non debet. Et hoc probat ex emplo duorum, scilicet Petri & Pauli. Nã Petrus licet contumelias sibi illatas cum gaudio susciperet, Ananiam tamen & Saphiram Deo mentientes morte percussit. Similiter & Paulus magnum Elymam & Corinthium fornicatorem, quia in Deum deliquerant, puniuit.

1 j. e. c. si illic. §. obiciuntur. Luc.9. Matth.5. Act.5. Act.13.

e ¶ *Multimoda.*] quam fecit in illa prolixa lectione: Libenter sufferetis: vbi narrat suas passiones, & reuelationes suas. 1. Cor. 5.

f ¶ *Elymam.*] Historiam habes 45. dist. §. Salomon. Ioan.

Vnde Ambrosius ait libro 7. commentariorum ad c. 9. Lucæ.

¶Non semper in eos, qui peccant, vindicta est exercenda. C. XXVI. 10

QVòd [Christus] discipulos[a] increpauit, quia ignem super eos descendere cupiebãt, qui ipsum non receperant, ostenditur nobis non semper in eos, qui peccauerint, vindicandum: quia non numquam amplius prodest clementia, tibi ad patientiam, lapso ad correctionem[b]. Denique Samaritani citius crediderunt, à quibus hoc loco ignis arcetur: nec discipuli peccant[c], qui legem sequuntur. Sciebant enim & Phinees[d] reputatũ ad iustitiam, quia sacrilegos interemerat, & ad preces Heliæ ignem descendisse de cælo, vt prophetæ[A] vindicaretur iniuria. 20 30

A ¶ Vt prophetæ.] *Hæc sunt addita, quoniam referuntur ab ipsomet Gratiano j. ead. cap. si illic.* 40

Potest in hac prohibitione Apostolorum illud intelligi. [1] *Apostoli non zelo iustitiæ, sed amaritudinis odio ob iniuriam suæ expulsionis vindicandam Samaritanos igne voluerunt consumere: Dominus autem volens eos iniuriam propriæ personæ cum patientia & gaudio tolerare, iniuriam vero seruitutis diuinæ non inultam relinquere, ait* [*Nescitis, cuius spiritus estis?*] *Hinc etiam Petrus, qui cum aliis audierat* [*Beati eritis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersus vos: gaudete in illa die, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis*] *contumelias sibi illatas cum gaudio susciebat: peccata vero, quæ in Deum committebantur, acerrime puniebat. Vnde Ananiam & Saphiram spiritui sancto mentientes mortis sententia perculit. Sic etiam Paulus dum à suo contemptu pia admonitione, & multimoda* [e] *commodatione sui Corinthios reuocaret, magnũ illum Elymam* [f], *qui crediturus à fide retrahebat, cæcitate percussit: vt cæteri perterriti prædicationem eius non impedirent, sed in Christum credentes animæ cæcitatem effugerent. Et Corinthium illum fornicatorem, quia in Deum peccauerat, Satanæ ad vexandum tradidit. Hinc etiam Gregorius scribit Ianuario episcopo reprehendens eum, quòd ob iniuriam propriæ* 50 60 70

INter querelas.] Casvs. Ianuarius episcop' propter iniuriam sibi illatam Isidorum virum clarissimum anathematizauit: super quo cum querelã deposuisset, scripsit G. Ianuario: & reprehendens eum, præcipit sibi vt talia decætero nõ præsumeret: alioquin puniretur. Seq. c. patet. 80

g ¶ *Conquestus.*] Auditur ergo ille qui conqueritur se iniuste excommunicatum: & hoc secũdum vetera iura, vt 11. q. 3. si episcopus. Vel dic quod tunc auditur talis cum euidenter constat de iniusta excõmunicatione, vt ext. de ap. solicitudinem. aliàs non auditur, nisi cũ dicit excommunicationem esse nullam, vt extr. de sent. excom. per tuas. Io. Hodie recurretur super hæc ad nouellam. B.

" Eps iniuriantē sibi ñ põt excõicare.

h ¶ *Propriæ.*] " Ergo episcopus non potest excommunicare aliquem pro iniuria sibi facta, vt hic, & j. e. q. 5. de occidendis. nec enim potest esse iudex in causa sua[b], vt 4. q. 4. c. 1. Sed cõtra. j. e. Guilisarius. & 2. q. 7. si quis erga. sed distinguas vt ibi no. per id quod est 63. dist. Salonitanæ. Io. 90

b Concord. tex. in l. Iulianus. ff. de iu. om. iu. & l. extat. cum concord. C. vnde vi.

SI *is qui.*] Casvs. Ostendit Grego. hic quod ea quæ in nos committuntur, facile relaxare debemus: ea vero quæ in Deum committuntur, non facile, sed cum magna discretione dimittere debemus: non tamen sine pœnitẽtia: quod si secus fiat, Deum offendimus. Sequens §. patet.

personæ quemdam excommunicauerat, dicens libro 2. indict. 10. epist. 34.

¶Pro iniuria propria episcopo aliquem excommunicare non licet. C. XXVII.

[2] INter q̃relas multiplices Isidorus vir clarissimus à fraternitate tua frustra se excommunicatũ, anathematizatumque conquestus ℈ est. Quod ob quam rem factum fuerit, dum à clerico tuo, qui præsens erat, voluissemus addiscere, pro nulla alia causa, nisi pro eo, quòd te iniuriauerat, factum innotuit. Quæ res nos vehementer affligit: quòd sic facta est, nihil te ostendis de cælestibus cogitare, sed terrenam te conuersationem habere significas: dum pro vindicta propriæ [h] iniuriæ (quod sacris regulis prohibetur) maledictionem anathematis inuexisti. Vnde de cætero omnino esto circumspectus, atque solicitus, & talia cuiquam pro defensione propriæ iniuriæ tuæ inferre denuo non præsumas. Nam si tale aliquid feceris, in te scias postea vindicandum.

Hinc idem in homiliis, ostendens, quòd peccata, quæ in Deum, vel proximum committuntur, à nobis punienda sunt: ea vero, qui bus in nos delinquitur, patienter vel tolerada, vel potius dissimulanda sunt, ait.

¶Valde offendit, qui dominica debita impune dimittit. C. XXVIII.

SI is, qui prælatus est, debitori [i] Dominico culpas impune dimittit, non mediocriter profecto offendit[k], qui debita cælestis regis & Domini sua præsumptione resoluit. Ea namq;, quæ in nos committuntur, facile possumus [1] dimittere: ea vero, quæ in Deum commissa sunt, cũ magna discretione, nec sine pœnitentia[m] debemus relaxare.

5 *Semel vero culpa dimissa recidiuo † dolore iterum ad animum reuocari non debet.*

" iniuriam nobis factã tenemur dimittere. an tẽamur remittere.

" iniuriam ecclesiæ illa tã an possit eam remittere. argu. ext. de his quę fiunt à prę. l. cum Apostolica.

" Eps pcurator dr ecclesiasticarũ rerũ: iõ illius cõditionem deteriorẽ facere nõ pt.

i ¶ *Debitori.*] id est, ei qui in Deum delinquit. & est si. extr. de sentent. excom. contingit. 2 Pol. l. 7. ti. 1

k ¶ *Offendit.*] vt j. si ea. nam culpa est quandoque relaxare vindictam, vt 28. dist. quia sunt culpæ.

l ¶ *Possumus.*] " immo iniuriam nobis factã tenemur dimittere. C. de episc. & cler. si quis in hoc. versus finem. Iniuriam, id est, rancorem: vel iniuriam, id est, satisfactionem iniuriæ non tenemur remittere, vt 90. dist. si quis contristatus. immò bene facit qui prosequitur iniuriam sibi factam, vt 45. di. & qui emendat. & j. e. q. 5. de occidendis. nam reipublicæ interest pœnas non facile dimitti, vt C. de pœn. si operis. & j. ea. est iniusta. 45. dist. sed illud. sic ergo per pactum possum[o] remittere in quantum nostrum priuatum commodum tangit: sed in quantum tãgit commodum aliorum nõ possumus, vt ff. de pact. iurisgentium. §. vlt. & est simi. 63. dist. Salonitanæ. sic nec filius potest remittere id quod debetur patri: nec tutor debitum pupilli, vt C. de pac. pactum. & l. seq. nec præses debitum ciuitatis. C. de transact. præses. Sed numquid episcopus potest remittere iniuriam illatam ecclesiæ? Videtur quòd sic: quia iniuriarum actio non est in bonis nostris ante litẽ contest. vt ff. de iniur. iniuriarum. " vnde episcopus prẽter consensum capituli potest eam remittere. argu. ext. de his quę fiunt à prę. l. cum Apostolica. cum enim episcopus sit pater, vt 95. distinct. esto. & pater possit remittere iniuriam factam filio, vt ff. de iniur. sed si vnius. §. filiofamilias. ergo episcopus potest. sed non credo quòd solus episcopus possit illam remittere. " nam episcopus procurator dicitur ecclesiasticarum rerum, vt 12. quæstio. prima. capit. vlt. vnde cum sit procurator, condition ecclesiæ non potest facere deteriorem, vt extra de donat. c. 2.

m ¶ *Sine pœnitentia.*] interiori, scilicet cordis contritione, sine qua cõditionem nulli datur venia, vt 24. q. 2. legatur. & j. ea. est iniusta. 50. dist. si quis diaconus. habita ergo cordis contritione potest sacerdos partem vel totum remittere secundum qualitatem personæ, loci, & temporis, vt 26. q. 7. de his.

SEMEL VERO. Hæc est quinta pars q. in qua probat, quòd peccata semel dimissa iterum non sunt punienda. Ioan. de Fan.

Si illic

Source : BIU Cujas

Si illic.]Casvs.Hug.sic ponit hunc casum.Stephanus male tractauit quemdam alium:sed dicebatur,quod ei de illa offensa satisfecerat,ille vero negabat.Scribit ergo Gelasius quibusdam episcopis vt super hoc cognoscant: & si inuenerint quòd Stephanus satisfecerit,& ille remiserit,non reuocent quod factũ est:quia peccata dimissa in vltionem redire non debent.Si vero inuenerint nihil esse factum, studeant pro posse ad componendum inter eos.si hoc non potuerint facere, procedãt ordine iudiciario: & iudicio diffiniant causam, punientes culpam vbi inuenerint. Bene.eodem fere modo posuit casum: sed H.melius.

Vnde Gelasius Geruntio, Ioanni,Germano,& Petro episcopis.

¶Iniuria,cum semel remittitur, iterum reuocari non debet. C. XXIX.

SI illic,vbi hæc acta sunt [a], præsentibus vtrisque constiterit& satisfeciſſe Stephanum,& supplicatione [b] susceptа, eum, qui male tractatus est, ignouisse, semel in ablatione remissa punitio recidiuo† [c] dolore non debet iterari: diuinæ† scilicet imitatione clementiæ,quæ dimissa peccata in vltionem redire non patitur [d]. Sin vero nihil vel de satisfactione probabitur,vel de remissione transactum [e], dilectionis vestræ sermone monstretur : quatenus, siue nunc saltem poterit competens satisfactio prouenire,illud potius exerceatur, vbi animum sanare possit afflicti [f] : siue irremissibiliter [g] perstet [h] acerbitas,ibidem nihilominus vindicetur, vbi plectibilis est orta præsumptio.

6 *Sed obiicitur*[i] *illud Ambrosij*[1] *Ad preces Heliæ ignis descendit de cælo,vt prophetæ vindicaretur iniuria.*]*Quod tunc intelligitur factum,quando Achab*†[k] *rex Israel post sterilitatem illam trium annorũ,& sex mensium, quæ facta est, quando precibus Heliæ clausum est cælum annis tribus,& mensibus sex, misit duos quinquagenarios ad Heliam, qui dicetent ei* [*Homo Dei, rex Israel vocat te: qui ait, si homo Dei sum,descendat ignis de cælo,& consumat vos:& statim ignis descendit de cælo,& consumpsit eos.*] *Quo facto*[l] *non cuius meriti apud Deum esset voluit ostendere, sed quòd ille esset verus Deus, quem colebat,non ille, ad cuius culturam stupro proprij corporis Iezabel nonnullos prouocabat, euidentissimis indiciis monstrare curauit. Iniuria ergo prophetæ non alia, quàm iniuria Domini ipsius intelligitur: quæ in paucis vindicanda est, vt ceteri terreantur.*

Item obiicitur illud Siluerij Papæ ad Amatorem episcopum.

¶ Apostolicus anathematizauit eos, qui cum ceperant,vel qui deinceps episcoporum aliquem ceperit. C. XXX.

GVilisarius [A] patritius noster mandauit [m] me ad se venire pacifice pro quibusdam ecclesiasticis dispositionibus in palatium Pincis: & ad primum & secundum velum [n] retinuit omnem clerum, & populum, qui mecum veniebat, & nullum permisit introire,nisi me solum,& Vigilium diaconum nostrum †. Me vero [o] vi retento, & ante prædictam [B] patritiam deducto miserunt in exilium:in quo substentor modo pane tribulatiõis, & aqua anguſtiæ. Ego tamen propterea non dimisi, nec dimitto officium meum: sed cum episcopis, quos congregare potui, eos, qui talia erga me egerunt,anathematizaui [p],& vnà cum illis Apostolica & synodali auctoritate statui,nullum vmquã taliter decipiendum, sicut deceptus sum:& si aliquis deinceps vllum vmquã episcoporum taliter deceperit, anathema marantha [q] fieret in cõspectu Dei, & sanctorum Angelorum.*Idem Vigilio.*¶Habeto ergo cum his, qui tibi consentiunt,plenæ damnationis sententiam,sublatumque tibi nomẽ, &munus ministerij sacerdotalis [r] agnosce spiritus sancti iudicio & Apostolica à nobis auctoritate damnatus.

Sed & hic non suam,sed ecclesiæ iniuriam

Item obiicitur illud Siluerij Papæ ad Amatorem episcopum.] Hoc ideo obiicitur, quia Siluerius Papa Amatorem episcopum ordinauit, qui Vigilium diaconum ad Papam Agapitum missum, ab eo excommunicatum, ordinauit. Vnde Siluerius postea ab Imperatore Iustiniano in exilium missus, ibi defunctus est. Hic ergo obiicitur, quia Papa Siluerius iniuriam Agapiti Papæ vindicare non curauit. Sed ideo non vindicauit, quia ipse Agapitus Papa Vigilium excommunicauit, & ipse Siluerius Papa Amatorem ordinauit. Vnde Siluerius Papa iniuriam non vindicauit, sed potius iniuriam Dei: ostendens esse verum Deum quem colebat.

i ¶*Sed obiicitur.*] contra illud quod nullus debet iniuriam suam vlcisci.

k ¶*Achab.*] Confundit historiam. non enim Achab misit illos quinquagenarios, sed rex Ochozias:nec etiam illud contingit tempore Achab, sed illud contingit sub Ochozia [b].

l ¶ *Quo facto.*] soluit obiectionem.

ITEM OBIICITVR. Casvs. Adhuc obiicit quòd propria iniuria vindicãda est. Et ad hoc inducit sequentia c.

Gvilisarius.]Casvs.Guilisarius patritius mandauit Siluerio vt ad se veniret in palatium Pincis : qui cum intrare vellet cum multitudine clericorum &laicorum,solus cum Vigilio diacone proditore permissus est intrare:clero & populo retento ad primum & secundum ostium cameræ palatij : vbi captus missus est in exilium:in quo exilio captiuus tenebatur. Ipse tamen cum episcopis, quos potuit congregare, anathematizauit Guilisariũ cum complicib. suis: & quicumque decetero talia fecerit, sit anathema marantha, ideſt,separatus à collegio sanctorũ in aduentu Domini secundo.Vigilium vero diaconem cum suis fautoribus non solum anathematizauit, sed etiam deposuit.*Sacerdotalis*: quod habiturus erat,vel sacerdotalis, id est, clericalis.

m ¶ *Mandauit.*] Hic mandare ponitur pro rogare:sicut alibi ponitur rogare pro mandare,vt 11.q.3.rogo.

2 Pol.l.1.tit. 7. Ans.l.12. c.8.& 9.

b Sub.cuius filius fuit Achab.vt leg. 4.Reg. 1 pr. &3.Reg.vlt.

†*al.rediuiuo* † eadẽ fere verba hñr j. de pœ. dist. 4.c.diuina.

" Pctm̃ per pœnitentiã purgatũ, an possit in accusationem deduci.

1 s.ea.quod Christus.

a Adde ad hoc glos. & Bar.i l.si maritus.§.si ne gauerit. ff. ad leg. Iul. de adul.

†*Ochozias filius Achab* 4.Reg.1.

" iniuria duob⁹ mod. remittitur.

a ¶*Acta sunt.*]ibi enim est agenda, vt 3.qu.6. ibi.

b ¶*Supplicatione.*] Bene dicit, supplicatione:quia si nõ per preces, sed propter pecuniã remitteretur iniuria,infamis esset: nisi hoc fieret auctoritate iudicis, vt ff. de his qui no.infa.furti.§.pactus.

c ¶*Recidiuo.*] " Argu. quòd ex quo quis est absolutus, vel postquam pœnituit, ꝙ amplius de illo crimine accusari non potest, vt extr. de accus. de his criminibus. & 2.q.1.prohibentur. similiter qui iurauit se non accusaturum aliquem, nõ potest eum accusare [a], vt extra de accusa. veniens. licet possit denuntiare crimen suum, vt extr. de iureiurand. quemadmodum.in fin. immo eo ipso quòd quis dicit se nolle accusare, non admittitur accusans, vt ff. de adulte. si maritus. §. si negauerit. immo tacite renuntiat quis accusationi suæ,extra de his quæ fiunt à maio. par. capit. ex ore.in fin. & extra de off. dele. gratum. " Hoc autem scias ꝙ iniuria duobus tollitur : vel remissione, vt hic: vel dissimulatione: & secundum hoc si iniuria illata est per metum, anno vtili abolet ur, vt ff. quod metus cau. si cum exceptione. §.1.si alio modo inferatur,tollitur continuo anno.inst.de iniur.in fi.C.de iniur.si nõ conuitij. Si autẽ non reuocatur statim iniuria ad animum,amplius agi non potest, vt ff. de in iur.non solum.§.1.& inst.de iniur.§.vlt.

d ¶*Non patitur.*]De hoc agitur j.de pœ.dist.4.diuina.& est hic argumentum, quòd post pœnitentiam non potest quis accusari. De hoc not.33.q.2.admonere.

e ¶*Transactum.*]iudicis auctoritate intelligas:quia sine eius auctoritate non licet transigi pro iniuria illata, vt ff. de his qui not. infa. furti.

f ¶*Afflicti.*]id est,iniuriati.

g ¶*Irremißibiliter.*] ideſt,si non vult dimittere iniuriam, non enim cogitur ad hoc,vt notaui s.c.prox.

h ¶*Perstet.*]ideſt,persistat.

SED OBIICITVR. Hæc est sexta pars quæstio.in qua probat quod iudices merentur in correctione subditorum, si tamen formam canonicam non excedant. Et hoc probat per 7.cap. Ioan. de Fant.

Casvs. Supradictum est quòd aliquis propriam iniuriam vlcisci nõ debet. Nunc vero probat contrarium exemplo Heliæ, ad quem cũ Achab rex Israel post sterilitatem trium annorum & sex mensium,

A ¶Guilisarius.] *In tribus vetustis exemplaribus,ex quibus caput hoc restitutum est Siluerio. (antea enim tribuebatur Siluestro) legitur* Bellisarius. *sed, quia est initium capitis, non est mutatum.*

B ¶Prædictam patritiam.] *Sic mutatum est ex ipsa epistola,& vita Siluerij,vbi hæc patritia vocatur Antonina. Antea legebatur,* prædictum patritium.

n ¶*Velum.*]ideſt,cameram vel ostium.

o ¶ *Me vero vi retento.*] qui hoc modo includit clericum, licet alio modo non iniiciat manus in eum violentas, est excommunicatus, vt ext.de sen. excom.cum desideres.in parte decisa.

p ¶*Anathematizaui.*] supra ead.cap.inter querelas.contra. Sed dic quòd hæc iniuria contingit ecclesiam [c].64.distinct.Salonitanæ.Vel hic non erat superior iudex.40.distinct.si Papa.potest tamen iudex corporalem infligere pœnam pro offensa sua, vt 45. distinct. & qui emendat.

q ¶*Marantha.*]Dicitur marantha aduentus Domini. si.24.q.3. §.sed qui.ideſt,vsque ad aduentum Domini sit excommunicatus, supple nisi pœniteat.sic 27.q.1.de viduis.

r ¶*Sacerdotalis.*]ideſt,clericalis,arg.quod alicui aufertur quod non habet,vt 5.q.6.iusta.27.q.2.§.ex his omnibus.

SED ET HIC. Casvs. Soluit nunc Gratian.obiectionem de facto Siluerij, dicens quod Siluerius non est propriam iniuriam vltus : sed iniuriam ecclesiæ. Postea prosequitur secundum membrum illius §. Ecce. vbi dicitur quod delictum paucorum est puniendum, vt ceteri terreantur. Sed quia hoc non probauerat : ideo nunc probat quod peccatum paucorum est puniendum quinque exemplis. & hoc si peccata sint manifesta. sed si occulta sunt, non debent

c Vt j.§.1. vel dic qđ vbi fit iniuria Papę manifesta, põt eã vindicare,vt hic. Si est occulta, põt de ea facere inqri. C. si qsimp. ma.l.j.sedm Inno.qui de hoc satisno. extr. de ver. sig.ex parte de hoc ét satis not. Ber. ext. de cler. malef.l.1.

Source : BIU Cujas

debent puniri. eo exemplo quo Christus non puniuit Iudam. & ad hoc vltimum sequens capitu. inducitur, cuius casus est planus. Ita quoque ordina litteram, non habet potestatem obicere quem scit reum.

a ¶ *Quod autem*] Dicit s̃. in ca. quid faciet. in §. ecce quòd crimina. quòd quandoque delinquentes sunt patienter expectandi: & illud membrum executus est. dixit enim quod crimen quando que in paucis est vindicandum, vt ceteri terreantur.

† *al. puniendum*

Exod. 32.

b ¶*Vituli.*] 45. di. disciplina.

Num. 25. «Phinees Hebræum occidit.

c ¶ *Vna die.*] " dum Phinees occidit Hebræum coeuntem cũ Madianita, quam historiam habes 2. quæ. 7. §. item cum Balaam.

Num. 11.

d ¶ *Murmurationis.*] quando Iudæi murmurabant in deserto propter carnes. volebant enim sibi constituere ducem, & reuerti in Aegyptum. 90. dist. alienus.

3. Reg. 18.

c ¶ *Baal.*] Hanc historiam habes 1. q. 1. cum scriptura.

Io. 12.

f ¶ *Quòd vero peccata.*] istud spectat ad illud supra eod. §. his ita respondetur, sunt quædam.

g *Si quis.*] ¶ *Non habet.*] quia non est eius iudex.

h ¶ *Immunis est.*] à peccato participationis: nec imputatur ei si tacet, cum non possit illud probare. 2. q. 7. plerumque, licet autem iudex sciat aliquem criminosum, nõ ideo statim potest eum à se abiicere, vt 6. qu. 2. si tantum.

x s̃. 2. q. 1. de manifesta. ver. vt S. Ambrosius. Cap. l. 5. c. 244.

i ¶ *Sine accusatore.*] Excipiuntur casus positi 2. qu. 1. de manifesta.

SIMILITER. Casvs. Dictum est supra, ꝙ cum peccata sint occulta, non est sententia ferenda. Nunc vero ostendit Gratia, idem esse faciendum quando multitudo est in causa: vel peccans sociam habet multitudinem. & ad hoc inducit seq. c.

2 Iuo ĩ. plog. Pan. ĩ. plog. c. 15. 16. 17.

Non potest.] Casvs. Parmenianus dicebat quod cũ multitudo, vel ille qui habet sociam multitudinem, est in scelere, qui corrigi non potest, fugiendum est tunc. Sed Augustinus docet non esse fugiendum, sed dolendum & gemendum: quia tũc misericordia Dei necessaria est: & cum facultas prædicandi se obtulerit, non est cessandum à generali increpatione: & maxime cum videmus populum affligi mortalitate & fame, & alia mala peste.

Ezech. 9.

" Vindicta rõe multitudinis relaxatur.

a Sic vbi timetur periculũ. s̃. e. cũ quisque.

vltus est. Quòd autem a *peccatum populi in paucis vlciscendum* † *sit, Moyses exemplo suo docuit: qui peccatum idololatriæ in paucos cultores vituli* b *vindicauit, morte paucorum expians peccata multorum, in præsens terrens, in posterum disciplinam sanciens. Sic & ipse peccata totius populi morte paucorum puniuit: dum pro fornicatione totius populi vna die* c *xxiiij. millia perierunt. Sic & pro peccato murmurationis* d, *vel tentationis nonnulli puniti sunt, vt eorum exemplo ceteri ad pœnitentiam cogerentur. Sic & quotidie nonnullos punit Deus, vt diuina prouidentia etiam circa humana vigilare cognoscatur: & nonnullos etiam per longa tempora ad pœnitentiam expectat, vt patientiam suæ benignitatis nobis ostendat. Sic etiam Helias culturam Baal* e *vindicauit, sacerdotes & prophetas eius interficiendo, morte auctorum expians peccata imitantium populorum. Quòd vero peccata* f, *quæ publicis indiciis deseruntur, punienda non sint, illo exemplo probatur, quo Christus, qui Iudam solus furem nouerat non abiecisse, sed patienter tolerasse asseritur.*

Vnde Ambrosius super primam epistolam ad Corinthios, c. 5. ait.

¶Iudicis non est sine accusatore damnare. C. XXXI.

1 SI quis potestatẽ non habet g, quem scit reum, abiicere, aut probare non valet, immunis est h: & iudicis non est sine accusatore i damnare: quia & Dominus Iudam, cum A fur esset, quia nõ est accusatus, minime abiecit.

A ¶Cum fur.] *Addita hic sunt aliquot verba ex originali.*

Similiter non est ferenda sententia, quando multitudo est in causa, vel quando ille peccat, qui sociam habet multitudinem.

Vnde Augustinus in lib. 3. cap. 2. contra epistolam Parmeniani.

¶Quod à multitudine peccatur, vel ab eo, qui multitudinem habet sociam, ab ecclesia non punitur, sed deletur. C. XXXII.

2 NOn potest k esse salubris à multis correptio, nisi cum ille corripitur, qui non habet sociam multitudinem l. Cum vero idem morbus plurimos occupauerit, nihil aliud bonis restat, quàm dolor, & gemitus: vt per illud signum m, quod Ezechieli sancto reuelatur, illæsi euadere ab illorum vastatione mereantur. *& infra.* ¶Reuera, si contagio peccandi multitudinem inuaserit, diuinæ disciplinæ seuera misericordia n necessaria est. Nam consilia separationis o & inania † sunt, & pernicioſa, atque sacrilega, quia impia, & superba sunt †, & plus perturbant infirmos p bonos, quã corrigant animosos malos. *& infra.* ¶Turba autem iniquorum, cum facultas q est in populis promendi sermonem, generali r obiurgatione ferienda est: & maxime, si occasionem, atque opportunitatem præbuerit aliquod flagellum desuper Domini, quo eos appareat pro suis meritis vapulare.

3 *Præcepta* s *vero Euangelica de dilectione inimicorum, & misericordia impendenda proximis, exhortationes quoque Apostoli de cibandis vel potandis inimicis non eatenus intelligenda sunt, vt peccandi † relaxetur impunitas: sed vt delinquenti correctio, & naturæ ministretur subsidium: donec per sententiam iudicis, adẽpta spe correctionis, malorum tollatur exercitium. In hoc ergo iubemur diligere inimicos, & misereri eorum, vt de eorum perditione doleamus, eorum salutem desideremus, & pro eorum correctione quotidie laboremus, & oremus, pœnitentibus solatia impendamus, alter alterius onera portantes, non, vt pertinaces, & in malo persistentes impunitate donemus. Sicut enim erga pœnitentes non seueri, sed misericordes esse monemur iuxta illud* [*Noli* A *esse nimis iustus: quia est iustus, qui perit in iustitia sua.*] *& iterum* [*Iudicium sine misericordia erit ei, qui non fecit misericordiam.*] *& item illud Apostoli in secunda epistola ad Corinthios* [*Cui aliquid donastis* v, *& ego. Nam & ego, si quid donaui, propter vos donaui. ac † si ipse Christus donaret, vt non circumueniamur à Satana. Non enim ignoramus cogitationes eius*] [*Qui quos nequit consentiendo decipere, facit nimis asperos,*] *sicut, inquam, pœnitentibus, vt dictum est, misericordes esse iubemur, sic impœnitentibus, & obstinatis in malo misericordiam impendere prohibemur.*

Vnde Ambrosius sermone 8. in psal. 118. ver. 2.

A ¶Noli esse.] *Gratianus non refert ipsa prorsus verba Ecclesiastis. Ea enim sic habent,* Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ, iustus perit in iustitia sua, & impius multo viuit tempore in malitia sua. Noli esse iustus multum, neque plus sapias, quàm necesse est, ne obstupescas.

¶De iusta, & iniusta misericordia. C. XXXIII.

4 ESt iniusta x misericordia. Denique in lege y scriptum est de quodam [Non misereberis illius.] Et in libris regnorũ legis, quia Saul postea contraxit offensam, quia miseratus est Agag hostium regem, quem prohibuerat

m ¶ *Signum.*] scilicet Thau.

n ¶ *Misericordia.*] ex seueritate procedens.

Additio. vel dic seuera misericordia, i. Dei vltrix correctio. Goffr. quasi dicat Deo vltio relinquitur: quia homo non potest.

o ¶ *Separationis.*] ideſt, excommunicationis.

p ¶ *Infirmos.*] qui facile scandalizantur. † *al. immania*

q ¶ *Cum facultas.*] id-est, cum non contemnetur ei[9] prædicatio. † *al. fiunt* nam si nõ proficit, potius tacere debet. 11. q. 3. quando.

r ¶ *Generali obiurgatione.*] 8. q. 1. quid autem.

PRAECEPTA. Casvs. Dictum est supra, ꝙ mali in pace & sine scandalo sunt puniendi & corrigendi: sed quia hoc videbatur contrariũ dictis euangelicis & Apostolicis, quæ ponuntur in superiori §. ex his omnibus, q est versus principium quæstiõis, vbi dicitur ꝙ debemus esse misericordes inimicis, & eis benefacere: ideo nunc Grat. soluit hanc contrarietatem, dicẽs ꝙ illa dicta sunt intelligenda vt peccãtib. relaxetur impunitas: & si sunt incorrigibiles, debemus eis alimenta ministrare, & dolere & gemere: donec inuenta opportunitate per iudicẽ puniantur. Si autem corrigibiles sunt, debemus eis misereri: & nõ esse nimis seueri contra eos: quod probatur auctoritatib.

s ¶ *Præcepta.*] posita in superiori §. ex his omnibus.

t ¶ *Noli esse.*] hę auctoritates sunt expositæ 2. q. 8. §. his ita respondetur.

v ¶ *Donastis.*] loquitur ibi Apostolus de Corinthio, qui ad pœnitentiam rediit: & petiit Apostolus vt reciperent ipsum: & remitteret ei offensam, & est simile 35. q. 9. c. veniam.

3 s̃. e. hæc autem.

Luc. 6. Rom. 12. † *al. peccanti*

Gal. 6.

Eccl. 7.

Iac. 2.

2. Cor. 2.

† *in persona Christi*] ori. Gl. interl. ibi.

E *St iniusta.*] Casvs. Ostẽdit Ambrosius in hoc c. quod prælatus ecclesiæ nõ debet inconsulte peccantem reconciliare: nec semper est ei parcendum, licet audiat eum iudex lacrymari. Et hoc probat quattuor rationib. s. auctoritate veteris testamẽti vel legis: s. in Deuteronomio de quodam præuaricatore qui inuitabat homines ad idololatriam: & exemplo Saulis & Latronis incorrigibilis & aspirantis ad exitia multorum: qui seruari nõ debet. & exemplo iudicis, qui debet condemnandum, & absoluere absoluendum.

4 Anſ. l. 13. c. 33. Poly. l. 6. tit. 21. Deut. 19. 1. Reg. 15.

x ¶ *Est iniusta.*] sic iustitia quandoque dicitur esse falsa, vt 45. di. vera. nam sæpe vitia vitutes se esse mentiuntur. 41. dist. sæpe.

y ¶ *In lege.*] ideſt, Deuteronomio: vbi scriptum est de illo qui inuitat alios ad idololatriam. nec acquiescas ei: non audias eum, nec misereris eius: sed statim occidas eum, vt j̃. e. q. 5. si audieris.

a ¶ *Diuina*

Source : BIU Cujas

a ¶*Diuina.*]Si. ff.dep.si hominem.& ff. de dol.eleganter.§.item Labeo.inst.de lege Aqui.in fi.

« iudex lacrymis flecti ñ debet.

b ¶*Et lacrymis.*]"iudex non debet moueri ad lachrymas calamitosorum, vt ff.de of.præsi.obseruandam.& de pœ.di.3.sunt plures.

c ¶*Tradit.*]occasionaliter.

d ¶*Si gladium.*] Sed quare hic redarguit ecclesia iudicem qui gladium reprimit: cũ aliàs petat Aug. reos non occidi[a], vt j.q.5. c.1. & ca.de occidendis? Sed dicas hic loqui de incorrigibilibus: ibi de corrigibili bus.sic j.e.qu.5. proposit.

† *At qui, si quis latronis*]orig.

a Præterea ecclesiastic[a] iudex liber audit sollicitos ,p salute. 35.q.9. veniã. vbi đ hoc.in fi. & adde qđ le. & no.9.dis. salus qppe.

e ¶ *Periculo.*]propter hoc verbum quidam hic dixerunt, quòd in criminali causa nõ esset mitius agendum cum reo, quàm cum auctore:quod non cõcedo,vt 35.q.9.veniã. in fin.

†al.*Denique*

f ¶*Communionis.*] rerum quibus suspẽsus est:non intelligas hoc de sententia excommunicationis. nam ibi propter periculum non est differenda absolutio.nam quandoque fit absolutio à iudice non suo.vt extra de sent. exc. sacro. & ext.de ap.qua fronte. nisi velis intelligere in eo casu quãdo propter cõtumaciam detinetur aliqs diutius in excommunicatione.11.q.3.qui iubente.

g ¶ *Facilitas.*] verum est quòd de iure non dat,sed de facto sæpe dat:& sic non ob.1.q. 7.exigunt.

†al.*facilitate*

NE *amisso.*] Casvs. Dicitur in hoc c.quod iudex prę termissa discretione in mala causa pauperis misereri non debet: quia si iudex paupertati eius parcit, reddit eum nequiorem, cum videat sibi iustum fauere. *Amisso,* id est, dimisso, & derelicto. *Iudicio,* id est, discretione. *Saccello,*

1 Ex gl.ord. ibi. ideſt, paupertati corporis vel pecuniæ.

h ¶*Iudicio.*]ideſt,ordine iuris.

†al.*commisso*

i ¶*Saccello.*] ideſt paupertari.Ioan.

DVo *ista.*]Casvs. Ostendit Aug. in hoc cap. quod duo sunt nomina:homo, scilicet & peccator: & in eo quod aliquis est homo,est ei misereũdum:in eo quod est peccator,est corrigẽdus:quia homo nõ liberatur à morte nisi puniatur in eo delictum : & huic officio correctionis inuigilare debet quilibet qui nomen habet & officium corrigẽdi,quod probatur vij.exẽplis, scilicet episcopi,pauperis,& diuitis,mariti,patris,iudicis& regis : quorum quilibet corrigere debet de-

2 Beda Gal.6

3 Pol.l.6.tit. 21. Ansl.l3. c.71.

†*omnis*] vera lectio.

sentẽtia diuina[a] seruari. Itaque†, si quis latronem filiis deprecanti bus motus,& lacrymis[b] coniugis eius inflexus absoluendum putet, cui adhuc latrocinandi aspiret affectus,nonne innocentes tradit[c] exitio,qui liberat multorum exitia cogitãtem?Certe si gladium[d] reprimit,vincula dissoluit,cur laxat exilio , cur latrocinandi, qua potest clementiori via non eripit facultatem,qui voluntatem extorquere non potuit ? Deinde†inter duos,hoc est,accusatorẽ &reum, pari periculo[e] de capite decernẽtes,alterum,si non probasset,alterum,si esset ab accusatore conuictus, non id, quod iustitiæ est,iudex sequatur: sed dum miseretur rei,damnet probantem : aut dum accusatori fauet,qui probare non possit,addicat innoxium:non potest igitur hęc dici iusta misericordia. In ipsa ecclesia , vbi maxime misereri decet,teneri quàm maxime debet forma iustitię,ne quis à communionis[f] consortio absten tus[A],breui lacrymula,atq; ad tempus parata,vel etiam vberioribus fletibus communionem , quamplurimis debet postulare temporibus , à facilitate†sacerdotis extorqueat. Nonne,cum vni indulget indigno,plurimos facit ad prolapsionis contagium prouocari? Facilitas[g] enim veniæ,incẽtiuum tribuit delinquendi.

A ¶ Abstentus.] *Antea legebatur,* à consortio communionis vel criminationis abstractus. *Emendatum est & hoc,& multa alia ex ipso originali.*

*Item Augustinus in libro psalmorum, ps.*32.[1]

¶Non debemus in mala causa pauperi misereri. C. XXXIIII.

NE amisso † iudicio[h] sis pauperi in mala causa misericors,cuius si parcis saccello[i] ,percutis cor,& tanto nequiorem reddis,quanto iustũ sibi fauere videt.

¶*Fere eadem sunt in glossa ordinaria in ps.* 32.*ad ver.* Diligit misericordiam,*ex B. Augustino collecta sententia.*

Idem.[2]

¶Homini est miserendum , peccatori irascendum. C. XXXV.

DVo ista nomina cum dicimus, homo peccator, non vtique frustra dicuntur.Quia peccator est,corripe,quia homo[k] est, miserere : nec omnino liberabis hominẽ, nisi eum persecutus fueris peccatorem.Huic officio[l] nominis†[m] inuigilet disciplina,sicut cuique regenti apta,& accommodata est,non solum episcopo[n] regẽti plebem suam,sed etiam pauperi regenti domum suam, diuiti regenti familiam[o] suam,marito[p] regenti coniugem suam,patri regenti prolem suam,iudici regenti prouinciam suam,regi regẽti gentẽ suam.*& paulo post.*¶Ita,nulli homini claudenda est misericordia: nulli † peccatori impunitas relaxanda est.[4] Hinc itaque maxime intelligendum est , quàm non sit contemnenda eleemosyna , quæ quibusque[q] pauperibus iure humanitatis impenditur:quãdoquidẽ Dominus subleuabit indigentiam pauperum etiam ex his loculis,quos ex opibus implebat aliorum.*& paulo post.*¶Non ergo suscipiamus peccatores , propterea quòd sunt peccatores,sed tamen eos ipsos , quia & homines sunt, humana cõsideratione tractemus: persequamur in eis propriam iniquitatem : misereamur communem conditionem.

¶*Initium huius capituli habetur in sermone* 94.*&* 109.*de tempore,& hom.*6.*in lib.*50.*homiliarum. Verum integrum est apud Bedam in com.epistolæ ad Galatas,c.*6.

Item illud Euangelij, quod obiiciebatur [5 *Qui gladio vsus fuerit, gladio cadet.*] *Augustinus exponit in* 22.*lib. contra Faustum Manichæum,c.*70.*ita dicens.*

¶Quis dicatur gladium accipere. C. XXXVI.

6 ILle gladiũ†accipit[r] ,qui nulla superiori, ac legitima potestate[s] vel iubente, vel concedente in sanguinem alicui[9] armatur.

7 *Porro illud Hieronymi*[t]*, quo ecclesia negatur aliquem persequi , non ita intelligendum est, vt generaliter ecclesia nullum persequatur:sed quòd nullum iniuste persequatur. Non enim omnis persecutio culpabilis est: sed rationabiliter hæreticos persequimur:sicut & Christus corporaliter persecutus est eos,quos de templo expulit.*

*Vnde Augustinus ait Vincentio,ep.*48.

¶Potestatis officio vtiliter inquieti corriguntur. C. XXXVII.

8 NImium sunt inquieti Donatistæ[A], quos per ordinatas à Deo potestates[B] cohiberi,atque corrigi mihi non videtur inutile. Nam de multorũ iam correctione gaudemus.*Item infra.* ¶Si enim quisquam inimicum suum periculosis febribus phreneticum factum currere videret in præcipitium† , nonne tũc potius malum pro malo redderet:si eum sic currere permitteret : quàm si corripiendum, ligandumque curaret? Et tamen tunc ei molestissimus, & aduersissimus videretur,quan-

m ¶*Nominis.*] i.secundum quòd aliquis nominatur vel prælatus vel pater, vt ostendit per exempla.

n ¶*Episcopo.*] Ex hoc c. & ex illo ſ.e.ita cõsueuit dici ꝙ illud, Si peccauerit i te frater tuus , ad solos illos spectat, q ex potestate aliqua possunt puniri:sed certe hic non loquitur de denuntiatione , sed tantum de correctione:ad quam etiam alij tenentur, qui enumerãtur hic. nam & vicinis tenetur corrigere vicinũ suum, vt j.e.q.5. non putes. "Item quilibet tenetur alium occulte corrigere, vt extra de hęr.cum ex iniuncto.circa fi.

o ¶*Familiam.*] C. de emen.propinquor. l. vna.&33. q.2.placuit.

p ¶*Marito.*]ſ.7.q.1.sicut alterius.

q ¶*Quibusque pauperibus.*]ſ.42.dis.quiescamus.Ioan.

ITEM ILLVD. Casvs. Dictum est ſ. ꝙ possumus persequi peccatorem. sed cõtra hoc obiicitur ab hęreticis auctoritas Euangelij. Qui gladio , &c. Sed hãc auctoritatem determinat Aug. in seq. c. cuius casus planus est.

5 ſ.e.tres psonas.in fi.

r ILle *gladium accipit.*]iniuste.

s ¶*Potestate.*]Nam potestas gladij tantum à principe habetur , vt ſ.e.q.1.militare. & q. 2.c.1.

6 Iuo p.10. c.110. Pann. l. 8.c.44.

†*vtitur gladio*]orig.

PORRO.Hæc est 7. pars q. in qua probat magister per 13.auctoritates, ꝙ omnino iudices malos corrigere debent:alioquin pœna eorum imputabitur eis.Io.de Fan.

7ſ.e. qui secundum.

Casvs. Dictum est ſ. in c.qui secundũ carnem.ꝙ aliquem persequi nõ debemus. Sed dicit nunc G. ꝙ hoc nõ est generaliter verum, ꝙ ecclesia nullũ persequatur:sed ꝙ iniuste nullũ persequatur. Nam iuste hæreticos persequimur &alios peccatores, & sic Christus persecutus fuit illos, quos de tẽplo eiecit.

8 Pol.l.7.c.6 Ansel.l.12. c.55.

t ¶*Illud Hieronymi.*]ſ. e. qui secundum carnem.

NImium sunt.]Casvs.Hoc c.diuiditur in duas part. In prima innuitur quòd Vincentius Donatista conquerebatur,quòd Christiani ipsum persequebantur iniuste: sed Augu. ostendit ꝙ ipsum

†*al.præceps*

Source : BIU Cujas

ipsum iuste psequuntur,& hoc ꝓbat 9.rationib. q̃ ī ipsa littera patent,& 4.exẽplis,ſ. prophetarũ, Christi, & Apostolorũ,& Imperatoris. In 2.parte dr̃, ꝙ nullius crimen nocet nescienti:qa facta malorũ q̃ ꝓbari ñ pñt, nõ coinquinant quẽquã: nec deserẽdi
15.5.q.5.c.2. sunt boni pp malos: sed mali sunt tolerãdi pp bonos. Secũda ps inci.ibi,*Certe nullius.* Prima rõ incip.ibi, *Si*
†al.voluntaria *enim.* Secunda ibi,*At enim quibusdam.*Ter-
Prouerb.27. tia ibi,*Itẽ post aliqua.* Quarta ibi, *Meliora.* Quīta ibi,*Melius.*Sexta ibi,*Utilius.*Septima ibi, *Item post pauca.* Octaua ibi,*Et cum noueritis.*Nona ibi,*Item si semper.* Exempla satis patent.

a ¶ *Non omnis.*] s̃.5.q.5.non omnis.

b ¶*Tollitur.*]s̃.ea.duo
Matth.22. contra.
Luc.14. c ¶*Cogi.*]s̃.45.dis.c.2.
Act.9. contra. Sol. ab initio nemo cogẽdus est ad bonũ,sed aliqs cogitur perseuerare in eo qđ incepit, vt j.e.q.5. ad fidem. nec obuiat quod dr̃ de Paulo qui
a Vt j.e.displicet.ver.si vero. & c.q nos.vers.miram.nãDñs eũ elegit.32 q.5.si Paul⁹. ab initio fuit coact⁹a. nã hic arg. à minor.i. ex quo Paulus ab initio fuit coactus, ergo alij possunt ex post facto cogi.

d ¶*Et mali.*]vt Ismael Isaac,& Saul,Dauid.
Psal.100. e ¶*Boni malos.*] vt Helias qnquagenarios.

f ¶*Et propheta.*] vt Moyses Aegyptum, vt s̃.ea.q.3.non in inferenda.

g ¶*Nocẽdi causa.*]q.d. plus causam facti q̃ factum cõsiderabimus,
†illi]orig. vt j.ead.q.8.occidit.

h ¶ *Constituit.*] C.de
bTu dic ꝙ le gẽCõstãtini hære.Arriani[b]. Ioan. de Fant.

i ¶ *Certe.*] s̃.ea.quàm
hoc exp̃sse dicẽtẽ ñ habemus:christiano tñ q magnum.

fit Iudæus hanc pœnã imponit, vt C. de apo.l. 1.Arc. 3.Reg.18. Matth.17. Ioan.2. Act.16. 1.Cor.5. Donatus sup hoc conquerebatur,quattuor modis obiiciẽdo Augustino. Primo obiiciebat dicens ꝙ hoc fieri sibi non debuit: qa nemo cogi debet ad bonum. Aug.vero huic obiectiõi rñdet, dicẽs.hoc non esse verum, cũ multi cogantur ad ẽpatum donec de nolentib. fiant volẽres. Secũdo obiiciebat, ꝙ Deus dedit homini liberũ arbitriũ, & ideo nullus debet cogi ad bonũ. sed redo vtilissimus, & misericordissimus extitisset.Sed plane salute reparata tanto ei vberius gratias ageret,quanto sibi eum minus peperciſſe sensisset.*& post pauca.* ¶ At enim quibusdam ista nõ prosunt. Nũquid ideo negligẽda est medicina : quia nonnullorum est insanabilis pestilentia ? *Item post aliqua.* ¶'Nom omnis [a] ,qui parcit,amicus est : nec omnis,qui verberat, inimicus.Meliora sunt vulnera amici,quam blãda†oscula inimici. Melius est cũ seueritate diligere, quam cum lenitate decipere. Vtilius esurienti panis tollitur [b] ,si de cibo securus iustitiã negligebat, quàm esurienti panis frangitur, vt iniustitiæ seductus acquiescat. *Item post pauca.* ¶ Putas neminem debere cogi [c] ad iustitiam:cum legas patremfamilias dixisse seruis: [Quoscumq; inueneritis, cogite intrare :] cum legas etiam ipsum primo Saulũ,postea Paulũ ad cognoscendã & tenendã veritatem magna violentia Christi cogentis esse compulsum.*Item post pauca.* ¶Et noueris aliquando furẽ auertẽdis pecoribus pabulũ spargere,&aliquando pastorẽ flagello ad gregẽ pecora errãtia reuocare. *Item infra.* ¶Si semper esset culpabile persecutionem facere, nõ scriptũ esset in sanctis libris[Detrahentẽ proximo suo occulte, hũc persequebar.] Aliquando ergo & qui eam patitur,iniustus est:& qui eam facit,iustus est.Sed plane semper & mali [d] persecuti sunt bonos,& boni persecuti sunt malos [e] :illi nocendo per iniustitiam,isti† consulendo per disciplinã:illi immaniter,isti temperãter : illi seruientes cupiditati,isti charitati.Nam qui trucidat, nõ cõsiderat quẽadmodum laniet:qui autẽ curat, considerat quemadmodum secet. Ille enim persequitur sanitatẽ,iste putredinem. Occiderunt impij prophetas, occiderũt impios,& prophetæ[f].Flagellauerũt Iudęi Christũ,Iudęos flagellauit & Christus: traditi sunt Apostoli ab hominibus potestati humanę:tradiderũt & Apostoli homines potestati satanæ.In his omnibus quid attenditur, nisi quis eorũ pro veritate, quis pro iniquitate,quis nocendi causa [g] ,quis emẽdãdi?*& paulo post.* ¶Constãtinus Imp.primus cõstituit [h] ,vt res conuictorum,& vnitati peruicaciter resistẽtium fisco vẽdicarẽtur.*& post pauca.* ¶Certe [i] nullius crimen maculat nescientem.*Item infra.* ¶ [2] Facta nocẽtium, quæ innocẽtibus demonstrari,vel ab innocẽtibus credi nõ possunt, nõ inquinant quemquam,si propter innocentiũ cõsortium etiam cognita substinentur. Non enim propter malos boni deserendi:sed propter bonos mali tolerãdi sunt, sicut tolerauerunt prophetæ eos, contra quos tanta dicebant, nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant.

a ¶ Donatistæ.] *Apud Anselmum titulus est,* Augustinus Vincentio,*Initium vero capituli est.*Donatistæ nimium,*& apud B. Augustt.* Sed Donatistæ nimium, *propterea reposita est hoc loco dictio,* Donatistæ,*inducta autem in titulo.Ibi enim antea legebatur,* Augustinus ait Vincentio Donatistæ.

b ¶ Potestates.] *Sequebatur in vulgatis,*sæculares,*quæ vox abest à plerisque vetustis,et Anselmo,& originali. Multa vero alia ex ipso præsertim originali sunt emendata.*

*Idem Donato presbytero,epist.*204.

¶ Hæretici ad salutem etiam inuiti sunt trahendi. C. XXXVIII.

[3] DIsplicet tibi, quia traheris ad salutem:cũ tam multos nostros ad perniciem traxeris? Quid enim volumus,nisi te comprehẽdi,& præsentari,& seruari, ne pereas? Quòd autẽ in corpore læsus es:ipse tibi fecisti,ꝙ iumento tibi mox admoto vti noluisti, & te ad terram grauiter collisisti. Nam vtique alius [k] ,qui adductus est tecum,collega tuus,illæsus venit,qui talia sibi ipse nõ fecit.Sed neq; hoc putas tibi fieri debuisse, quia neminẽ existimas cogẽdum esse ad bonũ. Attẽde quid dixerit Apostolus [Qui episcopatũ desiderat,bonum opus desiderat.] Et tamen tam multi vt ẽpatum suscipiant,tenẽtur inuiti [l] ,perducuntur,includũtur,custodiuntur,patiuntur quę nolũt:donec eis adsit voluntas suscipiendi operis boni. Quanto magis vos ab errore pernicioso,in quo vobis inimici estis, trahendi estis , & perducendi ad veritatem vel cognoscendam, vel eligendam,non solũ vt honorem salubriter habeatis : sed etiam ne pessime pereatis? ¶ Dicis Deum dedisse liberum arbitrium : ideo nõ debere cogi hominem nec ad bonum. Quare ergo illi, de quibus supra dixi, coguntur ad bonum? Attende [4] ergo,quod considerare non vis.Ideo voluntas bona misericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis dirigatur. Nam quis nesciat nec dãnari hominem , nisi merito malæ voluntatis: nec liberari,nisi bonam habuerit voluntatem? [4] Non tamen ideo,qui diliguntur, malæ suæ voluntati impune,& cludeliter permittendi sunt : sed vbi potestas datur, & à malo prohibendi, & ad bonum cogendi. Nam, si voluntas mala semper sue permittẽda est libertati:

spõdet Aug.contra,ꝙ licet homo liberũ habeat arbitriũ,ñ tñ sue malæ volũtati est relinquendus : qđ ꝓbat 4.exemplis,ſ.Israelitarũ,& Pauli, & patris, & negligẽtium prælatorum.Tertio obiiciebat:nõ debes me inuitũ saluare,qa sic volo errare , sic volo perire. Rñdet Aug.dicẽs, ꝙ sicut alij cõmẽdãdi sunt,&bñ fecerunt,qte đ puteo leuauerũt, in quẽ te ꝓieceras,vt ibi morereris:sic nos bñ facim⁹ si te inuitũ de erroris puteo eleuemus:ne moriaris in æternũ.Quarto obiiciebat, ꝙ nõ dẽt recedẽs ab eo inuitus teneri:qa Dñs lxx. discipulos q schisma fecerũt, abire permisit.& rñdet Aug.dicens, ꝙ tpa sunt distinguẽda. Nã tũc ecclesia nouo germine pullulabat, nec fortis erat ad puniendũ delinquẽtes: hodie aũt cũ sit fortis & potẽs,inuitũ ad bonum cogere debet.& hoc ꝓbat auctoritate Euangelij. Prima obiectio Donati est ibi, *Sed neque hoc putat.* Secũda ibi,*Dicis Deũ.* Tertia ibi , *Noli ergo tam dicere.* quarta ibi, *Repetis sicut audio.*

3 Poly.ibid. Anſ.l.11. c.57. Deusd.p.2.

o ¶*Et causam.*] Oẽs. n. circumstantiæ sunt in quirendæ, vt extra de testi. cum causam. sic 15. q. 6. c. j. ĩ fi. "qa causa facti potius est inquirẽda quàm ipsum factum, vt ibi dicitur, & ff. de fur. verum. 29. dist. sciendum.

"Facti causa est inquirenda.

Si nulla.] Casvs. Bulgari quæsiuerũt à Nicolao, vtrũ in Quadragesima à præliis est abstinendum. Et resp. q̃ in quadragesima & omni tẽpore est à præliis abstinẽdum, nisi necessitas vrgeat: quo casu omni tempore est indifferenter pugnandũ: s. pro defensiõe sua, vel patriæ, vel legum paternarum: ne homo videatur Deum tẽtare si habet aliud quod faciat.

7 Iuo p. 10. c. 65. Pann. l. 8. c. 18. Num. 25. Gen. 22. Act. 5.

p ¶*Quadragesimali.*] Vñ & Machabæi pugnauerunt in sabbato. non obstat. ext. de treug. & pa. c. 1. q̃ hic loq̃tur de defensore, ibi de oppugnatore.

q ¶*Patria.*] s̃. e. omni.

r ¶*Deum.*] s̃. 22. quæst. 2. quæritur.

cum tradidit, atque orationem post perceptum corpus super eos donauit. Deus, cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit, & coapostolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit, exaudi nos propitius, & concede, vt amborum meritis horum fidelium tuorum brachia contra inimicos sanctæ tuæ ecclesiæ dimicantia omnipotenti dextera tua corroborentur, & conualescant, vt de recepto triumpho nomen sanctum tuum in cunctis gentibus appareat gloriosum. Die vero altera, postquam prædictus Pontifex reuersus est à iam prædicta ciuitate, ipsi sceleratorum socij, siue participes (s. Agareni) iuxta littus maris Hostiensis multis cum nauibus paruerunt. Præfati autem homines super illos facientes impetum omnes superauere orationibus Apostolorum, & sancti Præsulis.

Idem Leo.

¶Vltor sui gregis Papa debet esse & præcipuus adiutor. C. VIII.

1 SCire vos oportet, quòd numquã ab aliquibus nostros homines sinimus opprimi: sed, si necessitas vlla † occurrerit, præsentialiter [a] vindicamus: quia nostri gregis in omnibus vltores esse debemus, & præcipui adiutores.

Idem exercitui Francorum.

¶Cæleste regnum à Deo consequitur, qui pro Christianorum defensione moritur. C. IX.

2 OMni timore [b], ac terrore depositio contra inimicos sanctæ fidei, & aduersarios omniũ religionũ agere viriliter studete. Nouit enim omnipotens, si quilibet vestrum morietur: quòd pro veritate fidei, & saluatione patriæ [c], ac defensione Christianorum mortuus est: ideo ab eo præmium cæleste consequetur.

Item Alcuinus.

¶Contra Longobardos, precibus Hadriani Papæ Carolus bellum suscepit. C. X.

3 HOrtatu, & præcibus Hadriani [d] Romanæ vrbis episcopi exoratus Carolus rex bellũ cõtra Lõgobardos suscepit: quod prius quidẽ & à patre eius Pipino, Stephano Papa supplicante, cum magna difficultate susceptum est.

¶*Quod hic refertur ex Alcuino, habetur in vita, & gestis Caroli magni per Eginardum scriptis. In quo libro, & apud Iuonem pro voce,* hortatu, *legitur,* rogatu.

Item Alexander Papa secundus omnibus episcopis Hispaniæ.

¶Iudæos non debemus persequi, sed Sarracenos. C. XI.

4 DIspar nimirum est Iudæorum & Sarracenorum causa. In illos enim qui Christianos persequuntur [e], & ex vrbibus, & propriis sedibus pellunt, iuste pugnatur: Hi vero vbique seruire parati sunt.

Item Ioannes octauus Demago † Duci glorioso.

¶Qui crimina, quæ potest emendare non corrigit, ipse committit. C. XII.

5 PRæterea deuotionis tuę studium exhortamur, vt contra marinos latrunculos, qui sub prætextu tui nominis in Christicolas debacchantur, tanto vehemẽtius accendaris, quanto illorum prauitate famam tui nominis obfuscatam fuisse cognoscis: quoniam licet credi possit, quòd te nolente illi nauigantibus insidientur: tamen, quia à te comprimi [f] posse dicuntur, nisi eos compescueris, innoxius nõ habeberis. Scriptum quippe est [Qui crimina, cum † potest emendare, non corrigit, ip se committit [g].]

Item Hier. ad Riparium cõtra Vigilantium.

¶Crimen punire pro Deo, non est crudelitas, sed pietas. C. XIII.

6 LEgi Syromasten [A h] Phinees austeritatem Helię [i], zelum Simonis [k] Chananæi, Petri seueritatem Ananiam & Saphirã trucidantis, Paulique [l] constantiam, qui Elymam magum viis Domini resistentem æterna cæcitate [m] damnauit. Non [B] est crudelitas crimina pro Deo punire, sed pietas. Vnde & in lege dicitur [Si frater tuus & amicus, & vxor, quæ est in sinu tuo, deprauare te voluerit à veritate, sit manus tua super eos, & effunde sanguinem eorum.]

A ¶Syromasten.] B. *Hieronymus Nu. 25. & in c. 2. Malachiæ σειρομάστην, pugionem interpretatur: tertio autem libro Reg. c. 18. & lib. 4. c. 11. hastam, velut etiam Hesychius, qui ait,* σειρομάστην *esse ὕδωρ & λόγχην.*

B ¶ Non est crudelitas.] *In editione Romana legitur,* non est crudelitas, pro Deo pietas. *In Lugdunensi vero,* non est crudelitas pro Deo, sed pietas: *lectio tamen Gratiani non videtur reiicienda.*

Item Ioannes Chrysostomus super Matthæum, homilia 17. ad c. 5.

¶Quædam in veteri testamento licebant, quæ in nouo prohibentur. C. XIIII.

7 OCcidit Phinees hominem, & reputatum est illi ad iustitiam. Abraham vero nõ solum homicida, sed etiã parricida (quod certe grauius est) effectus, magis Deo, magisque complacuit. Petrus geminũ fecit homicidium [n]: fuit tamen opus spiritale, quod factum est. Non sola igitur respiciamus opera, sed tempus, & causam [o], & voluntatem, & personarum differentiam: & quantacumque alia ipsis operibus acciderint, diligentissime inquiramus. Non enim possumus ad veritatem aliter peruenire.

Item Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum, c. 46.

¶ Necessitate instante, etiam in quadragesimalibus diebus bellum inire licet. C. XV.

8 SI nulla vrget necessitas, non solũ in quadragesimali [p] tempore, sed omni est à præliis abstinendum. Si autem ineuitabilis vrget importunitas †: nec quadragesimali tẽpore pro defensione tã sua, quàm patriæ [q], seu legum paternarum, est bellorum proculdubio præparationi parcendum: ne videlicet Deum [r] videatur homo tentare: si habet quod faciat, & suæ, ac aliorum saluti consulere non procurat, & sanctæ religionis detrimenta non præcauet.

8 Iuo p. 10. c. 93. Pann. l. 8. c. 37.

† *opportunitas*] orig. & Iuo.

Source : BIU Cujas

Petrus.] Casvs. Docet hic Greg. ꝙ Petrus Tabitham mulierem à morte suis precibus suscitauit : Ananiam vero & Saphiram Christo mentientes increpando morti dicitur tradidisse : vnde patet ꝙ talia quandoque fiunt ex potestate, quandoque ex postulatione: quia vnum fecit increpando, aliud vero fecit orando.

a ¶ *Ananiam.*] 12. q. 1. c. 2. & s. e. q. 4. ea vindicta. 17. q. 1. Ananias.

Item Gregorius in dialogo, lib. 2. c. 30.

¶ Petrus Ananiam, & Saphiram increpando morti tradidit. C. XVI.

1 PEtrus, qui Tabitham mortuam orando suscitauit, Ananiam [a], & Saphiram mentientes morti increpãdo tradidit. Neque enim orasse in eorum extinctione legitur, sed solummodo culpam, quam perpetrauerant, increpasse. Constat ergo, quòd aliquãdo hęc ex potestate, aliquando vero exhibentur ex postulatione, dum & istis vitam increpando abstulit, & illi reddidit orando.

Idem Velocimagistro militum, lib. 12. epist. 21.

¶ Beatus Gregorius quosdam hortatur, vt milites congregent, & contra hostes arma viriliter parent. C. XVII.

2 VT† pridẽ expressimus gloriæ vestræ, quia milites illuc erant parati venire : sed quoniam inimicos cõgregatos, & huc discurrere epistola vestra significauerat, hæc eos hic causa retinuit. Nunc vero vtile est visum, vt aliquanti illuc milites transmittãtur, quos gloria tua admonere, & hortari, vt parati sint ad laborem, studeat: & occasione inuenta cum glorioſis filiis nostris Mauricio, & Vitaliano loquere, & quęcumque vobis Deo adiutore pro vtilitate reip. statuerint, facite: & si huc, vel ad Rauennates partes, nec dicendum Ariulphum† cognoueritis excurrere, vos à dorso [b] eius ita sicut viros decet fortes, laborate: quatenus opinio vestra ex laboris vestri qualitate amplius in republica Deo auxiliante, proficiat. Illud tamen præ omnibus admonemus, vt familiam Maloin[A], & Adobin, Vigildi, atque Grussingi, qui cum glorioso Mauricio magistro militũ esse noscuntur, sine aliqua mora, vel excusatione relaxes [c]: quatenus veniẽtes illuc homines, prędicti viri cum eis sine aliquo impedimento debeant ambulare.

A ¶Maloin.] *Hæc nomina sunt reposita, quemadmodum habentur in codicibus epistolarum impreßis, & manuscriptis. Antiqua autem exemplaria Gratiani, & à vulgatis, & inter se valde hoc loco discrepant.*

Item eiusdem Mauricio, & Vitaliano, li. 12. epist. 23.

C. XVIII.

3 SVppliciter gloriæ vestræ per filium nostrum Vitalianum, cum quo & tractetis, & verbo, & scripto mandauimus. Vndecimo autẽ die mensis Iunij Ariulphus† hanc epistolam, quam vobis direximus, transmisit: & ideo relegentes eam videte, si in fide sua Suanenses [d], quam reip. promisere, perstiterunt: obsidesque [e] dignos, de quibus possitis confidere, ab eis percipite: & insuper eos denuo [A] [f], sacramentis obstringite, reddentes eis quod loco pigneris substulistis, & sermonibus vestris eos sanantes. Si autem manifestissime cognoueritis, eos cum Ariulpho de sua subiectione† locutos fuisse, vel certe obsides ei dedisse, sicut nos Ariulphi epistola, quã vobis direximus, dubios [g] reddidit, salubri concilio pertractantes, ne in aliquo anima vestra [B], vel nostra de sacramentis [h] grauetur, quidquid vtile reip. iudicaueritis, peragite. Sed ita faciat gloria vestra, vt neque sit aliquid, vnde possimus ab aduersariis reprehendi †, neque in quo vtilitas reip. (quod Dominus auertat) negligatur. Præterea glorioſi filij estote soliciti, quia quantum comperi, hostis [c] multitudinem habet collectam, & in [D] Marchia dicitur residere: & si huc cursum, Deo sibi irato, mittere voluerit, vos loca ipsius (quantum vos Dominus adiuuerit) deprædamini, aut certe sculpas [i] †[E], quos mittitis, solicite requirant, ne dolens factum ad nos discurrat.

A ¶Denuo.] *Abest hæc dictio à codicibus epistolarum excusis, & manuscriptis : est tamen in vetustis etiam Gratiani, & apud Anselmum.*

B ¶Vestra vel.] *Hæ duæ voces non sunt in codicibus epistolarum, sed apud Anselmum.*

C ¶Hostis.] *In epistolis beati Gregorij partim legitur,* hostem collectum habet: *partim vero,* hostis collectam habet. *Apud Anselmum vero est,* hostium collectam habet.

D ¶In Marchia.] *In epistolis impreßis est,* Narinas. *in vno autem manuscripto codice,* Narnia.

E ¶Sculpas.] *in plerisque vetustis, sicut etiam in codicib. B. Gregorij impreßis, & manuscriptis, legitur,* scultas, *quæ vox etiam apud Paulum Diaconum, & alios scriptores significat exploratores, quod vidit etiam auctor glossæ.*

In Regesto etiam legitur, quòd B. Gregorius ciuibus Thusciæ, vt contra Longobardos arma pararent, mandauit, & militantibus stipendia decreuit. Hoc ergo exemplo, & præmissis auctoritatibus claret, quòd sacerdotes, etsi propria manu arma arripere nõ debeant, tamen vel his, quibus huiusmodi officia commissa sunt, persuadere, vel quibuslibet, vt ea arripiant, sua auctoritate valeant imperare.

1 Anſ. l. 13. c. 16. Iuo p. 10 c. 67. Pann. l. 8. c. 19. Act. 9. & 5.

2 Pol. l. 7. tit. 13. Anſ. l. 13. ca. 6. Iuo p. 10. c. 90.

†*Et*]orig.

†*al. Arnulphum*

3 Poly. ibid. Anſ. l. 13. c. 8

a ¶ *Ananiam.*] 12. q. 1. c. 2. & s. e. q. 4. ea vindicta. 17. q. 1. Ananias.

1 *Vt pridem.*] Casvs. Ariulphus hæreticus eccleſiam impugnabat & infeſtabat, contra quem Velox, magiſter militiæ pugnabat: ad quẽ cum Grego. quoſdam milites mittere vellet in ſuccurſum, ſignificabat ſibi prædictus Velox, ꝙ Ariulphus verſus Romam diſcurrebat. & ideo Papa tunc milites retinuit: ſed nunc eos mittit, & hortatur ipſum Velocem vt inſimul cum Mauricio & Vitaliano aduerſus ipſum Ariulphum nonnominandum viriliter pugnet, ſiue Romam, ſiue Rauennam diſcurrere velit. & admonet eum vt quattuor familias Maloin, Adobin, Vigildi atque Gruſingi, qui cum Mauricio erant, à captiuitate relaxẽt, vt homines dicti Mauricij ſine impedimento eos reducere poſſint. Et dicit ibi, *homines*, i. nuntij prędicti, ſ. Mauricij : *cum eis*, ſ. captiuis, reducendo eos: *eiuſdem*, ſcilicet, epiſtolæ.

b ¶ *A dorſo.*] arg. ꝙ dolus contra hoſtem licite poteſt fieri, vt s. ea. q. 2. Dominus noſter. & 22. q. 2. vtilem.

c ¶ *Relaxes.*] à captiuitate. Ioan.

Vppliciter.] Casvs. Ariulphus direxit epiſtolã quandam Greg. in qua innuebat ꝙ Suanenſes, i. Beneuentani ei obſides pro ſua fidelitate dederant: quã epiſtolã Greg. mittens Mauricio & Vitaliano per quendam alium Vitalianum mandat eis, vt inquirant ſi permanſerunt in fide quam reipublicæ promiſerunt, & recipientes ab eis obſides, eos ſacramentis obſtringant. ſi autem inuenerint, ꝙ cum Ariulpho vel fœdus fecerint, vel ei obſides dederint, ſicut Ariulphi epiſtola innuere videbatur: tunc faciant ꝙ reipublicæ & ſaluti ſuæ & Papæ viderint expedire : ne ipſi & Papa de ſacramentis eorum teneantur, & hortatur eos ſi Romam diſcurrere voluerint, vt vel loca ipſius depredentur, vel mittant exploratores vt inquirant quid facere velint, ne nobis poſſint ex improuiſo nocere. Ego tamen Barth. Brix. totum hunc caſum ſub illo c. vt pridem. ſemper audiui & legi, & tu lector ſi volueris ſub vno caſu vel duobus formare poteris, ſecundum quod tibi melius videbitur.

d ¶ *Suanenſes.*] primo enim iurauerant reipublicæ.

e ¶ *Obſideſque.*] "Ergo liber homo poteſt eſſe obſes pro pace ſeruã da, non pro pecunia, vt ext. de iureiu. ex re ſcripto. argu. ad idem ff. de teſta. obſides. ff. de iure fi. diuus. Quid ergo eſt quod dicitur, liber homo nõ poteſt obligari, vt ext. de pi. c. 2. C. quæ res pi. obl. poſ. qui filios? Ad hoc dico ꝙ liber homo nõ poteſt obligari, nec habetur in eo ius pignoris : ſed tãtum ius retentionis [a]. Nam vi deo ꝙ quandoque tenetur res aliqua pro ea pecunia, pro qua nõ eſt obligata, vt C. ob chirograph. pe. l. vnica. Quod autem dicitur in illa decr. ex reſcripto. intelligo ꝙ pro neceſſitate eccleſiæ & auctoritate Papæ factum fuit. Aliàs clericus nõ poteſt renuntiare beneficio canonis illius, ſi qs ſuadente. vt ext. de ſent. exc. contingit. ea namque quæ in nos committuntur, dimittere poſſumus, ſed quæ in Deũ vel eccleſiã, minime. vt s. e. q. 4. ſi is qui.

f ¶ *Denuo.*] ergo aliqs poteſt bis iurare ſuper eodẽ negotio : vt ext. de teſt. quoties. & ff. de dam. inf. qui bona. §. pe. qđ concedo ſi ſubeſt cauſa ſuſpicionis. Io. ſed certe tãtum ſemel iuratur. & qđ dicit ibi decretalis, duplici, i. duos habẽs articulos, ſ. de auditu & de credulitate. B. "Sed ſi quis ſemel eſt periurus, amodo non eſt ab eo recipiẽdum teſtimoniũ illius : ſed alia cautio eſt ab eo recipienda, vt extr. de præſum. litteras. in fi. ex quo enim ſemel eſt periurus, præſumitur ꝙ ſemper velit peierare, vt 2. q. 7. nõ poteſt. De hoc notaui 22. q. 5. paruuli. Itẽ habes hic ꝙ plus creditur iuratoriæ cautioni, quàm pignoratitiæ, cum tamen regula iuris dicat ꝙ plus eſt cautionis in re, quàm in perſona. ff. de re. iur. plus cautionis. Io. de Fant.

g ¶ *Dubios.*] quia ſcriptum hoſtis inducit ſuſpicionem, quod eſt contra id 11. q. 3. in cũctis. adeo vt ſecundò cogantur iſti iurare.

h ¶ *De ſacramentis.*] eorum, eo ꝙ timor eſt ne labantur in periurium, vt ext. de coha. cle. & mul. clericos.

i ¶ *Sculpas.*] aliàs ſcultas, i. exploratores [b].

"Homo liber an poſſit obligari.

†*al. Arnulphus*

a De hoc ẽt not. 10. q. 2. hoc ius. in glo. quia ad profanos.

†*al. ſubditione*

†*comprehendi*]orig.

"piuri teſtimoniũ non eſt amplius recipiendũ.

†*al. ſcultas*

b Et eſt vulgare Hiſpanorũ ſicut Italici, dñt Thuſcos contra Lombardos

IN REGESTO. Casvs. Legitur in regeſto, ꝙ beatus Greg. Thuſcos contra Lombardos ſpias. I. de F.

Source : BIU Cujas

bardos inuitauit,& militantibus stipendia decreuit. Quo exemplo & præmissis auctoritatibus patet, quòd licet clerici propria manu pugnare non debeant, quoscumque tamen hortari possunt ad pugnam. postea probat contrarium per sequentia c.

SED OBIICITVR. Hæc est 3. pars q. in qua probat per quattuor aucto. quòd sacerdotes non debent pugnare, scilicet manu propria. Io. de Fant.

Reprehensibile.] CASVS. Cum Nicolaus præcepit q-busdam episcopis, vt Romam venirent, Carolus Imperator scribit ei quòd ire nõ poterant: quia cõtra maritimos pyratas die noctuque cum aliis fidelibus inuigilabant. quod Nicolaus dixit esse reprehensibile: cum hoc tantum militibus sęcularibus cõueniat. ad quod probandum inducit auctoritatem Pauli, sequens c. patet.

1 Iuo p. 5. c. 334.

2. Tim. 2.

a ¶*Orationibus.*] G. intellexit hoc c. de episcopis qui tantum leuitica portione sunt contenti, vt ĩ. prox. §. sed hæc est veritas, q̃ ideo tantum redarguuntur isti episcopi, quia citati à Papa noluerunt venire, & excusabant se propter mandatum regis. "licet enim mandato regis sit potius obediendum, quàm metropolitani, vt s. 18. di. si episcopus. tamen Papæ potius obediant, quã regi. Alij intelligunt de episcopis non habentibus regalia.

† *al. oratio-ni*]orig.

cc Regi an metropolitano potius debet obedire eps.

Si in morte.] ECCE. CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte G. breuiter epilogat contrarietates ab illo §. *His ita.* In secũda soluit dictam contrarietatem, dicens q̃ episcopi, qui feudum non habent à principibus, sed viuunt tantum de decimis, primitiis & oblationib. sæculari militia occupari non debent. Alij vero qui à principib. feuda retinent, principibus seruire tenentur. quod probat duabus auctoritatibus, s. Christi, & Pauli: nisi ab illis à quibus feuda tenent, super huiusmodi promeruerint immunitatem.

Psal. 15.

Conuenior.] CASVS. Imperator misit milites Gothos ad Ambrosium, vt præciperent sibi ex parte Imperatoris, vt

Matth. 17.

quandam basilicam sibi traderet festinanter, quam hæreticis tradere volebat. Ambrosius vero respondet, Si quod meum est peteret Imperator, non denegarem, quamuis omnia mea pauperum sunt. sed quia quæ Dei sunt postulat, in quibus Imperator potestatem non habet, potius est vt vitam mihi auferat, quàm ecclesiam sibi concedam, ad instar Nabuthæ, qui potius se permisit interfici, quàm patrimonium suum Achab Regi vendere vellet. sed cum viderem milites armatos, orabam ne ibi fieret aliqua strages, quæ verteretur in perniciem ciuitatis, nec me defendam: quia lacrymæ meæ, arma mea sunt, & si mihi liceret, libenter irem ad palatium principis, in quo episcopus conueniri non potest: sed coram iudice ecclesiastico. Et si dicatur, quòd Imperatoris sunt omnia, respondetur nõ esse verum: quia in diuinis potestatem non habet, cum scriptum est, quæ sunt Dei, Deo: quæ sunt Cæsaris, Cæsari. quod autẽ dicitur ibi quæ, scilicet scriptura. respondit per Iob, vxori Iob dicenti: Benedic Deo, & morere. turba mini, ò vos ciues. Nõ deseram vos, ciues. *Christus*, id est episcopus vel persona ecclesiastica, sed iudex ecclesiasticus. *De me*, id est, quod meum est.

Ioan. 14.

Matth. 22.

Rom. 13.

b ¶*Omnia.*] ergo omnia sunt Imperatoris, vt s. distin. 8. quo iure. C. de quad. præsc. bene à Zenone. Sed hoc intelligas quo ad iurisdictionem [a], & defensionem.

a Vel dic q̃ licet isti ita dicerẽt, ñ tñ c ¶ *Non refragaturum.*] ex humilitate istud concedit hoc dicit, aliàs bene dicit eps, siue posset refragari. Vel Ambros. ĩ. dic non refragaturũ, e. c. qa ñ est sicut pro ipsa ecclesia. verũ, q̃ oĩa Sed qualiter intelligi sint eius, l3 tur istud meum? vide videatur di tur quòd non possit cere l. C. de intelligi de rebus pro qua. p̃sc. bñ priis ipsius Ambrosij, à Zenone. propter illud quod se qa illud loquitur: sunt pauperũ. cũ non hẽt Item nec de rebus ec in ecclesiacleſiæ: quia illas non sticis, &c. posset dare, propter hoc quod sequitur circa finem. Sed dic, q̃ de propriis Ambrosij intelligitur. quod autem dicit, pauperum sunt, intellige per ca. 12. q. 1. illi qui. Nam si propria habeo, & de rebus ecclesiæ sustentor, debeo mea pauperibus erogare. 16. q. 1. quoniam quidquid. 47. dist. sicut hi. & 1. q. 2. c. pen.

d ¶*Diuina.*] diuina enim ab homine dari non possunt. 8. q. 1. plerique. trigesimatertia, quæstione 5. vna sola. in fin.

e ¶*Pro altaribus.*] "videtur, quòd prælatus mortem debeat subire non solum vbi fides vel salus ecclesiæ impugnatur, sed etiã vbi res vel claues ecclesiæ auferuntur. ar. contra. 7. quę. 1. §. hoc etiam tunc obseruandum. & s. ea. q. 5. non nostrum.

Iob 2. "plat' qñq; debet mortem subire.

f ¶ *Vendicant.*] id est, defendunt. s. 12. quæstione tertia. quicunque.

3 Poly. l. 4. tit. 15. † *al. vos*

g ¶ *Busto.*] " bustum dicitur cum res est exusta. rogus cum comburitur. pyra est congeries lignorum ad comburendum.

"Bustũ, rogus & pyra, differunt. 4 s. e. non pila.

h ¶ *Morere.*] argum. ex eo, quòd princeps præcipit aliquem eligi, quòd non valet electio, quia est iusta causa timoris; nam & timor verborum excusat, sicut dixi s. dist. 7. fuerunt.

i ¶ *Lacrymæ meæ.*] supra distinct. 36. capit. vltim. supra 16. quæstio. 3. cap. porro.

3 ¶ *Sed obiicitur illud Nicolai ad Ludouicum, & Carolum Reges.*

¶Episcopi non debent militaribus occupari negotiis. C. XIX.

1 REprehensibile valde constat esse, quod subintulisti dicendo, maiorem partem omnium episcoporum die noctuque cum aliis fidelibus tuis contra pyratas maritimos inuigilare, ob idque episcopi impediantur venire, cum militum Christi sit Christo seruire: militum vero sæculi sæculo, secundum quod scriptum est, [Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus.] Quòd si sæculi milites sæculari militiæ studeant, quid ad episcopos, & milites Christi, nisi vt vacent orationibus [a] †?

¶*Epistola, ex qua sumptum est hoc caput, extat Romæ in monasteria Dominicanorum scripta Ludouico, & Carolo Regibus: cuius initium est,* Credimus ex Dei dono, *in qua de Carolo, sermonem proprie ad ipsum conuertens, quæritur Pontifex, ob quasdam excusationes, & hanc præcipue, quæ hoc capite continetur, nullos episcopos Romam ad synodum, quam ipse habere volebat, missos fuisse. Propterea mutatus est titulus, qui antea erat,* ad Carolum Imperatorem.

Item Gregorius Papa lib. 7. epist. 1. ad Sabinianum.

¶In mortem cuiuslibet hominis episcopi se miscere formident. C. XX.

SI in morte Longobardorum me miscere voluissem, hodie Longobardorum gẽs nec regem, nec duces, nec comites haberet, atque in summa confusione esset diuisa. Sed quia Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me miscere formido.

Ecce quòd Nicolaus Papa prohibet episcopos sæculari militia occupari: nec etiam contra maritimos pyratas permittit eos ad pugnam accedere. Quomodo ergo Leo Papa aduersus Sarracenos vrbem egreditur. & vt eos procul à littore arceat, populum vndique conuocat, & suorum iniurias præsentialiter vindicat, atque cum Gregorio milites ad arma inuitat? Sed notandum est quosdam episcopos leuitica tantum portione esse contentos: qui, sicut in Dei sorte tantum numerantur, sic ipsum Deum solummodo in hereditatem accipiunt, dicentes [*Dominus pars hereditatis meæ*] *His nihil est commune cum principibus sæculi, quia temporalia penitus obiiciunt, ne eorum occasione legibus Imperatorum obnoxij teneantur. Talibus nulla occasio relinquitur occupationis sæcularis militiæ: quia cum de decimis, & primitiis viuant, tanquam filij summi regis in omni regno à terrenis exactionibus liberi sunt, ita, vt dicere valeant* [*Venit princeps huius mundi, & in nobis non habet quidquam*] *Porro alij sunt, qui non contenti decimis, & primitiis, prædia, villas, & castella, & ciuitates possident, ex quibus Cæsari debent tributa, nisi Imperiali benignitate immunitatem ab huiusmodi promeruerint. Quibus à Domino dicitur* [*Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.*] *Quibus idem Apostolus* [*Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal.*]

Vade Ambrosius ad Marcellinam sororem, epist. 33.

¶Ecclesiæ Imperatoribus non sunt obnoxiæ. C. XXI.

COnuenior ipse à comitibus, & tributis, vt basilicæ fieret matura traditio, dicentibus Imperatorem iure suo vti, eo quod in potestate eius essent omnia [b]. Respondi, si à me peteret quod meũ esset, id est, fundum meum, argentũ meum, ius huiusmodi meum, me non refragaturum [c], quamquam omnia, quæ mea sunt, essent pauperum: verum ea, quæ diuina [d] sunt, Imperatoriæ potestati nõ esse subiecta. Si patrimonium petitur, inuadite, si corpus, occurram: Vultis in vincula rapere? vultis in mortem? voluptati est mihi, non ego me vallabo circumfusione populorum, nec altaria tenebo vitam obsecrans, sed pro altaribus [e] gratius immolabor. Horrebam quippe animo, cum armatos ad basilicam ecclesiæ occupãdam missos cognoscerem, ne, dum basilicam vendicant [f], aliqua strages fieret, quæ in pernicie totius vergeret ciuitatis: orabam, ne tantæ Vrbis, vel potius totius Italiæ busto [g] superuiuerem. *& infra.* ¶Mandatur, trade basilicam, hoc est, [Dic aliquod verbum in Deum & morere [h]: nec solum dic aduersus Deum, sed etiam fac aduersus Deum. Mandatur, trade altaria Dei. [2] Vrgemur igitur præceptis regalibus: sed confirmamur scripturæ sermonibus, quæ respondit, [Tanquam vna ex insipientibus locuta es.] *& in oratione contra Auxentium.* ¶ [3] Quid ergo turbamini, volẽs nunquã ius† deseram: coactus repugnare non noui, potero dolere, potero flere, potero gemere: ad uersus arma, milites [4] Gothos quoque lacrymę meę mea arma sunt.

2 ¶*Nec*

Source : BIU Cujas

a ¶*Nec debeo.*]consulendo ex nimia perfectione loquitur. & est ar. p opinione H. sed nõ de facto hic posset resistere Imperatori: nec de iure debebat, qa timebat maius malũ: & hoc est, qđ supra tangit, ne busto, &c.

b ¶*Congruerit.*]&hoc non licet. ext. de app. qua fronte. "Et p hoc patet, q clericus citatus à laico iudice non tenetur venire ad allegandũ priuilegium, nisi dubium sit an sit clericus[a].

"clericus à laico citat⁹ venire non tenetur.

a Concord. tex. in l. si diligẽti. cum no. ff. de fo. comp.

c ¶*In ecclesia.*]2.q.2.c. vltim.

d ¶*Christus.*] hoc intelligas in casu in quo loquitur litera sequẽs: vbi, s. agitur causa fidei vel spiritualis. nã aliàs clericus in reconuentione reconuenitur in foro ciuili.

e ¶*In ecclesia.*]ẽ.2.q.2. præceptum. & 24.q.1. quoties.

Matth. 22.

f ¶*Imperiale.*] "Ecclesia enim non adstringitur legib. mundanis, vt 34. qu. 2. inter. nec potest Imperator cõdere aliquod statutum de reb. ecclesiasticis, vt 96. di. bene quidem. in fi. nisi ecclesia hoc petat, vt 17. dist. hinc etiam. vel nisi aliquid statuatur in priuilegium ecclesiæ, vt 16. q. 1. generaliter.

"Ecclesia non subiicitur legib.

g ¶*Extollere.*]ẽ.e.q.5. regum est.

h ¶*Imperatorem.*]per hęc verba q̃ sequũtur.

i ¶*Adultera.*]ẽ.21.q.2. sicut in vna.

k ¶*Hæreditatem.*]& ita dicitur hereditas viuentis. ar. contra. ff. de hær. vel act. ven. l. 1. ff. de re. iu. l. hereditas[b].

3.Reg.21.

b Et vide qđ nota. 12. q. 1. c. fi.

l ¶*Quod cum dicitur.*] sc. q Imperator sit filius ecclesiæ, vt 96. di. si Imperator.

m ¶*Auxilium.*]mutuũ enim sibi debent auxilium Imperator & ecclesia, vt ẽ.e.q.5. principes. & 96. dist. cum ad verum.

n ¶*Custodiendum.*] & ita prælatus non pót dare nisi cũ quid vtile prospiciat. ar. ff. de of. proc. Cæsaris. l. 1. §. 1. & 17. q. 4. quicũque. argu. cõtra ext. de do. c. 3. & 12. q. 2. §. item domus. & c. terrulas. Io.

Tributum.] CASVS. Vrbanus Papa ostendit in hoc c. q ecclesia Imperatori subiici nõ debet, nec Pontificalis apex: tñ de exteriorib. ecclesia constituta tributa persoluere debet. Et hoc probat exemplo Petri, qui piscem non dedit pro tributo, sed staterem quem habebat in ore piscis, qui ecclesiam vel apicem pontificalem significat: stater vero exteriora designat. *Pontificalis apex*, i. Apostolicus vel Romanus Põtifex.

o ¶*De exterioribus.*]i. non de reb. ecclesiæ. Nam ex quo semel datum est ecclesiæ, sanctum sanctorum erit Domino, vt 12. q. 2. nulli. & ẽ.e.c. conuenior. Nam quod dicitur de sarcina repẽtina. 11. q. 1. placuit. locũ habet cum episcopus spõte voluerit cũ cõsilio clericorum, alias nõ. ext. de im. ec. non minus. & c. aduersus cõsules.

p ¶*Ecclesia.*] est ergo ar. q episcopi subsunt regi. "quia tributũ est signum subiectionis. ext. de cen. omnis anima. sed illud ĩ laicis[c]. q ¶*Tributum.*]ẽ.11.q.1. magnũ. & c. si tributũ.

"Tributum est signum subiectiõis.

c Sub. qbus quo ad tpalia pśunt, ĩ clericis. ext. de maio. & obe. solitæ.

r ¶*Sed tantum stater em.*] vnde, Pisciculũ Petrus piscatur, cuius in ore inuenit staterem: gerulum[d] didrachmatis auri.

d Gerulũ dr id qđ aptũ ẽ ad portãdũ sine grauitate ponderis. Arc.

s ¶*De exterioribus.*]qa cũ onere ad eum peruenit. C. de exac. tri. si diuina. li. x. & ext. đ de ci. cũ nõ sit ĩ homine.

t ¶*Defensare.*]ergo ni si defendãt, nõ est eisdem dandum tributum. arg. 95. dist. esto.

QVAMVIS. Hæc est 4. pars q. in qua probat, q ecclesia nõ debet Imperatoribus nisi spirituale tributum. & hoc patet exemplo Pharaonis, qui tempore famis omnes possessiones subiugauit sibi, exceptis possessionibus sacerdotũ, quibus de publico salarium ministrauit. probat etiam per leges tres. Io. de Fant.

CASVS. Dictum est ẽ. in c. prox. q de exterioribus ecclesiæ tributa sunt Imperatori persoluẽda. Nunc vero ostendit Grat. q licet de ipsis exterioribus tributa soluãtur, tamen non videntur esse soluenda. Et hoc probat exemplo Pharaonis, qui interpretatur fauus Aegyptiorum: qui cum prædia priuatorum emeret, sacerdotibus necessaria ministrauit, nec suis possessionib. spoliauit, docens sacerdotes ẽbere liberos esse ab huiusmodi tributis. & ad hoc inducit sequen. leges, & c. qđ sequitur, quis ẽt, &c.

Matth. 17.

1 Adde an ecclesia teneatur ad solutionem tributorũ, no. Bar. in l. diuina. C. đ exac. trib. & not. ĩ l. 1. ĩ fi. ff. de mune. & hon.

v ¶*Emeret.*]& ita non sunt omnia Imperatoris: quia nemo p̃t rem suam emere, vt ff. de contrahen. empt. suæ rei. " & quod meum est, amplius non potest esse meum, vt ff. de except. rei iudi. & an eadem. §. actiones. extr. de fid. instr. inter dilectos.

Gen. 47.

"Meũ amplius meũ esse nõ p̃t.

x ¶*Liberos esse.*]non dixit vt redderent tributum.

In quæ

Talia enim sunt munimenta sacerdotis. Aliter nec debeo[a], nec possum resistere. *& paulo inferius.* ¶Vtinam essem securus, quod ecclesia hæreticis minime traderetur: ad palatium Imperatoris irem libenter, si hoc congrueret[b] sacerdotis officio, vt in palatio magis certarem, quã in ecclesia[c]. Sed in consistorio non reus Christus[d] solet esse, sed iudex. Causam fidei agendam in ecclesia[e] quis abnuat? Si quis confidit, huc veniat. *& in ead. epistola ad Marcellinam.* ¶Allegatur, Imperatori licere omnia, ipsius esse vniuersa. Respõdeo. Nolite grauare Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina sunt, imperiale[f] aliquod ius habere, noli te extollere[g], sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus. Scriptum est. [Quæ Dei, Deo, quæ Cæsaris, Cę sari.] Ad Imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem ecclesię. Publicorum tibi mœnium ius commissum est, non sacrorum. Iterum dicitur, mãdasse Imperatorem[h], debeo & ego vnam basilicam habere. Respondi, non licet tibi illã habere. Quid tibi cum adultera[i]? Adultera est enim, quæ non est legitimo Christi coniugio copulata. *Et in eadem oratione contra Auxentium.* ¶Nabuthe sanctum virum, possessorem vineæ suæ scimus interpellatum petitione regia, vt vineam suam daret, vbi rex succisis vitibus olus vile sereret, eumque respondisse, [absit, vt ego patrũ meorum tradam hereditatem:] regem contristatum esse, quòd sibi esset alienum ius relatione iusta negatum: sed muliebri consilio deceptum[A], morte in agrum venisse. Sanctus enim Nabuthe vites suas vel proprio cruore defendit. Si ille vineam non tradidit suam, nos trademus ecclesiam Christi? Quid igitur à me responsum est contumaciter? Dixi enim conuentus, absit à me, vt tradam Christi hæreditatem[k]. Si ille patrum hereditatem non tradidit, ego tradã Christi hereditatem? sed & hoc addidi, absit, vt tradam hereditatẽ Patrum, hoc est Dionysij, qui in exilio causa fidei defunctus est, hereditatem Eustorgij confessoris, hereditatem Myroclis, atq; omnium retrofidelium episcoporum. Respondi ego, quod sacerdotis est. Quod Imperatoris est, faciat Imperator. Prius est, vt animam mihi, quàm fidem auferat. *& infra.* ¶Tributum Cæsaris est, non negatur. Ecclesia Dei est: Cæsari vtique non debet adiici: quia ius Cę saris esse non potest tẽplum Dei. Quod cum Imperatoris honorificentia dictum nemo potest negare. Quid enim honorificentius, quàm vt Imperator ecclesię filius esse dicatur? Quod cum dicitur[l], sine peccato dicitur: cum gratia dicitur. Imperator enim bonus intra ecclesiam est, non supra ecclesiam. Bonus enim Imperator quærit auxilium[m] ecclesiæ, non refutat. *& supra in eadem oratione.* ¶Si[B] de meis aliquid posceretur, aut fundus, aut domus, aut aurum, aut argentum, id quod mei iuris esset, respondi me libenter offerre: templo Dei nihil posse decerpere, nec tradere illud, quod custodiendum[n], non tradendum acceperim. Deinde consulere me etiam Imperatoris saluti, quia nec mihi expediret tradere, nec illi accipere. Accipiat enim vocem liberi sacerdotis, si vult sibi esse consultũ: recedat à Christi iniuria. Hæc plena humilitatis sunt, &, vt arbitror, plena affectus eius, quem Imperatori debet sacerdos.

¶Caput hoc collectum est ex variis locis epistolæ ad Marcellinum, & orationis contra Auxentium de basilicis non tradendis, vt suis locis notatum est, inductis prioribus citationibus, quæ erant, & infra, atque ex iisdem locis multa sunt emendata.

A ¶Deceptum.] *In originali statim post hoc verbum sequitur,* Nabuthe vites suas.

B ¶Si de meis.] *Aptatus est hic locus, quantum licuit, ex originali.*

Item Vrbanus Papa.

¶De suis exterioribus ecclesiæ soluunt tributa. C. XXII.

TRibutum in ore piscis, piscãte Petro, inuentum est: quia de exterioribus[o] suis, quæ palam cunctis apparent ecclesia[P] tributum q reddit'. Non autem totum piscem iussus est dare, sed tantum staterem[r], qui in ore eius inuentus est: quia non ecclesia dari Imperatori, non Põtificalis apex, qui in ore capitis ecclesiæ præminet, subiici potest regibus: sed sane, vt diximus, quod in ore piscis inuenitur, pro Petro, & Domino dari iubetur, quia de exterioribus[s] ecclesiæ, quod constitutum antiquitus est, pro pace & quiete, qua nos tueri, & defensare[t] debent, Imperatoribus persoluendum est.

4 Quamuis etiam huiusmodi non videantur imperialibus exactionibus subiiciendi. Nam, cum tempore famis cunctorum Aegyptiorum terram sibi emeret[v] Pharao, atque sub eadem fame suæ seruituti cuncta subiiceret, sacerdotibus ita necessaria subministrauit, vt nec possessionibus nec libertate nudarentur, Domino ex tunc pronuntiante, sacerdotes in omni gente liberos[x] esse oportere.

Source : BIU Cujas

IN *qualibet.*]CASVS. Constantinus & Constans Imperatores statuerunt, vt clerici qui virtute aliis præminent, in omni loco perpetua gaudeant securitate, quia respublica magis augmentatur orationibus & officiis clericorum, quàm labore corporis. Sequens l. patet.

a ¶*Securitate.*] nunc inhibet tributum, sed hoc quantum ad onera personalia.

1 Cod. Theod. libr. 16. tit. 2. le. 16.

b ¶*Attentationis.*]idest, exactionis.

2 Ans. l. 4. c. 14.

SANCIMVS. CASVS. Olim cum aliquis curialis volebat donare res suas alicui ecclesiæ vel loco religioso, semper oportebat, ꝙ certã relinqueret portionem curialibus: postea vero Iustinianus priuilegium dedit ecclesiis, & aliis locis religiosis, vt siue inter viuos, siue inter mortuos curiales donarẽt ecclesiis, ex ipsis donationibus occasione legis antiquæ nihil amittant. *Obtinente*, s. lege mitigante.

tal. legis

3 ibid. l. 26.

c ¶*Sancimus.*]C. de sacrosan. eccles. l. sancimus. 2.

d ¶*Xenones.*] "Xenodochium est locus venerabilis vbi pauperes peregrini recipiũtur, "Ptochotrophiũ est locus vbi pauperes pascũtur. "Gerontocomium est locus vbi senes & valetudinarij & propter senectutem solam infirmi homines curantur. " Orphanotrophiũ est locus venerabilis in quo pueri parentibus orbati pascuntur. " Brephotrophium est locus in quo infantes pauperum aluntur[a].

"xenodochium

4 C. li. j. ti. đ sacr. ec. l. 18.

" Ptochotrophium.

"Gerontocomium.

"Orphanotrophium.

"Brephotrophium.

aVñ versus: Pascitur in Brephogeron. orphano. noso. xénoq;. Infirmus, vetulus, puer, infans, & peregrinus.

e ¶*Lucratiuorum.*]quibus quarta pars eorũ, quæ à curialibus relinquebantur, vendicabatur à fisco: exceptis relictis curialibus & cõiunctis. hoc habes C. quan. & quib. quar. pars. l. 1. & 2. lib. 10. C. de imp. luc. descrip. l. vna. eo. li. quia fiebat impositio quattuor siliquarum. C. fi lib. imper. soc. fine hær. decesserit. l. vna. lib. 10. Ioan.

5 Burc. l. 3. c. 53. Iuo p. 3. c. 56. & 195.

SEcundum.] CASVS. Statutũ fuit in concilio Parisiensi, vt ecclesia de suis agris mansо & mancipiis, quæ sibi beneficio imperiali conceduntur, de eo quod sibi datur pro sepultura, de decimis & oblationibus tributũ soluere nõ compellatur. quod si aliquis exegerit, excommunicetur, & per regiam potestatem reddere cogatur.

" Ager & mansus differunt.

b Adde qđ sit ꝓprie ager, not. ĩ l. insula. ĩ fi. & ĩ l. fi qua. ff. de ac. re. do. & ĩ l. fundi. §. vlt. ff. de ver. sign.

Vnde Constantius, & Constans hanc immunitatem dederunt ecclesiæ, dicentes[1].

C. XXIII.

[2]IN qualibet ciuitate, in quolibet oppido, vico, castello, municipio quicumque voto Christianæ religionis † meritum eximiæ, singularisque virtutis omnibus intimauerit, securitate [a] perpetua potiatur, Gaudere enim & gloriari ex fide semper volumus, sciẽtes magis religionibus, quàm officiis, & labore corporis, vel sudore nostram rempub. contineri. [3]Gratianus quoque, Valentinianus & Theodosius decreuerunt dicentes.] Vniuersos, quos constiterit custodes ecclesiarum esse, vel sanctorum locorum, ac religiosis obsequiis deseruire, nullius attentationis [b] molestiam substinere decernimus. [Imperator Iustinianus.]¶ † Sancimus [c] res ad venerabiles ecclesias, vel xenones [d], vel monasteria, vel ptochotrophia, vel brephotrophia, vel orphanotrophia, vel gerontocomia, vel denique aliud tale consortium descendentes ex qualicumque curialis liberalitate, siue inter viuos, siue mortis causa, siue in vltimis voluntatibus habita à lucratiuorum [e] inscriptionibus liberas esse, & immunes, lege scilicet, quæ super huiusmodi inscriptionibus posita est, in aliis quidem personis suum robur obtinente: in parte autem ecclesiastica, vel aliarum domuũ, quæ huiusmodi piis consortiis deputatæ sunt, suum vigorem pietatis intuitu mitigante.

Hinc etiam in Parisiensi concilio legitur.

¶De agro ecclesiastico presbyter non cogatur censum persoluere.

C. XXIIII.

[5]SEcundum canonicam auctoritatem, & constitutionem domini Imperatoris Ludouici de ecclesiastico agro, & mansо, [f] & de mancipiis, quæ ipse suis capitulis [A] constituit, vel si quilibet pro loco sepulturæ aliquid largitus ecclesiæ fuerit, de decimis [B] etiam, & oblationibus fidelium nullus quẽquam presbyterorum aliquẽ censum persoluere cogat: nec quisquam cuiuslibet ordinis, vel dignitatis exinde quidquã subtrahat, aut redhibitionem quamcumque exigat temporalem. Quod si fecerit, communione vsque ad satisfactionem priuetur, & regia potestate dare [c] cogatur.

¶*Burchardus, & Iuo parte 3. c. 56. simile quid dam citant ex concilio Meldensi, ca. 8. verum idem Iuo eadem parte ca. 175. hoc idem affert ex concilio Parisiensi, in quo videtur innouatum, quod nunc extat in concilio Meldensi, cap. 63.*

A ¶Capitulis.]*Videtur significari caput proxime sequens, quod est lib. 1. capitularium, cap. 91.*

B ¶De decimis.] *In dicto capite 63. concilij Meldensis, & apud Iuonem c. 175. legitur*, neque de decimis, & oblationibus fidelium cuiquam presbytero aliquem censum, &c. *Iuo tamen c. 56. habet vt Gratianus.*

c ¶Dare cogatur.] *In concilio est*, hoc emendare legaliter cogatur, *Iuo tamen vt Gratianus: Burchardus vero habet tantum vsque ad ver.* priuetur.

Item ex concilio Vormacien si, c. 50.[6]

C. XXV.

[7]SAncitum est, vt vnicuique ecclesiæ vnus mansus integer absque vllo seruitio attribuatur: & presbyteri in eis constituti non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de atriis vel de hortis iuxta ecclesiam positis, neque de præscripto mansо aliquod seruitium faciant præter ecclesiasticum. Et si aliquid amplius habuerint, inde maioribus † suis debitum seruitium impendant.

¶ *Abest caput hoc à plerisque vetustis exemplaribus, habetur tamen locis indicatis.*

Hinc datur intelligi, quòd de his, quæ imperiali beneficio, vel à quibuslibet pro beneficio sepulturæ ecclesiæ possidet, nullius iuri, nisi episcopi, teneatur adstricta. De his vero, quæ à quibuslibet emerit, vel viuorum donationibus acceperit, principibus consueta debet obsequia: vt & annua [h] eis persoluat tributa, & conuocato exercitu cum eis proficiscatur ad castra. Quod tamen hoc ipsum non sine consensu Romani Pontificis fieri debet.

Vnde Gelasius Papa Elpidio episcopo.

¶Absque auctoritate Romani Pontificis ad comitatum episcopi proficisci non audeant. C. XXVI.

[8]QVo ausu, qua temeritate rescribis Rauennam te parare proficisci, cũ canones euidenter præcipiant nullum omnino [i] pontificum, nisi nobis ante visis, atque consultis ad comitatum cum non sit.

" Ecclesia ĩ pdio tributario fundata, an teneatur pro illo ad tributa.

6 Ext. đ cẽs. c. sancitum.

7 capit. l. j. c. 91. Bur. l. 3. c. 52. Iuo p. 3 lis locis, quæ sunt extra atrium, habebit Imperator tributum, non autem de loco vbi est ecclesia [c], sed per hoc non fit patronus, vt 17. q. vlt. quæsti. Si vero fundator esset malæ fidei, tunc est ad æstimationem compellendus. 14. q. 6. comperimus. & vbi post denuntiationem fundat eam, mala fide fundat. ext. de no. oper. nun. cum ex iuncto. Ioan.

c. 55. & p. 16. c. 262.

cSub. vel eius dote, & hoc in fauorẽ ecclesiæ. argu. hic ad similitudinẽ serui, q factus ꝑsbyter à seruitute liberatur. 54. di. ex antiqs. & c. seq. secũdũ Io. de Fan.

SAncitum est vt vni.]HINC DATVR. CASVS. Concludit Gra. ex c. prox. quòd ea quæ ecclesiæ ex imperiali beneficio conceduntur, & ea quæ ei pro sepultura donantur, non iuri Imperatorum, sed episcopis tenentur adstricta. pro aliis vero prædiis consueta tributa persoluant principibus, & cum eis proficiscantur ad castra, nõ tamen inconsulto Papa, quod probat per duo seq. cap.

† *al. senioribus*]vera lectio.

8 Ans. l. 6. c. 118. Deus. li. 1. c. 39. Pol. l. j. ti. 17.

g ¶ *Hinc.*] id est, illis legibus, quas sub §. ecclesia comprehendit.

h ¶*Annua.*] nam transeunt res cum onere suo. 10. q. 1. si quis laicus. extra de decimis.

i ¶*Nullum omnino.*]hoc de illis tantum episcopis intelligitur, qui le uitica portione sunt contenti. de ceteris namque regalibus, & aliis possessio

Quo ausu.]CASVS. Elpidius episcopus cũ Romam vocaretur, excusauit se, dicens se ad Rauennã oportere proficisci in expeditione Imperatoris. Propter quod Gelasius Papa ipsum reprehendit, ostendens nulli pontificum licere ad comitatum inconsulto eo ire, nisi velit festinanter officio quod habet carere.

Source : BIU Cujas

possessionibus suis senioribus seruire tenentur, vt ext. de cen. sanctum est[a]. Hęc enim est cõsuetudo, quę est optima legum interpres. Ioan. Vel hic loquitur cum Papa aliquem episcopum ad se vocat, sicut diximus s. ea. reprehensibile. cum enim vocetur ad maius tribunal, obedire debet. ff. de re iud. contumacia. §. 1. arg. contra extra de app. si duobus. Vel intellige hoc in eo casu, in quo & sequens cap. cum scilicet contempto iudice ecclesiastico pergit ad sæcularem. 11. quæst. 1. placuit. B.

a Hic fuit brocard° 54. & ponitur p palea s. ,px.

SI *quis episcopus.*] Casvs. Statuit in hoc c. concilium Antiochenum, ꝙ si quis clericus ad Imperatorẽ perrexerit sine consilio episcoporum, & maxime metropolitani, deponi debet, quia Imperatorem molestat contra ecclesiastica statuta.

1 Et ī Aqsg. c. 73.

a ¶ *Perrexerit.*] nisi cũ litteris superioris. in Auth. quo. op. epis. §. non aliter. coll. 1. vel perrexerit, vt sit cum eo in expeditione vocatus à Papa. sic enim inducit magister hoc c. sed potius in eo casu loquitur cum relicto & contempto ecclesiastico iudice pergit ad imperialem, qđ non est faciendum, vt s. 96. dist. denique. s. 21. q. 5. si quis à proprio. & c. si episcoporũ. 11. q. 1. continua. & c. placuit. Io. de Fant.

2 Ans. l. 6. c. 124. Bur. l. 2. c. 177. Iuo p. 6. c. 268.

†abest ab orig.

REPREHENDVNTVR. Casvs. Iste §. respicit c. s. e. reprehensibile. & dicit Gratianus, ꝙ Gallicani episcopi ideo sunt reprehẽsi, quoniam potius arma sequi elegerũt, quàm se Apostolico representarent: quamuis possit de illis intelligi qui insequebantur Imperatorem, nõ vt armis pugnarent, sed vt orationib. suis ipsum cum exercitu. Deo commendent.

3 s. e. reprehensibile.

SI *vobis.*] Casvs. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, ꝙ episcopi ad comitatum ire non debent nisi fuerint ab Imperatorib. inuitati. In secunda parte dicitur, ꝙ ecclesia indulgentiam postulare debet pro illis qui iniuriam patiuntur, & ꝙ illis qui propter delictum suum in exilium, vel in insulas, vel alia pœna damnantur. Secunda pars incipit ibi, *Sed quoniam.*

4 Ans. l. 6. c. 120. Polyc. l. 4. tit. 17. †ϛατίσαδορ

LICET. Casvs. Concludit nunc Grat. ex c. s. ea. igitur cum sæpe. & c. vt pridem. ꝙ exemplo Gre. & Leonis, clericis licet hortari bellatores ad vim infidelium propulsandã: sed effusionẽ sanguinis nulli clerico imperare licet sua vel principis auctoritate, vt j. c. 1. & 2.

f ¶ *Beati Gregorij.*] supra eadem quæstio. 5. capit. 1. & 4. & capit. reos. Ioannes.

debere contẽdere[A]? Quemadmodum tibi putas licere, quòd non licet, nisi, quòd hoc officio carere festinas, quo his excessibus te ostendis indignum.

A ¶ Contendere.] *In Polycarpo hæc sequuntur.* Quod cum longæui vel ætate, vel honore pontifices Pistorienſis, Lucensis & Fesulanus nuper monstrentur feciſſe, tu qui paucorum dierum fungi sacerdotio videris, quemadmodum, &c.

Item ex concilio Antiocheno, c. 11.[1]

¶ Absque metropolitani consilio, vel prouincialium episcoporum ad Imperatorem episcopi non pergant. C. XXVII.

j[2] SI quis episcopus, aut presbyter, vel omnis omnino, qui est sub ecclesiastica regula constitutus, præter consilium, vel litteras eorum episcoporum, qui sunt intra prouinciam, & maxime metropolitani ad Imperatorem perrexerit [a], hunc abdicari, & eiici non solum de communione debere, sed etiam propria dignitate priuari decernimus †tanquam molestum, & importunum imperialibus auribus contra ecclesiastica constituta.

3 *Reprehenduntur ergo Gallicani episcopi à Nicolao, quoniam Apostolica auctoritate contempta potius arma sequi elegerãt, quàm Apostolico conspectui se se repræsentarent. Quamquam proficiscentes ad comitatum possunt intelligi, non secuti Imperatorem, vt armis sibi auxilientur, sed ipsum cum exercitu suo quotidianis orationibus Deo commendent. In quo casu auctoritas illa Sardicensis concilij loqui videtur: in cuius octauo capite Osius episcopus dixisse legitur.*

¶ Qui à religiosis Imperatoribus vocati episcopi non fuerint, ad comitatum non proficiscantur. C. XXVIII.

4 SI vobis fratres chariſſimi placet, decernite, ne episcopi ad comitatum† [b] accedant, nisi forte hi, qui à religiosis[A] Imperatoribus vel inuitati, vel vocati [c] fuerint. Sed quoniam sæpe contingit, vt ad misericordiam ecclesię confugiant, qui iniuriam patiuntur, & qui peccantes, in exilium [d], vel in insulas [e] damnantur, aut certe quamcumque sententiam susciSAepe *principes.*] Hæc est 5. pars quæstio. in qua probat per 3. c. ꝙ nullus clericus debet dictare vel dare sanguinis effusionem, vel truncationem facere per se vel per alium. Io. de Fant.

Casvs. Quidam sacerdotes delegatione principum causas sanguinis agitabant: quare statuit conc. Tole. vt de cetero talia non suscipiant, nisi principes sub iuramento supplicij indulgentiam promittant. Si quis vero contrafecerit, reus apud Christum effusi sanguinis deponatur.

piunt: ideo subueniendum est his, & sine dubitatione eis est petenda per ecclesiam indulgentia.

¶ *Hoc capitulum fere iisdem verbis habetur in collectione Isidori, & codice canonum, nec longe discrepat à sententia græci canonis.*

A ¶ A religiosis Imperatoribus.] *Horum loco in collectione Isidori, & codice canonum legitur*, religiosi Imperatoris litteris, *itemque græce*, παρακτὸς τέτων, ὅτ ἂν ὑπὸλαβίσαι & βασιλεὺς ἡμῶν τοῖς ἑαυτῦ γράμμασιν μεταλλοῖτο.

Licet ergo prælatis ecclesiæ exemplo beati Gregorij [f] *ab* [5] *Imperatoribus, vel quibuslibet ducibus defensionem fidelibus postulare.* [6] *Licet etiam cum beato Leone quoslibet ad sui defensionem contra aduersarios sanctæ fidei viriliter adhortari, atque ad vim infidelium procul arcendam quosque excitare. Effusionem vero sanguinis nulli episcoporum sua, vel Imperatorum auctoritate imperare licet.*

Vade in Toletano concilio 4. c. 30. legitur.

¶ Sacerdotes ibi consentiant fieri iudices, vbi iureiurando indulgentia promittitur. C. XXIX.

7 SÆpe [g] principes cõtra quoslibet maiestatis obnoxios [h] sacerdotibus negotia sua committunt. Quia† vero à Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi cõsentiant [i] regibus fieri iudices, vbi iureiurando [k] supplicij [l], indulgentia promittitur [m], non vbi discriminis sententia præparatur. Si quis ergo sacerdotum contra hoc commune consultum discussor in alienis periculis extiterit, sit reus effusi sanguinis apud Christum, & apud ecclesiam perdat proprium gradum.

Item ex concilio Toletano 11. *c.* 6.

¶ Non debent agitare iudicium sanguinis, qui sacramenta Domini tractant. C. XXX.

8 HIs, à quibus Domini sacramenta tractanda sunt iudicium sanguinis agitare nõ licet [n]. Et ideo magnopere talibus† [o] excessibus prohibendum est, ne indiscretæ præsumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendum est, sententia propria iudicare præsumant, aut truncationes [p] quibuslibet personis per se inferant, aut inferẽdas [q] præcipiant [r].

5 s. e. vt pridem.

6 s. e. igitur

h ¶ *Obnoxios.*] Ex hoc quidam, quòd episcopus in causa criminali põt ferre sententiam: sub hac tamen cõditione, quòd Imperator iuret, &c. quia Imperator dicit obnoxios suppliciis: sed tu exaudi hoc cũ de crimine ciuiliter agebatur, & hoc est quod dicit.

i ¶ *Consentiant.*] ergo non est iudex antequam consentiat. arg. extr. de app. super eo. in fi.

7 Bur. l. 2. c. 149. Iuo p. 6 c. 222.

k ¶ *Iureiurando.*] i. præstando sacramentum de calumnia.

l ¶ *Supplicij.*] indulgentia promittitur, scilicet à principe de impunitate quo ad pœnam sanguinis. arg. 15. quæst. 4. nullus episcoporum. & appellabitur hic ad forum delegantis.

2 CVm beatissimus Petrus Apostolicum † à Domino acceperit principatum, & Romana ecclesia in eius permaneat institutis: nefas est credere, quòd sanctus discipulus eius Marcus, qui Alexandrinam [f] primus ecclesiam gubernauit, aliis regulis traditionum [A] suarum decreta formauerit: cum sine dubio de eodem fonte gratiæ vnus spiritus fuerit & discipuli, & magistri: nec aliud ordinatus tradere potuerit, quàm quod ab ordinatore suscepit.

A ¶ Traditionũ.] *Sic est emendatum ex duobus vetustis Gratiani codicibus, Anselmo, & originali ipso. Antea legebatur*, aliis regulis, & traditionibus sua decreta firmauerit.

Item Ambrosius in commentariis, ad ca. 22. Lucæ, lib. 10. c. 12.

¶ *Citabatur antea ex Gregorio, apud quem non est inuentum.*

¶ Professione suæ fidei aurem erroris Romana abscidit ecclesia. C. XVII.

SI Petrus [g] volẽs [h] percussit aurem, docuit q̃ aurem habere in specie non deberẽt [i], quam in ministerio † non haberent. Sed bonus Dominus & ipsi refundit auditum: secũdum prophetica dicta demonstrans & ipsos [k], si conuertãtur, posse sanari, qui in passione Domini vulnerati sunt: eo quòd [l] omne peccatum fidei † mysteriis abluatur. Tollit ergo Petrus aurẽ. Quare Petrus? Quia ipse est, qui accepit claues regni cęlorum. Ille enim condemnat [m], qui & absoluit [3]: quoniam ligandi, & soluendi idem adeptus est potestatem. Tollit autem male audientis, tollit autem gladio spiritali aurẽ interiorem male intelligẽtis. Caueamus, ne cui tollatur auricula, dum † legitur passio Domini. Si ad diuinitatem [n] eius referimus infirmitatem corporeæ passionis, exciditur [o] auricula, & exciditur à Petro: qui non passus est Christum prophetã [p] æstimari: sed Dei filiũ docuit fideli cõfessione [q] signari.

g ¶ *Si Petrus.*] Casvs. "Tangit q̃ Petrus in passione Domini abscidit auriculam Malchi, & Dominus eam restituit sibi. & per hoc nota, quòd male intelligenti auris spiritualiter est per Petrum abscindenda: ipse enim habet potestatem ligandi & soluendi. Not. etiam, quòd si conuertantur tales, Dominus refundet eis auditum. "Petrus Malchi aũt abscidit.

Item Cyprianus in tractatu de vnitate ecclesiæ.

¶ Extra vnitatem sanctæ ecclesiæ spiritus sanctus non accipitur. C. XVIII.

4 LOquitur [r] Dominus ad Petrum [Ego dico tibi, inquit, quia tu es [s] Petrus: & super istam petrã [t] ędificabo ecclesiã meam.] Super vnum [u] ædificat ecclesiam: & quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam, parem potestatem tribuat, & dicat, [Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Accipite spiritum sanctum.] tamen vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc erant vtique & ceteri Apostoli, quod fuit, & Petete ergo ecclesiæ, si quis separatur, fructum boni operis germinare non potest ad instar radij, rami & riuuli: qui si à sole & ab arbore & à fonte diuellantur, euanescunt. Secunda pars ibi, *Episcopatus vnus.*

r ¶ *Loquitur.*] Probat ecclesiam esse vnam: quia Dominus vt ecclesię significaret vnitatem, dixit super vnum eam se ędificaturum dicens: ego dico tibi quia tu es Petrus, &c. Secundo probat illa auctoritate Salomonis in persona Domini loquentis. Vna est columba mea. Tertio auctoritate Pauli dicentis: Vnum est corpus: vnus spiritus, vna fides, vnum baptisma, &c. postea cõparat eam soli, arbori, fonti. Vltimo dicit q̃ si quis non tenuerit hanc vnitatem, fructum non poterit facere, sed arescet sicut ramus precisus ab arbore.

s ¶ *Quia tu es.*] ẽ. dist. 50. fidelior.

t ¶ *Petram.*] id est, super tuæ fidei soliditatem.

u ¶ *Super vnum.*] "quia vbi pluralitas, ibi discordia. de pœn. dist. 2. quando Adam. "Discordia est in pluralitate.

h ¶ *Volens.*] q. d. ex proposito, non casu.

i ¶ *Non deberent.*] q̃ auris exterior significat interiorem aurem, quam ipsi non habebant, & ideo dicit, non habebant in ministerio.

k ¶ *Et ipsos.*] q̃ Christum crucifixerũt, de pœ. dist. 1. periculose. Ioan. 18.

l ¶ *Eo quòd.*] ẽ. 19. dist. si Romanorum. j. de pœ. distinct. 3. adhuc perfidi instant. †*mysterio*] orig. Esa. 35.

m ¶ *Condemnat.*] j. de pœ. di. 1. verbum. ẽ. 21. di. inferior. ff. de re iud. qui condemnare potest. hæc autem regula fallit extra de sen. exc. tua. & ext. de off. dele. quærenti. & quandoque potest quis absoluere, & nõ ligare. C. vbi sen. vel clar. quoties. †*al. in ministerio fidei* Matth. 16.

n ¶ *Si autem ad diuinitatem.*] non enim passa est, cum naturæ Dei nemo nocere possit. 11. quæst. 3. secundum. 3 Et cõtra. l. ei⁹ est nolle. ff. de ver. si.

o ¶ *Exciditur.*] id est, debet abscindi, vt 1. q. 1. §. cur ergo. † abest ab orig.

p ¶ *Prophetam.*] id est, purũ hominem.

q ¶ *Confessione.*] & hoc cum dixit, tu es Christus filius Dei viui.

LOquitur.] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. In j. parte dicitur, q̃ Christus post passionem suam licet omnibus Apostolis parem dederit potestatem, Petrum tamen omnibus præesse voluit, vt ab vno stipite sortiretur ecclesia vnitatẽ & originem. & hoc probat Cyprianus duab. auctoritatib. sc. Salomonis & Pauli. In ij. parte dicitur, q̃ licet ecclesia sit vna, & episcopatus vnus, tamẽ in membrorum multitudine per mũdum lati⁹ extẽditur: sicut ab vna radice multi ramusculi producuntur, & ab vno sole radij multi, & ab vno fonte riuuli plurimi porrigũtur: ab vnita- 4 omittũtur aliquot verba. Poly. l. 7. tit. 3. Ansel. l. 1. c. 10.

Gręci nõ obediunt Papæ.

Matth. 16.

Anſ.l.1. c.30. †*al. Apostol⁹*

"Si vinco vincentem te, vinco te.

Source : BIU Cujas

trus [a], pari conſortio prædíti, & honoris & poteſtatis. Sed exordium ab vnitate proficiſcitur: vt eccleſia vna monſtretur: quam vnam eccleſiam etiam in cantico canticorum ſpiritus ſanctus ex perſona Domini deſignat, & dicit [Vna eſt [b] columba mea, perfecta mea: vna eſt matri ſuæ [c], electa genitrici ſuæ.] Hanc eccleſiæ vnitatem [A] qui non tenet, tenere ſe fidem credit? Qui eccleſiæ renititur, & reſiſtit, in eccleſia ſe eſſe confidit? Quando & beatus Apoſtolus Paulus hoc idem doceat & ſacramentum vnitatis oſtendit dicens, [Vnum corpus [d], & vnus [e] ſpiritus: vna ſpes [f] vocationis veſtræ. Vnus Dominus [g], vna fides, vnum baptiſma [h], vnus Deus.] Quam vnitatem tenere firmiter, & vendicare debemus, maxime epiſcopi, qui in eccleſia præſidemus [i]: vt epiſcopatum [k] ipſum vnum, atq; indiuiſum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat: nemo fidei veritatem perfida † præuaricatione corrumpat. ¶Epiſcopatus vnus eſt: cuius à ſingulis in ſolidum [l] pars tenetur. Eccleſia vna eſt, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur: quomodo ſolis multi radij, ſed lumen vnum: & rami arboris multi, ſed robur vnum tenaci rádice fundatum: & cum de fonte vno riui plurimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate: vnitas [m] tamen ſeruatur in origine. Auelle radium ſolis à corpore diuiſionem lucis vnitas non capit. Ab arbore frange ramum: fructus † [n] germinare non poterit. A fonte præcide riuum: præciſus areſcet. Sic & eccleſia Domini luce perfuſa, per orbem totum [o] radios ſuos porrigit: vnum tamen lumen eſt, quod vbique diffunditur: nec vnitas corporis ſeparatur. Ramos ſuos in vniuerſam terram copia vbertatis extẽdit: profluentes largiter riuos latius pandit: vnũ tamen caput eſt, & origo vna, & vna mater eſt fœcunditatis ſucceſſibus copioſa †. Illius fœtu naſcimur: illius lacte nutrimur: ſpiritu eius animamur. Adulterari nõ poteſt ſponſa Chriſti: incorrupta eſt, & pudica. Vnam domũ nouit: vnius cubiculi ſanctitatem caſto pudore cuſtodit.

[A] ¶Vnitatem.] *Quæ ſequuntur vſque ad ver. quando. addita ſunt ex originali: ex quo alia etiam & addita, & emendata ſunt.*

Idem ibidem paulo inferius.

¶ Non habet Deum patrem, vniuerſalis eccleſiæ relinquens vnitatem. C. XIX.

[1] ALienus eſt [P], profanus eſt, hoſtis eſt: habere iam non poteſt Deum patrem, qui eccleſiam non habet matrem. *Item infra.* ¶Dominus enim cum diſcipulis ſuis vnanimitatem ſuaderet, & pacẽ [Dico, inquit, vobis, quoniam ſi duobus [A] ex vobis conuenerit in terra, de omni re, quamcumque petieritis, continget vobis à patre meo, qui in cœlis eſt. Vbicumq; [q] enim fuerint duo, aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis ſum.] oſtendens non multitudini [r], ſed vnanimitati deprecantium plurimũ tribui. [Si duobus, inquit, ex vobis conuenerit in terra.] vnanimitatem prius poſuit: concordiam pacis ante præmiſit: vt conueniat [s] nobis fideliter, & firmiter, docuit. Quomodo autẽ poteſt ei cum aliquo conuenire, cui cum corpore ipſius eccleſiæ, & cum vniuerſa fraternitate non conuenit? Quomodo poſſunt duo, aut tres in nomine Chriſti colligi, quos conſtat à Chriſto, & ab eius Euangelio ſeparari?

[A] ¶Si duobus.] *Sic legitur in octo veruſtis B. Cypriani codicibus & hic, & aliis locis, vbi hæc Euangelij ſententia affertur. In vulgatis tamen eſt, vt antea apud Gratianum:* Si duo ex vobis conuenerint.

Item Auguſtinus libro 7. de baptiſmo, cap. 51.

¶ *Antea & hoc, & ſequens caput tribuebantur Hieronymo, quemadmodum etiam apud Anſelmum, & in Polycarpo.*

¶ Ligandi & ſoluendi non habet poteſtatem, qui vnitatem pacis catholicæ non tenet. C. XX.

[2] OMnibus [t] cõſideratis puto me non temere dicere, alios ita eſſe in domo Dei, vt ipſi [u] etiam ſint eadem domus Dei, quę dicitur ædificari ſuper petram [x], quę vnica colũba appellatur, quę ſponſa pulchra ſine macula [y], & ruga [z], & hortus concluſus, fons ſignatus [a], puteus [b] aquæ viuæ, paradiſus cum fructu pomorũ, quæ domus etiam claues accepit, ac poteſtatẽ ſoluendi & ligãdi. Hanc domum ſi quis corripientem, corrigentemque contempſerit, [ſit tibi, inquit, ſicut ethnicus [c], & publicanus.] De hac domo dicitur, [Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis glorię tuæ.] & [Qui habitare facit vnanimes in domo.] & [Iocundatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus.] & [Beati, qui habitant in domo tua Domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te.]

Idem libro 2. cap. 6.

a ¶*Petrus pari.*] ẽ. diſ. 21. in nouo. ẽ. 2. q. 7. puto. cõtra. Puto verum eſſe q̃ pares fuerunt in ordine & dignitate cõſecrationis. fec⁹ in adminiſtrõnis plenitudine, q̃ ſatis differt ab aliis: qđ liquet ex illo c. 25. diſt. perlectis. & diſt. 80. in illis.

Cant. 6.

b ¶*Vna eſt.*] j. de cõſe. di. 4. aliud. i. vnica eſt.

c ¶ *Matris ſuæ.*] i. eccleſiæ, cui⁹ mater genitrix & pater genitor eſt Deus. Vel dic matris, ſcilicet eccleſiæ triumphantis.

d ¶*Vnum corpus.*] i. vna eccleſia compoſitione membrorum.

e ¶ *Vnus ſpiritus.*] i. vniti voluntate: vel vnus, ſcilicet ſanctus eſt in nobis, quo vnũ corpus efficimur.

Eph. 4.

f ¶ *Vna ſpes.*] i. vna res ſperata ad quam ſumus vocati.

g ¶ *Vnus Dominus.*] i. vna eſſentia: & vnus, i. cõſimilis, vel de vno.

h ¶*Vnum baptiſma.*] à quocũque detur vel æquiualens. 1. q. 1. hi qui. & c. hanc regulã. vel vnus, id eſt, creator omnium.

† *al. perfidiæ*

i ¶*Præſidemus.*] & ita in toto ſunt partes eius, ſicut dicit lex. ff. de re iudic. in toto. & pars continetur.

k ¶*Epiſcopatum.*] i. ordinem epiſcopalem.

l ¶*In ſolidum.*] not. q̃ ſingula iura à quolibet in ſolidum tenentur, vt ff. de ver. obl. l. 2. & ff. de ſeru. viæ. vñ idẽ ius reſidet apud quemlibet: tamen re uera quilibet habet ſeparatum & ſpeciale ius, vt ff. quemad. ſer. amit. aquam.

m ¶ *Vnitas.*] j. ead. q. ſchiſma.

n ¶*Fructus.*] ẽ. 23. q. 7. quemadmodum.

† *fractus*]or.

o ¶*Per totum.*] ẽ. diſt. 21. quamuis. ẽ. 7. q. 1. Nouatianus. Ioan.

ALienus.] CASVS. Hæretici putabãt ſe eſſe in eccleſia, & habere Deum patrem: quia in vnũ congregabantur. Sed Cyprianus contra oſtendit, dicẽs q̃ licet congregentur in vnum, tñ pp hoc neq; Deũ, neq; gratiã eius ſecũ habere poterũt: quia ſunt extra eccleſiæ vnitatem, quam Dñs ſuos diſcipulos habere voluit, & alios ſuo nomine cõgregatos, quod probat auctoritate Euangelij.

† *al. glorioſa*

p ¶*Alienus.*] CASVS. In j. parte dr, q̃ nõ p̃t Deum habere patrẽ, qui eccleſiæ nõ tenet vnitatem. In ij. parte probat eccleſiam eſſe vnã auctoritate Dñi dicẽtis. Si duo ex vobis conuenerint, &c.

q ¶*Vbicumque.*] 20. diſtin. c. vlt. ẽ. 1. q. 1. cum ſcriptura.

r ¶*Non multitudini.*] j. de cõſe. di. 5. nõ mediocriter. ver. quapropter melior. & j. e. q. c. odi. & proieci. & in authen. de referen. §. pro eadem. coll. 2.

1 Pol. ibid. Anſ. l. 5. c. 2.

s ¶*Vt cõueniat nobis.*] id eſt, conueniamus inter nos, vel, i. cõueniamus nobis inuicẽ: "quia turpis eſt pars toti ſuo nõ cõgruẽs. 7. di. q̃ cõtra. & eſt ar. ab ordine verborum: qa ſp primo nomina to dabitur, vt ff. de vſufr. quoties. ff. de le. cum pater. §. pe. arg. contra. C. de teſtam. præpoſteri. ff. de ſolu. non enim ordo.

Matth. 18.

" Pars eſt turpis, quæ toti ſuo nõ cohæret.

OMnibus.] CASVS. Hierony. multipliciter cõmendat in hoc c. eccleſiã Romanã, quæ eſt ſine macula & ruga, ĩ qua ſunt Chriſti fideles: quã ſi qs cõtẽnit, dẽt haberi ſicut ethnicus & publicanus. *Alios*, ſ. fideles. *Vel quoſdam*, ſ. bonos. *ſine macula*, ſ. mortalis peccati. *ruga*, ſ. duplicitatis. *ortus*, qa gratiam ſpiritualiũ, & ſcilicet virtutũ gignit. alia ſunt in apparatu, *Paradiſus*, ſ. parãs Dei viam.

t ¶*Omnibus.*] CASVS. Dicit Hiero. q̃ qdam dicũtur ita eſſe in eccleſia, q̃ ẽt ſunt ipſa eccleſia, quę eſt vnica colũba, q̃ ſine macula & ruga appellatur: de qua dcm intelligitur: dñe dilexi decorẽ domus tuæ, &c. quã eccleſiã ſi qs cõtẽpſerit, nec ſe correxit, ſit tibi tanquam ethnicus & publicanus. 2. q. 1. ſi peccauerit.

2 Anſ. l. 5. c. 3 Pol. l. 7. tit. 3 Matth. 16.

u ¶*Vt etiam ipſi.*] ẽ. di. 21. quamuis. idem dr j. de pœ. di. 4. ĩ domo.

Cant. 4. Eph. 5.

x ¶ *Supra firmam petram.*] petra autem erat Chriſtus. de conſec. diſt. 2. reuera.

y ¶*Macula.*] mortalis peccati.

z ¶ *Ruga.*] id eſt, duplicitate.

a ¶*Fons ſignatus.*] hoc etiã legitur de beata Virgine: "qa ſpiritualis ſenſus indignis abſcõditur, & ſecretiora fidei, &c. 43. diſt. in mandatis. iõ ẽt dicit, ſignat⁹, qa hæreticus inde non bibit. nã eſt proprius fons, cui nõ communicat alienus. de pœ. diſ. 1. cũ ergo.

" ſenſus ſpiritualis abſconditur indignis. Matth. 16. Pſal. 25. Pſal. 67.

b ¶*Puteus.*] puteus dicitur propter occulta myſteria [A], quæ ſolis ſanctis per reuelationem ſpiritus ſancti aperta ſunt. Ioan.

Pſal. 121. Pſal. 83.

[A] Vt not. ẽ. 1. q. 1. multæ. vel dr put⁹ qa ea plene nemo videt p̃t. ẽ. c. ñ tur batur. ad fi. Io. de Fan.

c ¶*Ethnicus.*] ar. quòd contumax hæreticus eſt iudicandus. 81. diſ. c. ſi qui.

Nou

NOn *afferamus.*] Casvs. Hieron. in hoc c. reprehendit quosdam sacerdotes, qui pro suo arbitrio dicebãt peccata grauia vel leuia, diuinam scripturam nõ attendẽtes: nec iuxta diuersitatẽ delictorum pœnas varias imponebãt. Docet ergo ꝙ secundũ scripturam diuinã peccatũ leue vel graue leuiter vel grauiter est puiendum. Et hoc probat trib. exemplis, s. idololatriæ, cõbustionis libri Hieremię, & schismatis: inter q̃ schisma velut sceleratius, graui[a] hiatu terræ est vindicatum, cum idololatria gladio sit punita: combustio libri cæde bellica, & captiuitate peregrina.

Prouerb. 11. Oseæ 12. Amos 8.

a ¶ *Non afferamus.*] pone casum per illud 37. di. relatũ. nam sunt quidã qui subtilitate sua dicũtur, & volunt aliter interpretari diuinas scripturas q̃ deberent: & ita errant, & in schisma incidũt: ꝙ peccatũ graue sit, ostendit ex genere pœnæ, quia grauius fuit punitũ hoc delictum quàm libri exustio, vel idololatria.

Exod. 32. Hier. 36. Num. 16.

1 Arg. tẽtãtẽ rẽ puniri. s. C. de epi. & cle. l. si qs ñ dicã. & ff. de fid. lib. qdã. in prin.

b ¶ *Stateras.*] i. sentẽtias iniquas, vel proprie, i. mensuras. arg. ext. de emp. & ven. vt mẽsuræ. aliàs locũ habet pœna. l. Corn. de fal. ff. de extraor. cog. annonã. ar. ff. de dol. arbitrio. §. de eo qui.

c ¶ *Et schisma.*] sed vr cõtra 7. q. 1. deniq; qa ibi dr ꝙ schisma ñ fecerũt, supple tm̃ q̃tũ alij, de quib. dr ibi, vel fac vim in eo qd dicit hic tẽtatũ. "nã aliud est tẽtare, aliud facere: sicut dr de Dño. Et cum gustasset, noluit bibere. de pœ. dist. 2. §. quod vero.

2 & Aug. ser. 181. de tempore, c. 12. 3 Ansl. j. c. 56 Pol. l. 7. tit. 3 "Tentare ñ est facere.

d ¶ *Sceleratius.*] nã dicit lex ꝙ maiora delicta maioribus pœnis, minora minoribus sunt puniẽda: & in delicto æquali ꝓpinquas esse pœnas, in auth. vt fratrũ filij. coll. 9. "Et vr secũdũ hoc ꝙ maius sit peccatum schisma quam hæresis. Sed cõtra j. 32. q. 7. quid in omnibus. Sed dic, ꝙ omne schisma habet hæresim annexã: maxime ex quo perseuerat. vñ nõ est differentia nisi quo ad principium, vt arg. j. q. 3. inter schisma. & ita non est contra. Vel dic, ꝙ licet hæresis sit maius crimen in sui natura quàm schisma: magis tamen peccauerunt schismatici quàm illi hæretici, qui idolum adorauerunt: cum illi promptiores essent ad hoc: quia in Aegypto consueuerunt videre idola adorari ab Aegyptiis: sed Chore, Dathan & Abiron non peccauerũt ex aliqua imbecillitate vel consuetudine: sed tantum ex contumacia vel scienter: & secundum hunc intellectum, sceleratius, erit aduerbium. nam quanto maior est contemptus, tanto maius scelus committitur. 40. dist. homo Christianus.

†*al. faciem* Matth. 16. "Schisma an sit maius pctm̃ quàm hæresis. Exod. 12.

¶ Varia crimina variis sunt pœnis afficienda. C. XXI.

NOn afferamus [a] stateras [b] dolosas, vbi appẽdamus quod volumus, & quomodo volumus pro arbitrio nostro dicentes: hoc graue, hoc leue est: sed afferamus diuinam staterã de scripturis sanctis, tanquam de thesauris Dominicis: & in illa, quid sit grauius, appẽdamus: immo nõ appẽdamus, sed à Domino appensa recognoscamus. Tempore illo, quo Dominus priora delicta recentibus pœnarum exemplis cauenda monstrauit, & idolum frabricatũ, atq; adoratum est, & propheticus liber ira regis contemptoris incensus, & schisma [c] tentatum [1]: & idololatria gladio punita est, exustio libri bellica cæde, & peregrina captiuitate: schisma hiatu terræ sepultis auctoribus viuis, & ceteris cœlesti igne consumptis. Quis iam dubitauerit hoc esse sceleratius [d] commissum: quod est grauius vindicatum?

Item Gregor. in moralib. lib. 35. c. 6. [2]

¶ Ex sola ecclesia sacrificium Dominus accipit. C. XXII.

[3] QVia ex sola [e] ecclesia catholica veritas conspicitur: apud se esse locum Dominus perhibet, de quo videatur. In petra Moyses ponitur, vt Dei speciem †eõtempletur: quia, nisi quis fidei soliditatẽ tenuerit, diuinam prælentiã, non cognoscit. De qua soliditate Dominus dicit, [Super hanc petrã ędificabo, &c.] *& supra.* ¶ Sola quippe est, per quam sacrificiũ Dominus libenter accipiat: sola, quę pro errantibus fiducialiter intercedat: Vnde etiã de agni hostia Dominus præcepit dicẽs, [In vna domo comedetur: nec efferetis de carnibus eius foras.] In vna namque domo agnus comeditur: quia in vna catholica ecclesia, vera hostia redẽptoris immolatur. De cuius carnibus diuina lex † efferri foras prohibet: quia sanctum dari [f] canibus vetat. Sola est, in qua bonum fructuose peragitur: vnde & mercedem denarij non nisi qui intra vineam laborauerant, acceperunt. Sola est, quæ intra se positos valida charitatis compage custodit. Vnde & aqua diluuij arcam quidem ad sublimiora sustulit: omnes autẽ, quos extra arcam inuenit, extinxit.

Item Ambrosius in oratione funebri de obitu fratris.

¶ Non exhibet fidem Christo, qui corpus eius discerpit. C. XXIII.

[4] ADuocauit [g] ad se Cyprianus [h] episcopum Satyrum: nec vllam veram putauit, nisi verę fidei gratiam percunctatusque ex eo est: vtrum nam de episcopis catholicis esset, hoc est, si cum Romana ecclesia conueniret. Et forte ad id locorum in schismate regionis illius ecclesia erat. Lucifer enim se à nostra cõmunione tunc temporis diuiserat: & quamquam pro fide exulasset, & fidei suæ reliquisset heredes [h]: non putauit [i] tamẽ fidẽ esse in schismate. Nam etsi fidem erga Deum tenerent [k]: tamen erga Dei ecclesiam non tenebant: cuius patiebantur velut quosdam artus [l] diuidi, & membra lacerari. Et enim cum propter ecclesiam Christus passus sit, & corpus Christi ecclesia sit, non videtur ab his exhiberi Christo fides: à quibus euacuatur passio [m] eius, corpusq; distrahitur. Itaque quamuis gratiæ fœnus [n] teneret [n], & metueret tãti nominis debitor nauigare: tamen eo transire maluit: vbi tuto posset exoluere. Iudicabat enim diuinæ solutionis [o], [c] gratiam in affectu [p], ac fide esse: quam quia † statim vbi primum copia liberior ecclesiæ fuit, imple quàm fecit Anastasius Imperator Mediolan. missus est apud Alexandriam in exilium: vbi cum multos conuerteret, præfecit eis quemdam episcopum, qui forte non fuit ab vniuersitate electus. succedente vero alio Imperatore, missus est quidam legatus in Alexandriam, qui deposuit illũ epm: vnde Lucifer indignatus cœpit tamquam hæreticus ecclesiã infestare: à fide tamen non deuiauit. cuius socius fuit Satyrus eps, quem Cyprianus martyr in Alexandriam missus ad prædicandum aduocauit, & interrogauit eum si cũ Romana ecclesia concordaret. & licet rñderet se fidem habere, nõ putauit tñ Cyprianus esse verã gratiã, s. meritoriam, nisi veræ fidei. vnde in schismate vera fides esse nõ pt. Prædicauit ergo Cyprian[a] in partibus illis, & iuxta quod optauit, fructum percepit desideratum. Litterã sic expone: *putauit*, s. Cyprianus. *vtrum nam*, i. an putauit Cyprian[a]. *tenerent*, Lucifer & Satyrus, vel *teneret*, s. Satyrus. *gratiæ fœnus*, id est, officium prędicãdi. *teneret*, Cyprianus. *tanti nominis*, i. prædicationis. *nauigare*, i. ad aliquos transire. *eo*, i. ad eum locum, vel ad eumdem.

†*al. iußio* Matth. 7. Matth. 20. Gen. 7. 4 Ansl. l. 12. c. 48. Poly. l. 7. tit. 4.

g ¶ *Aduocauit.*] Legitur in 10. lib. histo eccles. "ꝙ tpe Constantini Imperatoris, qui erat fautor hæreticorum multi catholici epi missi sunt in exilium: quorũ vnus fuit Lucifer. sed mortuo Constantino reuocati fuerũt. & cum Lucifer ab Eusebio rogaretur vt pergeret Alexãdriam, vt ibi de statu ecclesiæ cum illic existẽtibus iudicaret: misit diaconũ suum pro se: qui epm quendã ibi ordinauit. sed hoc maiori parti hominũ non placuit. qd factũ Eusebius reuocauit, & aliũ q oibus placuit, instituit. Lucifer autẽ dolẽs epm ordinatũ à suo diacono non esse receptũ, recessit cũ quibusdã epis aliis, nec voluit aliorum statuta seruare. Et cum Cyprianus de quo hic agitur, in loco conuersaretur, vbi per Luciferũ schisma erat seminatũ, tũc vocauit ad eum quendam epm illius loci nomine Satyrum, inquirens ab eo an esset de catholicis epis. Cũ aũt deprehẽdisset eum nõ esse catholicum, nec alios ibi catholicos inueniret, transtulit se ad alias partes: vt cũ opportunitas à Dño daretur, ad easdẽ partes ꝓdicator[a] reuerteretur.

"Cõstãtini tpe multi epi fuerũt ĩ exiliũ missi.

†*quidem*] orig.

h ¶ *Heredes.*] id est, aliquos instructos reliquisset in fide.

i ¶ *Non putauit.*] Cyprianus.

k ¶ *Tenerent.*] Lucifer & Satyrus. vel teneret, Satyrus, hoc autem non prodest, vt 7. q. 1. denique.

l ¶ *Artus.*] artus dicuntur episcopi, qui viriliter sustinent ecclesiam.

m ¶ *Passio.*] id est, ecclesia, pro qua ipse passus est.

n ¶ *Teneret.*] iure obligationis [a]. nam quilibet prælatus est Dominicus debitor. 43. dist. dispensatio.

o ¶ *Solutionis.*] id est, prædicationis: qua audita conuertebantur, & sic soluebantur à peccatis.

p ¶ *In affectu.*] Nam affectus sine effectu nõ soluit Dominicum debitorem: licet contrarium fiat: vt hic, & de pœ. dist. 1. §. similiter. & illud de pœ. dis. 6. c. 1. ibi, nam ex desiderio, &c. & idem est in obligation

a Sic ẽt not. 1. q. 2. nec qs quã. i vlt. gl. Vel dic. i. fidei Christiane, quã aliàs oporteret eũ ꝓdicare instanter vt in aliis locis. Gof.

Source : BIU Cujas

gatione, qua quis tenetur homini si paratus est soluere, & non inuenit cui, non imputabitur ei. C. de vsu. acceptam. ff. de arb. Celsus.

a ¶ *Dei gratiam.*] id est, libertatem prædicandi.

b ¶ *Et accepit.*] idem Cyprianus postea.

Omnis qui.] Casvs. Ostendit Beda in hoc c. quòd schismaticis & hæreticis nõ debemus cõmunicare. & hoc probat tripliciter. primo auctoritate Ioannis Euangelistę. postea exẽplo eiusdem. tertio exemplo Polycarpi. Auctoritas est in principio cap. Exemplum Ioannis est, ibi, *Narrat enim.* Exemplum Polycarpi est ibi, *Idem etiam Polycarpus.*

c ¶ *Et patrem.*] s. dist. 42. quiescamus.

d ¶ *Nec aue.*] 11. q. 3. excommunicatos.

e ¶ *Communicat.*] s. dis. 63. cũ Hadrianus.

f ¶ *Ioannes.*] Euangelista.

g ¶ *Factis exhibuit.*] nam cœpit Iesus facere & docere. s. 36. di. §. ecce. arg. ff. de remil. officium.

" Religiosi pñt intrare balnea. h ¶ *Balneas.*] " & ita etiã religiosi possunt intrare balnea: quod intelligo in necessitate[a]. arg. de cõse. dis. 3. peruenit. sed videtur excusari etiam in hoc casu. 11. q. 3. quoniam multos. & ita non debemus lauari cũ hominibus alienę sectę: sicut & dicit canon q̃ nec cum muliere. 81. di. non oportet. C. de rep. l. vlt. §. vl. sed nec orare cũ eis. Sed nũquid in ecclesia inter dicta possumus orare? sic, tacite tamen. 2. q. 3. si quis episcopus.

a Sub. ñ pp voluptatẽ. 23. qu. 4. c. 1. ad hoc 41. dist. §. 1.

Quoniam vetusto.] Casvs. Dicit Hieron. in hoc c. in ecclesia orientali hæreses & schismata pullulare: vnde ecclesia occidentalis prauas doctrinas hæreticorum exterminat. & ideo quamuis mare interponatur, tamen Romanam ecclesiam & fidẽ ab ea laudatam cẽsuit consulẽdã, vbi fides permanet inuiolata. & sic occidentalem ecclesiam multipliciter commmendando, orientalem ecclesiã detestatur: quia fides ibi pmanet violata. In fine dicit q̃ etsi in ea solitudine sit quæ diuidit Syriã à Barbaria: ita q̃ fidẽ à Romana ecclesia sp expetere non possit: tamen sequitur martyres & cõfessores illius regionis, hæreticos deuitando. Expositio autem litteræ consueuit in apparatu notari, & ideo supersedeo. Et nota, quòd omnia cap. præcedentia & sequentia vsque ad §. *His auctoritatibus.* inducuntur quòd tantum ecclesia catholica & non hæretici vel excommunicati, qui sunt extra ecclesiam, potestatem habent ligandi & soluendi.

Irenæus l. 3 c. 3. Eusebi[a] l. 4. c. 14.

†*al. exercuit*

z Anſ. l. 1. c. 64. Poly. l. 7. tit. 4.

Ioan. 19.

Cant. 2.

Hier. 2.

re non distulit: Dei gratiam [a] & accepit [b] desideratam, & seruauit acceptam.

A ¶ Cyprianus.] *Apud B. Ambrosium, & Anselmum legitur*, Aduocauit ad se episcopũ Satyrus. *Narrat enim Ambrosius Satyrum fratrem suum, cum in Sardiniam appulisset, ad se episcopum Sardum vocasse, vt sciret Luciferianus ne, an catholicus esset. Sed ob glossam, & eum, qui casum scripsit, non est mutatum.*

B ¶ Fœnus.] *Antea legebatur*, fœdus. *Restitutum est ex aliquot vetustis exemplaribus, originali, & ceteris collectoribus.*

C ¶ Solutionis.] *In aliquot manuscriptis, & apud B. Ambrosium, & ceteros collectores legitur*, diuinæ solutionem gratiæ. *Sed ob glossam nõ est emendatum. operæpretium autem fuerit integrum Ambrosij locum perlegere.*

Item Beda super epistolam Ioannis secundam, cap. vnico.

¶ Etiam corpore ab eo recedendum est, qui fidem Christi non habet.

C. XXIIII.

OMnis, qui recedit, & nõ permanet in doctrina Christi, Deum non habet. Qui permanet in doctrina Christi, hic & patrẽ [c] & filium habet. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam nõ affert, nolite recipere eum in domum: nec Aue [d] ei dixeritis. Qui enim dicit illi, Aue: communicat [e] eius malignis operibus.] ' Hæc Ioannes [f] de schismaticis, siue hæreticis detestãdis: quæ verbis docuit, etiam factis exhibuit † g. ¶ Narrat enim de illo auditor illius sanctissimus, & martyr fortissimus Polycarpus Smyrneorum antistes, quòd tempore quodam, cum apud Ephesum balneas [h] lauandi gratia fuisset ingressus, & vidisset ibi Cerinthum: exilierit cõtinuo, & discesserit non lotus, dicens, fugiamus hinc, ne & balneæ ipsæ corruant, in quibus Cerinthus lauat inimicus veritatis. Idem etiam Polycarpus Marcioni aliquando cum occurrisset: dicenti sibi, agnoscis nos? respondit, agnosco primogenitum Satanæ.

Item Hieronymus ad Damasum.

¶ Profanus est, extra ecclesiam beati Petri agnum comedere tentans. C. XXV.

' QVoniam vetusto[A] i oriẽs [k] inter se populorum furore collisus indiscissam [l] Domini tunicam [m], & desuper textam per frusta discerpit, & Christi vineam vulpes exterminant, vt inter lacus [n] contritos [o], qui non habent aquam, difficile, vbi fons signatus [p], & hortus ille conclusus sit, possit intelligi: ideo mihi cathedram Petri, & fidem Apostolico ore laudatã censui consulendam: inde nunc meæ animæ postulans cibum [q] vnde olim Christi vestimenta [r] suscepi. Neque vero tanta vastitas elementi liquentis, & interiacens longitudo terrarũ me à pretiosæ margaritæ [s] potuit inquisitione prohibere. Vbicumq; fuerit corpus, illuc congregantur aquilæ [t]. Profligato [u] à sobole mala patrimonio [x], apud vos solos incorrupta patrum seruatur hereditas. Ibi cespite terra fœcundo Dominici seminis puritatem centeno fructu refert: hic obruta sulcis frumẽta [y] in loliũ [z], auenasq; [a] degenerant [b]. Nunc in occidente sol iustitiæ oritur: in oriẽte autem Lucifer ille, qui ceciderat, supra sydera posuit [c] thronũ suum. Vos estis lux mundi, vos sal terræ, vos aurea vasa, & argentea: hic [d] testacea vasa vel lignea virga [B] ferrea, & æterno operiuntur [e] incendio. Quamquam igitur tui [f] me terreat magnitudo: inuitat tamen humanitas. A sacerdote victima † g salutem, à pastore præsidium ouis flagito. Fatiscat † [h] inuidia [i] Romani culminis, recedat ambitio. Cum successore piscatoris, & discipulo crucis loquor. Ego nullum præmium †, nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est, cathedræ Petri communione consocior. Super illam petram, ædificatam ecclesiam scio. Quicũque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio. Et quia pro meis facinoribus [k] ad eam solitudinem commigraui, quæ Syriam iuncto Barbariæ fine determinat †, nec possum sanctum [l] Domini, tot interiacentibus spatiis, à sanctimonia tua semper expetere: ideo hic collegas tuos Ægyptios confessores sequor, & sub onerariis [m] nauibus parua nauicula delitesco. Non noui Vitalem: Meletium respuo: ignoro Paulinum. Quicumque Augusto.

Nobilitas factum: factus litem parit, armat
Lis odium: capiunt hæc tria mortis iter.

mente. " Nam si quis in ea non inueniatur, peribit: sicut illi qui sunt inuenti extra arcam diluuij.

k ¶ *Oriens.*] id est, orientalis ecclesia faciens opera veteris hominis [b]. " Vel dicitur diabolus vetus oriens respectu Christi, de quo legitur, Visitauit nos oriens ex alto.

l ¶ *Indiscissam.*] s. 16. q. 7. sicut Domini.

m ¶ *Tunicam.*] i. ecclesiam: vel tunicam desuper contextã, s. charitate: quæ sub vno cortice multa grana, id est, fideles cõtinet, vt 43. dist. sit rector.

n ¶ *Lacus.*] Lacus dicitur quia non habet aquas intelligentiæ.

o ¶ *Contritos.*] i. hæreticos humiliatos æternaliter conterendos: vel doctrinas eorũ falsas contemnendas, i. cõtemptibiles.

p ¶ *Signatus.*] in ecclesia Dei, vt s. ead. omnibus.

q ¶ *Cibum.*] de quo cibo & qua siti habem[o], s. 8. q. 1. audacter.

r ¶ *Vestimenta.*] cum fuit baptizatus, j. de conse. dist. 4. post baptismum. vel fuit monachus. de conse. dis. 5. numquam.

s ¶ *Margaritæ.*] i. sacramentorum ecclesiæ Romanæ, vel fidei. 11. q. 3. nolite.

t ¶ *Aquilæ.*] i. aliæ ecclesiæ fideles, quæ alte volant. extr. de renunc. litteras. s. prox. q. 4. cum in lege.

u ¶ *Profligato.*] i. dissipato. similiter accipitur profligari. C. de fideiuss. sancimus. C. de of. re. prou. quæ ordinariã. vbi pro consumere ponitur, vt hic.

x ¶ *Patrimonio.*] i. fide, vel patrum doctrina.

y ¶ *Frumenta.*] i. documenta hæreticorum.

z ¶ *Lolium.*] i. hereses.

a ¶ *Auenasque.*] id est, schismata.

b ¶ *Degenerant.*] i. degenerando producunt. s. di. 56. nasci de adulterio.

c ¶ *Posuit.*] scilicet hæreticos prælatos.

d ¶ *Hic.*] vbi nũc sum.

e ¶ *Operiuntur.*] id est, cooperiuntur.

f ¶ *Tui.*] O Papa.

g ¶ *Victima.*] i. victimandus, à te puniendus si peccauero.

h ¶ *Fatiscat.*] id est, cesset vel deficiat.

i ¶ *Inuidia.*] id est, extollentia, vnde inuidia sæpe nascitur: " vnde cum duo certarent de electione, & vnus allegaret ignobilitatem alterius, alius ex aduerso respondit: Piscatori Petro fabri filio successorem quærimus, non

" Peribit q in ecclesia ñ inuenitur b id est, peccata, quæ faciunt hominẽ vetustũ. " diabol[o] dr oriẽs vetus.

Rom. 1.

Matth. 13.

ibid. 24.

ibid. 13.

Esa. 14. Matth. 5. 2. Tim. 2.

†*victimam salutis*] ori.

† *Facceſſat*] vera lectio.

†*primum*] orig.

Matth. 16.

Exod. 12.

Gen. 7.

†*al. disterminat*

" Nobilitas non est attendenda.

k ¶ *Pro facinoribus.*] scilicet purgandis.

l ¶ *Sanctum Domini.*] i. verbum Domini vel fidei, vel Eucharistiam.

m ¶ *Et sub onerariis.*] id est, magnis nauibus. " nam quædam sunt onerariæ: quædam emphatę, id est, homines ferentes, vt ff. de exercit. l. 1. §. sed & si ab alio mutuatus. & §. nauem. " Naues lũt duplices.

Source : BIU Cujas

a ¶*Antichristi.*]& qui non est mecum, contra me est.& quicumque à fide catholica discrepat,ei contrarius est. C.de Iudæ.cœlicarum. arg.ff.de fideic.lib.si eum.§.1.B.

Væ dignior.] Casvs. Dicitur in hoc cap.ꝙ duæ sunt ecclesiæ, vna catholica,& alia hæreticorum. Prima non patitur pollutos in se habitare, quæ Christum habet habitatorem: quem nemo deserere debet,sicut Petrus nō deseruit.& in ea indubitanter est habitaculū eligendū. Secunda vero ecclesia,s. hæreticorum ne ariditate eius polluamur,semper est deuitanda. Et hoc probatur auctoritate Apostoli. Seq. cap.patet.

Matth.12.

b ¶ *Quæ dignior domus.*] Casvs. "Duæ sunt ecclesiæ:vna catholica:quæ non patitur pollutos habitare in se, cum habeat Christū habitatorē: quem nemo debet deserere:sicut nec Petri[9], immo ibi est prædicandus:& habitaculum eligendum. Alia est hæreticorum, quę vera non est, hæc semper vitanda est, ne ariditate eius polluamur, deserendus est ergo hæreticus post admonitionem.

" Ecclesia est duplex.

1 Ansel.l.5. c.23.Pol.l.3. tit.vlt.

Ioan.13.

†*mutare*] orig.

c ¶ *Ingressu.*] propter quam,vel ad quam fit ingressus Apostolica prædicatione.

Ioan.6.

d ¶*Pedes.*]id est, operationes prauas.

e ¶*Vestigiis.*]id est, operibus.

a Vel dic,i. ad vltimū.

f ¶ *In reliquum.*] i.de cetero[a].& ita exaudi

b Et 96.dist. in scripturis.in fi.

1.q.7.quoties. [b]

†*al.consecrationis*

g ¶*Benedicitur.*]à Petro,vt de consec.di.2. forte dicas.cum enim

a Pol.l.7.ti.7

Christus dixisset:Nisi qs manducauerit carnem meam,&biberit sanguinem meū,&c. respondernnt quidā, durus est hic sermo. & separauerunt se abeo,vt de consc.dist.2. prima quidem. Petro dicente, Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.

h ¶ *Hospitium.*] argu. contra illos qui sæpe mutant hospitium.

i ¶ *In qua.*] s.ecclesia. si,i.quia:legendum,i. eligēdum est ibi esse: vel in qua ecclesia eligendū est ibi esse habitaculū, si Christus ibi sit, si, affirmatiue intelligitur,i. " quia reuera ibi Christ⁹ habitat. haud dubie, id est, non : & vere non dubie fit : quia dubius in fide,est hæreticus,ext.de hær.c.1.

2.Cor.11. "Christus in ecclesia habitat.

k ¶ *Excutiendus.*] de affectibus nostris.

l ¶*Pedum puluis.*]i.doctrina hæreticorum.

m ¶*Ne fatiscentibus.*]id est,fissum facientibus,vel deficientibus.

n ¶*Siccitatibus.*]i.quia hæretici ficci sunt,vt 1.q.1.sicut Eunuchus.

o ¶*Humi aridæ.*]vnde Ouidius, *Alta puellæ res trahat arena pedes.*

p ¶*Infirmitates.*] s.2.q.7.§.de his.s.dist.45.recedite. 86.dist.non satis.s.14.q 5.scriptum.

q ¶*Deuita.*]& ita ei non pandas secreta fidei nostræ.arg.11.q.3.nolite.23.q.4.quidam.non autem quo ad correctionem,arg.1.q.7.conuenientibus.ibi quotidie intellige tam post primam,quàm post secundam,& hoc de iam damnatis. Quid tamen super hoc tenēdum sit,no.s.prox.q.5.non vos.si autem quis errat in fide,non statim est hæreticus,dummodo paratus sit corrigi,vt s.ea.q.hęc est.si autem nō vult corrigi vsque ad annum,amodo est habendus pro hæretico, vt extra de hær. excommunicamus.

Tit.3.

r ¶ *Quicumque.*] ¶ *Absolui.*] j. de pœ.di. 1.verbum.

s ¶ *Ingredi.*] cum iste claues habeat, vt s. 20.dist.§.1.Ioan.

3 ibi gl.ord.

Di,& proieci.] Casvs. Ostendit Hierony.in hoc c. cap.

4 Iuo p.5. c.25.

ꝙ Deus non respicit sacrificia iniquorum, nec multitudinem sacrificiorum malorum hominum attēdit:sed potius affectum respicit offerentium. & hoc probat auctoritate prophetæ,& exemplo viduæ. auctoritas est in prin.cap.& durat vsque ibi,*Odit autem.* Exinde sunt verba Hieronym. exemplum est ibi, *Vnde,& vidua.*

5 Iuo p.2. c.108. Amos 5.

t ¶ *Vestras.*] vos non tenentes vnitatem ecclesiæ.

u ¶*Respiciam.*]hucusque sunt verba prophetæ.

6 j.q.j.odit Deus. aliquot verbis omissis.

x ¶ *Sed suas.*] argum. " contra scholares qvadūt ad ecclesiam vt videant dominas : qa ibi potius attendunt causam suam quàm Dei.

" scholares aliquivadūt ad ecclesias vt videant dominas.

y ¶ *Similitudine.*] & est figura anthropopathos. nam attribuitur Deo quod est hominis,s.claudere nares. " non enim Deus habet membra distincta : sicut dicunt quidam hæretici. j. q. 3. quidam. ver.antropomorphitæ. Et est hic arg. ꝙ si clericus agit contra laicum, debet loqui vulgariter.

" Deus mē bra non h3.

c

z ¶*Holocausta.*] s.q.1. illi offerunt.

Mar.12.

a ¶ *Non ea suscipit.*] vt remuneret æterno premio. s.14.q.5.scriptum. j.de pœ.dist.5. considereat. s.ead.q.1. alienus. j. de consec. dist.5. non mediocriter.s.14.q.vlt. c.vlt.s. 3.q.7.in grauibus.

c sc.vt laic' intelligat.

b ¶*Vnde & vidua.*]de qua habes de pœnit. dist.5.c.1.

ar.5.q.2. latū. de hoc est q̄stio.B.

c ¶ *Duo minuta.*]

" *Affectum dantis pensat censura tonantis.* Vnde illud:

" dātis affectū considerat dñs.

Iupiter vt centum taurorum sanguine fuso. Sic capitur minimi thuris amore Deus.

Habac.2.& Rom.1.

Ioan.

Vbi sana.] Casvs. Dicit Aug.in hoc cap.quòd vbi sana fides & charitas non sunt, iustitia ibi esse non potest:& ideo schismatici & hæretici quia fidem & charitatem non habent, fructum de sua iustitia non expectent.seq.cap.patet.

d ¶*Vbi sana.*]j.28.q.1.§.ex his.s.di.43.in mandatis.cōtra.sed dicitur ibi deesse fidei,non quòd non sit fidelis,sed quo ad perfectionem.

Antea legebatur, vetus. *Emendatum est ex originali quoniam glossa nihilominus conuenit.*

A ¶Vetusto.] *Antea legebatur*, vetus. *Emendatum est ex originali quoniam glossa nihilominus conuenit.*

B ¶Virga ferrea.] *Apud B. Hieronymum legitur*, Virgam ferream, & æternum opperiuntur incendium. *Sed ob glossam non est emendatum: quæ etiam causa fuit, cur aliquot aliis locis satis visum fuerit iudicare in margine lectionem ipsam Originalis.*

Item Ambrosius in commentariis, ad c. 9. Lucæ.

¶Hæreticorum consortia à catholicis sunt fugienda. C. XXVI.

1 QVæ dignior domus [b] Apostolicæ prædicationis ingressu [c], quàm sancta ecclesia? aut quis preferendus magis omnibus videtur esse, quàm Christus qui pedes [d] suis lauare consueuit hospitibus,& quoscumque sua receperit domo, pollutis non patitur habitare vestigiis [e], sed maculosos,licet vitæ prioris,in reliquū [f] tamen dignatur mundare † processus? Hic est igitur solus, quem nemo deserere debet, nemo mutare:cui bene dicitur [g] [Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternę habes,& nos credimus.] Vides executorē cœlestium præceptorum, qui quoniam non mutauit hospitium [h], cœlestis consortium habitationis † emeruit? 2 Fides igitur in primis ecclesiæ quærenda mandatur : in qua [i], si Christus habitator sit,haud dubie sit legenda. Sin vero populus perfidus,aut præceptor hæreticus deformet habitaculū:vitanda hæreticorum communio, fugienda synagoga censetur, excutiendus [k] pedum puluis [l]:ne fatiscentibus [m] perfidiæ sterilis siccitatibus [n] tāquam humi aridō [o],arenosoque mentis tuæ vestigium polluatur. Nam sicut corporeas infirmitates [p] populi fidelis suscipere in se debet Euangelij prædicator,& tāquam propriis inania gesta pulueri comparanda alleuare, atque abolere vestigiis,iuxta quod scriptum est, [Quis infirmatur, & ego non infirmor?]ita,si qua est ecclesia,quę fidē respuat,nec Apostolicæ prædicationis fundamenta possideat, ne quam labem perfidiæ possit aspergere, deserenda est. Quod Apostolus quoque euidenter asseruit,dicens:[Hæreticum hominem post vnam,& secundam correptionem deuita [q].]

Idem Beda super Matthæum in homilia de festo Apostolorum Petri, & Pauli, ad c. 16. Matthæi.[3]

¶ Nec peccatis solui, nec cœleste regnum ingredi potest,qui ab vnitate ecclesiæ est diuisus. C. XXVII.

4 QVicūque ab vnitate fidei, vel societatis Petri Apostoli quolibet modo semetipsos segregant: tales nec vinculis peccatorum absolui [r], nec ianuam possunt regni cœlestis ingredi [s].

Item Hieronymus in Amos prophetam, ad cap. 5.

¶ Non suscipiuntur eorum sacrificia, quorum fides reprobatur,& vita. C. XXVIII.

5 QDi, & proieci festiuitates vestras [t] : & non capiam odorem cœtuum vestrorū. Quòd si attuleritis mihi holocaustomata,& munera vestra nō accipiam, & vota pinguium vestrorum non respiciam [u].] ¶ Odit autē Deus, & non solum odit, sed & proiecit festiuitates eorum [x], qui non celebrant festiuitates Dei, sed suas [x]. *& post pauca.* ¶ Odisse [B] autem, & proiicere,& non odorari,humana loquitur similitudine [y], vt nos affectum Dei nostris sermonibus cognoscamus. Et si obtulerint holocausta, vt videantur ieiunare, dare eleemosynas,pudicitiam poliri(quę holocausta [z] sunt vera:) non ea suscipit [a] Dominus:nec dignatur aspicere pinguissimas hostias eorum. Non enim sacrificiorum magnitudinem, sed offerentium merita,causasque diiudicat. ¶Vnde & vidua [b], quæ in Euangelio in corbonam duo minuta [c] miserat,omnib⁹ à Saluatore præfertur:quia Dominus non ea,quę offeruntur,sed voluntatem respicit offerentium.

A ¶ Eorum.] *In commentariis B. Hieronymi hic,quemadmodum & aliis locis huius capitis sunt aliquot verba interpolita. Sed Iuo hoc loco habet vt Gratianus.*

B ¶Odisse.]*Ante hæc verba apud B. Hieronymum,& Iuonem antecedit,c.odit.s.1.q.1.*

Item Augustinus de sermone Domini in monte,lib. 1.cap.9.

¶ Vbi charitas non est, ibi fides,vel iustitia locum non habet. C. XXIX.

VBi sana [d] fides non est, non potest esse iustitia : quia iu-

Source : BIU Cujas

ADDITIO. Nam & fides perficitur, de pœ. dist. 2. dum sanctam. arg. 11. q. 3. quod prædecessor. Archid.

a ¶ *Iustus.*] i. iustitia efficit vt sit dignus vita æterna. nam ibi Christus non est fundamentum, &c. vt 1. q. 1. cum Paulus. omnes enim virtutes patiuntur detrimentum ab vno vitio, vt de pœ. dist. 5. c. 1. vt in hoc casu. Ioan.

b *Hæretici.*] ¶ *Perfectionem.*] i. sanctitatem, vt 1. q. 1. eos qui. vel iustitiam. 1. q. 1. Dominus declarauit.

Rom. 13. *Dicimus.*] Casvs istius c. talis est. Magnus quæsiuit à Cypriano, vtrũ Nouatianus posset conferre remissionem peccatorum, vel ligare? Et resp. quòd non, quia inter hæreticos & schismaticos reputatur, cum canonice non sit electus, sed à seipso ordinat[a] est. vnde ecclesiam tenere non potest: quia non est ordinatus in ecclesia. Cornelius vero qui Fabiano Papæ successit, est legitime ordinatus, & ideo Nouatianus, & omnes sibi cõsentientes pœnis destinantur, nisi se separauerint à communione malorũ, dicente Domino per Moysen: Separamini, &c. & hoc probat exemplo eorum qui per consensum simul cum Dathan & Abiron perierunt. & auctoritate Oseæ prophetæ. Vbi autem sint auctoritates & exemplum patet per seq. cap.

1 j. q. j. Arianos. Anſ. l. 11 c. 52. Pol. l. 7. tit. 5.

2 Anſ. l. 12. c. 41. Poly. l. 7. tit. 5.

† *Dicimus*] orig.

c ¶ *Didicimus.*] pone casum per illa duo c. 7. q. 1. factus est. & ca. Nouatianus. nã cum Cornelius canonice esset electus in Papã, Nouatianus à schismaticis volebat eligi, contra quẽ dicit Cyprianus eum nõ posse habere aliquam in ecclesia potestatem, cum sit schismaticus, cum ecclesia vna sit, & apud duos esse nõ possit: probat postea exemplo Chore, Dathan & Abirõ, quòd non solum tantum schismatici, sed etiã auctores eorum puniuntur. Vltimo dicit eos remissionem peccatorum, quam non habẽt, dare nõ posse.

† *al. ordinatus*

3 7. q. 1. denique. §. q vero.

d ¶ *Nil habere.*] argu. ext. de schism. c. 1. 12. q. 1. alienationes. si tamen est occultus, tolleratur. quod facit, vt §. no. in princ. " quia omnis schismaticus si perseuerat, est hæreticus, nisi in summo Pontifice: vt ibi dixi.

4 j. q. j. si qs inqt. §. quare qui.

" schismaticus ois est hæreticus.

Hæretici.] ¶ *Perfectionem.*] i. sanctitatem, vt 1. q. 1. eos qui. vel iustitiam. 1. q. 1. Dominus declarauit.

Didicimus.] Casvs istius c. talis est. Magnus quæsiuit à Cypriano, vtrũ Nouatianus posset conferre remissionem peccatorum, vel ligare? Et resp. quòd non, quia inter hæreticos & schismaticos reputatur, cum canonice non sit electus, sed à seipso ordinat[a] est. vnde ecclesiam tenere non potest: quia non est ordinatus in ecclesia. Cornelius vero qui Fabiano Papæ successit, est legitime ordinatus, & ideo Nouatianus, & omnes sibi cõsentientes pœnis destinantur, nisi se separauerint à communione malorũ, dicente Domino per Moysen: Separamini, &c. & hoc probat exemplo eorum qui per consensum simul cum Dathan & Abiron perierunt. & auctoritate Oseæ prophetæ. Vbi autem sint auctoritates & exemplum patet per seq. cap.

c ¶ *Didicimus.*] pone casum per illa duo c. 7. q. 1. factus est. & ca. Nouatianus. nã cum Cornelius canonice esset electus in Papã, Nouatianus à schismaticis volebat eligi, contra quẽ dicit Cyprianus eum nõ posse habere aliquam in ecclesia potestatem, cum sit schismaticus, cum ecclesia vna sit, & apud duos esse nõ possit: probat postea exemplo Chore, Dathan & Abirõ, quòd non solum tantum schismatici, sed etiã auctores eorum puniuntur. Vltimo dicit eos remissionem peccatorum, quam non habẽt, dare nõ posse.

Item Innocentius Papa ad Alexandrum, epist. 18.

¶ A fide recedens, spiritus perfectionem amittit.

C. XXX.

HÆretici, cum à fide catholica desciuerunt, perfectionem [b] spiritus, quam acceperant, amiserunt.

Item Cyprianus Magno filio salutem, lib. 1. epist. 6

¶ Sacri officij [A] potestate penitus carent hæretici.

C. XXXI.

A ¶ Officij.] *Sic est emendatum ex plerisque vetustis. Antea legebatur,* sacrificij.

2 Didicim[o]† [c] omnes omnino hæreticos, & schismaticos nil habere [d] potestatis, ac iuris. Propter quod [e] Nouatianus nec debet, nec potest excipi, quominus ipse quoque extra ecclesiam consistens, & contra pacem, ac dilectionem Christi faciens inter aduersarios, & antichristos computetur. *& paulo post.* ¶ Ecclesia vna est, quæ vna & intus esse, & foris non potest. Si enim apud Nouatianum est, apud Cornelium non fuit. Si vero apud Cornelium fuit [f], qui Fabiano episcopo legitima ordinatione successit, & quem prẽter sacerdotij honorem martyrio quoque Dominus glorificauit: Nouatianus in ecclesia non est, nec episcopus computari potest, qui Euangelica, & Apostolica traditione contempta nemini succedens, à seipso ortus† [g] est. Habere namque, aut tenere ecclesiam nullo modo potest: qui ordinatus in ecclesia non est. *& paulo post.* ¶ [3] Quòd vero eumdem, quem & nos, Deum patrẽ, eumdem filium Christum, eumdem spiritum sanctum nosse dicuntur, nec hoc adiuuare [h] tales potest. *& infra.* ¶ [4] Inuenimus in tali facinore non solum duces, & auctores, sed etiam participes pœnis destinari, nisi à communione maiorum se separauerint [i], præcipiente per Moysem Domino, & dicente: [Separamini à tabernaculis hominũ istorum durissimorũ: & nolite tangere ab omnibus, quæ sunt eis, ne simul pereatis in peccatis eorum.] Et quod comminatus per Moysem Dominus fuerat, impleuit, vt quisquis se à Chore, & Dathan, & Abiron nõ separasset, pœnas statim pro impia communione persoluerer. Quo exemplo ostenditur, & probatur obnoxios omnes & culpæ, & pœnæ futuros, qui se schismaticis contra præpositos, & sacerdotes irreligiosa temeritate miscuerint: sicut etiam per Oseæ prophetam spiritus sanctus testatur, & dicit: [Sacrificia eorum, tamquam panis luctus: omnes, qui manducant ea, contaminabuntur,] docens scilicet, & ostendens omnes omnino cum auctoribus supplicio [k] coniungi, qui fuerint eorum peccato contaminati. Quæ ergo apud eos merita [l] esse circa Deum possunt, quibus supplicia [m] diuinitus irrogantur? *& infra.* ¶ Si autem foris cuncti [n] hæretici, & schismatici nõ habent spiritum sanctum, & ideo apud nos eis† manus imponitur, vt hic accipiatur, quod illic nec esse nec dari potest: manifestum est nec remissionem peccatorũ dari per eos posse, quos constet spiritum sanctum non habere.

Item Liberius Papa in epistola ad Athanasium.

¶ Proprio spolientur honore, qui contra pacem ecclesiæ nituntur.

C. XXXII.

5 QVi contra [o] ecclesiæ pacem sunt, si dignitatem, aut cingulum militiæ † habeant, nudentur eis. Si autem sunt priuati [p], si quidẽ nobiles [q] existunt, suarum substantiarũ proscriptionem [r] patiantur: si autem ignobiles [s], non solum in corpore verberentur, sed exilio perpetuo castigentur.

Item Pelagius Papa.

¶ Nec consecrat, nec consecratur in schismate constitutus episcopus.

C. XXXIII.

a Ad idẽ ff. đ auct. tut. l. 1. & ff. đ adm. tut. quoties. §. ñ tm̃. ff. de of. pto. l. vlt. & quę sit rõ dic vt ibi. Num. 16.

" eligit seipsum nemo

h ¶ *Adiuuare.*] nam qui totam legem custodit, offendit autem in vno, factus est omnium reus, vt j. de pœ. dist. 2. §. item opponitur. si enim in quit. s̃. 7. q. 1. denique.

i ¶ *Separauerint.*] s̃. 1. q. 1. si quis inquit.

k ¶ *Supplicio.*] æquali: quia facto consenserunt, vt j. 1. q. 3. qui aliorum.

l ¶ *Merita.*] intellige æterna. nam & temporalia possunt. 22. q. 2. si quælibet.

m ¶ *Supplicia.*] nam in pœna non potest esse præmium. argu. 16. q. 1. legi. ff. de neg. gest. siue hereditaria. & ff. ex quib. cau. ma. l. si cui. & ff. de interdict. & relega. l. relegatorum.

n ¶ *Cuncti.*] s̃. 11. q. 3. nihil.

Oseæ 9.

o QVi cuncta.]C. quæ res ven. non pos. l. vlt.

p ¶ *Priuati.*] hic habes, quòd dicuntur priuati illi, qui non sunt præditi aliqua dignitate.

q ¶ *Nobiles.*] j. 26. q. 5. idolorũ. contra. s̃. 12. di. non cogãtur. s̃. 12. q. 2. de reb[o]. s̃. 22. q. 5. c. 1. 12. q. 2. fraternitas. ff. de in ius voc. l. vlt.

r ¶ *Proscriptionem.*] 23. q. 5. de Liguribus.

† abest ab orig.

3 Illicita ergo excommunicatio, vt ex præmissis apparet, non lædit eum, qui notatur, sed à quo notatur: ac per hoc, qui innocentes sunt, ex alterius crimine condemnari non possunt: sicut ab imprudentibus familiæ potentum pro peccatis dominorum solent notari. Sed adhuc obiicitur, quòd non solum innocentes, sed nec etiam criminosi sententia maledictionis sint feriendi. Ait enim Christus in Euangelio, [*Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos: benefacite his, qui vos oderunt.*] *Item Apostolus* [*Benedicite persequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere.*] *Item* [*Maledici regnum Dei non possidebunt.*] *Item Hieronymus in epistolam* g *ad Titum initio capitis tertij.*

Matth. 5. Rom. 12. Gal. 5.

¶ Ab omni maledicto fideles immunes esse oportet. C. X.

[4] SI igitur Michael non fuit ausus diabolo [h], & certe maledictione dignissimo iudicium inferre blasphemię [i], quanto magis nos ab omni maledicto puri esse debemus? Merebatur diabolus maledictũ: sed per os Archangeli blasphemia exire non debuit. Relege veteres libros, & vide, quæ tribus in monte Garizin constitutæ sint, vt benedicerent populo [k], & quæ in monte altero [l], vt maledicerent: Ruben, qui maculauerat torum parentis, & Zabulon nouissimus Liæ filius, & ancillarum liberi in monte Heliel † [m] ponuntur, vt maledicant [n] his qui maledictione sunt digni.

Deut. 27.

†*al. Hebal*

4 epist. Iud.

Item ex quinta synodo, collatione 5.

¶ A Deo separamus, quos impios demonstramus. C. IX.

Sic igitur.] Casvs. Hic ostendit Hieron. ꝙ ex ore prælati maledictũ exire non dẽt ad instar Michaelis q̃ diabolo maledicere noluit, cũ secum de corpore Moysi altercaretur, & ad instar populi Israelitici, quem Dominus præcepit in duas partes diuidi, vt sex maiores tribus super montem Garizin populo bñdicerent, & sex minores tribus super montem Heliel, siue Hebal vt maledicerent transgressoribus legis.

Sap. 1.

h ¶ *Diabolo.*] cum contendebant de corpore Moysi.

i ¶ *Blasphemia.*] cui nõ aliud dixit q̃ hoc, Imperet tibi Deus. sed vñ hoc habuerit Apostolus, ignoratur.

k ¶ *Populo.*] illo qui seruaret legem Dei.

l ¶ *Altero.*] i. Hebal.

m ¶ *Heliel.*] in prox. c. vocat eundem montem Hebal.

n ¶ *Maledicant.*] non seruantibus.

†al. referretur 21 epist. Iud.

Source : BIU Cujas

Cvm ergo.] Casvs. Dicitur in hoc c. quòd duplex est propositum hominum. Nam quidam sponte faciunt bona, quidam metu malorum, & timore suppliciorum. Primi designantur per sex maiores tribus quæ super montem Garizin, incedentes electi erãt ad benedicendum: secũdi vero, qui timore vel metu bona faciunt, indicantur per alias sex minores tribus, q̃ iuxta mõtem Heliel, siue Hebal positæ erant, & paratæ ad maledicendum.

1 Origenes homil. 9. ad c. 9. Iosue.

a ¶ *Propositi.*] i. variis modis seruatur lex: quidam seruant eam amore iustitiæ, quidã timore pœnæ.

b ¶ *Ad salutem.*] sicut Paulus s. proxim. q. 4. quis nos. tñ quamdiu seruilis timor est ī homine, non saluatur, vt s. prox. q. 6. §. ex his.

†al. singulariter] orig.

c ¶ *Malorum.*] idem dicitur in Deuteronomio.

SED QVI PRO. Casvs. Probatum est s. q̃ criminosi maledicendi non sunt. Nunc ostendit Grat. q̃ sunt maledicendi. Et hoc probat xj. auctoritatibus, vel rationibus, quæ satis in littera patent: & hoc in prima parte. In secunda parte distinguit inter maledictum & maledictũ: nam maledictum quod fit amore iustitiæ, non prohibetur: quod vero fit libidine vlciscẽdi, vel odio pse quentis, prohibẽtur. Secunda pars incipit ibi, *Distinguendum.* Et ad hoc inducit seq. c.

†al. Hebal

Gen. 3.

Gen. 4.

Gen. 12.

Matth. 21.

d ¶ *Primæ præuaricationi.*] s. fraterno odio, vel peccato Adæ. Io.

Gen. 9.

e ¶ *Chanaam*] ipsi Chã non maledixit, sed filiis eius, vt ostẽderet,

Gen. 27.

"Motus primi nõ sunt puniendi.

"quòd primi motus non essent puniendi, sed ipsi secundi. Vel ideo quia magis terrentur parẽtes in pœna filiorũ quã in propria, vt ff. quod met. cau. isti quidem. §. vl.

Deut. 27.

†al. Hebal

Additio. De hoc etiam legi. & no. s. 1. q. 4. §. his ita. in fi. versi. item Cham.

Act. 8.

f ¶ *Si angelus.*] hoc expositum est s. 11. q. 3. si is qui præest.

h ¶ *Distinguendũ est.*]

Rom. 12. 1. Cor. 3. & 16.

"Maledicẽs an sp puniri debeat.

"qui ex pertinacia maledixit, punitur, vt ext. de cle. ma. c. 1. qui ex temeritate vel leui tate meretur veniam, vt 2. q. 3. si quis iratus. §. 1. & §. notandum. talis enim venialiter peccat, vt 25. dist. §. aliàs. in fi. qui ex insania miseratione dignus est, vt C. si quis Imp. maled. l. vnica.

Gal. 1.

Cvm sancti.] Casvs. Dicitur in hoc c. quòd duo sunt genera prælatorum, s. boni & mali, & maledictio bonorum prælatorum iusta est, & de iusticia procedit. quia in mente diuum iudicium respiciunt, sicut fuit maledictio, quàm fecit Deus in primum parentem, & quæ facta fuit in illos, qui maledicebant Abrahæ. Maledictio malorum prælatorum est iniusta, quæ à liuore vindictæ procedit à quo liuore vindictæ boni debent abstinere. Et hoc probatur auctoritate Apostoli. *Intus*, id est, in mente. *Subtile*, id est, diuinum. *A quo*, scilicet liuore vindictæ. Sequentia duo c. patent, in quibus dicitur, quòd cũ discretione debet aliquis corrigi vel excommunicari.

2 Beda ī act. c. 8. Iuo p. 14 c. 4. & 5.

h ¶ *Vltionis.*] supra 55. distinct. cap. vera iustitia. s. 86. distinctio. odio.

Pan. l. 5. c. 82

† *al. iustitia examinis*

† *Dei iudicium*] vera lectio.

i ¶ *Subtile.*] arg. quòd subtilitas est in canonibus consideranda. argu. 2. q. 1. in primis. argu. contra. extra de appellat. dilecti. & institut. de fideicommissis hered. §. sed quia.

†al. æterno

" vbi dicitur, quòd subtilitas pernicioſa est in legibus, & simplicitas est amica veritatis. Ioan.

" subtilitas reprobatur.

k *Apostolicæ.*] ¶ *Exemplo.*] Qui tradidit Corinthium Satanæ.

Gen. 3.

a Vt 11. q. 3. audi.

Gen. 12.

l ¶ *Errantium.*] in fide. Ioan.

Tam sacerdotes.] ¶ *Fideles.*] id est, prælati. sic non est hic argumen. quòd istud, si peccauerit, &c. spectat ad omnes.

n ¶ *Separentur.*] ergo sacerdotes habent officium excommunicandi, vt 2. q. 1. nemo episcopus.

Rom. 12.

De excommunicationis.] Casvs. Gregor. vel quidam alius quendam excommunicauit interposita comminatione degradandi ipsum, de quo cum ipse cõquereretur, scribit ei Gregor. & reprehendendo eum dicit, quòd iniuste conqueritur. Et hoc probat auctoritate Apostoli dicentis, quòd nos omnem inobedientiam debemus vlcisci. Vel dic, quòd simpliciter non fuit excommunicatus, sed citatus fuit sub periculo sui gradus, vel gradatim facta fuit citatio, scilicet primo, secundo, & tertio: & ita excommunicatus fuit nisi tunc venerit. & ita secundum varias expositiones vario modo formabis casum. vltima tamen expositio bene innuitur ex littera.

1. Cor. 5.

3 Burch. l. 1. cap. 136. Iuo p. 5. c. 250.

o ¶ *Gradus.*] quia sub periculo gradus honoris sui excommunicauerat eum, vel secundum gradum honoris sui vocauerat ipsum. nam aliter vocandi sunt maiores, aliter minores, vel quia gradatim vocauerat ipsum in vltimo peremptorio.

2. Cor. 10.

Item in libro Iosue.[1]

¶ Quos significent illi, qui ad benedictionem quiue ad maledictionem de filiis Israel electi sunt.

C. XI.

CVm ergo in singulis quibusque fidelium talis sit propositi [a] varietas, hoc mihi designari videtur in hoc loco, quòd dimidij illi, qui iuxta montem Garizin incedunt (illum, qui ad benedictiones electus est) istos figuraliter † indicent, qui non metu pœnæ, sed benedictionum, & repromissionum desiderio veniunt ad salutem [b]: illi vero dimidij, qui iuxta montem Gebal † incedunt, in quo maledictiones prolatæ sunt, istos alios indicent, qui malorum [c] metu, & suppliciorum timore complentes quæ in lege scripta sunt, perueniunt ad salutem.

Sed qui pro persecutoribus iussit orare: primos parentes pro transgressione mandati, mortis maledicto percussit. Cain quoque, quia primæ præuaricationi [d] *fratricidium adiunxit, sententiam maledictionis à Domino reportauit. Abrahæ quoque Dominus dixit [Maledicam maledicentibus tibi, & benedicam benedicentibus tibi.] In Euangelio etiam, cum esuriens veniret ad ficum, non inueniens fructum in ea, sua maledictione, perpetua sterilitate ipsam damnauit.* ¶ *Item Noe cum verenda sua à Cham derisa cognosceret, filium eius Chanaam* [e] *maledicens dixit [Maledictus Chanaam sit seruus fratrum suorum.] Item Isaac, cum beneditceret Iacob filio suo, ait, [Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.] Item, sicut in libro Deuteronomij legitur, Moyses ex præcepto Dei duodecim tribus filiorum Israel in duas partes diuisit, & sex tribus iussit, vt iuxta montem Gebal † incedentes maledictionem transgredientium legem vociferarentur: aliis vero præcepit, vt iuxta alium montem incedentes benedictiones obseruantium inclamarent.* ¶ *In nouo etiam testamento Petrus Apostolus legitur Simoni maledixisse, cum ait, [Pecunia tua tecum sit in perditionem.] Paulus quoque, qui dixerat, [Benedicite, & nolite maledicere,] fornicatorẽ Corinthium iussit excommunicari.* ¶ *Item in eadem* [A] *epistola ait, [Si quis non fuerit secutus doctrinam Domini nostri Iesu Christi, sit anathema, maranatha.]* ¶ *Item Galathis, [Si Angelus* [f] *de cœlo veniens aliud vobis euangelizauerit, anathema sit.]* ¶ *Distinguendum est igitur inter maledictum, quod prohibetur, & maledictum, quod à Domino, & sanctissimis viris rationabiliter profertur. Maledictum, quod prohibetur, est illud quod procedit ex voto vltionis, & odio persequentis, non ex amore iustitiæ. Maledictum vero, quo sancti maledicunt, est illud quod procedit ex amore iustitiæ, non ex liuore vindictæ.*

Vnde Gregorius ait in Moral. lib. 4. c. 6.

A ¶ In eadem.] *Antea legebatur, vt etiam in manuscriptis, in alia. Huius vero loci, ac sequentis sensum retulit Gratianus, non ipsa prorsus Apostoli verba.*

¶ Sancti viri non ex voto vltionis, sed amore iustitiæ aliquos maledicunt. C. XII.

CVm sancti viri maledictionis sententiam proferunt, non in hãc ex voto vltionis [h], sed ex iustitiæ † examine prorumpũt. Intus enim subtile [i] iudicium † aspiciunt, & mala foris exurgentia, quia maledicto debeant ferire, cognoscunt: & eo in maledicto non peccant, in quo ab interno † iudicio nõ discordãt. *Item supra c. 5.* ¶ Scriptura sacra duobus modis maledictum memorat: aliud videlicet, quod approbat: aliud, quod damnat. Aliter enim maledictum profertur iudicio iustitiæ [A], vt in ipso primo peccante prolatum est, cum audiui. [Maledicta terra in opere tuo, &c.] & sicut Abrahę dicitur. [Maledicam maledicentibus tibi.] Aliter vero profertur maledictum, quod non iudicio iustitiæ, sed liuore vindictæ promitur: à quo voce Pauli Apostoli prædicantis cessare admonemur, qui ait, [Benedicite, & nolite maledicere.]

A ¶ Iustitię.] *In his, quæ sequuntur, non omnino refert Gratianus ipsa verba* B. *Gregorij, neque etiam ceterorum collectorum, licet propius ad eos accedat. Sententia tamen eadem maneat.*

Item Pelagius Papa Anglio episcopo.

¶ Errantes, & in errorem mittentes excommunicentur.

C. XIII.

APostolicæ auctoritatis exemplo [k] didicimus, errantium [l], & in errorem mittentium spiritus tradendos esse Satanæ, vt blasphemare dediscant.

Item Anacletus Papa, epist. 3.

¶ Delinquentes corrigantur à sacerdotibus, incorrigibiles inuenti excommunicentur.

C. XIIII.

[3] TAm sacerdotes, quàm reliqui fideles [m] omnes summam curam habere debent de his, qui pereunt: quatenus eorum redargutione, aut corrigantur à peccatis, aut si incorrigibiles apparuerint, ab ecclesia separẽtur. [n]

Item Gregorius Papa lib. 2. epist. 37. ad Natalem episcopum.

¶ Secunda, vel tertia admonitione interposita, excommunicationis sententia procedat.

C. XV.

DE excommunicationis articulo (quæ tamen interposita conditione gradus [A o], secundo, vel tertio iam, vt ita dicam, ex necessitate subiuncta est) beatitudo vestra immerito quæritur, cum Paulus Apostolus dicat, [In

Source : BIU Cujas

Resecandæ.] Casvs. Ostendit in hoc c. Hieron. quòd inobediens à consortio bonorum est repellendus, & hoc probat v. exemplis, scilicet ouis scabiosæ, & putridæ carnis, & fermenti, & Arij hæretici, & scintillæ. *Ardeat domus*, scilicet corrumpatur, scilicet massa. *putrescat*, scilicet corpus. *intereant*, scilicet pecora.

a ¶ *Ouis.*] 45. dist. sed illud.

promptu habẽtes vlcisci omnem inobedientiam.]

A ¶ Gradus.] *In tribus vetustis exemplaribus epistolarum B. Gregorij, & vno Gratiani legitur*, gradu secundo, &c.

Item Hieronymus in epistolam ad Galatas, c. 5.

¶ Mali ab ecclesia sunt eliminandi.

C. XVI.

Resecandæ[A] sunt putridę carnes, & scabiosa ouis[a] à caulis repellẽda, ne tota domus massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant. Arius in Alexandria, vna scintilla fuit: sed quia non statim oppressa est, totum orbem[b] eius flamma populata est.

A ¶ Resecandæ.] *Apud B. Hieronymum legitur*, secandæ putridæ carnes, & scabiosum animal à caulis ouium repellendum.

Item Augustinus in libro de correptione & gratia, c. 15.

¶ Pro diuersitate culparum subditi à præpositis corripiantur.

C. XVII.

Corripiantur itaque à præpositis suis subditi fratres correptionibus de charitate venientibus pro culparum diuersitate diuersis, vel minorib⁹, vel amplioribus: quia & ipsa, quæ damnatio nominatur, quam facit episcopale[c] iudiciũ (qua pœna in ecclesia nulla maior[d] est) potest, si Deus voluerit, in correctionem saluberrimã cedere, atq; proficere. Neq; enim scimus, quid contingat sequenti die. An ante finẽ vitæ huius de aliquo desperandum[e] est? Aut contradici Deo potest, ne respiciat †, & det pœnitentiam, & accepto sacrificio spiritus contribulati, cordisque contriti, à reatu quamuis iustæ dãnationis absoluat, damnatumq;[A f] ipse nõ damnet g? Pastoralis tamen necessitas habet, ne per plures serpant dira contagia, separare[h] ab ouibus sanis morbidã, ab illo, cui nihil est impossibile, ipsa forsitã separatione sanandã. Nescientes enim quis pertineat ad prædestinatorũ numerum, quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus saluos fieri.

A ¶ Damnatumque.] *Sic emendatum est ex originali, nec glossa visa est impedire. Antea legebatur*, damnatũ, quem ipse nõ damnat.

Item Prosper libro 2. de vita contemplatiua, c. 7.

¶ Qui corrigi nolunt, excommunicationis ferro debent abscindi. C. XVIII.

Ecce autem.] Casvs. Docet Prosper in hoc c. q; si crimina aliquorum nolentium confiteri fuerint manifesta vel probata, prælati eorũ debent eos prius admonere & increpare, vt emendentur: quod si non fecerint, ferro excõmunicationis sunt ab aliis separandi, ne exẽplo suæ perditionis alios interficiant, si in eorum societate perseuerent: sicut contagione putridæ carnis ceteræ partes humani corporis corrumpuntur.

i ¶ *Nolentibus.*] arg. est hic, q; in notoriis requiritur admonitio, vt ẽ. ead. c. de illicita. Item est hic arg. q; licet quis neget crimen: tamen dicitur notorium. Item hic arg. q; etiam si in modum exceptionis est aliquod crimen probatum, q; est facta fides. & potest talis puniri nisi corrigatur: ex hoc quòd dicit, vndecumque claruerint. Nam & iudicium hæreticorum clarificat ecclesiam, vt ẽ. ea. q. 1. subdiaconus. Ad hoc potest dici, quòd in causa denuntiationis loquitur[a], vbi qualiscũque scientia sufficit, vt dixi 22. q. 5. hoc videtur. & 2. q. 1. multi. & licet in causa denuntiationis agatur ad pœnitentiam, tamen si noluerit postea pœnitere, potest puniri. Alij intelligunt de crimine notorio.

a ista fuit sniaB. &Hu. scdm Lau. †Ea] orig.

Ecce †autẽ crimina quorumlibet, si ipsis criminosis confiteri nolẽtibus[i], vndecumque[k] claruerint, quæcumque non fuerint patientiæ[l] leni medicamẽto sanata, veluti igne quodam piæ increpationis vrenda sunt, & curanda. Quòd si nec sic quidem æquanimiter sustinẽtis, ac pie increpantis medela processerit † in eis, qui diu portati, & salubriter obiurgati corrigi noluerint, tamquam putres corporis partes debent ferro excõmunicationis abscindi: ne sicut caro morbis emortua, si abscissa non fuerit, salutem reliquæ carnis putredinis[m] suæ contagione corrumpit: ita isti, qui emendari despiciunt, & in suo morbo persistunt, si moribus deprauatis in sanctorum societate permanserint, eos exemplo suæ perditionis inficiant.[A]

A ¶ Inficiant.] *Apud Prosperum continuo sequitur cap. porro. ẽ. de pœnit. dist. 1.*

Item Nicolaus Papa Lothario regi.

¶ Excommunicandus est, qui duas simul vxores habere præsumit.

C. XIX.

An non districta vltione feriendus es, qui in duabus vxoribus adulterium[n] Lamech, & flagitium imitatus esse dignosceris? Quod Dominus non nisi post lxxvij.[o] generationes suo salutifero aduentu deleuit: cũ Cain fratricidium septima generatione aquis abolitum sit cataclysmi.

Item ex concilio Agathensi c 37.

¶ Falsi testes, & homicidæ communione priuentur. C. XX.

Itaque censuimus homicidas, & falsos[p] testes à communione ecclesiastica submouendos, nisi pœnitentiæ satisfactione crimina admissa diluerint.

Item ex concilio Toletano 1. c. 11.

¶ Excommunicetur potens, qui clericum pauperem, vel religiosum spoliare præsumit. C. XXI.

ij[3] Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem[A q] aut religiosum expoliauerit, & mandauerit eum ad se venire episcopus, vt audiatur, & contempserit: inuicem mox scripta[r] percurrant per omnes episcopos prouinciæ, & quoscumque adire potuerint, vt excommunicatus habeatur ipse, donec obediat, & reddat aliena.

r ¶ *Scripta.*] sic 11. q. 3. curæ. 2. quæst. 1. legum. Hic videtur quòd statim post citationem primam aliquis possit excommunicari. arg. 5. quæst. 2. præsenti. Sed dic quòd non, nisi post tria edicta, vel vnum peremptorium. ẽ. ead. c. de illicita.

Decret. ij. pars.

b ¶ *Totum.*] totum dicit, & tñ tm Alexandrinã ecclesiam intellexit, vt 1. q. 1. manifestum. Vel dic totum, quia eius sequaces erant per totũ orbem.

Corripiantur.] Casvs. Dicebãt quidã, q; epi nõ debẽt aliquẽ excõicare, vel separare ab alios: qm̃ præsciti omnes damnabũtur, & prædestinati salui erũt. Et respõdet Aug. cum nesciamus q; sit prædestinatus, & q; præscitus, sic affici debemus charitatis affectu, vt oẽs velimus & laboremus soluos esse: & ideo vbicumque aliquem incorrigibilem inuenimus, separare eũ ab aliis debemus, forsan ipsa separatione sanandam, ne eius cõiunctione alij polluantur, ad instar morbidæ ouis, quæ est à sanis separanda. Et qđ dicitur in littera *Damnatio*, i. anathema. respiciat, dãdo gratiam suam. *pœnitentiam*, i. cõtritionẽ. *damnationis*, id est, excommunicationis.

c ¶ *Episcopale.*] arg. q; excõicatio spectat tm ad officium episcopale. "nã mucro epi dicitur. 16. q. 2. visis. De hac materia dixi 2. q. 1. nemo episcopus.

"Excõicatio dicitur mucro epi.

d ¶ *Maior.*] si excõicatio est maxima, ergo non debet infligi proleuib⁹ criminibus, vt ẽ. e. q. 1. nõ afferamus. in fin. & 11. q. 3. nemo epm. & c. episcopi.

†al. recipiat

e ¶ *Desperandum est.*] ẽ. 32. q. 2. ancillam. & de pœn. dist. 7. nemo.

f ¶ *Damnatumque.*] ab ecclesia.

g ¶ *Non damnat.*] id est, non disponit damnare æternaliter.

h ¶ *Separare.*] quia talis damnatio medicinalis est, non mortalis, vt 2. q. 1. multi.

k ¶ *Vndecumque.*] & eodẽ modo dicit lex, "qualitercũque constet tutori, q; fit tutor, si simpliciter dictum sit ei, periculum spectat ad eũ, vt ff. de admin. tu. pater. §. vl. sic 22. q. 5. hoc videtur.

†al. profecerit

"Periculũ ad tutorem spectat, vbi scit se tutorẽ, licet simpliciter sciat.

l ¶ *Patientiæ.*] i. quod propter denuntiationem noluerit corrigi. si intelligas prout alij intelligũt de notorio crimine, tunc exponas, si non fuit dispensatum cum eis. nã bene episcopus cum talibus potest dispensare. extra de iudic. at si clerici.

m ¶ *Putredinis.*] hoc intellige cũ fine scandalo id fieri potest, vt ẽ. proxi. quæst. 4. cum quisque.

An non.] Casvs. Lotharius Rex duas habebat vxores de facto de quo reprehẽdit eum Nicolaus Papa dicens, q; vltione districta sit feriendus: cum adulterium Lamech post lxxvij. generationes fuerit punitum: qui primo habuit duas vxores de facto: cum Cain fratricidium septima generatione in diluuio sit deletum. Scias tamen, quòd casus iste poni potest secundum varias expositiones, quę fieri consueuerunt de generationibus Lamech. Seq. tria cap. plana sunt.

1 Iuo p. 8. c. 227.

Gen. 4.

2 Bur. l. 6. c. 29. Iuo p. 10 c. 38. & 158.

n ¶ *Adulterium.*] Sed qualiter dicitur committere adulterium cum vxore legitima? Resp. quia per adulterium reddit eam sibi illicitam. 32. quæst. 1. in coniugio. in fi.

3 Anſ. l. 7. c. 173.

o ¶ *Post lxxvij.*] Contra ẽ. 31. q. 1. quomodo. hoc ibi solutum est, & expositum.

p *Itaque.*] ¶ *Et falsos.*] ẽ. 22. quæst. 5. si quis coniunctus. ẽ. 23. q. 5. Rex debet.

q *Si quis.*] ¶ *Pauperem.*] Videtur ergo quòd causæ oppressionis pauperum spectent ad ecclesiam, vt 77. distin. defensionis.

Source : BIU Cujas

a *SI quis Romipetas, & peregrinos.*]Sic extr.de treu. & pa.innouam[a]. "ſonoua à ſolo principe in dici poſsũt.

"vectigalia lus.n.princeps ꝓt indicere noua vectigalia, vt ibi dr, & ff. de pu.&vect.vectigalia. & talis, q indicit noua vectigalia, vel deportatur, vel capite punitur. nam incidit in l.Iul.de vi pu. vt ff. ad l.Iul.de vi pu.l.vlt.

1 Burc.l.10. cap.65. Iuo p.12.c.86.& p.13.c.65.

Paternarum.] Casvs. Statuit Vrbanus Papa in hoc ca.ꝙ ſi quis eccleſias, clericos, & monachos, & eorum conuerſos vel oratores, i. pegrinos ſuis bõis ſpoliauerit, & intra ſpatium xxx. dierũ non emendauerit, anathematizetur. Seq.ca.planum eſt,& per te videbis.

b ¶ *Triginta.*] argu.ꝙ ſufficit ſi peremptorium ſit edictum xxx. dierum,vt 4.q.5.c.1.

c ¶*Competenter.*]non intelligas,i. moderate, ſicut curiales exponũt,ſed competenter,i.iuſte.ſic exponitur extra de appel.reprehenſibilis. ff.de iudic.ſi debitori.Ioan.

d ¶ *Feriatur.*] ergo nondum erat promulgatum. 17.q.4. ſi quis ſuadente,&c.

e *ILli qui.*]¶ *Archiepiſcopũ.*]ergo illi poſſunt indicere treugas, ſimiliter canon indicit treugas, vt extra de treug.&pa.c.1.

† *al.pedatiorum*

QVIA VERO. Hęc eſt 4.pars q.in qua ponit dr̃iam inter ſchiſma,& hæreſim.Io.de Fan. & reuertitur hic ad materiam propoſitæ quæſtionis.Arch. Casvs.Superius facta eſt mentio de hęreticis & ſchiſmaticis: & ideo Grat.nũc oſtendit quæ ſit differentia inter ſchiſma & hæreſim, & qui ſint hæretici, & quæ ſint ſectæ hæreticorum. Seq.c. patet.

f ¶ *Hæreſim.*]vario modo dr̃ hæreticus. Vno modo quicumque eſt dubius in fide,infidelis eſt[a],vt ext.de hęr. dubius. Secundo, dr̃ hæretic[o] omnis ſimoniacus, vt 1.q.1.qſq;. Tertio, omnis præcisus ab eccleſia, ſecundum ꝙ excõicatus dr̃ hæretic[o], vt 4.q.1.c.2. Quarto modo,omnis q male iuterpretatur ſacrã ſcripturã,vt j.e. hæreſis. Quinto mõ, q nouam opinionem inuenit,vt j.ea.hęreticus. Sexto modo, q vult auferre priuilegium Romanæ eccleſiæ,vt 22.di.oẽs.Septimo,qui tranſgreditur præcepta ſedis Apoſto. vt 3. 19.diſt. nulli. Item qñque large dr̃

2 ꝺ hoc no. 3.e.firmiſſime.&hic ad de aliũ casũ 20.di. de libellis. itẽ q ñ recipit 4. cõcilia.&ſic ſtellige ſcd3 Ho.C.ꝺ hęre. quicũq3. cum ſimil.

2 Pan.l.5. c.114.

A ¶Pauperem.]*In pleriſque vetuſtis,& apud Anſelmum, & in codicibus concilij impreſsis, & manuſcriptis eſt*,pauperiorem.

Ex dictis Gregorij Papæ.

¶ Caput hoc abeſt à pleriſque manuſcriptis. Burchardus autem & Iuo citant ex concilio Gangrenſi.

¶ De eodem. C. XXII.

1 QViſquis per dolũ manum ſuam mittit in Chriſtum Domini,id eſt, in epiſcopum, vel preſbyterum (quia ſacrilegium graue committit,)&,ſi quis eccleſiam Dei vaſtat,aut impugnat,aut incẽdit(quia,& hoc grauiſſimum eſt ſacrilegium;) placuit ſanctæ ſynodo, vt A in primis omnia bona eius proſcriptione publicentur: deinde in vno loco,id eſt, in monaſterio incluſus pœniteat omnibus diebus vitæ ſuæ.

A ¶Vt in primis.] *Apud Burchardum & Iuonem legitur*, vt in vno loco, &c. *ſine verbis illis,quæ hic ſunt interiecta.*

Item Calixtus Papa.

¶Communione priuetur, qui Romipetas, vel peregrinos, vel mercatores moleſtare præſumit.

C. XXIII.

iij SI quis Romipetas, & peregrinos [a], & Apoſtolorum limina,&aliorum ſanctorum oratoria viſitantes capere,ſeu rebus, quas ferunt, ſpoliare,& mercatores nouis telonæorum, & pedagiorum † exactionibus moleſtare tẽtauerit,donec ſatisfecerit,communione careat Chriſtiana.

Item Vrbanus Papa.

¶Excommunicentur,qui oratores,&eccleſias, bonaque earum,& perſonas ibi ſeruienter infeſtare præſumunt.

C. XXIIII.

PAternarum traditionũ exemplis commoniti,paſtoralis officij debitum perſoluentes,eccleſias cum bonis ſuis,tam perſonis, quàm poſſeſſionibus, clericos videlicet,ac monachos, eorumque conuerſos[A]:oratores quoque cum ſuis nihilominus rebus, quas ferunt, tutos, & ſine moleſtia eſſe ſtatuimus. Si quis autem contra hoc facere præſumpſerit, & poſtquam facinus ſuum recognouerit,intra dierũ triginta [b] ſpatium competenter [c] non emendauerit, à liminibus eccleſiæ arceatur, & anathematis gladio feriatur. [d]

A ¶Conuerſos.] *In codicibus impreſsis ſequebatur*,vel cõmiſſos,*quæ ſunt expuncta,quia abſunt à pleriſque manuſcriptis Grat.exemplaribus, & vetuſto quodam codice: in quo quidem extremo & hic, & alij tres canones deſcripti ſunt, tamquam fragmentum alicuius concilij.*

Item Nicolaus Papa omnibus epiſcopis.

¶ Qui oratoribus,pauperibus non arma ferentibus in malum obuiauerint, excommunicentur.

C. XXV.

2 ILli,qui peregrinos,vel oratores cuiuſcumque ſancti, ſiue clericos,ſiue monachos,vel feminas, aut inermes pauperes depræ dati fuerint, vel bona eorum rapuerint,vel in malum eis obuiaue rint, anathematis vinculo feriantur,niſi digne emendauerint.Pax vero illa,quam treugam dicimus, ſic obſeruetur,ſicut ab Archiepiſcopis [e],& epiſcopis vniuſcuiuſque prouinciæ conſtituta eſt.Qui autem eam infregerit,excommunicationi ſubdatur.

4 *Quia vero ſermo de hæreticis habetur, videndum eſt, quid interſit inter ſchiſma & hæreſim [f]: & qui ſint hæretici: & quot ſint hæreticorum ſectę. Differentiam autem inter ſchiſma & hæreſim Hieronymus in epiſtolam ad Titum,c.3.aſſignat dicens.* [3]

¶Schiſmatis & hæreſis differentia.

C. XXVI.

4 INter hęreſim & ſchiſma [g] hoc intereſſe arbitrãtur,quòd hæreſis peruerſum dogma habeat, ſchiſma propter † epiſcopalem diſſenſionem ab eccleſia [A] pariter ſeparat.Quod quidẽ in principio aliqua ex parte intelligi poteſt [B]: ceterum nullum ſchiſma non aliquam ſibi cõfingit hæreſim,vt recte ab eccleſia receſſiſſe videatur.

A ¶Ab eccleſia.]*In codicibus horum commentariorum in Germania, in Gallia, & Ferraria excuſis, itemque duobus manuſcriptis Vaticanis legitur*,ab eccleſia ſeparetur.

B ¶ Poteſt.] *Sequebatur*,diuerſum. *quæ vox abeſt à memoratis editionibus, & Vaticanis exemplaribus.*

5 *Vnde autem hæreſis dicatur,in epiſtolam ad Galatas, cap.5. Hieronymus diffinit, ita dicens.*

¶Vnde hæreſis dicatur. C. XXVII.

6 HÆreſis Græce ab electione dicitur; quòd ſcilicet eam ſibi vnuſquiſque eligat diſciplinam, quam putat eſſe meliorem. Quicumque igitur aliter ſcripturam [h] intelligit, quàm ſenſus ſpiritus ſancti flagitat, quo ſcripta eſt: licet de eccleſia non receſſerit, tamen hæreticus appellari poteſt,& de carnis operibus eſt,eligens quæ peiora ſunt.

7 *Qui vero proprie dicantur hæretici, Auguſtinus in libro de vtilitate credendi,ca.1. oſtendens,ait.*

¶Qui proprie dicantur hæretici.

C. XXVIII.

8 HÆreticus eſt, qui alicuius temporalis commodi, & maxime gloriæ, principatuſque ſui gratia falſas, ac nouas opiniones vel gignit,vel ſequitur.Ille autem, qui huiuſmodi hominibus credit, homo eſt imaginatione quadã veritatis,ac pietatis illuſus.

Item Glorio, Eleuſio,& aliis,epiſt.162.

¶ Non ſunt hæretici, qui non ſua audacia, ſed aliena ſeducuntur in errorem.

C. XXIX.

9 DIxit Apoſtolus[Hęreticum hominem poſt primam, hæreticus omnis,qui nõ tenet articulos fidei,& ſecundum hoc Iudęi & gentiles ſunt hæretici, & ſecũdum hoc nõ omnis hæreticus eſt excommunicatus.Stricte ſumitur hæreticus omnis qui remotus eſt ab eccleſia,qa errat in fide:& ſecũdum hoc omnis hæreticus eſt excommunicatus,vt extr.de hær. ad abolẽdam. & c.excommunicamus.

3 Ad locum [hęreticum hominem]

INter *hæreſim & ſchiſma.*]Casvs. Docet hic Hier. ꝙ in hoc differt ſchiſma ab hæreſi:quia hæreſis prauam habet doctrinam,ſchiſma vero non.Item hæreſis nulla fit occaſione, ſed ſponte: ſchiſma vero fit propter diſſentionem epiſcopalem, & ió in principio diſcordant, ſed in fine concordant:qa ſicut hæreſis, ita ſchiſma eccleſiã lædit. Sequentia duo c. plana ſunt, & per te videbis.

4Pol.l.7.ti.5 Anſ.l.12. c.49.

† *al.poſt epiſcopalem de ceſsionem*

g ¶*Et ſchiſma.*]"poteſt dici,ꝙ hæc ſit diferẽtia inter hæreſim & ſchiſma,q̃ eſt inter diſpoſitionem & habitũ.primo.n.dr̃ ſchiſma,ſed cum poſt tempus pertinaciter adhæſerit ſuæ ſectæ, dr̃ hæreſis. vel aliter dicas, ꝙ omnis hæreticus ſit ſchiſmaticus, ſed non conuertitur. & ſic eſt illa differentia,quæ eſt inter ſpeciem & genus.

"Hæreſis & ſchiſma diferunt.

5 Ad locum [Hæreſes, inuidiæ.]

h *HAereſis.*]¶*Scripturam.*]3.37. diſt.relatum.

6 Poly.ibid. Anſ.l.12. c.50.

QVI VERO. Hæc eſt 5.pars q.in qua ponit differentias hęreticorum,quas probat per diuerſa iura. Io. de Fan.

DIxit *Apoſtolus.*] Casvs. Docet in hoc cap.Aug.ꝙ illi hæretici qui ſuam hæreſim pertinaciter defendũt, poſt primã & ſecũdam admonitionẽ ſunt euitãdi:quod probat auctoritate Apoſtoli.Illi vero qui ſuum errorẽ non defendunt animo pertinaci, & maxime quẽ à ſuis parentib. in hæreſim lapſis receperunt. ſed veritate inuenta parati ſunt corrigere,non ſunt inter hęreticos deputandi. Sequent.duo c.plana ſunt, in quibus dicitur,quòd qui in errorem cadunt, nec volũt corrigi ſunt inter hęreticos deputandi. In tertio c.dicitur, ꝙ magis peccat qui defendit errorem:quam ille qui errat, qui non ſolum hæreticus, ſed etiam hæreſiarcha dicendus eſt.

Gal.5.

7 Beda 1.Cor.11.

8 Poly.ibid. Deuſd. p.2. Anſ.l.12. c.53.

9 ad Tit.c.3. Polyc. ibid. Anſ.l.12. c.61.

a ¶Et

Source : BIU Cujas

"hæreticus quando est vitandus.

a Vt not.s. 1.q.7.conue nientibus.

b Nec pt de hæresi puni ri,scdm Ias. in rub.C.de sum.tri.&fi. cat. & Bart. Vero. caut. 205.& 237. itē addAlb. de Ros.in 3. par.sta.q.32. vbi dicit se hoc practicasse i curia Romana.

c De hoc et not.s.21.di. nūc aūt.i gl. sed vī.in fi. 1 l.18.de ciuit.Dei,c.51 2 Poly.ibid. Deusd.p.2. Ans.l.12.c.51

& secundam [a] correptionē deuita: sciens, quia subuersus est huiusmodi,& peccat,& est à semetipso damnatus.] Sed qui sententiam suam,quamuis falsam,atque peruersam nulla pertinaci [b] animositate defendunt : præsertim quam non audacia suæ præsumptio nis pepererūt,sed à seductis, atq; in errorem lapsis parentibus acceperūt:quærunt autem cauta solicitudine veritatem,corrigi parati, cum inuenerint:nequaquam sunt inter hæreticos deputandi.

Item Leo Papa epist. 10.ad Flauianum.

¶ Magistri erroris existunt qui veritatis disciplinam contemnunt. C. XXX.

QVid aūt iniquius est, quàm impia sapere,& sapientioribus, doctioribusque [c] non credere? Sed in hanc insipientiam cadunt,qui cum ad cognoscendam veritatē aliquo impediuntur obscuro:non ad propheticas voces, nō ad Apostolicas litteras,nec ad Euangelicas auctoritates, sed ad semetipsos [d] recurrūt:& ideo magistri erroris existunt:quia veritatis discipuli non fuerunt.

Item Augustinus contra Manichæos. [1]

¶ Hæretici sunt,qui quod praue sapiunt, contumaciter defendunt. C. XXXI.

[2] QVi in ecclesia Christi morbidum aliquid,prauumq; sapiunt : si correpti,vt sanum, rectumque sapiant,resistunt contumaciter,suaq; pestifera,& mortifera dogmata emēdare nolūt, sed defensare persistunt:hęretici fiūt.

Item Vrbanus Papa.

¶Errante damnabilior est,qui eius defendit errorem. C. XXXII.

QVi aliorum defendit [e] errorem,multo amplius dānabilior [f] est illis, qui errāt, quia nō solum errat,sed etiam aliis offendicula erroris præparat [g],& confirmat. Vnde quia magister erroris est,non tantum hæreticus,sed etiam hæresiarcha dicendus est.

Item Hieron.lib.2.Commen.ad c.5.Oseæ.

¶Qui mendacio veritatē immutāt,patrum terminos transferre probantur. C. XXXIII.

TRansferunt principes Iuda terminos,quos posuerunt patres eorū:quando immutāt mendacio veritatem : & aliud prædicant, quàm ab Apostolis acceperunt,*Idem infra eod.cap.* ¶De hæreticis manifestus est sensus,quòd sophismatibus suis, & arte dialectica sæpe opprimant ecclesiasticos. *Idem ad c.9.* ¶Veteres scrutās historias inuenire non possum scidisse ecclesiam , & de domo Domini populos seduxisse,præter eos,qui sacerdotes [h] à Deo positi fuerant, & prophetæ , id est speculatores, Isti ergo vertūtur in laqueum tortuosum,in omnibus locis ponentes scandalum.

Item Leo Papa epist.74.ad Anatolium.

¶Abiiciantur qui aduersariorum conueniunt prauitati. C. XXXIIII.

[3] ILlud sane plurimum mihi displicere significo:q; inter [A] dilectionis † tuæ clericos quidā esse dicuntur:qui aduersariorum con ueniant† prauitati,& vasa [B] iræ vasis misericordiæ misceantur.Quibus inuestigandis, & seueritate congrua coercēdis debet diligentia tua vigilanter insistere : ita vt his,quib[9] prodesse nō potuerit coreptio,nō parcat abscissio.Oportet enim nos Euāgelici meminisse mandati : quo ab ipsa veritate præcipitur,vt si nos oculus [i],aut pes,aut dextera scādalizauerit manus , à compage corporis auferatur : quia melius sit his in ecclesia carere mēbris,quàm cum ipsis in ęterna ire supplicia.Nā superfluo extra ecclesiā positis resistimus,si ab his, qui intus sunt,in eis,quos decipiūt vulneramur.Abiiciēda [k] prorsus pestifera hęc à sacerdotali vigore patientia est:quæ sibimet, peccatis aliorū parcēdo,ñ parcit.

A ¶ Quod inter.] *Sic est emendatum ex ipsa epistola , cum & in vulgatis , & in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus esset* , quòd iurisdictionis tuæ clerici. *In duobus tamen quemadmodum & apud Iuonem est*,inter ditionis tuæ clericos.

B ¶Vasa irę.]*Sic est emendatum ex originali. Alludit enim ad locum* B.*Pauli Rom.9. Apud Gratianum erat,itemque apud Iuonem*, vesaniæ vasis misericordiæ vasa misceantur.

Item ex concilio Carthaginensi 4.c.70. 71.72.

¶Et sodalitates,& conuiuia hæreticorum clerici vitare debent. C. XXXV.

CLericus hæreticorū & schismaticorum tam conuiuia, quàm sodalitates euitet æqualiter.Eorum conuenticula non ecclesia, sed conciliabula appellanda sunt. Cum eis neque orandum est [l],neque psallendum.

Item Gelasius Papa in epistola ad episcopos Dardaniæ.

¶Canonum obseruatores cum hæreticis nullum debent inire certamen. C. XXXVI.

CVm quibus [m] erat synodus ineunda? Catholici pontifices fuerant vndiq; iam depulsi : solique remanserant socij perfidorum:cū quibus iam nec licebat habere conuentū,dicēte psal. [Non sedi in concilio vanitatis:& cū iniqua gerētibus non introibo.]Nec ecclesiastici moris est cū his qui pollutam habēt communionem,permistamq; cū perfidis, miscere cōciliū†. Recte igitur per Chalcedonensis synodi formā,huiusmodi præuaricatio repulsa est potius, quàm [A] ad concilium vocata:quod nec opus erat post primam synodum:nec cum talibus habere licebat.*Idem in commonitorio ad Faustum.* ¶Canonum [B] magistris,atq; custodibus nobis nullum fas est inire certamen [n] cum hoauctoritate Euangelij.*Ditionis*,i.potestatis.Seq.c.planū est,& p te formabis casum.

i ¶*Oculus.*]id est,familiaris alicuius.

k ¶ *Abiicienda.*] hoc intelligas de penitus incorrigibilibus : ne fit contra s.prox. q.5. cum homo.

l CLericus.] ¶*Orandum est.*] de cōse.di.1.eps. nullum cōtra. Dic,illi est derogatū per hoc ca. & per cōsuetudinem generalem ecclesiæ. s.dist.4.§.leges.Ioan.

CVm quibus.] CAsvs. Achatius cōquerebatur,q; Gelasius illū cū suis fautoribus cōdēnauerat absque eorum synodo congregata. Gelasius vero resp.dicens, q; synodus cōgregari non debuit: cū qa ibi nō erāt catholici epi: sed tm hæretici, cum quib.nō erat synodus ineūda: quod probat auctoritate psalmistę. tū qa ipse Achatius inciderat in hæresim iam damnatā:&ió pp hoc nō erat opus nouum concilium congregari.De eadē materia loquitur c.s. 22. dist.qua traditione.

m ¶*Cum quibus.*]CAsvs. Achatius Cōstantinop. patriarcha excōicauit Anthiochenū & Alexādrinū, qa nō recipiebant statuta, q; ipse fecerat : pp hoc Papa excōicauit eū, & de hoc cōquestus est Achatius,q; sine synodo excōicauit eum:Papa vero dixit, q; synodus cōgregari ñ debuit: tū qa ñ erāt ibi catholici epi cum quibus posset haberi synodus.tū qa incidit ipse in hæresim iam damnatā,vñ non fuit opus nouo concilio.

n ¶*Certamen.*]"ergo cū hæreticis nō est disputandū, nec cū aliquo de fide est disputandum,extr.de hær. c.1. & C.de sum.tri.l. nemo.sed ad hoc pōt disputari cum eis , vt conuincātur,nō vt in dubium reuocent fidem nostram , vt extra de hær. c.1.Ioan.

3Iuo p.6. c.339.

† *al.ditionis*

† *al.conniueant*]orig. Rom.9.

d Arg.ext.d iud. cū ñ abhoīe. aliàs cōtra. s.q.5. c.1. & q.3.si qs fortuitu. qdā hoc intelligunt in spūali pœna, illud in corporali, & sic nō est contra. L. Matth.5.

"fidei disputatio cū hæreticis est prohibita

† *al.consilium*

Source : BIU Cujas

Notandum.] Casvs. Quidam reprehẽdebant Vrbanũ Papã, qui criminosos excõicabat, & dicebãt eũ facere cõtra Euangeliũ, vbi Dñs præcepit zizania ñ esse eradicãda, & contra Augustinum, dicẽtem q̃ mali sunt feriendi, & nõ abiiciendi. Sed Vrbanus eos super hoc Matth.13. conuincit exẽplo Augustini, & duabus auctoritatibus, scilicet Euangelij, & Pauli.

a ¶ *Notandum.*] 3. 23 q. 4. recedite. & c. ecce.

b ¶ *Disciplina.*] Medicina animę est excõicatio, vt 2. q. 1. multi.

Deus quando.] Casvs. Docet Augustin. in hoc c. differentiam esse inter maledictũ Dei, & maledictũ prælati: q̃a maledictũ Dei sp̃ iustũ est, cum ipsum non fallat peccati qualitas, neq; peccãtis affectus: sed maledictio p̃lati duobus modis est iniusta. Primo q̃a licet maledicat vt iudex: p̃t tamen nõ subesse causa maledicẽdi, cum ipse ignoret affectũ delinquentis. Secũdo, cum ex certa scientia maledicit hominem sibi conuitiantem & iniuriãtem, propter quod vitiũ relecãdũ præcepit Apostolus ne maledicamus, *Quo*, s. mãdato. Quę autem postea sequuntur vsq; in finem, patent, nec leguntur in scholis.

c ¶ *Promit.*] ficut vtile est dæmones esse propter malos, vt 23. q. 5. quia malos. sic 1. Matth.18. q. 3. Saluator. in prin. paulo aliter & 26. q. 5. nec mirum.

d ¶ *Scire.*] 22. q. 5. humanæ.

e ¶ *Cognoscere.*] 85. di. archidiaconum.

f ¶ *Maledicendi.*] 27. q. 1. nec aliqua.

1. Cor. 5.

minibus communionis alienæ.

A ¶ Quàm ad.] *In originali legitur*, quàm per concilium, quod nec opus, &c.

B ¶ Canonum.] *Gelasius in commonitorio ad Faustum obiurgans Græcos illos, qui cum maxime canones violarent, eorum tamen se obseruatores simulabant, in hæc prorumpit verba*, ô canonum magistros, atque custodes. Nobis nullum, &c.

Item ex epistola Vrbani Papæ.

¶ Non contradicit, sed potius obedit Euangelio qui malos excommunicat.

C. XXXVII.

NOtandũ [a] est, quòd quidam dicunt contra Euangelicam parabolam nos facere: vbi de zizaniis non eradicandis Dominus præcepit: cum aliquos excommunicatione dignos excommunicationi subiicimus: & aiunt etiam sanctum Augustinum hoc cõtradicere in illo loco, vbi ait['Quia non est præcidenda vnitas, ferẽdi sunt mali, nõ abiiciendi.] Quibus hoc primum respondendum est. [2] Si hæretici, & mali homines excommunicandi non sunt: quare ipse Augustinus cum legatis sanctę Romanę ecclesię, & cũ sanctis episcopis suis Pelagium, & Cęlestium nouam hęresim in sanctam Dei ecclesiam introducentes excommunicauit, & ab ecclesia Dei separauit? Quare ipsos Donatistas, contra quos ista, & multa his similia loquitur, tam ipse, quàm omnis ecclesia Dei excommunicatos habuit? &, nisi prius pœnituissent, & per manus impositionem reconciliati essent, eis nequaquam communicabat? Idem ipse Dominus, qui hoc parabolice hic narrat, aperte alibi excommunicationem fieri iubet dicens, [Frater, qui corripitur ab ecclesia, & non obedit: sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.] Vnde apparet liquido, aliud esse excõmunicationem, aliud eradicatiõnem. Qui enim excommunicatur (vt Apostolus ait) ad hoc excommunicatur, vt spiritus eius saluus fiat in die Domini. Disciplina [b] enim est excommunicatio, & non eradicatio.

Nisi forte ex contemptu, & superbia excommunicati proueniat.

†*al. item* *Vnde* † *Origenes* [A] *in librum Numer. homil.* 15. *ad c.* 23.

A ¶ Origines.] *Sic est restitutum cum antea esset*, Augustinus. *Et magnam huius cap. partem glossa ordinaria ad eundem locum ex ipso Origine refert: indeque nonnulla emendata.*

¶ Diuina maledictio meritum maledicti definat. C. XXXVIII.

DEus, quando maledicit, meritum eius designat, cui maledicitur, & sententiam† promit [c]: vtpote quem non fallit neq; peccati qualitas, neque peccantis affectus. Homo autem quia hæc nõ potest scire [d] (neque enim propositum, mentemq; alterius videre alius, aut cognoscere [e] potest,) idcirco etiam si iudicantis, vel sententiam promentis intuitu proferat maledictum: non potest esse iusta maledicendi [f] causa, vbi ignoratur peccantis affectus: maxime cum humanum vitium tũc sciat maledicta proferre, cum forte cõuiciis, aut iniuriis prouocatur. Quod vitium volens resecare Apostolus, ne maledictis maledicta, & conuitiis conuitia prouocemus, mandatum necessarium ponit, vt benedicamus, & non maledicamus: quo conuitiandi vitium resecetur: non quo iudicandi veritas, quæ homines latet, & pronuntiandi auctoritas perimatur.

† *al. sententiam veram promit*

1. Petr. 3. Rom. 12.

Sectæ vero hæreticorum quot sint, & vnde nomina acceperint, Isidorus 8. lib. Etymolog. c. 5. determinat dicens.

¶ Quot sint sectæ hæreticorum. C. XXXIX.

[2] QVidã autem hæretici, qui de ecclesia recesserunt, ex nomine suorum auctorũ nuncupantur: quidã vero ex causis, quas eligentes instituerũt.

2 Raba. l. 2. d inst. cle. c. 58 Ansel. l. 13. c. vlt. Pann. l. 5. c. 3. 4. 5.

¶ Simoniani dicti à Simone magicæ artis perito: cui Petrus in Act. Apostolorum maledixit, pro eo quòd ab Apostolis spiritus sancti gratiam pecunia emere voluisset. Hi dicunt creaturam non à Deo, sed à virtute quadam superna creatam. Simoniani Act. 8.

¶ Menandrini † à Menandro mago discipulo Simonis nuncupati: qui mundum non à Deo, sed ab Angelis factum asseruit. Menãdrini † *al. Menandriani*

¶ Basilidiani à Basilide appellati: qui inter reliquas blasphemias Iesum passum abnegauit. Basilidiani

¶ Nicolaitæ dicti à Nicolao diacono ecclesię Hierosolymorũ, qui cũ Stephano, & ceteris cõstitutus est à Petro: qui propter pulchritudinem relinquẽs vxorem dixerat, vt qui vellet, ea vteretur: versa est in stuprum talis consuetudo, vt inuicẽ coniũgia commutarentur. Quos Ioannes in Apocalypsi improbat dicens, [sed hoc habes, quòd odisti facta Nicolaitarũ.] Nicolaitæ Act. 6. Apoc. 2.

¶ Gnostici propter excellentiam scientiæ se ita appellare voluerunt. Animam, naturam Dei esse dicũt: bonum & malum Deum suis dogmatibus fingunt. Gnostici

¶ Carpocratiani à Carpocrate quodam vocantur: qui dixit Christum, hominem fuisse tantum, & de vtroque sexu progenitum. Carpocratiani

¶ Cerinthiani à Cerintho quodã nũcupati. Hi inter cetera circũcisionem obseruant: mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros prędicant. Vnde & græce χιλιάσται latine Millenarij sunt appellati. cerinthiani Millenarij

¶ Nazaræi dicti: qui dum Christum (qui à vico Nazaræus est appellatus) filium Dei cõfiteantur: omnia tamen veteris legis custodiunt. Nazaræi.

¶ Ophitæ à Colubro nominati sunt. Coluber enim græce ὄφις dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradisum† induxisse virtutis cognitionẽ. Ophitæ † *al. paradiso*

¶ Valentiniani à Valentino quodam Platonico secta tore vocati: qui αἰῶνας, id est sæcula quædam in originem Dei creatoris induxit: Christũ quoque de Virgine nihil corporis assumpsisse, sed per eam, quasi per fistulam, transisse asseruit. Valentiniani

¶ Apellitæ, quorum auctor† Appelles fuit: qui creatorem Angelum nescio quem glorioſum superioris Dei faciens, Deum legis Israel illum igneum affirmans dixit, & Christum non in veritate Deum, sed hominem in phantasia apparuisse. Apellitæ † *al. princeps*

¶ Archontiaci à principibus appellantur: qui vniuersitatem, quam Deus condidit, opera esse Archangelorum defendunt. Archõtiaci

¶ Adamiani vocati, quòd Adæ imitẽtur nuditatem. Vnde & nudi orant, & nudi inter se mares feminæq; conueniunt. Adamiani

¶ Cainani† [A] inde sunt appellati: quoniã Cain adorãt. Cainani

¶ Sethiani nomen acceperunt à filio Adæ, qui vocatus est Seth: dicentes eumdem esse Christum. † *al. Caiani, al. Caimini* Sethiani

¶ Melchisedechiani vocati pro eo, quòd Melchisedech, sacerdotem Dei, non hominem fuisse, sed virtutem Dei esse arbitrantur. Melchisedechiani

¶ Angelic

Source : BIU Cujas

Angelici ¶Angelici vocati,quia Angelos colunt.

Apostolici ¶Apostolici hoc sibi nomen ideo sumpserunt,quòd nihil possidentes proprium, nequaquam recipiant †al.aliquid eos,qui aliquo†in hoc mundo vtuntur.

Cerdoniani ¶Cerdoniani à Cerdone quodam nominati:qui duo contraria principia asseruit.

Marcionistæ ¶Marcionistæ à Marcione stoico philosopho appellati:qui Cerdonis dogma secutus, alterum bonum, alterum iustum Deum asseruit,tanquam duo principia creationis†& bonitatis. †al.creatoris

Artotyritæ. ¶Artotyritæ ab oblatione vocati:panem enim & caseum offerunt,dicentes à primis hominibus oblationem à fructibus terræ,& à fructibus ouium fuisse celebratam.

Aquarij ¶Aquarij appellati, eo quòd aquam solam offerunt in calice sacramenti.

Seueriani ¶Seueriani à Seuero exorti vinum non bibunt: vetus testamentum,& resurrectionem non recipiunt.

Tatiani Encratitæ ¶Tatiani à Tatiano quodam vocati:qui & Encratitæ dicti,quia carnes abominantur.

Alogij ¶Alogij vocantur tanquam sine verbo: λόγος enim græce verbum dicitur.Deum enim verbum non credunt,respuentes Ioannis Euangelium, & Apocalypsim.

Cataphryges ¶Cataphrygis nomen prouincia Phrygia dedit,quia ibi extiterunt.Auctores eorum Montanus,Prisca,& Maximilia fuerunt.Hi aduentum spiritus sancti non in Apostolos,sed in se traditum asserunt.

Cathari ¶Cathari propter munditiam ita se nominauerunt: gloriantes enim de suis meritis negant pœnitẽtibus veniam peccatorum: viduas,si nupserint, tanquam adulteras damnant:mundiores se ceteris prędicant. Qui nomen suum si cognoscere vellent, mundanos se potius,quam mundos vocarent.

Pauliani ¶Pauliani à Paulo Samosateno exorti sunt:qui dixit non semper fuisse Christum, sed à Maria sumpsisse initium.

Hermogeniani ¶Hermogeniani ab Hermogene quodam vocati: qui materiam non[b]natam introducens, Deo non nato eam comparauit, matremque elementorum, & Gal.4. Deam asseruit:quos Apostolus improbat elementis seruientes.

Manichæi ¶Manichęi à quodam Persa extiterunt,qui vocatus est Manes.Hic duas naturas,& substantias introduxit,idest,bonã,&malam,& animas ex Deo,quasi ex aliquo fonte manare asseruit:testamentum vetus respuit,nouum ex parte recipit.

Antropomorphitæ ¶Anthropomorphitæ[c] dicti pro eo,quòd simplicita te rustica Deum habere humana membra,quę in diuinis libris scripta sunt,arbitrantur. ἄνθρωπος enim græce,latine homo interpretatur.Ignorãtes vocem Do- Ioan.4. mini,qui ait [Spiritus est Deus.] Incorporeus est enim: nec membris distinguitur: nec corporis mole censetur.

Hierachitæ ¶Hierachitę[d] ab Hieracha auctore exorti monachos tãtum recipiunt: coniugia respuunt:regna cælorum paruulos habere non credunt.

Nouatiani †al.Nouato ¶Nouatiani à Nouatiano† Romæ vrbis presbytero exorti:qui aduersus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus inuadere,hæresim instituit, nolens apostatas suscipere,rebaptizans baptizatos.

Montani ¶Montani[e] hęretici dicti,quòd tempore persecutionis in montibus latuerunt,qua occasione se à catholicæ ecclesiæ corpore diuiserunt.

Hebionitæ †al.prouectum ¶Ebionitæ ab Ebione dicti,siue à paupertate:Christum enim per profectum† solum,virum iustum putant effectum.Vnde cõpetenter Hebionitæ pro paupertate intelligentiæ appellati sunt.Hi enim semiiudęi sunt:& ita tenent Euangelium,vt legem carnaliter seruent:aduersus quos Apostolus ad Galatas scribens inuehitur. Gal.5.

Photiniani ¶Photiniani à Photino Gallogræciæ Syrmij episcopo nuncupati:qui Ebionitarum hęresim suscitans asseruit Christum à Maria per Ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum.

Aeriani ¶Æriani ab Ærio quodam nuncupati sunt:hi offerre sacrificium pro defunctis spernunt.

Aetiani Eunomiani ¶Ætiani ab Ætio sunt vocati: Iidemq; Eunomiani ab Eunomio quodã dialectico Ætij discipulo,ex cuius nomine magis innotuerũt,dissimilem patri asserentes filium,& filio spiritum sanctum. Dicũt etiam nullum†imputari peccatum in fide manentium. †al.nulli

Origeniani ¶Origeniani ab Origene auctore exorti sunt,dicentes,quòd non possit videre filius patrem,nec spiritus sanctus filium. Animas quoque in mundi principio peccasse dicunt,& pro diuersitate peccatorum è cælis vsq; ad terras†diuersa corpora,quasi vincula meruisse,eaque causa factum esse mundum. †al.terras la psas]orig.

Noetiani ¶Noetiani à quodam Noeto vocati, qui dicebant Christum eundem esse, & patrem, & spiritum sanctum: ipsamque Trinitatem in officiorum nominibus,non in personis accipiunt. Vnde & Patripassiani vocantur,quia patrem passum dicunt. Patripassiani

Sabelliani ¶Sabelliani ab eodem Noeto pullulasse dicuntur: cuius discipulum perhibent fuisse Sabellium,ex cuius nomine maxime innotuerunt,vnde & Sabelliani vocati sunt.Hi vnam personam patris, & filij,& spiritus sancti astruunt.

Ariani ¶Ariani ab Ario Alexandrino presbytero orti sunt: qui coæternum patri filium non agnoscens diuersas in Trinitate substantias asseruit, contra illud, quod ait Dominus,[Ego & pater vnum sumus.] Ioan.10.

Macedoniani. ¶Macedoniani à Macedonio Constantinopolitano episcopo dicti sunt, negantes Deum esse spiritum sanctum.

Apollinaristæ. ¶Apollinaristæ ab Apollinare vocati sunt, dicentes Christum corpus tantũmodo sine anima suscepisse.

Antidicomaritæ ¶Antidicomaritę appellati sunt pro eo,quòd Marię virginitati contradicunt, asserentes eam post Christum natum viro suo fuisse commistam.

Metangismonitæ ¶Metangismonitæ[f], ideo tale nomen acceperunt: quia ἄγγος græce vas dicitur.Asserunt enim sic esse in patre filium,tanquam vas minus intra vas maius.

Patritiani ¶Patritiani à quodam Patricio nuncupati sunt,qui substantiam humanę carnis à diabolo conditam dicunt.

colluthiani ¶Colluthiani à quodam Collutho nominati:qui dicunt Deum non facere mala,contra illud,quod scriptum est,[Ego Dominus creans mala.] Esa.45.

Casvs. Iste §. in tres partes diuiditur. In prima dicitur, quòd Papa non solum propter crimen sua auctoritate priuilegia ecclesiarum potest auferre vel diminuere, sed etiam propter hostilitatem, vel paupertatem episcopales sedes mutare potest, vel duas in vnam redigere, exemplo B. Gregorij. Non ergo sic intelliguntur priuilegia ecclesiarum permanere inuiolata, vt Apostolicus eis derogare non possit: sed sic debent intelligi permanere inuiolata, vt præter auctoritatem Papæ nulli liceat contra ire. In secunda parte obiicit huic conclusioni. cap. Symmachi Papæ, vbi innuitur, quòd possessiones ecclesiæ, quæ dantur clericis, vel peregrinis causa necessitatis, vel religionis, vel pietatis intuitu, non possunt ab eis possideri perpetuo, sed ad tempus. Sed huic obiectioni duplicem Gra. solutionem adhibet. Prima est, vt clerici, & peregrini illas possessiones ad tempus debeant possidere, monasteria vero perpetuo. Secunda est, quia sicut clerici vel peregrini cessante necessitate coguntur dimittere possessiones misericorditer eis concessas: sic monachi cũ à religione cessauerint, priuilegiis exnũtur, quæ religionis intuitu eis concessa videntur. In tertia parte dicitur, quòd priuilegia monachorum in eo casu intelliguntur esse concessa, quòd aliis ecclesiis non derogetur: videlicet vt decimationes noualium nulli quondam assignatas auctoritate priuilegiorum sibi teneant, vel si propter paupertatem, vel instantem necessitatem monachis consuli non potest nisi derogetur priuilegiis aliorum, & ita eorum subueniendo inopiæ, vt ipsi ratione priuilegiorum non fiant diuites, & baptismales ecclesiæ destruantur. Secunda pars incipit ibi, *Sed obiicitur.* Tertia ibi, *Priuilegia ergo. Alioquin*, id est, *aliter*, id est si non posset derogare priuilegiis aliorum, *ad paucitatem reducerentur*: quia non fierent nouæ, & aliæ destruerentur.

i ¶ *In vnam.*] vt decimasexta, quæstione prima. & temporis.

b Vel dic vtroque, s. eorũ q̃ sequuntur, s. siue instinctu, siue furiis, scdm Hug. & L.

† *al. dependentis*

† *al. mysteria*

1 Anſ. l. 6. c. 155. Iuo p. 6. c. 73.

a Fuit tñ ĩ j. cõpilõe, vbi dicebatur ℭ p iniustitiã plus petẽdi, diabol⁹ amisit totiꝰ debiti summã q̃ in nobis habebat, vt ibi not. de hoc.

2 ℨ. dist. 74. vbi iste. §. denũtiam⁹.

3 ℨ. j. q. 1. si q. Anſel. l 6. c. 74. Iuo p. 5. c. 107.

"Consuetudo quot vicibus inducitur.

4 Pol. l. 3. tit. 30. Anſ. l. 6. c. 148. Iuo p. 10. c. 18.

† *al. Squillatinorum. al. Syllanorum.*

5 7. q. 1. c. pastoralis. &c. temporis.

6 7. q. 1. c. tẽporalis. &c. temporis. & 16. q. 1. ca. & temporis.

Source : BIU Cujas

a ¶*Possessiones.*]16.q.1.possessiones.

"Priuilegiũ cessat cessante ipsius causa.

b ¶*Cessauerint.*] "arg.quòd si priuilegium aliquod datur ex causa, vel ratione religionis, vel ratione paupertatis, vel alia de causa: quã cito cessat causa, cessat & priuilegium, vt ext.de verb.sig.abbate.in fi.ext.de deci.suggestum.16.q.1.generaliter.& inst.de autho.tut.§. vlt. & ff.de iud.l.2. §. legatis.& C.de testa. mili. l.vlt. & instit.de pup.sub.§. qua ratione.

c ¶*Nulli.*]hoc non est verũ: quia si illud nouale fuit in alicuius territorio, ad illũ tantum spectabit. sed si in nullius parochia fuerit, episcopus potest assignare cui voluerit, vt ext. de deci. quoniam.

1 16.q.1.possessiones.

d ¶*Penitus.*] ſ.12.q.2. bonæ rei.Ioan.

dam de causis interuenientibus Apostolica auctoritate ei derogari non possit: alioquin multitudo ecclesiarum ad paucitatem redigeretur, cum innumeræ ecclesiæ in diœcesibus aliarum frequenter conditæ inueniantur. seruentur ergo priuilegia ecclesiarum cunctis inconcussa temporibus: ne videlicet præter eius auctoritatem, à quo data sunt, contra ea liceat ire alicui ¶ Sed obiicitur illud Symmachi Papæ, [Possessiones[a], quas vnusquisque ecclesiæ suo relinquit arbitrio, &c.] quæ supra in titulo de alienatione rerum ecclesiasticarum leguntur adscripta. Vnde datur intelligi, quòd ea, quæ de iure vniuscuiusque ecclesiæ, vel necessitatis, sicut peregrinis, vel pietatis intuitu, sicut religiosis domibus conferuntur, non perpetuo, sed temporaliter ab eis, quibus conferuntur, sunt possidẽda. Quanquam illud Symmachi ad necessitatis intuitum, non ad pietatis prospectum possit referri: videlicet, vt ea, quæ peregrinis, vel captiuis largiri necessitas suasit, non ea, quæ religiosis domibus ob quietem religiosæ conuersationis concessa sunt, prohibeantur perpetuo possideri. Vel potius de vtriusque intelligendum est: videlicet, vt sicut necessitatem patientes cessante necessitate beneficiis renuntiare coguntur, quæ eis miserationis indulsit intuitus, sic religiose viuentes, cum à religione cessauerint[b], priuilegiis exuantur, quæ religiosa conuersatio meruit. Priuilegia ergo, quæ religiosis domibus conferuntur, vel in eo casu accipienda sunt, in quo ita eis consulitur, quòd nulli aliquid derogatur, videlicet, vt ex noualibus, quorum decimationes nulli c assignatæ fuerant, priuilegiorum auctoritate decimas aliquibus persoluere non cogantur, vel, si propter instantem temporis necessitatem eis consuli non poterit, nisi aliis derogetur, ita priuilegiorum auctoritas videatur esse seruanda, vt eorum subueniatur inopiæ, non vt suarum diuitiarum augmento, & possessionum non modica extensione porrecta, baptismales, seu parochiales †ecclesiæ penitus[d] destruantur.

1 16.q.1.possessiones.

†*al.parochitanæ*

CAVSA XXVI.

Vidam sacerdos fortilegus esse, & diuinus conuincitur apud episcopũ: correctus ab episcopo noluit cessare: excommunicatur: tandem agens in extremis, reconciliatur à quodam sacerdote episcopo inconsulto: indicitur sibi pœnitentia sub quantitate temporis canonibus præfixa.

1 *Hic primum quæritur, qui sint fortilegi.*

2 *Secundo, an sit peccatum esse fortilegum.*

3 *Tertio, à quibus genus diuinationis sumpsit exordium.*

4 *Quarto, quot sint genera diuinationis.*

5 *Quinto, an fortilegi, vel diuini sint excommunicandi, si cessare noluerint.*

6 *Sexto, an excommunicatus ab episcopo possit reconciliari à presbytero, illo inconsulto.*

7 *Septimo, si morientibus est indicenda pœnitentia sub quantitate temporis.*

Vidam sacerdos fortilegus esse, & diuinus conuincitur apud episcopũ: correctus ab episcopo noluit cessare: excommunicatur: tandem agens in extremis, reconciliatur à quodam sacerdote episcopo inconsulto: indicitur sibi pœnitentia sub quantitate temporis canonibus præfixa.

CASVS. Expedito tractatu de priuilegiis, supponitur causa 26. in qua tractatur de diuinationibus, & reconciliatione excommunicatorum: & de pœna morientium. Quæ omnia vt melius pateant, Grat. more soli to thema proponit, de quo septem surgunt quæstiones.

Vi sint.] CASVS. Hic proponitur prima quęstio: in qua quæritur, quid sit fortilegium: quæ quæstio soluitur ĩ.c.1.

Fortilegi.] CASVS. Quęsitum fuit ab Isidoro qui dicantur fortilegi. Qui respondet dicens, quòd illi dicũtur fortilegi, qui artẽ diuinationis profitentur per sortes, quæ vocantur sortes Apostolorum, vel per quancumque aliam scripturã futura promittunt.

†*al.parochitanæ*

"fortilegos cõsulentes, &ipsi fortilegi qualiter puniuntur.

e ¶*Profitentur.*]"Qui tales consuluit, pœnitentia punitur v. annorum, vt ĩ.e.q.5. qui diuinationes. Ipsi autem facientes huiusmodi artes tantum pœnitentia vnius anni videntur puniendi, vt ext.de fortil.c.2. sed istud intellige esse dispensationem. secũdum legem autem ipse maleficus punitur capite, vt C. de male. & ma. l.nemo. Ioan.

Vòd autem.] Hæc q.diuiditur in tres partes. In prima probat sophistice, quòd nullum est peccatum exquirere sortes tempore necessitatis. Secunda ibi, *His ita.* Tertia ibi, *Hæc autem.* Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 2. q. qua quæritur vtrum sit peccatum inquirere veritatem per sortes. Et respõdet quòd sic. primo tamen probat quòd non est peccatum. & hoc probat in hoc §. quinque rationibus vel auctoritatibus, quæ facile in hoc §. discernuntur. De hoc tamen plenius inuenitur in summa huius quæstionis in apparatu. Seq. autem c. planum est.

QVÆSTIO I.

Vi sint fortilegi, Isidorus diffinit Etymologiarum libro octauo, capitulo nono, ita dicens.

¶Qui sint fortilegi. C. I.

[2] SOrtilegi sunt, qui sub nomine fictæ religionis per quasdam, quas sanctorum sortes vocant, diuinationis scientiam profitentur[e], aut quarumcumque scripturarum inspectione, futura promittunt.

QVÆSTIO II.

1. ps

Vòd autem sortes[f] exquirere peccatum non sit, & exemplis, & auctoritatibus probatur. Cum enim Achor g† de anathemate furtim subripuisset, & ob eius peccatum populus cæsus apud Nay[h] hostibus terga dedisset, præcepit Dominus Iosue, vt sortibus exquireret, quo peccante populus in manibus hostium cadere meruerat. Iosue præceptum accipiens misit sortes, primum super tribus, deinde super familias, demum super personas: & ita cecidit sors super Achor. Saul quoque[i] cum pugnans contra Philistæos iurasset se interfecturum, quicumque ante solis occasum de populo comederet, sorte deprehendit Ionatham filium suum mel comedisse, quod sceptro acceperat: quem cum morti tradere vellet, populo supplicante reuocauit sententiam. Ionas quoque cum à facie Domini fugeret, à nautis sorte deprehensus, in mare deiectus, & à ceto est absorptus. De Zacharia etiam legitur, quòd sorte exiit, vt incensum poneret. Matthias vero à beato Petro sorte in Apostolatum, & Iudæ successor eligitur. Quod ergo antorum exemplis probatur, patet malum non esse.

Vnde etiam Augustinus ait in lib. psalmorum, in psal. 30 concione 2. ad vers. [In manibus tuis sortes.]

C. I.

[3] SOrs non aliquid mali[k] est, sed res est in dubitatione humana diuinam indicans voluntatem.

His ita respondetur. Antequam Euangelium claresceret, multa permittebantur, quæ tempore perfectioris disciplinæ penitus sunt eliminata. Copula namque sacerdotalis, vel consanguineorum nec legali, nec Euangelica, vel Apostolica auctoritate prohibetur: Ecclesiastica tamen lege penitus interdicitur. Sic & sortibus nihil mali inesse monstratur, prohibetur tamen fidelibus, ne sub hac specie diuinationis ad antiquos idololatriæ cultus redirent.

Vnde quibusdam constellationes, & futu-

f ¶ *Sortes.*] "nota, q "sortes sũt in duplici differentia. sortes quædam sunt licitæ, quędam illicitæ. Illicitæ sunt quæ fiũt per magicas incantationes: vel quæ fiunt ad exercendas vanitates aliquas. Vel quæ fiunt ad inquirenda aliqua occulta, vt s.e. hi qui. & c.illud. Sed quæ fiunt necessitatis causa, non sunt illicitæ, vt si contentio esset de electione aliquorum, & esset paritas vtrinque in omnibus, exẽplo Matthiæ possunt fieri sortes[a]. vt ĩ.ea.non exemplo. & q.5. non licet. cum enim non supereſt humanũ auxilium, tunc possumus recurrere ad diuinũ auxilium, vt 22.q.2.quæritur. & in dubiis secundum leges ad sortes decurritur, vt ff.de iud. sed cum ambo. C.comm. de le.si duobus. & Augu. scripsit[b] quibusdam, cum ciuitas esset obsessa, & dubitaret clerus qui deberent fugere, qui remanere: quòd sorte illud esset diuinendum.

2 Raban[a] de magorum pstigiis. Iuo p.11.c.22.

a Adde an fit aliqd dirimẽdũ sorte, not.ĩ l.in tribus. & l. seq. ff.d le.3. & l.2. cũ gl. & no.p Bar. C.qñ & qb. 4.pars.li.10.

†*al.* Achan Ios.7.

b Sub.ĩ epi. ad Honorat. de hoc satis per Arch. ĩ. c.prox.

g ¶ *Achor.*] historiam habes 1.quę.4.§.item peccato achor. & Iosue 7.

h ¶ *Nay.*]ciuitatem.

1.Reg.14.

i ¶ *Saul quoque.*] hoc habes 22.q.2. §.itẽ opponitur.

k ¶ *Mali.*]in sui natura non est mala: tamen prohibetur, quia propter affiduitatem labitur talis in idololatriam: sicut est in iuramento[c]. vt 22.q.1. & iurabunt. Io.

Ion.1.

Luc.1.

HIS ITA RESPONDETVR. Hæc est 2.pars quę.in qua probat contrarium per 9.auct. sanctorum. Io.de Fant. CASVS. Hic respondet Grat. allegatis dicens quòd in veteri testamento multa permittebantur, s. fortilegia & alia: quæ hodie nõ permittuntur. Nam in veter. testam. permittebatur copula sacerdotalis, vel consanguineorum: quæ hodie est penitus interdicta. sic & fortilegiũ prohibetur, nõ quòd fortibus insit aliquid mali: sed quia sub specie diuinationis ad cultũ idololatriæ peruenitur. Et quòd fortilegia sint prohibita probatur auctoritate Apostoli. Idem seruãt catholici de astronomia, vel astrologia.

Act.1.

c Vel hoc intellige ſcđ3 antiqua tpa qñ nõ erant ꝓhibita, ſecundũ Lau.

3 Pann.l.8. c.77.

QVOD AVTEM. CASVS. Nunc probat

Source : BIU Cujas

bat G. q̃ sortibus credi non dẽt. & ad hoc inducit sequentia c.

Gal.4.

Non statim.]Casvs. Docet Hie. in hoc c. q̃ non ideo sortibus credere debemus, quia Ionas est per sortẽ in vitio deprehẽsus, & Matthias in Apostolũ electus.

a ¶*Ionæ.*] qa hoc fuit diuina inspiratione factum. vt 14.q.5.dixit.

1Iuo par.II. c.21.Pan.l.8 c.73.

Hi, qui.]Casvs. Quidã per quosdam versiculos psalterij vel Euangelij diuinabant futura: quare

Act.1.

quæsiuit Ianuarius ab Aug. vtrum hoc sit faciendum? & resp. q̃ nõ: minus tamen malum est hoc facere, quàm consulere dæmones.

b ¶*Potius.*]"quia permittitur minus malum, vt euitetur maius malum, vt 33.q.2. si quod verius. & 22. q.1. considera. & est similis modus loquendi.1.q.1.iudices[a].

" Malũ minꝰ permittitur vt maiꝰ euitetur.

2 Iuo p. II. c.29. Pann. l.8.c.74.

Non exemplo.] Casvs. Quidam exemplo Matthiæ & exemplo Ionæ sortibus vtebantur: sed Beda ostendit, q̃ illud non est trahẽdum ad consequentiam, quod probat auctoritate Hier. si tamen aliquis in necessitate hoc putauerit faciendum, sciat Apostolos hoc non fecisse nisi fratribus collectis, & precibus fusis vel porrectis ad Deum. Seq.c. patet.

a Hæc est cõparatiua pmissio, ḋqua not. s̃. 3. dist. c. vlt.

3 s̃. ead. non statim. Pan. l.8.c.78.

c ¶*Cum priuilegia.*]16. qu.1. hinc est. §.1. & s̃. dist.3. priuilegia[b].

b Vide qd̃ not. s̃. 1.q.1. §. ficut ergo. extr. de priuil. sane.

Illud quod.]Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicit Aug. q̃ facta hominum partim sunt superstitiosa, & partim non: & de superstitiosis multa ponit exempla, quæ in ipsa littera facile deprehendes. In secunda parte dicitur, quòd diuinatio est fornicatio, in qua diuinatione, etsi vera dicuntur quandoquẽ, vt exemplo imaginis Samuelis, & mulieris ventriloquæ, i. dæmoniacæ, non tamen propter hæc sortilegia, vel talia sacrilegia sunt facienda, sed reprobanda penitus. *Ansulæ.* i. annuli. Secunda pars incipit ibi, *Hoc autem.*

4 ad c.j. Ionæ.

5 Adde q̃ fors pp dubium factũ pmittitur. l. si quæ sunt cautiones. ff. fam. erc.

6Iuo p.II.c. 10. j. ea. q.5. c.vlt. in fi.

d ¶*Licentiori.*] i. non videtur in tantũ peccare.

e ¶*Eminentiori.*] i. pulchriori vel maiori.

" Femina ventriloqua Paulum diu secuta est.

f ¶*Ventriloqua.*]"quę habebat spiritum pythonis in ventre: quæ multis diebus sequebatur Paulum, &alios

7 Iuo p.II. c.13.

rorum signa custodientibus Apostolus ait [Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Vnde timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis.] Sic & Astronomia, seu & Astrologia apud catholicos in desuetudinẽ abiit: quia dum propria curiositate his nimis erant intenti, minus vacabant his, quæ saluti animarum erant accommodata. Quòd autem sortibus credi non oporteat, Hieronymus testatur scribens super Ionam, c. I.

¶ Exemplo Ionæ, vel Matthiæ non oportet sordibus credi. C. II.

NOn statim debemus sub exemplo Ionæ [a], sortibus credere, vel illud de Actibus Apostolorum huic testimonio copulare: vbi sorte in Apostolatum Matthias eligitur: cum priuilegia[A] singulorum non possint legem facere communem.

A ¶Cum priuilegia.] *Hæc vsque ad finẽ sunt addita ex B. Hieronymo. Referuntur enim à Beda ex eodem infra ea.c. non exemplo.*

Item Augustinus adinquisitiones Ianuarij, epist. 119.

¶Ad sæcularia negotia, diuina oracula non sunt conuertenda. C. III.

HI, qui de paginis Euangelicis sortes legunt, etsi optandũ est, vt id potius [b] faciant, quàm ad dæmonia consulenda concurrant: tamen etiam ista mihi displiacet consuetudo, ad negotia sæcularia & ad vitæ huius vanitatem, propter aliam vitam loquentia oracula diuina velle conuertere.

Item Beda super Actus Apostolorum, ad cap. I.

¶Exemplo Matthiæ, vel Ionæ non est indifferenter sortibus credendum. C. IIII.

NOn exemplo Matthiæ, vel quòd Ionas propheta sorte deprehensus sit, indifferenter sortibus est credendum: cum priuilegia singulorum (vt Hieronymus ait[4]) communẽ legem facere omnino non possint. *& infra.* ¶Si qui tamen necessitate aliqua compulsi Deum putãt sortibus exemplo Apostolorum esse[5] consulendum, videant hoc ipsos Apostolos non nisi collectò fratrum cœtu, & precibus ad Deum fusis egisse.

De diuinis vero scribit Augustinus libr. 5 super Deuter. c. 19. ita dicens.

¶Non sunt obseruanda quæ à diuinis præcipiuntur, quamuis ea contingant, quæ ab eis prænuntiantur. C. V.

INtelligi voluit Dominus etiã illa, quæ à diuinantibus non secundum Deum dicuntur, si acciderint quæ dicuntur, non accipienda sic, vt fiant quę præcipiuntur ab eis, aut colantur quæ colũtur ab eis.

Idem in lib. 2. de Doctrina Christiana, c. 19. 20 & 21.

¶Institutiones hominum quæ sint superstitiosæ, vel non. C. VI.

7 ILlud, quod est secundum institutiones hominum, partim superstitiosum non est. Superstitiosum est, quidquid institutum est ab hominibus ad facienda, & colenda idola pertinens, vel ad colendam sicut Deum creaturam, partemve vllam creaturæ, vel ad cõsultationes, & pacta quædam significationum cum dæmonibus placita, atque fœderata, qualia sunt molimina magicarũ artium: quæ quidem commemorare potius quàm docere assolent poetæ. [8] Ex quo genere sunt, sed quasi licentiori [d] vanitate, Aruspicum, & Augurum libri. Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligaturæ, atque remedia, quæ medicorum quoque disciplina condemnat, siue in præcantationibus, siue in quibusdam notis, quas characteres vocãt, siue in quibusdam rebus suspendendis, atque ligãdis, vel etiam saltandis quodammodo, non ad temperationem corporum, sed ad quasdam significationes, aut occultas, aut etiam manifestas: quæ eminentiori † [e] nomine Physicam vocant, vt quasi non superstitionem † implicare, sed naturæ prodesse videantur: sicut sunt inaures in summo aurium singularum, aut de struthiorum ossibus ansulæ in digitis, aut cum tibi dicitur singultiẽti, vt dextera manu sinistrum pollicem teneas. His adiunguntur millia inanissimarum obseruationum: si membrum aliquod salierit, si iunctim ambulantibus amicis lapis, aut canis, aut puer medius, interuenerit. *& infra.* ¶Hinc sunt etiam illa, limen calcare; cum ante domum suam transit: redire ad lectum, si quis, dum se calceat, sternutauerit: redire domum, si procedens offenderit: cum vestis à soricibus roditur, plus timere suspicionem futuri mali, quàm præsens damnum dolere. ¶ [9] Neque illi ab hoc genere superstitionis pernicioſæ segregandi sunt, qui olim Genethliaci propter natalium dierum considerationes, nunc autem vulgo Mathematici vocantur. Nam & ipsi, quamuis veram stellarum positionem, cum quisque nascitur, consectentur, & aliquando etiam perue stigent: tamen q̃ inde conantur, vel actiones nostras, vel actionum euenta prædicere, nimis errant, & venduntimperitis hominibus miserabilem seruitutem. *& infra. c.23.* ¶Hoc autem genus fornicationis animæ salubriter diuina scriptura non tacuit, neque ab ea sic deterruit animam, vt propterea talia negaret esse sectanda, quia falsa dicuntur à professoribus eorum: sed [etiam si dixerint vobis, inquit, & ita euenerit, ne credatis eis.] Nõ enim quia imago Samuelis mortui Sauli regi vera prænuntiauit, propterea talia sacrilegia, quibus illa imago præsentata est, minus execranda sunt: aut quia in Actibus Apostolorũ femina ventriloqua [f] verum testimonium perhibuit Apostolis Domini, ideo Paulus apostolus pepercit illi spiritui ac non potius feminam illius dæmonij correptione, atque exclusione mundauit. Omnes igitur artes huiusmodi vel nugatoriæ, vel noxiæ superstitionis ex quadam pestifera societate hominum, & dęmonum, quasi pacta infidelis & dolosæ amicitię cõstituta penitus sunt repudianda, & fugienda Christiano.

Idem in libro de ciuitate Dei [10].

¶Non est vita, sed mors, inquisitio, vel curatio, quæ à diuinis, vel magicis expetitur. C. VII.

QVi sine Saluatore salutem vult habere, & sine vera sapientia æstimat prudentem se fieri [11]

C.o.

Additio. sub. & propter hoc Apostolꝰ percussus est à dominis ancillæ: quia amisérũt lucrum quod recipiebant ex diuinationib. ancillæ prædictæ. Io.

8 j. e.q.5. nec mirum. §. ad hæc.

Qui sine.]Casvs. Quidã dementes erant, qui sine Saluatore putabant se habere salutẽ, & sine vera sapientia putabant se fieri

9 C.II.

† *al. mitiore nomine physica.* † *al. superstitiose*

Act.16.

Deut.13. 1.Reg.28.

10 Hĩ in lib. Rab. ḋ mag. præstigiis. 11 Burc. l.10. cap. 41. Iuo p.II.c.66.

Source : BIU Cujas

sapientes. sed Aug. ostendit, ꝙ tales cæci sunt, & dementes. & quicũque diuinationi bus intendunt, nisi se correxerint, æternaliter morientur: quia vanitas magicarũ artiũ per dæmones est inuẽta, psalmista dicente: Omnes dij gentiũ dæmonia. & finitur ibi auctoritas prophetæ, & quæ postea sequuntur sunt verba Aug.

Psal. 95. "Scientia aliqua an sit à diabolo.

a ¶ *Angelorum.*] "ergo aliqua est scientia à diabolo, vt j. ea. q. 5. episcopi, in prin. arg. cõtra s. 37. dist. §. hinc etiam. vbi dicitur, ꝙ à diuinis scripturis ois scientia sũpsit initiũ. [2]

1 Isid. l. 8. etymol. c. 9.

a Sed nũqd est licitũ vti arte notoria? dicꝙ ars notoria omnino est illicita, & christiano fugienda. hæc em ars est p q̃ q̃dã nituntur acqrere sciẽtiã, sed omnino inefficax est, & fiũt ibi q̃dã pacta illicita cũ dæmonibus, secũdum Th.

Illos planetarios.] Casvs. Dicit Aug. in hoc cap. ꝙ qũ ipse erat hæreticus, sæpe planetarios consulebat, quos homines vocãt mathematicos: qđ ideo faciebat, quia ab eis nullũ sacrificiũ & nullæ preces ad aliquem spiritum maligonum dirigerẽtur ad diuinationem. hoc tamen quod faciebat, erat dãnabile. Sic mihi Bar. Brix. videtur casus iste ponẽdus, quẽ ab alio positũ non inueni. & posses etiam dicere ꝙ, id est quia, vel sicut posui in casu.

† *al. inuocationes*

2 Iuo p. 11. c. 20. Pann. l. 8. c. 79.

Sed & illud.] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponit Hier. verba Apostoli, s. q fornicatur, in corpus suũ peccat. & dicit ꝙ illa verba possunt intelligi non solum de corpore carnali, sed etiã de corpore spirituali, quod est ecclesia, qđ corpus maculatur, cũ per vnum membrũ in omne corpus macula diffunditur, i. cum per vnũ hominem prẽstatur ceteris exẽplum delinquẽdi. In secũda parte ostẽdit quod sit opprobrium Aegypti, & dicit ꝙ obseruare auguria & diuinatiões quę in Aegypto sunt inuẽta, ad quæ nullus homo dẽt recurrere post baptismã: quod si quis fecerit, opprobrium secum portabit Aegypti. Secunda pars est ibi, *Est & illud.*

3 Origenes homil. 5. ad c. 5. Iosue.

1. Cor. 6. Ephes. 5.

† *al. baptismi circumcisionem*

b ¶ *Illud.*] tangit illud quod legitur in Iosue, quia populus circumcisus fuit à tempore Abrahæ vsq; ad illud tempus quo populus exiuit de Aegypto, "sed postea non fuerũt circumcisi xl. an. quib. fuerũt in deserto, sed cũ transierunt Iordanem, denuo præceptum fuit, vt vnusquisque circuncideretur, quod factum est. & dixit dominus Iosue:

"circũcisiõ fuit facta in deserto.

† *al. sacrilegia*

posse, non sanus, sed æger, nõ prudens, sed stultus in ægritudine assidua laborabit: & in cęcitate noxia stultus, ac demẽs permanebit. Ac proinde omnis inquisitio, & omnis curatio, quæ à diuinis, & magis, vel ab ipsis dæmoniis in idolorũ cultura expetitur, mors potius dicenda est, quàm vita: & qui ea sectantur, si se non correxerint, ad æternam perditionẽ tendunt, psalmista dicẽte [Omnes dij gentium sunt dæmonia,] qui per deceptos homines, alios decipere quotidie gestiunt, vt perditionis suæ faciãt eos esse participes. Itaque hæc vanitas magicarum artium ex traditione Angelorum [a] malorũ in toto orbe terrarum plurimis sæculis inualuit per quandã scientiam futurorum, & infernorum: & per inuentiones † eorũ inuenta sunt aruspicia, & auguratiões, & ipsa, quæ dicuntur oracula, & necromãtia.

Idem confessionum, lib. 4. c. 3.

¶ Christiana, & vera pietas planetarios expellit, & damnat. C. VIII.

[2] ILlos planetarios, quos mathematicos vocant, plane consulere non desistebam: ꝙ quasi nullum esset sacrificium, & nullæ preces ad aliquem spiritum ob diuinationem dirigerentur. Quod tamẽ Christiana, & vera pietas consequenter repellit, & damnat.

Item Hieronymus[3].

¶ Cultura est idololatrię, auguria seruare, & stellarum requirere cursus. C. IX.

SEd & illud [b] adde, quoniã qui fornicatur, in corpus suũ peccat, non istud corpus solum, quod templum Dei effectum est, sed & illud quod dicitur, quia omnis ecclesia corpus Christi est. Et in omnem ecclesiam videtur delinquere, qui corpus suum maculauerit: quia per vnum membrum macula in omne corpus diffunditur.

¶ Est & illud opprobriũ Ægypti, quod si neglexeris, etiam post Iordanis transitũ, & post baptismi † secundam circumcisionem, vetustę consuetudinis inustione suggeritur, obseruare auguria, requirere stellarum cursus, & euentus ex iis futurorum rimari, seruare somnia, ceteriśque huiusmodi superstitionibus implicari. Idololatriæ nãque mater est Ægyptus, ex qua certum est huiusmodi opprobria pullulare: quæ, si transito iam Iordane susceperis, & his te rursus laqueis illigaueris, tecum sine dubio opprobria Ægypti trahis.

3 *Hæc autem sortilegia † non vsque adeo sunt detestanda, vt si aliquid de area, vel torcular dæmonibus fuerit immolatum, quod reliquum est, ideo credatur esse immundum: aut si ipsum quod oblatum fuerat, à nobis ignorantibus sumi contigerit, ideo credamus nos deliquisse.*

Vnde Aug. ad Publicolam, epist. 154.

¶ Non ideo reliqua sunt immunda, quia ab area, vel torculari aliquid ad dæmonum sacrificia tollitur. C. X.

[4] SI de area, vel torculari tollatur aliquid ad sacrificia dæmoniorum sciente Christiano, ideo peccat, quia † fieri permittit, vbi prohibendi potestas est [c]. Quòd si factum nõ comperit, aut prohibendi potestatem non habuit, vtitur mundis reliquis fructibus, vnde illa sublata sunt.

Item Ambrosius in primam epistolam ad Corinthios, ad c. 10.

¶ Immunis est à reatu, qui emit, quod nescit idolis immolatum. C. XI.

[5] LIcet aliquid pollutũ sit per accidẽtiam, id est, oblationẽ idoli [d], cum hoc tamen nescit, qui emit, nullum patitur scrupulum, & apud Deum immunis est.

QVÆSTIO III. & IIII.

Quibus autem genus diuinationis exordium sumpserit, vel quot sint genera eius, Augustinus exponit in libro de natura † dæmonum ita dicens [6].

¶ De multiplici genere diuinationis. C. I.

[7] IGitur genus diuinatiõis à Persis [a] fertur allatũ. Varro autem dicit diuinationis quatuor esse genera, terram, aquam, aerem, & ignẽ: hinc geomantiam, hydromantiam, aeromantiam, pyromãtiam dicta autumat. Diuini dicti sunt, quasi Deo pleni. Diuinitate enim plenos se esse simulant, & astuta quadam fraudulentia hominibus futura coniectant. Duo autẽ sunt genera diuinationis, ars, & furor. Incantatores vero vocati sunt, qui artem verbis peragunt. Arioli vocati sunt, propterea quod circa aras idolorum nefarias preces emittunt, & funesta sacrificia offerũt, hisque celebritatibus dæmonum accipiunt respõsa. Haruspices nũcupati, quasi horarũ inspectores: Dies enim & horas in agendis negotiis, operibusque custodiunt: & quid per singula tẽpora obseruare debeat homo, intẽdunt. Hi etiam exta pecudũ inspiciũt, & ex eis futura prędicunt. Augures sunt, qui volatus auium, & voces intẽdunt: aliaque signa rerũ, vel obseruationes improuisas hominibus occurrentes ferunt. Iidem sunt & auspices: Nam auspicia sunt, quæ iter facientes obseruant. Dicta autem sunt auspicia, quasi auium spicia †, & auguria quasi auium garria, id est, auium voces, & linguæ. Item augurium, quasi auigerium, quod aues gerunt. Duo sunt autem ge-

Hodie abstuli à te opprobrium Aegypti.

HAEC AVTEM. Hæc est 3. pars quę. in qua quæritur, si possumus mãducare, vel bibere, &c. Io. de Fant. Casvs. Supra dictum est, ꝙ superstitiones sint abominãdæ. Nũc vero dicit Gra. ꝙ quãuis talia sint abominãda, vel detestanda: tamen si de area vel torculari aliquid dæmonibus immoletur, propter hoc reliquũ non reputatur immundũ: neque si illud immolatum quis comedit ignorãter, propter hoc creditur deliquisse.

4 Iuo p. 11. c. 98.

† *al. si*

Si de area.] Casvs. Publicola quæsiuit ab Aug. si de area, vel torculari alicuius aliquid fuerit dæmonibus immolatum, vtrum ille cuius est area vel torcular, peccet si permittit inde aliquid tolli. Et respõdet, si prohibere põt, & non prohibet, peccat: si vero nescit, vel prohibere nõ potest, non peccat: & tunc reliquis fructibus sine peccato potest vti.

5 Iuo p. 11. c. 96.

ç ¶ *Potestas est.*] videtur ergo, ꝙ non quilibet tenetur prohibere, sed solus iudex, vt diximus 23. q. 3. nõ in inferenda. s. ea. s. 23. q. 8. præterea.

† *al. diuinatione*

6 Raban. de mag. pstig. Isid. lib. 8. etym. c. 9.

7 Burc. l. 10. cap. 43. Iuo p. 11. c. 68.

d *Licet.*] ¶ *Idoli.*] sed ipsum idolothytum non potest comedi. 30. dist. si quis carnem.

Quibus autem.] Hæc q. diuiditur in tres partes. In prima ostendit quot sunt genera diuinationum, & vnde habuerint originem & vocabula: & hoc probat per ca. Augustini. Secũda ibi, *Quæritur.* Tertia ibi, *Quod autem.* Io. de Fant. Casvs. Hic intitulatur 3. & 4. q. qua quæritur à quibus diuinatio sumpsit exordiũ: & quot sint genera diuinationis. Et respondetur ꝙ à Persis diuinatio sumpsit exordium: & ꝙ quattuor sunt genera diuinationum, vt j. ead. cap. 1. & 2.

† *al. aspicia*

IGitur genus diuinationis.] Casvs. Hoc c. diuiditur in 5. partes. In prima parte ostendit Aug. ꝙ diuinatio initium sumpsit à Persis. In secũda ostẽdit ꝙ diuinatio sit in quattuor rebus, sc. in terra, aqua, igne, & aere. In tertia vnde nuncupantur diuini. In quarta ostẽdit ꝙ duobus modis sit diuinatio, s. per artem, vt in quattuor elementis: & per

Source : BIU Cujas

& per furorem, ſicut p arreptitios. In quinta oſtendit ſpecies diuinationum,earũ etymologias ponendo. partes autem omnes circa principium sũt: & ideo non pono vbi incipiant:quia per te facile deprehendes. *Coniectant.* i.nũtiant. *Duo autem genera,* id-eſt,duo modi. cum dictum eſt ſuperius quatuor eſſe genera.

1 Pythius dicit eſt Apollo à Pythone dracone, quẽ faculis ſuis cõfecit. per p, enim dictionem hãc ſcribũt Græci, non per ph.

QVAERITVR. Hæc eſt 2.pars q.in qua q̃ritur de natura dæmonum:& qualiter ſciãt futura. Io.de Fant.

Matth.2.

CASVS. Quia ſupra facta eſt mentio de dæmonibus: ideo Grat. quęrit incidenter cuius naturæ ſint dæmones:& an futura ſciãt: & quot modis futura prænoſcãt. Et de hoc ſcribit Aug.in ſeq.c.

SCiendum.]CASVS. Hoc ca.diuiditur in duas partes.In prima parte oſtendit Auguſt. quòd dæmones excedunt naturã hominum in ſubtilitate ſenſus & ingenij: in celeritate eundi:& in longitudine vitæ: & propter hoc pronuntiant multa ante cognita. homines vero propter ſenſus tarditatem hoc dicere vel facere nõ poſſunt. In ſecunda parte oſtendit, quòd dæmones quattuor modis futura prædicunt. Primus eſt, qa ipſi ſunt facturi ea quæ prædicunt, futura mala prædicẽdo, ꝓpter peſtes quas immittunt.Secundus eſt, quia naturalibus ſignis futura prænoſcunt:non tamen propter hoc dicendi ſunt diuini:ſicut nec medicus dicendus eſt diuinus qui per carnalia ſigna humani corporis ſanitatem vel infirmitatem vel mortem ſæpe prædicit futurã. Tertius modus eſt, qa dæmones non ſolum per voces hominum, ſed etiam per cogitationes,quas per quædam ſigna diſcunt,futura denuntiant,aliis videlicet mira,qui iſta diſpoſita non nouerunt.in quibus quando falluntur, culpam in ſuos cõiectores refundunt. Quartus vero modus eſt,quia ipſi prædicunt hominibus ſuæ culturæ defectum,& idolorum ruinam, vt eorum quæ fiunt præſcij videantur:qđ qui libros gentilium legit non potest ignorare. Secunda pars incipit ibi, *Nunc igitur.* Primus modus diuinandi incipit ibi, *Primum ſciendum.* Secundus ibi, *Aliquando etiam hominum.* Tertius ibi, *Aliquando autem.* Tertius ibi, *Aliquando etiam hominum.* Quartus ibi, *Nonnumquam vero.*

2 ea.q.1. c.vnico. †*al.ſaliſatores*

3 Raban.de mag.ꝑſtig.

4Bur.l.10.c. 45.&46.Iuop.11.c.70.& 71.Pann.l.8. c.68.

†*al.acumine*

a ¶*Sciendum.*] hic Auguſt. "oſtendit quib. de cauſis dæmones ſciunt futura prædicere:nõ quòd ipſi ſciant futura:ſed quia habẽt probabiles coniecturas.primo illa ratiõe: quia de ſubtiliori materia ſunt creati:vnde ſubtilius conſiderant quàm homines. Item quia per antiquitatẽ multa ſciunt,quę nos propter breuitatẽ tẽporis ſcire non poſſumus. Itẽ quia ipſimet cõſueuerunt morbos immittere:& illud ipſi prædicũt,quòd aliquis ſit habiturus malum.Item ſicut medicus videt aliquid per ſigna ſibi nota, quæ nos non videmus: ſic dæmones. Item ex ſignis quæ procedunt ex animo hominis, præuident quædã futura. Item quia dicta prophetarum audierunt, ex quibus futura prædicunt.

"Dęmones futura præſcire dicere pñt.

b ¶*Cogitationibus.*]ergo videtur ꝙ diabolus nouit cogitatiões hominum.Sed cõtra: ſolus Deus ſcit occulta cordium, vt 32.diſt. erubeſcant.ſed ipſe ſe ipſum de hoc corrigit j̃.c.prox.

QVOD AVTEM. Hæc eſt 3.pars quę.in qua dicitur,quod dęmones neſciunt quæ futura ſunt.I.de Fant. CASVS.Supra in cą. ſciendum.dixerat Auguſt. ꝙ diabolus comprehendebat cogitationes hominum per ſigna exteriora. Sed quia hoc fuit temerarium dicere,ideo nũc vult illud retractare per cap.ſeq.

A ¶Perſis.] *B. Auguſtinus in libro ſexto de ciuitate Dei, c.35. de hydromantia loquens ſic ſcribit,* Quod genus diuinationis idem Varro à Perſis dicit allatum. *Reliqua vero huius capitis ſunt in libello Rabani de Magorũ præſtigiis quem ipſe ex variis Auguſtini,& Iſidori locis collegit, & Gratianus ſæpe citat ſub Auguſtini nomine.*

2 *Quæritur autem de natura dæmonum,cuius naturæ ſint, an futura præſcire valeant, vel quot modis futura prænoſcant.*

De his ita ſcribit Auguſtinus in eodem libro de diuinatione dæmonum,c.3.[3]

¶Quot modis dæmones futura prænoſcant. C. II.

4 SCiendum [a] eſt hanc eſſe naturam dęmonum,vt aerij corporis ſenſu terrenorũ corporum ſenſum facile prȩcedant,celeritate etiam propter eiuſdẽ aerij corporis ſuperiorẽ mobilitatem non ſolum curſus quorumlibet hominum,vel ferarum,verumetiam volatus auium incomparabiliter vincant.Quibus duabus rebus,quantũ ad aerium corpus attinet,prædiți, hoc eſt,acrimonia†ſenſus,& celeritate motus, multo ante cognita prænuntiant, vel nuntiant, quæ homines pro ſenſus terreni tarditate mirentur. Acceſſit etiam dæmonibus per tam longum tempus,quo eorum vita protenditur, rerum longe maior experientia, quàm poteſt hominibus propter breuitatẽ vitæ prouenire. Per has efficacias, quas aerij corporis natura ſortita eſt, non ſolum multa futura prædicũt dæmones,verum etiã multa mira faciunt:quę quoniam homines dicere, ac facere non poſſunt, eos dignos quidam, quibus ſeruiant,&quibus diuinos honores deferant,arbitrantur:inſtigante maxime vitio curioſitatis propter amorem felicitatis falſæ, atque terrenæ, & excellentiæ temporalis.& *infra c.5.* ¶Nunc igitur,quoniam de diuinatione dæmonum quæſtio eſt,Primũ ſciendum eſt illos ea plerũque prænuntiare, quæ ipſi facturi ſunt. Accipiunt enim ſæpe poteſtatẽ,& morbos immittere, & ipſum aerem viciando morbidum reddere,& perſuerſis,& amatoribus terrenorum commodorũ malefacta ſuadere, de quorum moribus certi ſunt,ꝙ ſint eis talia ſuadentibus conſenſuri.Suadent autem miris,& inuiſibilibus modis per illam ſubtilitatem ſuorum corporum,corpora hominum non ſentientium penetrãdo,ſeſeque cogitationibus [b] eorum per quædam imaginaria viſa miſcendo,ſiue vigilantium,ſiue dormientium.¶Aliquãdo autem non quæ ipſi faciunt,ſed quæ naturalibus ſignis futura prænoſcũt (quæ ſigna in hominum ſenſus venire non poſſunt)ante prædicunt. Neque enim quia præuidet medicus,quod non præuidet eius artis ignarus,ideo iam diuinus habendus eſt.Quid autẽ mirũ,ſi quemadmodũ ille in corporis humani pẽturbata,vel modificata temperie ſeu bonas,ſeu malas futuras præuidet valetudines:ſic dæmõ in aeris affectione ſibi nota†nobis ignota† futuras præuidet tempeſtates? Aliquando & hominum diſpoſitiones non ſolum voce prolatas,verumetiam cogitatione conceptas,cum ſigna quædam ex animo exprimuntur in corpore,tota facilitate perdiſcunt:atque hinc etiam multa futura prænũtiant, aliis videlicet mira,qui iſta diſpoſita nõ nouerunt.& *infra c.6.* ¶Fallunt & ſtudio fallendi,& inuida voluntate,qua hominum errore lætãtur.Sed ne apud cultores ſuos pondus auctoritatis amittant,id agunt,vt interpretibus ſuis,ſignorumque ſuorũ conſectoribus culpa tribuatur, quando vel decepti fuerint,vel mentiti. ¶Nonnumquam vero ipſi maligni ſpiritus, & illuſores hominum, atque ſalutis eorum inuaſores † ſolent prædicere defectum culturæ ſuæ, & idolorũ ruinam:quatenus præſcij videantur, quid in ſingulis regnis,aut locis venturum ſit,& quid aduerſi ſuæ factioni contingere poſſit:quod etiam illi, qui gentilium hiſtorias legunt, non ignorant. Quid

†*al.notas* †*al.ignotas*

†*al.inuiſores*

Source : BIU Cujas

Q*Vodam loco dixi.*]Casvs. Dicit Augu. se quodam loco dixisse, ꝙ dæmones dispositiones vel cogitationes hominũ non solũ per voces, sed etiam per quædã signa humani corporis tota facilitate perdiscunt: sed quia rem dixit occultam, & sermone nimis audaci: ideo nũc dicit, ꝙ inuenri non potest, vtrũ signa sint in humano corpore, per quæ ista cognoscant, vel per vim aliã spiritualem hoc comprehendant: licet quẽdam per experimenta quandoque talia
1ĩ.c.prox. prænotare dicuntur.

Vòd autem. Hæc q. diuiditur i tres partes. In 1. quarum probat magister per 12.c. ꝙ sortilegi & diuini sunt excommunicãdi, si non cessant, & euntes ad illos. Secunda ibi, *Nonnulli.* Tertia ibi, *Expræmissis.* I. de Fan. Casvs. Hic ponitur 5. q. qua quæritur si sortilegi & diuini cessare noluerint, an sint excommunicandi, & dicit ꝙ sic: & ad hoc probandum inducit vnam rationem, & vnam auctoritatẽ. Auctoritas incipit ibi, *Si quis frater. Esiis*, ô vos dæmones. Seq. c. plana sunt per iam dicta. *Expiandi*, i. purgandi.

a Si quis.]¶*Phylacteriis.*] Phylacteria dicuntur hic chartæ in quibus continẽtur incãtationes.

b Qui diuinationes.] ¶*In domos suas.*]
Ephes.5. Colos.3. secundum legem isti concremantur. sed ille in cuius domo hæc fiunt, post publicationem bonorum in exilium mittitur, vt C. de malef. nullus.

Non liceat.] Casvs. Hoc c. diuiditur in 4. partes. In 1. parte dicitur, ꝙ propter domum faciendã, vel segetes serendas, vel plãtandas arbores, & similia, non
1.Cor.5. debet aliquis colere elementa, lunam vel stellas obseruare: sed omnia facere in nomine Domini. In 2. parte dicitur, ꝙ in col
2Pol.l.6.tit. lectionibus herbarũ
12. Bur.l.10. non est aliqua incan-
c.24. Iuo p. tatio faciẽda, nisi cre-
11.c.1.Pann. do in Deum, vel Pater
l.8.c.61. noster. In 3. parte dici
3 Raban.in tur, ꝙ si quis in domũ
pœnit.c.23. suam inducat sortile-
Et in cõcil. gos vel diuinos, vt ma
Paris.li.3.c.1 leficia inueniant, vel
Polyc. ibid. aliud faciant superstiBur.l.10.c.5 tiosum, quinque an-
Iuo p.11.c.2. nis pœniteant. In 4.
Pan.l.8.c.62 parte dicitur, ꝙ mulie

ergo mirum, si iã imminente temporum, & simulacrorum euersione, quã prophetæ Dei summi tanto ante prædixerant, serapis dæmon alicui cultorum suorum hoc de proximo prodidit, vt suã quasi diuinitatem recedens, vel fugiens commendaret?

3 *Quòd autem hominum dispositiones cogitatione conceptas, per exteriora signa diabolus deprehendat, non firma ratione videtur approbatum.*

Vnde idem Augustinus ait in libro secundo retractationum, c. 30.

¶Quòd ex corporeis motibus internas animi cogitationes diabolus deprehendat, occultissima res est.

C. III.

1 Quodã loco dixi dæmones aliquando & hominum dispositiones non solum voce prolatas, verumetiam cogitatione conceptas, cum signa quædam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscere. Rem dixi occultissimam audaciori assueratione, quàm debui. Nã peruenire ista ad notitiam dæmonũ per nonnulla etiam experimẽta compertum est. Sed vtrum quædam signa dẽtur ex corpore cogitantium, illis sensibilia, nos autem latentia, an alia vi & ea spiritali, ista cognoscant, aut difficillime potest ab hominibus, aut omnino non potest inueniri.

QVÆSTIO V.

1 Ips *Vòd autem sortilegi, & diuini, si cessare noluerint, excõmunicandi sunt, ratione, & auctoritate probatur. Est enim quoddam genus culturæ idolorum ex dæmonum consultationibus futura prædicere. Sicut enim auarus, quia cultum Deo debitum, nummo impedit, idolorũ cultor ab Apostolo nominatur: sic illi, qui futura, quæ ex Dei oraculo nonnumquam reuelata inueniuntur, vel dæmonum consultatione, vel quibuslibet præstigiis inuenire laborant, diuinitatis iura creaturis attribuunt. Futura enim præscire solius Dei est, qui, in sui contemplatione etiam Angelos illa præscire facit. Vnde Esaias ait: [Priora, & nouissima annuntiate mihi, & dicam, ꝙ Dij estis.] Cultores vero idolorum à fidelium communione separandi sunt. Vnde in epistola ad Corinthios Apostolus ait: [Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, cum eiusmodi nec cibum sumere.] Hinc etiam in decretis Gregorij iunioris in concilio Romano præsidentis, c. 12. legitur.*

¶Anathema sit, qui ariolos, vel incantatores obseruat. C. I.

2 Si quis ariolos, aruspices, vel incantatores obseruauerit, aut phylacteriis a vsus fuerit, anathema sit.

Item ex concilio Ancyrano, c. 23. al. 24.

¶Quinquennio pœniteat, qui diuinationes expetit. C. II.

3 Qui diuinationes expetũt, & morem gentilium a subsequuntur, vel in domos suas b huiusmodi homines introducũt, exquirẽdi c aliquid arte malefica, aut expiandi causa, sub regula quinquennij iaceant, secũdum gradus pœnitentiæ definitos, &c.

a ¶Gentilium.]*In Græco impresso est,* χρέωσι. *sed in vetusto Vaticano, & apud Balsamonem,* ἐθνῶν.

b ¶Exquirendi.]*Græce est,* ἐπιζητοῦσι φάρμακα ἑαυτῶν. *Id est,* ad inuenienda medicamenta.

Item ex concilio Martini Papæ [*Id est ex c. Martini Bracharensis, c 72.*

¶Elementa colere, lunæ, aut stellarum cursus in suis operibus, Christianis seruare non licet. C. III.

4 Non liceat Christianis tenere traditiones gẽtilium, & obseruare, vel colere elemẽta, aut lunæ, aut stellarum cursus, aut inanem signorũ fallaciam pro domo faciẽda, aut propter segetes c, vel arbores plantandas, vel coniugia socianda. Scriptum est enim [Omnia, quæ facitis aut in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo.]¶ 5 Nec in collectionibus herbarum, quæ medicinales sunt, aliquas obseruationes, aut incantationes liceat attẽdere: nisi tantũ cum symbolo diuino, aut †oratione Dominica, vt tantum Deus creator omnium, & Dominus honoretur. ¶ 6 Si quis autem paganorũ consuetudinem sequens, diuinos, & sortilegos in domum suam introduxerit, quasi vt malum foras mittant, aut male ficia inueniãt, vel lustrationes paganorum faciant, quinque annis pœnitẽtiam agant. ¶ 7 Mulieribus quoque Christianis non liceat in suis lanificiis vanitatem obseruare: sed Deum inuocẽt adiutorem, qui eis sapientiam texendi donauit.

Item ex concilio Laodicensi c. 36. 8

¶Sacris officiis dediti, magi, vel incantatores non fiant. C. IIII.

9 Non oportet sacris officiis deditos, vel clericos, magos, aut incantatores existere, aut facere phylacteria, quæ animarum suarum vincula comprobantur. Eos a autẽ, qui talibus rebus vtuntur, proiici ab ecclesia iussimus.

a ¶Eos autem.]*Quæ antecedunt in hoc capite, sunt ex versione Dionysij. Quæ autẽ sequuntur, sunt ex prisca versione, q̃ est in collectione Isid.*

Item ex concilio Toletano quarto, c. 28.

¶Honore priuetur episcopus, vel presbyter, qui magos, vel aruspices consuluit. C. V.

10 Si quis episcopus, aut presbyter, siue diaconus, vel quilibet ex ordine clericorum, magos, aut aruspices, aut incantatores, aut ariolos, aut certe augures, vel sortilegos, vel qui profitẽtur artẽ magicã a, aut aliquos eorũ similia exercentes consuluisse d fuerit deprehẽsus, ab honore dignitatis suæ suspẽsus b e, monasterij curam c suscipiat, ibique pœnitentiæ perpetuæ deditus, scelus admissum sacrilegij soluat.

a ¶Magicam.]*In antiquioribus conciliorum editionibus, duobus codicibus Vaticanis, & Lucensi regio, & Polycarpo legitur,* artem aliquã.

b ¶Suspensus.]*In omnib. conciliorum editionib. & manuscriptis exemplarib. quæ collata sunt, & Pol. est,* depositus. *Sed ob gl. non est mutatũ.*

c ¶Curam.] *Sic in vetustioribus conciliorum editionibus, & duobus Vaticanis codicibus: sed in recensioribus Colonien sibus est,* censuram, *in codice autem regio,* pœnam.

res in suis lanificiis vanitatẽ obseruare non debent: sed Deum inuocare adiutorem. Secunda pars incipit ibi, *Nec in collectionibus herbarum.* Tertia ibi, *Si quis autẽ.* Quarta ibi, *Mulieribus.* seq. c. planum est.

c ¶*Propter segetes.*] "Astronomia ñ est reprehẽdẽda.
"numquid ergo hic reprehenditur Astronomia? nunquid per ventos & dispositiones lunæ licitum est rusticis considerare tẽpus seminandi a, & medicis tempora potionũ & minutionum? Certe hæc non reprobãtur: sed illi reprobantur, qui credunt ineſſe necessitatem superioribus. vnde nõ est dicẽdum, ꝙ superiora sint causa rerum, licet sint signa b rerum.
aVĩ ꝙ nõ. j. ea. q. 7. non obseruetis. & c. seq.
4 Burc.l.10. c 3. Iuo p.11. c.40.
bSigna. late Ioan. Picus Mirãd. contra Astrolo. Colos. 3.

Si quis episcopus.] Casvs. Statuit concilium Tolet. ꝙ si quis episcopꝰ, vel cuiuscumq; ordinis clericus diuinos vel sortilegos consulit, deponatur: & ad pœnitentiam peragendã perpetuo in monasterio trudatur. Quæ autem sequũtur, plana sunt: & per te videbis vsque ad c. episcopi.
5 ibid. c. 74. Burc. l. 10. c. 20. Iuo p. 11. c. 47.

d ¶*Consuluisse.*] not. "pro solo consilio debere quem puniri c, si ue faciet artem siue non. sic pro sola vocatione punitur qui vocat clericum ad iudicium Imperatoris, vt 11. q. 1. placuit.
†al. & "consilium facit quem puniri.

e ¶*Suspensus.*] id est, depositus, vt patet per sequentia.
cSic j. e. ꝑx. dic quòd in hoc peccat, qa phibitũ est cõsilium taliũ ext. de sortil. c. 2. Ioan. de Fãt. 6 ibid. c. 71. Bur. l. 10. c. 6 Iuo p. 11. c. 34. Iob 38. apud 70. 7 ibid. c. 75. Burc. l. 10. c. 19. Iuo p 8. c. 330. & p. 11. c. 46. 8 & in Agathensi, c. 68. 9 Raban. pœnit c. 23. Iuo p. 11. c. 3 Pan. l. 8. c. 63

10 Raban. ibid. Pol. l. 6. ti. 12 Burc. l. 10. c. 48. Iuo p. 11. c. 5. & 73. Pann. l. 3. c. 169. & l. 8. c. 64.

Source : BIU Cujas

Item

Item ex concilio Agathensi, c. 42.[1]

¶De his, qui auguriis, & diuinationibus studeant. C. VI.

[2] ALiquanti clerici, siue laici studeant auguriis, & sub nomine fictæ religionis per eas, quas sanctorum sortes vocant, diuinationis scientiam profitentur: aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt. Hęc †quicumque clericus, aut laicus detectus fuerit, vel consulere, vel docere[a], ab ecclesia habeatur extraneus.

Item Leo quartus episcopis Britanniæ, c. 4.

¶Sors nihil aliud, quàm diuinatio, & maleficium esse decernitur. C. VII.

[3] SOrtes, quibus cuncta vos in vestris discriminatis[b] iudiciis (quod patres damnauerunt) nihil aliud, quàm diuinationes, & maleficia esse decernimus. Quamobrem volumus illas omnino damnari, & inter Christianos vltra nolumus nominari, & ne exerceãtur †sub anathematis interdicto prohibem[9].

†*al. vt abscindantur*

¶*In epistola Leonis quarti (cuius pars extat in vetusto codice) c. 4. hæc leguntur.* De expetẽtia autem diuinationum, vel maleficiorum scriptum quidem in sacris habemus canonibus, vt ipsa ponamus, ita: Qui diuinationes, &c. ſ. *ea ex concilio Ancyrano.* Vnde ad illorum si multitudinem sortes, quibus vos cuncta in vestris discriminatis iudiciis, nil aliud, quàm quod illi patres dãnarunt, diuinationes, & maleficium esse decernimus, &c.

Item Gregorius Hadriano notario, lib. 9 epist. 47.

Incantatores, sortilegos velut Christi inimicos insequi oportet. C. VIII.

[4] PEruenit ad nos, quòd quosdã incantatores, atque sortilegos fueris insecutus: & omnino nobis solicitudinem, zelumque tuum gratum fuisse cognoscas. *& infra.* ¶Et ideo studij tui sit solicite quærere, & quoscumque huiusmodi Christi inimicos inueneris, districta vltione corrigere.

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 32.

¶Excommunicetur clericus, monachus, laicus diuinationes, vel auguria, vel sortes secutus. C. IX.

[5] SI quis clericus, monachus, vel sæcularis, diuinationem, vel auguria crediderit, obseruanda, vel sortes, quas mentiuntur esse sanctorum, quibuscumque putauerint intimandas, cum his, qui eis crediderint, ab ecclesiæ communione pellantur.

Item Gregorius lib. 7. epist. 66. ad Ianuarium episcopum.

¶Contra sortilegos, idolorum, cultores custodia pastoralis inuigilet. C. X.

[6] COntra idolorum cultores, vel aruspices† atque sortilegos, fraternitatem vestram vehemẽtius pastorali hortamur inuigilare custodia, atque publice in populo contra huius rei viros sermonem facere, eosque à tanti labe sacrilegij, & diuini intentione iudicij, & præsentis vitæ periculo adhortatione suasoria reuocare. Quos tamen, si emendare se à talibus, atque corrigere nolle repereris, feruenti comprehendere zelo te volumus: & si quidem serui sunt, verberibus[c], cruciatibusque, quibus ad emendationẽ peruenire valeãt, castigare: si vero sunt liberi, inclusione digna, districtaque sunt in pœnitẽtiam redigendi, vt qui salubria, & à mortis periculo reuocantia audire verba contemnunt, cruciatus saltem eos corporis ad desideratam mentis valeat reducere sanitatem.

†*al. aruspicum, & sortilegorum*

Caput hoc locupletatum est ex epistola Gregorij cum vetustis exemplaribus collata.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 89.

¶Ab ecclesia seperetur auguriis, & incantationib. deseruiens. C. XI.

[7] AVguriis, vel incantationibus seruientem, similiter & Iudaicis superstitionib[9], vel feriis inhærentẽ, à conuentu ecclesiæ separandũ [præcipimus.]

Item ex concilio Anquirensi[A] *c. 1.*

A ¶Anquirensi.] *Sic etiam in vetustis. Burchardus, & Iuo habent,* Ancyrensi. *Verumtamen in concilio Ancyrano græco, aut latino neque impresso, neque manuscripto est inuentum: licet, qui tomos conciliorum ediderunt, asserant haberi in quodã vetusto codice 16. librorũ partialiũ.*

¶Sortilegam, & magicam artem episcopi omnibus modis †eliminare studeant. C. XII.

[8] EPiscopi, eorumque ministri omnibus modis elaborare studeant, vt pernicioſam, & à diabolo inuentam sortilegam, & magicam †artem ex parochiis suis pẽnitus eradicent: & si aliquem virum, aut mulierem huiuscemodi sceleris sectatorẽ inuenerint, turpiter dehonestatum de parochiis suis eiiciant. Ait enim Apostolus, [Hæreticum hominem post primam, & secundam correptionem deuita: sciens qa subuersus est, qui huiusmodi est.] Subuersi sunt, & à diabolo captiui tenentur, qui relicto creatore suo, diaboli suffragia quærunt: & ideo à tali peste debet mundari sancta Ecclesia. ¶[9] Illud etiam non est omittendum, quòd quędam sceleratę[a] mulieres retro post satanam cõuersæ dæmonum illusionibus, & phantasmatibus seductæ credunt & profitentur, se nocturnis horis cum Diana dea paganorum, vel cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, & multarum terrarum spatia intẽpestæ noctis silentio pertransire, eiusque iussionibus velut dominæ obedire, & certis noctibus ad eius seruitium euocari. Sed vti nã[d] hæ solæ in perfidia sua periissent, & non multos secum ad infidelitatis interitum pertraxissent. Nam innumera multitudo hac falsa opinione decepta hæc vera esse credunt, & credendo à recta fide deuiant, & errore paganorum inuoluuntur, cum aliquid diuinitatis, aut numinis extra vnũ Deũ arbitrantur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi cõmissas populo Dei omni instantia prædicare debent, vt nouerint hæc omnino falsa esse, & non à diuino, sed à maligno spiritu talia phantasmata mentibus fidelium†irrogari.

†*al. infidelium*

¶[10] Siquidẽ ipse satanas, qui transfigurat se in Angelum lucis, cum mentem cuiuscumque mulierculæ ceperit, & hanc sibi per infidelitatem subiugauerit, illico transformat se in diuersarum species personarum, atque similitudines: & mẽtem quam captiuam tenet, in somnis deludẽs, modo læta, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendens, per deuia quęque deducit: & cum solus spiritus hoc patitur, infidelis mẽs hoc nõ in animo, sed in corpore[e] euenire opinatur. Quis enim nõ in somniis, & nocturnis visionibus extra se educitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam viderat vigilando? Quis vero tam stultus, & hæbes sit, qui hæc omnia, quę in solo spiritu fiũt, etiam in corpore acci

NON

[1] Et in Venet. c. 16.
[2] Rab. ibid. Burc. l. 10. c. 27. Iuo p. 11. c. 4. Pan. l. 8. c. 69.
[3] Iuo p. 11. c. 8. Pann. l. 8. c. 70.
[4] Poly. ibid. Burc. l. 10. c. 4. Iuo p. 11. c. 33.
[5] Concord. concil. Antisiod. c. 4.
[6] Burc. l. 10. c. 13. Iuo p. 11. c. 32. & 95
[7] Bur. l. 10. c. 7. Iuo p. 11. c. 35. Pan. l. 8 c. 72.
[8] Burc. l. 10. c. 1. & l. 19.
[9] De spiritu & aĩa, c. 28.
[10] 2. Cor. 11.

a ALiquanti.] ¶Vel docere.] nam similis est culpa prohibita discere, & docere, vt C. de male. culpa[a]. "& multa sũt quæ melius est nescire, quàm scire. 38. dist. quis. cõtrarium est C. de hę. quicũque. vltra mediũ. vbi dr q ille q illicita docet, vel deportatur, vel punitur vltimo supplicio: discipuli vero puniũtur x. libris auri. sed ibi loquitur de his q discẽdi causa venerũt, non tñ didicerunt. hic de eo qui didicit vel cõsuluit. Itẽ contrarium est 37. dist. q de mensa. sed illi discebant non vt sequerentur ea, sed vt aliis per ea possent "nescire q̃ obuiare. 37. di. legim[a]. dam melius est q̃ scire.

b SOrtes.] ¶Discriminatis.] i. iudicatis vel diiudicatis[b].

c COntra idolorũ.] ¶Verberibus.] cũ hic scribatur epis. patet hoc crimẽ ecclesiasticũ esse. "Itẽ patet hicq episcopus põt aliquos verberib. castigare, vt 23. q. 5. c. 1. Item patet hic q episcopus p̃t in carcerẽ mittere reos. Itẽ habes hic q alio mõ punitur nobilis q̃ ignobilis, vt 24. q. 1. qui cõtra. 12. q. 2. fraternitatis. I.

d ¶Sed vtinam hæ solæ.] id est, vtinam non plures. similis expositio est 1. q. 1. duces[c]. e ¶Sed in corpore.] id est, corporeo sensu si ea. vbi de percipi, &c.

c Aliàs iudices. 23. q. 4. hoc.

EPiscopi.] Casvs. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima tractatur de solicitudine sacerdotũ circa diuinos expellendos de parochiis suis, & q̃ expelli debeant, Apostoli auctoritate probatur. In 2. parte reprehenduntur quædã mulieres, quę cum Diana dea paganorũ & cũ Herodiade sup quasdã bestias nocturnis tẽporibus equitare se putabant: qđ falsum ẽ: sed diabolo decipiente hoc mentib. fideliũ irrogatur. In 3. parte ostenditur qũo fiat hæc illusio, ſ. in solo spiritu diabolo varias formas ostẽdente per somnium mẽtib. hominũ: & q̃ in solo spiritu fiat, ꝓbat duobus exẽplis, ſ. Ezechielis, & Pauli. Secunda pars incipit ibi, *Illud etiam.* Tertia ibi, *Siquidem ipse satanas.*

Source : BIU Cujas

Ezech.3. NONNVLLI. Hæc eſt 2. pars q. in qua dicitur ℣ in ſeq. c. continetur. Io. de Fant. Et ponit hic incidentem quæſtionem.

CASVS. Superius prohibitæ ſunt diuinationes & ſortilegia. Nũc vero oſtendit Grat. ℣ in perniciem inimicorum altaria veſtibus exui non debent, vel lugubri veſte accingi, vel luminaria eccleſiis deputata extingui, vel Miſſa defunctorum celebrari pro viuis, & ad hoc probãdum inducit ſeq. cap.

Apoc.j.&4. 2.Cor.12.

Ioan.1. *QVicunque.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ℣ ſi quis ſacerdos vel miniſter eccleſiæ altaria veſtibus exuat, vel lugubri veſte accingat, vel extinguat luminaria in perniciem alicui[a], deponatur: niſi corã metropolitano pœnitentiam egerit, exceptis illis perſonis, quę hoc faciunt vel propter hæreticos, vel propter hoſtilitatem, vel alia iuſta ex cauſa. In ſecũda parte dicitur, ℣ ſacerdos qui cantauerit Miſſam defunctorum, vt inimicus mortem incurrat, deponatur: & tam ipſe ſacerdos, quã ille qui ſacerdotẽ ad talia incitauerit, perpetuo exilio puniatur. Secunda pars incipit ibi, *Plerique etiam.*

« Triſtitiæ cã pmittuntur aliqua.

a ¶ *Doloris.*] niſi forte ideo faciat, quia eccleſia ſua ſpoliatur, vt illud in ſignum mœroris faciat, ſicut quidã ponunt ſpinas ſuper altare: ſicut etiam denudatur altare in paſſione Domini in ſignum triſtitiæ.

b ¶ *Satisfactio.*] arg. ℣ ſi aliquis ſatisfecerit de crimine, vel inde egerit pœnitentiam, amplius non poſſit accuſari: licet ſit publicum crimen[a], vt nota tur 33. q. 3. admonere. Ioan.[b]

a Adde ad hoc qđ not. gl. & doc. in l. q ea mẽte. ff. de fur.

b đ hoc no. 49. diſt. §. 1. ibi videas.

EX PRAEMISSIS. Hæc eſt 3. pars quę. in qua magiſter ponit cauſus, & originem his phantaſmatibus, & quomodo accidant. Ioan. de Fant.

CASVS. Concludit G. ex ſupradictis, ℣ ſortilegi & diuini niſi reſipiſcant, ſunt excommunicandi. Poſtea oſtendit quòd ea quæ fiunt per incãtatores, non in corpore: ſed in ſpiritu dicuntur fieri. Et ad hoc inducit ſeq. cap.

c *NEc mirum.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte Aug. docet tria. primo, docet non eſſe mirum, ſi magi vertebãt virgas in dracones: aquã in ſanguinem Moyſi reſtendo: quia ſimilia fecit Circe, & Mercurio ad ſacrificium Bacchi. hęc tamen magis apparebant, quàm in veritate conſiſterent. Secũdo, ponit multa genera magorum & incãtatorum, & eorum etymologias. Tertio, ponit quare tanta poteſtas diabolo datur, vt homines ſic ſeducat, quod fit ideo vt veritatem ſpernentes illudat. hoc tamẽ non fit ſine permiſſu Dei: & dicit quare illi incãtatores virgas ſuas in dracones conuertebant. In ſecunda parte cõtinetur quòd quidam obiiciebant. Augu. ſi pythonica diuinatio errori magicæ artis eſt deputanda: qualiter pythonyſſa Samuelem ſuſcitauit ad colloquium regis Saulis. Cui obiectioni reſpondet Aug. dicẽs, illũ non fuiſſe Samuelẽ, ſed diabolũ. Quod probat tribus rationibus vel auctoritatib[9], multa verba inſerendo. In tertia parte obiicitur Aug. ſic: Si illi qui diuini dicũtur vel faciunt incãtationes, nõ habẽt aliquid propriæ virtutis vel poteſtatis: quomodo eueniunt quæ dicunt? Et reſp. Aug. quòd licet ea eueniant, tamẽ nullus eis credere debet: quia ſi ſanitatẽ languidis cõferre videantur: vel infirmitatem ſanis inferre: totum fit permiſſione diuina: vt appareat qualis fidei vel deuotionis ſint erga Deum, qui hæc audiunt vel vidẽt. Et ad hoc probandũ inducit auctoritatem Deuteronomij. Secunda pars incipit ibi, *Præterea quidam.* Tertia ibi, *Si autem aliquis.* *Quod ait*, ſ. Saul. *reuelat*, hiſtoria. & quia dicit Auguſt. *titulis*, id eſt, argumentis vel rationibus.

tal. relegentur

1 s. e. c. epi.

tal. Ancyrenſi

2 Iſid. l. 8. etymol. c. 9. Burc. l. 10. c. 42. ex dictis Auguſt. Iuo p. 11. c. 67. Pan. l. 8. c. 65 Exod. 7.

3 Aug. 18. de ciuit. Dei. c. 17.

a ¶ Si

dere arbitretur? cũ Ezechiel propheta viſiones Domini in ſpiritu, non in corpore vidit? & Ioannes apoſtolus Apocalypſis ſacramentum in ſpiritu, non in corpore vidit, & audiuit, ſicut ipſe dicit, [Statim, inquit, fui in ſpiritu.] Et Paulus non audet dicere ſe raptum in corpore. Omnibus itaque publice annuntiandum eſt, quòd qui talia, & his ſimilia credit, fidem perdit: & qui fidem rectam in Domino non habet, hic non eſt eius, ſed illius, in quem credit, id eſt, diaboli. Nam de Domino noſtro ſcriptum eſt, [Omnia per ipſum facta ſunt, &c.] Quiſquis ergo aliquid credit poſſe fieri, aut aliquã creaturam in melius, aut in deterius immutari, aut transformari in aliam ſpeciem, vel ſimilitudinem, niſi ab ipſo creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta ſunt, proculdubio infidelis eſt, & pagano deterior.

A ¶ Sceleratæ.] *Fere eadem habentur apud beatum Auguſtinum in libro de ſpiritu & anima, c. 28. & in vita Damaſi Papæ primi, quæ extat Romæ in peruetuſto de vitis ſanctorum codice ſanctæ Mariæ maioris: vbi poſtquam aliqua relata ſunt ex ſynodo Romana, in qua Damaſus Macedonium, & Apollinarem damnauit, adiungitur, anathematizatos in ea ſynodo eſſe, maleficiis, ſuperſtitionibus, & incantationibus ſeruientes. In quibus etiam mentio eſt harum mulierum, quæ putabant nocturno ſilentio cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum ſuper beſtias equitare, & multa terrarum ſpatia pertranſire.*

2 *Nonnulli inueniuntur, qui interno liuore permoti, in perniciem ſuorum inimicorum altaria ſacris veſtibus exuunt, aut veſte lugubri accingunt, vel conſueta luminariorum obſequia eccleſiis Dei ſubtrahunt, vel Miſſam pro requie defunctorum promulgatam, pro viuis celebrant hominibus.*

Quorum omnium maleficia nequiſſima Toletanũ concilium 13. condemnat dicens, c. 7.

¶ Abiiciatur ſacerdos, qui huiuſcemodi maleficiis operam dederit. C. XIII.

QVicumque ſacerdotum, vel miniſtrorum deinceps cauſa cuiuſlibet doloris [a] vel amaritudinis permotus, aut altare diuinum veſtibus ſacris exuere præſumpſerit, aut qualibet alia lugubri veſte accinxerit†, ſeu etiam, ſi cõſueta luminariorum ſacrorum obſequia de templo Dei ſubtraxerit, & extingui præceperit, ſi eum antea veræ pœnitudinis corã metropolitano ſatisfactio [b] non purgauerit, ignobilitati perpetuæ mãcipatus iuxta ſuperiorem ſententiam Domini, loci ſui dignitate ſe nouerit, & honore priuari: illis proculdubio perſonis ab hac vltionũ ſententia ſeparatis, quæ aut cõtaminationem ſacrorum ordinum, vel ſubuerſionem ſanctæ fidei metuentes, aut hoſtilitatem, vel obſidionem perferentes, ſeu etiam diuinorum iudiciorum ſententiam metuentes talia feciſſe contigerit: in quorum facto plus humilitas, qua Deus placatur, quàm inter liuoris doloſitas declaratur. Plerique etiam ſacerdotum ſauciati inimicitiæ dolo Miſſam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro viuis ſtudẽt celebrare hominibus, nõ ob aliud, niſi, vt is pro quo ipſum offertur ſacrificiũ, ipſius ſacroſancti libaminis interuẽtu mortis incurrat periculum. Proinde noſtræ elegit vnanimitatis conuentus, vt ſi quis deinceps talia perpetraſſe fuerit detectus, à proprij deponatur ordinis gradu, & tam ipſe ſacerdos, quàm etiam ille, qui eum ad talia peragenda incitaſſe perpenditur, exilij perpetui ergaſtulo religentur†.

¶ *Principium huius capituli vſque ad ver.* Pleriſque. *eſt ex 13. concilio Toletano, c. 7. Reliqua vero ſunt ex 17. Toletano, c. 5. quorum concilio rum duo exẽplaria ſunt habita ex Hiſpania: & inde nonnulla hic emendata, & addita.*

3 *Ex præmiſſis auctoritatibus colligitur, ℣ arioli, aruſpices, incantatores, & ſortilegi atque ceteri huiuſmodi ſectatores ab eccleſia ſunt eliminandi, & niſi reſipuerint, perpetuo excõmunicandi.* ' *Sed quod in vltimo Anquirenſi† capitulo ea, quæ fiunt per incantatores, non in corpore, ſed in ſpiritu fieri dicuntur, Auguſtinus in libro de ciuitate Dei videtur aſſerere, ita dicens.*

¶ *Caput hoc integrum habetur in libello Rabani de magorum præſtigiis, quem ipſe ex variis locis Auguſtini, & Iſidori, vt antea dictum eſt, confecit. Burchardus citat ex dictis Auguſtini.*

¶ Quæ magorum præſtigiis fiunt, non vera, ſed phantaſtica eſſe probantur.

C. XIIII.

[2] NEc mirum [c] de magorum præſtigiis, quorum in tantum prodiere maleficiorũ artes, vt etiam Moyſi ſimillimis ſignis reſiſterent, vertentes virgas in dracones, & aquas in ſanguinẽ. Fertur etiam in gẽtilium libris, quòd quædam maga famoſiſſima. Circe ſocios Vlyſſis mutauerit in beſtia. [3] Legitur & de ſacrificio, quod Arcades Deo ſuo Lycæo immolabant, ex quo quicũque ſumerent, in beſtiarum formas cõuertebantur. Sed hæc omnia magicis præſtigiis potius fingebantur, quàm rerũ veritate cõplerentur. Vt ergo ipſi errores ignorãtibus manifeſti fiant, de eorũ proprietate, atq; inuentoribus iuxta traditionem maiorum, primũ dicere cõgruum arbitramur. ¶ Magi ſunt, qui vulgo malefici ob facinorũ magnitudinem nũcupantur. Hi permiſſu Dei elementa concutiunt, turbant mentes hominũ minus cõfidentium in Deo, ac ſine vllo veneni hauſtu, violentia tantum carminis interimũt. Vnde Lucanus [4] [Mẽs hauſti nulla ſanie polluta veneni, Incãtata perit.] Dęmonibus emẽ accitis audẽt vẽtilare, vt quiq; ſuos perimãt malis artib[9] inimicos. Hi ẽt ſanguine vtũtur, & victimis, & ſępe cõtingunt mortuorũ corpora. ¶ Necromãtici ſunt, quorũ pręcãtationi

4 lib. 6.

Source : BIU Cujas

tationibus videtur resuscitari mortui, diuinare, & ad interrogata respondere. νεκρὸς enim græce, mortuus, μαντεία diuinatio nuncupatur: ad quos suscitandos cadaueri sanguis adiicitur. Nam amare sanguinem dæmones dicuntur: ideoq; quotiescumque necromantia fit, cruor aquæ miscetur, vt colore sanguinis facilius prouocentur. ¶ Hydromantici ab aqua dicti. Est enim hydromantia in aquæ inspectione vmbras dæmonum euocare, & imagineas† ludificationes eorum videre, ibiq; ab eis aliqua audire, vbi adhibito sanguine etiam inferos perhibetur suscitare[A]. *& infra.* ¶ [1] Ad hæc[B] omnia supradicta pertinent ligaturæ execrabilium remediorũ, quæ ars medicorũ condemnat, seu in præcantationibus, seu in characteribus, vel in quibusq; rebus suspendẽdis, atq; ligandis: in quibus omnibus ars dæmonum est, ex quadã pestifera societate hominum, & Angelorum malorum exorta. Vnde cuncta vitanda sunt Christiano, & omni penitus execratione repudianda, atq; damnanda. ¶ Auguria autem auium Phryges primi inuenerunt. ¶ Præstigium vero Mercurius primus dicitur inuenisse. Dictum est autẽ præstigium, q᷑ præstringat aciẽ oculorũ. ¶ [2] Haruspicinæ artem primus Hetruscis tradidisse dicitur quidam Tages. Hic ex horis haruspicinam dictauit, & postea non apparuit. Nam dicitur fabulose, arante quodam rustico, subito ex glebis exiliuisse, & haruspicinam dictasse, qua die & mortuus est. Quos libros Romani ex hetrusca lingua in propriam mutauerũt. His ergo portentis per dæmonũ fallaciam illuditur curiositas humana, quando id impudenter appetũt scire, quod nulla ratione eis cõpetit inuestigare. Hęc potestas immundis spiritibus ideo datur, vt priuata sibi apta, hoc est prauos homines, seducant illos, qui spernunt veritatẽ, & credunt mẽdacio, & iuxta Pauli sententiam, sanã doctrinam non substinebunt, sed ad sua desideria coaceruabũt sibi magistros prurientes auribus: & à veritate quidẽ auditum auertent, ad fabulas autem conuertẽtur: onerati peccatis ducentur variis desideriis, semper discẽtes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. [3] Quemadmodum autem Ioannes, & Mambres restiterunt Moysi, ita & isti resistũt veritati, homines corrupti mẽte, reprobi circa fidẽ: sed vltra nõ proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut illorũ fuit. [4] Nec[C] ideo quisquam credere debet, quoslibet magicis artibus aliquid facere posse sine permissu Dei (qui omnia, quæ fiũt, aut iusto iudicio facit, aut permissu suo ita fieri sinit) q᷑ prædicti magi leguntur similia fecisse Moysi: qui virgam suam proiecit, & conuersa est in draconem, proiecerunt q᷑ ipsi singulas virgas suas, quæ versæ sunt in dracones: sed deuorauit virga Aaron virgas eorum. Non enim fuerunt creatores draconum, nec magi, nec angeli mali, quibus ministris illa operabãtur. Insunt[D] enim rebus corporeis per omnia elementa mundi quædam occultę seminariæ rationes, quibus cum data fuerit opportunitas temporalis, atque causalis prorumpunt in species debitas suis modis, & finibus: & sic non dicuntur angeli, qui ista faciunt, animalium creatores, sicut nec agricolæ segetum, vel arborum, vel quorumcumq; in terra gignentium creatores dicẽdi sunt, quamuis nouerint prębere quasdã visibiles opportunitates, & causas, vt illa nascãtur. Quod autem isti faciunt visibiliter, hoc illi inuisibiliter. Deus vero solus vnus est creator, qui causas ipsas, & rationes seminarias rebus inseruit. ¶ Præterea quidam quærendũ putant, quomodo scriptura narret Pythonissam Samuelem prophetã suscitasse ad colloquium. Saul impiissimi regis, si pythonica diuinatio errori magicæ artis deputãda sit. [5] Quibus ita responderi potest, indignũ omnino facinus esse, si secũdum verba historiæ cõmodetur† assensus. Quomodo enim fieri poterat, vt arte magica attraheretur vir & natiuitate sanctus, & vitę operibus iustus? aut si nõ attractus[a] est, consensit? Quod vtrumque de iusto credere aduersum est. Si enim inuitus adductus est, nullũ suffragium habet iustitia: si autem voluntarius, amisit meritũ spiritale, quod positus in carne quæsierat: quod valde absurdũ est: quia qui hinc iustus recedit, permanet[b] iustus. Porro autem hoc est præstigium satanæ, quo, vt plurimos fallat, etiã bonos in potestate se habere cõfingit. Quod Apostolus inter cetera ostendit, dicens [Ipse satanas transfigurat se in angelum lucis.] Vt enim errorẽ faceret, in quo glorificaretur†, in habitu viri iusti, & nomine se subornauit, vt nihil proficere spem, quam prædicabãt Dei cultores, mentiretur: quãdo hinc exeuntes iustos finxit in sua esse potestate. Sed hoc quosdam fallit, q᷑ de morte Saul, & filij eius non sit mentitus: quasi magnum sit diabolo ante occasum, mortem corporis præuidere: cum signa quædam soleant apparere morituris, quippe à quibus Dei protectio amota videtur, quãto magis diabolo†, quẽ angelica potestate † sublimẽ prophetica oracula fuisse † testãtur: de cuius magnitudine Apostolus ait [An ignoratis altitudinẽ Satanæ?] Quid mirum ergo, si imminentẽ prope mortem potuit præuidere, cum hoc sit, vnde fallit, & se in Dei potestate vult adorari? Nã tanta hebetudine demens effectus est Saul: vt ad Pythonissam cõfugeret. Deprauatus enim causa peccati, ad hæc se cõtulit, quæ dãnauerat. Sed si quis propter historiam, & ea, quæ verbis expressa sunt putet non prætermittẽda, ne ratio historiæ inanis sit, recte faciet quidẽ: si tamen minime istud ad veri rapiat rationem, sed ad visum, & intellectũ Saul. Neque enim reprobus factus poterat bonum intellectum habere. Historicus enim mẽtem Saul, & habitum Samuelis descripsit, ea quæ dicta & visa sunt, exprimens, prætermittens, si vera, an falsa sint. Quid enim ait? [Audiens, in quo habitu esset excitatus: intellexit, inquit, hunc esse Samuelem.] Quid intellexerit, retulit: & quia non bene intellexit, contra scripturam alium adorauit, quàm Deum: & putans Samuelem, adorauit diabolum: vt fructum fallaciæ suæ haberet satanas. Hoc enim nititur, vt adoretur quasi Deus. Si enim illi vere Samuel apparuisset, nõ vtique vir iustus permisisset se adorari, qui prædicauerat Deum solũ esse adorandũ. Et quomodo homo Dei, qui cũ Abraham in refrigerio erat, dicebat ad virũ pestilẽtiæ, dignum ardore gehennæ, [Cras mecũ eris?] His duobus titulis[c] subtilitatẽ fallaciæ suæ prodidit improuidus satanas: quia & adorari se permisit sub habitu, & nomine Samuelis contra legẽ: & virum peccatis pressum, cum magna distãtia peccatorum & iustorũ sit, cum Samuele iustissimo futurum mẽtitus est. Verum potest videri, si de Samuelis nomine taceatur, quia Saul cum diabolo futurus erat: ad eum enim transmigrauit, quẽ adorauit. Semper ergo diabolus sub velamine latens, prodit se, dum ea confingit, quę horreant† personis, per quas fallere nititur. ¶ Si autem aliquis mihi opponit, & dicit, quomodo eueniũt illa, quę illi diuini

a ¶ *Si non attractus.*] quia ab angelo fuit nũtiata natiuitas eius.
b ¶ *Permanet.*] vt ſ. 25. dist. qualis.
c ¶ *Titulis.*] id est. argumentis. Ioan. *Quod*

5 Aug. q. 27. ex vtroque testamento.

†*al. commendetur*

†*al. & imagines ludificationis*, vel *& imagines & ludificationes*

1 ſ. e. q. 2. illud. Bur. l. 10 c. 44. Iuo p. 11. c. 69. Pan. l. 8. c. 67.

2 Ouid. meta. l. 15.

2. Ti. 4. & 3.

3 Aug. 3. de Trinit. c. 7.

4 Aug. l. qſt. ſup Exod. q. 21. & l. 2. ad Simplician. q. 3. & ad Dulcitium, q. 6.

Exod. 7.

2. Cor. 11.

†*al. gloriaretur*

1. Reg. 28.

†*al. diabolus*

† *al. maiestate* Apoc. 2. & 2. Cor. 2.

1. Reg. 28.

† *al. abhorreant. al. abhorrent à personis*] cod. Antuerp.

Source : BIU Cujas

Quod autem.] Casvs. Hic intitulatur 6. q. qua quæritur vtrum excommunicatus ab epiſcopo poſſit à presbytero reconciliari epiſcopo inconſulto. Et reſp. ꝙ ligatus à maiori, à minori abſolui non poteſt, vt 21. dis. inferior. niſi in mortis articulo, vt ext. de ſent. exc. nō dubium. G. tamen latius extēdit quæſtionem, an ſacerdos poſſit reconciliare pœnitentes epiſcopo inconſulto. Et reſp. ꝙ ſic priuata reconciliatione, ſ. quando peccata ſua confitentur: vel in articulo neceſſitatis, vt j. e. §. ecce. ſed publica non poteſt. Primo tamen probat excommunicatus ab epiſcopo, ab alio inconſulto epiſcopo reconciliari nō poteſt, niſi per metropolitanum vel Apoſtolicū. Quod probat vna ratione, & vna auctoritate. Ratio aūt inuenitur in §. authoritas vero ī capit.

Deut. 13.

a ¶ *Ab epiſcopo.*] certū eſt ꝙ ligatum à maiori nō poteſt minor abſoluere, vt 21. di. inferior. & c. denique. & ext. de elec. innotuit. niſi in articulo mortis, vt ext. de ſen. exc. nō dubium. Magiſter tamen largius proſequitur quæſtionē, an presbyter poſſit recō ciliare pœnitentes. Dicas ergo ꝙ eſt reconciliatio quædam publica, quędam priuata: publica ſolus epiſcopus poteſt recōciliare, vt j. e. c. 1. & 50. diſt. in capite. illa non fit niſi in crimine, qđ totam vrbem cōmouet, vt j. e. c. vlt. priuata autem poteſt ſacerdos reconciliare, vt j. e. presbyteri. & tempore neceſſitatis quilibet poteſt alium reconciliare eccleſię, vt de conſec. diſt. 4. ſanctum. Ioan.

1 ſ. e. q. 2. intelligi.

"Reconciliatio eſt duplex.

b ¶ *Metropolitanum.*] "hoc tamē eſt verum cum eſt appellatū ad ipſum, vt ext. de ſent. exc. per tuas. Si tamē metropolitanus abſolutum, qui ad ipſum non latum ad ipſum: dicūt quidam ꝙ tenet abſolutio, licet abſoluere non debeat. Sed hoc vix credo[a], cum canō vocet eum peregrinī pr. vbi de nū, ſiue extraneum iuhoc. & idē dicem, vt 6. q. 3. ſcito te. & 3. q. 6. peregrina. nec habet iuriſdictio nem niſi in certis caſibus, vt ext. de off. ord. paſtoralis. Ioan.

"Metropolitanus an poſſit abſoluere ſuffraganei ſubditum, qui ad appellauit.

a Ad hoc 9. q. 3. c. nulli[a]. not. Gof. in ſum. de ſen. exc. §. ſed non idem.

Si *iuber.*] Casvs. Quæſitum fuit in Carthag. cōcil. vtrum presbyter poſſit conſecrare chriſma, vel reconciliare pœnitentes in publica Miſſa, vel virgines cōſecrare. & reſponſum eſt ad ſuggeſtionem epiſcopi Fortunati, ꝙ presbyteri hoc facere nō poſſunt. Sequens §. cum duobus ſeq. c. patet.

c ¶ *A presbyteris.*] vidua tñ ab eis pōt recipere ſacrum velamē, vt 20. q. 1. vidua.

d ¶ *Reconciliare.*] eſt ergo hic arg. "ꝙ cum presbyter non poſſit aliquem reconciliare eccleſiæ, ꝙ multo fortius non poſſit aliquē eiicere publice extra eccleſiam. ſic videtur ꝙ non poſſit excommunicare[b]. intelligūt autem quidam quod hic dicitur, ꝙ tunc ſacerdos non poſſit publice reconciliare, cū epiſcopus indixerit pœnitentiam alicui: ſecus ſi ſacerdos indixerit pœnitentiam. Item publice reconciliare poteſt, vt dicūt, ex mandato epiſcopi. j. ea. Aurelius. Ioan.

"Presbyter ſimplex an poſſit aliquē reconciliare eccleſiæ.

b ď hoc leg. & no. ſ. 2. q. 1 nemo. ibi videas. & leg. & no. 24. q. 3 tam ſacerdotes. Arc.

e ¶ *Presbyter inconſulto.*] vel vacat hic arg. à contrario ſenſu: vel locale fuit vel temporale: ſicut illud 95. di. peruenit. hodie enim ſolis epiſcopis illud competit. 68. diſt. quamuis. Ioan.

2 Sent. 4. diſt. 20.

3 Sent. ibid.

f ¶ *Miniſtrare.*] i. cōficere corpus Chriſti, vel etiam tradere ſine mandato ſacerdotis, vt 1. q. 1. in eccleſia.

g ¶ *Benedictionem.*] ſ. ſolennem, quæ fit per talia verba: Sit nomē Domini Benedictum. & ſic non obſt. 95. dis. peruenit. Ioan.

4 Cap. 44.

c De hoc ēt not. de cōſ. diſt. 1. cū ad celebrādas. ibi vide.

ECCE QVOD A B. Casvs. Cōcludit Grat. ex ſupradictis, ꝙ presbyter excommunicatū ab epiſcopo reconciliare non poteſt. Poſtea ſoluit diſtinguendo inter publicam & priuatā recōciliationem. Publica recōciliatio tantū per impoſitionē manus epiſcopalis fieri debet ante ingreſſum eccleſiæ. Priuata vero recōciliatio per ſacerdotem fieri pōt. Et ad hoc inducit ſequētia cap. Sequens c. patet.

h ¶ *Presbyteri.*] ¶ *Iuſſione.*] ſi intelligas hoc de excommunicato planum eſt: vel intelligas de illo cui epiſcopus pœnitentiam iniunxerit. Nam abſente epiſcopo, ſine mandato eius poteſt reconciliare ſi neceſſitas fuerit, vt j. ea. c. vltim. vel intelligas hoc iuſſione generali. argu. 16. q. 1. §. ecce. & c. cunctis.

5 Burc. l. 18. cap. 16. Iuo p. 15. c. 38.

Aurelius.]

diuini prædicunt futura, aut quomodo poſſunt ægris prębere medelam, aut ſanis immittere ægritudinem, ſi aliquid propriæ virtutis, ac poteſtatis non habent, hoc à me recipiat reſponſum: quòd ideo quiſque non debet eis credere, quia aliquando eueniunt quæ prædicūt, aut ſanare videntur languidos, aut lędere ſanos, quia hoc permiſſu Dei fit, vt ipſi, qui hæc audiunt, vel vident, probentur, & appareat, qua fide ſint, vel deuotione erga Deum. Sicut in Deuteronomio legitur Moyſes verbo Domini populo Dei præcepiſſe, ita dicens [Si ſurrexerit in medio tui propheta, aut qui ſomnium dicat ſe vidiſſe, & prædixerit ſignū, atque portentū, & euenerit, quod locutus eſt, & dixerit tibi, eamus, & ſequamur Deos alienos, quos ignoras, & ſeruiamus eis, non audies verba prophetæ illius, aut ſomniatoris: quia tentat vos Dominus Deus veſter, vt palam fiat, vtrum diligatis eum, an non. In toto corde, & in tota anima veſtra Dominum Deum veſtrum ſequimini, & ipſum timete: mandata eius cuſtodite, & audite vocem illius: ipſi ſeruietis, & ipſi adhærebitis, &c.] Vbi ſane intelligi voluit, etiam illa, quæ à diuinātibus non ſecundum Deum dicuntur, ſi acciderint[E] quæ dicuntur, non accipienda, ſic vt fiant quæ præcipiuntur ab eis, aut colantur quæ coluntur ab eis. Nec præter ſuam poteſtatem Deus oſtendit eſſe, quòd iſta contingunt: ſed quaſi quærere tur, cur ea permittat, cauſam tentationis expoſuit, ad cognoſcendam vtique eorum dilectionem, vtrum eam habeant erga Deum ſuum, cognoſcendam vero ab ipſis potius, quàm ab illo, qui ſcit omnia antequam fiant.

A ¶ Suſcitare.] *Apud Rabanum hic interponitur cap. legitur. ſ. e. q. 3. & 4.*

B ¶ Ad hæc.] *Bona pars huius verſiculi habetur apud B. Aug. l. 2. de doct. Chriſt. c. 20.*

C ¶ Nec ideo.] *Similia leguntur apud B. Auguſtinum lib. 3. de Trinit. c. 7.*

D ¶ Inſunt.] *Vſque ad verſ.* Præterea, *ſunt magna ex parte verba B. Auguſtini in libro quæſtionum, ſuper Exodum c. 21.*

E ¶ Si acciderint.] *Emendatus eſt hic locus ex B. Aug. vt habetur. ſ. ead. q. 2. c. intelligi. Apud Rabanum vero legitur,* ſi acciderint, quæ dicuntur, non accipienda: vel etiam ſi fiant quæ præcipiuntur ab eis, vel colantur, &c.

QVÆSTIO VI.

Quòd autem ab epiſcopo[a] excommunicatus, eo inconſulto ab alio reconciliari non poſſit, niſi forte per eius metropolitanū[b], vel per ſummum Pontificem, ratione, & auctoritate probatur. Presbyteri namque poteſtatem excommunicandi, vel reconciliandi ab epiſcopis accipiunt, non epiſcopi à presbyteris: atque ideo excommunicatos à ſacerdotibus reconciliare poſſunt: excommunicatos vero ab epiſcopis ſacerdotes reconciliare non poſſunt. Reconciliatio namque pœnitentium, epiſcopalis officij eſt, non ſacerdotalis.

Vnde in concilio Carthaginenſi ſecundo, c. 3 Fortunatus epiſcopus dixit.

¶ Pœnitentium reconciliatio, chriſmatis, & puellarum conſecratio à presbyteris non fiat. C. I.

SI iubet ſanctitas veſtra, ſuggero. Nā memini præterito concilio fuiſſe ſtatutum, vt chriſma vel reconciliatio pœnitentiū, nec non & puellarum conſecratio à presbyteris [c] non fiat. Si quis autem emerſerit hoc faciens, quid de eo ſtatuendum ſit, Aurelius epiſcopus dixit: audiuit dignatio veſtra ſuggeſtionem fratris, & coepiſcopi noſtri Fortunati, quid ad hæc dicitis? Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt. [2] Chriſmatis confectio, & puellarum conſecratio à presbyteris non fiat: vel reconciliare [d] quemquam in publica Miſſa presbytero non licere: hoc omnibus placet.

Puellarum tamen conſecratio, epiſcopo conſulto per presbyterum fieri valet.

Vnde in Carthaginenſi concilio 3. c. 36.

¶ Permiſſione epiſcopi virgines conſecrare presbyter valet. C. II.

[3] PResbyter, inconſulto [e] epiſcopo, virgines nō conſecret: chriſma vero num quam cōficiat.

Item ex concilio Agathenſi, c 43 & 44.

¶ Nec diacono miniſtrare, nec pœnitentem in eccleſia benedicere presbytero licet. C. III.

MIniſtrare [f] diaconus, aut cō ſecrare altare presbyter nō præſumat. ¶ [4] Benedictionem [g] quoque ſuper plebem in eccleſia fundere, aut pœnitentem in eccleſia benedicere presbytero penitus non licebit.

Ecce, quòd ab epiſcopo excommunicatus per ſacerdotem reconciliari non poteſt. Sed notandum eſt, quod reconciliatio alia eſt publica, alia priuata. Publica reconciliatio eſt, quando pœnitentes ante eccleſiæ ingreſſum publice repræſentantur, & per impoſitionem manus epiſcopalis eccleſiæ publice reconciliantur. Hæc ſacerdotibus videtur eſſe prohibita. Vnde circa finem illius capituli non ſimpliciter prohibentur pœnitentes reconciliare, ſed in publica Miſſa. Priuata vero reconciliatio eſt, quando de occultis peccatis pœnitētes, vel in extremis agentes ad gratiam reconciliationis accedunt. Hæc reconciliatio poteſt fieri per ſacerdotem.

Vnde Euariſtus Papa ait.

¶ Iuſſione epiſcopi de occultis peccatis presbyteri pœnitentes reconcilient. C. IIII.

[5] PResbyteri de occultis peccatis iuſſione [h] epiſcopi pœnitentes reconcilient: & ſicut ſupra præmiſimus, infirmantes abſoluant, & communicent.

Source : BIU Cujas

AVrelius.] CASVS. Quæsitum fuit in concil. Carthag. vtrum presbyter possit reconciliare hominum in periculo constitutum. Et respõdet Aurelius episcopus, vbi episcopus est absens, presbyter eum consulere debet, & eius auctoritate periclitante reconciliare. cuius responsio fuit à ceteris approbata.

a ¶*Si episcopus.*] illud intelligas cũ quis est excommunicatus ab episcopo, vel cum episcopus indixerit ei pœnitentiam. aliàs secus videtur, vt j. ea. c. vlt. & de consc. dist. 4. sanctum. Et est hic ar. ꝙ cum in sacramentis cõferendis absens citatur, "ꝙ multo potius absentes in electione sunt vocandi. de illa materia notatur 7. q. 1. factus. Io.

1 Sent. ibid. Burch. l. 18. cap. 13. Iuo p. 15. c. 2.

" Absentes sunt ad electionem vocandi.

SI quis de corpore.] CASVS. Duo dicuntur in hoc ca. Primum est ꝙ si quis in extremis positus petat viaticum, ei negari non debet, sed si postea conualescat, debet à viatico abstinere donec adimpleatur pœnitentiæ tempus. Secundum est, ꝙ si pœnitens in extremis laborans desiderat reconciliari, fiat hoc cum consideratione episcopi.

2 Ex cõc. Nicæno 1. c. 13.

b ¶*Necessarium.*] necessarium est ad salutem, saltem quia tollit peccata venialia, vt de consec. dist. 2. cũ omne. "nec alicui negatur etiam si debeat suspendi in patibulo. 13. q. 2. quæsitum.

" Eucharistia ẽt suspẽdis in patibulo si est deneganda.

c ¶*In desperatione.*] sanitatis.

d ¶*Non accipiat.*] non tamen idem est in illo qui est absolutus ab excommunicatione, ille non recidit in excõmunicationẽ. talis enim si fuerit absolutus, tenetur adire sedem Apostolicã cum opportunum fuerit[a], vt ext. de sent. exc. de cetero. Et sic est ar. ꝙ re aliqua restituta in pristinum gradũ, priora iura ei vel cõtra ipsum restituuntur, vt j. ea. q. prox. c. 1. extr. de ele. quia diligentia. arg. contra de consec. dist. 4. quęris. Sed hæc fuit ad tempus sopita, non omnino sublata. ext. de sol. Odoardus.

3 Burc. l. 18. c. 7. Iuo p. 15 c. 39.

†*al. eis*

a Qđ si ñ fecerit, i eãdẽ sñiam reincidit ipso iure, vt libr. 6. de sen. exc. eos qui. Vbi corrigitur dicta sñia. Io. de Fan.

e ¶*Impleat.*] quandoque tamẽ indulgetur communio corporis Domini ante finitum tempus pœnitentiæ, vt 82. dist. presbyter. 12. q. 2. de viro. Io.

4 ibid. c. 4.

5 ibid. c. 12.

Item ex concilio Carthag. 2. c. 4.

¶Si episcopus absens est, per presbyterum reconcilietur in periculo constitutus. C. V.

1 AVrelius episcopus dixit: si quisquam in periculo fuerit constitutus, & se reconciliari diuinis altaribus petierit, si episcopus[a] absens fuerit, debet vtique presbyter consulere episcopum, & sic periclitantem eius præcepto reconciliare. Quam rem debemus salubri consilio roborare. Ab vniuersis episcopis dictum est, Placet, quod sanctitas vestra necessario nos instruere dignata est.

Item ex concilio Martini Bracharensi, cap. 82.[2]

¶Qui metu mortis reconciliatur conualescens, sine communione pœnitentiæ impleat tempus. C. VI.

j SI quis de corpore exiens nouissimum, & necessarium[b] communionis viaticum expetit, non ei denegetur. Quòd si in desperatione[c] positus post acceptam communionem iterum sanus fuerit factus, tantum oratione particeps sit: sacramentum vero non accipiat[d], donec constitutum pœnitentiæ impleat[e] tempus. Qui ergo in exitu mortis sunt, & desiderant accipere sacramentũ, cum consideratione, & probatione episcopi accipere debent.

Item ex concilio Arausico, c. 3.

¶Sine manus impositione pœnitentes recedentes de corpore reconcilientur. C. VII.

3 QVi recedũt de corpore pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria[f] manus impositione eos †communicare: quod morientis sufficit reconciliationi[A] secundum diffinitiones patrum, qui huiusmodi cõmunionem congrue, viaticum nominauerunt. 4 Quòd si superuixerint, stent in ordine pœnitentium, vt ostensis necessariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione recipiãt. Clericis quoque desiderantibus pœnitentia[g] non est neganda.[5] Similiter subito obmutescens (prout statutum est) baptizari, aut pœnitentiam[h] accipere potest, si voluntatis præteritæ, testimonium, aliorum verbis habet, aut præsentis in suo nutu. 6 Amentibus[i] etiam, quæcumque pietatis sunt, conferenda sunt.

f ¶*Sine reconciliatoria.*] solenni, s. episcopali, ne sit contra j. c. prox.

g ¶*Pœnitentia.*] priuata. nã solenni non faciunt clerici, vt 50. di. confirmãdũ. 82. di. pbyter. nisi fuerit depositus, vt de pœ. di. 6. sacerdos.

h ¶*Pœnitentiam.*] id est, fructum pœnitentiæ.

i ¶*Amentibus.*] i. si quis fuerit amens* à natiuitate, talis pt baptizari, & corpus Christi in necessitate recipere: si vero nõ fuit amens à natiuitate, sed creditur esse ĩ mortali pecato, non est ei dandum corpus Christi, vt extr. de bap. & eius effe. maiores.

* Amẽtibus à natiuitate nõ est dãdũ corpus Christi, sed bñ in mortis articulo iis, ĩ q̃bus cũ erãt cõpotes suæ mẽtis, apparuit deuotio hª sacramenti. Vide B. T. p. 3. q. 80. ar. 9.

6 ibid. c. 13.

7 Capit. l. 5. c. 75. Pol. l. 8. tit. 1. Burc. l. 18. c. 10. Iuo p. 15. c. 8.

A ¶ Reconciliationi.] *In originali impresso, ac manuscripto, & apud Burchardum, & Iuonem legitur,* consolationi, *aut,* cõsolatione.

Item ex concilio Carthaginensi. 4. c. 76.

¶ Aliorum testimonio moriturus reconcilietur, si obmutuit, vel in phrenesim versus est. C. VIII.

7 IS, qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu dum ad eum sacerdos inuitatus, venit oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium, qui eum audierunt[k], & accipiat pœnitentiam[l]: &, si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionẽ, & infundatur[m] ori eius Eucharistia. Si superuixerit, admoneatur à supradictis testibus petitiõi suæ satisfactum, & subdatur statutis pœnitentiæ legibus, quamdiu sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probauerit. *Item c. 78.* ¶ Pœnitentes, qui in infirmitate viaticum Eucharistiæ acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione, si superuixerint.

Item ex Nicæno concilio, c. 12.

¶Cura, & probatione episcopi morientes reconcilientur. C. IX.

9 DE his vero, qui recedunt[n] ex corpore, antiquæ legis regula obseruabitur etiam nunc: ita vt si forte quis recedit ex corpore, necessario vitæ suæ viatico non defraudetur. Quòd si desperatus aliquis recepta communione superuixerit, sit inter eos, qui sola oratione communicant. De omnibus enim his, qui à corpore recedunt, in tradendo eis communionem cura, & probatio sit episcopi.

¶ *Canon hic est ex prisca versione, quæ est in collectione Isidori: & ibi est numero duodecimus. Græce tamen, & apud Dionysium est* 13.

Item Leo episcopus ad Theodorum, epist. 89. al. 91.[10]

¶Non est neganda reconciliatio his, qui tempore necessitatis eam implorant. C. X.

11 HIs, qui tempore necessitatis, & in periculi vrgentis instantia præsidium pœnitẽtiæ, & mox reconciliationis implorant,

i ¶ *Qui eum audierunt.*] numquid creditur simplici verbo istorum, siue isti sint bonæ famæ, siue non? Itẽ numquid soli testi in hoc casu creditur, cũ pluraliter hic loquitur? Videtur, ꝙ plures requirũtur[b], ꝙtamen vni soli credatur, videtur ex hoc ꝙ istud nõ cedit in præiudicium alicuius, vt j. de cõse. di. 4. cũ itaq;. & c. placuit. aliàs voluntas defuncti nõ põt probari per tale testimonium, quod dicit se audiuisse à defuncto, licet super tali negotio alius verus testis habeatur. ext. de succ. ab intest. cum dilectus.

9 Bur. l. 18. c. 6. Iuo p. 15. c. 31.

b Ad idẽ j. ea. is qui. de pœn. dist. 1. multiplex. versi. is qui. aliàs est c. per se.

l ¶*Pœnitentiam.*] i. absolutionem. Formam absolutiõis habes extra d sẽn. exc. à nobis.

10 j. de pœ. dist. 1. multiplex. §. his autem.

m ¶*Et infundatur.*] sed qualiter recipiat Eucharistiam qui ita infirmatur? si enim tincta in pane datur ei, hoc prohibetur. de

11 Senten. 4. dist. 20. Bur. l. 18. c. 4. Iuo p. 15. c. 29.

n ¶ *Recedunt.*] Hic est arg. ꝙ qui absolui desiderat, si- " Eucharistiam infirmus euomit, mẽ spunitur

DE his.] ¶*Recedunt.*] Hic est arg. ꝙ qui absolui desiderat, sine mora (etiam non obstante aliqua appellatione) est absoluendus, vt ext. de app. qua fronte. L.

conse. di. 2. omne. nec alio modo videtur danda, "quia punitur infirmus qui euomit Eucharistiam, vt de cõse. di. 2. si quis per ebrietatẽ.

HIs, qui.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quod si peccator catholicus, qui est in mortis articulo cõstitutus, pœnitentiam petat, & reconciliationẽ, non est denegan-

da, quia

Source : BIU Cujas

da, quia Dominus eũ recipit quandocumq; conuertatur. & hoc probat Leo auctorita te prophetæ. Si vero anteqũam veniat sacerdos obmutescat, te stificentur pro eo, qui ipsum audierunt, qui ei prodesse debebũt. In secunda parte dicitur, q̃ in hæretico supradicta omnia sunt seruanda, & præterea debet recipi cum iura mẽto. Secunda pars incipit ibi, *Simul.*

Esa.30. apud 70.

a ¶ *Fide.*] tales enim non sunt recipiendi sine reconciliatione solenni, aut iuramento, vt 1.q.7.conuenientibus. & c. quoties.

SI aliquis.] Casvs. Quidam post receptionem pœnitentiæ mortu[a] est in via, vel in aqua, ita quòd ad sacerdotem venire non potuit: quæsitum fuit in concilio Hispalẽsi, vtrũ pro eo oblationes sint faciendæ ad altare? Et respondet quòd sic.

b ¶ *Confessus.*] se velle accipere pœnitentiã.

c ¶ *Oblationem.*] hoc intelligendum est de tali qui deliquerat, & non satisfecerat. si enim talis fuerat excõmunicatus, licet apparuissent signa pœnitentiæ, non tñ orandũ est pro eo. "Et licet infirmus postea absoluit 1 sent. 4. dist. 20. Bur. l. 11. c. 51. Iuo p. 14. c. 114. Pann. l. 5. c. 120.

" Sacerdos q̃libet infirmũ s; ñ mor ruũabsoluit

a intellige d̃ illo infirmo q̃ statim creditur moriturus. ṽ. e. d̃ his q̃ infirmitate. j. e. c. vlt. 17. q. 4. si q̃s suadente. ext. d̃ sen. exc. non dubiũ. & c. ea noscitur. §. si vero. & c. quã de his. & c. quãuis. ext. d̃ sepul. parochiano ext. de rapt. ĩ lris. & j. e. §. eũ aũt. A. Ezech. 18. Malac. 3.

firmus potest absolui à quolibet sacerdote[a], non tamen mortuus, vt ext. de sen. ex com. à nobis. in fi. sed à solo Papa si incidit in canonem latæ sententiæ. 17. qu. 4. si quis suadente. Ioan.

ECCE. Casvs. Concludit G. ex supradictis dicens, quòd pœnitentes de occultis delictis possunt per presbyterum reconciliari, vel in periculo constituti, episcopo tamen præcipiente. Sed si episcopus absens est, nec consuli potest: omnes in necessitate positi poterunt per presbyterũ reconciliari. quod probat quibusdam auctoritatib[o] & rationibus: cum etiam à laicis in articulo mortis baptisma suscipi possit, maxime cum secundum Augustinũ socio possit peccator turpitudinem criminis confiteri. In fine dicit, q̃ nulli pœnitenti est pœnitentia deneganda. & hoc probat per sequentia.

SI presbyter.] Casvs. Quidã presbyteri morientib. pœnitentiam denegabant, quare quæsitum fuit à Iulio Papa, vtrũ hoc facere debeant? Et resp. q̃ non: & hoc

25. de pœn. di. 1. c. quem pœnitet. §. tãta. & di. 6. c. 1. §. tanta itaque.

nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio denegãda: quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tẽpora definire: apud quem nullas patitur veniæ[A] moras conuersio, dicẽte Dei spiritu per prophetam. ¶ Cum cõuersus ingemueris, tunc saluus eris.] *& infra.* ¶ Quòd si aliqua ægritudine ita fuerint aggrauati, vt quod paulo ante poscebant[B], sub præsentia sacerdotis significare non valeant: testimonia eis fidelium, & circumstantium prodesse debebunt, vt simul & pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium consequantur: seruata tamen regula canonum paternorum circa eorum personas, qui in Deum à fide[a] discedendo peccarunt.

A ¶ Veniæ.] *Sic in conciliorum editionibus, & apud Iuonem, & infra de pœn. dist. 1. c. multiplex. In codice autem epistolarum cum aliis sancti Leonis opusculis impressarum, & apud Burchardum, & in plerisque vetustis Gratiani legitur,* venire moras.

B ¶ Poscebant.] *Quæ sequuntur, emendata sunt ex aliquot manuscriptis Gratiani, & ipso originali, cum in vulgatis paulo aliter haberet.*

Item ex concilio Epaunensi.

¶ Non respuatur eius oblatio, qui festinans ad pœnitentiam, sacerdotem inuenire non potuit. C. XI.

1 SI aliquis excommunicatus[A] fuerit mortuus, qui iam sit confessus[b], & testimonium habet bonum, & non poterat venire ad sacerdotem, sed præoccupauit eum mors in domo, aut in via, faciant pro eo parentes eius oblationem[c] ad altare, & dent redemptionem pro captiuis.

A ¶ Excommunicatus.] *Addita est vox ista ex ceteris collectoribus.*

Ecce, quòd episcopo præcipiente pœnitentes de occultis peccatis, siue in periculo constituti per presbyterum possunt reconciliari. Sed si necessitate mortis peccator vrgetur, & episcopus ita remotus est, quòd presbyter eum consulere non possit, negabitur pœnitentia morienti? & beneficium reconciliationis non præstabitur pœnitenti, quem conuersum Deus recipit ad veniam, iuxta illud [*In quacumque hora peccator cõuersus fuerit, &c.*] *& item* [*Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*] *ecclesia sibi reconciliare negliget? quem Deus intus suscitauit, ecclesia foris absoluere contemnet? damnabit absentia episcopi, quem gratia diuinæ præsentiæ illustrat per lauacrum regenerationis? Morituris succurritur etiam à laicis, si presbyteri desunt. Cur ergo beneficio reconciliationis per presbyterum ei subueniri non poterit: si contigerit episcopum deesse? si secundum Augustinum [2] qui agens in extremis confitetur socio turpitudinem criminis, fit dignus venia ex desiderio sacerdotis, cur similiter non sit dignus reconciliatione ex desiderio episcopi, qui sacerdoti non negat maculam sui reatus? Item morientibus pœnitentiam negare presbyteri non debent.*

Vnde Iulius Papa ait.

¶ Reus est animarum presbyter qui pœnitentiam morientibus abnegat. C. XII.

3 SI presbyter pœnitentiam moriẽtibus abnegauerit, reus erit animarum: quia Dominus dicit [Quacumque die conuersus fuerit peccator, vita viuet, & non morietur.] Vera enim confessio † in vltimo[d] tempore esse potest, quia Dominus non solum temporis, sed etiam cordis inspector est: sicut latro vnius momenti pœnitentia meruit esse in paradiso in hora vltima confessionis.

Item Cælestinus Papa ait in epist. 2. ad episcopos Galliæ.

¶ Pœnitentia morientibus non est deneganda. C. XIII.

4 AGnouimus pœnitentiam moriẽtibus denegari, nec illorum desideriis, annui, qui obitus sui tempore hoc animæ suæ cupiunt remedio subueniri. Horremus (fateor) tantæ impietatis alicui inueniri, vt de Dei bonitate † desperet: quasi non possit ad se quouis tempore concurrenti succurrere, & periclitantem sub one re peccatorum hominem redimere[A], quo se expediri desiderat, & liberari. 5 Quid hoc, rogo, aliud est, quàm morienti mortem addere, eiusque animam sua crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere? cum Deus ad subueniendum paratissimus, inuitans ad pœnitentiam, sic promittat peccatori inquiens, [In quacumque die conuersus fuerit, peccata eius non imputabuntur ei] & iterum. [Nolo mortem peccatoris, sed tantum conuertatur, & viuat.] Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore speratam pœnitentiam denegarit: & desperat de misericordia † Dei, qui eum ad subueniendum morienti sufficere, vel in momento posse non credit. Perdidisset latro in cruce præmium ad Christi dexteram pendens, si illum vnius horæ pœnitentia non iuuisset. Cum esset in pœna, pœnituit, & per vnius sermonis professionem, habitaculum paradisi Deo promittente promeruit. 6 Vera ergo ad Deum conuersio in vltimis positorũ mente[e] potius est æstimanda, quàm tempore, propheta hoc taliter asserente. [Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris.] Cum ergo sit Dominus cordis inspector, quouis tempore non est deneganda pœnitentia postulanti, cum ille se obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari.

A ¶ Redimere.] *Sic etiam est in manuscriptis & in vetustioribus conciliorum editionibus. Verum in codice canonum impresso, & vno manuscripto, inter decreta Cælestini n. 15. legitur,* perdere. *In recentiori autem Colonienſi conciliorum editione, itemque apud Burch. & Iuonem est,* pondere, quo se ille expediri desiderat, liberare.

Cui autem pœnitentia non negatur, nec reconciliatio sibi deneganda est. Inconsulto ergo episcopo pœnitentem presbyter reconciliare non debet, nisi vltima necessitas cogat.

Vnde in Carthaginensi concilio 3. c. 32. legitur[7].

probat auctoritate Euangelij exemplo latronis, quem Dominus recipit in hora suæ vltimę confessionis. Si quis vero presbyter contrafecerit, erit reus animarum eorum, qui sine pœnitentia moriuntur.

d ¶ *Vltimo.*] tamen dicit August. quòd sero pœnitentibus pœnitentiam dare possumus, securitatem dare non possumus: non dico, quòd condemnabitur, sed nec dico, quòd liberabitur, vt de pœn. dist. 7. nemo. & §. seq. Item raptori nocet sera pœnitentia: quia negatur ei sepultura, licet admittatur ad pœnitentiam. ext. de rapt. super eo. Ioan.

3 sent. 4. dist. 20. Bur. l. 18. c. 21. Iuo p. 15. c. 43. Ezech. 18.

† *conuersio*] Burc. & Iuo. Luc. 23.

AGnouimus.] Casvs. Quidam sacerdotes pœnitẽtiam denegabant quibusdam in multis, vel magnis sceleribus constitutis, de ipsorum salute desperantes. Quos Cælestinus Papa grauissime reprehendit, cum de misericordia Dei diffidant, & mortem morientibus addant. & quòd hoc facere non debeant, auctoritatibus probat & orationibus, & vno latronis exemplo. Quæ autem postea sequuntur vsque ad quæstionem, plana sunt, & per te videbis.

4 in cõc. Trib. Burien. sub Arnulph. c. 31. Raban. in lib. pœ. c. 38 Burc. l. 18. c. 22. Iuo p. 15. c. 44.

† *al. pietate*

e ¶ *Mente.*] "Nõ enim consideranda est mensura temporis, sed doloris, vt de pœ. dist. 1. mensuram.

5 ĩ Mogunt. subRab. c. 27 " Mensura doloris est cõsiderãda.

† *al. clementia*

Luc. 23.

6 Burc. l. 18. c. 1. Iuo p. 15 c. 26. Esa. 30. apud 70.

7 Et ĩ Afric. c. 10.

Source : BIU Cujas

2 PResbyter.] ¶Publicum.]hoc ideo fit, vt non tantum prosit illi ad salutem, sed aliis sit in exemplum, vt de pœ. dist. 1. in actione. in fi. "& patet hic, quòd tantum pro notorio crimine est in iungenda solennis pœnitentia.

"Pœnitẽtia solennis tũ p notorio imponitur.

b ¶Apsidam.]altera producta.

¶ Inconsulto episcopo pœnitentem presbyter reconciliare, nisi vltima necessitas cogat, non debet. C. XIIII.

1 PResbyter inconsulto episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absente episcopo vltima necessitas † cogat. Cuiuscumque autem pœnitentis publicum [a], & vulgatissimum crimen est, quod vniuersam commouerit ecclesiam[A], ante apsidam [b] manus ei imponatur.

A ¶Ecclesiam.]*Antea erat*, vrbem. *Emendatum est ex pluribus conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, & Sorbonensi regio, & Burchardo, & Iuone. In recentiore autem Colonien si editione est*, quod vniuersa ecclesia nouerit.

QVÆSTIO VII.

1 ps *Etempore c vero satisfactionis, an sit imponendum morituris, Theodorus Cantuariensis Archiepiscopus in pœnitentiali suo ita diffinit.*

¶In periculo constitutis, pœnitentiæ quantitas non est imponenda, sed innotescenda. C. I.

2 AB infirmis in periculo mortis positis per presbyteros pura inquirenda [d] est confessio peccatorum: non tamen illis imponenda quantitas pœnitentiæ, sed innotescenda: & cum amicorum orationibus [e], & eleemosynarum studiis pondus pœnitentiæ subleuandum, & si forte migrauerint, ne obligati à communione, & consortio veniæ fiant alieni. A quo periculo si diuinitus ereptus conualuerit, pœnitentiæ modum à sacerdote † sibi impositum diligẽter obseruet: & ideo secundum auctoritatem canonicam, ne illis ianua pietatis clausa videatur, orationibus, & consolationibus ecclesiasticis, sacra vnctione olei inuncti†, secundum statuta sanctorum patrum, communione viatici reficiantur.

2 *Aliis vero pro qualitate peccati, & præsidentium arbitrio tempora pœnitentiæ decernenda sunt.*

Vnde Leo Papa epist. 77. al. 79. ad Nicetam episcopum, c. 6.

¶ Præsidentium arbitrio præfigantur tempora pœnitudinis. C. II.

3 TEmpora pœnitudinis habita moderatione constituenda sunt †tuo iudicio [f], prout conuersorum animos perspexeris esse deuotos: pariter etiam habens ætatis senilis [g] intuitum, & pericu lorum quorumque, aut ægritudinis respiciens necessitates. In quibus si quis ita grauiter vrgeatur, vt, dum adhuc pœnitet, de salute ipsius desperetur: oportet ei per sacerdotalem necessitudinem cõmunionis gratia subueniri.

¶*In epistola, & apud Burch. & Iuonem hæc antecedunt.* His vero, de quibus dilectio tua nos credidit consulendos, qui ad iteranda baptismum vel metu coacti sunt, vel errore † traducti, & nunc se contra catholicæ fidei sacramentum egisse agnoscunt, ea custodienda est moderatio, qua in societatem nostrum non nisi per pœnitentiæ remedium, & per impositionem episcopalis manus, communionis recipiant vnitatem: temporis pœnitudinis habita moderatione tuo constituenda iudicio, prout, &c.

Item Nicolaus Papa.

¶Et qualitas criminis, & contritio pœnitentium in satisfactione imponenda à sacerdote consideretur. C. III.

DE his vero, qui pro criminibus pœnitẽtiam egerunt †, & ad cingulum militiæ [h] reuertũtur, constat eos contra sacras regulas agere. Verum quia crimina non æqualia sunt, perhibesque alios horum propter nimiam hebetudinem in desperationem cecidisse, alios ob hoc ad paganos fugisse tibi hoc committimus decernendum, nimirum, qui loca, & tempora religionis † illius, & modum culpæ, necnon & pœnitentiam, & gemitus hominũ ad confessionem venientium præsens [i] positus inspicere vales.

Item ex concilio Laodicensi, c. 2.

¶De eodem. C. IIII.

5 HIs, qui diuersorum peccatorum lapsus incurrunt, & oratione[A], confessione, ac pœnitentia malorum suorum perfectam conuersionem demonstrant, pro qualitate peccati, pœnitẽtiæ tempus attribuendum est propter misericordiam, & bonitatem Dei. Qui ergo huiusmodi sunt, reuocandi, & ad communionem sunt applicandi.

A ¶ Oratione.] καὶ προσκαρτερεῖν τῇ προσευχῇ τῆς ἐξομολογήσεως καὶ μετανοίας, *quod Dionys. vertit*, & perseuerantes in oratione confessionis, & pœnitentiæ: *cuius versio propius accedit ad verba græca, etiam in ceteris huius capitis partibus, quàm prisca: quamuis in hac etiam sententia consteret.*

Item ex concilio Carthaginensi tertio, cap. 31. [6]

¶Episcopi arbitrio pro qualitate peccati pœnitentiæ tempora distribuantur. C. V.

7 POenitentibus secũdum differentiam peccatorum episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur.

Casvs. Supra dictum est qualiter pœnitentia sit danda infirmis. Nunc vero tractat G. de illis, quibus pro arbitrio sacerdotis secundum quantitatem peccati est pœnitentia imponenda.

TEmpora.]Casvs. Quæsitum fuit à Leone sub quanto tempore pœnitentia sit peccatoribus imponenda? Et resp. ꝙ est in arbitrio sacerdotis habita consideratione & moderatiõe circa deuotionẽ conuersorũ, ætatem senilẽ, & ægritudines, & pericula, in omnib. quibus tpa pœnitẽtiæ moderari debebit sacerdos, put viderit expedire.

f¶*Tuo iudicio.*]ex hoc patet, "ꝙ pœnitẽtiæ omnes sunt arbitrariæ. vnde tps potest diminuere pœnitentiam, quã indixit Papa [b], vt 33. q. 2. latorẽs sicut procurator ex cã potest mãdare contrarium illius qđ mãdauit Dominus, vt ff. mand. si hominem.

g¶*Aetatis senilis.*]nota, ꝙ habetur rõ senectutis, vt 86. di. tanta. Et iuuentutis, vt 33. q. 2. in adolescentia. & 50. dist. pœnitẽtes. Itẽ & nobilitatis, vt 41. di. nõ cogantur. Itẽ pauperatis. extr. de sent. exc. c. vlt. melius in c. qđ de his. Itẽ inimicitiarũ, vt ext. e. decetero. cõtra 23. q. 8. pessimã. So. ibi incorrigibilis, hic corrigibilis. I.

DE his vero.]Casvs. Quidam significauit Papæ Nicolao, ꝙ quidã milites post pœnitentiam ad militiam redierũt. Alij vero propter magnitudinẽ delictorũ de misericordia diffidẽtes desperauerunt. Alij etiã propter hoc ad paganos confugerũt, qui modo nolunt ad pœnitẽtiam reuerti: quare quæsiuit quã tam pœnitentiam debeat eis iniungere. Et resp. Nico. ꝙ peccata non sunt æqualia, neque æqualitas religionũ, nec gemitus pœnitentium, vel confessiones: & ideo tuipse præsens quãtam pœnitentiam iniungere debeas, melius inspicere poteris. Et loquitur hoc c. de pœnitentia solenni. postquam miles pœnitens ad militiam reuerti non ꝑt, vt 33. q. 2. admonere. & 51. di. si quis post acceptum. Seq. c. vsq; ad §. quo affectu. plana sunt, in quib. dr, ꝙ pro qualitate delicti, & deuotione pœnitentis, est pœnitentia imponenda. In illo tamen cap. sacerdos. aliquid plus dicitur, & hos casus per te formabis: nec est necesse, vt mẽbranam occupent.

h¶*Militiæ.*]q licet, vt di. 51. si qs post acceptũ. & 33. q. 2. admõere.

i ¶*Præsens.*]sic iudex potest melius scire quanta fides adhibenda sit testibus, vt ff. de testi. l. 3. Ioan.

"Pœnitẽtia est arbitrio sacerdotis iniungenda a đ hoc leg. & no. đ pœ. di. j. mẽsurã. ibi videas.

"Pœnitẽtię oẽs sunt arbitrariæ.

† *sic legunt Burc. & Ino.*

† *al. regionis*] aliquot manuscr.

1 sent. 4. dist. 20. Bur. l. 19. c. 40. & 70. Iuo p. 15. c. 4 & 84.

† *al. necessitate cogente*

"Pœnitẽtia non est morientibus iniungenda.

2 Sent. ibid. Burc. l. 18. c. 14. Iuo p. 15. c. 36.

† *al. suo confessore*

† *al. animati*

3 Capit. l. 5. c. 66. Pol. l. 3. tit. 10. Burc. l. 4. c. 48. Iuo p. 1. c. 242.

4 Concord. tex. i l. Arianus. ff. đ act. & obli. & l. respiciẽdũ. ff. de pœn.

5 Burc. l. 19. cap 41. Iuo p. 15. c. 56.

6 in Afric. c. 10.

† *al. gerunt*] aliquot manuscr.

7 Burc. l. 19. cap. 40. Iuo p. 15. c. 30.

Source : BIU Cujas

a *Acerdos.*] ¶*Absque personarũ.*] i. non fauore personæ[a], sed alias personæ qualitates considerabit, vt dixi ſ. ea. tempora.

b ¶*Omni autem.*] id est, in omni anno.

c ¶*Tempore ieiunij.*[b]] vt 50. dist. in capite.

d ¶*Remissionis.*] id est, ieiunij.

e ¶*Sepeliant.*] debent enim pœnitentes sẽ vilioribus officiis applicare, vt de pœ. dis. 2. in prin.

f ¶*Dominico.*] ſ. 30. di. si quis tanquam, & c. si quis presbyter. 76. dist. vtinam.

g ¶*Pœnitentes.*] hic nõ erit §. vt patet per sequentia. Ioan.

h ¶ *Vnde in octaua.*] hic non erit vnde, sed item.

i *Hoc sit.*] ¶*Quanto.*] Sed numquid potest sacerdos totum tempus remittere? Non, vt 23. q. 4. si is quis prælatus[c].

k ¶*Quia ætas.*] ſ. ead. tempora. 33. q. 2. c. vlt. in fi. quandoque ætas non excusat, vt 21. q. 5. si quis cuiuslibet. Io.

QVO AFFECTV. Hæc est 3. pars quę. in qua probat per 4. autho. quòd cum dilectione & dulcedine debent sacerdotes susc ipere pœnitentes, semper in mitiorem partem declinando. Io. de Fan. & hic ponitur quęstio incidẽs. Archid.

CASVS. Dictum est supra, q̃ pro arbitrio sacerdotis pœnitentia est iniungenda. Nunc vero docet Grat. quo affectu pœnitẽtes suspicere debeamus, & impœnitentes abiicere.

Pœnitentem.] CASVS. Probatur in hoc c. quòd pœnitẽs debet recipi affectuo se ab ecclesia: qđ probatur auctoritate Domini dicentis: Congratulamini, &c.

Affectum.] CASVS. In hoc ca. docet 8. synod[e], quòd tantum affectum debẽt in se recipere pœnitentes, quantum habuit Dauid, & prælati, & alij Christiani: & tantum debent habere affectum in recipiendo vel reiiciendo peccatores, quantum ostendit Apostolus habuisse aduersus Catholicos in abiiciendo vel recipiendo Corinthium fornicatorem, qui sua nouerca publice abutebatur. *Sed excusationem*, supple non solum solicitudinẽ, sed etiam excusationem, & indignationem. &

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 74.

¶ Sine personarum acceptione imploranti pœnitentia detur. C. VI.

SAcerdos pœnitentiam imploranti absque personarum † [a] acceptatione [2] pœnitentiam secundum leges iniungat. [3] Negligentiores vero pœnitentes tardius reconcilientur 4. Omni autem [b] tempore ieiunij [c] manus pœnitentibus à sacerdotibus imponantur. [5] Diebus autem remissionis [d] pœnitentes genua flectãt, & mortuos in [A] ecclesiam afferant, & sepeliant [e] 6. Die [B] autem Dominico [f] non ieiunent. [7] Nam qui Dominico die studiose ieiunat, non creditur esse catholicus. [8] Pœnitentes [g] vero, qui leges pœnitentiæ attente exequuntur, si casu in itinere, vel in mari fuerint mortui, vbi eis subueniri non potest, memoria eorum & oblationibus, & orationibus commendetur.

A ¶ In ecclesiam.] *In recentiore Colonien si conciliorũ editione legitur*, ecclesię afferant. *In antiquioribus vero editionibus, & duobus Vaticanis codicibus sic habet integer locus*, mortuos ecclesiæ pœnitentes afferant, & sepeliant.

B ¶Die autem Dominico.] *Pro his vsque ad vocem*, catholicus, *in can. 64. hæc leguntur*, Qui Dominico die studiose ieiunat, non credatur catholicus.

Vnde in octaua[h] *synodo legitur.*

¶ Tempus pœnitentiæ pro qualitate peccati impendatur. C. VII.

PRo qualitate delicti tempus pœnitentiæ impendatur.

¶ *Videri potest sumptum ex regulis breuioribus B. Basilij, c. 106. quod notatum alibi est euenire in iis capitibus, quæ ex octaua synodo citantur.*

Item.[9]

¶Tempus, & modus pœnitendi delinquentibus, præsidentium imponatur iudicio. C. VIII.

HOc sit in iudicio positum eorum, qui præsunt, vel quanto [i] tempore, vel quali modo pœnitere debeant, qui delinquunt: quia ætas [k], & eruditio multam haberi facit differentiam pœnæ.

¶ *Caput hoc habetur in libello Beati Basilij de institutis monachorum, Ruffino interprete, cap. 90. Ibi enim vltima interrogatio est hæc*, Qualibus correptionibus vti oportet inter fratres ad emendationem eorum, qui delinquunt? *Responsio.* Hoc sit in iudicio positum eorum, qui præsunt, vel quanto, &c. *Itaque ex interrogatione, & responsione confectum est hoc caput, sicut & duo sequẽtia, quæ apud eundem Ruffinum leguntur.*

3 *Quo affectu pœnitentem suscipere, & impœnitentem abiicere debeamus, ex eadem synodo euidenter ostenditur, cum dicitur.*

¶Intimo charitatis affectu pœnitentem debemus suscipere. C. IX.

[10] POenitentem ex corde ita oportet suscipi, sicut Dominus ostendit, cum dicit, quia † conuocauit amicos suos, & vicinos, dicens, cõgratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quam perdideram.

¶ *Burchardus & Iuo citant ex dictis Basilij episcopi, & in regulis illius breuioribus num. 8. est sententia huius capitis: quod tamen acceptum videtur ex c. 24. eiusdem libelli de institutis monachorum. Vbi secunda interrogatio sic habet.* Pœnitentes ex corde quomodo debent suscipi pater? *Responsio.* Sicut Dominus ostendit, cum dicit, qui cõuocauit, &c.

Item.

¶Pœnitentes legem Dei diligant, iniquitatem odio habeant. C. X.

AFfectum [l] illum in se recipiat pœnitens, quem gerebat ille qui dixit [Iniquitatem odio habui, & abominatus sum.] sed & ea, quæ scripta sunt in sexto psalmo, atque in quamplurimis aliis: sed & illa, quæ Apostolus dixit ad eos, qui secundum Deum contristati sunt. [Quantam, inquit, operatum est hoc ipsum [m] in vobis solicitudinem [n], sed excusationem, sed indignationem, sed æmulationem, sed vindictam. In omnibus exhibuistis vos castos [A] esse negotio.] Sed & in his ipsis, in quibus deliquit [o], agens multa contraria [P]: sicut & Zachæus fecit.

¶ *Sententia huius capitis est in regulis breuioribus nu. 5. Acceptum tamen videtur ex c. 19. eiusdem commemorati libelli: in quo hæc est interrogatio.* Quomodo quis debet pœnitere in vnoquoque delicto? *Responsio.* Affectum illum in se recipiens, quem gerebat ille qui dixit, iniquitatem, &c.

A ¶Castos.] *Antea legebatur*, cautos. *Emendatum est ex libello Ruffini: in vulgata est*, incontaminatos: *græce*, ἁγνὸς.

Item.

¶Impœnitentes tamquam ethnici habeantur. C. XI.

[11] ERga eum qui peccata sua non punit, tales esse debemus, sicut Dominus præcepit dicens, [sit tibi, sicut ethnicus & publicanus:] & sicut Apostolus docuit dicens, [subtrahite ¶ vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem, quam tradidimus vobis.]

¶ *Hoc etiam habetur in regulis breuioribus num. 9. In eodem vero libello c. 24. vltima interrogatio est hæc*, Erga eum, qui non pœnitet pro peccato, qualiter esse debemus pater, *Responsio.* Sicut præcepit Dominus, dicens, sit tibi, &c. *Apud Burchardum, & Iuonem, qui hoc citant ex dictis Augustini, initium sic habet.* Erga eum, qui pro peccato commisso non pœnitet, tales, &c. *quod magis conuenit cum prædicta interrogatione, quàm quomodo est apud Gratianum.*

Item Ioannes Chrysostomus, [id est auctor operis imperfecti homilia 43. ad c. 23. Matthæi.]

¶Melius est errare in misericordia remittendi, quàm in seueritate vlciscendi. C. XII.

ALligãt autẽ onera grauia, & importabilia, &c.] Matth. 23.
Tales sunt nunc etiam sacerdotes, qui omnem iustitiam populo mãdant: & ipsi nec modice † seruãt: videlicet, nõ vt facientes † sint iusti: sed vt dicẽtes appareant iusti. Tales sunt, & qui graue põdus venientibus ad pœnitẽtiam imponũt: qui dicunt, & non faciunt: & sic, dũ pœna præsentis pœnitentiæ fugitur, contẽnitur pœna peccati futura †. Sicut enim si fascẽ super humeros adolescentis, quẽ non potest baiulare posueris, necesse habet, vt aut fascem reiiciat, aut sub

ita in aliis. *Aemulationem*, virtutum. *Sed ipsis*, factis vel actibus in quibus deliquit.

l ¶ *Affectum.*] "hoc vult dicere, quòd tantum debemus habere affectum in eiiciendo & in recipiendo peccatores, sicut Apostolus habuit cum ex communicauit, & postea recepit Corinthium, qui publice tenebat nouercã suam." "Peccatores sunt cauendi & recipiendi.

m ¶ *Operatum ex hoc ipsum.*] scilicet contristari secũdum Deum. Psal. 118.

n ¶*Solicitudinem.*] de futuris peccatis.

o ¶*Deliquit.*] aliquis. sed excusationem habet de præteritis peccatis.

p ¶ *Multa contraria.*] Pœnitens enim contraria debet facere illis pro quibus pœnitet: "quia contraria contrariis curantur, vt de pœ. dis. 2. si quis semel. Ioannes." 2. Cor. 7. "Contraria contrariis curantur.

Erga eum.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd impœnitentem debemus abiicere, & non ei cõmunicare. Et hoc probatur duabus auctoritatibus Christi & Pauli.

q ¶*Subtrahite.*] à societate eius ex quo est excommunicatus. Vel dic scilicet opere, non pietate. 23. q. 4. recedite. secundum Io. de Fant.

Alligant.] CASVS. Quidam erant sacerdotes, qui nimis grauem pœnitentiam imponebant delinquẽtibus: quam ad instar grauis ponderis vel fascis abiicere oportebat. ficut adolescẽs portans pondus graue reiicit illud, ne sub nimio põdere cõfringatur. Sed tales sacerdotes Ioannes Chryso. reprehendit dicens, melius est imponere minorem pœnitentiam quã maiorem: quia vbi pater familias, i. Deus, benignus est ad miserẽdũ, 11 Bur. l. 19. cap. 64. Iuo p. 15. c. 78. Matth. 18. 2. Thes. 3.

9 Smaragd[o] in regulis B. Bened. c. 24.

8 C. 79.

b id est, per singulos annos in quadragesima, scdm I. đ F.

c Ad idẽ de pœ. di. 1. mẽsurã. & ca. si peccatũ. 90 di. alien[o]. ſ. c. tẽpore. ar. 15. q. 7. hi q. secũdùm L.

10 Bur. l. 19. cap. 39. Iuo p. 15. c. 55.

Luc. 15. †*al. qui*]ori.

†*al. modicam*

†*al. faciendo, dicendo*

†*al. futuri*

Source : BIU Cujas

sacerdos eiusvicarius austerus esse non dēt.

"Misericordia est pferēda rigori.

a ¶*Melius est.*]arg. "q̄ iudex potius seruabit misericordiam q̄ rigorē. 50. dist. pōderet. ī fi. & 86. di. nō satis. 11. q. 3. nemo peritorū. ext. de sor. c. 2. qñq; tñ potiꝰ seruatur rigor quā misericordia, ſ. vbi nō est spes correctionis, vt 23. q. 4. est iniusta.

†*al. dare*

b ¶*Tenax.*]hęc est rō, quare iudex pt augere onꝰ legis. sed illud non pt diminuere, vt ff. de re iu. si se nō. §. si qs. similiter generalia verba, q̄ princeps ponit in suis priuilegiis, tu nō debes stricte & tenaciter interptari, vt ext. de deci. ad audiētiā. & 16. q. 1. frater. extr. de do. cū dilecti.

Non licet.] hæc est 4. pars q. in qua reuertitur ad 5. q. & pbat per 4. c. q̄ nō debemus seruare auguria, nec alia superstitiosa. Io. de Fant. & ista c. nihil faciunt ad istam quæst. L.

1 Pol. l. 6. tit. 12. Bur. l. 10. ca. 15. Iuo p. 11. c. 42.

Casvs. Ab isto loco vsq; ad finē causæ repetit G. q̄dā c. q̄ superius ptermiserat sup diuinationib. & superstitionibus qbusdā: in qb. omnib. Christiani reprehēdūtur, qui ad instar paganorū dies obseruabāt & annos, & alias multas superstitiones: & iō per vos legatis, qa in scholis legi nō cōsueuerūt. Si aūt aliquis ex sua diligentia casus voluerit formare, facile poterit: quia tales si clerici sunt, deponantur, & laici anathematizentur. In illo c. nō obseruetis. & in c. seq. repetit q̄ dicta fuerāt. ſ. e. q. 5. non licet. & c. sortes. & ēt addit q̄dam alia, q̄ facile p te videbis. *Pyctatiolas*, i. breues in chartula scriptos. *in grandinariis*, quę grādo possit moueri p magicas artes.

2 Poly. ibid. Burc. l. 10. c. 16. Iuo p. 11. c. 43.

c ¶*Non licet.*] ab hoc loco vsq; ad finē repetit quædā c. "q̄ omiserat, in 5. q. in quibus omnib. reprehēdūtur Christiani, q̄ ad instar paganorū dies obseruant & annos, & alias friuolas superstitiōes.

"dies & anni non sunt obseruandi.

d ¶*Domos.*]cū hoc fit iō quia creditur aliqd salutis inde recipere.

3 in Turonens. 3. c. 42. & in adiect. c. 94.

e *Si quis.*]hic repetit magister ea quę tradidit obliuioni, in 5. quæstione.

4 Poly. ibid. Burc. l. 10. c. 40. Iuo p. 11. c. 65.

f *Non obseruetis.*] ¶*Aegyptiaci.*] quos Aegyptij inuenerūt, vt q̄ aliqd opꝰ die tali inchoaret, malū hret exitū. tñ ex antiquitate ecclesia signat hos dies in calē dariis suis, vbi reprobātur 37. dist. legimus.

pondere confringatur, sic & homini, cui graue pondus pœnitentiæ imponis, necesse est, vt aut pœnitentiam tuam reiiciat, aut suscipiens, dū sufferre non potest, scandalizatꝰ amplius peccet. Deinde, etsi erramus modicam pœnitentiam imponentes: nonne melius est [a] propter misericordiam rationem reddere †, quam propter crudelitatem? Vbi enim paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax [b]. Si Deus benignus est, vt quid sacerdos eius austerus. Vis [A] apparere sanctus? circa vitam tuam esto austerus, circa alienam benignus.

A ¶ Vis apparere.] *Locupletatus est hic locus ex indicata homilia: cum antea legeretur*, vt quid sacerdos eius austerus vult apparere.

Item Martinus Bracharensis, c. 74.

¶ Calendarum obseruationes agere non licet. C. XIII.

1 NOn licet [c] iniquas obseruationes agere Calendarum, & otiis vacare gentilibus, neque lauro, aut viriditate arborum cingere domos [d]: omnis enim hæc obseruatio paganismi est.

Vnde Zacharias Papa, in concilio Romano, cap. 9.

¶ Anathema sit, qui ritum Paganorum, & Calendarum obseruat. C. XIIII.

2 SI quis [e] Calendas Ianuarias, & brumam ritu paganorum colere, vel [A] aliquid plus noui facere propter nouum annū, aut mensas cum dapibus vel epulis in domibus præparare, & per vicos, & plateas cātiones, & choros ducere præsumpserit, quod magna iniquitas est corā Deo, anathema sit.

¶ *Hoc est cap. 9. in concilio Romæ à Zacharia habito, quod asseruatur in Vaticana bibliotheca: & inde nonulla sunt emendata, & addita. De hac autem superstitione Bonifacius legatus Germaniæ epist. 2. quæ est in tomis conciliorum ad ipsum Zachariam multa scribit: cui Zacharias vlt. epistola respondens mentionem huius concilij videtur facere his verbis.* Et quia per instigationem diaboli iterum pullulabant, à die, qua nos iussit diuina clementia (quamquam immeriti existamus) Apostoli vicē gerere, ilico omnia hæc amputauimus. *Idem prohibetur pluribus verbis in canonibus, qui sexta synodo adscribuntur, cap. 62. Et multa in huiusmodi superstitionem scribit Tertullianus, in libro de Idololatria, & alij graues auctores.*

A ¶ Vel aliquid plus noui facere propter nouum annum. *Hæc non sunt in codice istius concilij Vaticano.*

Item Augustinus. 3

¶ Infirmitatibus hominum incantationes nihil remedij præstant. C. XV.

4 ADmoneant sacerdotes fideles populos, vt nouerint magicas artes, incātationesq; quibuslibet infirmitatibus hominum nihil remedij posse conferre: non animalibus languentibus, claudicantibusve; vel etiam moribundis quidquam mederi: non [A] ligaturas ossium, vel herbarum cuiquam mortalium adhibitas prodesse: sed hæc esse laqueos, & insidias antiqui hostis: quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Et si quis [B] hæc exercuerit, clericus degradetur, laicus anathematizetur.

¶ *Caput hoc Burchardus & Iuo citant ex dictis Augustini, apud quem similia reperiuntur in locis allatis ſ. ea. quæst. 5. nec mirum. Sed eadem omnino verba præter vltimam clausulam leguntur in concilio Turonensi 3. c. 42 & in adiectis capitularibus, c. 94.*

A ¶ Non ligaturas.] *Hinc vsque ad vers.* prodesse. *sunt addita ex concilio, & capitularibus.*

B ¶ Et si quis hęc.] *Postrema hæc tota clausula non legitur in concilio, neque in capitularibus, sed apud Burchardum & Iuonem.*

Item Augustinus.

¶ *In plerisque vetustis exemplaribus est tantum.* Item, *& in Polycarpo etiam refertur sine auctoris nomine.*

¶ Dies Aegyptiaci, & Ianuarij Calendæ non sunt obseruandæ. C. XVI.

5 NOn obseruetis dies, qui dicūtur Ægyptiaci [f], aut Calēdas Ianuarij: in quibus cātilenæ quędam, & commessationes, & adinuicem dona donantur, quasi in principio anni, boni fati augurio, aut alios menses, aut tempora, aut dies, & annos, aut lunę, solisq; cursum: quia, qui has, & quascūque diuinationes, aut fata, aut auguria obseruat, aut attēdit, aut consentit obseruantibus, inutiliter, & sine causa, magis ad sui damnationem, quàm ad salutem tēdit: siue qui per quosdam numeros litterarū, & Lunæ, & per Pythagoricam necromantiam ægrotantium vitam, vel mortē, vel prospera, vel aduersa futura inquirūt, siue qui attendūt somnialia scripta, & falso Danielis nomine intitulata, & sortes, quæ dicūtur sanctorum Apostolorum, & auguria auium, aut aliqua pro domo facienda, aut propter coniugia copulāda, aut in collectionibus herbarum carmina dicunt, aut pyctaciola pro quauis infirmitate scripta super homines, vel animalia ponunt, præter symbolū, & orationem Dominicam, aut magicis falsitatibus in †grādinariis tempestatibus credunt. Qui autem talibus credunt, aut ad eorum domum euntes, aut suis domibus introducunt, vt interrogent, sciant se fidem Christianam, & baptismum præuaricasse, & vt paganum, & apostatam, id est, retro abeuntem, & Dei inimicum, iram Dei grauiter in æternū incurrisse: nisi ecclesiastica pœnitentia emendatus Deo reconcilietur. Dicit enim Apostolus [Siue māducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, in quo viuimus, mouemur, & sumus.]

5 Pol. l. 6. tit. 12.

†*al. &*

1. Cor. 10. Act. 17.

De temporum quoque obseruationibus scribit Augustinus in Enchiridio [A], *cap. 79.*

A ¶ Enchiridio.] *Expuncta sunt voces, quæ sequebantur*, id est, manuali libro. *Absunt enim à vetustioribus.*

¶ Graue peccatū est dies obseruare, vel menses, & annos. C. XVII.

6 QVis æstimaret, quàm magnum peccatum sit dies obseruare, & menses, & annos, & tēpora (sicut obseruant, qui certis diebus, siue mensibus, siue annis volunt, & nolūt aliquid inchoare, eo q̄ secundū vanas doctrinas hominum fausta, vel infausta existiment tempora,) nisi huius mali magnitudinem ex timore Apostoli pēsaremus? q̄ talibus ait [Timeo, ne forte sine causa laborauerim in vobis.] *Item super epistolam ad Gal. ad c. 4* ¶ 7 Intelligat [A] lector ad tantū periculū animę pertinere superstitiosas temporū obseruationes, vt huic loco subiecerit Apostolus, [Timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis.] Quod cū tāta celebritate, atq; auctoritate per orbē terrarū in ecclesiis legatur: plena sunt tñ cōuenticula nostra hominibus, qui tēpora rerū agēdarū à mathematicis accipiūt. Iā vero, ne aliquid inchoetur, aut ędificiorū aut huiusmodi quorūlibet operū diebus, quos Ægyptiacos vocant, sępe etiam nos monere non dubitāt.

6 Beda Gal. 4 Iuo p. 11. ca. 19. Pan. l. 8. c. 80.

Gal. 4.

7 Beda ibid. Iuo p. 11. c. 15.

A ¶ Intelligat.] *B. Augustinus explanans ea verba Apostoli ad Galat. 4.*

Source : BIU Cujas

Vidam autem.] Casvs. Gratianus primo tractauit de officiis clericorum. Secundo, de causis & negotiis eorũ. Tertio, transfert se ad sacramẽta. Sed quia matrimonium ceteris sacramentis est tempore antiquius & vsu communius, ideo de illo præmittit. Vnde videndum est quid sit matrimonium, vnde dicatur, quib. verbis instituatur, & quæ sint eis impedimẽta, quæ vt melius tibi pateant, videbis in summa huiꝰ causæ. & tractat hic de illo impedimẽto, quod est votum. Annectit etiam de interdicto ecclesiæ, & de quibusdam aliis, quæ vt omnia plenius pateant, præmittit thema, duas inde eliciẽs quæstiones.

Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos: *ipsa tam ad gentiles, quàm ad Iudæos, referri posse demonstrat, tuncque subiungit,* Ergo eligat lector, vtrum volet sentẽtiam, dummodo intelligat ad tantum, &c.

Item Hieronymus.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant ex dictis Hieronymi, sed Polycarpus auctorem non nominat.*

¶ Sine incantione, herbas vel petras licet habere. C. XVIII.

1 DÆmonium substinenti licet petras, vel herbas habere sine incantatione.

CAVSA XXVII.

Vidam votum castitatis[a] *habens desponsauit sibi vxorem: illa priori conditioni renuntians, transtulit se ad alium, & nupsit illi: ille, cui prius desponsata fuerat, repetit eam.*

a ¶ *Quidam votum castitatis.*] Tractato de negotiis & ministeriis ecclesiasticis, adiungit de sacramẽtis. Primo, de matrimonio, licet alia sint digniora, & magis necessaria: & hoc ideo, cum matrimonium magnum sit in Christo & ecclesia sacramentum, & tempore antiquius est, & vsu communius. "Antiquius, quia ante peccatum institutum est: communius, quia cum sacramẽta omnia sint in ecclesia Dei, hoc tamen apud gentes omnes est: sanctitas autem eius non est nisi in monte sancto eius, id est, vbi ecclesia ædificata est. Et quia de matrimonio sæpe quæritur in iudicio, ideo assignando multiplicia eius impedimenta tractaturus de eo, continuat x. causas. Ad eius ergo euidentiam, prælibandum est quid sit matrimonium, & vnde dicatur, & vbi, & quando, & quibus verbis fuerit institutũ, & quæ sint causæ matrimonij, vel quæ & quot sunt eius bona, q̃ vel quot eius impedimẽta. Quid sit matrimonium habes j. e. q. 2. §. 1. vbi explicabimus singula posita in descriptione. "Dicitur autem matrimonium quasi matris munium, i. officium. Sed quare potius dicitur à matre, quàm à patre, qui auctor est generationis, vt diceretur patrimonium? Respon. quia plura onera matrimonij subit & tolerat mulier: est enim in conceptu grauida, in partu dolorosa, in lactando, laborioſa. extra de conuer. infi. c. 2. " Fuit autem institutum in paradiso. 32. q. 2. §. his ita. & ante peccatum. de pœ. dist. 2. §. Romanos. ver. Adam. causa sobolis procreandæ, vt repararetur lapsus Angelorũ. de conse. di. 1. hi duo. Et fuit institutum his verbis, hoc nunc os, &c. Alij dicunt quòd aliis verbis, scilicet his: Crescite & multiplicamini. sed credo, quòd illis verbis vsus est Dominus tantum: vt præciperet carnalem commistionem: sicut patet ex eo quòd etiam post diluuium eisdẽ verbis vsus est Dominus ad Noe, & filios eius iampridem vxoratos. Fuit etiam matrimonium secundo institutũ post peccatum ad remedium, vt vitaretur fornicatio, vt 32. q. 2. §. his ita. "Causæ autem matrimonij quædam sunt per quas contrahitur matrimonium, vt sponsalia & consensus. quædam propter quas: & ex his quædam sunt principales, vt vitatio fornicationis, susceptio sobolis: Aliæ secundariæ, quæ sunt multæ, vt pulchritudo feminæ, diuitiæ, amicitiæ, amicorum copia, pacis reformatio. " Bona matrimonij sunt tria, fides, proles, sacramentum. j. ead. q. 2. omne. " Impedimenta matrimonij sunt 16. scilicet votum, ordo, habitus, dispar cultus, error personæ, error conditionis, cognatio, ligatio, publicæ honestatis iustitia, enormitas delicti, impossibilitas coeundi, tempus feriarum, interdictum ecclesiæ, coactio, ætas, furor. Ioannes. Veruntamen quædam ex his impediunt contrahendum, sed non contractum dirimunt, vt j. dicetur. Impedimenta prædicta in his versibus sunt collecta.

Votum, conditio, violentia, spiritualis
Proximitas, error, dissimilisque fides.
Culpa, dies vetitus, honor, ordo, ligatio, sanguis.
Quæ sit & affinis, quique coire nequit.
Additur his ætas, habitum coniunge furori.
His interdictum subditur ecclesiæ.
Hæc (si canonico vis consentire rigori.)
Te de iure vetant iura subire thori.

Habitus impedit, sed non dirimit, extra qui cle. vel vo. consuluit. B. contra: quia nec impedit secũdum eum. similiter ætas impedit matrimonium & furor carens interuallo. 43. q. 7. neque.

Vòd vouentes.] Hæc quæst. diuiditur in duas partes, in quarum prima probat magister, per 34. auctoritates sanctorum patrum, quòd vouentes solenniter non possunt contrahere, & si contraxerint, non tenet matrimonium, & debent puniri. Secunda ibi, *Augustinus.* Ioan. de Fan.

Casvs. Hic instituitur j. q. qua quæritur an teneat matrimonium à vouente contractum. & q̃non teneat, probat vsq; ad §. *his omnibus auctoritatibus.* postea probat contrarium vsque ad vltimũ §. quam contrarietatem bene soluit. s. 27. dist. §. vlt. & intellige prima ca. de voto solenni, alia de simplici. Alij dicunt, quòd prima cap. intelliguntur de voto de præsenti, alia de futuro.

b ¶ *Quòd vouentes.*] Hic intitulatur quæst. j. " qua quæritur an teneat matrimonium à vouente contractum, & q̃ non teneat, probatur vsque ad §. his omnibus auctoritatibus. postea allegat in contrarium vsque ad §. vlt. & hanc contrarietatem soluit satis bene s. 27. di. §. vlt. q̃ videlicet prima ca. intelliguntur de voto soleni, alia de simplici. arg. ext. qui cle. vel vo. nreminimus. j. ead. c. 1. vbi dicitur, & veste laicali sub testimonio episcopi. Hu. " dicit, q̃ non refert an sit simplex votum, an solenne: qa vtrũq; dirimit matrimoniũ, solẽnitates enim ipsę non sunt de substantia voti. Sed hoc refert an sit votum de præsenti cum solenni tate, siue sine illa, vt voueo continẽtiam, hoc impedit & dirimit. sic intelliguntur hęc c. prima vsque ad cap. nuptiarum. an sit de futuro, quod improprie dicitur votum, id est, quędam promissio de futuro voto emittendo: vt si dico, ego promitto, q̃ vouebo continentiam post annum mortua vxore mea. vel promitto, q̃ intrabo religionem, vel consimile. hoc impedit, sed non dirimit, vt cap. nuptiarum. & c. sequentibus. Alij dicunt, q̃ nullum votum dirimit: qa qua ratione dirimeret votum solenne, & simplex, cum idem sit in substãtia. solennitates enim non sunt de substantia, sed ipsa constitutio ecclesię dirimit, si post votum solenniter factum contrahatur. " Ego dico, quòd nullum votum est solenne nisi cum quis deuouet se religioni alicui, vel aliis duobus modis in sequenti c. vnde si coram tota ecclesia diceret quis hæc verba, voueo continẽtiam, si contraheret, teneret matrimoniũ. Quæ est enim ratio quare constitutio ecclesiæ magis debeat spectare ad illa vota quæ solenniter fiunt, quam ad priuata, dummodo possit ecclesiæ constare siue per testes, siue per confessionem propriam alicuius, quòd votũ fecerit? quàm cito enim constat ecclesiæ per confessionem, vel per testes, dicitur notorium, & sic deberet ecclesia dirimere matrimoniũ post illud votum contractum. Ioan. " Tu breuiter dicas, quòd professio tacita vel expressa alicuius religionis impedit contractum & contrahendum, extra de reg. vidua. & 27. dist. quod interrogasti. & extra de reg. consulti. & c. statuimus. & præcedenti c. quæ ead. expresse hoc dicunt, quòd cum aliquis dicit, deuoueo me huic religioni, ibi professio continentiæ tacita intelligitur, & religionis expressa. Ordo similiter impedit si est sacer: nam ibi intelligitur tacita continentia facta cum solennitate, & ex constitutione ecclesiæ: & ita semper conditio tacita vel expressa, vel constitutio ecclesiæ solennizat votum. Sic mihi Bart. Brix. videtur dicendum. extra qui cler. vel vouen. c. rursus.

Additio. De hoc etiam no. 22. dist. quidam. extra qui cler. vel vou. rursus. quod per Innocen. extra de reg. porrectum. & not. de vo. per tuas. & in c. prox. &c.

Sicut bonum.] Casvs. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quòd votum castitatis est magnum, & ideo magna debet obseruantia custodiri. In secunda parte pœna imponitur transgressoribus: quia & damnationem habebũt, & à communione aliorum separabuntur. nam si vxor, quæ frangit fidem marito est punienda, multo magis quæ non seruat fidem Christo. In tertia parte dicitur quòd si aliqua Deo deuota fuerit per vim oppressa, & delectione libidinis postea habitare cum raptore consenserit, pœna superius dicta tenebitur. Secunda pars inc. ibi, *Vt si quæ.* Tertia ibi, *Quæ etsi.*

c ¶ *Vt si quæ viduæ.*] licet de illis specificet, de omnibus intelligi debet.

d ¶ *In minoribus annis.*] videlicet xxv. anno, vel xij. vel xiiij. " Et dicuntur minores annis multipliciter, quantum ad discretionem vsque ad vij. C. de iur. deli. si infanti. Item quantum ad matrimonium vsque ad duodecimum in femina, in viro vsque ad decimum quartum annum. Item quantum ad factionem testamenti vsque ad xiiij. annum, in masculo, in femina vsque ad xij. ff. qui test. fa. pos. qua ætate. in princ. 2. q. 6. §. diffinitiua. Item quantum ad restitutionem, vsque an xxv. annum. ff. de minor. l. 1. hic autem vocat minores qui sunt infra xxv. an. nam aliter pater posset eos reuocare si essent infra xij. vel xiiij. vt 20. q. 2. ca. 1. & 2. Sed quare non restituitur puella infra xxv. ann. vt habitum quem suscepit, possit deponere, sicut in aliis contractibus? Resp. quia nõ est læsa, quia ei nubit quo melioré nõ potest inuenire, iuxta illud Agnetis, illi sum desponsata cui angeli seruiũt, &c. & minor nõ restituitur nisi cum læditur. ff. de min. verum. §. iciendum.

1 *Hic primum quæritur, an coniugium possit esse inter vouentes.*
2 *Secundo, an liceat sponsæ à sponso recedere, & alij nubere.*

QVÆSTIO I.

1. p[s] *Vòd vouentes*[b] *matrimonia contrahere nõ possunt: multis auctoritatibus probatur.*

In concilio namque Carthaginensi quarto, cap. vlt. statutum inuenitur de viduis, quæ professam † continentiam præuaricatæ sunt.

¶ Excommunicentur viduæ, quæ religioso habitu abiecto nuptias elegerunt. C. I.

2 SIcut bonũ est castitatis præmium: ita & maiori obseruantia, & præceptione custodiendũ est, vt si quæ viduę[c], quantũlibet adhuc in minoribus annis[d]

"Matrimoniũ à vouẽte cõtractũ, vtrũ teneat

"Votum an impediat & dirimat matrimonium. † *al. professa*

2 Burc. l. 8. c. 39. Iuo p. 7. c. 58. & 147.

" Votũ solẽne qđ dicemus esse.

" Professio religiõis impedit matrimonium.

" Minores annis dicũtur multis modis.

1 Pol. l. 6. tit. 12. Bur. l. 10. cap. 50. Iuo p. 11. c. 75.

"Mrimoniũ est antiqus & cõius aliis sacramentis.

"Mrimoniũ vñ dicitur.

"Matrimoniũ vbi & p q̃ verba fuit institutum.

" Mrimonij cõtrahendi causæ multiplices.

"Matrimonij bona.

"Matrimonij impedimenta.

Source : BIU Cujas

a ¶ *Immatura.*] id est, non matura. nam viduæ ante annum xl. non velantur, vt 20.q.1. sanctimoniales. vel duæ dictiones sunt in ætate matura thoro. iuxta illud:

Iam matura thoris plenis adoleuerat annis Virginitas.

b ¶ *Sub testimonio.*] nam ita solennizatur votum (vt dicunt quidam) cum scilicet, accepit vestem ab epo: vt hic, vel de manu presbyterorum vel ministri, 20.q.1. vidua. Quod credo, dum tñ omittat votum. Nam aliàs vestes tm accipiendo non obligatur solenniter, sed simpliciter. extra qui cler. vel vo. cõsuluit. vbi etiam habes, ꝙ solẽnizatur votum in manu abbatis vel abbatissæ. Item solẽnizatur si per seipsam recipiat habitũ, & incipiat cũ aliis cãtare in ecclesia. ĩ. e. vidua. "Et no. ꝙ votum continentiæ solennizatur trib. modis tantum. Sacri ordinis susceptione. 28. dis. diaconi. Secundo, dũ accipit vestem sacram à quocumque: dum tñ post susceptionẽ incipiat cohabitare cum aliis monachis & monialib. in ecclesia. ĩ. e. vidua. Tertio, cum ita dicit corã epo vel abbate vel abbatissa, vel coram tribus vel duobus testibus, ego deuoueo me huic religioni. " Hoc. n. aliud est, & aliud cum dico, ego voueo continentiã. deuotus enim religioni nõ posset cõtra here ita ꝙ matrimonium teneret. nec mirum, cum etiam iam contractum matrimoniũ religio dissoluat. ext. de conuer. cõiug. ex publico. sed in voto continentię secus. non enim votum dirimit. vñ si corã tota ecclesia diceret, voueo continẽtiam, per hoc non solennizatur votũ, nisi velis dicere, ꝙ tale votũ nõ dirimit, sed constitutio ecclesiæ super voto facta. Nam si votum dirimeret, quare potius vnũ quã aliud, si hoc haberet ex sua natura? & ita dirimeret votum simpliciter, quod Augustus. non vult. ĩ. e. nuptiarum. Dic ergo votum numquam solennizari, nisi tribus modis prædictis. & ita exaudi quod hic dicitur. Ioan. Tu dicas, vt ĩ. dixi in glossa illa, hic intitulatur. circa fi. vers. tu breuiter. in summa quæst. Barth. Brix.

1. Tim. 5.

†*al. nixæ*

"votũ continẽtię trib. mod. solennizatur.

†*al. præreptæ*

"Vouere religionẽ, & vouere cõtinentiam differunt.

†*al. tenebuntur*

1. Tim. 5.

"habitus est triplex.

a ḋ hoc no. ĩ. c. c. 3. & ĩ. 20. q. 3. c. 2.

"habitꝰ solꝰ non solennizat votũ.

c ¶ *Habitu.*] arg. quòd ita tenetur voto qui publice in religionis habitu apparuerit, ac si publice habitum susceperit. extra de reg. vidua. & ĩ. ead. vidua.

d ¶ *Apparuerint.*] ita quòd aliquandiu in ecclesia inter alias steterit. scilicet per triduum. ext. de reg. & transl. ad reli. ad nostram [a]. " Vel distingue, ꝙ triplex est habitus, s. professionis, qui votum habet annexum, & dirimit matrimonium: de quo hic loquitur. Cõuersionis, qui similiter votum habet annexum, sed nõ dirimit matrimonium, de quo loquitur ext. qui cle. vel vo. consuluit. ext. de regu. super eo. Habitus probationis, qui nec impedit nec dirimit matrimonium: de quo loquitur extra de renun. ex transmissa. de regu. statuimus. in fi. Firme ergo teneas, ꝙ numquam solus habitus solẽnizat votum. ext. de regu. porrectum. & ext. qui cler. vel vo. consuluit. nec ob. 27. dist. quod interrogasti. & ext. de reg. vidua. " quia solus habitus (vt dixi supra) non facit monachum, vel non solennizat votum.

e ¶ *Non coactæ.*] tunc enim secus esset. extra ꝙ met. caus. perlatum.

f ¶ *Postea.*] arg. quòd non excusat vis præcedens, si postea sequitur consensus [b], vt 34.q.1. cum per bellicam. & ext. de eo qui dux. in ma. significauit.

b Arg. 1.q.1. cõstat. ff. de re mili. non omnes. §. q raptus. Arc.

V*Iduas.*] Casvs. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quòd viduæ quæ viduitatis votum deseruerunt, damnari debent, & à communione aliorum expelli. In secunda parte dicitur quòd virgines, quæ virginitatis votum dimittunt, agere pœnitentiam de hoc debent, & à cœtu hominum separari. nam si contractus qui fiunt cum hominibus, seruandi sunt: multo fortius contractus qui initur cum Deo, debet seruari. In tertia parte dicitur, si virgines quæ sic peccant, grauiter puniuntur, multo fortius viduę puniri debent: cũ iam sint virorum libidine satiatæ. Et quòd puniri debeant, probat tribus auctoritatibus Greg. s. Apostoli, Moysi, & prophetæ: & vna ratione. Secunda pars incipit ibi, *De virginibus.* Tertia ibi, *Si virgines.* Hęc vero verba sunt Innocen. *Si virgines.* verba sunt Gregor. *Apostatauerunt*, id est, retro abierunt. Sequens c. patet.

1 sent. 4. dist. 38. Anst. l. 11. c. 177. Burc. l. 8. c. 45. Iuo p. 7. cap. 63. Pannor. l. 3. c. 204. 1. Tim. 5.

¶ *Sic etiam citant ceteri collectores. Habetur autem & paulo etiam copiosius, in capitularibus adiectis. cap.* 215.

¶ De viduis, & virginibus, quæ à religionis proposito discedunt.

C. II.

1 VIduas à proposito discedentes viduitatis, super quibus nos consulere voluit dilectio tua, frater charissime, credo te nosse à S. Paulo, & à multis sanctis patribus, nisi conuertantur, olim esse damnatas. Quas & nos Apostolica auctoritate damnandas, & à communione fidelium, atque à liminibus ecclesiæ arcendas fore censemus, vsquequo obediant episcopis suis, & ad bonum, quod cœperunt, inuitæ, aut voluntariæ reuertantur. ¶ De virginibus autem non velatis, si deuiauerint, à sanctę memorię prędecessore nostro Papa Innocentio taliter decretum habemus: [2 Hæ vero g, quę nec dum sacro velamine h tectæ, tamen in proposito virginali semper se simulauerunt i permanere: licet velatę nõ fuerint, si nupserint, aliquanto k tempore his agenda pœnitentia est: quia sponsio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines solent bonę fidei contractus l nulla ratione dissolui, quanto magis m ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solui sine vindicta nõ poterit? &c. ¶ Si virgines nondum velatę taliter pœnitẽtia publica puniuntur, & à cœtu fidelium vsque ad satisfactionem excluduntur: quanto magis viduę, quę perfectioris ętatis, & maturioris sapientiæ, atque consilij existunt, virorumque consortio n multoties vsæ sunt o, & habitum religionis assumpserunt, & demum apostatauerunt, atque ad priorem vomitum sunt reuersæ, à nobis, & ab omnibus fidelibus à liminibus ecclesię, & à cœtu

2 ĩ. ead. Hæ vero.

"Pœnitẽtia publica nõ est violatoribus voti simplicis ponenda.

"Voti simulatio obligat.

"Cõtinẽtia difficilior ẽ virginibus quã viduis.

g ¶ *Hæ vero.*] Hanc literam intelligit Cardinalis de voto simplici propter illud, nondum tectæ: & illud, nondum velatæ: & illud, à Domino, quasi dicat non ab ecclesia. & illud, aliquanto tempore, id est, tribus annis. 27. di. si vir. sed nos intelligimus de voto solẽni: " quia publica pœnitentia, de qua subditur, non imponitur ꝑ fractione simplicis voti. arg. 27. dist. si vir. Item inutiliter argumentaretur Grego. de talibus virginibus ad viduas solenni voto obligatas. Vnde intelligas illud, necdum sacro velamine tectæ & velatæ, non de velo consecrationis, sed de velo professionis: quod velum consecrationis non datur ante vigesimumquintum annum. 20. q. 1. placuit.

h ¶ *Velamine.*] extra de regul. vt clerici.

i ¶ *Simulauerint.*] argum. " quòd voti simulatio sicut ipsa professio obligat quemquam, vt c. prox. neque. & dist. 27. quod interrogasti.

k ¶ *Aliquanto.*] x. ann. ĩ. ea. deuotam. secundum nos. Io. tamen dixit, aliquanto, quia arbitrarium est huius pœnitentię tempus, licet ordinarie dixerim esse decem annos.

l ¶ *Contractus.*] hic large sumitur hęc appellatio, vt etiam comprehendat contractus stricti iuris: quia in nullo dolus interuenire debet. C. de præscr. x. vel xx. an. l. si fraude.

m ¶ *Quanto magis.*] ĩ. ead. q. c. hæ vero. contra. in fi. Sol. ibi loquitur de virgine illa, quæ velum consecrationis accepit: quæ si præuaricata sit, plus peccat quam vidua: hic loquitur de ea quæ non accepit velum consecrationis: vnde videtur minus peccare quam vidua. vel quodam respectu magis videtur virgo peccare quàm vidua, quia à maiori bono cadit.

n ¶ *Consortio.*] arg. de pœ. dist. 5. consideret. in fi. vbi dicitur: Timeat docta experimento quod ignorauit virgo.

o ¶ *Vsæ sunt.*] dicit Hieron. " Libido in virginibus maiorem patitur famem, dum dulcius esse putant quod nesciunt.

Source : BIU Cujas

a ¶ *Lætabitur.*] non de vindicta quam videt: sed quia non est in illa: & quia non commisit consimilia.

"Pœna sapientiorem efficit.

b ¶*Manus suas lauabit in sang. peccato.*]i. " in pœna, i. propter pœnam quam videt: quia cum stultus punitur, sapiens fit astutior, vt 23. q. 6. vides. & exemplis citius ducitur quis ad benefaciendum, & ad vitandũ crimen. de pœ. di. 2. citius. vñ dicitur:

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

"Votum diuersa fortitur vocabula.

1. Cor. 5.

Deut. 13.

Psal. 57.

Rom. 1.

a i. graui⁹ q̃ primũ pctm̃ fcdm Hug. q dt, finaliter cancellatis opinionib⁹, & his q̃ dñr hic breuiter ddm est, q̃ cũ qs vouet vel ꝓmittit semonachũ fieri vel alid si ẽ sanę mẽtis & discretę, indissolubiliter tenetur ad hoc, ext. lib. 6. de regu. q post votũ. Arch. 1 Polyc. l. 4. tit. 35. Burc. l. 8. c. 46. Iuo par. 7. c. 64. & 144. Pann. l. 3. c. 203.

NEque viduas.] c ¶*Proposito.*]i. voto. " No. q̃ votum secundũ diuersos status diuersa sortitur vocabula. Primo em̃ est cum quis in origine disponit aliqd boni facere, & tunc dicitur deliberatio, vt 17. q. 1. ca. qui bona. & hoc infringere venia le est. Quandoq; procedit. & proponit idẽ se firmiter facturum: & dicitur propositũ. 17. q. 1. c. 2. & q. 2. nos nouim⁹. huius fractio veniale est secundum quosdam, sed graue est[a]. hęc matrimoniũ contrahendum impediunt, sed nõ dirimũt iam contractum. si vero accedat obligatio, dicitur votum: cuius fractio mortale peccatum est, & impedit matrimonium cõtrahendũ & dirimit iam contractum, si solemne fuerit. 27. dil. §. vlt. d ¶*Diuturna.*] maxime. nam & idem esset si per momentũ. arg. j. ea. viduas. nec ideo minus vẽditio tenet, q̃, &c. C. de contrah. emp. non idcirco. Vel põt hoc intelligi qñ non expresse se religioni obligauerunt: quo casu exigitur, q̃ per aliquod tempus fuerint ĩ monasterio cum aliis: quod tempus potius est ad arbitrium boni viri referendum, quàm aliter determinandum. arg. ext. de don. Apostolicæ. ff. de iu. delib. l. 1. ff. de sol. quod dicimus. Vel dic hoc tempus trium dierum esse extra de reg. ad nostram. licet quidam illud intelligant de illectis, vt 20. q. 3. constituit.

Nec aliqua.] Cavsa. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, q̃ quędam erant sanctimoniales, quæ cũ viris iacentes se corrumpi non permittebant, & hoc in suam excusationem allegabant. contra quarum excusationem loquitur hic Cyprianus eas grauiter reprehẽdens: quia in aspectu talis membri oculus sępe fallitur. & prętera si mẽbrum illud sit incorruptum, anima tamen potest esse corrupta: vnde delinquere videntur. nam si sponsus videns sponsam suam in amplexibus alterius irascitur: multo fortius Christus de sua sponsa hoc faciente irascitur & dedignatur. In ij. parte dicitur, q̃ si tales voluerint pœnitere, & inueniantur integrę, recipi debẽt in suo statu: quę si postea cũ supradictis viris familiaritatem habere videantur, eiciantur: nec postea recipiantur de facili. & si aliqua talium fuerit inuenta corrupta, post pœnitentiam redire poterit ad ecclesiam. quę si de cetero peccauerit, amodo non recipietur: ne scilicet præbeat ceteris exemplum ruinæ. Secunda pars incipit ibi, *Quòd si Exomologesi.* id est, confessione sua facta. Sequens cap. patet.

fidelium vsque ad satisfactionem sunt eliminandæ, & carceribus tradendæ, qualiter iuxta apostolum Paulum tradentes huiusmodi hominem Satanæ, vt spiritus eius saluus sit in die Domini? De talib⁹ enim & Dominus per Moysem loquitur, dicens [Auferte malum de medio vestri.] De quibus & per prophetam ait [Lętabitur[a] iustus, cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine[b] peccatoris.] De talibus namque, & eorum similibus, atque eisdem consentiẽtibus dicitur [Quia non solum, qui faciunt, sed etiam, qui cõsentiunt facientibus,] rei sunt.

Item ex decreto Gelasij Papæ ad Sicilienses episcopos missо, c. 9.

¶*Burchardus & Iuo part. 7. c. 64. citant idem vt Gratianus: sed rursus Iuo ead. part. c. 144. ex Gelasio ad Cæsarium. c. 4. Extat autem in epistola Symmachi ad Cæsarium, ca. 4. eumque citat Polycarpus.*

¶Transire non possunt viduæ, & virgines post religionis propositum ad nuptias. C. III.

[1]NEq; viduas ad nuptias transire patimur, quæ in religioso proposito [c] diuturna [d] obseruatione permanserunt. Similiter virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in monasteriis ætatem peregisse contigerit.

Item Cyprianus ad Pomponium de virginibus.

¶Ex quolibet sensu corporis mulier corrumpi potest. C. IIII.

NEc aliqua puret se posse hac excusatione defendi, quòd inspici, & probari possit, an virgo sit: cum & manus obstetricum [e], & oculi sæpe fallãtur [f]: & si incorrupta inuenta fuerit virgo ex parte, qua mulier potest esse: potuerit tamen ex alia corporis parte peccasse, quæ corrumpi potest, & tamen inspici nõ potest. Certe ipse cõcubitus [g], ipse complexus, ipsa confabulatio, & osculatio, & coniacentium duorum turpis & fœda dormitio, quantum dedecoris, & criminis confiteatur [h]? Si superueniens maritus spõsam suam iacentem cum altero videat: nonne indignatur, & fremit, & per zeli dolorem † fortassis [i] & gladium in manũ sumit? Quid Christus Dominus, & iudex noster, cum virginem suam sibi dicatam, & sanctitati suę destinatam, iacere cum altero cernit [k]: quàm indignatur, & irascitur? & quas pœnas incestis eiusmodi coniunctionibus comminatur? Cuius vt gladium spiritalem, & venturum iudicij diem vnusquisque fratrum possit euadere, omni consilio prouidere, & laborare debemus.

Idem in eadem epistola.

¶De eodem. C. V.

QVòd si pœnitentiam [l] huius illiciti concubitus sui egerint, & à se inuicem recesserint, inspiciantur iterum [A] virgines ab obstetricibus diligenter: & si virgines inuentæ fuerint, accepta[m] communione ad ecclesiam admittantur: hac tamen interminatione, vt si ad eosdem masculos postmodum reuersæ [n] fuerint, aut si cum eisdem in vna domo [o], & sub eodẽ tecto [p] simul habitauerint, grauiore censura eiiciantur, nec in ecclesiam postmodum facile q recipiãtur. Si autem de eis aliquæ corruptæ fuerint, & deprehensæ, agant pœnitentiam plenã [r]: quia quę hoc crimen admisit, nõ mariti, sed Christi adultera est: & ideo æstimato iusto tempore, postea exomologesi [s] facta ad ecclesiam redeat. Quòd si obstinate perseuerant nec se ab inuicem separant, sciant se cum hac sua impudica obstinatione numquam à nobis admitti in ecclesiam posse: ne exemplum ceteris ad ruinam delictis suis facere incipiant: nec putent sibi vitæ, aut salutis cõstare rationem, si episcopis, & sacerdotibus obtemperare noluerint.

[A] ¶ Iterum.] *In codicibus Cypriani impressis, & octo manuscriptis, quæ Romæ ad operum ipsius emendationem collata fuerunt, legitur, interim: quæ varietas notatur etiam in gloss.*

k DEsponsatam.] ¶ *Monasterium.*] "Sed obiicitur, sponsus intrat religionem, & monachi nolunt eum recipere ante legitimam probationem, cum non debeant. extr. de reg. ad Apostolicam. Nunquid ergo spõsa tamdiu tenetur eum expectare, forte per annũ vel per triẽnium, secũdum q̃ est notus vel ignotus: & ipsa talis est quòd continere potest? Ad hoc dico q̃ si sine licentia vxoris transit ad religionem, non habebit tempus probationis nisi duos mẽses. si autem de eius voluntate trãsit, tenetur continere vsquequo sit elapsum tempus probationis, & quod dicit decret. ext. de conuer. cõiu. ex publico. q̃ duo menses tantum dantur assumenti habitum religionis, intelligas de illo qui sine voluntate vxoris transit. Similiter distingue in clerico transeunte ad religionem, vt si de licentia episcopi transeat q̃ possit petere tempore probationis priora stipendia. secus si sine licentia. Ioan. Quid iuris sit de hoc. in quæstionibus no. c B. Lauren. tamen dicit, quòd si alter dat licentiam alteri, non intelligitur dedisse nisi secundum quòd de iure debet habere, scilicet vsque ad duos menses. Sed quid si non vult eligere monasterium: sed in propria domo vult habitum sumere, vel continentiam vouere? Dicimus quòd non potest, vt habes extra de conuers. coniug. ex parte. in fi. nec sponsus potest ad ecclesiam sæcularem conuerti, vel ordinem accipere, vt extra de cler. coniug. cap. 1. supra ead. si vir. Et dicit Hug. quòd sponsus cum dat licentiam sponsæ, vel econuerso intrandi monasterium, matrimonium non soluitur: sed compellendus est & ipse intrare: & si contraxerit, duos habet viros mulier, vel vir duas vxores. Tu dic, quòd siue ea volente, siue inuita transeat alter non compellitur intrare monasterium, Baz. dicit, quòd non soluitur, nec intrare compellitur: & si contraxerit, habet duas vxores. Tu dic quòd non compellitur intrare: quia cum ei dat licentiam, intelligitur dare auctoritate & iure illius canonis, ex publico. de conuer. coniugat. & dissoluitur matrimonium, vt dicitur expresse in authentic. de sanctiſſim. episcopis. §. sponsalibus quoque. coll

5 *lib.* 6. *cap.* c. 91.

6 Sent. ibid. Anſ. l. 10. c. 6 Bur. l. 8. c. 19. Iuo p. 7. c. 40

c q. veneria lis est, & incipit, quidã clericus intrauit. vbi ðt Tan. q̃ clericus qui delcta sui plati intrauit religionẽ vt eẽt i pbõne, habebit interim oẽs fructus sui bñficij cũ sit clericꝰ eccleſię & possit reuerti si velit hodie hæc q. est expedita, vt p; ext. lib. 6. ð reg. beneficiũ. dic vt ibi.

Source : BIU Cujas

collat.9.vbi dictur quòd vinculum illud rumpitur,licet ad hoc responderi possit per c.5.eo.scripsit.nam ibi dicitur matrimonium dissolui post carnalem copulam : quod est impossibile, nisi quo ad seruitutem.32.quæst.7.tantum valet. Io. dicit tamen Imperator,quòd quidquid ligatur,solubile est.in auth.de nup.§.nuptias.coll.4.

a *Decreta.*] Pone quòd sponsus dicit sponsæ, Intra religionem,&ego continebo, nũquid rumpitur matrimonium? Quidam dicũt quòd si continet,non rumpitur:sed si contrahit rumpitur.vnde secundum eos non sola religio rumpit,sed religio cũ copula. Item quid si iurauit vterq; quòd non intraret religionem ? quæritur vtrum intrare possit? & videtur quòd non. 22.q.4.§.illicitum. Argum. contra. 19. q. 2. duæ.dic quòd non debet intrare. " & cum religio soluat vinculum matrimonij. videtur quòd & vinculum iuramenti,vt extra de spon. commissum. & de iureiuran. peruenit.2.Ioan.

1 Sent.ibid.

1.Cor.7.

2 s.e.non dubium.

3 s.e.cum societas.

"Religio vtrum soluat vinculũ iuri

b ¶*Damno.*]res enim quas alter alteri dehi qui. dit,restituentur ei, vt extra de conuer. coniug. ex publico. licet possit videri quòd ille per quẽ stat quòd matrimonium non consumatur, debeat puniri,vt C.de spõsa. l.vlt.Sed non est ita[a]. si tamen osculum interuenit, non potest spõsus nisi dimidiam partem rerũ suarum datarum ab ipsa repetere : sed mulier totũ repetit quod dedit. C.de don.ante nup.l. si à sponso.Ioan.

4 j.32.q.7.

5 33.q.1. requisisti.

a Sub.qa iure pmittẽte hoc fit:& iõ pœnã si meretur. C.de adul. Gracchus. & 31. q.1.hac rõe.

CVM ERGO.Casvs. Infert Gratianus nunc, cum coniugati non possunt sine consensu alterutrius continentiam profiteri: sponsi vero hoc possunt : patet quòd inter sponsum & sponsam non est matrimonium. & ad hoc confirmandũ, suam conclusionem inducit auctoritate:primo, August.secundo,Leonis. tertio, Nicolai:quarto, Gregorij,& quod dicit Nicolaus, intelligitur si eam cognouit.

6 j.33.q.j.qđ autẽ. Sẽt.4. dist.34. Pol. l.6. tit.4: Bur.l.9.c.40 Iuo par.8.c. 80. & 178. Pann.l.6. c.115.

Q *Vòd autem.*] Casvs.Dicitur in hoc ca. quòd si frigidus ducat vxorem de facto, & illa possit probare quòd hoc verum sit, per veram probationem scilicet per aspectum corporis, vel septima manu propinquorum,separari debent.

† absunt à capitulari.

Item Gregorius in regesto,libro 6 epist. 20.ad Fortunatum.

¶ Desponsata impune monasterium potest eligere. C. XXVIII.

1 Decreta [a] legalia desponsatam, si conuerti voluerit, nullo omnino censuerunt damno [b] mulctari.

Cum ergo coniugatorum continentia, nisi ex amborum consensu, Deo offerri non valeat,cum vir sui corporis potestatem non habeat sed mulier,sponsæ autem monasterium possint eligere, & sponsi non exquisito consensu sponsarum propositum melioris vitæ assumere valeant, [2] *patet, quòd inter sponsum & sponsam coniugium non est* [3] *. Item cum secundum* A *Augustinum illa mulier non pertineat ad matrimonium,cum qua docetur non fuisse commistio sexus , item cum secundum Leonem illa non pertineat ad matrimonium , cum qua non docetur fuisse nuptiale ministerium:apparet,quòd inter sponsum & sponsam coniugium non est.* [4] *Item Nicolaus Papa præcepit de his , qui ab aduersariis excæcantur , & membris detruncantur,vt ob hanc infirmitatem coniugia talium non soluantur.* [5] *De his autem,qui causa frigiditatis vxoribus debitum reddere non possunt,statuit Gregorius Papa,vt vterque eorum septima manu propinquorum tactis sacrosanctis reliquiis iureiurando dicat, q numquàm per commistionem carnis coniuncti vna caro effecti fuissent: tunc mulier secundas nuptias poterit contrahere : vir autem , qui frigidæ naturæ est , maneat sine spe coniugij.*

Vnde idem B *scribit Venerio Caralitano episcopo ita dicens.*

A ¶Secundum Augustinum.]*Gratianus hic repetit,quæ s.c.non est dubium. & c.cum societas, ex Augustino, & Leone attulit valde corrupta,vt ibi notatum est.*

B ¶ Idem.] *Hoc idem caput j.33. q.1. citatur ex Gregorio Ioanni Rauennati episcopo : itemque à Burchardo,& Iuone par.8.c.178.in Pannormia autem exprimitur*, Gregorius iunior. *Sententia vero ipsa refertur ex Gregorio in Decretalibus tit.de frig.& malefi. c. laudabilem. & ab Iuone eadem parte ca.80. ex capitularibus,vbi habetur lib.6.c.55.*

¶ Si mulier probauerit, quòd à viro suo nunquam cognita fuerit separetur. C. XXIX.

6 Q Vòd autem [c] interrogasti de his,qui matrimonio iuncti sunt, & nubere [d] non possunt, si ille aliam , vel illa alium possit accipere:de his ita scriptũ[A] est [e], Vir & mulier, si se coniunxerint,& postea dixerit mulier de viro , quòd non possit coire cum ea,si potest [per verũ † iudicium] probare [f] quòd verum sit, accipiat alium.

c ¶ *Quòd autem.*] de hac materia habebis 33.q.1.c.1.Ioan.

d ¶*Nubere.*]id est,carnaliter commisceri,vt s.dist.34.Valentino.

e ¶ *Scriptum est.*] in Lombarda. " Et ita est argum. quòd leges in- " leges alle duci possunt in causis matrimonialibus. nam & in accusatione e- gari pñt in causis mrimonialib⁹. tiam clericorum inducuntur.arg.3.q.9.dignum.

f ¶*Probare.*]j.33.q.1.si quis accepit.contra extra de despon.impub. continebatur. extra de cland.desponsi.si quis clam. extra de frig.& malefic.c.1. In his omnibus dicitur, quòd probationi viri standum est,& etiam sacramento viri, vt in c.continebarur. sed hoc intelligitur cum vir tacet , & probationes non habet : " immo verior est solutio,quòd hoc locum habet quoties mulier quę virgo est, se incognitam vult probare per aspectũ corporis.hæc probatio præfertur omnib. etiam iuramento viri. extra de probatio. proposuisti. validior enim est &melius res ingeritur animo oculata fide quàm per aures.Inst.de grad.cog. §.hactenus.&§.consobrino. sed si fuisset mulier potius crederetur viro : & sic loquuntur iura contraria.

" Mulier si dicat se incognitã , & vir cõtrariũ cuius ꝓbó admittetur.

A ¶Scriptum.] *Auctor glossæ hic ait*,in Lombarda : *& j.33.q.1. hoc eodem loco ait*, libro capitulari Caroli,*s.*in Lombarda.*Nunc habetur capitul.l.6.c.55. additis in extremo his verbis* , eo quòd iuxta Apostolum non potuit illi reddere suum debitum.

Ecce impossibilitas coeundi,si post carnalem copulam inuenta fuerit in aliquo , non soluit coniugium. Si vero ante carnalem copulam deprehensa fuerit, liberum facit mulieri alium virum accipere.Vnde apparet illos non fuisse coniuges:alioqui non liceret eis ab inuicem discedere,excepta causa fornicationis: & si discedentes oportet manere innuptos,aut sibi inuicem reconciliari.¶Item si sponsa coniunx esset , mortuo sponso remaneret vidua.Si autem vidua esset,vir eius ad sacros ordines conscendere non posset.Maritus enim viduæ æque, sicut & bigamus, sacerdos fieri prohibetur. Ex huius autem copula , nullus prohibetur à sacris ordinibus. Vt enim ait Pelagius Papa [7 *Nihil est (quantum ad hunc articulum attinet) quod ei obuiet de canonicis institutis g.] Apparet ergo hos non fuisse coniuges. ¶Item si coniuges essent, discessio ab inuicem esset diuortium. Sed horum separationem negat Ambrosius esse diuortium, dicens de beata Maria , quam sibi Ioseph desponsauerat , & in suam duxerat* [8 *Ioseph numquam cognouit eam Nam si vir iustus eam cognouisset:num quam à se discedere passus esset : nec Dominus , qui vxorem præceperat à viro non discedere,nisi causa fornicationis,commendans eam discipulo auctor diuortij fuisset.*] *Ecce commendatio Mariæ Ioanni , & detractio Ioseph negatur* [h] *fuisse diuortium , quia Ioseph non cognouerat eam. Vnde apparet* [i] *eos non fuisse coniuges Si autem beata Maria , quam sibi Ioseph desponsauerat , & in suam duxerat,coniunx negatur fuisse, multo minus ista, quæ simpliciter sponsa erat, coniunx est appellanda.*

Item ex concilio Aurelianensi [B].

A ¶Ioseph.]*Verba* B. *Ambrosij lib.2.commen. ad c.1.Lucæ(quæ propius accedunt ad hunc locum, quàm quæ habentur l.10.ad c.23.) sunt hæc* : Vtique si conueniissent,numquàm virum proprium reliquisset , nec vir eam iustus passus esset à se discedere. Quomodo autem Dominus diuortium præcepisset, cum ipsius sit sententia , quia nemo debet dimittere vxorem , excepta causa fornicationis?

B ¶Aurelianensi.] *Hoc idem j.32.q.7.qui dormierit,videtur citari ex concilio Moguntino. Sed in nullo Aurelianensi, aut Moguntino est inuentum : quemadmodum neque sequentia in Triburiensi.*

¶ Sororis vxorem polluens, neutram valet habere.

C. XXX.

9 Q Vi dormierit [k] cum duabus sororibus, & vna ex illis antea vxor fuerit , neutram ex ipsis habeat : nec ipsi adulteri

" Diuortiũ & repudiũ differunt.

i ¶*Vnde apparet.*]Totum est allegatio.

Q *Vi dormierit.*] Casvs.Dicitur in hoc ca. quòd si quis vxorem à se cognitã habuit, & postmodum scienter cum sorore eius adulteretur: neutram ex ipsis habebit, id est, nec vxori debitum reddet, nec post mortem vxoris licet ei, nec adulteræ alicui matrimonialiter copulari. Quidam tamen habent ibi. §. idem.

7 sent.4.dist. 27.5.dist.34. c.vlt.

8 Ambr. ad c.1.Luc.&đ instit.virgi. c.6.&7.

k ¶ *Qui dormierit.*] Quidam dixerũt hoc cap.intelligendum secundum decret.extra de diuor.si qua. & de sponsa.requisiuit. sed illę decret.parum faciunt. H.vero & Baz. dicunt potius esse standum Euangelio. vnde intelligunt hoc cap.quòd exigere non potest,sed reddere tenetur. vnde sic intelligunt sequentem litteram, non liceat propriæ vxori reddere sibi debitum,id est, ipse non potest petere debitum ab ea: & ita intelligunt prædictas decret.nam peccata suos debent tene-

9 32.q.7.qui dormierit. Burch. l. 17. c.3.Iuo p.9. c.69.

Source : BIU Cujas

re auctores. C. de pœ. sancimus. & est hodie expressum extra de eo qui cog. discretionem. " & maxime cum affinitas spiritualis maior sit quàm carnalis, vt 30. q. 3. ita diligere. sed propter spiritualem superuenientem non separentur. 30, q. 1. ad limina. Ioan.

" Affinitas spiritualis est maior carnali.

a ¶*In coniugio.*] ff. 32. q. 7. quędam. ĵ. 33. q. 2. si quis contra. sed ibi neutra fuit vxor.

DE SPONSA.

CASVS. Dictum est s̃. quòd illa quam vir sororis suæ cognouit, contrahere non potest: nunc dicit secus esse in sponsa, quæ post pœnitẽtiam potest contrahere.

QVidam desponsauit.] CASVS: Quidam despõsauit quandam: & eam propter frigiditatem vel aliud iustum impedimentum cognoscere non potuit. quam frater eius postea corrupit, & grauidauit: & ideo statutum fuit in concilio isto vt corruptor eam non habeat, licet frater eius eam non potuit habere. mœchus tamen & mecha post pœnitentiã contrahere possunt.

1 Bur. l. 17. c. 49. Iuo p. 9. c. 100.

b ¶*Dotauit.*] id est, donationem propter nuptias dedit. "nam secundum leges mulier dat dotem, & vir donationem, extra de do. inter vir. & vxor. nuper.

"Mulier dat dotẽ, & vir donationẽ facit.

c ¶*Sed mœchus.*] si fuit sponsa de præsenti, quod magis videtur ex eo quod dicit, non potuit ei cõmiscere: quia ad id spõsus iam deuenerat, vt tentaret, sed non potuit aliquo impedimento impeditus. " Vel si fuit sponsa de futuro, cum qua nõ committitur mœchia, id est, adulterium: dic mœchus & mœcha, id est, fornicarius, & fornicatia: quia fornicatio mœchia dicitur: arg. 32. q. 4. meretrices. & hoc est quòd sequitur fornicationis, &c.

2 sent. 4. dist. 27. Bur. l. 17. c. 18.

"Adulterium cum sponsa non committitur.

d ¶*Licita.*] post mortem spõsi. si erat sponsa de præsenti. ecce minus puniuntur isti quàm adulteri in superiori cap. sed hoc non contingit propter coniugium, vt intelligit G. sed quia peccauerunt minus ob publicæ honestatis iustitiam, quàm si esset iam cognita, & affinitas interueniisset. Ioan.

3 Iuo p. 8. c. 26.

vnquam in coniugio [a] copulẽtur.

Id est, nec propriæ vxori sibi licet reddere debitum, quam sibi reddidit illicitam, sororem eius cognoscendo. Nec etiam post mortem vxoris licet ei, vel adultero, alicui copulari in coniugio.

De sponsa vero è contra legitur in concilio Triburiensi.

¶De eo, qui dormiuit cum sponsa fratris sui. C. XXXI.

1 QVidam desponsauit vxorem, & dotauit [b] eam, & cum ea coire non potuit: quam clanculo frater eius corrupuit, & grauidam reddidit, Decretum est, vt quamuis nupta esse non poterit legitimo viro: Desponsatam tamen fratri frater habere non possit: sed mœchus [c], & mœcha fornicationis quidem vindictam substineant, licita [d] vero coniugia eis non negentur.

Item ex eodem.

¶Si quis sponsam filij sui oppresserit, simul cum ea sine spe coniugij maneat. C. XXXII.

2 SI quis sponsam [e] filij sui oppresserit, & postea filius eius eam duxerit, pater [f] postmodum non habeat vxorem, nec mulier virum. Filius, qui patris facinus ignorauit, aliam accipiat.

Si illa, quam vir sororis suæ cognouerit g, *perpetuo copulari prohibetur: hic vero, qui sponsam fratris sui corrupit, peracta pœnitentia matrimonium contrahere permittitur, apparet* h *hanc non fuisse coniugem fratris eius.* ¶*Item mulier causa fornicationis à viro suo dimissa, aut ei reconciliabitur, aut eo viuente innupta manebit. De sponsa vero contrarium inuenitur in 1. libr. capitular. c. 105. & lib. 7. c. 183. quibus locis sic legitur.*

¶ Si sponsus raptum recipere noluerit, liceat sibi alij nubere. C. XXXIII.

3 RAptor pœnitentia publica mulctetur. Raptæ vero, si eam sponsus recipere noluerit [k], & ipsa eidem crimini consentiens [l] non fuit [m], licentia nubendi alij non negetur.

Item ex concilio Toletano.

¶*In nullo Toletano concilio inuentum est. Sed fere eadem leguntur in concilio Rhemensi Trosleiano, & lib. 1. capitular. c. 105. & lib. 7. c. 183. & in legibus Longobar. lib. 1. tit. de rap. mul. l. 12.*

¶De eodem. C. XXXIIII.

4 STatutum est à sacro conuentu, vt si quis sponsam alterius rapuerit [n], publica pœnitentia mulctetur, & sine spe coniugij maneat. Et si ipsa eidem crimini consentiens [o] non fuerit, licentia nubendi alij non negetur. Quòd si post hæc coniungere se præsumpserint [p], vtrique vsque [A] ad satisfactionẽ [q] anathematizentur.

A ¶*Vsque ad satisfactionem.*] *Hæc verba non sunt in Trosleiano, neque in capitularibus, sunt tamen apud Burchardum, & Iuonem, qui etiam citant Toletanum.*

3 *Apparet ergo hanc non fuisse coniugem, cui viuente sponso, alteri nubendi licentia non negatur. Quomodo ergo secundum Ambrosium, & reliquos patres, sponsæ coniuges appellantur, & his omnibus argumentis coniuges non esse probantur? Sed sciendum est* r, *quòd coniugium despõsatione initiatur, commistione perficitur. Vnde inter sponsum, & sponsam coniugium est, sed initiatum, inter copulatos est coniugium ratum.* s

Vnde Ambrosius.

¶In desponsatione coniugium initiatur. C. XXXV.

ij 6 CVm initiatur [s] cõiugium, coniugij nomen ascisciturꝰ, non cum puella viri † admistione cognoscitur.

¶ *Integer textus affertur supra ead. cum initiatur.*

Ecce quòd in desponsatione coniugium initiatur, non perficitur. Item Ambrosius in libro 1. de Patriarchis.

¶ *Caput hoc non est inuentum apud Ambrosium, neque sequens apud Hieronymum.*

i ¶*De sponsa.*] de futuro. nam si sit de præsenti, idem est quòd incognita.

RAptor.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd si aliquis rapuit sponsam alterius, raptor debet puniri: & si sponsus eam recipere noluerit, ipsa poterit alij nubere si raptori in crimine non consensit. Idem est casus sequentis cap.

k ¶*Noluerit.*] de facto, supple, si intelligas de sponsa de præsenti: nã de iure compellitur eam recipere si ipsa non peccauit nec consensit, sed per vim est passa. argu. 32. q. 5. reuera. ff. de adul. si vxor. §. si quis plane. nisi velit sponsus religionem intrare, vt ext. de conuer. coniug. ex publico. & secundum hoc quod dicitur in fine: quia illa possit nubere cum alio, intelligas post mortem viri sui. si autem sponsa est de futuro, non est compellendus [b]: quia libera debent esse matrimonia, vt extra de sponsi. requisiuit. nam propter modicam causam potest dimitti vxor de futuro. extra de iureiur. quemadmodum.

4 sent. 4. dist. 27. Burc. l. 9. c. 37. Iuo p. 8 c. 175.

b Hoc not. 32. quæ. 2. in summa.

l ¶*Consentiens.*] tunc enim non posset nubere, nisi timeretur incontinentia eius, vt extra de eo qui cogn. cõsan. c. ex litteris. in fi. 36. q. 2. si autem. Iom ¶*Non fuerit.*] ante vel post. non enim refert quando dolus committatur. arg. 1. q. 1. eos. & ff. de calum. l. j. §. qui autem.

STatutum est.] n ¶*Rapuerit.*] id est violenter corrupuerit. Si hoc intelligas de sponsa de præsenti, dic alij. s. Ipsi, qui est alius à raptore. & secundum hoc dicit nubendi, id est carnaliter commiscendi, si autem legas de sponsa de futuro, dicas alij, scilicet à sponso & raptore. " nam cum raptore non debet contrahere in odium rapinæ: si tamen contrahit, tenet matrimonium. argu. extra de rap. accedens. Ioan.

5 s̃. cũ initiatur. & ĵ. si qs desponsata. cum seq.

6 s̃. e. cũ initiatur. Iuo p. 8. c. 2. †*al. virili*

"Matrimonium raptoris & raptæ tenet.

o ¶*Consentiens.*] infra 36. q. 2. si autem. contra. sed hoc de rigore iuris. Ioan.

p ¶ *Præsumpserint.*] infra 34. quæst. 2. non satis. 36. quæst. 2. tria. contra. sed ibi de rapta nondum alteri desponsata, hic vero de rapta alteri desponsata.

c ¶*Vsque ad satisfactionem.*] id est, donec pœnitentiam agant de rapina. Ioan.

APPARET. Hæc est 3. pars q. in qua probat G. per 12. cap. quòd sponsa de præsenti dicitur vxor nõ de præsenti, sed spe futurorum: scilicet quia non est ibi significatio, quæ est inter Christum & Ecclesiam. vnde qui dicit talem, non est bigamus. Ioan. de Fan.

CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis illam non fuisse coniugem. cui viuente sponso nubendi licentia conceditur. Postea dicit quòd inter sponsum & sponsam est matrimonium initiatum, & non ratum: quod in desponsatione initiatur, sed in commistione perficitur. Quod probat per sequentia quattuor capit. quæ per se patent.

r ¶*Sed sciendum.*] Ponit distinctionem suam de matrimonio initiato: & eam probat per cap. quæ sane intellecta aliud sonant.

s ¶*Vm initiatur.*] quo ad significationem, nam quo ad essentiam statim plenum est & perfectum: quia simplex est, sicut & omne sacramentum. Ioan. [c]

c De hoc ét leg. & no. s. ea. cum initiatur.

a De hoc 35. qu. 3. §. hac auctoritate. in prin.

g ¶*Cognouerunt.*] supra ead. qui dormierit.

h ¶*Apparet.*] allegando dixit.

Source : BIU Cujas

a Q*Vapropter perficiuntur.*] non quo ad sui essentiam:sed quo ad significationem.non tamen sequitur quòd ante nõ fuerit perfectum:quia perfectum amplius potest perfici. arg.11.q.3.anteceſſor. " Perficitur autem matrimonium per coitum quo ad sui significationem:quia tunc vtramque habet significationem: scilicet coniunctionem animæ fidelis ad Deum,&Christi ad ecclesiam.extr. de biga. ca.debitum. Sed quare separatur matrimonium causa religionis post coniunctionem animæ fidelis ad Deum,&non post coniunctionem Christi ad ecclesiam? Ratio est, quia anima separatur à Deo per peccatum : vnde non est mirum quòd post talem cõiunctionem matrimonium separatur. sed illa cõiunctio Christi ad ecclesiam designatur per vnionem, qua vnita est diuinitas carni humanæ in vtero virginali. vnde qa humana caro nũquam à deitate separata est,ideo post talem cõiunctionem matrimonium numquam dissoluitur.Vel potest dici quòd facius est quòd vna anima separetur à Deo, quam tota ecclesia. immo impossibile est quòd tota ecclesia separetur à Deo : quia ecclesia non potest nulla esse, 24.q.1.pudenda. & 21.distin. c. Ioan.

"Matrimoniũ per qd perficitur.

1 Sent.4. dist.30.

Oseæ 4.

2 Iuo par.8. c.101.Pann. l.6.c.17.

¶Coniũctorum commistio matrimonium perficit. C. XXXVI.

1 IN omni matrimonio coniunctio intelligitur spiritualis, quam confirmat, & perficit coniunctorum commistio corporalis.

Item Hieronymus super Abdiam Prophetam.

¶Matrimonium sponsali conuentione initiatur, commistione perficitur. C. XXXVII.

Q Vapropter in filiabus vestris fornicabũtur,& sponsæ vestræ adulteræ erunt.] Notandum est,quòd in filiabus dicit fornicationem futuram,& in coniugibus adulteria : quæ sponsali conuentione initiantur, & commistione corporũ perficiuntur a.

Item Ambrosius ad Paternum,epist.66.

¶Cum desponsata fuerit tradita,&in vsum deducta,recte coniunx appellatur. C. XXXVIII.

2 SI quis desponsata sibi,& tradita b vtatur, rite A coniugium vocatur.

A ¶Rite.] *Apud beatum Ambrosium legitur,* vtatur,coniugium vocat, *Sicut etiam apud Iuonem.Et quæ antecedunt,ac sequuntur,ostendunt aliam fuisse ipsius mentem, atque Gratianus putauerit,& auctor Pannormiæ.*

Quare autem post nuptialia pacta non statim tradantur sponsæ, Augustinus in lib.8. confessionum,c.3.ostendit,dicens.

¶Quare sponsæ post pactum non statim tradantur. C. XXXIX.

3 INstitutum est, vt iam pactæ sponsæ non statim c tradantur,ne vilem d habeat maritus datam,quam non suspirauerit sponsus dilatum.

Iuxta hanc distinctionem c intelligenda est illa auctoritas Augustini, [4 *Non dubium est illam mulierem non pertinere f ad matrimonium , cum qua docetur non fuisse commistio sexus.*] 5 *Ad matrimonium perfectum, subintelligendum est, tale videlicet, quod habeat in se Christi & Ecclesiæ sacramentum. Ita & illud Leonis Papæ intelligendum est.* ¶ *Sed obiicitur illud Augustini,* [6 *Inter Mariam & Ioseph fuit perfectum coniugium.*] *Sed perfectum intelligitur non ex officio, sed ex iis, quæ comitãtur † officium coniugij, ex fide videlicet, prole, & sacramento. Quæ omnia inter Christi parentes fuisse, auctoritate Augustini probantur. Cuncta ergo, quæ de non separando coniugio inducta sunt, de perfecto intelliguntur, quod sponsali conuentione est initiatum, & officio corporalis commistionis est consummatum. Illa vero, quibus separabile coniugium ostenditur, de initiato intelliguntur, quod nondum officio sui perfectum est.* ¶ *Potest & aliter distingui. Sponsæ appellantur coniuges consuetudine scripturæ spe futurorum, non effectu h præsentium.* 7 *Vnde Ambrosius cum dixisset,* [*cum initiatur coniugium*] *nõ addidit tunc res, vel effectus. sed* [*tunc nomen coniugij ascisitur*] *ostendens tales coniugij nomen habere, non rem, vel effectum. Item Augustinus cum de parentibus* i s *Domini loqueretur, ait* [*coniuges fuerunt mente, non carne, sicut & parentes* k.] *Ex quo datur intelligi, quòd sicut Ioseph pater Domini dictus est non effectu genituræ sed officio, & cura prouidendi, sic & coniunx matris eius appellatur non coniugij effectu, sed subministratione necessariorum, et indiuiduæ † mẽtis affectu. Hinc Augustinus ait,* [*9 Noli timere accipere Mariam coniugẽ tuam*] *coniugẽ nominauit quia futura l erat vxor.*] *Hinc & Beda super Leuiticum,* [*si quis sponsam alterius violauerit,&c.*] *sponsam vxorem dixit, non quæ tunc erat, sed quæ futura erat vxor.*] *Hinc etiam Hieronymus super Matthæum in Euangelio,* [*Cum esset desponsata.*]

¶Consuetudine scripturæ,sponsæ coniuges,& sponsi viri appellantur. C. XL.

G Enuit Ioseph m virum Mariæ.]¶Cum virum audieris, suspicio tibi non subeat nuptiarum n:sed recordare consuetudinis scripturarum,quòd sponsi,viri,& sponsæ, vocentur vxores. & *infra.*¶Non ab alio inuenta est,nisi à Ioseph:qui pene licentia maritali futuræ vxoris omnia nouerat. & *infra.* ¶ [Ioseph filij Dauid, &c.] iam & supra diximus sponsas vxores appellari : quod plenius liber aduersus Heluidium o docet.

Item super Genesim. 10

¶De eodem. C. XLI.

E Gressus itaque Loth,locutus est ad generos suos , qui accepturi erant filias suas.] In sequentibus filię Loth virgines esse dicuntur. Et ipse ad Sodomitas

3 sent.4 dist. 27. Iuo p.8. c.33. Pan.l.6 c.10.

4 s̃.ead.non dubium.

5 s̃.e.cum societas.

aVide quod leg.& no.s̃. e.coniuges.

6 s̃.e.Beata Maria.

†*al.comitantur coniugium*

" Fructus diu expectatus gratissimus est.

7 s̃.ead.

" Ioseph fuit pater putatiuus pater Domini dictus est.

8 s̃.e.cõiũx.

†*al. indiuiduo*

9 s̃.e.cõiũx. Matth.1.

10 Beda in quæstionib. in Genes.ex Hier. Gen.19.

b SI *quis.*] ¶*Tradita.*] ergo si non sit tradita sibi, & traducta , & ea vtatur, vim facit, vt C.de ra. virg.l.vna. sed lex illa non tenet, vt s̃.e.lex. extra de rap.cum causam.Ioan.

c IN*stitutum.*]¶*Non statim.*] quia nisi intra duos menses, a ext.de conuer.coniu. ex publico. similiter fideiussor non debet statim venire cum sacco paratus.ff.de solu. quod dicimus.50.dist. quamuis.

d ¶ *Ne vilem.*] " nam gratior est fructus, quem spes ,productior edit.Et no.quòd propter cauendam vtilitatem multa omittuntur.16.q.1.præcipimus.ff. de off.præsi.obseruandum.45.dist.de Iudæis.50.dist.§.potest.

IVXTA.Casvs.Iste §.diuiditur in tres partes.In prima approbat distinctionem positam s̃.ead.in §.apparet. de matrimonio initiato & perfecto,secundum quam, vt dicit Grat.intelligitur auctoritas.Aug.s̃.e.non est dubium.& c.Leonis.& c.cum societas.In secunda parte obiicitur,quia dicit Augustinus.quòd inter Mariam & Ioseph fuit perfectum matrimonium : & tamen carnalis copula non interuenit.Sed soluit Gratian.dicens quòd perfectum intelligitur, non ex officio carnis,sed ex his bonis quæ officium coniugij comitantur.In tertia parte dat solutionem aliam,dicens quòd sponsa dicitur vxor spe futurorum,& non re præsentium:secus in carnaliter cognita. Quod probat quattuor auctoritatibus, scilicet vna Ambrosij:duabus Aug.& vna Bedæ. Secunda pars incipit ibi,*Sed obiicitur.* Tertia ibi, *Potest & aliter. Non effectu præsentium,* id est, non

f ¶ *Non pertinere.*] ex his verbis Gratian.bonus intellectus haberi potest:sed quòd ipse malum habuit,patet ex illo loco:Cũcta ergo.

g ¶ *Sponsæ.*] Nec hæc solutio multum valet: quia eadem ratione dici potest quòd committat adulterium spe futurorum, non re præsentium, qui cum sponsa alicuius fornicatur : quod ridiculum est dicere.

h ¶ *Effectu.*] id est, propter fidele coniugium, vt s̃.ea.coniunx.

i ¶*De parentibus.*]"Ioseph enim putatiuus pater Domini dictus est.

k¶*Sicut & parentes.*] quo ad Ioseph. Nam Maria carne fuit eius parens. vnde expone, parentes , id est, parens, plurale pro singulari. 2.quæstio.1.in primis.

l ¶ *Quia futura.*] ex hoc loco habuit tam Gandulphus quàm Gratianus b causam sui erroris , dicentes " verũ coniugiũ non fuisse inter Mariam & Ioseph : quod tamen falsum est,vt supra ead. coniunx. Et est hic argu. aliquem sumere appellationem ab eo quod futurum erit, vt 23. q.1. paratus.

m¶*Genuit.*]In prima parte commentatur Hieronym. super illa auctoritate , Genuit Ioseph. In secunda commentatur super illa , Inuenta est, &c. In tertia commentatur super illa , Ioseph fili Dauid,&c.

m ¶ *Genuit Ioseph.*]

G *Enuit Ioseph.*] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponũtur verba Euangelistę.In secũda ponuntur verba Hieronymi dicentis , Cum audieris quòd Ioseph fuerit vir Mariæ, non suspiceris quòd eam cognouerit : sed scias quod secundum consuetudinem scripturarum sponsus de præsenti ante carnalem copulam vir appellatur, & sponsa vxor. Secunda pars incipit ibi,*Cum virum.*

"Mariavnicum genuit

cSic dictus, qa ante eũ nullꝰ est natus ex ea,& dr vnigenitus, qa post eũ nullꝰ ex ea natus est scdm Hug. de hoc leg. &no.ext.de ver.sign.Ioseph.Arc.

n ¶*Nuptiarum.*]id est,carnalis commistionis:quia carnalem copulam eius non cognouit.

o ¶ *Heluidium.*] hæreticum:qui dicebat beatam Virginem alios filios genuisse , eo quòd Euangelium dicit : " Peperit c filium suum primogenitum.& Ioseph de alia muliercula plures filios habuisse: vt sic Christi parentes infamaret.

E *Gressus itaque.*] Casvs. Hoc cap.diuiditur in duas partes.In prima ponuntur verba Genesis. In secunda verba Hieronymi probantis quòd nomine generi etiam spõsus filiæ intelligitur:quia filiæ Loth nondum viros cognouerunt,& tamen sponsi earum generi appellantur:licet quidam aliter opinentur,dicentes quòd quę viros habuerunt , perierunt in Sodomis : virgines autem exierunt cum patre. Secunda pars incipit ibi, *In sequentibus. Nunc,* id.super loco Genesis,Egressus est,&c.

verba sunt Euangelistæ.

Source : BIU Cujas

a ¶*Ecce.*]Supra 14.dist.c.1.
b ¶ *Ad sponsos.*] tamen appellatione generi sponsus continetur,vt 40.3.§.item lege Iulia.ver.item ne liberto.

PRius quam.] Casvs. Hoc c.diuiditur in 4.partes.In prima parte ponuntur verba Euangelij. In secunda, ostendit Ioannes quòd Maria spõsa iuxta morem antiquum habitauit cum spõso suo, sicut econuerso generi Loth apud suas sponsas habitauerũt. In 3. parte ostendit ꝙ nomine cõiugis,spõsa intelligitur. In 4. parte dicit, ꝙ cum Ioseph vellet Mariã suspectã dimittere: angelus eum reconciliauit sibi, non ad carnale commercium, sed ad communis habitaculi consortium. Secunda pars incip.ibi, *Non dixit.* Tertia ibi, *Noli timere.* Quarta ibi,*Sicut enim.* Seq.c. patet.*Vxoris,*s.cognitæ.*Illi,*scilicet discipulo Ioanni.

"Prius qñq; non notat ordinem.

c ¶*Priusquam.*] " hic prius non notat ordinem.arg.extr.de ver. si.quod dicitur.ar.19. q.vlt. §.nunc autem.

1 Concord. text.ĩ l.lege Iul.& ibi gl. & docto. ff. de test.

Vnde non sequitur,ꝙ postea conuenerunt. Et etiam cõcor. huic arg.lex.nam lex dicit ꝙ si seruus non fuerit euictus priusquã moreretur, vel mortuus esset, nec inde sequitur quòd post euincatur: quia hoc esset impossibile.ff.de euiction.si seruus.

d ¶*Seruabat.*]non tamen vbicũque immo alicubi contrarium obtinebat, prout statim subditur de generis Loth.

Gen.19.

e ¶*Haberentur.*] ff.de rit.nup.mulierem.vñ nisi post puberes annos spõsa inueniatur in domo sponsi, non præsumitur vxor, vt ff.de rit.nup.l.4.Item licet post puberes annos spõsa inueniatur in domo sponsi:tamẽ, nisi constet de sponsalibus, hoc ipso ꝙ secum reperitur, non præsumitur matrimonium,vt ff.de sponsa. quæsitum.& extra de rest.spol.ex parte.

Matth.1.

2 Copiosius in homilia.

f ¶*Sic etiam Maria.*]Similitudo est per contrarium:vel in eo ꝙ& isti & illi cohabitabãt sponsis sine carnali commistione.

g ¶ *Sed dimittere.*] id est,ad eam non accedere.

h ¶*Retinere.*] ergo & accipere est retinere.

dixit[Ecce a duæ filiæ meæ,quæ non cognouerunt virum,] Nunc autem dicitur habuisse generos. Quidam arbitrantur eas, quæ viros habuerunt , in Sodomis periisse : & quæ virgines erant cum patre exiisse.Sed hebraica veritas habet,[Egressus Loth locutus est ad sponsos A b , qui accepturi erant filias eius.] Nec dum igitur virgines filię matrimonio fuerant copulatæ.

¶*In hoc cap.Gratianus retulit verba gl.ordinariæ in c.19.Gen.ex Hieronymo.*

A ¶ Sponsos.] *Sequebantur hæc,*[uos,quod quidem magis verum esse videtur ex hoc quod sequitur, qui accepturi, &c. *quæ sunt expuncta, quia neque apud B.Hieronymum, neque in glossa ordinaria habentur.Ex iisdem vero addita sunt à vers.*Necdum. *vsque in finem , quoniam inde colligitur id , quod vult Gratianus.*

Vnde datur intelligi,quòd scriptura sponsos generos vocat [1]*.Item Ioannes os aureum homilia 4.ad c. 1.Matth.*

¶Maria coniunx dicitur more scripturæ, cum simpliciter sponsa esset.
C. XLII.

PRiusquam c conuenirent.] ¶ Non dixit , prius quàm in sponsi adduceretur domum.Hũc quippe morem seruabat d antiquitas , vt sponsæ in sponsorum domibus haberentur e. Quod nunc quoque fieri interdum videmus. Vt enim generi Loth apud socerum leguntur habitasse cum sponsus nondum sibi copulatis lege coniugij , sic habitabat etiam Maria f cum sponso. *& infra.* ¶Neque enim eam voluit de domo expellere , sed dimittere g.*& infra.* ¶Noli timere accipere Mariam coniugem tuam.] [2] Quo sermone sponsam similiter indicauit:sicut etiam eos, qui adhuc sponsi sunt,generos appellare scriptura cõsueuit.Quid enim est [accipere?] domi profecto retinere h. Iam enim illam mente dimiserat i .*& infra.* ¶ Sicut enim postea illam commendauit Christus ipse discipulo:sic & nunc Angelus copulat k sponso,non in fœdus solenne coniugij,sed in consortium communis habitaculi.

"Ioseph tpe Passionis vi uebat , & à Virgine separatus fuerat.

a sc.in historia Euãgel. vbi tractat ð nuptiis factis in Cana Galilææ.

i ¶*Dimiserat.*]quia suspicatus de ea fuerat adulterium.2.q.1.si pecauerit.

k ¶*Copulat.*] id est,reconciliat,nõ desponsat.sed quod dicit,copulat,iam mente dimiserat eam, & quasi separati erant quo ad mentem:Ioseph tamen prius ei fuit coniunctus per consensum matrimonialem,& consensit in carnalem copulam.ẽ.ead.§.1.

l *Si enim.*]¶*Vxoris.*]Arg." quòd viuente Ioseph separata est vir go ab eo.arg.ẽ.ead.§.ecce. & hoc contra Petrum manducatorem,qui dixit a quòd Ioseph mortuus erat tempore Dominicæ passionis. Hic enim exprimitur causa quare Dominus separauit eam à Ioseph.

INuenta est.] Casvs. Hoc cap.diuiditur in duas partes.In prima ponuntur verba Euangelistæ.In secunda verba Origenis dicentis quòd Maria fuit tantum sponsa de præsenti : sed ideo fuit apellata vxor,vt eius virginitas lateret diabolo:&ne parturiens non ex marito lapidaretur.Secunda pars incipit ibi, *A beato.Tibi vxor,* carnaliter cognita.*secundum consuetudinem.* scilicet,carnalem.

Idem homil. 5.ad idem,c. 1.Matth.

¶Dominus non commendasset matrem discipulo, si eam Ioseph cognouisset. C. XLIII.

SI enim cognouisset eam,& loco habuisset vxoris l ,quomodo illam Dominus quasi absque solatio,& nihil penitus habẽtem, discipulo commendassetꝫ iubens illi,vt eam reciperet in suam?

Item Origenes in eodem,homil 1.Euangel.

¶Maria vxor Ioseph appellatur,quia sic ab eo putabatur futura.
C. XLIIII.

[3] INuenta est habens in vtero.] A beato Ioseph,qui licet eam non contingeret : futuræ tamen, vt putabatur,vxoris omnia nouerat.*& infra.* ¶ Si tibi vxor nominatur , si desponsata A tibi esse dicitur : non tamen tibi vxor est, sed Dei vnigeniti electa mater est. *& infra.* ¶Dico coniugẽm propterea, vt diabolo virginitatẽ eius occultem,& vt Iudæorum prauitatem excludam , atque deiiciam , & vt legis n instituta non destruam.In consequentibus demonstrabo, quòd nec ista tua coniunx,secundum consuetudinem coniugij habeatur, nec iste qui generatus, tuus filius esset credatur.

A ¶ Desponsata.] *Sic est emendatum ex ipsa homilia. Antea legebatur,* & si in desponsatione vxor tibi esse dicitur. *Alia etiam nonnulla emendata & addita.*

Item Gregorius in expositione Euangelij,homil.26.

¶ Ad nuptias Mariæ Ioseph non peruenit. C. XLV.

SIc quippe discipulum Dominus post resurrectionem suam dubitare permisit , nec tamen in dubitatione deseruit , sicut ante natiuitatẽ suam habere Mariam spõsum voluit,qui tamen ad eius nuptias non peruenit.Nam ita factus est discipulus dubitans , & palpans testis verę resurrectionis, sicut sponsus matris fuerat custos integerrimæ virginitatis.

*Ex his*o *omnibus auctoritatibus apparet, sponsas cõiuges appellari spe futurorum,non re præsentium. Quomodo ergo coniuges à primæ fide desponsationis appellantur:si ista, quæ asseritur sponsa, coniunx esse negatur?*

m ¶ *Dico coniugem.*] in persona angeli quasi loquitur hoc Origenes.

n ¶*Vt legis.*]" quia secundum legem quæ iam sponsa erat lapidabatur ob fornicationem.34.q.2.non satis. sed quæ nondum erat spõsa alicuius,& fornicabatur non puniebatur morte, nisi postea copularetur alicui tãquam virgo: & ita lapidaretur beata virgo. quia cũ iam sponsum haberet,grauida apparebat:& ita cõstabat vel ante vel post desponsationem eam fornicatam præsumptiue:& ideo fuit despõsata.Sed secundum legẽ Romanam secus est. nam si quæ fuerit fornicata ante quam sit sponsa, non potest accusari de adulterio.si vero postquam fuerit sponsa, potest.ff.de adul.si vxor.§.si quis vero. Tamen dicunt quidam, quòd etiam simplex fornicatio morte puniebatur in Aaronitis. 56.dist.Dominus. quia maior munditia exigebatur in eis : qa de eis auctor mũdi,i. Christus erat nascitu rus. " Et no.ꝙ hic occultatur aliquid propter malitiã eius cui fit occultatio. quandoque occultatur alí quid propter rei excellẽtiã. 43.di.in mandatis. quandoq; ideo quia auditores capaces non sunt.8.q.1.oportet. & ibi, Multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo.

" Spõsa fornicata an erat olim lapidanda.

Ioan.19.

" occultare licet ex cã.

Ioan.20.

Sic quippe.]Casvs. Gregor. facit hic quãdam collationem inter Ioseph & Thomam Apostolum. vtrumque enim permisit Deus dubitare, alterum de virginitate Mariæ, & alterum de Christi resurrectione. tamen neutrum in dubitatione perfistere permisit : & vtroq; vsus est pro teste tam resurrectionis quàm virginitatis Mariæ. *Ad nuptias,*id est,ad carnalem cognitionem.

3 Copiosius in homilia.

EX HIS OMNIBVS. Casvs. Concludit Grat.ex præmissis, quòd nuncupatur sponsa & coniunx non re præsentium,sed spe futurorum : & suam conclusionem tribus similitudinibus approbat, respondendo quibusdam cap. superius allegatis. Prima similitudo incipit ibi, *Sed à prima.* Secunda ibi, *Sed talis.* Tertia ibi, *Sic qui merito.* Et dicit H.quòd Grat.fere per totam hanc quæstionem male dicit : & per vnum falsum vult probare aliud falsum. Tu autem dicas quòd matrimonium est cum sponsa de præsenti : sed non consummatum.

o ¶ *Ex his.*] fere per totum istum §. male dicit Gratianus:imo per totam hanc quæstionem. Ioan.

a ¶*Sicut*

Source : BIU Cujas

[c] Peccata adulti an dimittantur p fidem ante baptismum

a ¶ *Sicut.*] Hic per vnum falsum vult aliud probare. [c] nam quòd adulto non dimittantur peccata per fidem ante baptismum, nemo catholicus dicit. hoc etiam Aug. expresse negat. de consec. dist. 4. non dubito. & c. baptismi. verum est quòd non dimittuntur omnino ante baptismum quo ad omnem pœnam: quia non quo ad temporalem: quod fit per baptismum. de consec. dist. 4. fine pœnitentia. nisi summa esset contritio. vt in latrone. de consec. dis. 4. capitu. baptismi vicem.

b ¶ *Syricius.*] 3. e. q. de coniugali. & ita soluit quod non obiecerat: & sic est rota præcurrens.

[1] s. e. matrimonium.

[2] s. ea. cum initiatur.

c ¶ *A beatitudine.*] habuit quidem beatitudinem, sed non permanentem vel confirmatam, vnde dicitur non habuisse charitatem in cælo. 16. q. 2. visis. de pœ. dist. 2. principium. 19. dist. propter notius.

d ¶ *Sacerdotem.*] sed hoc non nisi post confirmationem, vt extr. de accusa. super his. Ioan.

[3] j. e. coniugali.

e ¶ *Acceperat.*] amittit ergo quis quod nõ habet, vt C. de adm. tuto. pupillorum. [a] arg. contra. ff. de reg. iur. non videtur. non videtur re excluſus q̃ rem non habuit.

[a] Ad idẽ 23. di. quorũdã. in fi. vbi de hoc. & 5. q. 6 c. quia iusta. vbi de hoc. †al. &

SED CONCEDATVR. Casvs. Nunc reuertitur Gratianus ad principalem quæstionem. Sed ca. planum est, & intelligitur cũ sequenti de sponsa de præsenti.

f ¶ *Quæritur vtrum.*] huius quæstionis nulla est vis, determinatur enim per id quod est ext. de spons. duo. duobus modis. & c. licet præter solitum. [e] Sed in hoc differũt doctores, an sponsa de futuro cogatur sta re cum sponso suo: quod videtur, vt extr. de spons. ex litteris. & de conuers. coniuga. sane. Item quia pro quolibet mortali peccato possumus cogi ad pœnitentiam. 22. q. 1. ca. vlt. [b] Sed contra extra de spons. requisiuit. & s. ea. q. 1. de viduis. Dicunt quidam, quòd cogi debeat à principio: si tamen perseuerauerit cõtumax non est amplius cogenda. Tu dicas semper esse cogẽdam, nisi euidentissima subsit causa. [e] Sunt tamen casus 7. in quibus sponsa de futuro licite potest recedere à sponso vnus si alter vult intrare religionem. & illud etiam tenet in sponsa de præsenti, ext. de conuer. coniuga. ex publico. Secundus casus, si alter recedit ad remotam regionem, nec potest inueniri. extr. de sponsa. de illis. Tertius casus, si alter incurrit lepram, vel aliquam deformitatem corporis. extr. de coniug. leprosi. litteras. ext. de iureiu. quemadmodum. Quartus si superuenit affinitas, vel si fornicetur spontanee vel coactus. ext. de iureiur. quemadmodum. s. e. quidam desponsauit. Quintus, secũdum quosdam est si mutuo se absoluerint. ext. de spon. præterea. Sextus, si contraxit cum alio per verba de præsenti. extr. de spon. duorum. capit. 1. & 2. sed in hoc casu est peccatum. Septimus, si id quòd minor fecit, non vult seruare in adulta ætate, vt ext. de desponsa. impuber. de illis. Hi casus & aliqui alij possunt his versibus haberi:

Lepra superueniens, furor, ordo, sanguis, & absens,
Læsaque virginitas, membri damnum, minor ætas,
Achæresis lapsus, fideique remissio: prorsus.
Sponsos dissociant, & vota futura ratractant.

[e] Sponsalia soluuntur multis cãis.

Sed à prima fide desponsationis coniunx dicitur appellari, non quòd in ipsa desponsatione fiat coniunx, sed quia ex fide quam ex desponsatione sibi inuicem debent, postea efficiuntur coniuges: sicut [a] per fidem dicuntur remitti peccata, non quòd ante baptismum per fidem remittantur, sed quia fides est causa, quare in baptismo à peccatis emundamur. ¶ *Illud autem Ioannis Chrysostomi.* [1] *Matrimonium non facit coitus, sed voluntas.*] ¶ *Item illud Ambrosij* [2] *Non defloratio virginitatis, sed pactio coniugalis matrimonium facit*] *ita intelligendum est: coitus sine voluntate contrahendi matrimonium, & defloratio virginitatis sine pactione coniugali non facit matrimonium, sed præcedens voluntas contrahendi matrimonium: & coniugalis pactio facit, vt mulier in defloratione suæ virginitatis, vel in coitu dicatur nubere viro, vel nuptias celebrare.*

¶ [3] *Item Syricius* [b] *Papa discessionem sponsæ à sponso vocat coniugalem separationem.* ¶ *Sed talis discessio dicitur violatio coniugij non iam existentis, sed futuri, vt ex ipsa dispensatione sperabatur. Sic & diabolus dicitur cecidisse à beatitudine* [c] *non solum, quam tunc habebat, sed etiam, ad quam habendam creatus erat.* ¶ *Sic qui merito suæ vitæ, vel † scientiæ in sacerdotem* [d] *, vel episcopum eligitur, si interim electionem suam cassari meruerit, dicitur amittere sacerdotalem, vel episcopalem vnctionem, non quam iam acceperat* [e] *, sed ad quam accipienda electus erat. Non ergo illa auctoritate sponsa coniunx potest probari. Sed concedatur quòd sponsa non sit coniunx: tamen quæritur, vtrum* [f] *liceat ei renuntiare priori conditioni.*

Hoc autem prohibetur auctoritate Ancyrani concilij, ca. 11. in quo statutum sic legitur.

¶ Puellæ, desponsatæ prioribus reddendæ sunt, si eis raptæ fuerint. C. XLVI.

[4] DEsponsatas puellas, & post ab aliis raptas placuit erui [g], & eis reddi, quibus ante fuerant desponsatæ [h], etiam si eis à raptoribus vis illata constiterit.

Item Ioannes octauus [A] *Rostanno archiepiscopo.*

[A] ¶ Octauus.] *Sic est restitutum ex pleriſque vetustis, & Iuone. In vulgatis erat.* Chrysostomus.

¶ Communione priuetur sponsa, nisi raptorem deferere, & ad sponsum suum redire voluerit. C. XLVII.

[5] ATho præsentium lator, dũ in nostro seruitio fideliter excubaret, quemdam virum feminam sibi desponsatam conqueritur rapuisse. Et ideo fraternitas tua nostra auctoritate suffulta suffraganeos suos episcopos præsentialiter conuocet: & sic vnanimi sententia, si sponsam huic raptor non reddiderit, tam idem, quàm rapta, si ad pristinum sponsum remeare [i] noluerint, omni communione priuentur.

4 *Sed aliud est priori conditioni renuntiare, & de nuptiis cum alio agere: aliud est rapi, hoc est, illicite constuprari.*

Vnde Isidorus Etymolog. libro 5. ca. 26. ait.

¶ Quid sit raptus. C. XLVIII.

[6] RAptus [k] est illicitus coitus, à corrumpendo dictus: vnde qui rapta potitur, stupro fruitur.

7 *Hæc autem non ab alio rapta, sed alij desponsata monstratur. Raptam vero talem dici prohibet Gelasius Papa dicens.* [8]

¶ Ibi raptus admittitur, vbi puella abducitur, de cuius ante nuptiis nihil actum probatur. C. XLIX.

[9] LEx illa [l] præteritorum principum ibi raptum dixit esse commissum, vbi puella, de cuius ante nuptiis nihil actum fuerit, vi deatur abducta.

5 *Quod autem in fine capituli subiungitur* [*etiam si eis à raptoribus vis illata constiterit* [m] *:*] *ideo additum est quia raptarum aliæ se rapiendas exponunt, aliæ violenter abducuntur. Quolibet ergo modo rapiantur, priori reddendæ sunt. Hæc autem* [n] *, vt supradictum est, non inter raptas, sed inter alias desponsatas connumeratur: & ideo non est huic auferenda, & priori reddenda. Sequuntur aliæ auctoritates, quibus ista prohibetur nubere secundo, & iubetur redire ad priora vota.*

Ait enim Syricius Papa Hymerio episcopo Tarraconensi, epist. 1. c. 4.

¶ Puellam alij desponsatam alter accipere non valet. C. L.

[10] DE coniugali violatione requisiti, si puellã alteri desponsatam alter in matrimonium possit accipere. Tale ergo connubium anathematizamus, & mo-

[g] DEsponsatas.] ¶ *Erui.*] idest, auferri à raptore.

[h] ¶ *Desponsatæ.*] infra 34. quæstio. secunda. non satis. contra vbi præcipitur non reddi priori viro: sed ibi consentit raptori. & hic loquitur de spons. de præsenti. Itẽ contra C. de sponsa. l. prima. ibi dicitur, quòd vni desponsata potest alij nubere. sed illud est abrogatum.

A *Tho.*] Casvs. Quidam nomine Atho conqueſtus est Papæ mulierem sibi desponsatam raptam fuisse: quare Papa rescribit Rostanno archiepiscopo vt compellat raptorem eam sibi restituere: alioquin conuocatis suis suffraganeis excommunicet eum & ipsam raptam, si ad suum sponsum noluerit remeare. Quæ autem sequuntur, plana sunt vsque ad cap. de coniugali. in fin. capitul. scilicet desponsatas. hęc autem, de qua agitur in themate.

[i] ¶ *Remeare.*] si intelligas hoc de sponsa de præsenti, planum est: si de sponsa de futuro, dic vt in summa.

SED ALIVD. Hæc est quarta pars quæstio. in qua quæritur quid iuris sit de raptis: & quis dicatur raptor, vel rapta, vel raptus. Ioannes de Fant.

[k] *Raptus.*] Hoc cap. inducit G. vt probet illicitum esse coitum in rapta: vnde per consequẽs vult probare quòd debeat à secundo separari, si eam raperet, cum illicite ei adiungatur: ita tamen, quòd ille qui secundo rapuerit, non tractasset primo de sponsalibus. & ad hoc inducit cap. sequens.

[l] *Ex illa.*] Sed vbi sit lex illa, ignoro. forte in Codice Theodosiano potius contrarium inuenio, vt C. de rap. virg. l. 1. §. quibus. sed illud non tenetur, vt ext. de rapto. cum causam.

QVOD AVTEM. Hæc est quinta pars quæstio. in qua dicitur, quòd si per verba de præsenti fuerit sponsa, & rapta, omnibus modis viro reddenda est. Ioan. de Fant.

[m] ¶ *Consliterit.*] s. c. desponsatas.

[n] ¶ *Hæc autem.*] de qua agitur in themate.

DE coniugali.] Casvs. Aliqua fuit desponsata alij per verba de præsenti. quærebatur vtrum alter possit eam accipere in vxorem? Et respondetur quòd non: & sic contrahentes debent anathematizari. nam si quis violat benedictionem quam nupturæ sacerdos imponit, sacrilegium facit nupturæ, nõ quo ad matrimonium, sed quo ad copulam carnalem. Vel nupturæ, idest, carnaliter cognoscendæ.

[6] 36. q. 1. raptus. Iuo p. 8. c. 26. Pan. l. 6. c. 53.

[7] j. 36. q. 1. lex illa.

[8] in codice Theod lib. 9 tit. 24. đ rap. virg. velvid. le. 1.

[9] Pol. l. 6. ti. 4 Anſ. l. 10. c. 11. s. desponsatas.

[10] Pol. ibid. Anſ. l. 10. c. 9 Bur. l. 9. c. 31. Iuo part. 8. c. 169. Pann. l. 6. c. 18.

Source : BIU Cujas

SED AVCTORITATE. Casvs. Soluit G. & male, dicens quòd si sponsa velata sit & benedicta cum sponso, & in domum ducta, debet reddi priori: alioquin non. hoc autem facit G. respondendo quibusdam cap. contra hoc allegatis. Illud Gregor. 33. quæstio. 1. requisisti.

a ¶ *Ducta.*] hoc male soluit. nam huiusmodi solennitates nõ faciunt ad essentiã matrimonij. 30. qu. 5. nostrates.

b ¶ *Illud Gregorij.*] 33. q. 1. c. 1. &c.

Vobus.] Casvs. Casum huius Paleæ sic pone. Dicitur enim hic, quòd si quis desponsauerit aliquem fide pactionis, non debet aliam ducere. si tamen duxerit, maneat cum secũda: agat tamen pœnitentiam de fide mentita: Si autem contraxerit per fidem consensus, erit tantũ matrimonium cum prima: & hoc in prima parte. In secunda dicitur quòd fides pactionis est, quãdo aliquis promittit alicui mulieri & accipiet eam in vxorem. si permiserit rem secum habere. Fides cõsensus est cum inter se consentiunt per verba de præsenti. Secunda pars incipit ibi, *Est autem.*

1s. e. desponsatam.

2 j. 33. q. 1. requisisti.

a ¶*Desponsata.*] hoc est contra illos, qui dicunt, q̃ si aliquam fornicariam defloraui, & eam postmodum ducam in vxorem, non repelior à promotione quasi corruptam duxerim: arg.28.dist.quia sunt. 34 dist.curandum. 77.dist.quicumque.34.dis.præcipimus. Arg.contra.34.dist.Valentino. Sed certe & hoc casu in virginitate videtur ista desponsata, omnia enim quæ præcesserunt, legitimãtur per sequens matrimoniũ: ext.qui fil.sint le.tãta.

† *al.tradita sponso*

b ¶ *Per scripturam.*] ff. de pœ.di.1.quem pœnitet.cõtra.sed ibi p̃hibetur absens p̃ scripturam confiteri: vel q̃ pœnitentiam accipere debeat. hic autẽ permittitur mulieri simplici, dum tamen præsens sit, in scripto peccata offerre, vt 2. q.8.§.sed Calixtus.

1.Cor.6. c ¶ *Ponsus.*] ¶ *Pro reuerentia.*] Ergo non erit peccatum si aliter fiat.

d NVllum.] ¶ *Iuxta possibilitatem.*] id est, secundum facultatem, & viri nobilitatem, vt ff.de iur.do.quæro. ff.de reli.si quis sepulchrum.§.vltimo.

e ¶ *Dos.*] ex hoc dicũt quidam, quòd semper aliquid dandum est in dotem: & si nimia paupertas cogat, saltem dabis vnum denarium: quod nõ concedo. & hoc est consilium.

1 ẽ.dist.23.c. fi. Pol.ibid. Bur l.9 c.5. Iuo p 8. ca. 143 Pan.l.6. c.20.

SED QVAERITVR. Hæc est 2. pars quæstio. in qua quæritur, vt j̃.e.sequitur. secundum Io.de Fant.

FEminæ.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in 4. partes. In prima dicitur, quòd feminæ ideo velantur cũ maritantur, vt ostendatur quòd semper debent esse subditæ viris suis. In secũda parte dicitur, quòd ideo in vita insimul colligantur, ad ostendendum, quòd fidem conIugalem debent semper adinuicem obseruare. In tertia parte ostenditur quid candor & rubor in vita illa significent. In quarta quid annulus significet: & quare in quarto digito inseratur. Secunda pars ibi, *Item quòd nubentes.* Tertia ibi, *At vero.* Quarta ibi, *Item quòd in primis. Eodem pignore*, id est, signo. Sequens ca. patet.

2 Hĩ in cap. lib.6.c.131.

3 Bur.l.9.c.6 Iuo par.8.c. 144.Pan.l.6. c.6.

f ¶ *Subditas.*] j̃.33.q.5. cum caput. & c.mulierem.

4 Iuo par.8. c.7.& 8. Pan.l.7.c.8.

g ¶ *Annulus.*] " dicit H. quòd per traditionem annuli à sponso vel donationem arrharum præsumitur pro matrimonio: arg.ext.de præsum.illud. & hoc etiam videtur per orationes Greg. quæ dicuntur in benedictionibus, vbi dicit, Benedic Domine has arrhas. & argu.27.q.2.si quis vxorem. Alij[a] dicunt sponsalia tantum præsumi, nisi detur annulus à sacerdote. arg.ẽ.c. nostrates. vel nisi sit de consuetudine loci quòd annulus detur in matrimonio. & est si. quod dicit lex in arrha, quod non facit emptionem, sed est eius signum. insti.de empt.& ven.in prin.

† *al.subiectas*

" Annuli datio facit p̃sumi pro matrimonio.

a Vt R.& B.

virgo casta, & desponsata [a] in virginitate, & dotata legitime, & à parentibus tradita†, & à sponso, & à paranymphis accipienda: & ita secundum legem, & Euangelium publicis nuptiis in coniugium liquide sumenda, & omnibus diebus vitæ (nisi ex consensu, & causa vacandi Deo) nunquam propter hominem separanda, & si fornicata fuerit [A] dimittenda, sed illa viuente altera non ducenda: quia adulteri regnum Dei non possidebunt, & pœnitentia illius [B] per scripturam [b] recipienda.

¶ Burchardus etiam, Ivo, & Pannormia citant ex Leone. Sed fere idem in concilio Rhemensi Trosleiano, c.8. & lib.7.capitular.c.279. refertur ex B. Augustino. & j̃.36.q.2.c.tria. (quod citatur ex B. Hieronymo) in illis verbis. & reliqua, quæ sequuntur in prædictis, *videntur indicari quæ in hoc capite continentur.*

A ¶ Fuerit.] *In concilio Trosleiano, & capitularibus sequitur*, & vir eius voluerit.

B ¶ Illius.] *In iisdem legitur*, & pœnitentia illi recipienda.

Item ex concilio Carthaginensi 4 c. 13.

¶ Quomodo sponsus, & sponsa ad benedictionem accedant. C. V.

SPonsus & sponsa cum benedicendi sunt à sacerdote, à parentibus suis, vel à paranymphis offerantur [A], qui cum acceperint benedictionem, eadem nocte pro reuerentia [c] ipsius benedictionis in virginitate permaneant.

A ¶ Offerantur.] *Sequebatur*, in ecclesia sacerdoti. *quæ absunt à conciliorum editionibus, & codicibus manuscriptis, Burchardo, & Iuone, nec habentur* ẽ.*dist.23.c.fi. vbi hoc idem affertur.*

Item ex concilio Arelatensi.c.6. [2]

¶ Sine publicis nuptiis nullus ducat vxorem. C. VI.

3 NVllum sine dote fiat coniugium: iuxta possibilitatẽ [d] fiat dos [e]: nec sine publicis nuptiis quisquam nubere, vel vxorem ducere præsumat.

His omnibus auctoritatibus occultæ nuptiæ prohibentur: atque ideo cum contra auctoritatem fiunt nuptiæ, pro infectis haberi debent.

Sed quæritur, quid sibi velint illæ solennitates velaminis, & annuli, quæ in coniugiis obseruantur. De his ita scribit Isidorus 2.li. de officiis, c.19.

¶ Quare feminæ velantur, dum maritantur. C. VII.

4 FEminæ dum maritantur, ideo velantur, vt nouerint se semper maritis suis subditas† [f] esse, & humiles. ¶ Item, quòd nubentes post benedictionem vitta [A] inuicem, quasi vno vinculo copulantur, videlicet ideo fit, ne cõpagem coniugalis vnitatis dirumpant. ¶ At vero, quòd eadem vitta candido, purpureoque colore permiscetur, candor quippe ad munditiam vitæ, purpura ad sanguinis posteritatẽ adhibetur: vt hoc signo & continentiæ [B] lex tenenda ab vtrisque ad tempus admoneatur, & post hæc reddendũ debitum non negetur. ¶ Item, quòd in primis negotiis annulus [g] à spõso sponsæ datur, fit hoc nimirum vel propter mutuæ fidei signum, vel propter id magis, vt eodem pignore eorũ corda iungantur. Vnde & quarto digito annulus idem inseritur: quòd in eo vna quædã, vt fertur, sanguinis ad cor vsque perueniat.

A ¶ Vitta.] *In editione Isidori Colonienſi legitur*, vittę vno inuicem vinculo copulantur, videlicet, ne compagem, &c. *In Vaticano autem codice*, post benedictionem à Leuita vno inuicem, &c.

B ¶ Continentiæ lex:] *Sic emendatum est ex originali impresso, & manuscripto. Antea enim legebatur*, vt hoc signo & continentia, & lex continendi ab vtrisque ad tempus admoneantur.

Item Ambrosius in libro de Patriarchis. [5]

¶ Nuptiæ dicũtur ab obnubendo, eo quod caput suum obnubere soleant. C. VIII.

6 NEc illud otiosum, quòd cum veniret Rebecca, vidit Isaac ambulantem: & cum interrogasset, quis esset, cognito, quòd ipse esset, cui duceretur vxor [h], descendit, & caput suum obnubere cœpit: docens verecundiam nuptiis præire debere. Inde enim & nuptiæ dictæ, quòd pudoris gratia se puellæ obnuberent.

4 *Sed obiicitur præmissis. Multa sunt, quæ prohibentur, quæ si fiant, ex post facto conualescunt. Prohibentur vouentes matrimonia contrahere: quæ tamen si contraxerint, inuiolata permanere oportet. Sic & clandestina cõiugia contra leges quidem fiunt, tamen contracta dissolui non possunt: quia ex legitimo voto subsequente corroborantur. Vnde Euaristus cum dixisset* [7] *aliter præsumpta non sunt coniugia, sed adulteria*] *addidit* [*nisi voluntas propria suffragauerit, & vita succurrerint legitima.*]

Hinc etiam in nouellis [i] [8].

NEc illud.] hæc est tertia pars quæstio. in qua probat magister, quòd verecundiam debent prętendere mulieres cum nubũt. Ioan.de Fant.

h ¶ *Vxor.*] iam ergo erat vxor, & desponsata. arg.32.q.2.§.cum ergo.

"Et est argum. quòd matrimonium potest contrahi inter absentes, qui numquam se viderunt: quod verum est absentes cõ si fama vel aliquo alio modo se nouerũt: & in ignotos ex toto consentire non possumus: sed in eos qui non sunt penitus ignoti, possumus consentire, vt 64.distinct. cap.1.& 2. & distinct. 65.c.2.& 3. Quod inter absentes matrimonium contrahatur [b], est argum.extra qui cler.vel vouen.ve niens.ff.de ritu nupt. mulierem.ff.de spon. sufficit. & dicit lex, q̃ omnes cõtractus qui consensu contrahuntur, inter absentes celebrantur. ff. de contrahen.empt.l.1.§.est autem. dum tamen hoc agatur. non enim dico quòd solus consensus facit matrimonium, nisi hoc fit actũ inter consentientes, argu.27. q.2. sufficiat. & dicit lex, quòd inspiciendum sit quid agatur. ff.de act.& oblig. obligationum. Argum. contra extra de spon.duo.duobus. ibi corde & ore, & si non stringit, &c. Sed dic quòd ore dicuntur consentire, cum procuratores eorum nomine consentiunt. Sed quid dices si aliquis consensum suum exprimat alicui feminæ per litteras, & ante receptas ab illa iste pœniteat? Hu. dicit non esse matrimonium, licet illa consentiat: quia requiritur quòd duret voluntas prioris. Nã requiritur ibi mutuus consensus. secus tamẽ est in aliis mãdatis. nam licet reuocetur mandatum altero ignorãte, tamen contractus tenet, vt ff.mand. si mandassem. Argum. tamen est contra. ff. de diuor.si pœnituit. Item secus est in electione, vt ext.de elec. cum inter.

"Matrimonium inter absentes cõtrahi potest

b Hoc hĩ ex tra de conuers. coniu. ex parte.

5 lib.1.de Abraham,c.9

6 Isid.lib.de offi.2.c.19. Gen.24.

SED OBIICITVR. Hæc est 4.pars quæst. in qua probat, quòd clandestinũ matrimoniũ tenet si probari potest. nam sine vera probatione nullus debet condemnari. & hoc probat per vnam legem, & per 4. c.Io. de Fant.

7 ẽ.e.aliter.

CASVS. Supra dictum est in §. his omnibus. quòd clandestina coniugia pro infectis haberi debent. nunc allegat G. pro contraria parte, dicens quòd multa fieri non debent: facta tamen non rumpuntur, vt matrimonia simpliciter vouentium: sic etiam clandestina coniugia fieri non debent: facta tamen tenent. & ad hoc inducit legem seq.

8 Iul.antec. cõsti.74.c.4

i ¶ *In nouellis.*] in authent.quib.mod.nat.effic.legiti. §.penultimo. collat.6.

Si quis

Source : BIU Cujas

SI *quis diuinis.*] Casvs. Dicitur in hac l. quòd si quis iuramento interpositio promisit se habiturum de cetero aliquam in vxorem, matrimonialiter consentiendo in ipsam: legitima erit vxor, etsi nulla dos vel scriptura interueniat.

a ¶ *Habiturum.*] " Sed numquid per hæc verba futuri temporis, iuro q̃ habebo te pro legitima vxore: contrahitur matrimonium? non videtur, cum hæc verba hic posita futuri temporis sint, vt extr. de cõ. ap. ca. vlt. & extra de sponsa. de illis. lex tamen ista dicit quòd sic, & est verum: quia hoc verbum habebo, respectum habet ad

"Matrimoniũ an contrahã, si dicam, iuro q̃ te pro vxore habebo. 1.sent.4.dist. 28. Iuo p.8. c.44.& p.16 c.142.Pann. l.6.c.7.

b Et sic licet præsens tempus b. asit futuri tẽporis, tñ tra hitur ad p̃- sens, & iõ v; ext. de spõs. ex parte. q̃ babñ cũ hac l. cõcord. arg. ff. de ver. si. si qui stipulatus. ff. ad Tertul. filij. Io. de Fan.

præsens tempus b. aliud esset si diceretur, iuro, quòd ducam te in vxorem, &c. & q̃ illa verba ad præsens tempus referantur, probatur ext. de matrimo. contra. contra interdi. ec. ex litteris. Vel habiturum, id est habitam me retentu- rum. B.

HIS ITA RESPONDETVR.

Epist. 2.

Casvs. Respondet modo G. dicẽs quòd clandestina matrimonia non negantur esse matrimonia, nec iubentur dissolui, si probari possunt. sed

Epist. 1. c. 2.

ideo fieri prohibentur, quia mutata voluntate vnius eorum matrimonium probare non poterit, cum iudex incertam sen-

2. Cor. 4.

tentiam ferre non debeat: quod probat auctoritate Sixti. & ad hoc inducit sequentia cap. quorum proxim. patet. *Quousque*, id est, æternaliter: qa numquam iudicamus: & ponitur improprie.

"Testimonia cõiũcto rũ an faciãt fidẽ in causa matrimoniali.

b ¶ *Confessione.*] " ecce aperte dicit G. q̃ confessioni & sacramento coniunctorum occulte debeat credere ecclesia, cum aliter probari non potest eos contraxisse: quod intelligo cum confitentur pro matrimonio: tunc eorum confessioni stabitur, nisi præiudicetur primo vel secundo matrimonio, vt extra de eo qui cog. conslang. super eo. tunc enim non separatur secundum matrimonium ob hoc: licet videatur contra, extra de rapt. cum causam. nam ibi dicitur credendum esse confessioni mulieris, quæ erat in monasterio. Sed dicas q̃ illud, vel, ibi ponitur pro &, & secundum hoc idem est in matrimonio carnali & spirituali. arg. contra. extra de reg. & tran. ad relig. vidua. cur enim inferior erit lex diuina, vt 12. q. 2. cum deuotissimam. Vel dic aliud esse in matrimonio spirituali. Cum autem agitur ad matrimonium dissoluendum, non: quia dicunt nullum esse propter consanguinitatem, vel aliud impedimentum: non creditur eorum confessioni, etiam cum sacramento, nisi aliud adminiculum interuenerit. 35. q. 6. si duo. ĩ. 33. q. 1. requisisti. Si autem agitur ad separationem mutuæ seruitutis, crederetur tunc confessioni alterius. extra de diuor. ex litteris. vnde in

" Quæstio duplex circa matrimonium.

matrimonio non semper creditur aliquib. contra se. "Item pone q̃ stabam cõtra matrimonium & dicebam me habere aliam vxorem, non probaui me habere: numquid ista defuncta possum stacim contrahere? videtur quòd non: quia fui confessus contra me. Vel pone quòd dicebam aliquam esse vxorem meam: non probaui, numquid possum cum alia contrahere? videtur quòd non, eadem ratione: qa cuilibet creditur contra se. 14. q. 2. §. 1. Sed dic quòd possum. arg. ff. de ac. possess. naturaliter. §. vlt. extra de cau. poss. & prop. pastoralis. nam ibi habes quòd si egi rei ven. possum agere interdicto vti pos. licet sint contraria. nam per primum contendo non me possidere: per secundum dico me possidere. " bene enim potest quis agendo proponere contraria, vel excipiendo: & talis casus est expressus extra de desp. imp. attestationes. sed non asserendo, vt no. 13. q. 1. in fi. talibus tamen qui sic iurant, non debet dari licentia contrahendi. cum per sententiam separentur: sed suæ sunt conscientiæ relinquendi, vt extra de iureiur. mulieri.

"Contraria pñt ꝓponi agendo vel excipiendo.

c ¶ *Confessione.*] 33. q. 1. si quis. contra, sed ibi de carnali commissione: hic de sponsalibus agitur.

C. IX.

1 SI quis diuinis tactis scripturis iurauerit mulieri legitimam se eam vxorem habiturum a, vel si in oratorio tale sacramentum dederit: sit illa legitima vxor A, quamuis nulla dos, nulla scriptura alia interposita sit.

A ¶ Vxor.] *Apud Iulianum antecessorem, ex quo videtur sumptum hoc capitulum, sequitur*, si tamen ei coniuncta fuerit.

His ita respondetur. Coniugia, quæ clam contrahuntur, non negantur esse coniugia, nec iubentur dissolui, si vtriusque confessione b probari poterunt: verumtamen prohibentur, quia mutata voluntate alterius eorum, alterius confessione c fides iudici fieri non potest. Vnde publice, cum alterius vota in alteram partem se transtulerint, pro priori coniugio, quod iudici incertum est, sententia ferri non poterit. Incerta enim (vt Sixtus Papa scribit episcopis per Hispaniam constitutis) nemo Pontificum iudicare præsumat: & quamuis vera sint, tamen credẽda d non sunt, nisi, quæ certis indiciis comprobantur, nisi, quæ manifesto iudicio conuincuntur, nisi quę iudiciario ordine publicantur. Hinc etiam Victor Papa scribit Theophilo episcopo. [*Incerta charissime, nullatenus iudicemus, quousque e veniat Dominus, qui latẽtia producet in lucem, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Quamuis enim vera sint, nõ tamen credenda sunt, nisi quæ manifestis indiciis comprobantur, nisi quæ manifesto iudicio conuincuntur, nisi quæ iudiciario ordine publicantur.*]

Item Euaristus Papa, epist. 2. omnibus episcopis.

¶ Ante iustam probationem nullus est iudicandus, aut damnandus.

C. X.

2 NVllum f ante veram, iustamque probationem iudicare, aut damnare debemus, teste Apostolo, qui ait [Tu qui es, qui iudicas alienum seruum? domino suo stat, aut cadit.] Mala itaque audita nullum moueant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam vmquam credat: sed ante audita diligenter inquirat, ne præcipitando quidquam aliquis agat.

Item Eleutherius Papa, epistola ad Gal. liæ prouincias. 3

¶ Non sunt aliqua iudicanda prius, quàm certis demonstrentur indiciis. C. XI.

IVdicantem oportet cuncta g rimari, & ordinem h rerum plena i inquisitione discutere. interrogandi k, respondendi, obiiciendique præbita patientia ab eo, vt ibi actio ambarum partium illuminata A l sit pleniter: nec litigantibus iudex prius velit sua sententia obuiare, nisi quando ipsi iam peractis omnibus nihil habeant in quæstione, quod proponant: & tamdiu actio ventiletur, quousq; ad rei veritatem perueniatur. Frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermissum forte remaneat m, quod annecti conueniat.

A ¶ Illuminata.] *In locis indicatis legitur*, limitata. *in plerisque autem vetustis Gratiani exemplaribus*, luminata.

d ¶ *Credenda.*] arg. ex his auctoritatibus & sequentibus cap. " quòd iudex non secundum conscientiam, sed secundum allegata debet iudicare c. infra de consecrat. dist. 5. c. vlt. ĩ. 15. q. 5. presbyter. ĩ. 2. q. 5. Deus omnipotens. ĩ. 3. q. 7. iudicet. 11. q. 3. eorum. & c. quamuis. & c. graue. & c. summopere. arg. 11. q. 3. tunc vera. & c. plerumque. contra. argu. 24. q. 3. Deus quando. contra.

" iudex secũdũ allegata iudicet.

c Adde ad hãc q. not. ĩ l. illicitas. §. veritas. ff. đ of. p̃to. Spe. tit. đ sen. pl. §. qualiter. ver. itẽ dẽt. 2 ĩ. 2. quæ. 1. Deus omnipotens. Ans. l. 3. c. 67 Rom. 14.

e ¶ *Quousque.*] id est, æternaliter, quasi dicat, numquam iudicamus. & ponitur improprie, sicut ibi, Donec ponam inimicos, &c. ibi, Sede à dextris meis donec ponam, id est, sede æternaliter.

Nullum ante.] Casvs. Dicitur hic, quod non debemus ferre sententiam ante veram & iustam probationem. quod probatur auctoritate Apostoli dicentis, Tu qui es, &c. Mala enim audita non debẽt aliquem mouere vt præcipitet sententiam suam. *Alienum*, id est, ab alio iudicandum.

3 Et in decr. Iulij c. 31. & in c. Hadriani, c. 26. & ĩ c. l. 5. c. 246. Pol. l. 5. tit. 1. Iuo p. 6. ca. 316. & 317. Pann. l. 4. c. 119. & 104.

f ¶ *Nullum.*] ĩ. 2. q. 1. Deus omnipotens. ĩ. dist. 86. si quid. ĩ. 11. q. 3. eorum. & c. in cunctis.

Vdicantem.] Casvs. Dicitur in hoc cap. quòd iudex debet omnia diligenter inquirere, & ordinem negotij plena inquisitione ab vtraque parte inquirere. & tunc debet ad sententiam venire, cum nihil fuerit prætermissum: *Actio*, id est, negotium. Sequentem autem §. per te videbis.

d Adde si testis sit crimi nosus, an teneatur respõdere interrogatus, gl. ĩ l. q iurat se. §. si pr̃. ff. de iureiur. Bar. l. si duo pr̃oni. ff. e.

g ¶ *Cuncta.*] videtur ergo, quòd à teste possit inquirere an talis sit vt possit testari, vt 2. q. 7. quærendum d. non tamen in omnibus erit ita curiosus,

" interrogationes, qb⁹ pñt fieri.

" iudex de quo potest supplere.

quia quędam licet sciamus, dissimulare debemus, vt ff. de noua. doli. in fi. & 22. q. 2. c. vtilem.

e p istã dec. ex parte. nõ probatur id ad qđ ꝓbandum induci tur p Ioã. nã ibi q. quoad partes determinata erat vbi đt carere dẽt robore firmitatis, &c. sed ibi Papa voluit gratiã facere illis sic receptis extra iudiciũ ex offõ. & ibi inducit rões q̃ ipsum mouẽt. qa talia facieda ñ sũt sine cã. arg. ff. đ trãsa. cũ hi. §. vlt. ext. de cõc. p̃b. cũ nostris. ext. đ ac. cũ dilecti. secũdùm Hug.

h ¶ *Et ordinem.*] & circunstantias omnes, extra de testib. cum causam. & est fi. C de iud. iudices. & in auth. iubemus. 2. q. 1. in primis. & 23. q. 8. occidit Phinees.

i ¶ *Plena.*] in petitorio, sed in possessorio sufficit summatim tangere negotium. ff. ad exhib. l. 3. §. sciendum. de re iud. à diuo. & extra vt lit. non contest. quoniam frequenter. in fi.

k ¶ *Interrogandi.*] hic vides quòd pars à parte, & iudex à partibus potest facere interrogationes: vt hic, & extra de do. & cont. prout. & ff. de interro. act. si fine. & extra de concess. præb. & eccl. non vac. post electionem. Similiter aduocati possunt interrogare, vt ff. de adult. si postulauerit. §. quæstioni. Causarum enim merita, partium assertione panduntur, vt extra de in integr. rest. tum ex litteris, C. si per vim, vel alio mod l. 2. sed in hoc differt interrogatio iudicis ab interrogatione partis: quia si partes adinuicem interrogant, oportet quòd pars interrogans prius ponat aliquid: ne calumniose videatur interrogare. sed aliud est cum iudex interrogat.

l ¶ *Illuminata sit pleniter.*] nam fructus diuinus est sæpius iustitiam recenseri. 35. q. 9. graue.

m ¶ *Remaneat.*] ergo etiam post apertas attestationes potest fieri interrogatio: q ria vbicumque æquitas mouet iudicem, potest interrogare, vt ff. de inter. act. vbicumque. Sed an omnia prætermissa possit iudex supplere, dubitari consueuit. " Certum est quòd defectum aduocatorum potest iudex supplere circa ius, vt C. vt quæ desunt aduo. l. vnica. & extra de postul. præl. bonæ memoriæ. vbi dicit, nos pro ipso curauimus allegare. sed videtur quòd etiam de facto possit supplere, vt extra de consue. cum dilectus. & de app. constitutis. in fi. ff. de pet. her. l. vlt. nam si aduersarius non est præsens, potest iudex supplere eius absentiam, vt C. de ap. l. vlt. C. de temp. ap. l. 2. §. vlt. & iudex contra naturam actionis potest ferre sententiam, vt ff. de redhib. act. bouem. §. aliquando. & extra de concess. præb. & eccl. non vac. ex parte e. Ad hoc dico f quòd iudex non potest supplere de facto, nisi aliquid in præsentia sui actum sit, vt q̃ aliquem citauerit, vel quòd instrumentum quoddam coram ipso

e p istã dec. ex parte. nõ probatur id ad qđ ꝓbandum induci tur p Ioã. nã ibi q. quoad partes determinata erat vbi đt carere dẽt robore firmitatis, &c. sed ibi Papa voluit gratiã facere illis sic receptis extra iudiciũ ex offõ. & ibi inducit rões q̃ ipsum mouẽt. qa talia facieda ñ sũt sine cã. arg. ff. đ trãsa. cũ hi. §. vlt. ext. de cõc. p̃b. cũ nostris. ext. đ ac. cũ dilecti. secũdùm Hug.

f Istã gl. tẽt Bar. ĩ l. j. C. đ dil. quẽ seq-

Source : BIU Cujas

tur Alex. de Im.p istã gl. in l.dubitã-dũ.col.4.C. vt q̃ def.ad idem tẽt In. in c.veniẽs. de accuſ.

lectum ſit,vel quòd tempora appellationis lapſa ſint:vt C.de tem. ap.l.2.§.vlt.ſimiliter dico quòd in his quæ ſpectant ad ſubſtantiam electionis,poteſt iudex ſupplere,vt 47.diſt.de Petro. ſi tamen altera pars negaret,non ſtatur verbo iudicis, niſi quatenus probauerit legitimis documentis,vt extra de probat.quoniam contra.B.

a ¶ *A certis.*]tene certum,&dimitte incertum, vt de pœ.diſt.7. c.3.in fi. nam in incertis locus eſt coniectu ris, vt extra de homi. ad audientiam. & ff. de ver.ob.continuus.

13.q.9. teſtes. §.1.ff.de rit.nup.adoptiuus.§.ſeruiles.Io.

Ex præmiſſis manifeſte colligitur, quòd pro incertis à certis a *recedendum non eſt:nec in re dubia, certa danda eſt ſententia. Cum autem fides dubiæ rei, niſi teſtium approbatione,vel legitima confeſſione iudici fieri non valeat,teſtes autem auctoritate Calixti Papæ* 1 *de aliis cauſis,vel negotiis teſtimonium dicere nõ valeant, niſi de his,quæ ſub eorum præſentia facta noſcuntur: apparet clandeſtina coniugia ideo eſſe prohibita, quia cum alter eorum coniugalem affectum ſe ad alterum habuiſſe negare voluerit,legitimis probationibus conuinci non poterit: quibus deficientibus, iudicis ſententia rite abſoluitur, reatum adulterij vterque incurrit, dum vtroque eorum viuente aliis ſe copulauerint* 2.

CAVSA XXXI.

Xorem b *cuiuſdam alius conſtuprauit: eo mortuo adulter adulteram ſibi in vxorem accepit*', *filiam ex ea ſuſceptam cuidam in coniugem ſe daturum iurauit:illa aſſenſum nõ præbuit, deinde pater alij eam tradidit:à primo repoſcitur.*

1 *Quæritur, an poſſit duci in coniugium, quæ prius eſt polluta per adulterium.*

2 *Secundo, an filia inuita ſit tradenda alicui.*

3 *Tertio, an poſt patris ſponſionem illa poſſit nubere alij.*

QVÆSTIO I.

Dulterio c *polluta prohibetur duci in coniugium auctoritate Leonis Papæ,qua dicitur.*

¶Adulterio polluta non ducatur ab eodem in matrimonium.

C. I.

3 NVllus d ducat in matrimonium, quam prius polluit adulterio.

Sed Auguſtinus econtra teſtatur, ſcribens ad Valerium de nuptiis, & concupiſcentia,lib.1.cap.10.

¶Licet alicui ducere in matrimonium, quam prius polluit adulterio. C. II.

4 DEnique mortuo viro,cum quo verum connubium fuit, fieri A e poteſt coniugium, cum quo præceſſit adulterium.

Item in libro de bono coniugali, cap. 14.

¶ Poſſe ſane fieri nuptias ex perſonis male coniunctis,honeſto f placito poſtea conſequente, manifeſtum eſt.

A ¶ Fieri poteſt coniugium.] *In editionibus operum* B. *Auguſtini, & vno Vaticano codice,vnoque item Gratiani exemplari legitur,* fieri verum connubium non poteſt. *In duobus vero Vaticanis recentioribus eiuſdem libri abeſt negatio.*

Hac vltima auctoritas Aug.de concubinis loquitur,perhibẽs concubinas poſſe tranſire ad honeſtum placitum nuptiarum. Prima auctoritas Auguſtini loquitur de repudiata: quam,dum viuente viro ſuo quicumque ducit in coniugium, committit adulterium:cuius adulterij aliquam habet veniam, dum eius copula creditur g *eſſe licita* h. ¶ *Illud vero Leonis Papę de ea intelligendũ eſt quæ à viro ſuo non erat repudiata: cuius viuebat vir reddens ei coniugale debitum.*

Vnde in concilio apud Althæum habito præſente Conrado rege ſtatutum eſt.cap.6.

¶Nullus ducat in coniugium, quam polluit prius per adulterium.

C. III.

5 ILlud vero communi decreto ſecundum canonum inſtituta definimus,& præiudicamus i, vt ſi quis cum vxore alterius eo viuente fornicatus fuerit,morien te marito,ſynodali iudicio aditus ei claudatur k illicitus,ne vlterius ei cõiungatur matrimonio,quam prius polluit adulterio †. Nolumus enim, nec Chriſtianæ religioni conuenit l, vt vllus ducat in coniugium, quam prius polluit per adulterium.

Hic m *ſubaudiendum eſt,niſi prius peracta* n *pœnitentia* o, *& ſi nihil in mortem viri machinatus fuerit: vel ſi viuente* p *virofidem adulteræ non dedit ſe ſumpturum eam ſibi in coniugem,ſi viro eius ſuperuiueret.*

Vnde in concilio Triburienſi legitur.

¶ Poſt mortem viri non poteſt adulteram in coniugium ducere,qui viro viuente iuramentum ſibi futurarum nuptiarum præbuit.

C. IIII.

a Et c.ſi qs viuente.

d *Nvllus.*]hæc verba latius patent quàm eorum ſententia. deberet enim potius dici econuerſo,ſ.quilibet dicat niſi in trib.caſibus tantum exceptis.reſtringuntur enim hæc verba ad duos caſus vel tres tantum. ar.ff.qui pe.tu.credendum. ff. quod vi aut clam. l. ſi alius.§.notauim°.Io.

e *Denique.*]¶*Fieri.*]niſi aliquis illorum caſuum interueniat, quos dixi in ſumma.

f ¶*Honeſto placito.*]id eſt,maritali affectu.

g ¶*Creditur.*]ignorãtia iuris vel facti craſſa.ff.de iu.& fact.ign. nec ſupina.1.q.4.§.fi.

h ¶*Licita.*]& tũc poteſt eam retinere primo viro mortuo: & hoc falſum eſt.

Illud vero.] Casvs. Statutum fuit in hoc c. vt ſi quis cum vxore alterius fuerit fornicat°,marito mortuo,aditus ei claudatur illicitus:quoniam non poterit matrimonialiter copulari cum ea quam prius polluit per adulterium. *Præiudicamus*,id eſt,præ aliis iudicamus,quaſi firmiter ſtatuimus.Seq.§.patet.

i ¶*Et præiudicamus.*]id eſt,præ aliis iudicamus.

k ¶*Claudatur.*]" Argum.quòd ſi iuraui de cetero non cognoſcere concubinam meam : ſi poſtea cum ea contraham , & cognoſcam: non ſum periurus:quia per iuramentum illicitus aditus tantum mihi clauditur:quia non intellexi niſi de illicito. arg.22.q.5.humanæ. & notaui etiam plura arg.11.q.3.quod prædeceſſor.

l ¶ *Conuenit.*] in duobus caſibus tantum. vel nec conuenit,id eſt, non eſt honeſtum.

m ¶*Hic.*]id eſt,in hoc loco,in cap.1.huius quæſt.

n ¶*Peracta.*]quantum ad primum c.& ad fi.prox.ſuperioris c.quod dicit peracta,ſupple vel incepta.ar.extr.de eo qui cog.con.veniẽs.

o ¶*Pœnitentia.*]hoc quantum ad illud cap.denique.

p ¶*Viuente.*]in his duobus caſib.etiam ſi mortuo viro eam accepit, eſt ab ea auctoritate Apoſtolica ſeparãdus:qa hæc prohibitio perpetua eſt.ext.de eo q̃ du.in ma.ſignificauit nobis.& c.cũ haberet.

5 in Tribur. c.51.Bur.l.9. c.74.Iuo p.8 c.211. Pann. l.7.c.10.

† Concord. tex. in l. Claudius. & ibi Bar. ff. d̃ his quib.vt ind.

" iurãs d̃ cetero ſi cognoſcere cõcubinã,ſi cũ illa cõtrahit periuriũ nõ incurrit.

1 Vide cõſt. nouã ſyno. Trident.ſeſ. 24. in decr. de refor.matrim.c.1.

" Matrimoniũ vtrũ impediatur ob delicti enormitatem.

3 Sent.4. diſt.35.

4 Sent.ibid. Iuo p.8.c.10 Pan.l.6.c.45

" Adulterio polluta, an poſſit à ſuo corruptore duci.

b ¶ *Vxorem cuiuſdã.*] in hac cauſa addit G. duo alia impedimenta matrimonij, ſcilicet enormitatem criminis, de qua tractat in 1.q.& coactionem, de qua tractat in ſecunda. Adiungit etiam in 3. quæſtio. de fide ſponſalium non frangenda. Vt autem hæc,&c. " not.quòd licet enormitas delicti impediat matrimonium contrahendum, non impedit tamen niſi in his caſibus,ſcilicet,cum quis commiſit inceſtum. 32.q.7.ſi quis viduam. & cum quis interfecit vxorem.33.q.2.admonere.& in aliis caſibus notatis. 27. q. 1. hi qui. de aliis non reperitur expreſſum q̃ impediant, niſi quis velit dicere de ſolenniter pœntiente de quocumque crimine quod impediat,vt 33. q.2. de his. quod non admitto. illud tamen non eſt verum , quòd nullum crimen dirimit iam contractum , niſi in duobus caſibus ſequentibus. vbi non tantum crimen quantum conſtitutio eccleſiæ dirimit.

Dulterio.]Hæc q.diuiditur in tres partes.In prima probat per ſex canones,quòd nullus ducat in matrimoniũ quam polluit per adulterium. Secunda ibi,*Sed obiicitur.* Tertia ibi,*Verum.*Ioan.

Casvs. Hic intitulatur 1.q.qua quæritur an aliquis poſſit ducere in vxorem quam polluit per adulterium. Et certum eſt quòd ſic : niſi in tribus caſibus, ſcilicet ſi machinatus eſt in mortem viri : vel niſi viuente viro contraxit cum ea de facto : vel eo viuente dedit ei fidem de contrahendo cum ea, vt ĵ.ea.relatum. & c.ſeq.& extra eo. cum haberet. G.tamen pro vtraque parte allegat : poſtea ſoluit,& male. ĵ.ea.§.hæc vltima.ſed verã ſolutionem ponit,in §.hic ſubaudiẽdum. omnia aũt plana ſunt vſq; ad c.illud vero. Et quod dĩ ſ.in vlt.c.illicite.intellige ſiue per fornicationem,ſiue per adulterium.

c ¶*Adulterio.*]" Hic depingitur 1.q.ſcilicet an poſſit aliquis in vxorem ducere quam polluit per adulterium.& videtur q̃ ſic,vt ĵ.ead.

Source : BIU Cujas

Relatum.] Casvs. Quidam vxorem alterius eo viuente corrupit: & ei fidem dedit, quòd post mortem legitimi viri si superuiueret, eam duceret in vxorem, qui post mortem mariti eam duxit in vxorem. quod cum relatum fuisset in Triburien. concilio, statuit concilium non esse matrimonium inter eos.

a ¶ *Violasse.*] quid si non violauit, sed dedit fidem quòd remanebit cum ea? dicit Hug. quòd de ea re non vacante non debuit promissionem recipere vel dare: vnde non potest cum ea remanere. arg. 2. q. 1. in primis. ibi, *ad Malachitanam.* Alij dicunt contra quòd canones nō videntur loqui nisi de adulteriis. Opi. H. corrigitur extr. ea. cap. vlt.

b ¶ *Viuente.*] & ita ei viuente viro fidē dedit. vnde non debet cum ea remanere. ar. 2. q. 1. in primis. ibi, *ad Malachitanam.*

c ¶ *Dedisse.*] multo fortius si eam duxit viro viuente, separandi sunt. extra de eo qui dux. c. ex litterarum. & c. cum haberet.

d ¶ *Et anathematizamus.*] id est, separamus, sic exponitur 2. q. 1. in primis. ibi, *si ad Malachitanam.* 37. q. 2. de coniugali.

Si quis viuente.] Casvs. Quidam vxorem alterius eo viuente cognouit. viro postea defuncto duxit eam in vxorem. Dicitur hic vt pœnitentiam agat, & retineat, nisi illa vel ille illum occidisse notetur, vel nisi consanguinitas, vel alia iusta causa interuenerit. *Regula*, vtendi contracto matrimonio. *Actio criminalis*, i. affinitas contracta per crimen.

e ¶ *In proximo.*] factū recitat. maior tamen est contra eum præsumptio ob hoc.

f ¶ *Regula.*] Contrahendi scilicet matrimonium, vt contrahatur cū illa. & quod dicit si expedierit, hoc iō dicit si timeatur lapsus iuuenilis incontinentiæ, vt 33. q. 2. in adolescentia. ſ. prox. cau. q. 6. qui cōtra. sed illud ex rigore, istud ex misericordiç dispensatione. vel hic de contracto, ibi de contrahendo matrimonio. vel hic de simplici, ibi vero de incestuoso adulterio, quòd est grauius. 32. q. 7. §. sed illud.

g ¶ *Occidisse.*] Hoc ipso vt coniungerentur. aliud si casu: quia forte inimici sunt: vel ex alia causa: tūc ducere poterit vxorem eius. ext. de conuers. infid. laudabilem. §. ad hoc. vbi etiam arguitur, quòd si ante baptismum manichinatus sit, post baptismum cum vxore defuncti non contrahat: " & ita huiusmodi peccata non delentur in baptismo. Et nor. quòd dicit occidisse. vnde nisi machinatus fuerit cum effectu, nō impeditur[a]: puta si voluerit dare venenum, & non dederit. sed nec impeditur qui mortem viri ratam habet: dum tamen non præcepit: licet aliàs in maleficiis retrotrahatur ratihabitio. ff. de vi & vi arm. idem. §. cum procurator. 27. q. 1. c. 1.

h ¶ *Perpetuo.*] nisi sit iuuenis, vt 33. q. 2. in adolescentia. & c. antiqui. & c. interfectores. 35. q. 6. si duo.

Si qua fuerit.] Casvs. Quædam viuente marito adulterata est cum quodam, quem mortuo marito in virum accepit. Dicitur in hoc cap. quòd debet agere pœnitentiam per quinquennium, & postea debet ad communionem admitti.

i ¶ *Si qua.*] aliàs est §. Respicit hic §. præcedentem. hic est subaudiendum, vbi tria dixit. & ad ea tria introducit capitula.

k ¶ *Post quinquennij.*] sed nonne pro adulterio vij. annis debet pœnitere? Sic[b], sed sunt arbitrariæ pœnitentiæ.

b Vt 33. q. 2. hoc ipsum.

SED OBIICITVR. Hæc est secunda pars quæst. in qua quęritur vtrū sit peccatum contrahere secundas nuptias. & est dicendum quòd non: licet littera videatur aliter sonare. sed est exhortatio castitatis: non autem reprobatio nuptiarum. Ioan. de Fant.

Casvs. Dictum est supra in cap. si quis. quòd aliquis potest ducere in vxorem quam prius polluit per adulterium: nisi vir vel mulier virum qui mortuus est, occidisse notetur. Sed obiicit Grat. dicens, quòd Dauid machinatus est in mortem Vriæ, & Bethsabee vxorem eius cum qua prius adulteratus fuerit, in vxorem accepit. Sed statim respondet dicens, quòd multa permittebantur in veteri testamēto causa infirmitatis, quæ hodie non permittuntur: sicut libellus repudij olim permittebatur, qui hodie prohibetur. quædam em permisit Dominus causa infirmitatis, & sacramenti futurorū, sicut permisit filiis Israel offerre animalia: sic & Bethsabee causa infirmitatis & significatione futurorum permissa est taliter duci. Est etiam alia ratio quare sic corrupta duci nō possit: quia viri & mulieres frequenter contrahere prohibentur. Vnde etiam sacerdotes secundis nuptiis interesse nō debent. Ad quod inducit sequens cap.

2. Reg. 11.
Deut. 24.
Matth. 19.
Leuit. 9.

l ¶ *Dauid.*] hanc historiam habes 50. dis. §. econtra.

m ¶ *In veteri.*] " planius dixisset, quòd ideo fuit matrimonium inter Dauid, & Bethsabee, quia ecclesia nondum prohibuerat. argum. 32. quæst. 4. obiiciuntur. & c. dixit.

"Matrimoniū fuit inter Dauid & Bethsabee.

n ¶ *Permittebatur.*] no. hanc permissionem comparatiuam esse. erat enim vtrumque malum: sed vnum minus, quod permisit, ne maius committeretur, scilicet homicidium. fi. ī. 33. q. 2. si quod verius.

o ¶ *Malens.*] 22. q. 1. considera.

p ¶ *Infirmitatis.*] quia non fuit peccatum Dauid suæ improbitatis æstus, sed vmbra mysterij. de pœn. dist. 3. illud.

q ¶ *Significatione.*] vt de pœn. dist. 3. illud. " Dauid enim interpretatur manu fortis, id est, Christus, qui fortiter debellauit aereas potestates. Vrias, lux mea Deus. & significat diabolum, qui transfert se in angelum lucis: & etiam lucidus creatus fuit, quem etiam Deus superauit. ī. de pœnit. dist. 2. principium. 26. q. 5. nec. Bethsabee interpretatur puteus vij. & significat ecclesiam gentilium: quæ hausit dona septiformis gratię, & Christo copulata est, vt 32. quæst. 2. §. his ita. id est, cùm prius adhæreret Vriæ, id est, diabolo per cultum idololatriæ.

"Dauid, Vrias, & Bethsabee quali ter interpretantur.

Relatum est auribus sanctorum sacerdotū, quemdam alterius vxorem stupro violasse[a], *& insuper mœchæ viuente*[b] *viro suo, iuramentum dedisse*[c], *vt post legitimi mariti mortem, si superuixisset, duceret vxorem: quod & factum est. Tale ergo connubium prohibemus, & anathematizamus*[d].

¶ *Huius cap. sententia quidem est in canone 40. concily Triburiensis, quod extat. Sed cum Burchardus hoc citet ex c. 3. videtur alterius esse, quod desideratur.*

Item in eodem.[2]

¶ Post peractam pœnitentiam poterit viduam in coniugem ducere, quam viro viuente per adulterium polluit.

C. V.

2 in Meld. c. 69.

Si quis viuente marito coniugem illius adulterasse accusatur, & eo in proximo[e] *defuncto eandem sumpsisse dinoscitur: omnimodis publicæ pœnitentiæ subiiciatur* †. *De quo etiam post pœnitentiam præfatam*[A]*, si expedierit, seruabitur regula*[f]*: nisi forte vir, aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidisse*[g] *notetur, aut propinquitas, vel alia quælibet actio criminalis impediat. Quod si probatum fuerit, sine vlla spe coniugij maneant perpetuo*[h] *cum pœnitentia.*

3 Burc. l. 9. c. 65. Iuo p. 8. c. 201. Pann. l. 7. c. 12.

† *al. subigatur*

¶ *Burchardus & Iuo citant ex concilio Meldensi, c. 69. vbi habetur. In Decretalibus vero tit. de eo qui dux. in vx. quam pol. per adul. c. cum haberet. Clemens ij. hoc ipsum citat ex concilio Triburiensi, vt Gratianus, & Pannormia.*

A ¶ Præfatam.] *In Meldensi legitur*, præfata, *vt indicetur regula tam ibi tradita, c. 65. & citatur infra 36. q. 2. si autem.*

[*Item ex concilio apud Vermerias.*]

PALEA. C. VI.

Si qua mulier in mortem mariti sui cum aliis consiliata sit, & ipse vir aliquem illorum se defendendo occiderit, si probare potest ille vir eam ream esse cōsilij, potest (vt nobis videtur) ipsam vxorem dimittere,[A] *si voluerit, aliam ducere. Ipsa autem insidiatrix pœnitentiæ subiecta absque spe coniugij maneat.*

4 ext. de diuor. c. j. Bur. l. 6. c. 41. Iuo p. 10. c. 169.

¶ *Hæc palea est in multis vetustis exemplaribus, in quibus paleæ esse non solent. Citatur autem ex concilio apud Vermerias etiam in excerptis decretorum monasterij B. Trudonis, & apud Burchardum, & Iuonem: quamuis in Decret. tit. de diuor. c. 1. corrupte in vulgatis codicibus sit*, Ex concilio apud Vormaciam. *Antea quidem in titulo huius paleæ legebatur*, ex concilio Elibertano apud Vermerias. *Inducta vero est dictio*, Elibertano, *quæ spectat ad sequens cap. Palearum enim interpositio sæpenumero in titulis occasionem huiusmodi erroribus dedit.*

A ¶ Et si voluerit aliam ducere.] *Absunt hæc ab Iuone. In Decretalibus autem legitur*, potest ipse post mortem vxoris, si voluerit, aliam ducere.

Item ex concilio Eliberitano, c. 72.

¶ Post pœnitentiam reconcilietur ad communionem vidua, quæ mœchum suum in virum accepit.

C. VII.

Si qua fuerit[i] *vidua mœchata, & postea eundem habuerit maritum, post quinquennij*[k] *tempus acta legitima pœnitentia placuit eam ad communionem*[A] *reconciliari.*

A ¶ Ad communionem.] *In variis exemplaribus huius concilij tam impressis, quàm manuscriptis legitur*, communione reconciliari.

i ¶ *Si qua fuerit.*] Casvs. Quædam viuente marito adulterata est cum quodam, quem mortuo marito in virum accepit. Dicitur

" Peccata q̄ dā ī baptismo ñ ita delentur, vt ñ relinquat aliquid impedimenti.

a Hæc sñia approbatur ext. de eo q du. in ma. c. 3. in gl. 2.

2 Sed obiicitur. Dauid[l] *cum Bethsabee adulterium commisit, & mortem Vrię machinatus est: & tamen eamdem Bethsabee postea duxit in vxorem. Sed in veteri*[m] *testamento multa permittebātur propter infirmitatem, quæ in Euangelij perfectione eliminata sunt: sicut permittebatur*[n] *quibuslibet dare libellum repudij, ne per odium funderetur sanguis innoxius. Quod postea in Euangelio Dominus prohibuit, dicens vxorem à viro non esse dimittendam, nisi causa fornicationis. Quædam permittebantur causa infirmitatis, & sacramenti futurorum: sicut Dominus permisit filiis Israel offerre animalia sibi in sacrificium, quæ in Aegypto consueuerant immolare dæmonibus, malens*[o] *ea sibi offerri, quàm idolis: & vt essent illis sacramenta futurorum. Sic & Bethsabee permissa est duci in vxorem, non magis causa suæ infirmitatis*[p]*, quàm significatione*[q] *futurorum. Sed est alia ratio, qua vxor defuncti huic nubere nō possit. Generaliter enim prohibentur viri & mulieres frequenter matrimonia cōtrahere.*

Vnde in conuiuio secundarum nuptiarum presbyteri interesse non debent: sicut in Neocæsariensi concilio, c. 3. & 7. legitur.

Source : BIU Cujas

De his qui.] Casvs. H. intellexit hæc cap. de his, qui simul habent plures vxores, vel de his, quæ plures habent viros, de quibus dicitur quòd pœnitere debent: nec debet sacerdos talibus nuptiis interesse. Quidam etiam hoc c. intelligunt de his qui contrahunt secundas nuptias causa saturandæ libidinis. Alij dicunt, quòd hoc dictum est ad terrorem. Sed potes dicere, quòd cum dicitur, frequenter: intelligitur de illis qui ardore libidinis contrahunt: cum dicitur, nubunt, intelligitur de illis qui primis viuentibus contrahunt.

1 4. sen. dist. 42. Bur. l. 9. c. 22. Iuo p. 8. c. 160.

a ¶ *Ducunt.*] plures simul, hodie scilicet vnam cras aliam viuente prima. de talibus secundis nuptiis intellige hoc capitulum.

2 C. 7. eiusdē Bur. l. 2. c. 133 Iuo par. 8. c. 48. Pan. l. 6. c. 67. Mart. Brac. ī græc. synod. c. 38.

b ¶ *Tempus.*] scilicet pœnitentiæ.

c ¶ *Debere.*] id est, debet deponi, si prior vxor viuat. 11. quæst. 3. Teugualdum. & etiam intelligas interesse per consensum, vel etiam vt benediceret nuptias: quod non debet, vt extr. de sec. nupt. c. 1.

Hac ratione & Apostoli.] Casvs. Beneuen. sic ponit hunc casum. hic fit mentio de duplici permissione. Vna Moysi, qua permittebatur vxori dare libellum repudij, & aliam ducere. alia Apostoli: qua mortua prima permittitur ducere secundam, quæ in hoc sunt similes: quia vtraque excusari potest à pœna corporali. *Dissimiles.* quia Apostolica excusat à peccato, Mosaica nō: nec etiam Moyses illud præcepit, sed volens permisit. Hug. etiam eumdem casum innuit hac ratione, quia Moyses illud permisit. *Fornicatio,* id est, diuisio carnis.

†permiserunt

1. Cor. 7.

Deut. 24. Matth. 16. « Libellus repudij qua re fuit permissus.

d ¶ *Hac ratione.*] id est, simili ratione, « si cut Moyses permisit dare libellum repudij, vt vitaretur homicidium: sic Apostolus permisit secundas nuptias, vt vitaretur fornicatio. 42. q. 2. §. his ita.

e ¶ *Fornicatio.*] cum ea quam permisit Moyses post repudiatam assumi[a]. 33. q. 2. si quod verius.

2 Ad hoc 32. q. 7. c. 1. & 2. & ext. de diuor. gaudemus. & cap. quanto.

f ¶ *Licenter.*] quia pœnam temporalem non patiebantur.

g ¶ *Quia.*] respicit hoc alium locum Matthæi, illud scilicet, quod Deus coniunxit, homo non separet. quo audito dixerunt Pharisæi: quid ergo mandauit Moyses dare libellum repudij, & dimittere? & dixit illis: quoniam ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: quasi dicat, non præcepit, cum sit malum. non enim cum sit malum, sine vitio est quod ignoscitur, non præcipitur. 13. dist. nerui.

h ¶ *Præcipimus.*] id est, permittimus. sic ponitur 55. distinct. qui patrem[b]. 50. domino sancto.

b Si. 26. dist. q sine. Hu. dist. 4. c. denique.

Quomodo virginibus.] Casvs. In hoc c. redarguit Hier. eos, qui simul plures habent vxores: & eas quæ simul plures habent maritos. Primo exemplo Samaritanæ à Domino reprehensæ. Secundo ratione institutionis matrimonij. Tertio exemplo Lamech inde puniti grauiter. Quarto, argumento à minori, dupliciter inferens ex simplici bigamia ad talem. In fine reprehendit quosdam qui dicebant, quòd viduis non erat concessum secūdum matrimonium nisi in casu. Plurimas simul. Vxores viduas, de facto. Et hunc casum innuit. H. & Bene. immo expresse sic ponunt, vt per te videbis.

¶ Fides, & conuersatio pœnitentiam breuiat eorum, qui frequenter ducunt vxores.
C. VIII.

1 DE his, qui frequenter vxores ducunt [a], & de his, quę sępius nubunt, tempus [b] quidem pœnitentiæ his manifestum constitutum est: sed conuersatio, & fides eorum tempus abbreuiat.

¶ 2 Presbyterum vero conuiuio [A] secundarum nuptiarum interesse non debere [c]: maximē [B] cum præcipiatur secundis nuptiis pœnitentiam tribuere: quis erit presbyter, qui propter conuiuium illis consentiat nuptiis.

A ¶ Conuiuio.] *In vulgatis erat,* connubio. *Emendatum est ex vetustis, & originali ipso. Græce est,* μὴ ἐστιᾶσθαι.

B ¶ Maxime cum.] *Locus hic græce sic habet,* ἐπὶ μετάνοιαν κλῆσιν τῶ βιγάμῳ, τίς ἔσται ὁ πρεσβύτερος ὁ διὰ τὴν ἐστίασιν συγκατατιθέμενος τοῖς γάμοις: *id est,* Nam pœnitentiam petente bigamo, quis erit presbyter, qui hoc ipso, quòd interest conuiuio, nuptiis consentit?

Item Ioannes Chrysostomus, [id est auctor operis inperfecti, in Matth. homil. 32.]

¶ Secundum veritatis rationem fornicari conuincitur, qui secundam duxit vxorem.
C. IX.

HAc ratione [d] & Apostoli præceperunt † secundas adire nuptias propter incontinentiam hominum. Nam secundam quidem accipere secundum præceptum Apostoli est, secundum veritatis autem rationem, vere [A] fornicatio [e] est. Sed dum permittente Deo publice, & licenter [f] committur, fit honesta fornicatio. Propterea bene dixit, quia [g] Moyses hoc permisit, non præcepit. Aliud est enim præcipere, aliud permittere. Quod [B] enim permittimus, nolentes præcipimus [h]: quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non possumus.

†permiserunt

A ¶ Vere fornicatio.] *Longe cautius loquitur verus Ioannes Chrysostomus cum alibi, tum potissimum in epistola ad viduam iuniorem de non iterando coniugio: quæ nuper Romæ est impressa: negatque perspicue secundum matrimonium fornicationem esse.*

B ¶ Quod enim permittimus.] *Sic est in glossa ordinaria ad cap. 5. Matthæi, in versicul.* libellum repudij. *Sed in homilia citata hoc modo,* Quod enim præcipimus, semper placet: quod autem permittimus, nolentes præcipimus†.

†*al.* permittimus

Item Hieronymus contra Iouinianum, libro primo.

¶ Vt vitetur periculum fornicationis, secunda matrimonia conceduntur.
C. X.

QVomodo virginibus [i] ob fornicationis periculum concedit nuptias, & excusabile facit, quod per se [k] non appetitur: ita ob eādem fornicationem vitandam concedit viduis secunda matrimonia. Melius est enim licet alterum & tertium, vnum virum nosse, quàm plurimos: id est, tolerabilius est vni homini prostitutam esse, quàm multis. Siquidem & illa in Euangelio Ioannis Samaritana sextum se maritum habere dicens [l] arguitur à Domino, quòd non sit vir eius [m]. vbi enim numer⁹ [n] maritorum est, ibi vir, qui proprie vnus est, esse desiit. Vna costa à principio in vnam vxorem versa est. [& erunt, inquit, duo in carnem vnam] non tres [o], neque quattuor: alioqui iam non duo, sed plures. Primus P Lamech sanguinarius, & q homicida vnam carnem in duas diuisit vxores, fratricidium, & bigamiam eadem cataclys-

i ¶ *Quomodo virginibus.*] Casvs. « Hier. in hoc cap. redarguit eos qui simul plures habent vxores. Primo exemplo Samaritanæ à Domino reprehensæ. Secundo ratione institutionis coniugij. Tertio exemplo Lamech inde grauiter puniti. Quarto vtendo argumento à minori de Lamech non vero bigamo ad verum bigamum. In fi. reprehendit quosdam qui dicebant secunda matrimonia non esse concessa viduis nisi in casu.

« vxores plures simul habere ſi licet.

k ¶ *Per se.*] Matrimonium enim propter se nō appetitur: quia non ducit ad vitam*: sed tamen est appetendum causa vitandæ fornicationis & propter prolem. infra prox. causa. q. 2. §. his ita.

* *id est, non primo ordinatur ad vitam dandam*

l ¶ *Dicens.*] immo dixit se non habere virum in Euāgelio. sed Hierony. respexit hic non quod in ore protuli mulier: sed quod in mente habuit. bene enim gerebat in corde se virum habere. vnde Dominus secundum opinionem eius dixit, Vade, voca virum tuum, quasi dicat, quē putas tuum. & illa quasi consentiendo sic se sentire, dixit: video quia propheta es tu. & sic est arg. quòd qui dicit aliud quàm vox significat, potius dicit id quod intendit dicere, quàm id quod vox significat, quod est contra illud 22. q. 2. is autem. ff. de reb. dub. in ambiguo.

m ¶ *Vir eius.*] quia illum & alios simul habuit: quod non licebat Iudæis, vt extra de diuor. gaudemus.

Ioan. 4.

n ¶ *Vbi enim numerus.*] Argu. « quòd si qua in plures consentire velit in simul, nihil aget: vt si dicat, consentio in vos, nisi forte alter esset consanguineus: tunc forte teneret matrimonium cū reliquo. *Vel* dic vbi numerus, scilicet ex quo aliquis bigamus est, ibi vir qui proprie vnus est, id est Christus, esse desistit: & quia in eo deficit sacramentum

« Mulier in pluresſimul cōſentiens, nihil agit. Gen. 2. Gen. 19.

Christi & ecclesiæ, & hoc consonat expositioni prox. cap.

o ¶ *Tres.*] Arg. quòd minor numerus quandoque excludit [c] maiorem, quandoque minorem, vt extra de testi. licet. in fi. [d]

c Cōtra nō. 15. dist. c. j. in gl. alibi.

d Dic q ma ior numer⁹ nō excludit minorē. ff. d ī li. iu. l. añp. &no. 15. dist. ca. 1. nisi qñ negatiue ex, ponūturverba. vt ī hac decre. licet. Io. de Fan.

PRIMVS LAMECH. Historia legitur in Genesi, quòd cum Cain per inuidiam interfeciſſet fratrem suum Abel, maledixit ei Dominus. vnde dixit Cain, Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. omnis ergo qui inuenerit me, occidat me. & Dominus ad Cain, Non ita fiet: sed qui occiderit Cain, septuplum punietur. cumque terram vt profugus habitasset: Lamech, qui ab eo sextus descendit, duas habebat vxores Addam & Sellam: dum venationem exerceret, & oculi eius caligarent: indicio pueri qui eum ducebat, sagittam dirigens Cain occidit inter fruteta latentem, quem feram esse existimabat: quo comperto occidit adolescentem, qui eum ducebat, & dixit eis: Audite vxores Lamech, quia occidi virum in vulnus meum, & adolescentem per liuorem meum. septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech septuagies septies. Sequens §. patet. & dicit hic quòd Gratianus intellexit præcedens cap. de secundis nuptiis licitis, sicut & præcedentia duo cap. sed Hugo. sentit contrarium.

p ¶ *Primus.*] Hæc dictio, primus, non construitur cum hac dictione sanguinarius: quia Lamech non fuit primus homicida, sed Cain: sed construitur cum hac dictione, diuisit.

q ¶ *Atque.*] pro, id est.

a ¶ *Catac*

Source : BIU Cujas

" Cataclysmus est diluuium.

a ¶ *Cataclysmi.*] id est, " diluuij.à cata,quod est circum,& clysma, quod est diffusio:quasi circumquaque diffusio.

b ¶ *Deleuit.*]i.puniuit.ſ.24.q.3.an non contra. ſed hic narratur res prout geſta eſt:ibi myſterium.nam peccatũ Lamech deſignat peccatum humani generis:quod diluit ſalutifer aduentus Chriſti.

c ¶ *De altero.*] id eſt, de peccato alterius, ſcilicet Cain.

d ¶ *Septies.*]quia vindicta ſumpta eſt de eo vſque ad Lamech ſeptimum ad Adam, ſextum ad Cain, vel quia punitus in ſeptẽ generationibus ſuis, quę in diluuio perierunt.

1.Tim.5.

e ¶ *De altero.*] id eſt, de peccato alterius: ſcilicet Lamech.

f ¶ *Septuagies ſepties.*]

"Lamech punitio.

Casvs.Aug.admonet in hoc c. vt quis non habeat concubinam, sed vxoré: quia sicut est melius fame mori, quàm idolothytis vesci.sic meli⁹ est mori sine liberis quàm ex illicito coitu filios quærere. Verũtamen si filij ex illicito coitu quæsiti fuerint, si parentum vitia non imitẽtur,honesti & boni erunt quo ad Deum.

2 Senten.4. dist.33.in fi.

3 ꝛ.dist.56. vndecũque.

a Sub.& necessitas est cõtraria votati. ff.qđ met.cau.l.j. & nullũ est pctm̃ nisi vo lũtariũ.15.q. j.§.j.&c.illa

4 Concord. tex.ĩ fim.ĩ l. accusari. ff. de accus. & insti. de rer. diui.§.cõi.

5 Iuo p.8. c.30.

Gen.21.

Gal.4.

A ¶ Augustinus.] *Repositum est ex omnibus vetustis,cũ in vulgatis legeretur*,Ambrosius.

¶ Patriarchæ non concupiscentia explendæ libidinis,sed causa numerosæ prolis plures habebant vxores.

C. VII.

1 OBiiciuntur Iacob quattuor vxores:quod,quãdo mos a erat,crimen non erat b.Sicut A patriarchæ coniugibus excipientibus semen suum miscebãtur,non concupiscentia percipiendæ voluptatis, sed prouidentia propagandæ successionis: sic Apostoli auditoribus admirantibus doctrinam suam condelectabãtur, non auiditate c consequendæ laudis, sed charitate seminandę veritatis.

A ¶ Sicut patriarchæ.] *Apud* B. *Augustinum diuersus est verborum ordo*, Sicut Apostoli, inquit, auditoribus admirantibus doctrinam suam condelectabantur non auiditate consequendæ laudis,sed charitate seminandæ veritatis,ita patriarchæ,&c.

Item Augustin.de bono coniugali,c.16.

¶ Satius est absque liberis defungi, quam ex illicito concubitu stirpem quærere. C. VIII.

4 2 SIcut satius est mori fame d, quàm idolothytis vesci:ita satius est defungi sine liberis,quã ex illicito coitu stirpem quærere.

3 Vndecũmque e autem nascãtur homines, si parentum vitia non sectentur, & Deum recte colant, honesti, & salui erunt f. Semen enim hominis ex qualicumque homine, Dei creatura est g: & eo male vtentibus male erit,n on ipsum aliquando malum erit.

Item Ambrosius in sermone de sancto Ioanne, qui sic incipit [*Diximus superiore Dominica.*]*num.65.*

¶ Ex ancilla filij non sunt quærendi. C. IX.

5 DIcat aliquis, vxorem non habeo,ideo ancillam mihi sociaui. Audi quid dicat scriptura ad Abraham, [Eiice ancillam, & filium eius:]non enim heres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Si igitur ancillæ filius heres non est,ergo nec filius est. Cur autem quæritur tale coniugium,de quo susceptus filius nec successionis g possit heres esse,nec sanguinis h? Nec enim habere potest hereditatis consortium, qui non habet originis priuilegium. Cur,inquã, quæritur tale contubernium, de quo nati, non filij sint matrimonij, sed testes sint adulterij? Cur autem huiusmodi suscipiuntur adulterini, qui patri pudori sint, non honori? Dicit scriptura, [Adulterorum filij A in consummatione erunt: & ab iniquo toro semen exterminabitur.]Mulier igitur tua,si talibus moribus prædita est, vt mereatur consortium, mereatur & nomen i vxoris.Præsta concubinæ tuæ libertatem, & nomen vxoris, ne tu adulter sis potius,quam maritus.

A ¶Filij.] *Reposita sunt reliqua verba scripturæ ex* B. *Ambrosio,pro quib.in vetustis est*,&c. *in vulgatis autem*,abominatio sunt Deo.

Item Augustinus ad Claudium contra Iulianum,c.8.

¶Adulteria non sunt facienda etiam voluntate generandi filios. C. X.

6 SIc non sunt facienda adulteria k etiam voluntate generandi regenerandos:quemadmodum nec furta facienda sunt etiam voluntate pascendi pauperes l sanctos: quod tamen faciendum est non perpetrando furta, sed bene vtendo mammona m iniquitatis. n

5 *Ecce,quòd nullo modo licet alicui viuente vxore sua,vel ex ancilla, vel ex alia qualibet filios quærere, qui etiam suscepti,filiorum nomine iudicantur indigni. Simplex etiam fornicatio in sacra scriptura phibetur.*

Vnde Augustinus in quæstionibus Deuteronomij,quæst.37 ad c.23.

¶ Illicitus concubitus,& omnis non legitimus vsus illorum membrorum nomine mœchiæ intelligitur. C. XI.

7 MEretrices esse,& ad meretrices accedere prohibeto Dominus:quarum P publice venalis est turpitudo. In decalogo autem mœchiæ nomine non videtur hoc aperte prohibuisse:quoniam mœchia nõ nisi adulterium intelligi solet. *Idem super Exodum, quæst.71.*¶8 Omnis mœchia etiam fornicatio dicitur in scripturis. Sed vtrum etiam omnis fornicatio mœchia dici possit in eisdem scripturis, non mihi interim occurrit locutionis q exemplum:sed si nõ omnis fornicatio etiam mœchia dici potest,vbi sit in decalogo quæritur tale contubernium, de quo nati, non filij sint matrimonij, sed testes sint adulterij? Cur autem huiusmodi suscipiuntur adulterini, qui patri pudori sint, non honori? Dicit scriptura, [Adulterorum filij A in consummatione erunt: & ab iniquo toro semen exterminabitur.]Mulier igitur tua,si talibus moribus prædita est, vt mereatur consortium, mereatur & nomen i vxoris.Præsta concubinæ tuæ libertatem, & nomen vxoris, ne tu adulter sis potius,quam maritus.

A ¶Filij.] *Reposita sunt reliqua verba scripturæ ex* B. *Ambrosio,pro quib.in vetustis est*,&c. *in vulgatis autem*,abominatio sunt Deo.

Item Augustinus ad Claudium contra Iulianum,c.8.

¶Adulteria non sunt facienda etiam voluntate generandi filios. C. X.

6 SIc non sunt facienda adulteria k etiam voluntate generandi regenerandos:quemadmodum nec furta facienda sunt etiam voluntate pascendi pauperes l sanctos: quod tamen faciendum est non perpetrando furta, sed bene vtendo mammona m iniquitatis. n

5 *Ecce,quòd nullo modo licet alicui viuente vxore sua,vel ex ancilla, vel ex alia qualibet filios quærere, qui etiam suscepti,filiorum nomine iudicantur indigni. Simplex etiam fornicatio in sacra scriptura phibetur.*

Vnde Augustinus in quæstionibus Deuteronomij,quæst.37 ad c.23.

¶ Illicitus concubitus,& omnis non legitimus vsus illorum membrorum nomine mœchiæ intelligitur. C. XI.

7 MEretrices esse,& ad meretrices accedere prohibeto Dominus:quarum P publice venalis est turpitudo. In decalogo autem mœchiæ nomine non videtur hoc aperte prohibuisse:quoniam mœchia nõ nisi adulterium intelligi solet. *Idem super Exodum, quæst.71.*¶8 Omnis mœchia etiam fornicatio dicitur in scripturis. Sed vtrum etiam omnis fornicatio mœchia dici possit in eisdem scripturis, non mihi interim occurrit locutionis q exemplum:sed si nõ omnis fornicatio etiam mœchia dici potest,vbi sit in decalogo

" ancilla cõtrahere permissa eripitur in libertatem. Sap.3.

k Sic.]¶*Adulteria.*] ꝛ.ea.q.2. §.sicut ergo.

l ¶*Pauperes.*]ꝛ.14.q.5. fortes.ꝛ.30.q.1.nosse. ꝛ.22.q.2.is autem.ꝛ.1. q.2.non est putanda.

m ¶ *Mammona.*] " id est,pecunia,quam qs per iniquitarem,i.per solicitudinem acquisiuit. 23.quæst.5.§.sed hoc multipliciter.

" Mãmona iniquitatis quid sit.

n ¶*Iniquitatis.*]i. inæqualitatis. Aequum enim est tibi necessaria retinere,& superflua pauperibus erogare. & hæc est iniquitas,si contra fiat.

ECCE QVOD NVLLO. Hæc est 5. pars q. in qua quæritur,an simplex fornicatio sit prohibita in decalogo|? & est dicendum quod sic. Io. de Fant.

6 Iuo par.8. c.105.Pann. l.7.c.20.

Meretrices.]Casvs. Hug.sic ponit hunc casum. In hoc c. ostẽdit Aug. ꝙ simplex fornicatio fuit prohibita à Domino in Deuter. fuit etiam prohibita in decalogo,vbi dictum est:Non mœchaberis. licet ibi solum adulterium videatur prohibitũ:sed sicut in prohibitione furti nomine partis totum intelligitur esse prohibitum,scilicet omnis vsurpatio illicita rei alienæ: ita in prohibitione mœchiæ,nomine partis intelligitur totum esse prohibitum : scilicet omnis illicitus coitus.Beneuent. vero sic incipit casum super illo verbo in Deuteron.Non erit meretrix de filiabus Israel,neque scortator de filiis Israel.Probat Augustin. quòd simplex fornicatio fuit prohibita à Domino in decalogo : vbi dictum est,Non mœchaberis. Nam sicut in prohibitione furti nomine partis,& cetera omnia dicit postea vt Hug.A parte,sed interpretatione prohibuit.

7 Iuo p.8. c.311.

8 Iuo p.8. c.279.

o ¶*Prohibet.*] cum dicit, Non mœchaberis. Et in Deuter.vbi dicitur:Non erit meretrix de filiabus Israel.

p ¶*Quarum.*]alibi," meretrix est,quæ multorum libidini patet,vt ꝛ.dist.34.vidua.hoc etiam lex dicit.ff.de rit.nup.palam.

"meretricis diffinitio.

q ¶*Locutionis.*]expresse.

a Filius ĩ tribus patrem sequitur.

a ¶*Mos.*]scilicet diuinus,&à Deo inspiratus.ext.de diuor.gaudemus.&ponitur hic quando pro quia.

b ¶*Crimen non erat.*] arg. ꝙ consuetudo à crimine excusat aliquando. arg.ꝛ.dist.4. denique. & extra de temp.ordi.sane. Arg. contra, extra de sim. non satis. & 1. quæst. 3.c.vlt.

c ¶*Non auiditate.*] si enim auiditate consequendæ laudis, tũc peccarent.22.quęst.2. primum.

Sicut satius.] hæc est 4. pars quæst. in qua dicitur, quòd melius est mori sine filiis, quàm eos quærere de damnato coitu.Ioan.de Fant.

Casvs.Aug.admonet in hoc c. vt quis non habeat concubinam, sed vxoré: quia sicut est melius fame mori, quàm idolothytis vesci.sic meli⁹ est mori sine liberis quàm ex illicito coitu filios quærere. Verũtamen si filij ex illicito coitu quæsiti fuerint, si parentum vitia non imitẽtur,honesti & boni erunt quo ad Deum.

d ¶*Fame.*] sed nonne propter necessitatem famis licitum est cõmedere idolothytũ, cum necessitas non habeat legem, vt ꝛ. & de cons.dist.1. sicut.

& propter necessitatem famis licitum est auferre aliena, vt de cons.dist.5. discipulos.& etiam furari,vt extr.de fur.si quis. & homicidium committere, vt ext.de homi. c. 2. & carnes comedere in Quadragesima. arg.de cons.di.4. carnem.&ext.de obseru.ieiun.consilium? Resp. sic : dummodo non fiat ad venerationem idoli. nulla tamen necessitas excusat à fornicatione, vt ff.de rit.nupt. palam. §. non est ignoscendum.

e ¶*Vndecumque.*]q.d. &si quęrantur ex illicito coitu.

f ¶*Et salui erunt.*]arg. contra ext.de fi.prefbyt.per totum.

Dicat aliquis.] Casvs. Aliqui non habentes vxores dicebãt sibi licere cõcubinas habere. Ambr. autem probat hoc esse falsum, cum dictum sit Abrahæ:Eiice ancillam & filium eius. non enim quærendi sunt filij, qui non possunt succedere,& qui potius fuit oneri quàm honori. Debet igitur quis habere vxorem, vt & crimen euitet, & vt filios habeat,qui possint esse heredes.Sequens cap.cum §.patet.

g ¶*Nec successiones.*]nisi in vnica.C.de na.lib.auth.licet.

h ¶*Nec sanguinis.*]i. honoris. " Filius enim sequitur priuilegium patris in tribus:quo ad honores & dignitates,& quo ad curialem conditionem,vt C.de decu.eos.& l.exemplo.& l.nullus.& quo ad originem,vt ff.ad munic.l.1.matrem sequitur,quo ad conditionem,vt C.de rei ven.partum.

i ¶*Et nomen.*]arg.ad præsumptionem matrimonij clandestini ex appellatione vxoris:ꝙ eo ipso ꝙ nominatur vxor, est habenda pro vxore,vt extr.de præsum.illud.C.de nup.si vicinis.Arg.contra.C.de li.caus.l.pe.Arg.ꝛ.93. dist.Dominus. 23.q.1. paratus.ꝛ.de cõse.dis. 4.si eos.ff.de proba.l. vlt.§.vlt.ꝛ.1.q.1.si qui à simoniacis. 27. q. 2. inuenta." Et quod dicit, & nomen, dic & pro id est, nã eo ipso ꝙ quis permittit ancillam suam contrahere matrimoniũ,rapitur in libertatem. C.de lat.lib.tol.auth. ad hæc.sed & concubina rapitur in libertatem morte domini: similiter & filij eius,si dominus nihil de eis disposuit. C.commu. de manu.l.vlt.

k Sic.]¶*Adulteria.*] ꝛ.ea.q.2. §.sicut ergo.

l ¶*Pauperes.*]ꝛ.14.q.5. fortes.ꝛ.30.q.1.nosse. ꝛ.22.q.2.is autem.ꝛ.1. q.2.non est putanda.

m ¶ *Mammona.*] " id est,pecunia,quam qs per iniquitarem,i.per solicitudinem acquisiuit. 23.quæst.5.§.sed hoc multipliciter.

n ¶*Iniquitatis.*]i. inæqualitatis. Aequum enim est tibi necessaria retinere,& superflua pauperibus erogare. & hæc est iniquitas,si contra fiat.

ECCE QVOD NVLLO. Hæc est 5. pars q. in qua quæritur,an simplex fornicatio sit prohibita in decalogo|? & est dicendum quod sic. Io. de Fant.

Meretrices.]Casvs. Hug.sic ponit hunc casum. In hoc c. ostẽdit Aug. ꝙ simplex fornicatio fuit prohibita à Domino in Deuter. fuit etiam prohibita in decalogo,vbi dictum est:Non mœchaberis. licet ibi solum adulterium videatur prohibitũ:sed sicut in prohibitione furti nomine partis totum intelligitur esse prohibitum,scilicet omnis vsurpatio illicita rei alienæ: ita in prohibitione mœchiæ,nomine partis intelligitur totum esse prohibitum : scilicet omnis illicitus coitus.Beneuent. vero sic incipit casum super illo verbo in Deuteron.Non erit meretrix de filiabus Israel,neque scortator de filiis Israel.Probat Augustin. quòd simplex fornicatio fuit prohibita à Domino in decalogo : vbi dictum est,Non mœchaberis. Nam sicut in prohibitione furti nomine partis,& cetera omnia dicit postea vt Hug.A parte,sed interpretatione prohibuit.

o ¶*Prohibet.*] cum dicit, Non mœchaberis. Et in Deuter.vbi dicitur:Non erit meretrix de filiabus Israel.

p ¶*Quarum.*]alibi," meretrix est,quæ multorum libidini patet,vt ꝛ.dist.34.vidua.hoc etiam lex dicit.ff.de rit.nup.palam.

"meretricis diffinitio.

q ¶*Locutionis.*]expresse.

Source : BIU Cujas

a ¶ *Prohibuit.*] arg. quòd idem iuris est in parte & in toto, vt 14.q.5. pœnale. Item arg. quòd prohibito minori, id quod maius est intelligitur prohibitum [a]. arg. 44. dist. nulli clerico [b]. similiter concesso maiori concessum videtur & minus. 16.q.2. visis. [c]

b ¶ *A parte.*] pars enim est furtum: illicita vsurpatio rei alienæ est furtum eſt illicita vſurpatio rei alienæ: & non conuertitur. Hug. sed hæc gl. non valet: sed expone vt dicit 14.q.5. pœnale.

c ¶ *Omnis.*] licet non prohibuerit rapinam verbis legis, prohibuit tamen sententia legis, quæ magis attendenda est. extr. de verb. sign. propterea. ℣. 1.q.1. Marchion.

d ¶ *Illicitus.*] Hic videtur surgere quædã inextricabilis contra rietas. " nam in Deuteronom. licitũ erat habere concubinam, & dare ei pretiũ suæ pudicitiæ, & eam dimittere: sed in Decalogo secundum interpretationem August. prohibita fuit omnis fornicatio, vt hic. Dicit Hug. ꝙ non sunt contraria. nam aliud est permissio, de qua in Deuter. & aliud est præceptum, de quo in Decalogo. sed hęc solutio nulla videtur, quia circa idem non possunt habere locũ permissio & præceptum, siue prohibitio. ideo dicit ꝙ illud intelligitur de comparatiua permissione. si. ℣. 33.q.2. si quod verius. nam in veritate illud semper fuit peccatum. extra de diuor. gaudemus.

a Ad hoc 24 q. 1. miramur. vbi de hoc.

b Adde de hoc insti. de interdi. §. fi. & no. ĩ l. j. C. si ser. ex. ve. 1 ℣. 14.q.5.c. pœnale. §. furti.

c d hoc ext. de deci. ex parte. 27.q. 2. sunt qui.

"Cõcubinã an licuerit olim habere

1. Cor. 6.

IN *eo.*] CASVS. Hoc c. diuiditur ĩ duas partes. In prima ostendit Hieron. ꝙ in eodem genere fornicationis plus peccat fidelis quàm infidelis: qa fidelis de membro Christi facit mẽbrum meretricis. In secũda parte probat ꝙ nomine immunditię Apostolus diffuasit omnes extraordinarias voluptates etiam cum vxore propria. Secunda incipit ibi, *Secundum opus. In eo*, id est, propter hoc.

Leuit. 15.

go prohibita illa fornicatio, quam faciunt viri, qui vxores non habent, cum feminis, quæ maritos non habent, vtrum inueniri possit, ignoro. ' Sed si furti nomine bene intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienæ (non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit [a], sed vtique à parte [b] totum intelligi voluit, quidquid illicite rerũ proximi aufertur) profecto & nomine mœchię omnis [c] illicitus [d] concubitus, atque illorum membrorum non legitimus vsus prohibitus debet intelligi.

Item Hieronymus in cap. 5. epistola ad Gal. ad ver. [*Manifesta autem.*]

¶ Extraordinaria voluntas, & inuerecunda opera nuptiarum luxuria, & immunditia appellantur. C. XII.

IN eo fornicator [e] maioris [f] est criminis, quia tollit membra Christi, & facit ea membra meretricis, [erunt [g] quippe duo in carne vna.] Qui non est fidelis, nec credit in Christo, sua membra facit mẽbra meretricis: qui credit, & fornicatur, Christi membra facit membra meretricis. E contrario [h] infidelis in fornicatione sua vtrũ violet, an ędificet [i] templum idolo, nescio [k]. Per vitia quippe luxuriæ [A] vel maxime dæmones coluntur. Hoc vnum scio, ꝙ qui post fidem Christi fornicatur, violat templũ Dei. Secũdum opus [l] carnis, immunditia [m] nũcupatur: & eam comes luxuria sequitur. Quomodo enim in veteri lege de nefandis criminibus, quæ in occulto fiunt, & ea nominare turpissimum [n] est, ne & dicentis os, & aures audientiũ polluerẽtur [o], generaliter scriptura cõplexa est dicens [Verecundos, vel reuerentes facite filios Israel ab omni immunditia,] sic in hoc loco ceteras extraordinarias voluptates, ipsarum quoque opera nuptiarum, si non verecunde, & cum honestate quasi sub oculis Dei fiant, vt tantum liberis seruiatur, immunditiam [p], & luxuriam nominauit.

A ¶ Luxuriæ.] *Abest vox ista à plerisque vetustis, & originali.*

Item Gregor. in moralib. lib. 12. c. 12.

¶ Immoderatus vsus mulierũ Salomonem ad idololatriam traxit. C. XIII.

SAlomon quippe immoderato vsu, atq; assiduitate mulierum ad hoc vsque perductus est, vt templũ idolis [q] fabricaret: & qui prius Deo templum construxerat, assiduitate libidinis etiam per fidiæ substratus idolis construere templa non timuit.

Item Hieronymus in c. 5. epist. ad Ephesios, ad vers. [*viri diligite.*]

¶ Liberorum procreatio in matrimonio laudatur, meretricia voluptas etiam in vxore damnatur. C. XIIII.

LIberorum ergo, vt diximus, in matrimonio opera concessa sunt: voluptates autem, quæ de meretricum capiuntur amplexibus, in vxore damnatæ. [r]

6 *Quare autem tales non dicantur filij vel quem suorum parentum sequantur, qui ex libero & ancilla nascuntur Isidorus Etymologiarum lib. 9. c. 5. determinat.*

¶ Qui sint liberi, & quam conditionem sequantur. C. XV.

2 LIberi [s] dicti, qui † ex libero sunt matrimonio orti. Nã si lij ex libero & ancilli, seruilis conditionis [3] sunt. Semper enim qui nascitur, deteriorem [A t] partem sumit. Naturales autem dicuntur ingenuarum concubinarum filij, quos sola natura genuit, non honestas cõingij. *& infra.* ¶ Hi vero †, qui non sunt de legitimo matrimonio, matrem [u] potius, quàm patrem sequuntur.

A ¶ Deteriorem partem.] *In codicibus Isidori etiam manuscriptis legitur*, deteriorem parentis statum sumit.

a ¶ *Prohibuit.*] arg. quòd idem iuris est in parte & in toto, vt 14.q.5. pœnale. Item arg. quòd prohibito minori, id quod maius est intelligitur prohibitum [a]. arg. 44. dist. nulli clerico [b]. similiter concesso maiori concessum videtur & minus. 16.q.2. visis. [c]

b ¶ *A parte.*] pars enim est furtum: illicita vsurpatio rei alienæ est furtum eſt illicita vſurpatio rei alienæ: & non conuertitur. Hug. sed hæc gl. non valet: sed expone vt dicit 14.q.5. pœnale.

c ¶ *Omnis.*] licet non prohibuerit rapinam verbis legis, prohibuit tamen sententia legis, quæ magis attendenda est. extr. de verb. sign. propterea. ℣. 1.q.1. Marchion.

d ¶ *Illicitus.*] Hic videtur surgere quædã inextricabilis contra rietas. " nam in Deuteronom. licitũ erat habere concubinam, & dare ei pretiũ suæ pudicitiæ, & eam dimittere: sed in Decalogo secundum interpretationem August. prohibita fuit omnis fornicatio, vt hic. Dicit Hug. ꝙ non sunt contraria. nam aliud est permissio, de qua in Deuter. & aliud est præceptum, de quo in Decalogo. sed hęc solutio nulla videtur, quia circa idem non possunt habere locũ permissio & præceptum, siue prohibitio. ideo dicit ꝙ illud intelligitur de comparatiua permissione. si. ℣. 33.q.2. si quod verius. nam in veritate illud semper fuit peccatum. extra de diuor. gaudemus.

e ¶ *Fornicator.*] melius est viam veritatis non agnoscere, &c. de pœnit. dist. 4. si refugientes.

f ¶ *Maioris.*] quia fidelis in hoc magis peccat, quia membra Christi facit membra meretricis. sed infidelis sua, non Christi membra, facit membris meretricis.

g ¶ *Erunt.*] i. conuenient in vno carnali opere. & per hoc dicit Hu. affinitatem contrahi per illegitimum coitum, vt no. 30.q.4. si quis.

h ¶ *Econtrario.*] id est, sed vel, id est, conuerso casu.

i ¶ *Aedificet.*] tamen per fornicationem magis ædificatur diabolo templum quàm violetur.

k ¶ *Nescio.*] hoc non definit: ponit tamen persuasionem suam cum dicit, per vitia, &c. vel dic, nescio, id est, non definio, cum sit manifestum: quia infidelis non violat templum Dei, cum ipse non sit templum Dei: sed ædificat templum diabolo.

l ¶ *Secundum opus.*] ordine scilicet enumerandi. sic enim ait Apostolus: Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio & immunditia, luxuria, &c. De his 25. dist. §. criminis. ver. de quibus.

"Luxuria & immũditia differunt.

m ¶ *Immunditia.*] "quę attenditur secundũ omnem vsum illicitum membrorum. luxuria attenditur in cibo & potu cũ vtitur delicatis & calidis, vt aptior sit ad immunditiam. 35. dist. ecclesiæ principes.

n ¶ *Etiam turpissimum.*] & ita quædam omittenda sunt propter turpitudinem, vt 1.q.4 §. item peccato. & Imperator dicit de ea quæ nubit intra tempus luctus, quomodo ei dicamus erubescimus. in auth. de rest. & ea quæ parit. §. vnum si quidem. coll. 4.

o ¶ *Polluerentur.*] nam dicit Imperator ꝙ propter ista crimina inducuntur fames & pestilentię, & terræmotus, vt in auth. vt non luxur. contra nat. §. si enim. coll. 6.

p ¶ *Immunditiam.*] " arg. opera nuptiarum, q̃ non sunt causa liberorũ, mortalia esse: qa luxuria & immũditia nominãtur, vt ℣. c. liberorum. sed hoc dicitur non quo ad reatũ mortalis virij, sed quo ad speciẽ facti. speciẽ enim & similitudinẽ luxuriæ & immunditiæ prætendunt & habent designare, vt not. ℣. e. c. origo.

" Nuptiarũ opera ñ sũt mortalia.

Alomon quippe.] CASVS. Probat Greg. ꝙ ex nimia assiduitate mulierum de facili quis ducitur ad idololatriã, Salomonis exẽplo: q cũ Deo prius cõstruxerat tẽplum, postea amore libidinis idolis tẽpla construxit. Seq. cap. cum §. seq. patet.

q ¶ *Idolis.*] idolo scilicet Astaroth Sydoniorũ, & idolo Chamos Moabitarum, & idolo Moloch Amonitarum. post tamen egit pœnitentiam secundum quosdam. [d] de pœ. dist. 2. si enim. ver. Salomon.

d h. d. qa an pœnituerit incertũ est, l3 q̃dã scripturæ apocryphæ hoc tenentur, secundũ Hug. 2 Iuo p. 8. c. 17. † *al. quia*

r ¶ *Damnata.*] cum vxore commissę voluptates puniendę sunt. Et ita est arg. pro Hu. qui dicit virum mortaliter peccare cum accedit ad vxorem causa libidinis. Tu dic contra. & damnate dicit, id est, puniẽdæ propter veniale, & est simile 4. dist. denique. 6. dist. testamentum.

Liberorum.]

3 Concord. tex. in §. seruiauteẽ aut nascũtur. cũ gl. instit. de iure pers.

QVARE AVTEM. Hæc est 6. pars q. in qua dicitur quòd filius sequitur matrẽ, maxime illegitimus. Ioan. de Fant.

† *Vnde & ij qui*] orig.

Liberi.] CASVS. Primo ostendit Isid. qui liberi dicantur legitimi. Secundo quòd proles semper imitatur conditionem matris. Tertio addit qui appellentur filij naturales. *Deteriorem.* hoc dicit secundum consuetudinem quarundam terrarum. Vel, *deteriorem*, id est, inferiorem & debiliorem, scilicet matrem.

s ¶ *Liberi.*] " quattuor sunt genera filiorum naturales tantũ, vt concubinarum. naturales & legitimi, vt vxoris. legitimi tantũ, vt adoptiui. spurij [e] vt sacrarum virginum, & consanguinearũ. 1.q.1.c. tali.

" Filij sunt quadruplices.

t ¶ *Deteriorem partem sumit.*] hoc verum est secundum legem Longobardorum & Theutonicorum. nam secundum legem Romanorum secus. C. de rei vend. partum. ff. de sta. ho. lex naturæ. & de ver. sig. etiam. & sufficit si per momentum fuit in libero ventre. ff. eo. ti. l. & seruorum. §. ingenui. Vel dic verius deteriorem, id est, debiliorem: quia femineus sexus debilior est quo ad honores: tamen circa insignia proles patrem sequitur, vt dixi ℣. eo. dicat.

e De istis habes ff. ð sta. ho. §. vulgo. & dñr spurij quasi de spuma riualium nati.

u ¶ *Matrem.*] quantum ad conditionem, & quantum ad originem. ff. ad munic. l. 1. & quòd impugnat testamentum matris, vt ff. de inoffic. testam. si suspecta. §. 1.

Quòd

Source : BIU Cujas

Vòd autem.]Hęc q. diuiditur in 7. partes. In quarum prima probatur, quòd non perditur castitas animæ vel corporis vbi animus non consentit. Secunda ibi, *Si Paulus.* Tertia ibi, *Nec solo.* Quarta ibi, *Quamuis.* Quinta ibi, *Cum ergo.* Sexta ibi, *Præceptum.* Septima ibi, *Sed quæritur.* Ioan. de Fan.

Casvs. Hic intitulatur 5. q. qua quæritur an pudicitia per violẽtiam auferatur? Dicitur ꝙ duplex est pudicitia, s. corporis, & animi. Pudicitia corporis, quæ carnis integritas dicitur, per violentiam aufertur, de qua habetur ĩ. ea. q. ille. Pudicitia animi, cum sit virtus, nõ aufertur per vim: qa animo vis non infertur, vt ĩ. ead. q. ita ne. ꝓbat igitur Grat. in hoc §. ꝙ pudicitia p violentiam non eripitur, primo cum sit virtus animi, non corporis: & animo vis non infertur, sed corpori secundo exemplo beatæ Luciæ.

1 in martyrio B. Luciæ

†*al. iacias sacrificiis.*

† *al. non attendit, qui & derideat.*

a ¶ *Quòd autem.*]Hic intitulatur 5. q. "an. s. pudicitia per violentiam auferatur. Et dic ꝙ duplex est pudicita: animi, & corporis. Corporis pudicitia quę integritas dicitur, bene admittitur per violẽtiam: de qua dicitur ĩ. ea. ille. & 27. q. 1. nuptiarum. Pudicitia autem animi cum virtus sit nõ aufertur per vim: qa animo non infertur vis, vt ĩ. ea. ita ne. Et no. ꝙ hęc eadem virtus est in virginibus, in coniugatis, & in viduis: sed in virginib. appellatur virginitas: & in coniugatis pudicitia. 27. q. 1. nuptiarum. & in continentibus castitas. 30. dist. hæc scripsimus.

" Pudicitia an possit p violentiam auferri.

2 Senten. 4. dist. 53. Iuo p. 7. c. 137.

3 Sent. ibid. Iuo part. 7. c. 138.

b ¶ *Vis.*]absoluta quæ non potest animo inferri: sed conditionalis potest, vt ĩ. 23. q. 6. vides. Vel dic non potest inferri animo vis: verum est non consentienti.

4 Iuo p. 7. c. 139.

c ¶ *Duplicatur.*] Arg. violenter corruptam non amittere virginum præmium, sed recipere duplicatum: non tamen quo ad aureolam. consequitur ergo maius præmium, sed non tale: quia non coronatur, nec fulgorem virginis habebit.

QVÆSTIO V.

1. ps *Vòd autem* a *pudicitia violenter eripi non possit, multorum auctoritatibus probatur. Est enim virtus animi, quæ violentiam non sentit. Corpori namque vis* b *infertur, non animo. Vnde, quamuis corpus violenter corrumpatur, si pudicitia mentis seruetur illæsa, tamen castitas duplicatur* c 1. *Sicut B. Lucia fertur dixisse Paschasio* [*Si inuitam me feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam.*] *Non enim inquinatur corpus, nisi de consensu mentis. Nam si in manu mea thura ponas, & per manum meam sacrificia† facias, Deus † hæc attendit, & derideat. De sensibus enim & voluntatibus iudicat Deus.*]

Hinc Ambrosius scribit in libro secundo de Virginibus.

¶ Melior est virginitas mentis, quàm carnis. C. I.

2 TOlerabilius d est mentem virginem, quàm carnem habere. Vtrũque bonum, si liceat e: si non liceat, saltem non homini f castæ A, sed Deo g simus. *& infra.* ¶ Virgo prostitui h potest: adulterari i non potest. Vbicumque Dei virgo est, templũ Dei est: nec lupanaria k infamãt castitatem: sed castitas, etiã loci abolet infamiã.

A ¶ Castæ.]*Antea legebatur*, casti. *sed* B. *Ambrosius ibi inducit Theodoram loquentem.*

Idem ad virginem lapsam, c. 4.

¶ Mente incorrupta, caro non corrumpitur. C. II.

3 REuera non potest caro l corrumpi, nisi mens fuerit ante corrupta.

Item Augustinus de ciuitate Dei, libro primo, c. 18.

¶ Aliena libido neminem polluit. C. III.

4 ITa A, ne aliquem polluat m aliena libido, metuitur? Non polluit, si aliena erit: si autem polluet, aliena non erit. Sed cum pudicitia virtus sit animi, comitemque n habeat fortitudinem, qua potius quælibet mala tolerare, quàm malo cõsentire decernat o, nullus autem magnanimus, & pudicus in potestate P habeat, quid de sua carne fiat: sed tantum quid annuat mente, vel renuat, quis tandem sana mente putauerit q se perdere pudicitiam, si forte in apprehensa, & oppressa carne sua exerceatur, & expleatur libido non sua.

A ¶ Ita, ne.] *Apud B. Augustinum legitur*, Atenim, ne vel aliena polluat.

Idem ibidem.

¶ De eodem. C. IIII.

5 PRoposito animi permanente, per quod etiam corpus sanctificari r meruit, nec ipsi corpori aufert s sanctitatem t violentia libidinis alienæ, quam seruat perseuerantia continentiæ suæ. An vero, si aliqua femina mente corrupta, violatoque proposito, quod Deo vouerat, pergat u vitianda ad deceptorem suum, adhuc eam pergentem sanctam vel corpore dicimus, ea sanctitate animi, per quam corpus sanctificabatur, amissa, atque destructa? Absit hic error, & hinc potius admoneamur, ita non A amitti corporis sanctitatem manente animi sanctitate, etiam corpore oppresso, sicut amittitur corporis sancti tas violata animi sanctitate. *Idem c. 19.* ¶ Lucretiam certe matronam nobilem, veteremque Romanam pudicitię magnis efferũt laudibus. Huius corpore cum violenter oppresso Tarquinij Regis filius libidinose potitus esset, illa scelus improbissimi iuuenis non debet rea effici, obest tamen quo ad aureolam: & quia nõ consecrabitur inter virgines, vt ĩ. ea. ille.

ITa, ne.] Casvs. Ostendit Aug. in hoc cap. quòd cum pudicitia sit virtus animi, inuito auferri non potest. Vnde cum comitem habeat fortitudinem, etiam pro morte non debet malo consentire. Nullus enim in sua potestate habet qđ de carne sua fiat: sed in mente potest pudicitiam quis seruare. *Metuitur?* interrogatiue, quasi non debet metui.

m ¶ *Polluat.*] & polluet per consensum. de pœ. dist. 5. c. fi.

n ¶ *Comitemque.*] nã qui habet vnam virtutem, habet omnes.

o ¶ *Consentire.*] fi. 31. q. 2. Lotharius. non enim prætextu paupertatis, &c. de ritu nup. palam. §. non est ignoscendum.

p ¶ *In potestate.*]Nam dicit lex, qua cura vel diligentia consequi possumus, ne quis nobis iniuriam vel damnum det, vt ff. cõmo. ad eos. & de admi. re. ad ciu. per. l. 2. §. si eo. & dicit lex, ꝙ custodia parum potest aduersus vim. ff. de act. emp. & ven. si ea res.

5 Iuo ibid.

q ¶ *Putauerit.*] Arg. ꝙ non debet dici quis perpetrasse quod nolens fecit, vel passus fuit: nec debent imputari quæ per coactionem absolutam fiunt, arg. ĩ. distin. 50. presbyteros. 15. q. 6. c. 1. arg. econtra. 31. q. 2. Lotharius.

PRoposito.] Casvs. Ostendit Aug. in hoc c. quòd sicut virgo, quæ proposuit se leccatori suo supponere, mente est corrupta, sed integra corpore: sic quæ inuita patitur violentiã hostis, est integra mente, etsi corpore corrumpatur. quod probat exẽplo Lucretiæ.

r ¶ *Sanctificari.*]in futuro, cum sua stola induetur.

s ¶ *Non aufert.*] & ita habet copus virtuté. Sed contra. ĩ. ead. de pudicitia. quia virtus tantum in animo est. sed ideo dicitur corpus habere: quia furtum est habere post resurrectionem.

t ¶ *Sanctitatem.*] hæc tamen quæ mente corrupta est, post pœnitentiam potest ordinari: quia quo ad legem promotionis virgo est. ĩ. ead. finge.

u ¶ *Pergat.*]No. quòd sola itineris arreptio facit aliquam corruptã: "sicut itineris arreptio habetur pro appellatione. ext. de app. meminimus. sic qui pergit de vna militia ad aliam, iure secundæ militiæ censetur. ff. de bo. poss. ex testam. mil. l. 1. A

"Appellat, qui ad superiorem iter arripit.

a đ hoc no. extr. de priuil. c. pen.

LVCRETIAM. Casvs. Cum Romani obsiderent Ardeam, orta est contentio inter Collatinum & Tarquinium filium Tarquinij regis de castitate suarum vxorum. Tunc Tarquinius fecit fieri litteras falsas ex parte Collatini ad vxorem eius: in quibus continebatur, Hũc recipe tamquam meipsum. & eas sigillare fecit sigillo Collatini. & cum eis sero venit ad domum Lucretiæ, quæ visis litteris honeste fulcepit eum. Tarquinius autem in nocte accessit ad lectum eius cum quodam Mauro: & dixit ꝙ nisi permitteret eum facere quod vellet, ibi interficeret illum Maurum, & diceret se deprehendisse illum cum illa. Tunc illa timens tantam infamiam, cum valde casta haberetur, suppoluit se illi. Ille autem mane reuertens ad castra, publice de facto se cœpit iactare. Illa vero absconditο cultello in manica venit ad castra & in publico manifestauit seriem facti: & cœpit multum hortari ad vindictam maritum & Brutum auunculum suum: & extracto cultello seipsam interfecit: pro quo Tarquinius rex & filius eius expulsi sunt de ciuitate.

" Locus nõ sanctificat hominem.

k ¶ *Nec lupanaria.*] " homo enim sanctificat locum, non locus hominem, vt 40. dist. non loca. & c. multi. tamen ex loco quandoque præsumitur contra aliquem, vt 18. q. 2. diffinimus. & etiam pro aliquo, vt 56. dist. c. 1. ipse ergo locus per se non est infamis: nec etiam domus lupanaris est infamis, vt ff. de pet. her. ancillarum. vitari tamen debet turpis locus, vt 81. dist. in omnibus. & iudex ipsum vitare debet, vt ff. de arb. si cum dies. §. si arbiter.

l REuera.] ¶ *Caro.*] id est, eius corruptio ad reatum imputari non debet, vel ad damnationem æternam: vel corruptionis

Source : BIU Cujas

a ¶ *Propinquo.*] id est, auunculo.

b ¶ *Adultera.*] videtur q̄ Augu. male induxit exemplum Lucretiæ: "nam in veritate secundum canones adulterium commisit, siue directa, siue indirecta fuerit voluntas: licet secundum leges non committatur nisi dolo. ff. de adult. l. pe. sed Aug. induxit exemplum hoc quasi à minori. q.d. ex quo ea quæ conditionaliter fuit coacta, excusatur secundum legē ab adulterio: multo magis ea quæ absolute secundum canones. 1. q. 1. constat. 50. dist. presbyteros.

c ¶ *Vnus admisit.*] immo & ipsa, nisi absolute fuerit coacta. ar. ꝯ. ea. ita ne. sed hoc iō dicit, quia nō tenetur hoc casu ad pœnā legis [a]: quia sine dolo adulterium non committatur. ff. de adul. l. pe. aliàs potiº debuit mori quàm consentire. ī. e. §. cū ergo. "Vides ergo q̄ adulteriū & simonia pūt esse ex parte vnius tantū. similiter simonia potest esse ex parte vnius tantū, & non alterius: sicut in Giezi & Naamā. vt 1. q. 1. qui studet. & q. 3. quæ situm. & similiter societas, vt ff. pro soc. l. actione. §. diximus. & spōsalia. ext. de desp. impub. de illis. & matrimonium, vt extra de eo qui du. in mat. quā pol. per adul. c. 1. & ꝯ. ead. 9. 2. aliquando. [b]

On fidelibus.] Casvs. In hoc ca. & in omnibus sequentibus probatur, q̄ castitas animi non amittitur, licet corpº per violentiam corrumpatur: cū nullum peccatum committatur nisi voluntate. *Eorum*, ſ. hostium. Quæ sequuntur, plana sunt vlq; iqi, *Ad dominum.*

d *De pudicitia qs dubitauit.*] Collige de modo probationis omnem virtutem esse in animo.

e ¶ *Virtus est.*] "est aūt virtus habitus mētis bene constitutæ, &c. vt de pœ. di. 3. ille rex tantus. ob hoc etiam virtutes velamēta animæ dicuntur. de pœ. dist. 2. c. sapiens.

f ¶ *Eripi potest.*] quid si culpa sua in hanc violētiam incidisset: puta denuntiauit ei maritus vt fugeret, ne vi hostium opprimeretur, illa autem fugere noluit: & sic oppressa est, an dimitti possit à viro? Sic videtur, quia quidquid ex culpa sua, &c. 15. q. 1. si quis insaniens. 50. dist. studeat. præsumitur enim se rapinæ obtuliſſe. 23. q. 4. displicet. ff. quod metus caus. si mulier. Argu. contra. extr. de spon. veniens. 27. q. 2. desponsata. ff. de reg. iu. nullum crimen. 15. q. 6. c. 1. nec imputandū est ei q̄ credula non fuit. ff. quod cum fal. tu. l. 2. & 50. dist. si quis præpostera. Item & si peccauerit non credendo viro suo: non tamen quantum adulterium meretur. 15. q. 1. inebriabunt. Io. Quid iuris sit de hoc, in quæstionibus plene notaui. B.

Ad Deum.] Casvs. Dicitur in hoc c. q̄ Deus inuocantib. eum consueuit adesse, qui non permittit aliquā mulierem violari, aut si permittit, non tamen finit eam culpa aliqua maculari si nō consentit: tantum enim valet integritas mētis, vt & si corpus corrumpatur, tamen in ea dicatur pudicitia seruata. *Nec commisit*, per consensum volendo. vel, *nec commisit*, id est appetiit. *nec permisit*, resistendo. Sequens cap. patet.

g ¶ *Permittet.*] sic nō permisit Abimelech. ꝯ. prox. q. nemo.

h ¶ *Defendit.*] id est, non imputatur ad crimen corruptio carnis. 15. q. 1. c. 1.

i *Non potest.*] ¶ *Nō peccat.*] nam tunc homo peccat cum mens per delectationem subiugatur. de pœ. dist. 2. hoc sciendum. & est arg. 22. q. 5. si quis coactus. cōtra. Sed ibi de conditionali coactione, hic de absoluta.

Magis timeamus.] Casvs. Dicitur hic, magis timendum est ne amittamus castitatem animi quàm corporis. Nam pudicitia mentis non amittitur violentia corporali: quæ etiam dicitur in carne seruari nisi voluntate consentiat. Hūc credo intellectum literæ: licet Beneuent. aliquantulum in fine variauerit dicens: Ostenditur hic quòd violentia corporalis non violatur pudicitia mentis: sicut nec voluntate nuda perditur integritas corporalis.

Sicut enim peccatum.] Casvs. Dicitur hic quòd sicuti non nisi voluntate peccatur: ita quis non nisi sponte meretur. Nam multi corpore casti sunt, & tamen adulterium committunt. quod probatur auctoritate Domini. Frequenter enim accidit vt sola voluntate quis peccet: sed tunc gloriosum est si tentationi sponte resistit.

k ¶ *Sicut enim.*] sola voluntatis forma moueret opus. decima, quæstione secunda. hoc ius.

l ¶ *Voluntate.*] "directa vel indirecta, ne sit contra. supra distinction. quinquagesima. si quis voluntate.

a ¶ *Debil*

" Lucretia adulterium commisit.

† *al. commisi sceleris*

a Vñ expōe qđ đt adulteriū, i. ptiū adulterij.

"Adulteriū & simonia pūt esse ex parte vniùs

b Ad idem 28. q. 2. si infidelis.

1 Iuo p. 7. c. 140. & p. 10. c. 101.

"Virtutis definitio.

2 Iuo p. 7. c. 141.

3 15. q. 1. si qs iratus. §. itē in persecutione.

4 idē Beda ī qō. in Gen. to. 8. 190. Iuo p. 8. c. 11

---

marito Collatino, & propinquo [a] Bruto viris clarissimis, & fortissimis indicauit, eosq; ad vindictam cōstrinxit. Deinde fędi in se commissi† ægra, atq; impatiens se peremit. Quid dicemus, adultera [b] hęc an casta iudicāda est? Quis in hac cōtrouersia iudex laborandū putauerit? Egregie quidā ex hoc, veraciterq; declarans ait, [Mirabile dictu: duo fuerunt: & adulterium vnus admisit [c].] splendide, atque verissime. Intuens enim in duorum corporum commistione vnius inquinatissimā cupiditatē, alterius castissimā voluntatem, & nō quid coniunctione membrorū, sed quid animorū diuersitate ageretur, attendens [duo, inquit fuerūt, & vnus adulteriū admisit.]

A ¶ Ita non amitti.] *Locupletatus est ex originali hic locus, qui etiam apud Iuonem erat paulo concisior.*

Idem in eodem libro, c. 27.

C. V.

NOn fidelibus Christi sit tædio vestra vita, si ludibrio fuit hostibus castitas vestra. Habetis magnā, veramq; cōsolationem, si fidā conscientiā retinētis, non consensisse peccatis eorum, qui in vos peccare permissi sunt.

Idem in libro de duabus animabus, cap. 10.

¶ Non nisi voluntate peccatur.

A ¶ Non fidelibus.] *In originali legitur*, Non itaque vobis ô fideles Christi, *sed quoniam erat mitium capitis, non est mutatum. Reliqua vero sunt restituta & aucta.*

Idem in lib. 1. de libero arbitrio, c. 5.

¶ De eodem. C. VI.

DE pudicitia quis dubitauerit [d], quin ea sit in animo constitua, quandoquidem virtus est [e]? Vnde à violento stupratore eripi [f] nec ipsa potest. *Item Hieronymus* A *super epist. ad Roman. lib. 1.* ¶ [1] Non potest fieri, vt nisi quis mœchetur prius in corde, mœchari possit in corpore. *Idem super Lucam* B *in libro 2.* ¶ [3] Finge in persecutione aliquā virginem prostitutam: hæc apud Euangelium, quia voluntate non peccat, virgo suscipitur: in lege quasi corrupta repudiatur. *Idem in libro hebraicarum quæstion. in Gen. ad c. 12.* ¶ [4] Corpus mulieris non vis maculat, sed voluntas. *Item Augustinus in libro de sancta virginitate, c. 8.* ¶ Sicut nemo impudice vtitur corpore, nisi spiritu prius concepta nequitia, ita nemo pudicitiam seruat in corpore, nisi spiritu prius insita castitate.

A ¶ Item Hieronymus.] *Apud* B. *Hieron. nihil tale est inuentum. Sed apud Orig. lib. 2. ad c. 2. epist. ad Romanos hæc leguntur*: Neque enim fieri potest, vt si ante quis nō mœchetur in corde, mœchari possit in corpore.

B ¶ Idem super Lucam.] *Hæc habentur in commentariis B. Hieronymi in Matthæum l. 2. c. 11. & inde est emendatum. In Lucam enim nihil extat* B. *Hieronymi.*

Item Victoriano, epistola 122.

¶ In corpore pudicitia violari non potest, si mens inuiolata seruetur. C. VII.

AD Deum ingemiscentibus omnino suis aderit, q̄ suis adesse consueuit: & aut nihil in earum castissimis membris libidine hostili perpetrari permittet [g], aut si permittit, cum earum animus nulla consensionis turpitudine maculatur, etiam carnem suā defendit [h] à crimine: & quidquid in ea nec commisit, nec permisit libido patientis, solius erit culpa facientis: omnisque illa violentia non pro corruptionis turpitudine, sed pro passionis vulnere deputabitur. Tantum enim in mente valet integritas castitatis, vt illa inuiolata, nec in corpore possit pudicitia violari, cuius mēbra potuerint superari.

Item Isidorus in synonymis, lib. 2. [6]

¶ Caro non peccat, si à contagione fuerit anima munda. C. VIII.

[7] NOn potest corpus corrumpi, nisi prius animus fuerit corruptus. Munda à contagione anima† caro non peccat. [i]

Item Augustinus Honorato episcopo, epistola 180.

¶ Non eripitur pudicitia carnis, si mente seruatur. C. IX.

[8] MAgis timeamus ne sensu interiore corrupto pereat castitas fidei, quàm ne feminæ violenter constuprētur in carne: quia violentia non violatur pudicitia, si mente seruatur: quoniam nec in carne violatur, quando voluntas patientis sua turpiter carne non vtitur, sed fine consensione tolerat quod alius operatur.

Item Ioannes Chrysostomus [id est auctor operis imperfecti super Matthæum, homil. 32. ad c. 19.]

¶ Nec peccatum, nec iustitia ex opere sine voluntate perficitur. C. X.

SIcut enim [k] peccatum sine voluntate opus non facit, ita & iustitia ex opere non consummatur, nisi & voluntas affuerit. Multi enim corpore quidem castitati student: adulterium autem voluntate [l] committunt. Nisi enim ex voluntate sola, fornicatio consummaretur, numquam Dominus diceret. [Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde

5 Anſ. l. 10. c. 52.

6 Cap. 1. id est ante c. 7 Sent. 4. di. 33. Iuo p. 7. c. 142. † *al. animi*

8 Pol. l. 4. tit. 15. Anſ. l. 10. c. 51.

"Cōtinētia est duplex. Matth. 5.

a ¶ *Debilitati.*] senio, vel sectione, vel naturali frigiditatẽ. hoc dicit litera, quia voluntaria continentia est bona, non necessaria. 33. q. 5. qui sitit, in fi.

SI Paulus.] Hæc est 2. pars q. in qua dicitur, ꝙ nullus debet superbire de castitate: quia cito pditur, & reparatur difficile, vel nunquam. Io. de Fan.

†*al. corpore* Casvs. Hic inuehit Hier. cõtra Eustochiũ quæ de sua virginitate se nimium extollebat. & ꝓbat ꝙ inde se iactare non debet, tũ quia cadere ꝑt: tũ ꝙa sola virginitas carnis non saluat. Et ꝙ cadere possit, ꝓbat exẽplo Pauli, quamuis castus esset, tamen tentabatur, & cadeꝛ timebat. & hoc in prima part.

†*al. debilitatis*

ı Act. 9. & 13 & Rom. 1. In secunda par. terret eam per impossibilitatem restitutionis post lapsum. In tertia par. idem ostendit auctoritate Dñi, & auctoritate Esaiæ ad litterã loquẽtis de Babyloniis, quod mystice referri potest ad animam fidelem, quæ cecidit p peccatum. Secunda pars incipit ibi, *Caue quæso.* Tertia pars ibi, *Timeamus illam.* Et scias ꝙ eodem modo ponũt hũc casum H. & B. eo excepto ꝙ H. addit ibi auctoritatẽ, & videre poteritis si verum vobis dico. Litteræ autem expositio in apparatũ plene notatur, & ideo expositione supersedeo.

1. Cor. 9.

Rom. 7.

1. Cor. 11. Rom. 7.

Amos 5.

b ¶ *Vas.*] i. electus ad prædicandum. & dicitur vas, quia plenior[a] fuit aliis, vt 23. q. 7. c. 1.

a sc. gratia prædicandi.

c ¶ *Aculeos.*] i. motus primos, de quib. timebat cadere in secundos, & qui surgunt in nobis & sine nobis. de pœn. dist. 2. inter hæc sciendum.

Amos 8.

d ¶ *Aliam.*] i. sensualitatẽ siue concupiscentiam, "quæ dicitur lex, quia ligat & trahit ad peccatum. vnde dicit alibi, Ago quod nolo.

" Sensualitas est lex.

e ¶ *In legem duci peccati.*] ideſt, in peccatum: quia ligat hominem.

f ¶ *In semetipsum reuersus.*] i. propriam fragilitatem considerans.

"Minores fi possunt qđ maiorib⁹ est denegatum

g ¶ *Tute.*] ar. "quòd non licet maiori, nec minori, vt 8. q. 1. fi ergo. & 11. q. 1. magnum. & quod negatur maioribus multo potius minoribus. C. de reuo. do. his solis. in fi. & quod maioribus dignitatib. non est concessum, hoc sibi non audeant vendicare minores, vt C. de decu. l. vlt. lib. 10.

h ¶ *Putas.*] argu. quòd Paulus fuit virgo, cum fit comparatio inter eum & Eustochium, quæ fuit virgo.

"virginitatem Deus restituere non potest.

i ¶ *Suscitare.*] "Idem dicit lex, quòd virginitas restitui non potest. C. de ra. vir. in prin. Sed nonne exoculato potest restituere visum? quare ergo non virginitatem? Quidam sic intelligunt, id est, quòd Deus non potest facere quin fuerit corrupta, quia factum non potest non esse factum, vt ff. de cap. in bello. §. factæ. sed secũdum hoc idem effet in cœco. Resp. quod hic dicitur, non refertur ad carnis corruptæ restaurationem, sed ad virginalis palmæ retributionem. & dic non potest, ideſt, non congruit eius potentiæ, vt aureola coronet corruptos. hoc enim esset contra iustitiam, & ideo illud non potest, vt ar. de pœ. dist. 2. §. charitas.

k ¶ *Malæ.*] arg. ff. de dolo. l. 1. §. 2. nam ideo dixit prętor dolus malus, quia est & bonus.

l ¶ *Quæ oleum.*] ideſt, pinguedinem bonorum operum. vel ideſt, pietatem. 45. dist. disciplina.

"Babylonij per quos reges fuerũt i captiuitate.

m ¶ *Descende.*] "verba sunt Esaiæ prædicentis ad litteram futuram Babyloniorum captiuitatem per Darium & Cyrum regem Medorũ & Persarum, & exequitur secundum hoc propheta ad litteram quasdam miserias, quas pauperculæ mulieres solent sustinere: & verba imperatiua resoluenda sunt in verba futuri temporis.

m ¶ *Descende.*] ideſt, descendes.

"verbũ vni⁹ tpis sæpe ꝓ alio põitur.

n ¶ *Sede.*] i. sedebis. quod ideo dixit propheta propter nimiam futurorum certitudinem. "Et est arg. ꝙ verbum præsentis temporis poitur pro verbo futuri. sic exponitur, traditur, i. traditurus est. ff. de pub. l. 1. & est ar. ff. de ver. si. verbis. sicut econtrario verbũ futuri loco præsentis, vt ś. 21. di. in nouo. 50. di. ponderet. & exponitur à Hieron. hæc littera moraliter circa fidelem animam quæ præuaricata est per peccatum. & hoc duobus modis, vel imitando ad pœnitentiam, & tunc proprie tenentur verba. Descende, i. humilia te per pœnitẽtiam. Sede in terra, id est, in cinere & cilicio. Matth. 5.

o ¶ *Virgo.*] i. sterilis. Vel virgo prius filia Babylonis, ideſt, filia confusionis: quia mens tota facta confusa est. de pœn. dist. 3. §. item ait. Matth. 25.

p ¶ *Chaldæorũ.*] Chaldæi[b] græce feroces intelliguntur. valde eñ feroces sunt qui proprias voluntates sequentes non morib. suis parcere sciunt. Et est Chaldæa regio, vbi Babylonia ciuitas est in ea sita. b & dic Chaldæorũ. i. dæmonũ, q. d. simul nõ ꝑt qs esse filio Dei & diaboli, nec simul habere virtutes & vitia ś. e. q. 1. cum renũtiatur. & loqtur p similitudinẽ, qa Chaldæi, &c.

q ¶ *Thronus.*] i. dignitas regalis aufertur ei. Vel thronus, id est remuneratio æternæ vitæ. Esa. 47.

r ¶ *Non vocaberis vltra mollis & delicata.*] ideſt, amodo non vives in deliciis quo ad virtutes, supple nisi pœnitueris. † *al. solium*] orig. Cant. 1.

s ¶ *Accipe molam.*] timoris per contritionem.

t ¶ *Mole farinam.*] examina peccata tua, & malas cogitationes.

t ¶ *Mole farinam.*] vel pro paupertate, vel aliter. Psal. 44.

v ¶ *Discooperi.*] i. confitere peccata tua.

x ¶ *Denuda.*] per confessionem. Ezech. 16.

y ¶ *Transi flumina.*] id est, defere caduca & fluentia. supple, quòd nisi hoc feceris, reuelabitur, &c.

z ¶ *Opprobria.*] in die iudicij. de pœn. dist. 1. §. non ita. Exponitur etiam mystice hæc littera, ita quòd improperet vitium fideli animæ, & tunc resoluuntur verba in præteritum tempus. descende, id est descendisti ab altitudine virtutũ ad vitia. sede in terra, id est, sedisti terrenis infecta. virgo vt prius. Accipe molam, id est, accepisti mundanarũ rerum circuitum. Mole, id est, moluisti, id est, dissipasti cogitationes tuas eas effectui mancipando. Discooperi, id est, discooperuisti hypocrisim tuam, amodo enim apparet qualis prius extiteris: discooperuisti te virtutibus. Nam virtutes velamina sunt animę. de pœ. di. 2. sapiens. Denuda crura tua, id est, per confessionem denudasti actiones tuas. Transi flumina, ideſt, transisti per temporalia eis inhærendo, & idcirco reuelabitur, &c. Esa. 1.

a *Hoc post thalamum.*] Hæc littera vult quòd præcedens moraliter intelligatur. & est sensus, id est, postquam recessisti à sponso tuo & fratruele, id est, Christo. Christus enim & ecclesia sunt fratrueles, quia de Iacob Christus: de Esau ecclesia, ideſt, de gẽtibus processit. 35. q. vlt. §. fi vero. & hæc sunt verba Hieronymi.

b ¶ *Regina.*] ideſt, quælibet sancta virgo, vel sancta ecclesia.

c ¶ *Deaurato.*] charitate & castitate, de pœ. dist. 2. principium.

d ¶ *Nudabitur.*] veste virtutum & bonorum operum.

e ¶ *Et posteriora.*] id est, peccata, quæ habuit quasi post dorsum relicta, cum ante se debuerit ea habere.

f ¶ *Ponentur.*] in futuro sæculo.

g ¶ *Ad aquæ.*] ideſt, in hæreticos.

h ¶ *Et posito.*] id est, depositio.

i ¶ *Vase.*] scilicet cordis.

k ¶ *Diuaricabit.*] ideſt, diuidet & committet varios suos affectus.

l ¶ *Omni transeunti.*] id est, dæmonib. vel ideſt, omnibus opera sua: quia ibi omnia omnibus aperta erunt.

l ¶ *Transeunti.*] diabolo. "Transiens dicitur diabolus, quia dicunt animæ ipsi diabolo, Incurua te, vt transeamus super te. & ibi, Exinanite vsque ad fundamentum in ea. de pœ. dist. 3. in salicibus.

" diabolus dicitur transiens.

m ¶ *Quam ad altiora.*] argu. quòd melius est non incipere quam ab incœpto desistere. melius est enim non vouere quàm à voto cadere. 12. q. 1. certe. 27. q. 1. nuptiarum.

suo.] Ergo voluntas sine opere† frequẽter peccat. Illa est gloriosa continentia, non quam transgredi non potest necessitas debilitati[a] †corporis, sed quam complectitur voluntas sancti propositi.

Item Hieronymus in epistola ad Eustochium de custodia virginitatis.

¶ Virginitas carnis non seruatur mente corrupta. C. XI.

ADulterij.] Casvs. In hoc c. distinguit Aug. diuersos gradus in fornicatione. vnde dicit ꝙ adulterium vincit fornicationem: vincitur autẽ ab incestu, quia magis peccat incestuosus, quàm adulter. sed fornicatio contra naturam excellit omne genus adulterij, quæ execrabilis est i meretrice, execrabilior autem in vxore, tolerabilior autem fit vsus in rebus concessis ad vtendum (etsi modus excedatur) quã in nõ concessis, etiam si reatus sit vsus.

3 Senten. 4. dist. 38. Iuo p. 9. c. 110.

f ¶*Ab incestu.*]&sic videtur ꝙ quilibet incestus sit maior adulterio, vt ff. de adult. si adulterium. §. 1.

g ¶*Contra naturam.*] quo casu malo vinci quam vincere. 3. 22. q. 2. in ipsarum.

h ¶*Veniale.*] arg. contra H. qui dixit mortaliter peccari cum propria vxore cum exceditur modus, vt 3. ea. q. 4. origo.

i ¶*Execrabilius.*] ar. hic ꝙ plus peccat qui iurat per Deum mendacium, quàm qui iurat per creaturam mendacium, vt 22. q. 1. mouet.

k ¶*In vxore.*] 3. e. q. 2. quidquid. contra. ibi de naturali, hic de extraordinaria commistione agitur, ꝺ qua dicitur 35. q. 3. extraordinaria.

Item ex concilio Martini Papæ [id est, ex c. Martini Bracharensis, c. 80.]

¶Ad pœnitentiam est cogendus, qui multis nuptiis copulatur. C. IX.

1 SIquis fuerit multis nuptiis copulatus[a], pœnitentiam agat. Conuersatio autem, & fides pœnitentis tempus comprehendata[b].

a ¶ Comprehendat.] *In originali, & apud Iuonem est,* compendiat tempus. *Apud Burchardum corrupte,* compẽdit. *Et in concilio Neocæsarien si, c. 3. 3. 31. qu. 1. de his. vnde hoc sumptum est, legitur,* abbreuiat. *Sed ob glossam non est mutatum.*

Item Augustinus de adulterinis coniugiis, lib. 1. c. 9.

¶Qui ob fornicationem vxorem dimittit, & aliam ducit, mœchari probatur. C. X.

2 QVemadmodum nõ recte[c] dici potest, si ergo nescit homo, non peccat (sunt enim etiã peccata ignorantium[d], quamuis minora, quàm scientium) ita non recte dici potest, ergo si causa fornicationis dimiserit vir vxorem, & aliam duxerit, non mœchatur. Est enim mœchatio etiam eorũ, qui alias ducunt relictis propter fornicationem prioribus: sed vtique minor[e], quàm eorũ, qui non propter fornicationem dimittũt, & alteras ducunt.

2 *Sunt enim in fornicatione gradus: vt sicut grauius peccat adulter, quã fornicator, sic grauius delinquit, qui nec sua dimissa aliam ducit: eo, qui suam dimittens, aliam cognoscit: grauius quoque, qui vxorem habens ad coniugem proximi sui accedit, quàm qui non habens vxorem, torum alterius violat, vel vxoratus ad solutam accedens. Sed hos omnes incestuosi transcendunt: quos vincunt contra naturam delinquentes.*

Vnde Augustinus de adulterinis coniugiis.

C. XI.

3 ADulterij malum vincit fornicationem: vincitur autẽ ab incestu[f]. Peius est enim cum matre, quàm cum aliena vxore concumbere. Sed omnium horũ est pessimum, quod contra naturam[g] fit, vt si vir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit vti. Vsus enim naturalis, si vltra modum prolabitur, in vxore quidẽ veniale[h] est, in meretrice damnabile. Sed iste, qui est contra naturam, execrabiliter fit in meretrice; sed execrabilius[i] in vxore[k]. Tãtum valet ordinatio creatoris, & ordo creaturæ, vt in rebus ad vtendũ concessis, etiam cum modus exceditur, longe sit tolerabilius, quàm in eis, quæ concessa nõ sunt, vel vnus, vel rarus excessus.

¶In multis vetustis caput hoc coniunctum est superiori: atque in eo referuntur verba B. Augustini hinc inde collecta potissimum ex libro de bono coniugali, c. 8. 9. & 11. quem etiam librum, citat Iuo, & Magister.

Item Ambrosius in libro de Patriarchis, lib. 1. de Abraham, c. 6.

¶Minus est secundum naturã coire, quam contra naturam delinquere. C. XII.

4 OFferebat[l] sanctus Loth filiarum pudorẽ. Nam etsi illa quoque flagitiosa impuritas erat: tamen minus erat secundum naturam coire, quàm aduersus naturam delinquere. Præferebat domus suæ verecundiæ, hospitalem gratiam, etiam apud barbaras[m] gentes inuiolabilem.

Item Augustinus confessionum, li. 3. c. 8.

¶Grauiora sunt flagitia, quæ contra naturam probantur. C. XIII.

5 FLagitia, quę sunt contra naturam, vbique & semper detestanda, atq; punienda sunt: qualia Sodomitarum fuerunt. Quę si omnes[n] gentes facerent, eodem criminis reatu diuina lege tenerentur: quæ nõ sic fecit homines, vt se illo vteretur modo. Violatur quippe ipsa societas, quæ cum Deo[o] nobis esse debet, cum eadẽ natura, cuius ipse auctor est, libidinis peruersitate[p] polluitur.

Item contra Iouinianum, lib. 1.

¶ *Caput hoc neque in libro de bono coniugali, (quem contra Iouinianum se scripsisse B. Augustinus lib. 2. retract. c. 22. profitetur) neque in libris contra Iulianum, quorum quintum citat Iuo, est inuentum. De his tamen flagitiis agitur lib. 2. de nuptiis & concupiscentia, c. 19. & 20.*

¶Turpior, & flagitiosior est vsus contra naturam, quàm fornicationis, vel adulterij. C. XIIII.

6 VSus naturalis & licitus est in coniugio: sicut illicitus in adulterio. Contra naturam vero semper illicitus, & proculdubio flagitiosior, atq; turpior: quẽ sanctus Apostolus & in feminis, & in masculis arguebat[q]: damnabiliores[r] volens intelligi, quàm si in vsu naturali vel adulterando, vel fornicando peccarent.

Item Isidorus lib. 2. de summo bono, c. 39.

¶Omnis immunda pollutio, fornicatio est licet varia sint peccata fornicationis. C. XV.

NOn solũ de cõmissa fornica

l ¶*Offerebat.*]ꝺ. di. 14. quod ait, contra 15. q. 1. si quis in clero. Sed die sanctus aliàs, vel quo ad zelum, quia volebat hospites illæsos seruari.

m ¶*Apud Barbaras.*]" "fides hostium & hosti fides est seruãda est. seruanda, vt 23. q. 1. no li. & hospes tenetur hospitem defendere. vnde & lex dat actionem contra eum. ff. nau. cau. l. 1. in prin. & dicetur in die iudicij. Hospes fui, & non recepistis me, &c.

n ¶*Flagitia.*] Casvs.[1] Dicit Aug. in hoc c. ꝙ flagitia[c] quæ fiũt contra naturam, sunt ab omnib. refutanda & punienda. Nã si omnes homines morbo sodomitico laborarẽt, omnes pro peccato rei tenerentur. nec enim homines sic se abuti possunt quin societas contracta cum Deo violetur peruersitate, id est, peruerso ordine libidinis, scilicet in membris non concessis nec licitis.

4 Iuo p. 9. c. 115. Gen. 19.

c Not. est, ꝙ facinus dr à facio. & differt à flagitio. qdqd. n. agit indomita cupiditas ad corrũpẽdũ animũ, & corp⁹ suũ, flagitiũ est: sed qdquid agit vt noceat alteri, facinus est. Arc.

n ¶*Quæ si omnes.*] ar. ꝙ ratione multitudinis vel consuetudinis non excusatur quis à culpa. ar. 3. e. q. 4. obiiciuntur. contrà. Sed intellige in his quæ fiunt cõtra naturam. Quãdo quis propter multitudinem excusetur, habes de pœ. dist. 6. c. 1. in fin. & 44. dist. comessationes.

5 Iuo p. 9. c. 105.

o ¶*Quæ cum Deo.*]de qua habes j. de consecr. distin. 2. in Christum.

p ¶*Peruersitate.*]i. ordine peruerso: grauius tamen puniunt leges hoc crimen quã canones, vt ext. de excess. præla. clerici. C. de adul. cum vir. " Et dicit Imperator ꝙ tale crimen pestilentias & tempestates inducit in auth. vt non luxurientur contra naturã, in fi. sed qui puerum corrupit ad stuprum, morte punitur. j. de pœn. distin. 1. qui puero.

" "Peccatum cõtra naturã pestilentias inducit

6 Iuo p. 9. c. 106.

q ¶*Arguebat.*] in epistola ad Romanos.

Rom. 1.

r ¶*Damnabiliores.*]quod verum est, vt 3. ea. adulterij.

NOh *solum.*]Hæc est 3. pars q. in qua Isidorus detestatur crimen adulterij. Ioan. de Fan. Casvs. Hoc c. diuiditur in tres par. In 1. ostendit Isidorus quæ sit fornicatio carnalis. In 2. assignat triplicem spiritualẽ fornicationem, cuius

Source : BIU Cujas

quarum vna consistit in idololatria, alia in vsu mulieris per concupiscentiam, alia omnis immunda pollutio. In 3. par. omnem fornicationem præ ceteris vitiis detestatur. nam qui quotidie & indiscrete fornicantur, sunt pecudibus comparandi. *Quædam*, scilicet feminæ.

a ¶ *Peccatum.*] i. peccati reatus: quia actuale peccatum transit actu, sed remanet reatu originale econuerso. de consec. di. 4. nō ex quo.

b ¶ *Adhuc.*] j. de consec. dist. 2. quotidie.

c ¶ *Delectetur.*] 5. dist. 49. hinc etenim. versꝰ ponderosus.

d ¶ *Teneat.*] s. vt delectetur. nam tunc peccat mortaliter. ar. dist. 81. valet. nā si ad hoc teneat vt doleat, nullum tale remedium sicut cōtinuata memoria. de pœ. di. 3 Iudas.

e ¶ *Seruitus.*] scilicet, ideo omnis, &c.

f ¶ *A Deo.*] vt patet de Salomone, 5. e. q. 4. Salomon.

g ¶ *Septem vitia.*] " s. superbia, inuidia, ira, auaritia, accidia siue tristitia, gula, luxuria, pro qua ponitur hic fornicatio. Hæc sunt cardinalia. Alia sunt quasi ramusculi, de quibus habes 25. distin. §. criminis.

h ¶ *Fornicationis.*] incestuosæ. Laur.

i ¶ *Maximum.*] s. commune vel maximum, quia habet sub se multas species. 28. q. 1. idololatria.

Q *Vid in omnibus.*] Casvs. Ostendit Clemens in hoc c. esse graue crimen adulterium, cum secundū locum in pœnis obtineat. Et q̄ sit graue crimen, probat per comparationem idololatriæ, quæ obtinet primum locum in prima tabula. Quem, sc. locum primum, & simplex relato. *Et grauius*, hyperbolica locutio est.

k ¶ *Grauius.*] hoc dicit ad detestationem criminis. & est similis modus loquendi 5. e. qu. 6. nihil iniquius. " Multa enim crimina sunt grauiora adulterio[a], vt homicidium, vt j. prox. q. 1. si quod. & incestus. 5. e. adulterij. & sacrilegium, vt 17. q. 4. sicut. & fractio voti continentiæ, vt 27. q. 1. nuptiarum. & generaliter vbicumque grauior pœna imponitur, vt 24. q. 1. non afferamus. Vel dicitur maximum: quia maxima pœna punitur, ideſt, morte. ext. de fur. c. 1. & 2.

l ¶ *In pœnis.*] i. in prohibitionibus secundæ tabulæ Moysi. In prima tabula continentur hæc tria præcepta. Non habebis deos alienos coram me, vel Non facies tibi sculptile. Non assumes nomen Dei tui in vanum. Memento sanctificare diem sabbati. In secunda continentur septem. Honora patrem & matrem, non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium, non cōcupisces rem proximi tui. siue domum vel agrum, nec seruum, nec ancillam, nec vniuersa quæ illius sunt. Ergo error fidei prohibetur in prohibitione primæ tabulæ. Adulterium in tertio mandato secundæ tabulæ, hoc est in secunda prohibitione.

m ¶ *Primum.*] ideſt, in prima tabula.

HIS AVCTORITATIBVS. Casvs. Infert Grat. ex supradictis, q̄ qui vxorem causa fornicationis dimittit, aliam ducere non potest ea viuente. Postea respondet magister allegando dicens quòd hæ auctoritates intelliguntur de his quorum continentia non impedi tione peccatum[a] regnat in homine: sed, si adhuc[b] delectetur[c], atque animum teneat[d], proculdubio regnat. Fornicatio carnis adulterium: fornicatio animæ idolorum est seruitus[e]. Est autē & spiritalis fornicatio: de qua † Dominus ait. [Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.] omnis immunda pollutio, fornicatio dicitur, quamuis quisque diuersa turpitudinis voluptate prostituatur. Ex delectatione enim fornicandi varia gignuntur flagitia, quibus & regnum Dei clauditur, & homo à Deo[f] separatur. ¶ Inter cetera septem vitia[g], vitium † fornicationis[h] maximum[i] scelus est: quia per carnis immunditiam templum Dei violat, & tollens membrum Christi facit membrum meretricis. Sunt[A] autē quædam, quæ sicut animalia absque vlla discretione, indesinenter libidini seruiunt: quas ego nec mutis pecoribus comparauerim: Pecora enim cum conceperint, vltra non indulgent maribus copiam sui.

A ¶ Sunt autem.] *Hæc non sunt inuenta apud Isidorum: sed apud Origenem hom. 5. ad c. 19. Gen. & similia apud B. Hieronymum in ca. 5. epistolæ ad Ephesios.*

Item ex epistola prima Clementis ad Iacobum.

¶ Adulterium secundum in pœnis obtinet locum. C. XVI.

1 Q Vid in omnibus peccatis adulterio grauius[k]. Secūdum namque in pœnis[l] obtinet locum: quoniam quidem primū[m] illi habent, qui aberrant à Deo, etiam si fobrie vixerint.

¶ Locum hunc ex epistola Clementis citat Nicolaus primus in epistola omnibus archiepiscopis, & episcopis in regno Lotharij, quæ incipit, Optaremus: *& extat Romæ in bibliotheca monasterij Dominicanorum.*

His auctoritatibus euidentissime monstratur, quòd quicumque causa fornicationis vxorem suam dimiserit, aliam illa viuente ducere non poterit: & si duxerit, reus adulterij erit.

¶ His ita respondetur. Hę auctoritates de iis loquuntur, quorum continentiam carnalis infirmitas non impedit, vel de his, qui præstantes causam dissidij, aliorum coniunctione se reddiderint indignos.

Vnde Ambrosius super primam epistolam Pauli ad Corinthios, ad c. 7.

C. XVII.

3 VXor à viro non discedat, nisi causa fornicationis: q̄ si discesserit, aut maneat innupta, aut reconcilietur viro suo, & vir similiter non dimittat vxorem.] Ideo non subdit de viro, quod de vxore præmisit: quia viro licet ducere aliam.

¶ In eo Ambrosij loco pluribus verbis hæc res exponitur: sed contrariam sententiam asserit B. Ambrosius lib. 1. de Abraham, c. 4. & 7. quod refertur 5. e. q. 4. nemo. & in comment. ad ca. 16. Luca toto c. 1. libri octaui, cuius pars refertur j. 33. q. 2. c. an, quod.

Item Gregorius tertius Bonifacio episcopo, epist. 4.

¶ Licet ducere aliam viro, cui sua ob infirmitatem corporis debitum reddere non valet. C. XVIII.

4 Q Vod proposuisti, si mulier infirmitate[n] correpta non valuerit debitum viro reddere, quid eius faciat iugalis: bonum esset, si sic permaneret, vt ab stinentiæ vacaret: sed quia hoc magnorum est, ille, qui se non poterit continere, nubat[o] magis: nō tamen subsidij opem[p] subtrahat ab illa, quam infirmitas præpedit, non detestabilis culpa[q] excludit.

¶ Epistola, ex qua capitulum hoc acceptum est, impressa extat tomo 3. conciliorum, & manuscripta in bibliotheca monasterij Dominicanorum: & quæ citantur j. 33. q. 1. c. quod autem. & c. sequenti, videntur esse huius Gregorij tertij.

5 [5] *Sed illud Ambrosij à falsatoribus dicitur insertum. Illud Gregorij sacris canonibus, imo Euangelicæ, & Apostolicæ doctrinæ penitus inuenitur aduersum[r]. Quidam vero sententiam Ambrosij seruare cupientes, non de qualibet fornicatione illud arbitrantur intelligi, vt ob quamlibet forle infra prox. quæstio. 2. si quod. Vel dic hoc abrogatum esse, vt dixit. H.[c]*

p ¶ *Opem.*] id est, dotem reddat.

q ¶ *Culpa.*] arg. quòd probato adulterio statim vir potest dimittere vxorem suam: & dotem lucratur. ext. de don. inter vir. & vxor. plerumque.

SED ILLVD. Hæc est 5. pars q. in qua laborat magister pro solutione c. & dicit quòd incestuosi tātum post mortem vxoris possunt contrahere: & hoc probat per 6. c. quæ sunt restringenda ad ius cōmune. Io. de Fan.

Casvs. Soluit modo Grat. & dicit quòd c. Greg. est abrogatum. ca. vero Ambr. aut est à falsatoribus insertum, aut intelligitur de incestuosa fornicatione: ita quòd hoc nomen, vir, sit nomen innocentis, hoc nomen, mulier, sit nomen peccantis: sed tamen peccante superstite alter contrahere non potest, sed mortuo sic. deliquens autem si superstes extiterit, perpetuo continebit. Et ad hoc inducit sequentia c.

r ¶ *Aduersum.*] nonne Leo quartus dicta Greg. minoris sine exceptione mandauit tenenda? vt 20. dist. ca. 1. sed illud in aliis in quibus bene

[a] Peccata cardinalia sunt septē.

[a] *al. fornicatio maximi est sceleris*

[a] Tex. est si. ī l. pponebatur. ff. d iud. & ī l. hērdita tum. ff. ad l. falc.

[a] Adulterio multa sunt grauiora. a istā gl. seq. turAle. dIm. ī l. trāsigere. cir. prin. C. de trāsa. vbi ponit rōem quare i adulterio trāsigi nō p̄t. q̄ talis est secundū Bar. ī d. l. trā sigere. ex parte rei frequētia crīs. ar. l. aut fcā. ī fi. ff. d pœ.

[a] Sent. 4. dist. 28. Iuo p. 8. c. 99. Pann. l. 7. c. 21.

[a] Sent. 4. dist. 35. 1. Cor. 7. Glo. ord. ad eum locum

[a] 4 Iuo p. 8. c. 78. Pann. l. 6. c. 112.

[a] b sc. d pñti; sed hoc stare nō p̄t, q. nisi sponsa transeat ad religionē, ñ dōnat. inter virum & vxorem. ca. 1. & 2. Vel loquitur de arcta, & illud erit consilium, non enim opem, &c. Sed contra hoc obiicitur extra de frigidis & malefi. consultationi. nam ibi dicit quòd non inuenitur aliquis canon de arcta: sed certe bene inuenitur, sed non expresse. Vel intellige de iuene qui continere non potest, cui permittitur contrahere cum vna permissiua comparatione ne ad plures accedat, simi-

[a] 5 Sent. 4. distin. 35. Glo. ord. 1. Cor. 7

[a] c Hic vide qd̄ not. 5. e. q. 5. c. puto. ī gl. 1. Arc.

Source : BIU Cujas

bene dixit. arg. 1. q. 1. filium.

a ¶*Publice.*] hic alludit G. distinctioni Alex. ext. de diuor. si qua. & c. porro. quæ tamen abolita[a] est, ext. de eo qui cog. consang. vxo. suæ discretionem. nec ponitur in noua compilatione.

a ista sunt verba Laur. q ita loqtur q a p̃cedens decre. ñ fuit posita ēt in antiqua cōpilone. Arc.

Q*Vædam.*] C A S V S. Dicitur hic quòd si frater cognouerit vxorē fratris sui sciēter, ipsi adulteri perpetuo continebunt, sed frater innocens suam mortua aliam accipere poterit.

b ¶*Dormiuit.*] j. 35. q. 2. si quis cum. s̃. 27. q. 2. qui dormierit.

c ¶*Illi vero.*] Omnia ista c. vsque ad §. quāuis. exaudi per c. hi vero. quod est glossa omnium, quæ omnia inducuntur ad probandum, q incestuosi nō possunt matrimoniū contrahere.

†al. affinitatis

S*I quis viduam.*] C A S V S. Dicitur hic q si quis adulteratur cū affini vel consanguinea, perpetua continentia ei debet indici. Seq. c. planum est, & habuisti s̃. 26. q. 2. q dormierit. & ibi inuenies expositionem.

d ¶*Sororibus.*] quarū vna erat vxor sua, & sic non est contra. infra, prox. causa. q. 2. si quis cum duabus.

e ¶*Duobus.*] quorum vnus erat maritus, & sic non est contra. j. prox. causa. q. 2. si quis cum.

f ¶*Consobrinam.*] i. filiam materteræ. Vel dic, aut, pro id est, filiam auunculi. s̃. e. q. 1 de Benedicto.

g ¶ *Priuignam.*] propriam. sed de hac præmiserat. Vel intellige priuignam auunculi de alio progenitam, vel de secundis nuptiis, vt 35. q. vlt. fraternitatis.

15. cap. c. 101

h ¶*Eos.*] sc. adulteros, vt j. e. §. quamuis. vel viros, vel vxores.

"vir q̃q; hī ab vxore, & ñ habet eā.

i Q*Vi dormierit.*] s̃. 27. qu. 2. qui dormierit.

2 Bur. l. 17. c. 9. Iuo p. 9. c. c. 71. & 77. Pā. l. 6. c. 121.

k ¶*Neutram.*] "quia ipse debitum non exiget ab ea, & ita nō habet eam, habetur tamen ab ea: quia ipsa petēte tenetur ei reddere debitum. & ita non habet, sed habetur[b], nec distinguo an fuerit occultus incestus, an manifestus, vt ext. de eo qui cog. cōsan. vxo. suæ differe tionem. De hoc nota ui 27. q. 2. qui dormierit.

b Tali incestuoso, & adultero vxor ñ debet debitū reddere. imo p̃t esse auctorita te Dñi dene gare. 32. q. 1. dixit. nisi & ipsa à tali primo debitum exigat: q posteaq̃ facta recon ciliatio taci ta: vñ decetero ñ h; qđ obiicere pos sit, vt ext. de adult. si vir. ext. de cōiu. fer. ppositi & c. vlt. ext. de eo q du. in matr. veniens. Arc.

l ¶*In coniugio.*] 33. q. 2. si quis cum duabus. cōtra. sed ibi soluitur.

m ¶*Copulentur.*] etiā aliis: quia aliter non esset quæstio.

H*I vero.*] C A S V S. Dicitur hic, quòd si quis vxorem suam in adulterio inuenerit, & eam propter hoc dimiserit: donec. amplius ducere potest illa si superstes fuerit, sub perpetua pœnitentia continebit. Vel dic, nec eum nec eam, id est, adulterum & adulteram. sed prior expositio verior videtur esse, id est, maritum & adulterum.

nicationem vir licite dimittat vxorem, & viuente dimissa aliam ducat: sed de incestuosa tantum fornicatione intelligi: cum vxor videlicet alicuius, patri & filio, fratri & auunculo viri sui, vel alicui similium se constuprandam publice[a] tradiderit. Hæc autem, quia viro suo se illicitam reddidit in perpetuum, dū per copulam consanguinitatis in primum, vel secundum, vel tertium gradum transiuit affinitas† dimittitur, & ea viuente superducitur alia. Hic si quis contendat non magis viro, quàm mulieri licitum esse, si vir alicuius eodem modo fornicetur, sciat virum ab Ambrosio appellatum non sexu, sed animi virtute: mulierem quoque nominatam sentiat non sexu corporis sed mollitia mentis. Sed quia nulla auctoritate permittitur, vt vxore viuente alia superducatur, intelligitur illud Ambrosij in supradicto genere fornicationis: non tamen, quòd viuēte dimissa, aliam ducere possit: sed post mortem fornicarij, vel fornicariæ (quorum vterque, vt supradictum est, à corruptione luxuriæ mulier appellatur,) ille, qui à fornicatione mundus est, vir vel mulier aliis copulari possunt: adulteri autem si superuixerint, nullo modo aliis copulari poterunt.

Sic & illud intelligitur, quod in capitulo cuiusdam concilij legitur.

¶Licitum coniugium non negetur illi cuius vxor cum suo fratre dormierit. C. XIX.

Q*Vædam cum fratre viri sui dormiuit*[b]: decretum est, vt adulteri numquam coniugio copulentur: illi vero[c], cuius vxor stuprata est licita coniugia non negentur.

¶*Simile legitur lib. 5. capitularium, c. 19.*

Sic & illud Moguntinensis concilij intelligitur[1].

¶Disiungantur, & numquam coniugio copulentur, qui quodlibet infra subiectorum admiserint. C. XX.

2 S*I quis viduam vxorem duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu cum duabus sororibus*[d], *aut si qua cum duobus*[e] *fratribus, seu cum patre & filio, si quis relictam fratris, si quis neptem, aut nouercam, aut nurū, aut consobrinā*[f], *aut filiam auunculi, aut eius relictam, aut priuignam*[g] *polluerit, eos*[h] *disiungi, & vlterius nunquam in coniugio copulari præcipimus.*

¶ *Sensus huius capitis est in concilio primo Moguntino, c. 56. & 2. sub Rabano, c. 29. & li. 5. capitul. c. 101. vbi etiam pleraque eadem verba habentur.*

n ¶*In adulterio.*] scilicet incestuoso. nam quòd alij adulteri contrahere possunt, habes 31. q. 1. c. 2.

o ¶*Deprehendunt.*] & nolunt eas de cetero habere in coniugio.

p ¶*Viuunt.*] per hoc determinātur omnia hæc c. post mortem enim adulterantis licet alij contrahere, ante non.

Item[3].

¶Sororem vxoris polluens neutram habere valet. C. XXI.

4 Q*Vi dormierit*[i] *cum duabus sororibus, & vna ex illis antea vxor fuerit, neutram*[k] *ex ipsis habeat: nec ipsi adulteri vmquam in coniugio*[l] *copulentur*[m].

Item illud Gregorij.

¶Causa adulterij vxorem relinquens continentiam seruet. C. XXII.

5 S*I*† *vero, qui vxores suas in adulterio*[n] *deprehendūt*[o], *non licebit nec eum, nec eam, aliam vxorem accipere, vel alium virum, quamdiu ambo viuunt*[p]. *Si autem adultera mortua fuerit, vir eius, si vult, nubat, tantum in Domino: adultera*[q] *vero nunquā, etiam si mortuus*[r] *fuerit vir eius: omnibus tamen diebus vitæ suæ acerrimæ pœnitentiæ*[s] *lamenta persoluat.*

Item ex decreto Zachariæ Papæ.

¶Neutram habeat, qui sororem vxoris polluit. C. XXIII.

6 C*Oncubuisti cum sorore vxoris tuæ? si fecisti, neutram habeas*[t]: *& si illa, quæ vxor tua fuerit, conscia*[u] *sceleris non fuit; si se continere*[v] *non vult, nubat*[x] *in Domino cui velit. Tu autem & adultera sine spe coniugij permaneatis: & quandiu vixeritis, iuxta præceptum sacerdotis pœnitentiam agite.*

Item ex concilio Triburiensi.

¶Cum nouerca, vel filiastra, vel sorore suæ vxoris dormiens, ad coniugium peruenire non poterit: viris tamen earum legitima non negantur coniugia. C. XXIIII.

7 S*I quis cum nouerca sua dormierit, neuter ad coniugium*[y] *potest peruenire: sed vir*[z] *eius potest, si vult, aliam accipere, si se cōtinere non potest. Similiter*[z] *si quis cum filiastra sua, vel cum sorore vxoris suæ dormierit, obseruandum est.*

Quamuis illud, quod in fine Moguntinensis[a] *concilij ponitur, à nonnullis non de legitime coniunctis, sed de fornicariis dictum intelligatur: videlicet vt fornicarij discedant ab*

q ¶*Adultera.*] s̃. prox. q. 1. si quis. contra. s̃. e. q. Apostolus. contra. Ex c. illo colligitur q mortuo viro fornicatore, adultera possit alteri nubere: sed qualiter hoc soluetur, s̃. determinatum est 31. q. 1. si quis.

3 in cōc. Vormac. c. 63.

4 Sen. 4. dist. 34. Bur. l. 17. c. 3. Iuo p. 9. c. 69.

r ¶ *Pœnitentiæ.*] interioris, quę dicitur cōtinua memoria. de pœ. dist. 3. Iudas.

C*Oncubuisti.*] C A S V S. Dicitur hic, q si quis cōcubuit cū sorore vxoris suę, neutri debet de cetero cō miscēri. vxor vero si cōscia sceleris nō fuerit, & continere non potest, post mortē eius nubat cui vult. adulter vero & adultera sine spe coniugij permanebunt in pœnitentia.

5 Sen. 4. dist. 34. Poly. l. 6. tit. 4. †al. His

s ¶*Neutram habeas.*] haberis tamen ab ea, vt notaui s̃. e. qui dormierit.

t ¶*Conscia.*] tanquam lena: quia procurat vt adulteretur. s̃. ead. qu. 1. cap. 1.

v ¶*Si se continere.*] Vel si manifestum est viri adulteriū, & eum non corrigit. Et est arg. ad quæstionem de medico, qui cognouit vxorem patientis ex dissolutione viri, vel dissimulatione viri vel persuasione[c].

6 Sent. ibid. Bur. l. 19. c. 5. fol. 273.

c Adde ad hāc gl. not. ī l. 2. §. si pubblī. ff. de adul. gl. ī l. cū mulier. ff. solut. matr.

ADDITIO. Scilicet q post mortem mariti possit contrahere me dicus. I. de Fan. Et dic quod si vir persuasit, non pōt ei obiicere: quia obstat ei exceptio, mulier tamē male fecit secundū B. Brix. Quod dic vt plene disputauit in sua quæstiōe dominicali, quæ incipit, Cum quidam grauiter ægrotaret, &c. vbi soluit.

x ¶*Nubat.*] post mortem mariti. vel eo viuente si erat tantum sponsa de futuro. ext. de iureiu. quemadmodum.

7 Ex cōc. apud Vermerias. Burch. l. 17. c. 11.

S*I quis cum nouerca.*] C A S V S. Dicitur hic, q si quis cum nouerca sua adultera tur, tam ille quàm illa perpetuo cōtineant: vir vero vxore sua mortua aliā accipiat. Idem in similibus.

y ¶*Sed vir.*] post mortem vxoris. s̃. ea. hi vero qui.

z ¶*Similiter.*] sed contra j. prox. q. 2. si quis cum duabus. sed hic rigor, ibi misericordia. vel hic vna erat vxor: ibi non.

QVAMVIS. Casvs. In hoc §. G. primo determinat finem illius c. si quis vidua. Secūdo determinat illud c. quod proposuisti. & vtrumque male, secundum Beñ. & H. Casus autem §. satis patet, & per te videbis: quia inuenit G. aliam solutionem ad illud cap. quod proposuisti.

a ¶*Moguntinensis.*] s̃. ea. q. si quis viduam.

Source : BIU Cujas

a Cõcor. gl. ĩ l. reculari. &no. ĩ l. Clodius. ff. de acq. pos.

a ¶ *Illud vero.*] quandoq; bonus dormitat Homerus[a]. Vagatur Grat. pro solutione illius c. s. ea. quod proposuisti. & cum non inueniat, somniando attribuit S. Greg. minori, quod egregius doctor S. Gregorius maior scribit Aug. 35. qu. 3. quædam lex. sed hic casus reprobatus est supra.

b ¶ *Inane.*] non est inane, sed tolerabilius vt qs infirmitate carnis ad vnam quàm ad plures diuertat: quod ibi permittitur. arg. ĩ. ꝓx. causa. q. 2. si quod verius est.

c ¶ *Si vxorem.*] s. e. q. 5. si vxorem.

1 s. e. q. 5. si vxorem.

HI *qui.*] Hæc est 6. pars q. in qua dicitur, ꝙ furiosi non possunt contrahere. sed si ante furiam cõtraxerũt, tenet matrimonium. Io. de Fant. CASVS. Dicitur hic ꝙ si duo sani matrimonium cõtrahant, & cõsentiant, pro nulla infirmitate superueniente, debent separari. Sequens c. patet cũ sequenti §. & ad probandum quod dicitur in §. inducit sequens c.

2 L. 2. senten. Pauli ti. 19. ĩ interpretatione l. 4. in C. Theo. Sen. 4. di. 34. An. l. 10. c. 27 Bur. l. 9. c. 28 Pol. l. 6. tit. 4 Iuo part. 8. c. 166. Pann. l. 6. c. 93.

d ¶ *Non possunt.*] ar. si res peruenit ad eum statum, &c. ar. ff. de iti. actuq. pri. l. 1. quod enim recte actum est, corripi non potest, &c.

b Qd leg. & not. s. ĩ. q. 7. si quis omnem in pr. "castrati an possint matrimonium contrahere.

e ¶ *Aut membris.*] hic idem repetitur.

f ¶ *Excisi.*] de istis castratis quidã sunt castrati, quidã caste nati, i. frigidi, "& isti nõ possunt contrahere. j. prox. q. 1. si vero. Alij castrati, s. spadones bene possunt. ar. 27. q. 1. nuptiarum. j. proxi. q. 5. quod Deo. ff. de iure do. si serua. §. si spadoni. Alij dicunt melius, quia nec isti possunt contrahere, cum cognoscere vxorem nõ possunt, & exigun tur ĩ matrimonio tria bona re vel spe. 27. q. 2. omne. Vel dicas ꝙ si habet virgam arrectã, siue resoluat sperma siue non, ꝙ sit ibi matrimonium. nam talis satisfacit mulieri, sicut mulier satisfacit viro sine resoluat siue non: nec requiritur, ꝙ semper in matrimonio sit filiorum procreatio: quia sufficit ꝙ non euitet prolem, vt s. e. q. 2. solet.

3 Paul. ibid. Sent. ibid. Polyc. ibid. Anſ. l. 10. c. 28. Burc. l. 9. c. 30. Iuo p. 8. c. 168. Pan. l. 6. c. 92

4 Iuo p. 8. c. 254. Pan. l. 6. c. 28. & 105.

g NEque furiosus neque furiosa.] "quia nõ possunt consentire. arg. 15. q. 1. aliquos. possunt tamẽ si habeant dilucida intervalla, vt ext. de spõsa. dilectus. arg. 7. q. 1. quamuis. alias non valet. 27. q. 2. sufficiat. 17. q. 2. Gonsaldus.

" Furiosus consensu caret.

VT ERGO. Hæc est 7. pars q. in qua redit ad propositum principale, s. ad ostendendum quòd altero viuente non potest alter contrahere. Ioan. de Fant.

T *Antum valet.*] CASVS. Dicitur hic, quòd tã forte est vinculum matrimonij, vt quamuis causa prolis contrahatur, tamen pro sterilitate non separatur: immo si aliam causa prolis superduxerit, adulteriũ erit, etsi vera vxor cõsentiat: quamuis apud antiquos patres obtinuerit aliter. Ben.

h ¶ *Sociale.*] i. matrimonium, quod duos sociat. Et est ar. quòd causa cessante non cessat constitutio, vt s. e. q. 1. dicit. s. 61. dist. §. his omnibus. contra. Sol. hoc & illud non tangunt se. nam ibi causa appellatur pro qua excludenda aliquid constituitur, vt ibi. ff. de postu. l. 1. §. sexum. hic vero appellatur pro qua habenda matrimonium cõtrahitur.

i ¶ *Posset.*] de facto[c].

c Sim. 3. q. 6. hæc quippe. ver. nam cum, &c.

k ¶ *Aliam.*] s. dist. 56. Ismael.

l ¶ *Alterius.*] s. vxoris.

m ¶ *Apud antiquos.*] s. ea. q. 4. dixit.

n ¶ *Temere non dixerim.*] melius est pie dubitare, quàm temere diffinire. Dic, temere non dixerim, i. nullo modo dicam: quia temerarium esset dicere, & sic sentire.

† *al. non temere dixerim*

VSque adeo.] CASVS. Dicitur hic quòd manet character matrimonij, & vinculum coniugale etiam si diuortium interueniat, sicut manet character baptismatis etsi apostatando à charitate recedat.

5 Sent. 4. di. 31. Iuo p. 8. c. 12. Pann. l. 6. c. 74.

o ¶ *Sacramentum.*] i. characterem.

p ¶ *Habet autem hoc.*] s. 1. q. 1. quod quidam. s. 12. q. 1. scimus[d].

d De hoc 23 q. 4. quid faciet. Arc.

Vm itaque.] CASVS. Hic proponitur 8. q. qua quæritur an liceat ducere infidelem sub ea conditione vt conuertatur: & certũ est quòd nõ, propter imparem cultum, vt s. 28. q. 2. de cimẽ. sed sponsalia, vt dicit H. ea conditione contrahi possunt, vt 28. q. 1. non oportet. Idem etiam posset dici in matrimonio, licet Hug. contradicat. Sed quia hæc quæstio determinata erat, ideo ponit aliam quæstionem, s. an liceat alicui peccare vt infidelem ad fidem conuertat: & dicẽdum est quòd non, vt in seq. c.

"Mulier infidelis an possit duci sub ea cõditiõe vt cõuertatur.

q ¶ *Cum itaque.*] Hęc fuit 8. quæstio, an liceat ducere vxorem infidelem sub ea conditione vt conuertatur? Et certũ est ꝙ pure non potest contrahere cum ea, vt 28. q. 1. c. caue. & c. nõ oportet. sed omittit magister quæstionem illã, quam posuit superius in themate: quia determinata erat s. 28. q. 1. non oportet. & ponit aliam, quæ similiter determinata est 14. dist. quod ait.

6 Iuo p. 8. c. 73.

NOn solum.] CASVS. Dicitur hic, quòd si fidelis vxorẽ suam fidelem dimittit, & paganam superducit hac conditione vt baptizetur, manifestum est eum mœchari. Nã & si solutus esset ab vxore, & votum emisisset, sub ea conditione, sibi contrahere non liceret, cum votum debeat adimplere: sed si absolutus fuisset, hoc ei ante votum facere licebat: sed votum factum nulla conditione rũpetur, cum sine conditione fuerit emissum.

r ¶ *Quidam faciunt.*] cognoscendo aliam, non dimissa sua.

inuicem, & sine spe coniugij permaneant. Illud vero a *Gregorij ad Bonifacium, Anglicis*A *pro tẽpore permissum est: quibus B. Gregorius in quarta, & quinta generatione coniugia contrahi permisit: aliàs autem inane*b *esset, cum Augustinus dicat in libro de sermone Domini in monte* [*Si vxorem* c *quis habeat, sterilem, &c.*]

Item Nicolaus ad Carolum Moguntinensem episcopum[1].

A ¶ Anglicis.] *Vere hic auctor glossæ animaduertit, Gratianum, quod Gregorius tertius scripsit ad Bonifacium legatum Germaniæ pro causis Germanorum, retulisse ad ea, quæ multo ante B. Gregorius primus scripserat ad Augustinum Anglorum episcopum, dispensando cum Anglis ad fidem nuper conuersis super gradibus consanguinitatis, & affinitatis. & habetur infra 35. q. 2. & 3. c. quædam lex. & q. 5. c. ad sedem.*

¶ Ob infirmitatem, vel damna corporis, coniugia solui non licet. C. XXV.

6[2] HI, qui matrimonium sani cõtraxerint, & vni ex duobus amentia, aut furor, aut aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatẽ coniugia talium solui non possunt[d]. Similiter sentiendum de his, qui ab aduersariis excæcantur, aut membris[e] truncãtur, aut à Barbaris exsecti[f] fuerint.

Item Fabianus Papa.

¶ Furiosus, & furiosa matrimonium contrahere non possunt. C. XXVI.

3 NEque furiosus, neque furiosa[g] matrimonium contrahere possunt: sed si contractũ fuerit, non separentur.

7 *Vt ergo ex præmissis colligitur, non licet huic, dimissa vxore, aliam ducere. Manet enim inter eos quoddam vinculum coniugale, quod nec ipsa separatione dissoluitur.*

Vnde Augustinus ait in libro de bono coniugali, c. 7.

¶ Sterilem vxorem dimittere, & causa fœcunditatis aliam ducere alicui non licet. C. XXVII.

4 TAntum valet illud sociale[h] vinculum cõiugum, vt cum causa procreandi conligetur, nec ipsa causa procreandi soluatur. Posset[i] enim homo dimittere sterilem vxorem, & aliam[k] ducere, de qua filios habeat: & tamẽ non licet. *Item c.* 15. ¶ Manet vinculum nuptiarum, etsi proles, cuius causa initum est, manifesta sterilitate non subsequatur: ita, vt iam scientibus coniugibus non se filios habituros, separare se tamen vel ipsa causa filiorum, atque aliis copulare non liceat. Quod si fecerint, cum eis, quibus se copulauerint, adulterium committunt: ipsi autem coniuges manent. Plane vxoris voluntate adhibere aliam, vnde communes filij nascãtur vnius cõmistione, ac semine, alterius[l] autem iure, ac potestate, apud antiquos[m] patres fas erat. Vtrum & nunc fas sit, temere †[n] non dixerim.

Idem libro primo de nuptiis, & concupiscentia, c. 10.

¶ De eodem. C. XXVIII.

5 VSque adeo manent inter viuentes semel inita iura nupriarum, vt potius sint inter se coniuges, qui ab alterutro separati sunt, quàm cum his, quibus aliis adhæserunt. *& paulo*A *post.* ¶ Manet inter viuentes quoddam vinculum coniugale: quod nec separatio, nec cum altero copulatio possit auferre: manet autem ad noxam criminis, non ad vinculum fœderis: sicut apostata anima velut de coniugio Christi recedens, etiam fide perdita sacramẽtum[o] fidei non amittit, quod lauacro regenerationis accepit. Redderetur enim proculdubio redeunti, si amisisset abscedens. Habet Paulus tem hoc, qui recessit, ad cumulum supplicij, non ad meritum præmij.

A ¶ Et paulo post.] *Apud B. Augustinum hic interiicitur. c. denique. s. 31. q. 1. Addita vero nonnulla sunt, & emendata in hoc capite ex ipso originali, quemadmodum & in præcedenti.*

QVÆSTIO VIII.



Vm itaque[q] *probatum sit, quòd hic vxorẽ suam dimittere, & aliam ducere non potest, quæritur, si liceat ei hac conditione peccare, vt infidelem ad fidem adducat. Quod non posse fieri Augustinus affirmat in lib. primo de adulterinis coniugiis, c. 24. ita dicens.*

¶ Non debet aliquis à continentię voto recedere, etiam si infidelis Christianam se fieri polliceatur. C. I.

6 NOn solum mœchandum non est, (quod facit non quidam[r], sed omnis, qui dimittit

a ¶ *Ducit*

Source : BIU Cujas

a ¶*Ducit alteram.*]mœchatur.
b ¶*Compensatione.*]ar.ꝙ in illicitis compensatio non debet admitti,vt 33.q.5.si dicat.1.q.1.non est putanda.22.q.1.primũ.& c.ne quis. & c.faciat.ꝛ.dist.40.si euangelica.14.dist.quod ait.
c ¶*Quia promisit.*]hic collige ꝙ licet interdum sub conditione contrahere, vt ꝛ. 28. q.1. non oportet.

"cõditiões aliquæ sũt ĩ iuramentis intelligẽdę.

d ¶*Conditione.*] "ex hoc videtur ꝙ numquam subintelliguntur conditiones in iuramẽto. quod falsum est,vt notaui supra vigesimaseptima, quæstione secunda.§.secũdo. quia generales intelliguntur, & si non speciales, vt si Deus voluerit, si vixero, si potero [a]. sed speciales non intelliguntur nisi exprimantur, vt si hoc feceris,vt C.de cond. ob turpem causam,si repetendi.ff.de verbor.obligat.quidquid. nisi vbi lex permisit aliquid tacite agi inter cõtrahentes: tunc enim illud pro expresso habetur, vt ff. si certum petatur, cum quid. ff.de verb. oblig.triticum.quandoque lex ipsa speciales conditiones subintelligit,vt in stipulatione dotis subintelligitur hæc, si nuptiæ fuerint secutę,vt ff.de iure do. stipulationẽ. & hoc si non immoderatum quid præcipitur,vt ff.de oper.libert.si libertus. extra de iureiurand.Quintauallis.

aNot.hicH. ꝙ si qs fecit votũ de carnilibus non edẽdis, &in firmatur:ita ꝙ dr̃ à medicis, ꝙ est in periculo nisi vescatur carnib⁹,&ꝙ aliter euadere nõ p̃t, đ p̃cepto maioris p̃t comedere carnes, qa cas⁹ est necessitatis, & in huiusmodi voto tacita in est condõ,ſ. nisi necessitas cogeret, vel p̃ceptũ maioris adesset.Arc.

†*al.viuentibus*

e¶*Conditione.*]not.argum.à contrario sensu.subaudiuntur & aliæ conditiones, vt dixi vigesimaseptima, quæstione secunda.§. primo.

Vidã vir.] Casvs. Post matrimonij ĩpedimenta expedicta superi⁹, supponit Gratianus causam trigesimamtertiam,in qua tractat de impotentia coeundi, & de enormitate delicti,& de tempore feriarum:& alia quædam annectit. Vt autem hęc & alia faciat, præmittit thema, de quo quinque elicit quæstiones.

†*al.purus*

f ¶*Quidam vir.*] "Tractauit Gratianus supra de impedimento matrimonij, quod procedit ex animo,& etiam de eo quod procedit tam ex animo quàm ex corpore coniunctim:nunc tractat in causa ista de eo quod procedit tantum ex corpore. tractat etiam de quibusdam aliis impedimentis,vt de frig.& malef.c.1.& 3.& de enormitate delicti,vt ĵ.quæstione secunda,de his.& sequentibus,& de tempore feriarum,vt ĵ.q.4. per totum.

g ¶*Agni.*]id est Christi,de quo dicitur ecce agnus Dei.de conse.dist. 4.nemo.

h ¶*Confessione.*]id est,contritione.

Vòd autem.] Hæc q.diuiditur in tres partes,in prima quarum probatur ꝙ frigiditas separat matrimonium.Secunda ibi,*Hoc autem.* Tertia ibi,*Ecce quòd impossibilitas.*Ioan. de Fant.

Casvs. Hic intitulatur prima quæstio,in qua quæritur,an impossibilitas coeundi separet matrimonium. Et distingue quòd est triplex impossibilitas.Vna quæ procedit ex animo,vt in furioso, vt ꝛ.prox. quæst.7.neque furiosus.Alia quæ procedit ex corpore,vt in maleficiato & frigidõ,vt ĵ.ea.c.1.2.& 3.Tertia prouenit ex vtroque, vt in puero:quæcunque autem impossibilitas sit,non impedit matrimonium contractum & consummatum:sed bene contrahendum,vt ĵ. eo.§.& c.sequentibus. In puero autem non impedit contrahendũ, vt 31.quæst.2.si verum. Probat ergo in hoc §.auctoritate Euangelica & apostolica,ꝙ impossibilitas non dirimit matrimonium,cũ sola fornicatio dirimat. postea soluit dicens, ꝙ impossibilitas dirimit matrimoniũ non consummatum , sed consummandum : & ad hoc inducit sequẽtia c.

i ¶ *Quod autem.*] Hic depingitur 1.q.an scilicet impossibilitas coeundi separet matrimonium. "Et nota ꝙ est triplex impossibilitas, impossibilitas ex animo,vt in furioso.ꝛ.prox.quęst.7.neque furiosus.Alia quę procedit ex corpore, vt in frigido & maleficiato[b].ĵ.ea.c.1.2.& 3. Tertia prouenit ex vtroque,vt in puero,vt 30.q.2.vbi. Vel sic distinguas. alia est naturalis impotẽtia,vt frigiditas:alia accidentalis, vt maleficium. & quæcunque sit impotentia, si matrimoniũ præcessit illam , ita quòd effecti sunt vna caro:propter nullam causam superuenientem possunt separari, vt ꝛ.proxi. q.7. hi qui matrimoniũ.nisi propter fornicationem, vt ꝛ.prox.q.1.dixit.vbi vero impedimentum præcessit matrimonium , refert vtrũ sit perpetuum , quia tũc separari possunt. arg.ĵ.ea.si per fortiarias.si temporale,nequaquam.Et no.quòd licet iura emanauerint diuersa super hoc scilicet vsque ad quod tempus deberent manere simul ad hoc vt maleficium videatur perpetuum,vt ext.de frig.& malef.c.1.& C. de repud. in causis.tamen per Cælestinum tẽpus determinatum est triennium[c], vt in eodem titulo, laudabilem. Et idem dicit authen.de nup. §.per occasionem.in collatione quarta. tamen exaudi cũ ante triennium non potest constare de impedimento naturali,vt colligitur in prædicta decretal.laudabilem. & hoc dico tam in frigido quàm in maleficiato.& hoc triennium currit à tempore quo tentauerunt coire, vt colligitur in authent.prædic.vbi autem dubitatur an præcesserit maleficium, an secutum sit, præsumendum est quòd secutum sit post matrimonium.arguimen.C.de ædil.edict.lege,tertia.& hoc fauore matrimonij.trigesimaquinta,quæst.6. videtur.palea est.

"impossibilitas coeũdi est triplex.

bNo.ext.de frig.& mal. c.vlt.in fi. Matth.19. 1 ꝛ.28.q.1.c. idololatria. §. item si in fidelitas. Rom.7. 1.Cor.7.

cDic ꝙ hoc triẽniũ dẽt eẽ cõtinuũ, ext. de frig. & mal.lr̃æ.ĩ fi. Sed qd si vir vadit ad S. Petrũ, & stat per tp̃s, nũqd istud tp̃s cõputabitur in isto triennio? đt Gul.Naz. ꝙ nõ. ar.ext.đ conc.p̃b.qa diuersitatẽ. sed adhuc si mul cohabitabũt p tm̃ tp̃s.si.2.q.7. anteriorũ. §.ad hoc.extra. de eo q mit.ĩ pos.cũ sicut.&ĩ p̃d. decr.lr̃æ. cũ ex iusta cã fuerit absẽs ext. de offi. del. cõsultationib.Arc. ꝛ.27.q.2. quod autẽ. Sent.4 dist. 34.Burc.l.9. c.40. Iuo p. 8.c.118.

k ¶*Et apostolica.*] Sophistice inducit Gratianus omnia ista: quia de consummato matrimonio intelliguntur.
l ¶*Qua.*]scilicet corporali.
m ¶*Non legi.*]tantum.
n ¶*Officio.*] carnis. vigesimaseptima , quæstione secunda , §. ecce.
o ¶*Officio.*]id est,carnali commistione.

Vòd autem.] Casvs. Dicitur hic quòd si mulier conqueratur de frigiditate viri , & hoc probat per aspectum coporis vel legitimos testes , potest accipere alium : ille vero contrahere non potest:& si contraxerit,separari iubetur. *Nubere*,id est,commiscri.

vxorem suam,& ducit alteram [a], *etsi propterea duxerit, vt faciat Christianam:) sed etiam quisquis non alligatus vxori continentiam Deo vouerit, nullo modo debet ista compensatione* [b] *peccare, vt ideo credat vxorem sibi esse ducendam,quia promisit* [c], *quę nuptias eius appetit,futuram se esse Christianam. Quod enim cuiquam , antequam vouisset, licebat , cum id se numquam facturum vouerit,non licebit: si tamen id vouerit,quod vouendum fuit, sicuti est perpetua virginitas,vel* [A] *post experta connubia solutis à vinculo coniugali, vidualis castitas,seu ex consensu vouentibus†, & carnalia debita sibi inuicem relaxantibus fidelibus , castisque coniugibus(quod alterum sine altera,vel alteram sine altero vouere fas non est) iugis continentia. Hæc ergo,& si qua alia sunt,quæ rectissime vouentur , cum homines vouerint, nulla conditione* [d] *rumpenda sunt,quæ sine vlla conditione* [e] *vouerunt.*

A ¶Vel post.]*Hic locus in vulgatis B. Augustini codicibus,& etiam apud Iuonem vsque ad ver.*Hæc ergo.*paulo aliter habet.*

CAVSA XXXIII.

Vidam [f] *vir maleficiis impeditus , vxori suæ debitum reddere non poterat. Alius interim clanculo eam corrupit: à viro suo separata,corruptori suo publice nubit : crimen,quod admiserat,corde tantum Deo confitetur:redditur huic facultas cognoscendi eam : repetit vxorem suam : qua recepta,vt expeditius orationi vacaret,& ad carnes agni*[g] *purius† accederet , continentiam se seruaturum promisit:vxor vero consensum non adhibuit.*

1 *Hic primum quæritur,an propter impossibilitatem coeundi , à viro suo aliqua sit separanda.*
2 *Secundo , an post separationem ei nubere valeat,cum quo prius fornicata est.*
3 *Tertio,si sola confessione* [h] *cordis crimen possit deleri.*
4 *Quarto , si tempore orationis quis valeat reddere coniugij debitum.*
5 *Quinto , an vir sine consensu vxoris continentiam vouere possit,vel si minis,vel terroribus licentiam vouendi ab ea extorquere valeat.*

QVÆSTIO I.

1. ps

Vòd autem[i] *propter impossibilitatem reddendi debitum mulier à viro suo separari non possit, auctoritate Euangelica, & Apostolica* [k] *probatur. Sic enim Christus ait in Euangelio.* [*Nulli licet dimittere vxorem suam,nisi causa fornicationis.*][1] *vel qua*[l] *alter eorum,sicut Augustinus exponit, fornicatus fuerit, vel ad quam alter alterum pertrahere voluerit.* ¶*Item Apostolus*[*Mulier , quanto tempore viuit vir eius, alligata est legi ipsius.*] *non legi*[m] *sibi reddendi debitum : sed non transferendi se ad alium.* ¶*Item* [*His , qui matrimonio iuncti sunt,præcipio non ego,sed Dominus vxorem à viro non discedere , nisi causa fornicationis.*] *Euangelica itaque, & Apostolica auctoritate prohibetur mulier à viro suo discedere , nisi ob causam illam cunctis notissimam:qua interueniente si discesserit, oportet eam manere innuptam , aut reconciliari viro suo. Vnde datur intelligi,quòd impossibilitas reddendi debitum non facit coniugij dissidium. Hæc ita respondetur. Coniugium confirmatur officio*[n]*,vt*[A] *supra probatum est: postquam vero officio*[o] *confirmatum fuerit, nisi causa fornicationis , non licet viro vxorem dimittere, vel vxori à viro discedere. Verum antequam confirmetur, impossibilitas officij soluit vinculum coniugij. Vnde scribit Gregorius Ioanni*[B] *Rauennati episcopo.*

A ¶Vt supra.]*Videtur indicari c.non dubium. & c.cum societas.ꝛ.27.q.1.de qua re ibi notatum est.*
B ¶Ioanni.] *Repetenda sunt,quæ sunt notata in hoc idem caput ꝛ.28.q.2.*

¶Licet mulieri alteri nubere , quam ob frigiditatem vir cognoscere non poterit. C. I.

2 Quod autem interrogasti de his,qui matrimonio iuncti

Source : BIU Cujas

a ¶*Nubere non possunt.*] i. sibi reddere debitum, propter naturalem frigiditatem.

b ¶*Scriptum est.*] primo libro, ca. Caroli. scilicet ix. in Lombarda.

c ¶*Probare.*] arg. quòd mulieri quandoque defertur probatio, cum de commistione carnis controuersia est. ar. ſ. 27. q. 1. nec aliqua. Sed contra. j. e. si quis acceperit. sed illud solutum est. 27. q. 2. quod autem.

d ¶*Per iustum.*] ſ. 2. q. 5. consuluisti. contra: sed hic appellat verũ iudicium. non candẽtis ferri, vel feruentis aquæ, vel huiusmodi: sed legitimorum testium.

e ¶*Iudicium.*] per aspectum corporis si virgo est, quia aliud est in corrupta, vt j. cap. prox. & quid iuris sit notaui ſ. 27. q. 2. quod autem. melius enim perpenditur oculis aliquid. instit. de gra. cog. §. hactenus. quæ tamen inspiciunt, debent esse peritæ. ff. de ven. inspi. l. 1. quia visus ſpe fallitur. & 27. q. 1. nec aliqua.

1 Pan. l. 6. c. 115. Ans. l. 10 c. 26. Capit. 6. c. 55. Iuo p. 8. c. 80.

2 Sent. ibid. Pol. l. 6. ti. 4. Ans. l. 10. c. 25. Burc. l. 9. c. 44. Iuo p. 8. c. 182. Pan. l. 6. c. 116. ex Greg. 2.

R *Equisisti.*] Casvs. Bene. sic ponit casum hunc dicẽs. Si vir & mulier in matrimonio copulantur, & vir frigidus petat diuortium, dicatur ei, si hanc non potest habere vt vxorẽ, habeat eam vt sororẽ. si enim hanc præ frigiditate cognoscere non potest, eadem ratione nec aliam. Si vero mulier diuortium petat, & vir consentit, vterque septima manu frigiditatem probet naturalem, & deinde vxor alium accipiat. si autem aliam vir acceperit, & appareat eos eam periurio decepisse: vnde peracta pœnitentia de periurio eorũ matrimonium redintegretur. Licet littera videatur obscura, tamen iste casus satis ex littera elicitur. *Innupti*, præceptũ est quantũ ad virũ, & consilium quantũ ad mulierẽ. simile est 28. di. presbyterũ. Seq. §. patet. Et ad hoc probãdũ qđ dicitur in §. inducit c. seq.

tal. ratione

f ¶*Pro vxore.*] consilium est, vt ext. ea. accepisti.

g ¶ *Innupti.*] præceptum est quantum ad virum, quantum ad illam consilium. & ita verbum semel positum tenetur æquiuoce. 28. dist. presbyterum. & ibi Ouidius:

Demophon ventis & verba & vela dedisti.

h ¶*Naturaliter.*] i. naturali frigiditate impediente. Et est arg. qꝺ frigiditas est perpetuum impedimentum. arg. j. e. q. 5. qui sitit. ſ. prox. q. 5. sicut. "licet quidam dicant, quòd nullum impedimentum est perpetuum. nullus enim est ita frigidus (vt dicunt) quin ope medicorũ ei possit subueniri. quod non credo, cum frigiditas, quæ est naturalis proprietas, per accidentia non immutetur. ext. de celeb. miss. cũ Marthæ. §. quæsiuisti. Similiter quidam dicũt, qꝺ nullum maleficium est perpetuum quin saltem per ipsum auctorem possit sanari.

"Frigiditas qñque mutari non pt.

i ¶*Patet.*] not. qꝺ sequentia probantur per præcedentia. j. 34. q. 1. c. 1. in fine. 54. dist. fraternitatem. & C. de adul. si qui. Item hic ex post facto patet retro fuisse matrimonium, vt ext. de frig. & malef. fraternitatis. & hoc est notabile, qꝺ eoipso quòd alius vel alia superinducitur, præsumitur hoc ex odio fieri. "Et est præsumptio iuris, contra quam non admittitur probatio, immo statim ius pronũtiat esse puniendum. arg. ad hoc j. ea. q. 2. seculares.

"probatio si auditur cõtra iuris præsumptionẽ.

k ¶*Idcirco.*] quasi dicat si vir petat diuortium vt pater fiat, non audiretur: si autem petat vt exoneretur oneribus matrimonij, audiretur. si mulier petat vt fiat mater, audiretur. non dico virum quo ad hoc audiendum si se frigidum sciret[a] cum contraxit, ext. de eo qui dux. cap. 1.

a Ad hoc C. đ spon. l. vlt. in fi. & adde qđ not. j. c. prox. Arc.

l ¶*Septima manu.*] hoc intellige cum hæc non erat virgo: quia si esset virgo, tunc sufficeret verum iudicium per obstetrices, vt c. præcedenti, cum sacramento tamen vtriusque. j. 35. q. 3. extraordinaria. Et not. quòd sufficerẽt in casibus huius c. duo, si septem haberi non possunt. Item eis solis crederetur, si de hoc fama esset. argum. 35. q. 6. si duo.

m ¶*Fuissent.*] & quòd operam dederunt: alias non sufficeret, vt hic in principio c. notatur.

n ¶ *Humanum.*] ea humanitate qua Apostolus permiserit secundas nuptias. 31. q. 1. hac ratione.

o ¶*Acceperit.*] pone quòd mulier dixit eũ impotentem ad reddẽdum debitum, non proponendo causam impotẽtiæ coeundi[b], & hoc probauit, & lata est sententia, numquid si contraxit, restituẽtur postea priora connubia? Nõ: quia totum ius suum videtur in iudicium deduxisse. vnde idem esset ac si per frigiditatem & maleficium separarentur. arg. extra de cau. pos. & prop. cum super electione. C. de ann. excep. l. vlt. secus tamen est in personali actione. ff. de excep. rei iud. & an eadem. §. actiones.

Rom. 6.

m ¶*Sicariorum.*] & ideo pœnæ voluntatis in eo statutæ propriũ casum non excedunt.

n ¶*Iniuriarum.*]quare in crimine iniuriarum non ita assignatur certa pœna, sicut in præfatis criminib.supponit: quia pro varietate iniuriarum est multiplex varietas pœnarum, vt ostenditur & probatur in lege seq.

A *Vt facta puniuntur.*]Hæc est 4. pars huius primæ partis, in qua dicitur, ꝙ quatuor modis punitur peccatũ. I. de Fan. Casvs. Hug. sic ponit hũc casum. Primo ponit quattuor genera puniendorum. Secundo dicit illa quattuor genera puniendorũ esse considerandа septem modis, qualiter sunt punienda, nunc magis, nunc minus, nũc nullo modo: & de omnibus iurisconsultus exẽpla supponit. *Puniuntur*, scilicet, verbo. *Emansorem.* Dicitur emansor qui diu vagatus extra castra manens, tandẽ ad castra reuertitur. Furtiuus dicitur q latenter moratur in aliquo loco extra castra exercendo malefactũ, & cito reuertitur ad castra. *A grassaturis.* Dicuntur grassaturæ,

o ¶*Vt conuitia.*]pro cõuitio deponitur clericus. ſ. 11.q.1.si quis sacerdotũ. & quid sit cõuitium habes ff.de iniu.l.itẽ apud Labeonẽ.§.2.

p ¶*Infidæ.*]i.non fidæ, id est, sine fide, vt cum aduocatus præuaricatur. 2.q.3.c.si quem.§.præuaricator.

q ¶*Latronum.*] velut cum quis sciens recipit eos, qui ita puniuntur vt ipsi latrones, vt ff.de receptatorib.l.pessimum.

r ¶*Quousque.*]hoc scilicet puniuntur.

s ¶*Iuuisse.*]i.compulisse ad aliquod maleficium faciendum.

t ¶*Sed hæc quattuor.*]scilicet facta, dicta, scripta, consilia.

v ¶*Impunita.*]ſ.23.q.4.ea vindicta.ff.ad l.Aq.sed & si.§.si magister.

x ¶*Vel parente.*]C.de emend.lib.l.vna.ſ.33.q.4.duo ista nomina.

y ¶*Per iram.*]vel ludum noxium.ff.de fur.in furti.§.vlt.

z ¶*Eius.*]"aliter enim punitur nobilis quàm ignobilis, seruus quàm liber, vt 24.q.1.qui contra pacem.ff.de pœ.l.capitalium.§.vlt.

"nobilis aliter q̃ ignobilis punitur.

a ¶*Parentemue.*]"nam talis insuitur sacco ex corio cum gallo galli naceo & serpẽte, &c. vt ff.ad l.Pomp.de par.pœna. C.de his qui parent.vel lib.occi. l.vnica. multo fortius qui contra patrem spiritualem. arg.6.q.1.infames.30.q.3.Pyctacium.

" Parricidæ punitio.

b ¶*In Magistratum.*]arg.C.de iniur.atrocem.nam in his ius est publicum. arg.ſ.dis.1.ius publicum. & qui præposito manus intulit, capite plectendus est. ff.de re mil.omne delictum.

c ¶*Aetatis quoque ratio.*]vt 15.q.1.c.illud.

d ¶]*Locus.*]j.ea.dist.5.c.1.

e ¶*Furtum.*]ff.ad l.Iul.pec.diui.contra [b] sed ibi subauditur, tantum.

b Nõ tenet vt not. ſ.17.q.4 quisqs. sed qd seqtur hic H.ap. probat, ſ. ꝙ subauditur tamen.

f ¶*Vel sacrilegium.*]ſ.tantum.ibi enim dicitur, si res priuati de sacro loco surripiatur, actionem furti non sacrilegij esse.

g ¶*Emansorem.*] "Emansor est ille qui diu vagatus est, & ad castra reuertitur. ff.de re mil.l.3. §.1. istud tempus discernit furem hunc à latrone, qui latẽter moratur in aliquo loco causa maleficij exercendi, & cito reuertitur ad castra.

" Emansor quis dicitur

h ¶*Effractorem.*]"Effractores dicuntur qui frangunt carcerem vel aliud vt euadant, vel vt inde aliquid surripiãt. sed aliter sunt puniendi nocturni, aliter diurni, vt ff.de effra.& expil.l.1.& 2.

"Effractor

i ¶*Diurnum.*] Distinguitur enim fur nocturnus à diurno: quia nocturni atrociores sunt, & acerbius puniuntur, vt ext.de hom.si quis perfodiens.ff.ad l.Aq.itaque.

Source : BIU Cujas

ADDITIO. Et quod dicit diurnum & nocturnum, refertur ad vtrunque scilicet effractorem & furem. P.

a Cõcor. gl. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fu. & in l. 2. ff. arb. fur. cæs.

a ¶*Manifesta.*] hæc pœna quadruplici, illa duplici puniri solent.

b ¶*Discerni.*] ff. 14 q. 5. pœnale.

c ¶*Rixa.*] Rixa est inter altercantes, & proprie inter duos.

ADDITIO. Et verbis. ff. vi bo. rap. prætor ait. Hug.

d ¶*A grassaturis.*] Quę fiunt à latronibus in nemore. Et dicitur à grassor, grassaris, qđ est sæuire.

e Expilare quid sit.

e ¶*Expilationes.*] "Expilare est res iacentis hæreditatis subtrahere. ff. de cri. expil. hær. si expilatæ. vers. appa ret. nec est hoc furtũ: quia nõ cõtrectat res alienas inuito Domino, quia nondum aliquis dñs est, vt ff. de fur. hæreditariæ rei. ff. de effr. & expi. l. 1. & 2.

f ¶*Petulantia.*] i. lasciuia. "Aliter enim punitur quod fit per lasciuiam, & aliter quod fit per violẽtiam, ext. de sent. exc. super eo.

"lasciuia & violentia diuersa sunt.

g ¶*Ab abigeo.*] ff. de abig. l. 1. & 4. q. 4. abacti. Arch.

h ¶*Vnum.*] & ita numerus discernit eos, vt ff. de abig. oues.

i ¶*Puniat.*] hic non spectatur euentus.

k ¶*Voluntario.*] i. proprio motu iudicis, sc. secundum voluntatẽ iudicis duraturo: non enim erit tẽpus determinatũ in exilio. Vel volũtario, i. pro motu & voluntate rei quantum ad locum in quo erat in exilio agendũ.

l ¶*Fortuiti.*] Ar. cõtra hanc eandem legem, & ff. de off. præsid. diuus. sed hoc apud Græcos, cum non erat tãtus furor quòd excusaret. aliàs satis ipso furore punitur.

Cogitatio.] Hæc est 5. pars primæ partis, in qua dicitur, q̃ distinguitur inter maleficia, an habuerit iudicium vel non. Io. de Fant.

CASVS. Ponit G. aliam solutionem meliorem ad supradictam legũ contrarietatem, sc. q̃ voluntas nõ punitur ab homine, sed à Deo, cum est suis finib. contenta: sed actus exterior punitur ab homine, vt in maleficiis. verum tamen ea quę effectũ iuris desiderãt, vt matrimonium, & diuortium, & similia, à maleficiis discernũtur. in his enim quæ de iure effectum desiderant, deliberatio exigitur, in his vero non. Et ad hanc suam distinctionem probandam inducit legem sequentem. Hug. tamen intellexit, quòd sola voluntas in maleficiis punitur, & ita intellexit hunc locum, secus in aliis, quæ de iure effectum desiderant.

m ¶ *Cogitatio.*] Ecce supponit aliam solutionem meliorem prædictæ contrarietatis legum, s. quòd voluntas non punitur ab homine, cum suis finibus est contenta. & hoc casu intelliguntur auctoritates, quæ dicunt voluntatem non puniri, scilicet ab homine: & sub auditur hic, vel sic cogitatio, &c.

n ¶*Non meretur.*] quo ad hominem, aliàs secus, arg. 59. dis. hinc. ver. ponderosus.

nocturno. Qualitate cum factum vel atrocius vel leuius est: vt furta manifesta [a] à nec manifestis discerni [b] solẽt, rixæ [c] à grassaturis [d], expilationes [e] à furtis, à violentia petulantia [f]: de qua re maximus apud Græcos orator Demosthenes sic ait:

Οὐ γὰρ ἡ πληγὴ παρέσησε τὴν ὀργὴν, ἀλλ' ἡ ἀτιμία: ὐδὲ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέροις ἐστὶ δεινὸν (καίπερ ὂν δεινὸν) ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβρει. πολλὰ γὰρ ἂν ποιήσειεν ὁ τύπτων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὧν ἔνια ὁ παθὼν οὐδ' ἂν ἀπαγγεῖλαι δυνάιθ' ἑτέρῳ, τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ, ὅταν ὡς ὑβρίζων, ὅταν ὡς ἐχθρὸς ὑπάρχων, ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόρρης. ταῦτα, κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους ἀηθεῖς ὄντας τῶ πρόπηλακίζεσθαι. *Id est,*

Non enim iram plaga concitauit, sed ipsa facti indignitas. Neque tã ingenuis graue est cædi (quanquam graue est) quàm per contumeliam cædi. Si quidem multa is, qui alium cædit, admittere potest (quorum magnam partem is, qui verberibus affectus est, alteri [s] renuntiare, ac repræsentare nequit) habitu corporis, vultu, vociferatione, nunc vt contumeliam inferens, nunc vt inimicum se gerens, nunc pugnum ducens, nunc in malam cædens. Hæc mouent: hęc de statu mentis deturbant homines propudij, ac sugillationis non assuetos.] Quantitas discernit furẽ ab abigeo [g]. Nam qui vnum [h] suam surripuerit, vt fur coercebitur: qui gregem, vt abigeus. Euentus spectatur, vt à clementissimo [c] quoque facta: quamquam lex non minus eum, qui occidendi hominis causa cum telo fuerit, quàm eum, qui occiderit, puniat [i]: & ideo apud Græcos exilio voluntario [k] fortuiti [l] casus luebantur, vt apud præcipuum poetarum scriptum est.

Εὖτ' ἐμὲ τυτθὸν ἐόντα Μενοίτιος ἐξ Ὀπόεντος
Ἤγαγεν ὑμέτερον δ' ἀνδροκτασίης ὑπὸ λυγρῆς,
Ἤματι τῷ ὅτε παῖδα κατέκτανον Ἀμφιδάμαντος,
Νήπιος οὐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς. *Id est,*

Quo puerum me tempore vestras duxit ad ædes.
Ex Opoente pater, dira pro cæde patrata.
Ob talos nempe ira percitus Amphidamantis.
Dum gnatum imprudens simul, inuitusque peremi.

A ¶Furtiuo.] *In aliquot vetustis codicibus, & originali est,* fugitiuo. *Sed ob glossam non est emendatum.*

B ¶Alteri renuntiare.] *Hæc in suum locum sunt restituta.*

c ¶ Clementissimo.] *Sic emendatum est ex pandectis Florentinis, cum antea legeretur,* dementissimo. *Quod in Basilicis lib. 60. tit. 52. le. 16. sic explicatur.* Vir clemens, nec seditiosus, si arma sumat, quasi occidendi causa, non punitur vt homicida, nisi & euentus sequatur. In seditiosis autem etiam sine euentu, animi propositum punitur ob id solum, quòd armati processerint, vt l. 1. ad legem Corneliam de sicariis.

C. XX.

5 *Cogitatio*[m] *non meretur*[n] *pœnam lege ciuili, cum suis terminis contenta est. Discernuntur*[o] *tamen à maleficiis*[p] *ea, quæ de iure effectum desiderant*[q]. *In his enim non nisi animi iudicium*[r] *consideratur.*

Vnde in digest. tit. de repudiis[t].

¶*Huic, quod in vulgatis est distinctum caput, in plerisque vetustis est apposita nota illa, qua indicatur esse verba Gratiani.*

C. XXI.

DIuortium non est verum, nisi quod animo perpetuam constituendi discessionem† fit. Itaque quidquid in calore iracundię vel fit, vel dicitur, non prius ratum [s] est, quàm si perseuerantia apparuit, iudicium animi fuisse. Ideoque per calorem [t] misso repudio, si breui reuersa est vxor, nec diuertisse videtur.

Hinc etiam in canonibus.

C. XXII.

2 SI quis [u] iratus crimen alicui obiecerit, &c.

6 *Ex consilio*[x] *autẽ velut ex facto, aliquem*

o ¶*Discernuntur tamen à maleficiis.*] q.d. "licet in maleficiis magis attendatur voluntas quàm animus, i. perseuerantia, secus est in illis qui sortiuntur effectũ de iure, in quib. magis animus, i. perseuerantia attenditur, quàm voluntas sola. & ad hoc inducit omnia vsque ad §. alij econtra. non enim semper in contractib. consideratur sola voluntas, & animi destinatio. ar. contra. C. de fid. inst. cõtractus. vnde & resoluitur emptio re integra, & per inde est ac si nõ esset de cõsensu vtriusque partis celebrata. C. qñ li. ab emp. disce. l. 1. & licet millesies velit cõtrahere, si hoc nõ declaret, non tenebit contractus.

"Voluntas an sit magis attẽdẽda, q̃ pseuerãtia.

p ¶*A maleficiis.*] "in maleficiis volũtas spectatur, non exitus. ff. ad le. Corn. de sic. diuus. C. de exc. tu. amplissimi.

"in maleficiis volũtatẽ magis, q̃ exitum spectari.

q ¶*Desiderant.*] vt sunt contractus, vt matrimonium, diuortium emptio, & venditio, & huiusmodi quæ de iure sortiuntur effectũ, sed maleficia non de iure sortiuntur effectum, immo tãtum ex corde procedunt. 15. q. 6. c. 1.

r ¶*Iudicium.*] i. perseuerãtia [b], effectus, deliberatio. sed in maleficiis nõ consideratur perseuerantia vel iudicium animi, sed sufficit si affuit voluntas, & si incontinenti pœniteat. ff. de furt. qui ea. 22. q. 5. qui peierare. in prin.

b sc. ex animi iudicio & ppposito & deliberatione veniens. Hug.

DIuortium.] CASVS. Dicitur in hac l. quòd diuortium non debet ratum haberi quod animi perseuerantiam non habet. vnde si mulier calore iracundiæ à marito suo diuertit, puniri non debet: nisi perseuerantiam & deliberationem habuerit. Nam non videtur diuertisse quę est in breui reuersa. Sequens §. patet.

l. 24. ff. ti. 2. de diuort. & repud. l. 3

s ¶*Ratum est.*] "ar. nõ dici quid factũ, si non perseuerauerit, ex. de ver. sig. nam & ego. ff. de no. oper. nun. si opus. ff. ad l. Cor. de fal. q falsam. 32. q. 1. apud. & 1. q. 1. constat. Ar. cõtra. ff. de ædil. edi. quis sit fugitiuus. §. Celsus quoque scribit.

†*al. dissentionem* "factũ ñ dr quod non perseuerat.

t ¶*Calorem.*] "excusat hoc casu calor feminam, licet grauissime peccet: ita etiam quòd si minor esset, nõ restitueretur. ff. de mino. si ex causa. §. si mulier. & ita excusatur ira. arg. 2. q. 3. si quis iratus. & quandoque rescindit contractum. ff. de publ. licitatio. quandoque minuit delictum. C. de adul. Gracchus. similiter ira, siue fruniculum, i. parua ira, facit donationem perire, nisi inuicem amor sit reconciliatus. ff. de don. inter vir. & vxor. cum hic status. §. si diuortium.

"femina excusatur.

2 2. q. 3. si qs

v SI quis.] §. 2. q. 3. si quis iratus.

EX CONSILIO Hæc est 6. pars huius primæ partis, in qua probat per 9. aucto. quòd etiam in malis voluntas & consilia pro opere reputantur. Ioan. de Fant.

x ¶*Ex consilio.*] q.d. non tm̃ ex voluntate tenetur qs: sed ex consilio. Cõsilium autẽ plus est quã voluntas, quia in eo proceditur ad actũ.

Pernic

Source : BIU Cujas

Perniciosę.] Casvs. Dicitur in hoc cap. quòd non solum ille est homicida, qui manu interficit alium, sed etiam ille qui præbet consilium. Et hoc probatur exemplo Iudęorum qui dicebant, Non licet nobis interficere quemquam. & tamen clamabant, crucifige. vnde magis imputatur illis mors Christi, quàm Pilato vel militibus qui manibus interfecerunt: vnde q alium tradit ad occidēdum, ipse eum occidere videtur. Quod probat auctoritate Domini & Psalmistę. *Vnus*, scilicet Marcus. *Alius*, scilicet Ioannes.

1 Pol.l.6.tit. 10.Anſ.l.11. c.45.Bur.l.6 ca.31.Iuo p. 10.c.160.

a ¶*Perniciosę.*] Casvs. Qui consilium dat ad occidendum, homicida est: " vnde Iudæi probantur fuisse homicidæ Christi: quia illum & si non manibus, lingua tamen occiderūt, & magis peccauerunt, quam Pilatus, vel milites, qui eum crucifixerunt.

†*al. Periculosę*

"Iudæi lingua solum Christū crucifixerunt.

b ¶*Consilium.*] ext. de hom. sicut dignum. ſ. di. 50. si quis viduam.

"Iudæis nō licebat interficere quemquam qualiter intellig. hoc.

c ¶ *Non licet.*] " hoc dicunt propter diem festum. lex enim præcepit, ne parceretur malefactoribus: & licebat eis interficere.

Ioan.18. 23.q.5. quid ergo. præsertim seducētes populum, & Deo detrahentes, qualem istum dicebant. sed propter diem festum non licebat eis tunc interficere quēquam: vel non licebat interficere quemquam, id est, hunc: propter quod scriptum est: Tradetur enim gentibus ad illudendum & conſpuendum & crucifigendum, &c. & sic adimpletus est sermo Iesu, quo se prædixit à gentibus occidendū. ipsi tamen contra se hoc dicunt, cū eum interfecerunt lingua, & si non manibus.

Matth.25. Marc.15. Ioan.19. Ioan.19. Psal.56.

d ¶*Illis.*] ſ. 23.q.3.cap. vlt. & alia ratio ibi assignatur.

e ¶ *Hora tertia.*] ĵ. de consec. dist. 1. nocte.

f ¶*Hora sexta.*] arg. ad testes contradicentes sibi in tempore concordando, vt extr. de testi. cum tu fili. Arg. cōtra. 3.q.9. nihilominus. in fi. sed hic nulla est contrarietas: quia super diuersis factis testificantur, vnus super crucifixione facta linguis hora tertia, alius super crucifixione in cruce facta à militibus hora sexta.

teneri Augusti. probat ita dicens.

¶ Non solum, qui manibus occidunt, sed etiam quorum consilio, & fraude alij occiduntur, homicidæ probantur.

C. XXIII.

'Pernicioſe† [a] se decipiūt, qui existimant eos tantum homicidas esse, qui manibus hominem occidunt: & non potius eos, per quorum consilium [b] fraudem & exhortationem homines extinguuntur. Nam Iudæi Dominum nequaquam propriis manibus occiderunt, sicut scriptum est [Nobis non licet [c] interficere quemquam.] Sed tamen illis [d] Domini mors imputatur: quia ipsi lingua eum interfecerunt dicentes [crucifige, crucifige eum.] Vnde vnus Euangelista dixit Dominum crucifixum esse hora tertia [e], alius sexta: quia Iudæi crucifixerunt eum hora tertia lingua, milites hora sexta [f] manibus. Qui ergo hominem tradidit, ille interfecit eum, Domino dicente. [Maius [g] peccatum habet, qui me tradidit tibi.] Vnde Psalm. [h] [Filij hominum [i], dentes [k] eorum arma, & sagittę [k], & lingua eorū gladius [m] acutus [n].] Subiiciant ergo se pœnitentiæ [o], quorum consilio sanguis funditur, si veniam promereri voluerint.

¶*Caput hoc collectum est ex variis locis beati Augustini, videlicet ex lib. 3. de consensu Euangelistarum, c. 13. explanatione Psal. 56. & 63. & tract. 114. & 115. in Ioannem.*

Item ex epistola Clementis prima ad Iacobum.

¶ Interfectores fratrū, detractores eorum, eosque odientes homicidæ habentur. C. XXIIII.

Homicidiorum vero tria genera [p] esse dicebat beat⁹ Petrus, & pœnam eorum parilem [q] fore dicebat. Sicut enim homicidas, interfectores fratrum, ita & detractores eorum, eosque odientes, homicidas esse manifestabat: quia & qui [r] occidit fratrē suum, & qui odit, & qui detrahit [s] ei, pariter [t] homicidę esse monstrātur.

Item Hieronymus in Esa. c. 33.

¶ In maleficiis voluntas pro opere reputatur. C. XXV.

[2] Omnis iniquitas, & oppressio [u], & iniustitia, iudicium [x] sanguinis [y] est: licet gradio non occidat, voluntate [z] tamen interficit.

Item Cyprianus tract. 4. de mortalitate.

¶ De eodem. C. XXVI.

Nvmquid [a] Cain [b], cum Deo munus offerret, iam peremerat fratrem? & tamen parricidium mente conceptum Deus prouidus ante damnauit [c] [3]. Vt illic cogitatio mala, & perniciosa conceptio Deo prouidente prospecta est, ita & in Dei seruis, apud quos confessio cogitatur, & martyrium mente concipitur, animus ad bonum deditus Deo iudice coronatur. Aliud est enim martyrio animum deesse: aliud animo [d] defuisse martyrium. Qualem [e] te inuenit Dominus, cum vocat [f], talem pariter & iudicat: quādo ipse testetur [g], & dicat [Et scient omnes ecclesiæ, quia ego sum scrutator renis [h], & cordis [i].]

Item Augustin. tract. 42. ad c. 8. Ioannis.

¶ Homicida est, qui fratri suo mala persuadet. C. XXVII.

Noli putare te non esse homicidam, quando fratri tuo mala persuades [k]. Si fratri tuo mala persuades, occidis. Et vt scias, quia occidis, audi Psalmum [Filij hominum, dentes eorum, arma, & sagittæ, & lingua eorum machera† [l] acuta.]

Idem lib. 19. contra Faustum, c. 23.

p ¶*Tria genera.*] dicuntur esse præcipua: " nam large homicidium dicitur quilibet illicitus motus ad nocendum. ĵ. ead. homicidium.

"homicidiū quid sit.

q ¶*Parilem.*] id est similem quantum ad Deum. aliàs enim asperior pœnitentia imponitur [b] interfectori.

b sc. p eccle siam. Arc.

r ¶*Et qui.*] Supra 86. distinct. pasce.

s ¶*Detrahit.*] " detra ctores dicuntur homicidæ: quia quātum in eis est, priuant animā (quæ melior pars hominis est) vita, dū negant virtutes quibus anima viuit, esse in ea. " Nam detrahere est bona quæ alicui sunt à Deo collata, negare vel inuertere, vt si quis dicat sapientem sapiētiam non habere, vel castū castitatē, vel ea quæ bono zelo fiunt, inuertendo asserat malo zelo vel spiritu fieri, sicut Iudæi Christū dicebant in Beelzebub dæmonia eiicere. 21. di. §. 1. & quidē hoc est peccatum in spiritum sanctum: quia quod est spiritus sancti, maligno spiritui attribuunt. vnde in Euangelio [c]: Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ. 45. dist. si Euangelica. 32. quæst. 5. qui vi derit.

"Detractores dñr homicidæ.

"detrahere quid sit.

2 Poly. ibid. Anſ. l. 11. ca. 43. Iuo p. 10 c. 157.

Gen. 4.

c Matt. 15. c. 3 Ex isto tex. infertur (qđ est cōtra pri mā par. gl.) qđ sine actu exteriori qs dr homicida. cōcor. l. is q cū telo. & ibi gl. & Cy. ad leg. Cor. de sic.

t ¶*Pariter.*] non quia æqualiter peccēt, sed dignus est pęna æterna vterque.

u *Omnis.*] ¶*Oppressio.*] C. qđ metus cau. si per impressionem.

x ¶*Iudicium.*] i. ita punitur, & est digna puniri vt homicidium, quia vtrūque sufficit ad damnationem.

Apoc. 2.

y ¶*Sanguinis.*] i. iudicatur esse effusio sanguinis, id est, homicidium, secundum Hu.

z ¶*Voluntate.*] i. actu voluntario, secūdum Hug.

a *Nvmquid.*] Casvs. " In hoc c. dicitur, q⁹ Deus respicit voluntatem hominū antequam perducatur ad actū, tam bonam vt eam remuneret & corroboret, quam malam, vt eam condemnet. De mala probat per Cain: de bona per eum, qui vult pati martyrium, quia remuneratur, etsi martyrium non sequatur. Sequentia duo cap. plana sunt.

"Deus nullū sine causa punit. Psal. 56.

† *gladius acutus*] orig.

b ¶*Cain.*] ſ. 3.q.7. in grauibus. hoc legitur in Genesi.

c ¶*Damnauit.*] si damnauit, ergo commissum fuit. nam nulli Deus immeritam ingerit pœnam. 11.q.3. illud. sed expone, damnauit, id est, damnabile ostendit, scilicet eius victimas respuendo. vel damnabile præsciuit.

d ¶*Animo.*] vt in beato Martino. sufficit enim affectus. argum. ĵ. ea. importuna.

e ¶*Qualem.*] ſ. dist. 25. qualis.

Additio. Et 13.q.2. tempus. & 26.q.5. nec mirum. secundum Hug.

f ¶*Vocat.*] 13.q.2. quàm præposterum.

g ¶*Ipse testetur.*] in Apocalypsi.

h ¶*Renis.*] id est, delectationum.

i ¶ *Cordis.*] id est, cogitationum. Vnde Augustinus super illum locum, scrutans corda, &c. Corda, id est, quod quisque cogitat. Renes, id est, quod quemcumque delectat.

k *Noli.*] ¶ *Persuades.*] ſ. dist. 45. sane. plus enim est persuadere quàm facere. argum. ff. de ser. cor. l. 1. §. persuadere. qui enim persuadet corrumpit, non qui cogit, vt ibi.

l ¶ *Machera.*] id est, gladius: alia translatione dicitur, gladius acutus, ſ. ead. pernicioſe.

g ¶*Maius.*] ſ. 24.q.3. qui aliorum.

h ¶*Vnde Psalmus.*] In Psal. Miserere mei Deus, miserere mei.

aLaqueū, id est, latenter pedib⁹ meis

i ¶*Filij hominum.*] parauerunt laqueum [a] pedibus meis.

k ¶*Dentes.*] id est, corrosiones & conuitia.

l ¶*Et sagitta.*] quantum ad consilia.

m ¶*Gladius.*] quantum ad verba.

n ¶ *Acutus.*] dum clamarent, crucifige, crucifige. etiam voces illæ incitatiuæ fecerunt mortem, vt gladius acutus.

o ¶ *Se pœnitentiæ.*] & irregulares fiunt. 50. dist. si quis viduam. & est arg. contra clericos, qui fures iudicandos potestatibus tradunt. 23. q. 5. vnum solum est. Dic vt extra de homic. tua. & 91. dist. Maximianus. Sed numquid dices irregularem clericum, qui homicidium voluit facere, nec fecit, quia non potuit? irregularis est * tamquam de homicidio, licet non fit homicida. ĵ. ea. si cui. vbi tamen factum sequitur, grauius est peccatum.

* Ex solo actu interiori si incurritur irregularitas. nā hęc sequitur sem. S. Th. 1.q.20 ar.5. ad ◆.

Homicidiorum.] Casvs. In hoc c. ponuntur tria genera homicidiorum. nam non solum dicitur homicida qui manu alium interficit, sed etiam ille qui fratrem suum odit, vel qui ei detrahit, quod probatur assertione Petri. Sequens cap. patet.

Source : BIU Cujas

a *Homicidium.*] ¶*Putabatur.*]male intelligentibus.nam prohibitum erat. & omne vnde malum oritur. extra de const. nam concupiscentiam.

b ¶ *Aperuit.*] in Euangelio vbi dicit: Qui dixerit fratri suo Fatue, reus erit mortis,si quis dixerit fratri suo Racha,reus erit cõsilio.55. dist.si Euangelica.

c ¶*Motum.*] post primum,qui in potestate nostra non est[a].

1 Gl.ord.in Matth.c.5. a De hoc dt apostol⁹ nõ qđ volo bo qđ hoc ago

Si propterea.] Casvs. Dicitur hic, quòd si habuisti animum furandi:quamuis nihil furatus fueris, quia times ne videreris, furtum tamẽ quo ad Deum commisisti. Sequens cap. planum est.

d ¶ *In corde.*] ꝫ.14.q. vlt.c.vlt.

e ¶ *Teneris.*] quo ad Deum, non quo ad hominem, cum rem non contrectaueris. ff.de ac.pos.possideri. §.si rem.quia solo animo furtum non committitur,secũdum legem,vt ibi dicitur.

Si cui etiam.] Casvs. Gratian.infert ex supradictis,cũ voluntas quo ad Deũ remuneretur, & non opus: volũtas autem in cordis contritione consistit, opus vero in oris confessione:tamen manifestum est quòd sola cordis contritione dimittuntur peccata.

2 Iuo p.8.c. 104.Pan.l.7. c.19.

f ¶ *Non minus.*] supra 32.quęst.5.sicut enim. 6.quæst.1.cap.quæro. §.verum hoc.in fi.15. quæst.6.c.1.8.quæst.1. sciendum.14.quæst.5. si quid. 32.q.5. qui viderit. contra.j.dist.2. sicut tribus. contra. Sol. reuera magis reꝰ est si opus adhibeatur, sed hoc quo ad sufficientiam æterni interitus accipe. Vel dic quòd non minus est reus, i. nihilominus reus est,quamuis ad factum non perueniat, non quin plus peccet(vt dixi) si opꝰ sequatur: quod patet ex eo quia prohibitum est malam voluntatem in opus producere. sic ergo contra prohibitionem illam faciens plus peccat.qui ergo opus adiicit voluntati,iniquitatem adiicit iniquitati.

3 Cõcor.l.is q cũ telo.& ibi gl. &do. cũ concor. C.ad l.Cor. de sic.

4 Sent.4. dist.17.

g ¶ *Voluntas.*] non opus tantum:vel non facit vt opus sit remuneratorium,sed voluntas,sicut & alibi dicit,scilicet quòd sufficit eleemosyna cordis,non corporis. 45.dist.duæ. quandoque tamen opus etiam minus bonum in bonum conuertitur diligentibus Deum. j. dist.2.nullus eorum.arg.ext.de reg.iu.estote. Illud autem no.quòd peccata, quæ sola voluntate contrahuntur, sola voluntate dimittuntur,secundum Baz.arg.ff.de pact.ab emptione. sed contrarium credo si ad consensum voluntas peruenit.arg.ꝫ.6.dist.testamentũ.

b Contritio virtus siue gra est virtꝰ mẽtis,s.humilitas,qua homo humiliatur & cõteritur,& ꝓsternitur: & sic disponitur vt velit se ꝓ pec cato puniri, & satisfacer ꝓ illo.Arc. " suppliciũ patietur æternum qui tpale non subiit.

¶Occidit,qui ad nocendum mouetur.
C. XXVIII.

1 HOmicidium lege vetitum putabatur[a] non aliud esse, nisi corporis perẽptio. Aperuit[b] ergo Dominus,omnem iniquum motum[c] ad nocendum fratri,in homicidij genere deputari.

¶ *Verba propria* B. *Augustini sunt hæc,* Quia enim non intelligebant homicidium, nisi peremptionẽ corporis humani, per quam vita priuaretur,aperuit Dominus,&c.

Item Augustinus lib. 50.homil.hom.28.

¶Furti tenentur,qui solo timore non furantur. C. XXIX.

Si propterea non facis furtum, quia times ne videaris, intus fecisti, in corde[d] fecisti: furti teneris[e],& nihil tulisti.

Idem de libero arbitrio,lib.1.c.3.

¶ Non ideo minus delinquit,cui sola deest facultas. C. XXX.

2 SI cui etiam non contingat facultas concumbendi cum hac coniuge aliena, planum tamen aliquo modo sit id eum cupere,&,si potestas detur, facturũ esse,non minus[f] reus est,quàm si in ipso facto deprehenderetur[3].

Item,sicut auctoritas testatur. ¶ Voluntas[A] remuneratur,non opus. Voluntas[g] autem in cordis contritione[h] est:opus vero in oris confessione.]

A ¶ Voluntas.] *Hæc vsque ad finem sunt ex homil.26.operis imperfecti in Matthæum.*

Luce clarius constat cordis contritione, non oris confessione peccata dimitti.

Item Prosper libr.2. de vita contemplatiua,cap.7.

C. XXXI.

4 POrro[i] illi,quorum peccata humanam notitiam latent, nec ab ipsis confessa, nec ab aliis publicata,si ea cõfiteri,aut emendare noluerint: Deum,quem habent testem, ipsum habituri sunt & vltorem[k]. Et quid eis prodest humanum vitare iudicium,cum, si in malo suo permanserint,ituri sint in æternum, Deo retribuente, supplicium? Quòd, si ipsi sibi iudices fiant,& veluti suæ iniquitatis vltores, hic in se volũtariam pœnam seueriſſimæ animaduersionis exerceant,temporalibus[l] pœnis mutabunt æterna supplicia, & lacrymis ex vera cordis compunctione fluentibus restinguent æterni ignis incendia.

Et infra ibidem.

C. XXXII.

5 FAcilius[m] Deum sibi placabunt illi, qui non humano cõuicti iudicio,sed vltro[n] crimen agnoscunt: qui aut propriis illud confessionibus produnt, aut nescientibus[o] aliis (quales occulti sunt)ipsi in se voluntariæ excommunicationis sententiam[p] ferũt, & ab altari,cui ministrabant,non animo[q],sed officio separati,vitã suam tamquam[r] mortuam plangunt,certi,quòd reconciliato sibi efficacis pœnitentiæ fructibus Deo, non solum amissa[s] recipiant[t], sed etiam ciues supernæ ciuitatis effecti,ad gaudia sempiterna perueniant.

¶ *In plerisque vetustis exemplaribus caput hoc coniunctum est superiori: in nonnullis autem reliqua etiam vsque ad cap.Medicina.*

7 Hoc idem probatur auctoritate illa prophetica[In quacumque hora peccator fuerit conuersus, & ingemuerit,&c.] Non enim dicitur,ore confessus fuerit,sed tantum[Conuersus fuerit, & ingemuerit, vita viuet,& non morietur.]

Hinc etiam propheta ait.

dicio cum potest inde conuinci,& pœnitentiam agere,vt sic commutet pœnam æternam in temporalem.

k ¶ *Et vltorem.*] quasi sine confessione. & in hoc facit ad propositum:sed tamen hoc non est verum:quia confiteri tenetur sacerdoti. sed hoc vult dicere, quod deberet recognoscere peccata sua, & inde se damnare, & se redarguere & dicere,tali pœna sum dignus. & sic sunt sui iudices.[c]

c Vt j.e.tres vltra me.ad hoc fac. qđ đt Aug.peccatũ tuũ te iudicem habeat, nõ patronũ.Arc.

l ¶ *Temporalibus.*] in subsstinendo temporales pœnas euadũt æternas.ꝫ.13.q.vltim. c.vlt.

m *Facilius.*]11.q.3. c. ad mensam. §.euidenter. ibi.allegabatur hoc pro capitulo.

n ¶*Sed vltro.*]argum. 50.dist.presbyterum. arg. pro sponte confesso.

o ¶*Nescientibus.*] infra ead.§.similiter.

p¶*Sententiam.*]quod fit cum in secreto interius compunguntur,& confitentur sacerdoti, vt infra ead. dist. vide benignum. & c. iudicet. non tamen sibi pœnitentiam imponendo,vel se ligando , secundum quodG.inducit. ca. sed ferunt voto & proposito quo se damnent ad talem pœnitentiam subeundam iudicio sacerdotis.

5 Sent.ibid.

q ¶ *Non animo.*] scilicet in perpetuum, sed officio, scilicet ad tempus[d] propositũ.

d Vt j.ea.in quippe, &c. vel non animo tantum , sed officio, auctoritate,s. superioris.vel non animo tantum,sed officio,id est,iudicio superioris ab officij exe cutione abstineant, vt j.ea.di. in actione. & j.dist.5.c.1.

r ¶*Tamquam.*] j.ead. dist. in actione. ꝫ. 50. dist.& purgabit. & c. de his vero.

Esa.30.

s ¶ *Amissa.*] i. prætermissa & dimissa ad tempus propositum. quippe habent peracta pœnitẽtia ad pristinum altaris officium , vnde sponte recesserant , remeare , vt 50. dist.domino sancto.& c.purgabit.

Ioel 2.

t ¶*Recipiant.*]id est,iudicentur digni recipere.H.

HOC IDEM. Hæc est 7. pars primæ partis, in qua intendit magister probare quòd non in confessione,sed in cordis contritione dimittuntur peccata. si enim confessio est signum pœnitentiæ tantum*,&c.& hoc probat nouem auctoritatibus sanctorum.Ioannes de Fant.

* Hæc dñr argumentando, non statuendo.

Casvs.H.sic ponit casum hunc.Ab hoc loco vsque ad §.sequentem per multas auctoritates,& per exempla, & per argumenta probat G.peccata dimitti in contritione cordis absque oris confessione,& operis satisfactione,& sunt plana omnia quæ vsque illuc inducuntur.&facit vnum §.tantum.vsq; ad illum §. *Alij econtra.*& satis potest hoc stare. sed in quibusdam libris inuenio plures §. & hoc voluit Laur.Ben.sic ponit casum. Ab isto loco inducit G.auctoritates euidentiores ad probandum suum propositum , & suspendit conclusionem suam vsque ad §. *Item si antequam.*& ibi infert conclusionem,&ab eodem §.suspendit iterum suam conclusionem vsque ad §.*Cum ergo.*& ita peruenit vsq; ad §.*Alij econtra.* & hoc videbis per decem auctorit.quas ponit in littera. Et scias quòd quidam in principiis omnium auctoritatum cap.faciunt. sed H.non facit,nec Gratian.cum sæpe pauca verba de auctoritate inducat *Octauæ*,scilicet ętatis surgentiũ.tunc enim fiet iudicium,quod ab hominibus timetur.vel octauæ diei,quæ dicitur dies iudicij & aduentus. Dicit ergo, *timore octauæ*,id est, iudicij & aduentus. *Cum enim Deus.* verba sunt Gratiani.

Scind

Source : BIU Cujas

a *Scindite.*]¶*Nominauit.*]& bene:quia sicut scindere vestimenta inutile est, nisi scissio fiat per distinctionem & proportionem eius quod deberet vestiri:ita etiam satisfacere exterius,id est, confiteri exterius non prodest nisi præcedat scissio cordis, scilicet contritio,secundum cuius motum & modum sequitur oris confessio, & operis satisfactio: quæ scissura vestium appellatur.Pe.

b ¶*A parte.*] oris con

est pars im proprie.Nã cõfessio&sa tisfactio, si pprie sumã tur,sunt distinctę partes sacramẽ ti pœnitentię,cõc.Tri. sef.14.can.4 &S.Th.4.di. 16.q.1.art.1. q.2.& 3.

fessio est pars * exterioris satisfactionis, quæ hic totum dicitur, & ĩ.e.quem pœnitet. " Vel dic,superius infinitatum efficitur pars inferioris infinitati. cum enim hæc vera sit, omnis homo est animal: vtroque termino infinitato recte conuertitur,ergo omne non animal est nõ homo. & sic non scindere corda est inferius ad nõ scindere vestimenta. planius dixisset à toto ad partem.

Ioel.2. & Zach.1.

" Superius infinitatum efficitur ps inferioris infinitati.

c *Conuertimini.*] Sed numquid standum est huic ordini, vt prima sit nostra conuersio, sequens Dei ? videtur arg.43.dist. sit rector. extra de vi.& ho.cle. c.vlt.in fin. Arg.contra.ĩ.dist.4.dicit Dominus. ff.de solu.nec enim. & præterea nemo meretur primam gratiam.quomodo ergo hoc præcipitur alicui, conuertimini,

1 Sent.ibid.

†*al.cui*

Luc.17.

" cõuertimini ad me,& ego conuertar ad vos. qualiter intelligitur.

Ioan.11.

a id est,talis est modus loquendi.

Matth.8.

" Contritio præcedit remissionem.

" &c. Sol.tale est a istud quale illud, surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Vel respicit hic ordinem iustificationis, quia contritio qua conterimur,causaliter præcedit " remissionem,&sic contritio quæ ex libero arbitrio procedit,meretur remissionem: quæ tamen gratiæ, quę omnia præcedit, erit attribuenda tam quam causæ. quidam tamen prius ponunt remissionem.Vel conuertimini, id est, ostendite vos humiles ad conuersionem, & ego cõuertar ad vos, id est, primam gratiamvobis infundam. argum.ĩ.distin.5. falsas.Vel dic conuertimini per omissionem culpæ, ad quam quilibet tenetur:non per gratiam habendam, quam nemo meretur vel demeretur: sicut vides in radio solis:si enim aperio fenestram, intrabit sol : si clausero, non intrabit. tamen non possum eum cogere quòd intret.vnde dictum est de homine, quòd est spiritus vadens & non rediens,per se. si tamen habeat gratiam , potest mereri vitam æternam. vnde non valet hoc argu.iste non potest mereri quod minus est.ergo nec quod maius. Item nec hoc , Iste est magis malus hodie quàm heri , ergo minus habilis ad suscipiendam gratiam quàm heri.instantia est in Cepha, id est,Petro.H.

Luc.22.

b *Vt 50.dist. fidelior.*

c *Vbi loquitur devenia pœnæ.*

d ¶*Conuersio.*]Arg.quòd non tantum valet verbum simplex quantum compositum.arg.contra.ff.ad leg.Aquil.si seruus.§.inquit.vbi dicitur ruperit,id est,corruperit.

e ¶*Suæ conuersionis.*]Arg.contra.11.q.3.qui iubente[c].sed hic de fructu remissionis diuinæ,ibi humanæ.

C. XXXIII.

SCindite corda vestra, & non vestimenta.

Ostendens in contritione cordis, quæ in eiusdem scissione intelligitur, non in confessione oris,quæ pars est exterioris satisfactionis,quam scissuram vestium nominauit a, à parte b totum intelligens,peccata dimitti.

Hinc etiam per eumdem Prophetam Dominus ait.

C. XXXIIII.

COnuertimini c ad me in toto corde vestro, & conuertar ad vos.

¶ *Confecta est sententia ista ex verbis Ioelis, c.2.& Zachariæ,c.1.*

1 Conuersio d autem dicitur, quasi cordis vndique versio.Si autem cor nostrum vndique à malo ad Deum vertitur, mox suæ conuersionis e fructum meretur,vt Deus ab ira sua ad misericordiam conuersus,peccati præstet indulgentiam,cuius †primo præparabat vindictam. Vnde datur intelligi,quòd etiam ore tacente , veniam consequi possumus. Hinc etiam leprosi f illi, quibus Dominus præcepit,vt ostenderent se sacerdotibus g,in itinere , antequam ad sacerdotes venirent, mundati sunt. Ex quo facto nimirum datur intelligi , quòd antequam sacerdotibus ora nostra ostendamus , id est, peccata nostra confiteamur , à lepra peccati mundamur. Hinc etiam Lazarus h viuus de monumento prodiit : non prius de monumento est eductus, & postea à Domino suscitatus : sed lapide i remoto, quo monumentum claudebatur , in sepulchro k reuixit, & foras viuus prodiit. ¶ Hinc etiam, vt Dominus ostenderet , quòd non sacerdotali iudicio , sed largitatæ diuinæ gratiæ peccator emundatur, leprosum tangendo mundauit l , & postea sacerdoti sacrificium m ex lege offerre præcepit n. Leprosus enim tangitur , cum respectu diuinæ pietatis mens peccatoris illustrata compungitur. Vnde post trinam negationem Petrus , Domino eum respiciente, profudit amaras lacrymas , lquibus culpam negationis suæ diluit. Leprosus semetipsum sacerdoti repræsentat, dum peccatum suum sacerdoti pœnitens confitetur. Sacrificium ex lege offert , dum satisfactionem ecclesiæ iudicio sibi impositam factis exequitur.Sed antequam ad sacerdotem perueniat, emundatur : dum per contritionem cordis ante confessionem oris peccati venia indulgetur. Hinc etiam medici negantur suscitare aliquem,vt resuscitatus confiteatur : dum

f ¶*Leprosi.*]Scilicet decem,de quibus legitur in Euangelio Lucæ, qui designant peccatores.

Additio.Scilicet lepra peccati infectos,secundum Hug.

g ¶*Sacerdotibus.*]"primo ergo est Deo confitendum,postea sacerdoti,ĩ.ead.§.ex his omnibus.

per prophetam dicitur, [Numquid medici o resuscitabunt, & confitebuntur tibi ?] Item [A mortuo p, vt auctoritas q ait, perit r confessio , velut s ab eo , qui non est.] Vnde pœnitens ille , qui timore ostiuæ territus exclamauerat: [Domine, ne in furore tuo arguas me , neque in ira tua corripias me :] postea supplicans aiebat (saluum me fac propter misericordiam tuam : quoniam non est in morte , qui memor t sit tui : in inferno autem nullus tibi confitebitur.) Si ergo v nullus confitebitur , nisi resuscitatus , nemo autem viuit æternę gehennę filius, & perpetua damnatione x dignus , patet y , quòd antequam quisque confiteatur peccatum, à reatu suæ præuaricationis , quo æterna sibi debebantur supplicia , per gratiam internæ compunctionis absoluitur. ¶ Item. Si antequam z quisque confiteatur, à Domino resuscitatur, vel resuscitatus viuit, dum confitetur, vel post resurrectionem iterum mortuus est, & confitetur. Sed, sicut antequam resuscitaretur mortuus, confiteri non poterat, sic post resurrectionem mortuus confiteri non valet. Restat ergo vt resuscitatus viuat, dum peccatum confitetur a. Habet itaque suscitatorem suum sibi præsentem, seque inhabitantem.

Vnde Augustinus ait in Psal.70.

A ¶ Confitetur.] *Hic in vulgatis interiiciebantur hæc* , ergo sola contritio , in qua fit resuscitatio, tollit peccatum : *quæ absunt à plerisque , & emendatioribus Gratiani codicibus.*

C. XXXV.

REsuscitatus corpore viuit ab sente suscitatore. Nõ autem sic resuscitatus in anima a.

¶ *In glossa ordinaria in Psalm.70.vers.*Deus docuisti,*in vers.*mirabilia.*ex Augustino hæc afferuntur.* Quid mirabilius, quàm mortuos suscitare ? Suscitatus corpore viuit etiam absente suscitatore , non sic suscitata anima sine Deo:*quæ sententia fusius exponitur apud ipsum* B.*Augustinum concione 2.in eumdem Psalmum.*

Cum enim Deus sit vita animæ , anima vero vita corporis , sicut corpus viuere non potest absente anima , ita non nisi Deo præsente anima viuere valet. Habet itaque anima sibi Deum præsentem per gratiam , qua viuens peccatum suum confitetur , eamque vita, quæ Deus est, inhabitat : quam inhabitando viuere facit. Si autem b illam inhabitat, ergo templum spiritus sancti facta est: ergo illuminata est : ergo à tenebris peccatorum expiata est : ergo templum diaboli esse desiit,quę ad lucem venit,cuius respectus tetra de baptism.& eius effect.maiores.

d 5.cap.& 23.c.

" Confitere primo Deo dehinc sacerdoti. Psal.87. Greg.in Ps. 1.pœnit. Eccl.17.

Psal.6.

" Sacerdotes dicũtur medici.

" Pctm̃ ducit ad ñ esse e ĩ.e.dist.2. §.fi.

h ¶ *Hinc etiam Lazarus.*] id est, peccator consuetudine peccandi depressus.Arg. infra distinct. 2. sicut tribus.

i ¶*Lapide.*]onere peccati.

k ¶ *In sepulchro.*] id est, in cordis contritione.

l ¶ *Mandauit.*] in Euangelio Matthæi.

m ¶ *Sacrificium.*] id est,satisfactionem.

n ¶ *Præcepit.*] Supra 93. distin. Dominus. & ita ex præcepto tenetur quis confiteri.

o ¶*Medici.*] id est,sacerdotes, " qui medicinam animæ præstant : sed Deus dicitur medicus, vt infra dist.3. adhuc instant. 23.quæst.4. Nabucho donosor. & 11. quæst. 3.quomodo.

p ¶*A mortuo.*] id est, permanente in peccatis.

q ¶*Auctoritate.*]in libro Iesu filij Syrach, scilicet Ecclesiastico.

r ¶ *Perit.*] id est, non est, quia non pœnitet talem, vt ĩ.distin. 3. Iudas. & ita perit hoc quod non est.argumen. ff.de constit. pecun.id quod. vel si est, non est vtilis quo ad vitam.Argument. quòd rescriptum ab excommunicato impetratum fit nullum ipso iure. argument. contra. infra de consecratione distinct.2. & dixit.

s ¶*Velut.*] qui enim peccat , nullus est: " quia peccatum ducit ad non esse , cum nihil sit e, iuxta illud: Et sine ipso factum est nihil. & est velut similitudinarium.sed ad litteram potest hoc intelligi : quia post mortem nemo valet confiteri , vt de illo diuite legitur in Euangelio.

t ¶ *Qui memor.*] quantum ad gratiæ susceptionem dum est in peccato.

v ¶*Si ergo.*] quasi dicat , nullus ad sui salutem.

x ¶ *Damnatione.*] extra de baptism.& eius effect.maiores.

y ¶*Patet.*]ecce conclusio magistri.

z ¶*Si antequam.*]habito quòd ante confessionem peccator resuscitatur, probat quòd quando confitetur,non est in peccato : si enim post resurrectionem suam antequam confiteatur incipiat mori, id est peccato obligari:sequeretur quòd mortuus, id est in peccato existens confiteretur : quod tamen non potest esse ante resurrectionem,nec post. à mortuo enim,&c. perit confessio. concludit ergo quòd viuens, id est, à reatu peccati absolutus confitetur , & ita in confessione non dimittitur peccatum.

a ¶ *Resuscitatus.*] ¶ *Anima.*] not. animam alio modo suscitari quam corpus.

b ¶*Si autem.*]verba Magistri.

Source : BIU Cujas

a ¶ *Apostolus.*]in epistola 2.ad Corinthios 6.c.
b ¶ *Conuentio.*]id est,communicatio.
c ¶ *Belial.*]apostata interpretatur.
d ¶ *Lucis.*] id est,illuminationis. & est argum.quòd contraria sese non patiuntur.argum.16.q.7.in nona.j.ead.§.cum ergo.
e ¶ *Dominus ait.*]in Euangelio Ioannis.
2.Cor.6. f ¶ *Abrahæ.*] 5.22.q.2. quæritur. §.item opponitur.
g ¶ *Duobus.*] exigentibus contraria.
Ioan.3. g ¶ *Duobus.*] diuersis, puta in eo quòd sunt diuersi.aliàs secus. ff. de oper.lib.duorum.
h ¶ *Vi natus.* ¶ *Ex Deo.*] Cooperante per gratiam vel
Ioan.8. per baptismum.
Matth.6. i ¶ *Peccat.*] coniunctim intellige dum moratur in sanctitate percepta, & regeneratione Dei. Quod sic debeat intelligi, habetur j. dist.2. §.item secundum. & c. si enim inquit.
"Nomen amittitur ex virtute vel peccato. k ¶ *Diaboli.*] " & ita ex virtute vel peccato nomen amittimus,sicut & lex dicit quòd adoptatus à senatore in filium, filius senatoris dicitur.
Colos.1. ff. de senat. senatoris filius.& nupta clarissimo quandiu non nubit alij inferioris ordinis, clarissima dicitur, vt ff. de senat.femina.
l ¶ *Solo.*] magnum autem peccatum est nõ agere pœnitentiam, & suo sibi complacere delicto. j.dist.ead. super tribus.
m ¶ *Omnis viuit.*] per gratiam.
n ¶ *Alienus.*] à charitate præcisus, scilicet ad mortem. j.ead. in actione. extra de regul.& transeun.ad relig.licet.in fi.

ALII E CONTRARIO. Hæc est 2.pars distinct.in qua probat magister, q; si potest confiteri quis & non vult, non saluatur. quod est verũ. Et subdiuiditur hæc pars, in 6.partes. Secunda ibi, *Et venit.* Tertia ibi, *Nemo potest.* Quarta ibi, *Potest fieri.* Quinta ibi, *Quantuslibet.* Sexta ibi, *Nonnulli.* Ioan. de Fant. Casvs. Allegat nunc Grat. pro alia parte, scilicet quòd adulto & discreto peccatum non dimittatur sine oris confessione, & operis satisfactione, & ad hoc inducit multas auctoritates vsque ad §. illum, *his auctoritatibus.* quæ quandoque modicum, quandoque nihil faciunt ad propositum, sicut tu ipse videbis, sicut etiam superius fecit. Sequentia autem c. plana sunt, s. dic tu. & non potest.

o ¶ *Alij e contrario testantur.*]ab hoc loco vsque ad §. his auctoritatibus. pro alia parte allegat, quòd scilicet adulto peccatum non dimittitur sine oris confessione. quod tamen falsum est *. " bene tamen dicimus quòd licet cordis contritione dimittatur peccatum, confessio tamen mundat, & satisfactio mundat, & sic magis ac magis mundatur homo, sicut magis ac magis innouatur homo. j. de consec. dist.4. non ex quo. Auctoritates hic inductæ parum vrgent si diligenter exponantur.

*Imo verissimũ sine cõfessiõe salté ĩ voto nõ dimitti pctm.
"Cõfessio & satisfactio mundant.

p ¶ *Sine confessione.*] id est, ea contempta, vt primam opinionem defendas, iuxta verbum illud dominicum: Vade, & amplius noli peccare. j. dist.3.si Apostolus.

"Confessio est duplex. q ¶ *Per prophetam ait.*]dic, "duplex est contritio & confessio. scilicet interior & exterior. de interiori, scilicet, quæ fit Deo, dicitur quòd sine confessione [a] non dimittuntur peccata. Vel dic, id est, propositum habes dicendi ore.

a De cõfessione dt Io. Chryſ. Confessio est salus aiarũ, restauratrix virtutũ, dissipatrix vitiorũ, expurgatrix dæmonũ, quid plura? obstruit os inferni, portas aperit paradisi. Gen.17. * imo Grat. hoc inducit vt ostendat neq; apud Deũ iustificari sine oris confessione. Esa.43.
b De ista hĩ in Ps. Cõfite mini Dño, qm̃ bonus.
1 Sent.4. dist.17.
2 manuscripto, cuius initium, *Ecce nunc tempus adest* Sent.ibid.
Esa.43.

nebras fugat. Nulla enim (vt ait Apostolus [a] *) conuentio* [b] *Christi ad Belial* [c]*, nulla participatio lucis* [d] *ad tenebras, nulla communicatio iustitiæ & iniquitatis, nullus consensus templo Dei cum idolis. Item, vt Christus ait* [*Omnis, qui odit malum, in luce agit.*] *Qui autem in luce agit. sicut Augustinus ait, in Christo operatur, qui autem in Christo operatur, eius filius probatur. Cuius enim opera quisque facit, eius filius esse perhibetur. Vnde quibusdam Dominus ait* [e] [*Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ* [f] *facite.*] ¶ *Item.* [*Vos ex patre diabolo estis: quia opera patris vestri facere vultis.*] *Nemo autem filius Dei, & diaboli simul esse potest. (Nemo enim, vt ipse ait, duobus* [g] *Dominis seruire potest.)*

Item, vt Ioannes ait in epist. sua 1.c.3.

C. XXXVI.

QVi natus est ex Deo [h], non peccat. [i]

Ergo nec est filius diaboli [k]*. Solo* [l] *enim peccato, diaboli filij sumus. Ergo de eius regno translati sumus in regnum charitatis filij Dei, & sumus erepti de potestate tenebrarum, & facti filij lucis. Cum ergo ante confessionem, vt probatum est, sumus resuscitati per gratiam, & filij lucis facti, euidentissime apparet, quòd sola cordis contritione, sine confessione oris peccatum remittitur.*

Item Ioannes ibidem.

C. XXXVII.

Omnis, qui non diligit, in morte manet.

Si ergo viuit [m]*, & diligit: si diligit, dilectio in corde est: dilectio autem in malo non est. Est enim proprius fons bonorum, in quo non communicat alienus* [n]*. Ergo bonus est iste factus per gratiam ante confessionem peccati: non itaque malus est: bonus enim & malus aliquis simul esse non potest. Quòd si malus non est, membrum diaboli non esse probatur: nec ergo dignus est gehenna, quæ diabolo, & membris eius solummodo debetur: sicut æterna beatitudo solummodo membris Christi paratur. Non ergo in confessione peccatum remittitur, quod iam remissum esse probatur.*

r ¶ *Iustificeris.*] id est, à peccato munderis, vel bonis operibus replearis. vel vt consecutiuum non est, vel vt iustus aliis videaris, exemplo tui proficientibus. Vel intelligitur de exteriori, vt iustificeris quo ad alios, non quo ad Deum * apud quem iustificatus es. argum. infra eadem, cap. iudicet.

Fit itaque confessio ad ostensionẽ pœnitentię, non ad impetrationem veniæ: & sicut circumcisio data est Abrahæ in signum iustitiæ, non in causam iustificationis, sic confessio sacerdoti offertur in signum veniæ acceptæ, non in causam remissionis accipiendæ.

2 ¶ *Alij è contrario testantur* [o]*, dicentes sine confessione oris, & satisfactione operis neminem à peccato posse mundari, si tempus satisfaciendi habuerit. Vnde Dominus per prophetam ait* q. *(Dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris* [r]*.) Item Ambrosius in libro de paradiso, cap.* 14.

C. XXXVIII.

[1]NOn potest quisquam iustificari à peccato, nisi ante fuerit peccatum confessus [s].

Idem in sermone 1. *Quadragesimæ.*

C. XXXIX.

[2]ECce nunc tempus acceptabile adest, in quo confessio à morte animam liberat: confessio aperit paradisum: confessio spem saluandi tribuit. Vnde scriptura dicit, [Dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris.] His verbis ostenditur, quia non meretur iustificari, qui in vita sua peccata non vult confiteri. Illa ergo confessio nos liberat, quæ fit cum pœnitentia. ¶ Pœnitentia vera [t] est dolor cordis, & amaritudo animæ pro malis, quæ quisque commisit. Pœnitẽtia est & mala præterita plangere [u], & plangenda iterum non committere.

Item Ioannes os aureum in homil. de pœnitentia, quæ incipit ([3] Prouida mente.)

C. XL.

[4]PErfecta [x] pœnitentia cogit [y] peccatorem omnia libenter sufferre. *& infra.* ¶ In corde eius contritio, in ore confessio, in opere tota [z] humilitas [a]: hæc est fructifera [b] pœnitentia.

Idem [5].

s ¶ *Confessus.*] Deo, vt j.ead. sufficit. confessio oris fit sacerdoti, cordis fit Deo. j.e. quamuis. [b] proximo. 11. q.3. existimant.

ECce nunc.] CAsvs. Ostendit Ambr. in hoc c. quòd confessio liberat hominem à peccato: qa sine eâ nemo potest saluari, & ad hoc probandum inducit auctoritatem prophetæ, & hoc in prima parte. In secunda parte ponit duas distinctiones pœnitentiæ, per quas probat q; actus exterior est necessarius ad pœnitentiam. Secunda pars incipit ibi, *Pœnitentia vera.* Sed certe prima diffinitio magis probat primam opinionem quàm secundam. Sequentia autem quattuor capitula plana sunt, scilicet perfecta. non potest. nullus neminem.

t ¶ *Vera est.*] ergo sufficiens melius probat auctoritas hæc primam opinion. quàm secundam.

u ¶ *Plangere.*] non est hæc descriptio, quia hoc habuit Iudas ex timore seruili: sed est qualiscumque assignatio.

x ¶ *Perfecta.*] Hoc c. habes j. dist. 3. circa principium.

y ¶ *Cogit.*]" hoc intelige quantum ad sensualitatem, quæ semper rationi repugnat. vnde Apostolus: caro concupiscit aduersus spiritum, & econuerso, Galat.5.

z ¶ *Tota.*]id est, omnis eius gradus.

a ¶ *Humilitas.*] ne superbia efferatur, vt pharisæus. Videtur approbare eorũ sententiam, qui dicunt quòd remissio præp o nenda est iustificationi. sed hæc dicta sunt de gratia iustificante. vel gratiam, id est, gratiæ augmentum, vt non intelligas de gratia iustificante. vel non potest innotescere gratiæ acceptio. nam res tunc fieri dicitur quando innotescit. Vel hoc dicto, purgatus, ponitur in vim nominis, non partipij: omnia enim hæc simul sunt tempore.

" Sensualitas rationi repugnat.
3 j. de pœn. dist.3.c.1.
4 j. dist.3.p-fecta. Sen.4 dist.17.
5 j. de conf. dist. 4. non potest.

b ¶¶ *Fructifera.*] not. " quòd in peccato mortali tria attenduntur, impudentia, delectatio, & perpetratio. contra hæc tria triplice remedio opus est: contra impudentiam confessio, in qua est verecundia. j. ead. quem pœnitet. delectationi opponitur amaritudo contritionis: perpetrationi opponitur operis satisfactio. j. distinct. 2. cap. 2. Sed numquid de veniabus tenetur quis confiteri? videtur quòd non, quia res pene contra naturam est, &c. vt 25. dist. §. criminis. " Dico quòd de venialibus maioribus tenetur quis confiteri, de quibus dicit auctoritas, Vitasti grandia, caue ne obruaris arena. j. ead. tres sunt. sed est generalis confessio & specialis: speciali indigent mortalia. vnde Psal. Lauabo per singulas noctes lectũ meum, id est, conscientiam meam emundabo discurrens per singulas noctes, id est, per singula mortalia, de singulis, scilicet confitendo & satisfaciendo sigillatim non confuse. in generali vero sufficit confiteri venialia, vt fit in Missa, cum dicit sacerdos, cõfiteor Deo, &c. Illud non credo [c] quòd existenti in mortali peccato dimittituntur venialia. j. dist. 3. de quotidianis.

"Mortalia in pctõ tria attenduntur.
"Confessio an dẽ fieri đ venialib⁹.
c idem L. & Petr.

a ¶ *Non*

Source : BIU Cujas

a *Non poteſt quis.*]ĵ. de de conſecr. diſt. 4. non poteſt.
b ¶ *Sorde.*]ĵ. de pę. di. 3. §. his auctoritatibus. & c. ſunt plures.
c ¶ *Confeſsionem.*] interiorem, id eſt, cordis dolorem, & amaritudinem quo ad adultos.
d ¶ *Baptiſmi.*] quo ad infantes, vel per baptiſmum primo, ſecundo per pœnitẽtiam, quæ eſt ſecunda tabula, ĵ. ead. quamobrem.
e *Nvllus.*] ¶ *Veniam.*] quantum ad eccleſiam.
f ¶ *Pœnam.*] non videtur hoc eſſe verũ, nec de interiori pœnitentia, nec de exteriori. nam ſi de interiori quę peccata deleuit, ergo & charitas affuit: "qa aliter non delentur peccata niſi per charitatem. tanta ergo eſt hæc pęna ex quo charitas adeſt, quanta eſſet maior q̃ excogitari poſſet, & hic dicit qualemcumque: ſed nec de exteriori: quia quãdoque ſine omni pœna exteriori dimittitur peccatum, iuxta illud: Vade, & amplius noli peccare. ĵ. di. 3. ſi Apoſtolus. ſed tñ exaudi hoc de interiori[a]. qđ ergo dicit, etſi longe minorem, dic quo ad acerbitatem, ſcilicet pœnæ. nam pœna interior, & ſi tanta ſit, non tamen ita acerbe affligit, & ita non eſt contra. ĵ. di. 3. productior. quia illud de exteriori, vel illud de peccato originali, vt ibi dicam. Item contra ſ. 47. diſt. omnes. vbi eſt verbum Apoſtoli: Sicut exhibuiſtis mẽbra veſtra, &c. hic autem dicitur, q̃ non ſic: ſed ſufficit qualitercumque. Sol. non attenditur ibi paritas ſecundum radices motuum, ſed ſecundum modum pœnitendi: q. d. ſi manibus peccauimus, extẽdamus eas ad bona opera, ſi lingua, loquamur bonum: & ita de aliis membris, vt in quibus plus Deum offendimus, plus in illis pœniteamus. vnde legitur quòd ranæ interemerunt reliquias Pharaonis, hoc eſt vaniloquia. non autem poſſet attendi ſecundum radices motuum.
g ¶ *Largitas.*] quia in infinitum magis extenditur bonitas quàm iniquitas: "cum enim charitas creſcit, non habet obicem, ſed in infinitum creſcere poteſt. Nam ratio naturalis eſt illi conſona, quæ eſt contraria iniquitati. vnde iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens creſcit in perfectum diem. ĵ. diſt. 2. non reuertebantur. ſed iniquitas habet obicem, ſcilicet ſuperiorem partem rationis, quæ ſemper remurmurat male agenti, & etiam offenſio creatoris. ſ. diſtin. 6. §. ſed penſandum.
h ¶ *Non relinquatur etiam iuſtitia.*] "ita eſt miſericors Deus, quòd etiam iuſtus: quia nullum peccatum præterit impunitum. q. d. licet ſit ita miſericors, non tamen ita eſt de eius miſericordia confidendum, vt euaneſcamus per ſpem: immo miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. territi ergo iuſtitia confidamus de miſericordia. confiſi de miſericordia timeamus de iuſtitia. miſericors eſt quia quemlibet punit circa demeritum, & remunerat vltra meritum iuſtus: quia nullum peccatum præterit impunitum. 22. q. vlt. quoties.
i *Neminem.*] ¶ *Magno.*] ſi de venialibus hoc intelligas, ponitur pœnitentia pro pœnitudine. arg. ĵ. de conſe. diſt. 2. iteratur. arg. ĵ. ead. tres.
k ¶ *Tranſire.*] vt magis iuſtificemini. ĵ. de conſecr. diſt. 4. omnes qui iam. ſ. 23. q. 4. quid faciet. & q. 7. quemadmodum.
Agite pœnitentiam.] Casvs. Quidam erant qui contemnebant confiteri vel ſatisfacere de peccatis ſecundum præceptum eccleſiæ, dicentes ſibi ſufficere ſi occulte pœnitentiam agãt:

† *al vitæ*]*al. dei accipere*

"Peccata ſi necharitate nõ delẽtur. 1 Sent. ibid. Pol. l. 6. ti. 20 Anſel. l. 11. c. 142.

† *Atque ita impertitur largitas*] orig.

2 Poly. ibid. † *Nec quem quam*]orig. a idem L. & Pet. & Hug. vñ dic pœnã interiorẽ ſc. cordis amaritudinẽ & doloreẽ, & cõpũctionẽ ſine qua, ſc. pœna interiori pctũ nõ dimittitur, ſcđm H. 3 Sent. ibid. Polyc. ibid.

Matth. 16.

4 Iob 31. apđ 70. expſſius.

"Charitas ĩ infinitũ creſcere poteſt

"Deus eſt ñ ſolum miſericors, ſed etiã iuſtus.

C. XLI.

NOn poteſt quis [a] gratiam doni † cœleſtis accipere: niſi prius purgatus fuerit ab omni ſorde [b] peccati per pœnitentiæ confeſſionem [c], per donum baptiſmi [d] ſalutaris.

Item Auguſtinus in libro de continentia, cap. 6.

C. XLII.

1 NVllus debitæ grauioris pœnæ accipit veniam [e], niſi qualemcumque, & ſi longe minorem, quam debeat, ſoluerit pœnã [f]. Ita † enim impertitur à Deo largitas [g] miſericordiæ, vt non relinquatur etiã iuſtitia [h] diſciplinę.

Idem Vincentio, epiſt. 48.

C. XLIII.

2 NEminem † [i] putes ab errore ad veritatem, vel à quocumque ſeu magno, ſeu paruo peccato ad correctionem ſine pœnitentia poſſe tranſire [k].

Idem in libro 50. homil. homil. 49. de pœnitentia.

C. XLIIII.

3 AGite [l] pęnitentiam, qualis agitur in eccleſia, vt oret pro vobis eccleſia. Nemo dicat ſibi, occulte ago, apud Deum ago, nouit Deus, qui mihi ignoſcit, quia in corde [m] ago: Ergo ſine cauſa dictum eſt (Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt & in cœlo.) Ergo ſine cauſa claues [n] datæ ſunt eccleſię Dei, fruſtramus Euãgeliũ [o] Dei: fruſtramus verba Chriſti? promittimus vobis [p] quod ille negat, nonne vos decipimus? Iob dicit ([4] Si erubui in conſpectu populi cõfiteri peccata [q] mea.) Atq; [A] ideo ſi non potuiſtis habere, vel noluiſtis pudicitiam cõiugalem, ſeu continentiam, & deuiaſtis à propoſito, vel vinculo coniugali, vel deuotione continentiæ, ſit in vobis dolor, & humilitas pœnitentiæ. Apertius dico. Nemo dicat, non intellexi. Qui poſt vxores veſtras illicito vos concubitu maculaſtis, ſi præter vxores [r] veſtras cum aliqua concubuiſtis, agite pœnitentiam, &c.

A ¶ Atque ideo.] *Additæ ſunt iſtæ duæ voces à collectore, quoniam mutatus ab ipſo eſt ordo verborum B. Auguſtini. Nam apud B. Auguſtinum hæc, quæ hic ſequuntur, antecedunt iis, quæ ſupra ſunt poſita.*

Item Hieronymus ſuper Exodum.

¶ *Hic etiam, vt ſæpe alibi obſeruatum eſt, homil. 11. Origenis ad cap. 18. Exodi ſub nomine B. Hieronymi citatur.*

C. XLV.

2 ET venit [s], inquit, Aaron, & omnes preſbyteri de Iſrael, manducare panem cum ſocero Moyſi in cõſpectu [t] Dei.) Omnia ergo, quæ faciunt ſancti, in conſpectu Dei faciunt: peccatores † autem à cõſpectu Dei fugiunt [u]. Denique ſcriptũ eſt, quia Adam, poſtquam peccauit, fugit à conſpectu Dei, & interrogatus reſpondit (Audiui vocem tuam, & abſcondi [x] me, quia erã nudus [y].) Sed & Cain poſtquam pro parricidio condemnatus eſt à Deo (exiit, inquit, à facie Dei, & habitauit in terra Naim.) Exit ergo à facie Dei, qui indignus eſt Dei conſpectu. Sancti autem manducant, & bibunt in conſpectu Dei, & omnia, quæ agunt, in conſpectu eius agunt. Ego amplius [z] adhuc locum præſentem diſcutiens vi-

quibus præcipit Auguſt. vt pœnitentiam in conſpectu eccleſiæ agant, cui non ſine cauſa datæ ſunt claues ligandi & ſoluendi: & q̃ hoc facere debeant, probat auctoritate Iob.
l ¶ *Agite.*] alloquitur contemnentes & negligentes confiteri & ſatisfacere ſecundum præceptum eccleſiæ. vt intelligatur de exteriori pęnitẽtia, inferenda eſt hęc auctoritas, & quædam ſequẽtes. Vel hæc auctoritas intelligitur de interiori pœnitentia & ſatisfactione, ſicut magiſter dicit ĵ. ead. his auctoritatibus.
m ¶ *In corde.*] ſupple & ideo non indigent ſacerdotali iudicio, & ſic bene ſequitur, ergo ſine cauſa. ſi. extra de ſen. exc. à nobis. 2.
n ¶ *Claues.*] ſi enim ſine arbitrio ſacerdotis pœnitentia ageretur, fruſtra ſacerdotibus claues eſſent commiſſæ.
o ¶ *Euangelium.*] "eſt ergo præceptum Euangelij, pœnitentiã agite. & Salomon, qui abſcondit ſcelera vel peccata ſua, non videbit lumen in æternũ. & Iacobus, confitemini alterutrum, &c.
p ¶ *Vobis.*] ĵ. inutiliter. ſic ff. ſi cer. pet. certi. §. qm̃ igitur. in fi. §.
q ¶ *Peccata.*] apoſiopeſis, i. defectus orationis præ indignatione, vel alio ſimili. Additio. Quaſi ſic vel ſic contingat mihi, ſi erubui confiteri, vt hoc & hoc faciat mihi Deus, ſecundum H. & Laur.
r ¶ *Præter vxores.*] "tres enim tm̃ ſunt ſtatus ſaluandorum, coniugatorum, continentium, & virginũ, vt ext. de ſum. tri. firmiter. ſ. 12. q. 2. in præſenti. 13. diſt. nerui [b].

"Confeſſio eſt p̃cepti.

Exod. 18.

†*peccator fugit*]orig.

Gen. 3.

"Status ſaluandorum eſt triplex.

Gen. 4.

bEt fuit hęc viſio Ezech. ppheţ, q̃ vidit iij. viros ſaluãdos, ſ. Abrahã, per quẽ figurantur cõtinentes: Daniel. p quẽ virgines: Iob, per quem coniugati. Petr.

ET venit.] Hæc eſt 2. pars ſecundæ partis, in qua probatur, q̃ ſtatim confitetur, non videtur cecidiſſe: quia ſemper eſt in conſpectu Dei. & hoc probat per 6. c. Ioan. de Fan. Casvs. Probat Hieronym. in hoc c. quòd in conſpectu eccleſiæ debet quis facere pœnitentiam, & hoc facit exemplo presbyterorum Iſrael, qui cum ſocero Moyſi in conſpectu eccleſiæ comederunt. mali vero à cõſpectu eccleſiæ & Dei fugiunt: quod probatur exemplo Adam, & exemplo Cain. boni autem omnia in conſpectu Dei & eccleſię faciunt. *Inquit*, ſcilicet Moyſes: & tangit id quod legitur in Exodo, ſcilicet cum Ietro ſocer Moyſi veniſſet ad eum in deſertum, venit Aaron, & omnes ſeniores vt comederent panem cum eo coram Domino.
s ¶ *Et venit.*] Illud tangitur quod legitur in Exodo, ſ. cum Ietro ſocer Moyſi veniſſet ad eum in deſertum, venerunt Aaron & ſeniores omnes Iſrãel vt comederent panem cum eo. Ietro pater fuit Aethiopiſſæ vxoris Moyſi. 2. q. 7. plerumque. §. item obiicitur.
t ¶ *In conſpectu.*] quia ſtatim pœnitent cum forte malum faciunt.
u ¶ *Fugiunt.*] quia pœnitere contemnunt, vt dicitur infra.
x ¶ *Abſcondi.*] ſed fruſtra: quia ſi aſcendero in cœlum, tu illic es. vnde ſuper illo verſu poſuit Anſelmus hos verſus:

Quo fugis Encelade? quaſcumque acceſſeris oras,
Sub Ioue ſemper eru: bene fac ſi viuere quæris. ĵ. diſt. 2. §. vlt.

y ¶ *Nudus.*] "non ſolum amictu corporis, ſed etiam mentis: quia etiam prius nudus erat veſte. ĵ. diſtin. 2. vt cognouerunt. ſed erat hic nudus virtutibus. ĵ. diſt. 2. c. non eſt. §. Romanos. nec tamen erubeſcebat Adam: ſicut & pueri quamdiu non peccant, non erubeſcunt ire nudi, ſed poſtquam pruritum ſenſerint in membris illis, naturaliter ſtatim erubeſcunt ire nudi.
z ¶ *Ego amplius.*] modus loquendi eſt iſte Hierony. vt 8. q. 1. licet. & eſt arg. pro veritate ſæpius examinanda, vt 35. q. 9. graue.

"Adam ante peccatũ erat nudus.

Source : BIU Cujas

deo:quia qui pleniorem [a] ſcientiam Dei accipiunt,& plenius diuinis imbuti ſunt diſciplinis, iſti etiam ſi malum faciunt,corã Deo faciunt,& in conſpectu [b] eius faciunt:ſicut ille,qui dixit(Tibi ſoli [c] peccaui, & malum coram te feci.)Quid ergo plus habet [d],qui malum coram Deo facit? Illud profecto,quod cõtinuo pœnitet, & dicit,Peccaui. Qui autem diſcedit à conſpectu Dei, neſcit [e] conuerti, & peccatum pœnitendo purgare.Hoc ergo intereſt malum coram Deo facere, & à Dei conſpectu diſceſſiſſe peccantem.

Item Ambroſ.lib.1.de pœnitentia,c.4.

C. XLVI.

SEd continuo,qui dixerat [Sicut Adama faciam te, & ſicut Seboim [f],quę duæ vrbes ex vicinia [g] Sodomorum parilis excidij traxere conſortium, [conuerſum eſt,inquit, cor meum: in eo ipſo conturbata eſt pœnitentia mea: non faciam ſecundum iracũdiam furoris mei.] Nonne apparet, ꝙ ideo nobis peccantibus indignetur Dominus Ieſus,vt indignationis ſuæ nos terrore † conuertat? Indignatio ergo eius non vltionis executio, ſed magis abſolutionis operatio eſt.

¶Caput hoc antea citabatur ex B. Auguſtino, reſtitutum eſt B. Ambroſio, & ex ipſo locus ſcripturæ emendatus. Sequitur enim lectionem 70.

Idem Ambroſius in lib.de paradiſo,c.14.

C. XLVII.

[1] SErpens [h] decepit me,& manducaui.) ¶Venialis† [i] culpa, quam ſequitur profeſſio delictorum.Ideo non deſperata [k] mulier, quæ non reticuit Deo,ſed magis confeſſa [l] peccatum eſt,quam medicinalis†[m] ſecuta ſententia eſt [n]. Bonum eſt condemnari in peccato, & flagellari in delicto, vt cum hominibus flagellemur.Denique Cain,quia voluit crimen negare, indignus [o] iudicatus eſt, qui puniretur [p] in peccato: ſed remiſſus eſt ſine præſcriptione† [q] pœnæ, fortaſſe non tam reus†maiore crimine parricidij (illud enim commiſit in fratrem)quàm ſacrilegij: quòd Deo [r] credidit mentiendũ, dicens, (Neſcio:numquid ego cuſtos fratris mei ſum?) Et ideo accuſatori diabolo eius accuſatio reſeruata eſt, vt cum eius angelis flagelletur, qui cum hominibus noluit flagellari.*& lib.1.de pœnit.c.1.* Nam paſtor [s] ille Euangelicus lapſam ouem vexiſſe legitur, non abieciſſe: & Salomon ait, (Noli eſſe nimium iuſtus [t]) Debet enim iuſtitiam temperare moderatio.Nam quemadmodum ſe tibi curandum præbeat, quem faſtidio habeas† ? qui contemptui ſe, non compaſſioni medico ſuo putet futurum?

Idem Ambroſius eodem libro 1. de pœnitentia,cap.11.

C. XLVIII.

LIbenter [u] ignoſco, prompte indulgeo, miſericordiam malo, quàm ſacrificium:quia per ſacrificium iuſtus commendatur [x]. per miſericordiam peccator redimitur.(Non veni vocare iuſtos [y], ſed peccatores [z].) In lege [a] ſacrificium: in Euangelio miſericordia eſt:lex per Moyſem [b] data eſt: per me gratia.

Item Leo epiſcopus Theodoro Foroiulienſi epiſcopo,epiſt.89.al.91.

a ¶*Pleniorem.*]ſenſus eſt,peccat coram Deo qui tamquam Dei præſentiam erubeſcens continuo pœnitet. " non enim diuertit qui in breui reuertitur:& à conſpectu Dei diſcedit qui pœnitere contemnit.arg.3.ead.diſt.diuortium.

" Reuertẽs in breui nõ diuertit.

b ¶*In conſpectu.*]ſupra 17.quæſt.1.qui bona.

c ¶*Soli.*]Regum enim delicta ſolum Deum habent vltorem.nam aliũ non timẽt.j.di.3.totam.hic tamen alia videtur expoſitio.

d ¶*Plus habet.*] quàm ille qui à conſpectu Dei fugit, & malum agit non coram Deo.

Pſal.50.

e ¶*Neſcit.*]i.contemnit. ar.25.q.1.hac conſona.redibit tamen ſi prædeſtinatus eſt. j. diſt.2. c.ſuper tribus. §.hæc itaque. & cap. quicumque. verſi.firmum.

Sed & continuo.] CASVS. Probat Aug.hoc exemplo Iudaici populi,ꝙ ſi pecator vult pœnitere, & peccatum corrigere,Deus qui pro peccato fuerat iratus,reuocat iram, & indulgẽtiam præſtat. & ad hoc inducit auctoritatem Oſee prophetæ cõtra Hieruſalem. Sed certe in hoc cap. non bene colligitur, vtrum de interiori ſatisfactione loquatur.

Oſeæ 11.ſecundùm 70

" Ciuitates vj.deſtruxit Dñs iuxta Iordanem.

f ¶*Seboim.*]" lex fuerũt ciuitatesquas deſtruxit Dominus iuxta Iordanem, Sodoma, Gomorra, Adama, Seboin, Segor, Aleale, quæ eſt Bale, vnde effectus eſt locus Aſphalti, qui dicitur mare mortuũ, & aqua illa nec eſt nabilis,nec potabilis. ibi ferrum natat, pluma mergitur.ibi ſunt poma pulcherrima exterius,interius autem plena fauilla & cinere:his verbis deſcribitur luxuria. 35. diſt.luxurioſa.

tal.furore

g ¶*Ex vicinia.*] ff.de contrah. empt. quod ſæpe.§.vlt.arg.ex vicinitate contrahi vitium.44.di.c.cum autem.arg.contra.

1 Sent.ibid. Gen.3.

†*Veniabilis*]orig.

" lupanaria caſtitatẽ nõ infamant.

" qa lupanaria non infamant caſtitatem. 32. q.5.tolerabilius. & eſt arg.ad quæſtionem de duobus fratribus domum communem habentibus. vnus habet partem inferiorem, alius ſuperiorem,an vno peccante tota domus dirimenda ſit.hoc autem capit.non multum facit ad propoſitum: quia nec de interiori nec de exteriori pœnitentia tractat.

Serpens.]CASVS.Hoc cap.diuiditur in duas partes.In prima ponuntur verba Euæ ſe excuſantis. In ſecunda parte ponuntur verba Ambroſij ſuper locum illum. Dicit enim,quòd qui non vult pro peccato puniri, agat pœnitentiam in hoc ſæculo: quod quia Eua fecit,ſalutem obtinuit.Cain autem quia nõ doluit,reſeruatum eſt eius peccatum æternaliter puniendum. Secunda pars ibi,*Venialis.Nam paſtor*,quaſi diceret,vere pœnitens eſt recipiendus,& non abiiciendus.*Nam paſtor*,&c. & loquitur de exemplo:quia de eo fit ſermo in Euangelio.

" Punietur in futuro qui hic ñ pœnitet ꝑ pctõ.

h ¶*Serpens.*] CASVS. " Qui non vult in futuro puniri pro peccato, agat hic pœnitentiam,& confiteatur:quod quia fecit Eua,ſalutem obtinuit.Cain autem quia noluit,reſeruatum eſt eius peccatum æternaliter puniendum.

i ¶*Venialis.*] ſed quomodo eſt venialis culpa Euæ, qua totus mundus ligatur.5.diſt.ad eius. Dic quo ad vitam æternam,non temporalem." veniale ergo eſt peccatum quod ſequitur confeſſio,vt hic. Veniale etiam dicitur, quod in veteri lege morte non puniebatur, ſed per cæremonias purgabatur, nec aliam pœnitentiam eis lex imponebat,vt j.diſtin.6.c.1.ver.nam venialia. Item dicitur veniale quod cauſam veniæ habet annexam, vt quod fit per ignorantiam vel impotentiam,quod eſt peccare in patrem & filium.Vnde Apoſtolus: Veniam merui: quia ignorans feci.5.8.diſt.conſuetudo.ſed ei qui peccat in ſpiritum ſanctum, quod fit per malitiam, non remittitur.25.diſt.qualis.8.diſt.conſuetudo.j.ead.poteſt.

" Peccatum veniale dr multifariã.

k ¶*Non deſperata.*] non enim deſperare debemus, " immo debemus moli inter duas molas, ſcilicet ſpei & timoris. vnde dictũ eſt: noli pignorare ſuperiorem molã nec inferiorem.Ille ſuperiorem pignorat,qui non timet,ille inferiorem, qui ita timet, quòd in deſperationem cadit, ſicut Cain.90.diſt.neque.

" Moli debem[a] inter duas molas †*medicabilis* Gen.4.

†*præſcripto*]orig.

† abeſt ab orig.

l ¶*Confeſſa.*] " fuit ergo Eua confeſſa, & etiam Adam ſimiliter.j.ea.diſt. ſicut primi.& cõfeſſa eſt cum dixit,manducaui.Dicitur tamen in hiſtoriis P. manducatoris in illo cap.tunc fecerunt. quòd Eua non pœnituit, immo peccatum retorſit in ſerpentem, & ſerpentis auctorem.ſed ideo dicit P.mãducator eam non fuiſſe confeſſam: quia non pure confeſſa eſt.dixit enim,Serpens decepit me.confeſſa eſt tamen cum dixit,& manducaui.

" Adã&Eua cõfeſſi ſunt.

Luc.15.

Eccl.7.

m ¶*Medicinalis.*] ſcilicet confeſſio.

n ¶*Secuta ſententia eſt.*] cũ ei dixit Deus: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos paries in dolore,&c.

†*al.dedas*

o ¶*Indignus.*]propter vilitatem ſuam: ſicut de ea quæ miniſtrat in caupona dicit lex, quòd non poteſt accuſari de adulterio propter ſui vilitatẽ. C.de adult. qui adulterium. & eſt ſenſus huius litterę,licet hic punitus fuerit,tamen eius pœna temporalis non fuit,ſed æterna,quæ hic incipit.argum.j.diſt.3.ſunt plures.§.auctoritates.

Oſeæ 6.

Matth.9.

Ioan.1.

p ¶*Puniretur.*] temporaliter certa pœna, quæ imponitur pro fratricidio.

q ¶*Sine præſcriptione.*]i. ſine certa pœna ſibi præſcripta & præfixa.

r ¶*Quòd Deo.*]arg." quòd ſacrilegium committit qui Papæ mentitur. ipſe enim obtinet vicem Dei viuentis in terra. j.diſtin.3. inter hæc hircum.augetur hoc ſacrilegium ex perſona in quam commititur.5.ead.aut facta.circa princ.

" Papę mentiens, ſacrilegus eſt.

s ¶*Paſtor.*] ſed qui cum hominibus flagellari vult recipiendus eſt, & non abiiciendus.nam paſtor,&c.

t ¶*Nimium iuſtus.*] & alibi, Qui multum emungit, elicit ſanguinem,vt 5.diſt.4.denique.

Libenter.]CASVS. Ambroſius in hoc c.introducit verba Domini ignoſcentis pœnitenti & recognoſcenti peccatum ſuum. magis enim vult miſericordiam quam ſacrificium veteris teſtamenti,cum per ſacrificium iuſtus cõmendetur,per miſericordiam peccator à pœna redimatur. Quod autem dicit *commendatur*,i.commendabilis apparet.*Miſericordia*,id eſt,opera miſericordiæ.*Lex*,id eſt,vindicta.*Per me*,ſcilicet Chriſtum.

a Dicclariꝰ, qđ hic dicit lra,ideo eſt, qa ex ſacrificio ſiue ex aliis opibus legis ñ iuſtificabatur,ſ iuſtꝰ exiſtẽs ex eis cõmẽdabilis redditur.Petr.

u ¶*Libenter.*]in perſona Chriſti loquitur.

x ¶*Commendatur.*] id eſt, commendabilis redditur [2]. non autem per ſacrificium iuſtus fit aliquis.

y ¶*Iuſtos.*]id eſt,qui ſe putant iuſtos,& confiteri nolunt.

z ¶*Sed peccatores.*]id eſt,peccata ſua recognoſcentes.

a ¶*In lege.*]12.q.2.glorie epiſcopi.

b ¶*Per Moyſem.*]tamquam per miniſtrum.

Source : BIU Cujas

Multiplex.] Casvs. H. sic ponit hunc casum. In hoc c. dicitur, q̃ Deus subuenit peccatoribus per baptismum, & per pœnitentiam, quam quis debet accipere ab ecclesia. hanc enim potestatem dedit Christus prælatis ecclesiæ, vt pœnitentibus congruam satisfactionem iniungant. Si vero aliquis sine baptismo, vel sine pœnitentia decesserit, remissionem peccatorum, quam hic non habuit, in alia vita non consequetur. In fine vero vitæ petentibus pœnitentiã & reconciliationem, neutrum denegetur. si tamen sunt hæretici, schismatici, vel excommunicati, recipiantur per scripturam & per iuramentum: si vero ex toto vocem amittãt & intellectum: neutrum denegetur si per astantes constiterit illos sic petiisse.

1 Sen. 4. dist. 17. Ans. l. 11. c. 13.

a ¶ *Multiplex.*] id est, multipliciter subueniens: aliàs natura simplex[a] est.

a Vt Ioan. c. 2. Hug.

b ¶ *Per baptismi gratiam.*] pueris. "nam q̃ baptismus dicitur prima tabula, ad pueros refertur, qui pœnitere non possunt. adultis enim, nisi pœniteant, baptismus tabula non est. ĵ. ea. secunda.

"Baptismus est prima tabula.

c ¶ *Proprio.*] "non q̃ ipsimet sibi ipsis iungant pœnitentiã: quia si ita intelligatur, pro nihilo essent sacerdotib. datæ claues ecclesiæ, vt s̃. ea. dist. cap. omnis. §. alij ecõtra. & c. agite. sed quòd proprio motu cõfiteatur sacerdoti, vt s̃. ea. c. non potest. & c. ecce nunc. & c. porro. & c. facilius.

"Pœnitẽtiã sibimet nullus potest iniungere.

†*al. exciderit*

2 s̃. 26. q. 1. his qui.

Additio. Aliàs non est c. per se, sed sub c. præcedẽ. porro. Arc.

d ¶ *Supplicationibus.*] si contemnatur oris confessio: aliàs secus. ĵ. de conse. dist. 4. baptismi vicem. vel nisi inuisibili administratione. ĵ. ea. c. vlt. in fi.

e ¶ *Admitterent.*] aliter pro nihilo essent datæ claues ecclesiæ sacerdotibus, vt s̃. ea. distin. c. omnis. §. alij contra. & c. agite.

†*Verum, vt dixi etiam talium*] ori.

f ¶ *Eorum.*] scilicet impœnitentiam. "pro omnibus enim viuis orat ecclesia, nescies quis ad numerũ prædestinatorum pertineat.

"Ecclesia ignorat qs ad prædesti nationem pertineat.

†*al. indicium*

C. XLIX.

1 Mvltiplex[a] misericordia Dei ita lapsibus subuenit humanis, vt non solũ per baptismi[b] gratiam, sed etiam per pœnitentiæ medicinam spes vitæ reparetur æternæ: vt qui regenerationis donum violassent, proprio[c] se iudicio condemnantes, ad remissionem criminum peruenirent: sic diuinæ bonitatis præsidiis ordinatis, vt indulgentia Dei, nisi supplicationibus[d] sacerdotum, nequeat obtineri. Mediator enim Dei & hominũ homo Iesus Christus hanc præpositis ecclesiæ tradidit potestatem, vt & confitentibus pœnitẽtiæ satisfactionem † darent, & eadem † salubri satisfactione purgatos, ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent[e]. *& post pauca.* ¶ Si autem aliquis eorum[f], pro quibus Domino supplicamus, quocumq; interceptus obstaculo à munere indulgentiæ præsentis excesserit †, & priusquã ad constituta remedia perueniat, temporalem vitam humana conditione finierit, quod manens in corpore non receperit, consequi exutus carne non poterit[g]. *& post pauca.* ¶ [2] His autem[h], qui in tempore necessitatis, & in periculi vrgentis instantia præsidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant: nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio denegan da[i]: quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire: apud quem nullas patitur veniæ[k] moras conuersio. *& infra.* ¶ Ita † ergo talium necessitati auxiliandum est, vt nec actio illis pœnitentiæ, nec communionis gratia denegetur, si eam etiam amisso vocis officio per indicia † [l] integri sensus quærere comprobentur. Quòd si ægritudine aliqua ita fuerint aggrauati, vt quod paulo ante poscebant, sub præsentia sacerdotis significare non valeant, testimonia[m] eis fidelium[n] circumstãtium prodesse debebũt, vt simul & pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium consequantur. Seruata tamen regula[o] canonum paternorum circa eorum personas, qui in Deum à fide discedendo peccauerunt.

¶ *Caput hoc, vt est Apud Gratianum, magis conuenit cum originali impresso inter opera B. Leonis, quàm in tomis conciliorum.*

Item Ambrosius lib. 1. de pœnitent. c. 1.

C. L.

3 Nemo[p] potest bene agere pœnitentiam, nisi qui sperauerit indulgentiam[q]. Sed negant[r] his oportere reddi communionem, qui præuaricatione[s] lapsi sunt. *& infra.* ¶ Deus autem nullum crimen excepit[t], qui peccata[u] donauit omnia.

Item Ambrosius lib. 2. de Cain & Abel, cap. 4.

C. LI.

3 Verbum[x] Dei dimittit peccata: sacerdos est iudex[y]. Sacerdos quidẽ suum officium[z] exhibet[a], & nullius potestatis[b] iura exercet. *& libr. 1. de pœnitent. c. 2.* ¶ Dominus par ius soluendi esse voluit, & ligandi, qui vtrumque pari[c] conditione permisit. Ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi[d] habet. *& infra.* ¶ Certum est, quòd ecclesiæ vtrumque licet, hæresi vtrumque non licet. Ius enim hoc solis permissum est sacerdotibus. Recte igitur ecclesia vendicat, quæ veros sacerdotes habet: hæresis vendicare non potest, quæ sacerdotes Dei non habet.

¶ *Confectum est caput hoc ex B. Ambrosij verbis, collectoris tamen arbitratu dispositis.*

Item in eodem 1. lib. de pœnit. c. 3.

p ¶ *Nemo.*] adhuc probat q̃ oris confessio & operis satisfactio necessaria est: "cum solis sacerdotibus sit tradita potestas ligandi & soluendi. 11. q. 3. absit. ostendit etiam, quòd omni petenti datur venia.

"Potestas ligandi & soluendi solis est sacerdotib⁹ tradita.

q ¶ *Indulgentiam.*] quæ obtineri non potest nisi supplicationibus sacerdotum, vt s̃. c. proximo.

r ¶ *Sed negant.*] quidam hæretici, vt Nouatiani. ĵ. distinct. 3. c. Naum. §. item quòd. & c. adhuc instat. 24. q. 3. quidam. vers. Nouatiani.

s ¶ *Præuaricatione.*] i. per præuaricationem apostasiæ, vel post primam pœnitentiam.

t ¶ *Excepit.*] cum dixit, In quacumque hora conuersus fuerit peccator, &c.

u ¶ *Peccata.*] arg. contra. ĵ. ead. c. importuna. §. quod autem. sed ibi soluitur. & intellige hoc de finali impœnitentia.

Verbum Dei.] Casvs. Ostenditur in hoc c. quòd oris confessio & operis satisfactio sit necessaria ad remissionem peccatorũ: cum solis sacerdotibus ecclesiæ sit data potestas ligandi & soluendi tãquam ministris Dei. *Verbum*, id est, filius Dei. *Nullius potestatis*, id est nulla sua potestate peccata dimittit.

3 Sen. 4. dist. 18. 23. q. 5. remittuntur. idem l. 3. de spiritu sancto, c. 19.

x ¶ *Verbum.*] id est, filius Dei, "qui dicitur verbum: quia sicut per verbum manifestatur volũtas alicuius: ita per filium voluntas patris. arg. 22. quæst. 2. is autem. Vel verbũ, id est, prædicatio, quæ quandoque est causa contritionis. & ita p consequentiam remissionis. Et nota quòd licet dicat, verbum: nõ tamen propter hoc excluditur spiritus sanctus, per quem etiam dicuntur peccata dimitti. 1. quæst. 1. remissionem. nec pater, quia inseparabilia sunt opera Trinitatis. de consec. dist. 3. omnes. 28. q. 1. sic enim. quandoque etiam ecclesiæ charitas dicitur dimittere peccata, vt de consec. dist. 4. ecclesiæ charitas.

"Filius Dei quare dicitur verbum.

y ¶ *Iudex.*] id est, minister. ministerio enim, non auctoritate habet dimittere. de consec. dist. 4. aliud.

z ¶ *Officium.*] s̃. 23. q. 5. remittuntur. s̃. 11. q. 3. quomodo. & c. audi. officium, id est, orationem. 1. q. 1. remissionem.

a ¶ *Exhibet.*] in moderanda satisfactione. ĵ. ead. mensuram.

b ¶ *Potestatis.*] id est, nulla sua potestate.

c ¶ *Pari.*] illa, scilicet si diligis me, pasce, &c. & extra de election. significasti.

d ¶ *Nec ligandi.*] ff. de reg. iur. nemo. qui condemnare non potest, absoluere potest. 21. distinct. inferior. ff. de re iudic. qui condemnare. habes tamen quatuor exceptiones[b]. ĵ. de consec. dist. 4. factum. extra de senten. excom. tua. C. vbi senat. quoties. §. adeo. C. de offic. proconsul. l. 2.

b Ad huius declarõem videas qđ no 21 di. inferior. ĩ gl. j.

Source : BIU Cujas

Potest fieri.] Hæc est 4. pars huius 2. partis distin. in qua quæritur quid fiat de illis qui Deum in corde cõfitentur, & ore negant in pœna. & dicitur quòd non perdunt meritum. Ioan. de Fant.

Casvs. Hoc c. diuiditur in 4. partes. In prima dicitur, ꝙ licet aliquis bonus inter supplicia neget Deum sermone, sed corde cõfiteatur: tamen ei pœnitetiam confitẽti vel pœniten-
r Polyc.l.6. tit.12. tiæ venia non negatur. Quod probat Ambr. quadam similitudine. In 2. parte dicitur, ꝙ qui recedit ab vnitate ecclesiæ, & censet claues ecclesiæ nõ habere ius ligãdi & soluendi, ipse veniam de suis peccatis nõ consequetur. In 3. parte dicitur, ꝙ quando potestas datur diabolo vt iustum affligat, in eo plus ipse diabolus affligitur. In 4. parte dicitur, ꝙ licet Christus semel passus sit pro nouis, quotidie tamẽ immolatur in ecclesia cum corpus & sanguinẽ eius sumimus. Secunda pars ibi, *Et infra.* Tertia ibi, *Et paulo post.* Quarta ibi, *Sicut semel. Aliquos*, id est, hæreticos. Di-
Psal.76. cis, ô Deus. *Debeant*, scilicet sacerdotes.

a ¶ *Potest fieri.*] Casvs. Primo dicitur, ꝙ licet aliquis bonus inter supplicia neget Deũ,
Ioan.13. tamen non minus coronatur à Deo: & hoc probat quadam similitudine. Secundo dicitur, quòd qui recedit ab vnitate ecclesiæ, dicens claues ecclesiæ non habere ius ligandi vel soluendi, ipse veniam de peccatis suis non consequetur. Tertio dicitur, ꝙ quandoque potestas datur diabolo vt iustum affligat: & in eo plus ipse affligitur. Quarto dicitur, ꝙ licet Christus semel sit passus pro nobis, quotidie tamen immolatur in ecclesia, cum corpus & sanguinem eius sumimus. Quinto dicitur, quòd omni pœnitenti & pœnitentiam agenti dimittitur peccatum.

b ¶ *Neget.*] & ita peccat mortaliter: quia nulla conditione debet ad hoc adduci, vt 22.q.2.primum. & 11.q.3.nolite. 32.q.5.c.ita ne. vnde in epist. ad Rom. peccatum fuit Petro ore denegare, cum corde adoraret. 50. dist. fidelior.

c ¶ *Adoret.*] id est credat & diligat vt prius. licet enim non habeat charitatem, reputat tamen eum domum suum.

d ¶ *Indignum.*] ꝛ. dist. 50. presbyteros.

e ¶ *Non valere.*] non tamen valet quo ad vitam æternam, nisi fiat cum charitate. si enim tradidero corpus meum ita vt ardeam, &c. vt 1.q.1. vide. Vel loquitur de eo qui postea pœnitet. argu. ꝯ. dist. 3. se-
"Opa mortificata verũ remuneretur à Deo. pties. Et ita est arg. hic, " ꝙ Deus remunerat opera mortificata per peccatum. ꝯ. dist. 2. §. hæc itaque. & c. non est tam iniustus.

f ¶ *Vulgus.*] ꝯ. dist. 3. ille rex. ver. sancti. & est pars cap. eiusdem, scilicet Ambrosij.

g ¶ *Patietur.*] quasi dicat non, si postea pœnituerint. Vel dic sine venia, id est, pœnæ alleuiamento. ꝯ. dist. 3. pium. per hoc datur intelligi, quòd pœnitenti peccata dimittuntur.

h ¶ *Pedes.*] id est, affectus inferiores, scilicet venialia.

i ¶ *Quod.*] scilicet, quòd claues non habent.

k ¶ *Petri hereditatem.*] id est, innocentiam, vt ꝛ. dist. 40. non nos. Vel Petri hereditatem, id est, potestatem dimittendi peccata.

l ¶ *Sedem.*] id est, ecclesiam, à qua sunt alieni per schisma.

m ¶ *Impia.*] 93. dist. qui cathedram.

n ¶ *Debilitandum.*] per infirmitatem, vel aliud incommodum. sæpe enim diabolus nititur vt homo patiatur ægritudinem vel afflictio-
"infirmitas nem, vt sic irascatur, & Deum offendat. sed sæpe per talia recognoscit peccatum suum, & compungitur, " & armatur contra diabo-
mat contra diabolum. lum: vt Iob, & sic diabolus illuditur. fortior enim resurgit post lapsum, vt 50. dist. ferrum. & c. fidelior.

C. LII.

4 POtest fieri [a], vt aliquis vi-
ctus suppliciis sermone ne-
get [b], & corde adoret [c]. Nũquid eadẽ causa est eius, qui sponte neget, & eius, quem tormenta inclinauerint ad sacrilegium, non volũtas? Quàm indignum [d] autem, cum apud homines valeat certaminis gratia, vt apud Deum non valere [e] asseratur? Nã sæpe in hoc athletarum sæculari certamine, etiam victos, quorũ fuerint certamina probata, vulgus [f] hominum cum victoribus coronare consueuit: maxime quos viderit, aut forte, dolo, aut fraude excluſos victoria. Christus ergo athletas suos, quos viderit grauibus paulisper cessisse supplicijs, sine venia patietur [g] manere? Numquid non habebit remunerationem laboris, qui etiam quos proiicit, non in æternum proiicit? *& infra cap.* 6.

¶ Dicis Petro excusanti, ne eius pedes [h] lauares. [Nisi lauero tibi pedes, non habebis partem mecum.] Quod ergo isti possunt consortium tecum habere, qui claues regni non suscipiunt, negantes, quod dimittere peccata debeant? Quod [i] rectè quidem fatentur de se. Non enim habent Petri [k] hereditatem, qui Petri sedem [A l] non habent, quam impia [m] diuisione discerpunt, *&c.* 13. ¶ Ægritudo carnis peccatum repellit: luxuria autem carnis, culpã adolet. Illuditur ergo diabolus, vt se ipse mor-
su suo vulneret, & cõtra se armet, quem debilitandum [n] putauit. *&*
10 *infra.* ¶ Quod nocet corpori, iuuat spiritum. *& lib.* 2. *c.* 3. ¶ Sicut semel pro omnibus [o] immolat [p] est Christus, ita quotiescumque peccata donantur, corporis [P] eius sacramentum sumimus, vt per sanguinem eius fiat peccatorum remissio. Ergo euidentissime Domini
20 prædicatione mandatũ est etiam grauissimi criminis reis, si ex toto corde, & manifesta [q] confessione peccati pœnitentiam agant †, sacramenti [r] cœlestis gratiam refundendam.

A ¶ Sedem.] *Apud* B. *Ambrosium legitur*, fidem: *quod ob gloſſam non est mutatum: sed multa alia sunt emendata.*

Idem lib. 2. *de pœnitentia, c.* 7.

C. LIII.

5 QVantuslibet [s] ergo mortui [t] fœtor sit, aboletur
30 omnis, vbi sacrum redoleuerit [u] vnguentum: & surgit defunctus: & solui [A] iubentur eius vincula, qui adhuc in peccato [x] est: tollitur velamen [y] de facie eius, quod veritatem gratiæ, quam acceperat, obumbrabat. Sed quia venia donatus est, reuelare faciem, aperire vultum iubetur. Non habet
40 enim quod erubescat [z], cui peccatum [a] dimissum est. In tãta vero Domini gratia, tantoque diuini muneris miraculo cum oporteret vniuersos lætari, commouebantur impij, & aduersus Christum concilium congregabant, Lazarũ [b] quoq; interficere volebant [c].

o ¶ *Pro omnibus.*] quo ad sufficientiam, non quo ad efficaciam: quia non nisi pro saluandis, ꝯ. de consec. dist. 2. semel. & c. iteratur. [a]

p ¶ *Corporis.*] H. conuertit hanc litteram sic, i. quoties sumimus sacrum corpus, nobis peccata dimittuntur. Sed tu dic, vt ꝯ. ea. gl. vlt. quandoque enim interius conterimur [b], ore cordis corpus Christi sumimus [c]. ꝯ. de cõse. dist. 2. quid sit sanguis. in princ. sed peccata adulta sine confessione & cõtritione non dimittuntur. ꝯ. ea. dist. tres. vnde cum dimittuntur, corpus Christi sumitur.

q ¶ *Manifesta.*] in hoc facit c. ad propositũ.

r ¶ *Sacramenti.*] i. ecclesiasticę vnitatis, vt 32.q.4.nemo. in fi. de qua quilibet vere pœnitens efficitur, vt ꝯ. dist. 6. qui vult. vers. laboret. vel sacramenti, i. corporis & sanguinis Christi: " quia ex quo qs vere pœnitet, digne potest suscipere corpus & sanguinem Christi: & secundum hoc est rectus ordo in superiori litteram: & est sensus, sumimus digne, id est, possumus sumere digne.

Quantuslibet.] Hæc est 5. pars huius 2. partis dist. i qua dr, ꝙ quãtumcũque fit peccatũ magnũ, tñ deletur à gratia. Io. de F.

s ¶ *Quantuslibet.*] Casvs. Inuehitur Ambr. contra prædictos hereticos, dicens ꝙ illi qui dñt aliquem iterũ pœnitere nõ posse, volunt eos q per contritionẽ susceptati sũt, iterum interficere: sicut Iudæi voluerunt interficere Lazarum à Dño resuscitatum.

t ¶ *Mortui.*] tangit de Lazaro, & de sorore Martha, quæ dixit Domino præcipienti sibi tolle lapidem: Domine iam fœtet.

Additio. Not. est, ꝙ Lazarus fœtidus signi-
Ioan.12. ficauit quemlibet peccatorem se & alios suo exemplo corrumpentem qui in Bethania: (quę interpretatur domus obedientiæ, & quæ significat ecclesiam) suscitatur à Christo. " Fractio alabastri signifi-
" Alabastri fractio quid significat. cat fractionem corporis Christi in cruce per passionem, cuius odor totam domum, id est, vniuersalem ecclesiam implens, mortuos viuificat: quia fama passionis eius per totum orbem diffusa, peccatores credentes iustificat. Pet.

u ¶ *Redoleuerit vnguentum.*] id est, virtutes & bona opera, vel Christi miraculum, vel gratia est illud vnguentum, de quo dicit Euangelium quòd fracto alabastro, id est, Christo lanceato, & clauis perfixo repleuit totam domum, id est, vniuersalem ecclesiam. de quo vnguento dicitur: sicut vnguentum in capite, &c. in barbam, &c. proxima barba in quam descendit, fuerunt Apostoli, & ab eis descendit in barbam Aaron, id est, in episcopos, & alios prælatos. *Vel vnguentum*, id est, pœnitentia fructifera. Istud vnguentum conficitur tribus modis, scilicet, contritione cordis: confessione oris: & satisfactione operis.

x ¶ *In peccato.*] id est, in pœna peccati, scilicet satisfactione. non enim Lazarus resuscitatus fuit in peccato. Dic ergo in peccato est quo ad ecclesiam: licet de eo iam contritus sit quo ad Deum.

y ¶ *Velamen.*] quod impediebat eum ne videri posset: vnde Esaias, Opposuisti nubem ne transeat oratio.

z ¶ *Erubescat.*] argum. per pœnitentiam deleri infamiam. arg. contra. 2.q.3.cap. Enthemium. §. hinc. & quòd peccata sanctorum non reuelabuntur in die iudicij. arg. ꝯ. ead. §. non itaque.

a ¶ *Cui peccatum.*] " quòd confitetur tribus modis: oris confessio-
"Pœnitentia in tribus continetur. ne, cordis contritione, & operis satisfactione.

b ¶ *Lazarum.*] iste fuit primus proditor inferni: & ideo diabolus suggerebat Iudæis vt ipsum interficerent.

c ¶ *Volebant.*] stulta voluntas erat, quasi non posset suscitare occisum, qui suscitauit defunctum.

a ¶ *Eorum*

Source : BIU Cujas

a ¶*Eorum.*]ideſt,impiorum,ſcilicet Iudæorum.
b ¶*Succeſſores.*]id eſt,imitatores, vt 1.q.1.cito turpem.
c ¶*Itaque.*]de conſec.diſt.4.quæris.
d ¶*Non reuocat.*]ſupra 22.queſt.2.c.ſi quælibet.§.quandoque.ſupra 16.q.2.viſis.
e ¶ *Amplificat.*] quia dimittit peccatum,& poſt ſeipſum confert, vt 50.di. pœnitentes. de conſ.diſt.4.nemo.
f ¶*Ad cænam.*]ipſe Lazar⁹,ſ.vbi & ipſa Martha miniſtrabat,quando fuit inuitata à Simone leproſo.

Nonne merito eorum [a] ſucceſſores [b] vos fore cognoſcitis, quorũ duritiæ heredes eſtis? Nam & vos indignamini, & contra eccleſiam congregatis concilium, quia videtis mortuos in eccleſia reuiuiſcere, & peccatorum indulta venia reſuſcitari. Itaque [c] (quod in vobis eſt) per inuidiam rurſus vultis interficere ſuſcitatos. Sed Ieſus non reuocat [d] beneficia, immo cumulo ſuæ liberalitatis amplificat [e], reuiſit ſolicite ſuſcitatum, & celebrata † reſurrectionis gratia lætus ad cœnam [f] venit, quam ei ſua præparauit eccleſia: in qua ille, qui fuerat mortuus, vnus inter diſcumbentes cum Chriſto inuenitur.

† *al.celebratæ*

A ¶Solui iubentur.]*In originali impreſſo legitur,* & ſoluere iubentur eius vincula, quæ adhuc in peccato ſunt, tollere velamẽ, &c. *Alia vero ex eodem ſunt emendata, & addita nonnulla.*

Idem ibidem,c.4.

C. LIIII.

Is poteſtatis [g] ſuæ gratiam negat, (quæ in remiſſionem peccatorum eſt) qui cæleſtem eius poteſtatem [h] diabolico [A] fultam ſuffragio vendicarent. Eoſque aſſerit diabolico vti ſpiritu, q̃ ſepararent eccleſiam Dei, vt omnium temporum hæreticos [i], & ſchiſmaticos comprehenderet, quibus indulgentiam negat [k]: quia omne [l] peccatum circa ſingulos eſt, ac vniuerſos. [B] *& infra.cap.* 5. ¶Quid mirum, ſi ſalutem negatis aliis, qui veſtram [m] recuſatis? licet [c] & illi nihil à vobis differant, qui à vobis pœnitentiam [n] petunt. Arbitror [o] enim quòd etiam Iudas [p] potuiſſet tanta Dei miſeratione non excludi à venia, ſi pœnitentiam non apud Iudæos, ſed apud Chriſtum geſſiſſet† q. *& paulo poſt.* ¶Qui agit pœnitentiam, non ſolum diluere lacrymis debet peccatum ſuum, ſed etiam emendationibus [r] factis operire, & tegere [s] delicta ſuperiora, vt nõ imputetur ei peccatum.

« Pctm̃ in ſpiritũ ſanctum eſt irremiſſibile.

1 Anſ.l.11. c.171.

† *al.egiſſet*

Additio. ĩ.diſt.5.c.ſi.ext.de reg.iur.defleat.Arch.

Nonnulli.] hæc eſt 6. pars ſecundæ partis huius diſt.in qua reprehendit eos, qui paruas pœnitentias poſtulant à ſacerdote propter faſtidium benefaciendi.Ioan.de Fan.
Casvs. Quidam poſtulabant pœnitentiam à ſacerdotib. vt ſtatim in priſtinum ſtatum reuertantur. hi potius obligant ſacerdotes quã ſe abſoluunt: quib. ſacerdotib. dictum eſt, nolite dare,&c.

A ¶Diabolico.] *Addita hic ſunt nonnulla ex B. Ambroſio, quæ deeſſe videbantur. Antea enim legebatur*, qui cæleſtem poteſtatem diabolico ſpiritu ſeparant ab eccleſia Dei, vt omnium,&c.
B ¶Ac vniuerſos.]*In originali eſt*,hoc in vniuerſos. *Sed ob gloſſam non eſt mutatum.*
c ¶Licet &illi.]*In aliquot vetuſtis codicibus, & originali legitur*, licet illi nihil deferant. *Sed auctor gloſſæ videtur habuiſſe vt in vulgatis Gratiani.*

Idem in eodem 2.lib.c.9.

C. LV.

Nonnulli ideo poſcunt pœnitentiam, vt ſtatim ſibi reddi communionem velint. Hi non tam ſe ſoluere cupiunt, quàm ſacerdotem ligare [t]. Suam enim conſcientiam non exuunt, ſacerdotis induunt: cui † præceptum eſt, (Nolite [u] ſanctum dare canibus [x], neque miſeritis margaritas veſtras ante porcos [y]: hoc eſt, immundis ſpiritibus † ſacræ communionis non impendenda conſortia [z].

Idem ibidem.

C. LVI.

Vnt, qui arbitrentur hoc eſſe pœnitentiam, ſi abſtineant à ſacramentis cæleſtibus. Hi ſæuiores in ſe iudices ſunt, qui pœnam præſcribunt ſibi, declinant remedium [a], quos vel pœnam ſuam conueniebat dolere, quia cæleſti fraudarentur gratia. *& c.* 10. ¶Facilius [b] autem inueni, qui innocentiam ſeruauerint, quàm qui congrue [c] egerint pœnitentiam, vbi [A] acquirendæ [d] ambitio dignitatis [e], vbi vini effuſio [f], vbi ipſius copulæ coniugalis vſus [g]? Renuntiandum ſæculo [h] eſt, ſomno ipſi minus indulgendum, quàm natura poſtulat [i], interpellandus eſt gemitibus, interrumpendus eſt ſuſpiriis, ſequeſtrandus orationibus, viuendum ita, vt in [B] tali [k] vita huic moriatur vſui, ſeipſum ſibi homo abneget, & totus mutetur. *& infra c.* 11. ¶Nemo in peccatis † [l] poſitus arrogare ſibi debet auctoritatem, vbi, &c. vel dic vbi, ideſt in pœnitentia debent ceſſare quæ ſequuntur. Vel ſic ordina litteram: nuntiandum eſt ſæculo, vbi acquirendum eſt.

t ¶*Ligare.*] in ſe onus pœnitentię ſuſcipiendo: quod poteſt & debet quandoque facere dos. ĩ.diſt.6.c.1. Vel in diſcrete ſoluendo. ar. 50.diſt.ſi quis præpoſtera.
u ¶ *Nolite.*] ſ.11.qu.3. nolite.
x ¶ *Canibus.*] prius.iâ enim poſt pœnitentiam canes non ſunt, & intellige canibus, ideſt, manifeſtis. nam de occultis ſecus. de conſe.diſt.2.non prohibeat.
y ¶*Ante porcos.*]ideſt, peccato ſordidatos.
z ¶ *Conſortia.*] quia ſumma & ima ſociatur, &c. de conſe.di.2. quid ſit ſanguis. & 43.diſt.in mandatis.

† abeſt ab orig. Matth.7.

Vnt qui.] Casvs. Quidam erãt qui nolebãt accipere pœnitentiam à ſacerdotibus, nec de peccatis ſuis ſatisfacere & dolere: putantes ſibi ſufficere, ſi propria auctoritate à ſacramentis abſtineant. quos Amb.in hoc c.reprehendit, hortans eos multipliciter vt doleant & ſatisfaciãt de ſuis delictis. quod probatur exẽplo Moyſi. *Præſcribunt*, i. imponunt & prẽfigunt ſibi pœnitentiam talem ſcriptam in Gen.

† *impuritatibus*

a ¶*Si remedium.*]i.pœnitentiam, per quam conſequuntur remedium, vèl communionem. de conſe.diſt.2.ſi quis intrat eccleſiam. & ĩ.e. qui ſanctus.
b ¶*Facilius.*]ĩ.e.diſ.3. c.1. hæc de charitate. & c.reperiuntur.
c ¶*Congrue.*]& ita eſt arg. quòd facilius de nouo aliquid acquiritur quam recuperetur amiſſum, vt ĩ.diſt. 3.reperiuntur.& dicit Boethius: Facilius eſt ad virtutem erigere nouos, quam reuocare veteres vel præteritos.
d ¶ *Acquirenda.*] in hac vita ſupple. & tunc congrue ſequitur, vbi, &c. vel dic vbi, ideſt in pœnitentia debent ceſſare quæ ſequuntur. Vel ſic ordina litteram: nuntiandum eſt ſæculo, vbi acquirendum eſt.

† *al.peccato*

e ¶*Ambitio dignitatis.*]quæ reprobatur 8.q.1.ſcripturis.
f ¶*Vini effuſio.*]quæ reprobatur ſ.35.diſt.c.1.
g ¶*Copulæ coniugalis vſus.*]qui quandoque minus licitus eſt.32.q.4. origo.
h ¶*Sæculo.*]quo ad ambitionem dignitatis.40.diſt.multi.
i ¶*Natura poſtulat.*]arg. "contra illos qui dormiunt in ſcholis: & ita "dormiendebemus propriam naturam expugnare, licet contraria ſit medici dum nõ eſt na. ĩ. de conſe.diſt.5.contraria. in ſcholis.
k ¶*In tali.*]quia maioris eſt pœnæ inter homines viuere, &c. C.de apoſta.hi qui ſanctam.
l ¶*In peccatis.*] mortalibus: quia cum veniali non prohibetur. de conſec.diſt.2.quotidie.

m ¶*Qui veſtram.*]47.diſt.ca.ſicut.§.neceſſe.& ibi, Conueniet nulli qui ſecum diſſidet ipſe.ar.ff.de ædil.edi.cum autem.§.excipitur.& alibi, Qui ſibi non parcit, mihi vel tibi quomodo parcet? Alia littera habet noſtram, ideſt, à nobis accipere.23.q.5.ſi non licet.
n ¶*Pœnitentiam.*]non ergo licet accipere pœnitentiam ab hæretico, ſicut nec Euchariſtiam, vt 24.q.1.ca.vlt. ſed baptiſmum bene in neceſſitate, vt 24.q.1.ſi quem.
o ¶*Arbitror.*] ideſt, certus ſum. nam quantuſlibet ſit fœtor, abolebitur per pœnitentiam, vt ſ.e. quantuſlibet.
p ¶*Iudas.*]ĩ.diſt.6.qui vult.in prin.
q ¶*Geßiſſet.*]ſed iuit ipſe ad diuiſos.ĩ.diſt.3.Iudas.
r ¶*Emendationibus.*]ergo non ſufficit ſola cordis contritio.& ita facit ad propoſitum Gratiani.
s ¶*Et tegere.*]ĩ.diſt.3.ille rex.

Source : BIU Cujas

a ¶ *Quiesce.*]ideſt,abſtine à ſacramentis.arg.contra promouendos, qui poſt baptiſmum peccauerunt.25.diſt.primum.

"Pœnitendi tempus.

b ¶*Dicimus.*] " hic agit de tempore agendæ pœnitentiæ,quaſi dicat,ſi in iuuentute non pœnituimus:ſaltem in ſenectute pœniteamus.

c ¶*Deferueſcat.*]aliàs deſueſcat. j. diſt.3. in ſalicibus.

Eccl.21. Gene.4. ſecundùm 70

ADDITIO. Quod not. 22.q.2.ancillam.in fi.

†*Dicimus*] orig.

d ¶*Reuerentiores.*]ideſt, propter reuerentiam abſtinere ab Eucharistiæ pceptione.

e ¶ *Myſterij.*] ſc.quare rubus ardens nõ comburebatur in mõtem Oreb. "Rubus eſt virgo Maria, ignis ardẽs in rubo nec comburens eſt ſpiritus ſanctus in beata Maria: qui deſcẽdens in eam non violauit eam. & ſecundum hoc quod ſequitur, ſolue calcia menta,&c.ſi intelligi tur calciamentum qđ fit de mortuis animalibus,eſt prauus intel lectus Phariſæorũ dicentium : ſi peperit, ergo cum viro concu buit.dicitur ergoMoyſi, i.cuilibet Chriſtiano , ſolue calciamenta.&c.i.exue talem intellectũ. fallit in beataMaria quę virgo ante partum & poſt partum Chriſtũ peperit.

"Rubus ardens q non combureba tur, quid re preſẽtabat. Exod.3. Act.12.

f ¶*Solue.*]i.opera mortua de affectib. tuis:" quia nullus digne cõſpicere vel Deum videre poteſt, niſi cuncta terrena & mortalia vitia deponat."vn de talis veterum conſuetudo erat, vt ſi ſpõſus ſponſam repudiaret,in ſignum repudij diſcalciari iubebatur. de hoc dicitur 8.qu.1. olim. & ideo Moyſes diſcalciari iubetur,ne ad eccleſiam , quæ in rubo ſignificatur,quaſi ſponſus accedat calceatus.hoc.n.ſeruandum eſt ī Chriſto,qui verus eſt ſponſus : de quo Ioannes ait, Cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamenti eius,&c.de conſe.di.4.per aquã.

† *al.corpoream atque terrenam*

"De° à quo videri põt.

"Conſuetudo veterum in ſignum repudij.

Apoc.2.

"Pedes pro affectionib° accipiũtur.

g ¶*Pedes.*] "affectiones. vnde Aug.ſuper illum locũ, In laqueo illo quem abſconderunt,comprehenſus eſt pes eorum:dicitur pes animæ amor:&ſi eſt ad bonum,dicitur charitas:ſi ad malum,dicitur cupiditas.

h ¶*Abſoluere.*]antequam ad ſacramenta accedat.

i ¶*Lapſus.*] hoc idem dicit Boethius.Infeliciſſimum genus infortunij eſt fuiſſe felicem.

k ¶*Vnde.*]ideſt,à quo ſtatu.50.diſt.quia ſanctitas.

Miror.] Casvs.Quidam ſtulti ſacerdotes erant in eccleſia:qui cum viderent quoſdam peccatores non recte pœnitere,nec veniam recipere: alios ad pœnitentiam recipere nolebãt:quos hic redarguit Cyprianus:& quod eos recipere debeant,probat auctoritate Ioan.in Apoc.& auctoritate Tobiæ.

l ¶*Priora.*]50.diſt.domino ſancto.

m ¶ *Eleemoſyna.*] ſcilicet interior,vt infra diſtin.3.eap. incaſſum.§. ſed verba. Vel exterior liberat à morte,id eſt,à peccato occaſionaliter : quia citius illuſtratur. infra ead. medicina. quia ſicut ſeta filum introducit ; ita timor ſeruilis charitatem , &c. j.diſtinct.3. qui vult.

n ¶*Semel.*] hinc collige peccata non redire. j.diſt.4.ca.in domo.§. item ſecundum.& 23.q.4.ſi illic.

o ¶*Ab ea.*]id eſt,à morte actualium peccatorum.de conſecr. diſt.4. c.1.& 2.

ritatem, aut vſurpationem ſacramentorum:quia ſcriptum eſt(Pecaſti? quieſce[a].) *& paulo poſt.*¶Dicimus† [b] ergo & agendam pœnitentiam,& eo agendam tempore, quo culpæ deferueſcat[c] luxuria, & in captiuitate peccati poſitos, reuerentiores[d] nos,non vſurpatores eſſe debere.Nam ſi Moyſi propius accedere geſtienti,vt cognitionem myſterij[e] cæleſtis hauriret. dicitur(Solue[f] calceamẽtum pedum tuorum ,) quanto magis nos animæ noſtræ pedes[g] exuere vinculis corporalibus , & greſſus omnes mundi iſtius nexu debemus abſoluere[h] ? *& paulo ſuperius.* ¶Nihil eſt,quod tam ſummo dolori ſit,quàm ſi vnuſquiſque poſitus ſub captiuitate peccati recordatur,vnde lapſus[i] ſit, atque vnde[k] decíderit, & quod ad corporea†,atque terrena ab illa ſpecioſa, & pulchra diuinæ cognitionis intentione deflexerit.

A ¶ Vbi acquirendæ.] *Locus integer* B. *Ambroſij hic eſt.* An quiſquam illam pœnitentiam putat,vbi acquirendæ ambitio dignitatis,vbi vini effuſio,vbi ipſius copulę conIugalis vſus?*Sed gloſſ.in verſic.* acquirendæ, *obſtitit , ne hic emendaretur. Multa autem alia ſunt emendata.*

B ¶ Vt in tali vita.] *In originali eſt ,* vt vitali huic moriatur vſui.*Sed gloſſa obſtitit,ne mutaretur.*

Item Cyprianus epiſcopus, lib.4.epiſt.2. ad Antonianum.

C. LVII.

Miror autem quoſdam ſic obſtinatos eſſe,vt dandam nõ putent lapſis pœnitẽtiam,aut pœnitentibus exiſtiment veniam denegandam, cum ſcriptum ſit(Memento,vnde cecideris, & age pœnitentiam. & fac priora[l] opera.) Quod vtique ei dicitur , quem conſtat cecidiſſe,& quem Dominus hortatur per opera rurſus exurgere:quia ſcriptum eſt(Eleemoſyna[m] à morte liberat:) & non vtique ab illa morte , quam ſemel[n] Chriſti ſanguis extinxit. & à qua nos ſalutaris baptiſmi, & redemptoris noſtri gratia liberauit : ſed ab ea[o] , quæ per delicta poſtmodum ſerpit.

Item Hieronymus Damaſo.

C. LVIII.

IMportuna in Euãgelio mulier tandem meruit audiri: & clauſo cum ſeris† poſtio[q], media licet nocte[r], ab amico panes[s] amicus accepit:Deus ipſe, qui nullis contra ſe viribus ſuperari poteſt, publicani precibus[t] vincitur[u]. Niniue ciuitas,quę peccato periit[x], fletibus ſtetit[y]. Quorſum iſta tã longo repetita principio ? videlicet vt paruum magnus aſpicias, vt diues paſtor morbidam non contemnas ouem. Chriſtus in paradiſum de cruce latronem intulit: & ne quis aliquando ſerã conuerſionem putaret, fecit homicidij pœnam martyrium[z]. Chriſtus,inquam,prodigum filium reuertentem lætus amplectitur , & nonaginta nouem pecudibus derelictis, vna ouicula, quæ remanſerat, humeris boni paſtoris aduehitur. ¶ Vbi[A] vero peccator intelligens vulnus ſuum tradidit medico ſe curandum, ibi non eſt virga neceſſaria , ſed ſpiritus lenitatis[a].

A ¶ Vbi vero.] *Hæc vſque ad finem non ſunt inuenta apud* B.*Hieronymum.*

3 Quòd autem omni peccanti , auctoritate Ambroſij[b] venia promittitur,falſum videtur. Quibuſdam enim venia denegatur[c] aut ex magnitudine peccati,aut ex gradu officij. Vnde Ioannes in epiſtola ſua[*Eſt peccatum*[d] *ad mortem:quis† orabit pro eo?*] *Alibi*[e] *quoque legitur*[*Quis medebitur incantatori vulnerato à ſerpente?*]

IMportuna.] Casvs.Probat Hiero.in hoc c.quod peccatoribus & pœnitentibus venia tribuitur , & quòd ſemper eſt pœnitentia faciẽda,licet quis ſit in mortali peccato,vt veniam impetret:quod probatur exemplo mulieris Chananææ,quæ per ſuam importunitatem vel inſtantiam meruit à Domino exaudiri : & exemplo amici, qui ab amico tres panes impetrauit : & latronis qui in cruce meruit veniam:& qui buſdam aliis exemplis,quæ in littera facile videbis. *Periit.*id eſt, perire meruit:vel digna fuit perire, vel peritura eſſe credebatur. *Martyrium.* non in veritate fuit martyrium: ſed ſimilitudine facti. Tob.4.

IMPORTVNA.

Casvs. Probat in hoc cap. " quòd inſtanter bona facienda ſunt,licet quis ſit in mortali peccato, vt impetret veniam,ſicut Chananæa , & ſicut amicus ab amico qui tres panes impetrauit: latro etiam meruit veniam: & aliis exemplis vtitur. " Bona inſtanter ſunt facienda. Luc.18.&11. †*ſeruis*] ori. Luc.18. Ionæ 3.

p ¶*Cum ſeris.*] id eſt, taciturnitate prædicatorum.

q ¶*Oſtio.*]id eſt,intelligẽtia ſcripturarum.

r ¶*Nocte.*]ideſt,in profundo vitiorum poſitus. Luc.23.

s ¶*Panes.*]ideſt,fidem ſanctæ Trinitatis.

t ¶ *Precibus.*] illis ſcilicet Deus propitius eſto mihi peccatori. Luc.15.

v ¶*Vincitur.*] quia regnum cælorum vim patitur.1.quæſt.3.Saluator. Matth.18.

x ¶*Periit.*]ideſt,perire meruit. ſimilis expoſitio 24. q.3. ſi quis non recto.

y ¶*Stetit.*] id eſt, non periit.

z ¶*Martyrium.*]"non in rei veritate fuit martyrium , ſed propter ſimilitudinem facti. Vel ideo dicitur pœna cõuerſa in martyrium : quia per fidẽ & patientiam , quam tunc habuit , dignus fuit æterno præmio, ſcilicet vt intraret ſtatim ad vitam,ſicut & illi qui patiuntur martyrium,vt j.de conſe. di. 4.baptiſmi vicem. contra ibi enim dicitur,quod latro non pro nomine Chriſti crucifixus eſt:ſed pro meritis facinorum ſuorum:& pœna nõ facit martyrem,ſed cauſa,vt dicit Aug.quare martyrium non fuit:quod & verũ eſt.eius ergo pœna martyrium dicitur ratione æterni præmij, ꝙ quaſi martyr recepit confitendo, vel ratione confeſſionis q̃ in patibulo habuit,ſicut enim martyr,ſic latro inter pœnas Chriſtum confiteri non timuit. "Latro bonus an fuerit martyr. 1.Io.5. † *non pro eo dicovt roget quis*]orig. Eccl.12.

a ¶ *Lenitatis.*] argum. iudicem potius debere ſequi miſericordiam quàm rigorem.24.q.2.legatur.s̃.di.45.licet plerumque.s̃.2.q.5.quanto.s̃.diſt.86.odio.

QVOD AVTEM.Hæc eſt 3.pars diſt.in qua probat,quod omnia Deus dimittit pœnitenti. qui autem moritur impœnitens,ille peccat in ſpiritum ſanctum:cui numquam dimittetur.Ioan.de Fan.

Casvs. Probatum eſt ſupra auctoritate Ambro.quod pœnitenti venia tribuitur.ſed contra obiicit Gratianus,vt contrarietatem illam poſtea ſoluat.Seq.c.ſi ſacerdos,planum eſt.

b ¶*Auctoritate Ambroſij.*]s̃.e.nemo poteſt.s̃.e.importuna.

c ¶*Denegatur.*]ideſt,videtur denegari.

d ¶ *Eſt peccatum.*] aliter hic exponit magiſter iſtam auctoritatem quàm exponatur j.e. §.poteſt.& exaudi auctoritatem iſtam de peccato in ſpiritum ſanctum,vt exponit Auguſtinus. j.e.§.poteſt.

e ¶*Alibi.*]in libro Ieſu filij Syrach.

a ¶*Si ſacer*

Source : BIU Cujas

a SI *sacerdos.*]in libro regum.
SED HVIVSMODI. Casvs. Gratianus soluit prædictam contrarietatem dicens quòd huiusmodi interrogationes, si sacerdos peccauerit, &c. inferunt difficultatem & varietatem: quòd difficile fiet vt aliqua singularis persona oret pro ipso: & ad hoc probandum quasdam auctoritates inducit.

b ¶ *Non semper.*] s.32. q.7. quid in omnibus. ff. commo. l. ad eos. ff. locati. l. sed & de damno.

c ¶ *Difficultatem.*] hoc referas ad delicti varietatem, & ad intercessorem spiritualem.

d ¶ *Deus quis.*] quia imago, & etiam quælibet fidelis anima. j. dist. prox. illa anima. sed & homo habet similitudinem Dei. j. 33. qu. 5. hæc imago. triplex est igitur imago siue similitudo, idē titatis, secundum quā tantum filius Dei est imago patris imitationis. secundum quā dicitur quòd magna nauis est imago alicuius domus, & discipulus magistri similitudinis expressæ, vt sigillum in cera depingitur.

"imago est triplex. Matth.24. 1 Lib.1.de pœn.c.1. Psal.82. 2 ibid.c.9. Exod.32. 2.Mach.vlt.

e ¶ *Rogasse.*] pro peccatis Hierusalem, vnde in libro Machabęorum legitur, quod Iudas Machabæus cū deberet pugnare cū suis paucis contra Nicanorem, qui erat cum multis, ad confortationem suorum retulit somniū quod in præcedenti nocte viderat in hunc modum. Viderat Oniam sacerdotem magnus ad cælum protendentem, & orantem pro populo Iudæorum, & postea apparuisse alium virum ætate & gloria mirabilem circa illum Oniam, & dixisse: Hic est amator populi Israel, hic est qui multum orat pro populo & pro ciuitate sancta.

3 d corrept. & gra.c.12. 1.Ioan.5. "Iudæ Machabęi somnium.

f ¶ *Hieremiam.*] Dei prophetam. extēdisse autem Hieremiam dexteram, & dedisse Iudæ gladium aureum, dicentem, accipe sanctum gladium munus missum à Deo, quo deiicies aduersarios populi mei Israel. qua visione confortati qui erant cum Iuda, impetum fecerunt in hostes & Nicanorem interfecerunt & 30. millia de suis.

POTEST. Casvs. Ponit Grat. aliam solutionem: & ad auctoritatem Io. vt intelligatur de eo qui peccat in spiritum sanctum, & contra fidem, pro quo non est orandum post mortem, si vsque ad mortem in tali crimine perseuerauerit. & ad hoc probandum inducit cap. sequens. *Non dico*, id est, non præcipio. *Dico*, id est præcipio.

g ¶ *Pro illo.*] quia non sequitur quòd in carne non promeruit. s. ea. multiplex. §. 1. Dico vt pro eo non roget quis post mortem: & ita exaudi pro peccato in spititum sanctum: quod est finalis impœnitentia, vt hic innuit Augustinus: quo casu exaudi s.13. quæstio secunda. pro obeuntibus. licet H. illud intelligat de specialibus orationibus.

h ¶ *Possunt.*] arg. quod non est diffinitum, posse diffiniri 22. quæst.5. hoc videtur. arg. contra 32. qu.1. quòd si dormierit. 12. quæst.5. consuluisti.

"Ecclesiasticam vnitatē impugnare grauissimū est.

i ¶ *Ad mortem.*] vnde alibi August. "Tanta labes est illius peccati, vt humilitatem pœnitentiæ subire non possit: quod quidem committit quisquis ex sola inuidia vnitatem ecclesiasticam impugnat, & diabolo scienter attribuit opera spiritus sancti. vnde nec Christus in passione pro talibus orauit, sed pro eis qui ignoranter crucifigebant eum, dicens, Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt.

"Peccatū in spm̃sctm̃ qđ dr̃, & quot sunt eius species.

k ¶ *Remittendam.*] "Peccatum in spiritum sanctum dicitur generaliter omne peccatum mortale, quia qui vnam personam offendit, & aliam: specialius vero peccatum est quod ex odio vel ex maligditate procedit: nam spiritus sanctus est amor & benignitas. secundum alios peccatum in spiritum sanctum est obstinatio mentis. Est autem obstinatio mentis in peccato obdurata pertinacia, quam impœnitentia finalis comitatur, prouenit autem huiusmodi obstinatio interdum ex desperatione: puta cum quis credit suorum delictorum magnitudinem diuinam misericordiam excessisse, & ob hoc de vitiis ascendit ad vitia, iuxta illud quod ait Cain: maior est iniquitas mea quam vt veniam merear, vt j. §. denique. Interdum ex præsumptione: puta cum quis securus delinquit, tanquam Deus pro temporali flagitio non sit æternum supplicium daturus. in quo peccati genere refert Hiero. se Origenem deprehēdisse, qui post mortem anathematizatus est, vt 24.q.2.c.vlt. ver. item si ad tempora. Vel putans in articulo mortis sufficienter pœnitere vt latro: de quibus Apostolus: Maledictus homo qui peccat in spe. Item in spiritum sanctum peccatum est secundum alios fraternæ gratiæ inuidia: puta si de gratia à Deo fratri collata inuideas, ne tibi præferatur. argu. s.8. dist. qui contempta. Item secundum alios peccare in spiritum sanctum est blasphemia in personam spiritus sancti. de talibus habetur de consecr. dist. 4. hi vero hæretici. Item secundum alios peccatum in spiritum sanctum est finalis impœnitentia: peccatum, scilicet qđ durat vsque ad mortem, vt, vsque, inclusiuum sit, quod hic Augu. potius velle videtur j. distin. 3. inter hæc hircum. Sed solet quæri, vtrum finalis impœnitentia possit desinere esse? Resp. Iste terminus, finalis impœnitentia, duobus modis accipitur. "Inest enim alicui impœnitentia finalis quando non habet propositum pœnitendi: hoc potest desinere esse: quia hoc propositum potest habere in hoc instanti, & cras non. Item est etiam finalis impœnitentia quædam qualitas, quæ inest alicui ex eo quòd numquam pœnitebit: ista non potest desinere esse subiecto existente: quę si ponatur, oportet dici quod numquam eam habuit.

4 Anſ.l.H. c.153. Matth.16. "impœnitentia finalis capitur duob⁹ mod. †al. frustrat

Item.

C. LIX.

SI sacerdos a peccauerit, quis orabit pro eo?

¶ *Primo Regnorum libro, c.2. legitur*, Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus. Si autem in Dominum peccauerit, quis orabit pro eo? *& sic affertur à B. Ambrosio li. 1. de pœnitentia, c.8. & aliis patribus. B. tamen Gregorius in c.2. primi regum ca.3. ex hac ipsa vulgata lectione elicit sententiam, quam nunc affert Gratianus, vt notatum est s. dist. 50. c. alienum.*

Sed huiusmodi interrogationes non semper b *negationem inferunt, sed potius difficultatem* c, *vel varitatem notant, vt est illud Euangelij* [*Quis, putas, est fidelis seruus, & prudens, &c.*] *Hinc etiam Ambrosius* (1 *Deus, quis* d *similis tibi? non vtique nullus: quia imago patris filius est.) Similiter igitur accipiendum* [*quis orabit pro eo?*] *hoc est, singularis vitæ aliquis debet orare pro eo, qui peccauit in Dominum.*] *& infra.* [2 *Nam quomodo Ioannes diceret non orandum pro delicto graviore, qui legisset Moysem rogasse* e, *& impetrasse, vbi erat præuaricatio voluntaria? qui sciret etiam Hieremiam* f *rogasse?*] *Potest etiam secundum Augustinum* 3 *aliter intelligi illud Ioannis (Est peccatum ad mortem, &c.) vt nulla sit eius, & superiorum contrarietas. Ait enim. (Est peccatum ad mortem, non pro illo* g *dico, vt roget quis.) De quo peccato, quoniam non expressum est, possunt* h *multa, & diuersa sentiri. Ego autem dico id esse peccatum, fidem, quæ per dilectionem operatur, deserere vsque ad mortem.* i] *Hæc est etiam blasphemia in spiritum sanctum, quam neque in hoc sæculo, neque in futuro remittendam* k *Dominus in Euangelio asseruit. Siue autem delectatione peccati, siue desperatione veniæ, vsque ad mortem quis in peccato perseueret, iustum est, vt sine fine puniatur, qui sine fine peccauerit.*

Vnde Gregorius Papa, libro 4. dial. cap.43.

C. LX.

4 VOluissent iniqui, si potuissent, sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper viuere cupiunt, qui numquam l desinunt peccare, dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, vt numquam careant supplicio, qui in hac vita numquam voluerunt carere peccato.

4 *Ex his* m *itaque apparet, quòd sine confessione oris, & satisfactione operis, peccatum non remittitur. Nam si necesse est, vt iniquitates nostras dicamus, vt postea iustificemur, si nemo* n *potest iustificari à peccato, nisi antea confessus fuerit peccatum, si confessio paradisum* o *aperit, veniam acquirit, si illa solum cōfessio vtilis est, quæ fit cum pœnitentia (in quo notatur aliud esse confessio, aliud pœnitentia, siue interior, siue exterior accipiatur,) si ille, qui promittit veniam occulte apud Deum, non apud ecclesiam pœnitentiam agenti, frustratur* †p *Euangelium, & claues datas ecclesiæ promittit etiā, quod Deus negat delinquenti, si nemo potest consequi* q *veniam, nisi quantulamcumque, etsi minorem, quàm debeat, peccati soluerit pœnam, si solis* r *sacerdotibus ligandis* s, *soluendique potestas* t *à Deo tradita est. si nullus veniam accipit, nisi ecclesiæ supplicationibus* v

Matth.16. "impœnitentia finalis quando non habet propositum pœniten

a s.dicta bī cōprehēdas & dic q⁹ sex modis i spiritū sanctū peccatur: duob⁹ mod. ergaDeum. p̄lumptiōe, vt Origen. desperōne, vt Iudas. j. e.dist.3.sceleration. duob⁹ erga proximum, Odio fraternæ cogitōis & impugnationis agnitę veritatis. 11.q.3.nolite timere. duobus erga se ipsum, finali impœnitētia & pœnitere pœnituisse. 17. q. 4. sunt q. & adde q⁹ d hoc ēt not. j.di.2. scien dum. Arc.

VOluissent.] Casvs. Dicitur in hoc c. quod mali vellent semper viuere, vt semper in peccato manerent. vnde ad magnā pertinet iustitiam iudicantis vt perpetuo sint in suppliciis, qui in hac vita semper volunt esse in peccato.

l ¶ *Numquam.*] assidue enim peccantium non miseretur Deus, vt supra 93. distinct. diaconi. & venia impœnitenti, &c. 24. quæstio.2. legatur. & ideo semper obnoxij pœnæ persistent, vt j. distinctio.7. in fine.

EX HIS. Hæc est quarta pars dist. in qua probat per 36. auctō. quod si quis non confitetur, non saluatur: si petiit, sufficit confessio quæ fit primo Deo, deinde sacerdoti qui loco Dei iudicat. Ioan. de Fan.

Casvs. Concludit Gra. ex prælegatis eorum sententiam in vnum perstringens, quod peccatum non dimittitur sine oris confessione, & operis satisfactione. Postea per multas probationes & multa argumēta nititur idem probare, incipiens à peccato primi hominis, quòd non nisi confessiooe est dimissum: & probatio Grat. protendi tur vsque ad illum §. his auctoritatibus. Et non facit §. nisi. vsque ad §. illum, ex his omnibus. Quidam tamen faciunt ibi duo c. scilicet, *Puteus*, & *Introite*. vnde secundum quòd habent in libris suis, postea ponunt in gl. Sed certe nō videtur quòd ibi debeant esse c. etiam secundum Gra. & si aliquod est ibi, casus est planus. Idem etiam voluit Benedictus.

m ¶ *Ex his itaque.*] infert ex præmissis auctoritatibus: vsque ad §. denique.

n ¶ *Si nemo.*] s.e. dist. nemo potest.

o ¶ *Paradisum.*] s.e. dist. ecce nunc tempus.

p ¶ *Frustratur.*] s.e. dist. agite.

q ¶ *Consequi.*] s.e. dist. c. nullus.

r ¶ *Si solis.*] s.e. dist. verbum.

s ¶ *Ligandi.*] id est, imponendi satisfactionem vel relaxandi.

t ¶ *Potestas.*] no. solis sacerdotibus potestatem ligandi traditam.

v ¶ *Supplicationibus.*] supra e. dist. multiplex.

a ¶ *Denique*

Source : BIU Cujas

a ¶*Denique.*] ab isto loco vsque ad cap.quamobrem.probat 22. auctoritatibus,scilicet peccata non dimitti sine oris confessione. auctoritates veteris testamenti inducit vsque ad §. in Euangelio. Ab illo §.in Euangelio.vsque ad §.ex his.inducit auctoritates noui testamenti, & post ex omnibus concludit in §. ex his. & omnes illæ auctoritates intelliguntur cum quis confiteri contemnit.

b ¶*Serpens.*] ideſt,diabolus,qui serpente vtebatur tamquam organo vel intellige ad litteram.

Gen.3. c ¶ *Confessionem.*] & quia in seipso inuenit originem peccati.

d ¶*Non reuocabatur.*] "quia irreuocabile fuit peccatum eius, & impossibile est eum reuocare ad pœnitentiam, vt j. distinct. 2. §. quod autem reprobi. versic. impossibile. hominis autem peccatum fuit remediabile, & hoc duabus de causis: quia totum genus humanum perierat de peccato Adæ, sed non tota angelica natura peccato diaboli. Item homo incitatorem habuit ad malum: quod non habuit Angelus: & ideo per alium iste non debuit iuuari, sicut nec ille per se potuit surgere. & ideo peccatum diaboli fuit irremediabile, & non peccatum hominis.

"Pctm diaboli fuit irremediabile, ſ3 hoīs remediabile.

Gen.4.

Gen.12.&26

Leuit.13.&14

a Gen.12. b Gen.20. e ¶ *Reges.*] Pharao [a] rex Aegypti, de quo habetur 3 22. quæst.2.

1.Reg.16. c.vtilem. §.ecce quæ. & Abimelech [b] rex Gerare.de quo habetur 32. quæstio. quarta. nemo sibi. & 3.33. quæst. 1. si per sortiarias.

f ¶*Passiones.*]ideſt,delicta.15.q.1.illa.

g¶*Orationibus.*]supra 33. quæst.1. si per sortiarias.

h ¶*Præcepit.*]in Leuitico.

i ¶*Vt lepra.*] ideſt,aliqua macula. "Sunt autem quattuor genera lepræ: in cute, in capillis,in domo,in veste.In capillis lepra dicitur alopecia. fluentibus sanie capillis, si in caluitio vel in alia parte capitis albus vel ruffus color inuentus fuerit, plaga lepræ est. In cute lepra cognoscitur, si in ea fuerit alba, id est, pallida albedo, vel postulæ, & huiusmodi lepræ vestis erat macula alba vel ruffa. Similiter in domo dicebatur lepra talis macula, & macula in pariete pallore vel rubore deformis. & omnia ista iudicabantur arbitrio sacerdotis. si enim in homine lepra non erat perspicua: recludebat eum sacerdos in domo sua septem diebus: quibus expletis si non creuerat lepra, iterum recludebat eum aliis septem diebus. quòd si nec tunc creuerat, mundum eum iudicabat: quia si scabies erat, lauabat homo vestimenta sua, & mundus erat. Cum vero perspicua erat lepra, separabatur, id est, iudicabatur immundus ad arbitrium sacerdotis, & habebat homo vestimenta sua dissuta, id est, facilia ad induendum vel exuendum, vt sic cognosceretur: & caput rasum [c], vt posset cognosci: osque veste contectum, ne fœtorem loquendo diffunderet. & habitabat solus extra castra, ita vt à mortuo nihil differre videretur. Item si lepra vestis erat perspicua, comburebatur vestis: si dubia, recludebatur septem diebus. si creuerat macula, adiiudicabatur lepra: si non creuerat, abluebatur vestis, & recludebatur aliis vij.diebus: post quos si sacerdos inueniebat creuisse lepram, rumpebat eam. Similiter ostium domus leprosæ claudebatur vij. diebus: post quos si sacerdos inueniſſet creuisse lepram, iubebat erui lapides leprosos, & proiici extra ciuitatem, & domum radi intus per circuitum, & puluerem rasuræ spargi extra ciuitatem in loco immundo, & alios lapides substitui in domo: & luto alio liniri domum. quod si iterum redierit macula, & perseuerans lepra est, destruebatur domus, & ligna, & lapides, & puluis extra ciuitatem proiiciebantur in locum immundum.

Ionæ 3.

†al.&satisfactione

k ¶ *In domo.*] non dicit hic de veste, & de domo, quod ei ad litteram possit lepra inesse: sed si domus, vel vestis offerretur ab aliquo in ministerium deputanda, antea sacerdoti offerebatur. & si aliqua inerat macula. qua à ministerio impediretur, sacerdotis iudicio relinquebatur.

Dan.4.

† *al.ratiõali*

1 3.17.q.4. miror.

Dan.9.

Ioan.11

l ¶ *Separata.*] quo ad officium vel ministerium.

m ¶ *Contaminaretur.*] domus, vel vestis, vel cutis, id- ibid. est, contaminata, Luc.17. vel immunda iudicaretur.

n ¶ *A propheta.*] scilicet Nathan.

o ¶*Achab.*] infra ead. distinct. 3. §. ecce Achab. Matth.9. Marc.2.

Additio. Et 50. distinct.c.si post.§.econtra. iidem. Luc.4.

p ¶ *Innocentis.*] scilicet Nabutæ. Matth.8.

q ¶ *Et relinquat.*] scilicet nobis qui eum sequimur, vel post comminationem à se datam. Marc.1. Luc.5. Marc.10. Luc. 18.

r ¶ *In bestialem.*] supra decimaseptima, quæstione quarta. mi ror. Matth.5. Luc.7. Ioan.11.

s ¶ *In Euangelio.*] hic transfert se ad auctoritates noui testamenti.

t ¶ *Pœnitentiæ.*] non remissionis: nam venientibus ad illud requirebatur pœnitentia:non autem in nostro baptismate,quod remissionis est, vt j. de consec.distin.4.si-

Psal.31.

ipsam impetrare contendat: Concluditur ergo,quòd nullus ante confessionem oris,& satisfactionem operis, peccati abolet culpam. Denique [a], *vt perspicue appareat neminem sine confessione à peccato mundari, ab ipsius humani generis principio sumamus exordium. Peccato transgressionis primi parentes corrupti, à Domino sunt requisiti de culpa, vt peccatum, quod transgrediendo commiserant,confitendo delerent. Serpens* [b] *autem de culpa requisitus non est,quia per confessionem* [c] *non reuocabatur* [d] *ad vitam. Cain quoque,cum primæ præuaricationi fratricidium addidisset, similiter à Domino de culpa requisitus est, dum ei dicitur [Vbi est Abel frater tuus?] Sed quia superbus peccatum suum confiteri noluit, potius mendaciter negando Deum fallere conatus est dicens [Numquid custos fratris mei sum ego?] indignus venia iudicatus est. Vnde in desperationis profundum mersus est, dum ait [Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear,] vagus, & profugus exiit à facie Domini, significans eos, qui peccata sua confiteri dissimulant,respectu diuinæ miserationis indignos haberi. Reges* [e] *quoque, qui ignorantia ducti in Abraham deliquerant, non nisi eodem orante sanari meruerunt. In quo figuratur,quòd passiones* [f] *morum non sanantur, nisi orationibus* [g] *ecclesiæ. Moysi quoque præcepit* [h] *Dominus, vt lepra* [i] *siue in cute,siue in domo* [k]*,siue in veste, siue in crine appareret, sacerdoti ostenderetur, & iuxta eius arbitrium separata* [l]*, eius iudicio contaminaretur* [m]*, vel mundaretur. Saul quoque cum à spiritu maligno vexaretur, non poterat ad sanæ mentis officium redire, nisi prius Dauid psalterium arriperet,& coram eo psalleret, & ita ab eius vexatione cessaret diabolus. In quo mystice ostenditur, quòd quicumque diabolo propter peccata mancipatur, ab eius dominio eripi non valet, nisi Dauid, id est, ecclesia, psalterium accipiat, & coram eo psallat,id-est spiritualis gratiæ eum participem faciat, & salubriter admonendo,& pie pro eo orando, & exempla boni operis sibi præbendo, diabolum ab inuisibili eius vexatione compescat. Duid quoque,cum adulterium commisisset, & homicidium, non ante audiuit à propheta* [n] *[Transtulit à te peccatum tuum Dominus,] quàm ipsum peccatum confiteretur. Prius enim prophetæ peccatum redarguenti confessus est, & postea audiuit [Transtulit Dominus peccatum tuum à te.] Achabo quoque, cum de innocentis* [p] *sanguinis effusione sententiam comminantis Dei audiret, induit seipsum cilicio, satisfaciens Deo per pœnitentiam. Vnde Dominus ad Heliam ait. [Quoniam Achab reueritus est faciem meam, non inducam malum in diebus eius] Niniuitæ cum audirent [Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur,] ex edicto regis & principum, pœnitentiam egerunt,dicentes [Quis scit,si conuertatur, & ignoscat Deus, & relinquat* [q] *post se benedictionem?] Hac humilitate satisfactionis† imminentem subuersionem euadere meruerunt. Quorum exemplis euidenter ostenditur, quòd nullus à Deo consequatur veniam, nisi primum satisfecerit sibi per pœnitentiam. Nabuchodonosor quoque propter superbiam suam à rationabili† mente in bestialem* [r] *animum commutatus est, atque à regno suo profugus recedens* [t] *non ante regnum recepit,quàm conuersus Deum prædicauit. Denique plebs Israelitica ob culpam suæ transgressionis captiuitatis tradita non ante liberari meruit, quàm sua peccata confitens, Danielis, & aliorum sanctorum precibus veniam accepit. In Euangelio* [s] *quoque venientes ad Ioannem, vt baptizarentur ab eo,baptismo pœnitentiæ* [t]*,primum confitebantur peccata sua:ostendentes, quòd quisque debet peccata sua damnanda confiteri, & innouationem melioris vitæ promittere, si regenerationis desiderat gratiam accipere. Christus quoque alios legitur suscitasse à mortuis, alios à lepra mundasse, alios illuminasse, aliorum membra paralysi dissoluta consolidasse: omnium tamen sanitatem petitio propriæ vocis, vel amicorum* [v] *legitur præcessisse. Luca enim referente didicimus, quòd pro socru Petri prius rogatus est, quàm eam sanitati redderet. Leprosus vero ille, quem Dominus descendens de monte mundauit, prius clamauit ad eum [Domine si vis,potes me mundare,] quem postea tangendo mundauit. ¶Cæcus quoque dum clamaret ad eum [Miserere mei fili Dauid] interrogauit eum Iesus [Quid vis, vt faciam tibi?] ait [Rabboni* [x]*, vt videam lumen.] Tres quoque mortuos* [y] *audiuit,quos aliorum orationibus reddidit vitæ. Quartum* [z] *quoque discipulo nuntiante audiuit: sed quia defuerunt viui,qui pro eo precarentur, resuscitari non meruit. ¶Quibus nimirum exemplis euidentissime datur intelligi, quòd ille, quem grauioris culpæ macula inficit,nisi confessione proprij oris, vel ecclesiæ intercessione suffragante, sanari non poterit. Hinc pœnitens* [a] *ille, qui prius tacendo peccata, flagellari meruerat, postea correptus dicebat.[Quoniam tacui* [b]*: inueterauerunt ossa* [c] *mea, dum clamarem* [d] *tota die.] Hinc Christus ex persona membrorum ait [Non*

ne pœnitentia.

v ¶ *Vel amicorum.*] hoc enim Deus amat, vt multi rogent. j. ead. fleat.

x ¶*Rabboni.*]ideſt,magister.

y ¶*Mortuos.*] scilicet,filium [d] archisynagogi, filium viduæ, & Lazarum. d Hoc Christus suscitauit ī domo, i.in cogitõe scđm H.j.e. §. econtra,

z ¶ *Quartum.*] vnde hoc Gratianus habuit, ignoramus: nisi dicatur hoc de Matthæo intelligi: cui cum Dominus diceret: Sequere me, respondit Domino: Pater meus mortuus est, volo eum sepelire. & tunc Dominus ait, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.

a ¶*Pœnitens.*] Dauid,vt j.dist.3.ille rex.

b ¶*Tacui.*]peccata.

b ¶ *Ossa.*] virtutes, quibus anima substentatur, vt ossibus corpus.

d ¶*Dum clamarem.*]iactando me de meritis meis.

a ¶*Non*

Source: BIU Cujas

a ¶*Non claudet.*]ideſt,non conſtringet te finaliter.
b ¶*Non clauſeris os.*]non confitendo.
a17. diſt.nec licuit. ext.d iudi.cũ non ab homine. Arc. c ¶*In profundo.*] vitiorum.vnde peccator cum[a] venerit in profundum vitiorum,contemnit.

EX HIS OMNIBVS. Casvs. Infert Gratian.ex ſupradictis quòd ſine confeſſione nullus veniam meretur, & ad hoc inducit ſequentes auctoritates. Sequentia tria capit. plana ſunt , ſcilicet *Sufficit &*, *non ſufficit.& cap.nouit.* Illud autem c.quod poſtea ſequitur, ſcilicet *aliud.* poſitum eſt ſ. 11. quæſt. 1. & ibi caſum inuenies. Ben. tamen ſic breuiter ponit hic caſum. Dicitur hic quod abſtinere debet à multis,qui vnum illicitum committit:& ita probatur, quòd ſatisfacere tenetur.

abſorbeat me profundum , neque vrgeat ſuper me puteus oſ ſuum.] *Quod Auguſtinus exponit dicens (Puteus eſt humanæ iniquitatis profunditas , in quem ſi ceciderís , non claudet[a] ſuper te os ſuum , ſi tu non clauſeris[b] os tuum : confitere ergo, & dic De profundis clamaui ad te Domine & euades. Claudet ſuper illum Dominus , qui in profundo[c] contemnit, à quo mortuo, velut ab eo, qui non ſit, perit confeſſio.* [*Hinc idem propheta ait* [*Introite portas eius in confeſſione.*] *Oſtendens ad portas miſericordiæ non niſi per confeſſionem peccati aliquem poſſe pertingere.* ¶*Hinc etiam beatus Ioannes Baptiſta, & Saluator noſter exordium prædicationis ſuæ à pœnitentia ſumpſerunt , dicentes* [*Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cælorum:*] *oſtendentes ad regna cælorum neminem poſſe pertingere , niſi primum per pœnitentiam Deo curauerit ſatiſfacere. Hinc etiam in actibus Apoſtolorum legitur , quod credentes veniebant ad Apoſtolos, annuntiantes actus ſuos. Ex his omnibus facile monſtratur , ſine confeſſione nullam veniam poſſe promereri.*

Hinc etiam Leo Papa ait epiſtol. 78. al. 80. ad epiſcopos Campaniæ.

C. LXI.

SVfficit pœnitenti† illa confeſſio, quæ primum Deo offertur,tum etiam ſacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit.

Item ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum, epiſtola 90. al. 92. c. 7.

C. LXII.

POenitentia , quæ dilata eſt, cum ſtudioſius petita fuerit,non negetur[d], vt quoquomodo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata[e] perueniat.

Item Augu. in ſermone de pœnitentia, al. lib. de pœnitentiæ medicina.

C. LXIII.

NOn ſufficit[f] mores in melius commutare, & à præteritis†malis recedere, niſi etiam de his , quæ facta ſunt , ſatisfiat Deo per pœnitentiæ[g] dolorem, per humilitatis gemitum,per contriti cordis ſacrificium , cooperantibus eleemoſynis , & ieiuniis[A].

A ¶Et ieiuniis.] *Hoc non eſt apud B. Auguſtinum, neque Bedam,neque magiſtrum ſententiarum,neque Polycarpum.*

Item Ambroſius in c. 1. Lucæ.

auctoritate ſua à communione ſacramentorum abſtinere, iuxta illud, Probet ſe homo, & ſic de pane illo edat, &c. & ideo laudatur mulier, quæ menſtrua patitur, ſi ex reuerentia abſtinet. ſ. 5. diſt. ad eius. & arg. ĵ. de conſecr. diſt. 2. quotidie. ſed contra ſ. ead. diſt. ſunt qui arbitrantur. & in cap. facilius. & ĵ. ead. in actione. In contrariis iſtis dicitur quòd nemo auctoritate ſua, ſed ſacerdotis debet abſtinere à communione altaris. Sol. abſtinet quis peccati cõ ſcius aliquando propter reuerentiã: quod commẽdatur, vt hic, & in ſimilibus. Aliquando propter ſatiſfactionem delicti putans talem abſtinentiam prodeſſe etiam non iniuncta ei aliqua pœnitentia à ſacerdote: quod inhibetur in contrariis. Sed & in illo caſu vbi ob reuerentiam abſtinetur propter criminis conſcientiam, diſtinguo vt ſi ſcandalum ex eius abſtinentia oritur, compelli poteſt à prælato ſuo ad ſumendum Euchariſtiam, vel petendum: arg. ĵ. de conſecr. diſt. 2. ſi quis intrat. & ca. ſæculares. ſi vero non eſt ſcandalum, bene facit abſtinendo. ĵ. de conſe. diſtin. 2. quotidie. hodie tamen videtur tolli iſta diſt. vt ext. de pœn. & remiſ. omnis.

C. LXIIII.

NOuit Dominus mutare ſententiam[h], ſi tu noueris emendare delictum.

Item Leo Papa, epiſt. 90. al. 92. ad Ruſticum, ca. 8.

C. LXV.

ALiud[i] quidem eſt debita iuſte† repoſcere[k] : aliud propria[l], perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam poſtulantem oportet à multis etiam licitis abſtinere , dicente Apoſtolo (Omnia mihi licent[m], ſed non omnia expediunt[n].) Vnde ſi quis pœnitens habet cauſam,quã negligere forte non debeat , melius expetit eccleſiaſticum, quam forenſe iudicium.

Item Hieronymus, in c. 1. Ioelis.

C. LXVI.

QVi ſanctus ſacerdos eſt , & comedit† in Paſcha[o] Domini, accingatur baltheo caſtitatis,& audiat cum Apoſtolis (Sint lumbi veſtri præcincti,& lucernę ardentes in manibus veſtris.) Qui autem peccator[p] eſt,& quem remordet[q] propria conſcientia, cilicio accingatur , & plangat vel propria delicta,vel populi : & ingrediatur eccleſiam[r], de qua propter peccata fuerat egreſſus,& cubet,vel dormiat in ſacco: vt præteritas delitias,per quas offenderat Deum , vitæ auſteritate compenſet.

Idem in Amos prophetam, ad c. 9.

C. LXVII.

SI agamus[s] pœnitentiam , ipſum quoque ſuæ pœnitebit ſententiæ. Rurſum[t] iuxta eumdem[u] Hieremiam[A] promittit proſpera. Si negligentia diſſoluamur, & illum pœnitebit ſpõſionis ſuę, promiſſaque mutabit. Cuius rei exemplum Niniuitas, & Hieruſalem habere poſſumus , quorum alij de imminentibus ſuppliciis liberati ſunt:alij, quæ patribus promiſſa fuerant,perdiderunt.

A ¶ Hieremiam.] *Sic eſt emendatum ex ipſis commentariis. B. Hieronymi , & vno vetuſto exemplari Gratiani. Nam in ceteris eſt quem admodum in vulgatis*, iuxta eumdem Hieronymum promittit proſpera,ſi pœnitẽtiam egerimus. Quod ſi negligentia,&c. propter pœnitentiam reuocat ſententiam etiam contumaces latam:ita propter pœnitendi negligentiam bona reuocat,quæ promiſit. & hoc probat exemplis Hieruſalẽm, & Samariæ, Nabuchodonoſor,& Ezechiæ.

t ¶*Rurſum.*]verba Gratiani.

v ¶*Eumdem.*][cilicet Amos,de quo locutus fuerat Hieronymus.

Quam

a ¶*Liud.*]ſ. 11. q. 1. aliud.

k ¶*Repoſcere.*] ſupra 14. quæſt. 1. quod debetur.

l ¶*Propria.*]ff. de min. ſi iudex.

m ¶*Licent.*]hoc expoſui ſupra 11. quæſt. 1. aliud.

n ¶*Expediunt.*] vt debitum repetere , vt ſ. 14. q. 1. quod debetur.

o ¶*In Paſcha.*]ideſt,in trãſitu de vitiis ad virtutes:quia paſcha tranſitus interpretatur. de conſe. diſt. 4. per aquam.

p ¶*Peccator.*] " ex hoc videtur quòd conſtitutus in mortali poſſit

q ¶*Remordet.*] ſecundum quod notaui. ſ. 16. q. 1. monachi.

r ¶*Eccleſiam.*] id eſt, vnitatem eccleſię per fidem & charitatem: nec enim intelligi poteſt de ingreſſu corporalis eccleſiæ. "Nemo namque pro peccato aliquo abſtinendus eſt ab ingreſſu eccleſiæ: niſi ſit excommunicatus vel interdictus ex iuſta cauſa. ĵ. e. q. 4. vir cum propria. 11. q. 3. excommunicatos.

s ¶*Si agamus.*] Casvs. Dicit Hieron. in hoc capit. quòd ſicut Deus propter pœnitentiam reuocat ſententiam in contumaces latam:ita propter negligentiam pœnitendi , bona reuocat, quæ promiſit. & hoc probat exemplis, ſcilicet Hieruſalem & Samariæ,ex quibus ciuitatibus quidam fuerunt à ſuppliciis liberati : alij vero bona quæ fecerunt perdiderũt. *Rurſum.* Verba ſunt Gratian. vſque ibi, *Promittit. Quorum.* ſcilicet habitatorum.

Prouerb.19. Eccl.17. Pſal.99. Matth.3. Act.19. Pſal.68. 1 gl.interl.& ordin.ibi ex Au. Sent.4. diſt.17. Pſal.129. 2 ĵ.e.c.quis. Pol.l.6.ti.20 Iuo p.16. c.167. 3 Burch.l.9. c.123. Iuo p.15.c.135. 4 Beda 2. Corin.c.12. Sent.4. diſt. 16. Poly.l.7. tit.20. 5 11.q.1. aliud. Anſel. l.11.c.141. 6 Sent.4. diſt.17. Luc.12. Malach.3. Hierem.17. 1.Cor.6.

*Expediũt non omnia.

*Vide cõci. Trid. ſeſ.14. c.8.&can.13

†*al.enim*] orig.

†*al.faciis*

†*al.iuſta.*

†*al.comedit Paſcha*]ori.

"Eccleſiæ ingreſſus q bus eſt interdicẽdus.

"Peccati cõſcius an poſſit propria auctoritate à cõione abſtinere.

Source : BIU Cujas

Idem ſuper Danielem, ad c.4.

C. LXVIII.

QVamobrem [a] rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis [b] redime [c], & iniquitates tuas miſericordiis pauperum: forſitan [d] ignoſcet Deus delictis tuis. ¶Si prædixit ſententiam Dei, quę mutari nō poteſt [e], quomodo hortatur ad eleemoſynas, & miſericordias pauperum, vt Dei ſententia commutetur? Quod facile ſoluitur Ezechiæ regis exemplo (quem Eſaias dixerat eſſe moriturū [f]) & Niniuitarum, quibus dictum eſt [adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur.] Et tamē ad preces Ezechiæ, & Niniuæ, Dei ſententia commutata [A] eſt [g], nō vanitate iudicij, ſed eorum conuerſione, qui meruere indulgentiam. Alioquin [h] & in reuerentiā† [i] loquitur Deus ſe mala minari ſuper gentem, & ſi bona fecerit, minas clementia commutare. Rurſum bona agenti ſe aſſerit [k] polliceri: & ſi male fecerit, dicit ſe ſuam mutare ſententiam, non in homines, ſed in opera, quę mutata ſunt. Neque enim Deus hominibus, ſed vitiis [l] iraſcitur: quæ cum in homine non fuerint, nequaquam punit quod mutatū eſt. Dicamus & aliter. Fecit quidē Nabuchodonoſor iuxta Danielis conſilium miſericordias in pauperes: & idcirco vſque ad menſem duodecimum [m] in eum eſt dilata ſententia. Sed quia poſtea ambulans in aula Babylonis gloriatur, & dicit, [Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria nominis mei?] bonū miſericordiæ perdidit malo ſuperbiæ. [forſitan [n] ignoſcet Deus delictis tuis.] Cum beatus Daniel præſcius futurorū de ſententia Dei dubitet [o], rem temerariam faciunt, qui audacter [p] peccatoribus indulgentiam pollicētur. Et tamen ſciendum, quòd ſi Nabuchodonoſor bona opera facienti venia repromittitur, multo magis aliis promittitur, qui leuiora peccata commiſerunt.

A ¶Commutata eſt.] *Quæ ſequuntur, vt etiam multa alia, emendata, & locupletata ſunt ex originali, præter verbum*, reuerentiam, (*quod eſſe debet*, Hieremia,) *idque ob gloſſam.*

Idem.

C. LXIX.

VIde [q] benignum Dominum miſericordiam cum ſeueritate miſcentem [r], & ipſius pœnæ modum iuſta, & clementi liberatione [A] penſantem. Non in perpetuum tradidit pœnę delinquētes, ſed [quanto, inquit, tempore ſeruierunt Baalim, tanto ſeruiant Chuſarſaton † [s] hoc eſt octo annis. Diſce & hoc ô tu auditor, quiſquis ille es, qui tibi conſcius es alicuius erroris: & quanto tempore erraſſe te noſti, quanto tempore deliquiſti, tāto [t] nihilominus [u] tempore humilia teipſum Deo, & ſatisfacito ei in cōfeſſione pœnitentiæ: non expectes, vt humiliet te Chuſarſaton, & inuito neceſſitas extorqueat pœnitentiam: ſed ipſe præueni tortoris iſtius duritiam†: quia ſi te ipſe emendaueris, ſi te ipſe correxeris, pius eſt Deus, & miſericors, qui vindictā temperet ab eo, qui illam pœnitendo [x] præuenit. Sed illud conſideremus, quia donec ſeruierunt chuſarſaton ij, qui traditi fuerant pro delictis ſuis, & non clamauerunt ad Dominum, nemo ſuſcitatus eſt, qui ſaluare eos poſſet. Cū vero clamauerunt ad Dominum, tunc ſuſcitauit [y] Dominus Saluatorem Iſrael, & ſaluauit eos.

A ¶Liberatione.] *Antea legebatur*, deliberatione, *Emendatum eſt ex homilia Origenis, quemadmodum & alia nonnulla.*

4.Reg.10. Eſa.38. Ionæ 3. Hier.17. Dan.4.

[a] ¶*Quamobrem.*] illud tangit, "quod Nabuchodonoſor vidit in ſomnio. ſomno arborē in medio terræ pertingentem vſq; ad cælum, & ſub ea habitabant animalia & beſtiæ, & in ramis volucres, & ex ea veſcebatur omnis caro: & ecce vigil & ſanctus de cælo deſcēdit, & ait, ſuccidite arborē, & ramos & fructus eius, & fugient ex ea beſtiæ & volucres: ſed germen eius in terram ſinite: & cū feris ſit pars eius, & ab humano cōmutetur cor eius: & ſeptē tempora cōmutentur ſuper eam: quod ſomnium Daniel interpretatus eſt, & ait: Tu es rex arbor ea quæ inualuiſti, & poteſtas tua in terminis terræ, & audiuiſti peruigilem altiſſimi ſententiam ſuper te: & ab hominib eiicient te, & cum feris erit habitatio tua: fenū vt bos comedes. 7.tempora, ideſt, 7. anni mutabuntur ſuper te, & relinquetur tibi ſemen vel germen radicis: quia regnū tuū reſtituetur tibi quam obrem audi cōſilium meum, Peccata tua eleemoſynis redime: forſan ignoſcet tibi Deus. Poſt annum autem deambulabat rex in aula ſua, & ſuperbe loquebatur dicens, Nonne eſt hæc Babylon, quam ego ædificaui in robore regni, & ī gloria decoris mei? Adhuc erat ſermo in ore eius, & ecce vox de cælo dicens, tibi dicitur Nabuchodonoſor: regnum tuum tranſit à te, & cum feris habitabis ſeptem temporibus donec ſcias quod dominetur altiſſimus vniuerſis regnis hominum, & ſtatim ex hominibus abiectus eſt, & vt bos fenum comēdit, & rore cæli caput eius infectum eſt, &c. donec capilli eius in ſimilitudinem aquilarū creſcerent, & vngues eius quaſi vngues auium.

"Nabucho donoſor vidit ſomniū.

†*Hieremia*] orig. vera lectio.

"Eleemoſyna liberat à morte.

[b] ¶*Eleemoſynis.*] "eleemoſynæ namque à morte liberant peccatorem, qui per delicta ſubruerat, vt ī.e. diſt. medicina. s̄.e. diſt. miror.

[c] ¶*Redime.*] iſtud redime, ponitur priuatiue: quia proprie non eſt hæc redemptio. ſi. ff. commo. ſi vt. §. vlt. ff. de le. commiſ. l. fundo. ff. quod vi aut clam. ſi vitem. §. 2.

[d] ¶*Forſitan.*] s̄. diſt. 86. non ſatis. dubitanter dixit: quia deeſſe poteſt contritio cordis. arg. s̄.e. q. 2. admonere. & non valent eleemoſynæ, niſi ex bono fonte, &c. vt 86. di. non ſatis. Vel ideo ſub dubietate poſuit, ne ſecuritas negligentiam, & negligentia offenſam præſtaret, vt ī. ea. prædixerat. Vel ponitur forſitan, aſſertiue, vt in Euangelio forſitan & patrem meum cognouiſſetis, &c. ī. diſt. 4. ne forte. ff. de rei vend. item ſi. §. 1.

[e] ¶*Non poteſt.*] i. non contingit hoc, ſecundum eos contra quos hic loquitur.

[f] ¶*Moriturum.*] propter peccatum qđ commiſit quando ſuperbiuit de victoria, quam habuit de inimicis, eam ſibi attribuens.

[g] ¶*Commutata eſt.*] ñ per iudicij veritatē, ſed eorum mutatione, qui conuerſi per pœnitentiam meruerunt liberari.

[h] ¶*Alioquin.*] i. niſi p̄ſtaret indulgentiam agēti bona, cur inferret mala agenti mala: & hoc ſequitur. æquū eſt enim vt ſicut male agentib. infert mala: ſic bene agentib. parcat, & conferat bona.

[i] ¶*In reuerentiam.*] i. contra æquitatem reuerendam. vel ad hoc vt omnes eidem reueream tantum.

[k] ¶*Aſſerit.*] Dominus loquens Hieremiæ. & ſunt verba Hiero. ſuper Danielem.

[l] ¶*Vitiis.*] s̄. diſtin. 68. odio.

[m] ¶*Ad menſem xij.*] vſque ad annum peccata eleemoſynis redemit, poſt ſuperbiuit.

[n] ¶*Forſitan.*] verba Danielis.

[o] ¶*Dubitet.*] i. proponat ſecundum formā dubietatis. Vel dic vt s̄. in prin.

[p] ¶*Audacter.*] s̄. 8. q. 1. ſi ergo. 32. q. 5. ſi Paulus. hoc aduerbiū determinat verbum vel participium. argu. ad hoc 93. diſt. diaconi.

1 Orig. hom. 3. ad c. 3. Iudicū, & ibi gl. ord.

†*al. Chuſanraſathaim*

†*al. manus*

[q] ¶*Vide benignum.*] Casvs. Filij Iſrael ſeruierunt 8. annis regi Meſopotamiæ, & poſtea liberati ſunt ab Othoniele. Dicitur hic qđ in illo facto ſignificatur, qđ quanto tempore aliquis ſtetit in peccatis ſeruiendo diabolo, tā to tempore debet eſſe in pœnitentia ſeruiendo Deo. In fine dicitur quod ſicut illi non fuerunt liberati niſi ad inſtantiam precum: ita non liberantur aliqui niſi per preces.

[r] ¶*Miſcentem.*] s̄. diſt. 45. diſciplina.

[s] ¶*Chuſarſaton.*] "quæ humiliatio eorum interpretatur in libro Iudicum. hic eſt diabolus, cui humiliandæ & affligēdæ traduntur animæ, quæ Chriſti humilitate contempta in ſuperbiam ſe extollunt. Chuſarſaton iſte fuit rex Syriæ & Meſopotamiæ: cui ſeruiuit Iſrael 8. annis, eo quòd prævaricatus eſt in præceptis Domini ſeruiendo idolis mortuo Ioſue: quem liberauit Othoniel frater Calephin, in quo erat ſpiritus Domini, poſtquam populus clamauit ad Dominum tradito Chuſarſaton in manus Othonielis in pugna quando pugnauit contra eum, vt legitur in lib. Iudicum 2. & 3.

"Chuſarſaton quid repreſentat.

[t] ¶*Tanto.*] ſcilicet ſaltem, & non plus. 47. diſt. omnes.

[v] ¶*Nihilominus.*] ī. diſt. 3. productior. contra. ſed ibi de peccato primi parentis tantum. Vel de pœna interiori: hic autem de exteriori.

[x] ¶*Pœnitendo.*] s̄.e. diſt. voluiſſent. §. ex his. ver. quartum quoque.

[y] ¶*Suſcitauit.*] "Othonielem, ideſt, filium Senem fratrem Caleph. minorem

"Othoniel fuit filius Senem.

Source : BIU Cujas

a i quo fuit spūs Dñi,& iudicauit Israel,de quo hī Iudicū 3. b ita etiam ponit Hug. & Laur.

minorem[a] cui Caleph. Axam filiam suam dederat in vxorem ,p eo q̄ dederat ei ciuitatem Cariathsepher, i.ciuitatem litterarum. hic ergo Othoniel quasi saluator filiis Israel est missus, cum super eos est dux constitutus à Domino.interpretatur autem Othoniel tempus mihi Dei[b],hoc est aliquis militię cęlestis Angelus,qui sibi tempus à Deo dispensatū accipiens mittitur in adiutorium eorum, qui hereditatem capiunt salutis.H.

Ecclesia Christi.] Casvs. Dicitur hic q̄ peccator nō est in ecclesia,quæ nō habet maculam neq; rugā sicut olim habuit: qui vero vult esse in ecclesia, vadat ad medicum vt purgetur à macula, & fiat de ecclesia, quæ est corpus eius.

a ¶*Maculam.*]hæresis, vel mortalis peccati. 3. dist.21. quamuis. 3. prox. causa. qu.4.recurrat.

b ¶*Rugam.*] f.schisma tis, vel venialis peccati.

Luc.5. c ¶*De ecclesia.*]3.23.q.4.forte. contra. & cahæc autem vita. contra.Sol.Ecclesia quandoque large sumitur, vt granum & paleam cōplectatur. vt est in contrariis 3.32. q.4.recurrat. Vel dic aliud esse de ecclesia, quod hic negatur de malis, aliud esse in ecclesia, quod in cōtrariis conceditur. Vel distingue. "nam sunt quidā in ecclesia nomine & re, vt boni catholici, vt hic:quidam nec nomine nec re,vt precisi.3.23.q.4. si quis à catholica.quidam nomine tantum,vt in contrariis: quidam re tantum, vt de conse.dist. 4.non dubito.

" Ecclesia 4. genera hominum continet.

d¶*Et maculam.*]vnde propheta.In peccatis dimisi matrē vestrā, vt j.35.q.1.c.vlt.

1 Sent.4. dist.14. *Svper tribus.*] Casvs. Hoc c.diuiditur in duas part. In 1. ponuntur verba Amos prophetæ comminantis populo Damasci &" Azaheli regi eius:qui x.trib. graiter afflixerat.q.d.si Azahel & populus Damasci semel vel bis tantummodo populum meum esset persecutus,forsitan parcerem illi: sed quia diu expectaui eum ad pœnitentiam vt conuersus reciperet sanitatem,& ipse abusus patientia mea tertio &quarto afflixit: cogor mutare sententiam vt plagis corripiam eum.In secunda parte exponit verba prophetæ moraliter,& sic intendit probare quòd Deus non dat veniam nisi pœnitenti. Secunda pars ibi, *Iuxta.*Sequens c.patet.Et nota quòd prima tabula dicitur baptismus,secunda pœnitentia.Sequens c.etiam patet.

" Azahel fuit Rex Damasci.

e ¶*Super tribus.*]Verba hæc sunt Amos prophetæ cōminantis Azaheli regi Damasci,qui decē trib.grauiter afflixerat.q.d.si Azahel semel & bis tātummodo populum meum esset pſecutus,forsitā parcerem illi:sed qa diu expectaui eum ad pœnitentiā vt cōuersus reciperet sanitatē,& ecōtra ipse abusus patiētia mea tertio & quarto afflixit,cogor mutare sententiam vt plagis corrigam delinquentē.

f ¶*Non conuertam eum.*]non expectabo eum vt cōuertatur,sed plagis corripiam eum.Vel lege interrogatiue:non conuertam eum?id est,nonne conuertam eum ab insania sua flagellando ipsum?

g ¶*Iuxta.*]verba Hieronymi.

" Tropologia est moralitas. h ¶*Tropologiam.*]"ideſt,mortalitatem.De hoc quære 3.di.37.vino.

i ¶*Delicto.*] q.d.qui in tribus prioribus peccat,si pœnitet,cōuertit Dominus ad eum vultum clemētię suæ.si vero non pœnitet,auertitur ab eo vultus clementiæ suæ.

k *Secunda.*] ¶*Tabula.*]procellarum huius mūdi:quia nauigamus tendentes ad patriam,& incurrimus naufragium ex peccato primi hominis,quo sumus morti addicti. "Prima tabula est baptismus,vbi purgatur vetus homo,& induitur nouus.26.di.deinde.Se nauigamꝰ ī cunda tabula est pœnitentia, qua post baptismū resurgimus. post hoc sæculo baptismum enim lapsi per pœnitētiam reuocari valēt,sed non per baptismum.H.ad litteram.Prima tabula est nauis. Secunda tabula est scapha,qua in naufragio periculum vitatur.

" tabulaquā est duplex.

B ¶Quanto.] *Hæc pars videtur potius sumpta ex glossa ordinaria,quàm ex ipso Origene.*

Idem Hieronymus in cap.5. epistolæ ad Ephesios.

C. LXX.

Ecclesia Christi gloriosa est, non habens maculam [a] neq; rugam [b], aut aliquid istiusmodi. Qui ergo peccator est, & aliqua sorde maculatꝰ,de ecclesia [c] Christi non potest appellari,nec Christo subiectus dici. Possibile autē est, vt quomodo ecclesia, q̄ prius rugam habuit, & maculam A [d], in iuuentutem,&munditiam postea restituta est, ita & peccator curat ad medicum, quia non habēt opus sani medico,sed male habētes,vt curentur vulnera ipsorum, & fiant de ecclesia, quæ est corpus Christi.

A ¶Et maculam.]*Restitutus est locus ex originali.Antea legebatur*,& maculā,& immunditiam,& postea restituta est.

Idem in c.1.Amos.

C. LXXI.

Svper tribus [e] sceleribus Damasci, & super quattuor non conuertam [f] eum.]Iuxta [g] tropologiam [h] hoc possumus dicere.Primum peccatum est cogitasse,quę mala sunt.Secūdum,cogitationibus acquieuisse peruersis.Tertiū, quod mente decreueris, opere compleuisse. Quartum,post peccatum non agere pœnitētiam, & in suo sibi complacere delicto [i].

Idem epistol.65.ad Pammachium, & Oceanum.

C. LXXII.

Secunda post naufragium tabula [k] est,culpam simpliciter confiteri.Imitati estis errantē:imitamini & correctū. Errauimus iuuenes, emēdemur senes:iūgamus gemitus,lacrymas copulemus.

Idem.

¶*Caput hoc est in cōmentariis ad c.3.lamentationum Hieremiæ, qui non sunt B.Hieronymi,sed Rabani.*

C. LXXIII.

Qvia diuinitatis natura clemens est,& pia,magisq; ad indulgētiam, quàm ad vindictam prona,quia non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur,& viuat, si quis post lapsum peccatorum ad verā pœnitentiam se conuertit, cito à misericorde iudice veniam impetrabit.

Idem in c.12.Osee.

¶*Antea citabatur ex eodem in Malachiam.*

C. LXXIIII.

Ne forte peccati memores tardius reuertātur,[Adhuc, inquit,sedere vos faciam in tabernaculis, sicut in diebus festiuitatis: l] vt quod facit baptismaᵐ, hoc faciat pœnitentia,&habitent in tabernaculis Saluatoris, hoc est,in ecclesiis.

Idem in c.9.Danielis.

C. LXXV.

Prædixerat Hieremias [n] septuaginta annos desolationis templi: post quos rursus veniret populus in Iudæam,& ædificaretur templum,&Hierusalem.Quę res Danielem non facit negligentem, sed magis prouocat ad rogandum, vt quod Deus per suam promisit clementiam, per horum† impleat preces [o], ne negligentia superbiam, & superbia pariant offensam. Denique [p] in Genesi legimus q centum viginti annos pœnitentiæ constitutos ante diluuium: qui, quia tanto tempore, hoc est centum annis noluerunt agere pœnitentiam,

Ezc.18.& 33

l ¶*Festiuitatis.*] f.scenophegiæ:"in qua Iudæi singulis annis habitabant sub vmbraculis in memoriā quadraginta annorū quibus in deserto fuerūt sub tabernaculis: qua si dicat ad litteram: sicut enim olim vos de Aegypto liberaui, & habitastis in tabernaculis,sic &nunc educam vos de imminente captiuitate peccatorum,si ad me reuerti volueritis.

"Scenophegiæ festiuitas q̄ erat.

Hie.29.& 52

Additio. Per exitum de Aegypto significabatur baptismus siue baptismi redemptio, per istam liberationē effectus pœnitentiæ. Petr.

m ¶ *Quod facit baptisma.*]non ramen quod cumque, vt j.de consē.di.4.fine pœnitentia."vnde semper ista duo quamuis interdicta generale ponatur, excepta intelligū tur: ext.de sponſ.non est vobis. Item hoc facit pœnitentia quod baptismus quoad vitam æternam,nō quo ad hoc vt petere possit quis iure suo dispensationem acta pœnitentia,vt ext.de vo.c.1.in fi.& j.dist.6.c.1.

† al.huius

Gen.6. " Baptismꝰ & pnia ministrantur tempore interdicti.

Prædixerat.] Casvs.Hoc c.inducitur ad probandum,quod licet alicui venia promittatur, illam tamen debet cum instantia implorare,ne propter desidiam promissa venia retractetur.vnde licet Dominus per Hieremiam promiserit quòd filios Israel post lxx.annos desolationis tēpli reduceret in Hierusalem:Daniel tamen non fuit negligens in rogādo hanc:ne negligentia offensam pariat.vnde legitur in Genesi, quod mundus ante cxx. annos non defuisset: sed quia homines negligentes fuerunt circa pœnitentiā, ideo post centum annos mundus finitus est.

n ¶*Hieremias.*]in epistola,quam direxerat ad transmigrationem Babylonis dicens: Cum impleri cœperint lxx.anni, visitabo & reducam vos ad locum istum.

o ¶*Preces.*]3.23.q.4.obtineri.

p ¶*Denique.*]alia ratione probat,"quòd ab oratione non est cessandum : quia si Deus videt homines negligentes, mutat quod prius promiserat.

" Oratio sit assidua.

q ¶*In Genesi legimus.*]vbi dicitur,non permanebit spiritus meus in homine in æternum,quia caro est,ideſt,fragilis:"eruntq; dies eius cxx.anni.q.d.spiritus meus,id est, indignatio [c] mea, & ira mea non manebit in homine in æternum, id est,non erit æterna,quia non referuabo hominem in æternis cruciatibus, sed ipsum hic puniam temporaliter,scilicet diluuio.hoc dicit propter illos,qui in diluuio saluati sunt,& conuersi ad Deum.

" Hominis dies sunt cxx.anni. c 3.e.sed & continuo.

Source : BIU Cujas

a ¶ *Ante.*]numquid etiam iudex poteſt hoc facere poſt datas inducias? arg.quod ſic.ff.de re iud.quod iuſſit. idem etiam dices in ſententia lata ſub conditione extra de ſent.excom.à nobis.

b ¶*Poſtea.*]Arg.q; ſi teneris mihi librum ſcribere ad certum terminum,& tantum iam de tempore eſt lapſum,quòd in reſiduo ſcribere non poſſit, ſtatim poſſum agere contra te.ar.s.2.q.6.appellãtem.ff.de ver.ob.hoc iure. Arg.contra. ff.ſi quis cau. ſi eũ. §.1. ff. de re.iu.nulla intelligitur.ff.de ver.ob.in-
Hier.7. fulã. vbi ſoluitur hæc contrarietas.

c ¶*Comminatus.*] pœ
1.Reg.16. nam ſcilicet diluuij.

d ¶ *Abieci.*] quantum ad præſcientiam.

M*Edicina.*] Casvs.In hoc ca. oſtendit Ambr. quod operib. miſericordiæ
Dan.9. debet homo redimere peccata ſua eleemoſynas faciendo:nõ quod Deus ſit venalis:ſed ipſe venalis eſt qui ſe redimit.

e ¶*Peccata.*] i.pœnas debitas pro peccatis. Not.in hoc c.peccata
Eccl.10. ſecundùm 70 dici pœnas peccatorũ, quæ eleemoſynis redimũtur,& relaxan
"Eleemoſyna redimit peccata. tur. "vel eleemoſynæ redimunt peccata, i. oſtẽdunt eſſe dimiſſa. Vel legitur de miſericordia,vel eleemoſynæ virtute, quæ eſt ſpiritualis medicina animæ.

f ¶*Redime.*] s.41. diſt. non cogantur. arg. s.
Tob.12. diſt.82.presbyter.

g ¶ *Venundatus.*] s.15. q.1.non eſt.

h ¶*Eleemoſynis.*] s.ea. diſt.c.omnis.§.alij.& c.miror.

M*Edicamentum.* Casvs. Dicitur in hoc c.q;ſicut in cõfectione medicinali ex plurib. herbis cõfecta, aliqua illarum eſt dominãtior, ſic in pœnitentia facienda eleemoſyna dicitur dominari.Quod probatur auctoritate Euangelij.*Medicamentum*,i.eleemoſyna. & loquitur per ſimilitudinem:quia medicina eſt animæ.

i ¶*Medicamentum.*]id eſt,eleemoſyna.

k ¶ *Ipſa efficit.*] vbi deeſt oportunitasalia faciendi.

nequaquam,expectat,vt &viginti alij compleantur: ſed infert ante[a],quod poſtea[b] fuerat cõminatus[c].Vnde & ad Hieremiam dicitur ob duritiam cordis populi Iudæorũ.[Ne ores pro populo hoc, quia nõ audiam te.]Et ad Samuel [vſquequo luges ſuper Saul?& ego abieci[d] eum.]In cinere igitur, & ſacco poſtulat impleri, quod promiſerat Deus:non quo eſſet incredulus futurorum,ſed ne ſecuritas negligentiam,& negligentia pareret offenſam.

Item Ambroſius *in ſermone in Dominica de Abraham.*

¶ Operibus miſericordiæ Deum non eminus,ſed nos metipſos redimimus.

C. LXXVI.

MEdicina miſericordiæ tollit peccata[e] magna.] Habem[o] etiam plura ſubſidia,quibus peccata noſtra redimamus : pecuniã habes, redime[f] peccatum tuum. Non venialis eſt Dominus,ſed tu ipſe venalis es. Peccatis tuis venundatus[g] es:redime te operibus tuis, redime te pecunia tua. vilis pecunia, ſed pretioſa eſt miſericordia. ¶Eleemoſyna, inquit, à peccato liberat. Crima ergo eleemoſynis[h] redimuntur.

¶Caput hoc habetur in libro de Helia, & ieiunio,& ibi hæc antecedunt. Etſi grauia deliquimus, magnum medicum inuenimus: magnam medicinam gratiæ eius accepimus. [Medicina enim tollit peccata magna.] *Abeſt autem vox* miſericordiæ, *etiam à loco Eccleſiaſt. c.*10.

Item Ioannes os aureum,hom.9.ad ca.6. epiſtolæ ad Hebræos.

C. LXXVII.

MEdicamentũ[i] fortius quod maxime operatur in pœnitentia,hoc eſt.Sicut in præceptis medicinæ medicamentum multas quidem herbas accipit, vnam autem dominantiſſimam,ſic &in pœnitentia, dominantior iſta herba,& potentior eſt, & vniuerſum

l ¶*Date eleemoſynam.*] ſcilicet ordinate, "à vobis ipſis incipientes, vt eam vobis primum exhibeatis.j.diſt.3.qui vult.
ſynam primo nobis faciamus.

m ¶*Munda.*]ideſt,munde & ſine peccato poſſidebitis alia.

D*Eus definitionem.*] Casvs. Hugo ſic ponit hunc caſum. Dicit Ambro.in hoc ca.quòd Deus quemlibet peccatorem indifferenter recipit, dummodo pœniteat,& licentiam relaxandi de pœna cuilibet pœnitenti ſacerdotibus conceſſit. ſed maiora crimina maiori pœna ſunt pœna puniẽda.*Definitionem*,id eſt,diſtinctionem perſonarum.

n ¶*Deus.*]Casvs.Deus indifferenter quemlibet peccatorem recipit ſi pœniteat,& ſacerdotibus licentiam relaxandi de pœna cõceſſit, maiora tamen peccata maiori pœna punienda ſunt.

o ¶*Definitionem.*]ideſt,diſtinctionem perſonarum,ideſt,nullum vere pœnitentem à ſe excludit,vt s.29.q.2.c.1.§.1. Vel definitionem, ideſt, exceptionem peccatorum.

p ¶*Qui miſericordiam.*]ideſt, remiſſionem peccatorum à ſe per miſericordiam conferendam.

q ¶*Omnibus promiſit.*]vere pœnitentibus.24.q.2.c.legatur.

r ¶*Et relaxandi.*]ideſt,pœnam peccati dimittendi.

s ¶ *Sine vlla exceptione.*] id eſt,nullum excipiendo vel peccatorem vel peccatum: quia nullum peccatum eſt de quo nõ poſſit quis pœnitere,vt j.de conſe.diſt.4.nemo.

t ¶*Exaggeret.*] id eſt, ſi maior fuit culpa, maior ſit dolor de culpa, vel ſatisfactio pro culpa.

v ¶*Maioribus.*]s.24.q.1.non afferamus.

ipſa efficit[k]. Audi enim quid dicit diuina ſcriptura. [Date eleemoſynam[l] & ecce omnia munda[m] ſunt vobis.]

¶ *Græce ſic habet,* τὸ γὰρ μάλιστα ἰσχυρὸν ἐργαζόμενον τὸ φάρμακον τῆς μετανοίας τοῦτο ὄντι. καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν ἰατρικῶν βοηθημάτων ὄντι φάρμακον πολλὰς μὲν λαμβάνομεν βοτάνας, μίαν δὲ τὴν κυριωτάτην, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς μετανοίας αὕτη ἡ βοτάνη κυριωτέρα: καὶ τὸ πᾶν αὕτη γίνοιτο ἂν. *id eſt,*

Nam quod maxime validum reddit medicamentum pœnitentiæ,hoc eſt.Et ſicut in medicinalibus auxiliis eſt medicamẽtum, quod multas quidem herbas recipit,ſed vnam præcipuam,ac potentiſſimã:ita etiam in pœnitentia,hæc ipſa eſt potẽtior herba: ipſaq; omnino totum præſtiterit.Audi,&c.

Item Ambroſius lib. 1.*de pœnitentia,c.*2.

C. LXXVIII.

DEus[n] definitionem † [o]non facit, qui miſericordiam [p] ſuam promiſit omnibus[q], & relaxandi[r] licẽtiam ſacerdotibus ſuis ſine [s] vlla exceptione conceſſit. Sed qui culpam exaggeraut, exaggeret[t] etiam pœnitentiam.Maiora enim crimina maioribus[u] abluuntur fletibus.

*Idem lib.*2.*de pœnit.c.*10.

C. LXXIX.

FLeat[x] pro te mater Eccleſia, & culpam[y] tuam lacrymis lauet. Videat te Chriſtus mœrentem , vt dicat [Beati triſtes , quia gaudebitis.] Amat, vt pro vno multi rogent[z]. Denique in Euangelio motus viduæ lacrymis,quia plurimi pro ea flebant , filium eius reſuſcitauit.

Idem eodem libro 2.*c.*11.

C. LXXX.

ADam poſt culpam ſtatim[a] de paradiſo Deus eiecit.Nõ diſtulit:ſed ſtatim ſeparauit à delitiis, vt ageret pœnitentiam, ſtatim tunicam veſtiuit pelliceam, non ſericam.

Item Auguſtinus in lib. 50.*hom.homilia vltima,c.*3.

C. LXXXI.

5[1] TRes[b] ſunt actiones[c] pœnitentiæ, quas mecum ve-

FLeat.]Casvs.Dicitur in hoc c.q;ſi crimen eſt manifeſtũ, Luc.11.
dolere debes manifeſte & flere, vt pro te oret eccleſia:amat enim Deus vt multi rogent pro vno. Vnde quia multi rogabant pro filio viduæ, reſuſcitauit eam Deus ſicut legitur in Euangelio.

x ¶*Fleat*]ſ.ſi manifeſtũ fuerit crimen doleas manifeſte,&fleas vt pro te oret mater eccleſia.

y ¶*Et culpam.*]i.pœnã culpæ , ſi quo dignus es, poſt cordis contritionem per lacrymas & orationem ex toto † *al. diſtinctionem*] or.
deleas.

z ¶*Multi rogent.*] hoc etiam faciunt epiſcopi cum volunt ſuis nepotib. benefacere, & merito : quia perſonã Chriſti gerunt. 21.diſ. in nouo.

ADam *poſt.*]Casvs. Probatur in hoc c.exemplo Adæ , quòd ſtatim poſt delictum debet quis facere pœnitentiam, quia ſtatim poſt culpam Adã eiectus fuit de Paradiſo,vt ageret pœnitentiam.

a ¶*Statim.*] arg.quòd Matth.5.
ſententia lata ſtatim Luc.7.
executioni mandanda ſit,vt no.s.2.q.1.ſicut.11.q.3.cum apud.

TRes.] Hæc eſt 5. pars diſt.in qua ponit magiſter quæ ſunt genera peccatorum.Io.de Fan.

Casvs.Dicitur in hoc c.quòd tres modi agẽdi pœnitentiam inueniuntur. Primus eſt quando adultus volens baptizari pœnitentiam agit. Secundus quando quis quotidie pœnitet de peccatis venialib.Tertius quãdo agitur pœnitentia de mortalib. quæ prohibentur in decalogo.Ab illo autem ver.*Eſt enim pœnitentia.* tractat de ſe-
1 Et ĩ lib.de pœnit. medicina,c.2. 2 Sent.4. diſt.16.
cundo modo Aug.dicens,quod ſi aliquis contemnit venialia,&nõ agit pœnitentiam pro ipſis efficitur dignus morte,ſicut pro aliquo mortali peccato.& hoc probat per quamdam ſimilitudinem inductam de naui.Hug.autem ſic ponit hunc caſum. In hoc ca.oſtendit Aug.tria eſſe genera ſiue ſpecies pœnitentiæ.Vnum genus eſt ante baptiſmum de peccatis mortalibus,ſecũdum eſt ante &poſt baptiſmum de peccatis mortalibus. Poſtea oſtendit,quod ſicut venialia quotidie ſubrepunt, ita quotidie ſunt deflenda per aliquam ſatisfactionem:quia ſi multa collecta fuerint ſimul,ita grauabũt ſicut vnum mortale.

b ¶*Tres ſunt actiones.*]"Casvs." Tres ſunt modi agendi pœnitentiam. Primus quando adultus volens baptizari agit pœnitentiam. Secundus quando aliquis quotidie pœnittet de leuibus peccatis. Tertius quando aliquis pœnitentiam agit de mortalibus,quæ prohibentur in decalogo. Ab illo autem ver. *Eſt etiam pœnitentia.* tractat de ſecundo modo.nã ſi quis contemnit venialia,propter contemptum eorum conſtituitur dignus morte æterna. & hoc probat quadam ſimilitudine.
"Caſum ponit. "Pœnitẽtia trib⁹ modis agitur.

c ¶*Actiones.*]i.tribus modis agitur pœnitentia:ſcilicet ante baptiſmum, vt j.de conſe.diſ.4.agunt homines.poſt baptiſmum de mortalibus

Source : BIU Cujas

talibus peccatis, & quotidie de venialibus. j. dist.3. de quotidianis.

a ¶ *Vna est.*] quæ fit ab adultis cum baptizantur, vel ante.

b ¶ *Parturit.*] proprie ponitur hoc verbum, parturit. cum enim homo iam proponit & meditatur quòd baptizari velit, agere pœnitentiam incipit. " quæ pœnitentia nouum hominem parturit, id est, in nouum hominem, id est, de eo vetusto prius culpæ vetustatem habente facit nouum hominẽ, id est, gratiæ nouitatem habentem. de consecr. distin. 4. non dubito.

"Pœnitẽtia nouũ homi nẽ parturit.

c ¶ *Omnis.*] j. de consecr. dist. 4. omnis qui.

†al. abolitio.

d ¶ *Ad consecrationem.*] id est, sanctificationem vel satisfactionem.

1 j. de cons. di. 4. omnis.

e ¶ *Prodest.*] id est, sacramentum collatum in fide eorum. Vel prodest quia offerunt eum.

f ¶ *Supplicationis.*] qa semper debemus supplicare vt ab eo liberemur.

g ¶ *Desiderat.*] cum effectu.

h ¶ *Peccatis.*] pro mortalibus.

i ¶ *Si enim nosmetipsos.*] pœnitendo, affligendo, damnando nos de peccato.

k ¶ *Iudicaremur.*] id est, puniremur ad pœnam.

l ¶ *Est etiam pœnitentia.*] Modo redit ad secundum articulum.

m ¶ *Quæ humana.*] j. di. 3. c. incassum. §. sed verba. & c. de quotidianis.

n ¶ *Collecta.*] secundum illud. Et quæ nó prosunt singula, multa iuuant. proinde ergo iudicandum est de pluribus minutis vt de vno grandi & grauí delicto *, cui minora coaceruata æquantur. argum. ff. ex qui. caus. ma. necnon. §. si quis sæpius. & ff. de pact. si plures. arg. contra. ff. de iur. omn. iu. l. si idem. C. de iu. fancimus. §. pen.

* Qũo improprie tm̃ multa venialia pc̃tã constituant vnum pc̃tm̃ mortale. S. T. 1.2. q. 88. ar. 4. i corp.

Gal. 5.

o ¶ *Et oppriment.*] illa multa venialia, id est, contemptus eorum & vilipensio *: quod quidem peccatum est mortale. vel ipsum venial peccatum est mortale dum placet, vt 25. dist. §. nunc autem. vers. hinc etiam. aliàs enim ipsa venialia in purgatorio consumentur, & salui erimus quasi per ignem. 25. dist. qualis.

*Vide no. s. di. 25. c. vnũ orarium. in glos. in ver. criminale. 2 Bed. j Cor. 11. De cons. dist. 4. agũt homines.

p ¶ *Propter hæc ieiunia.*] scilicet leuia. vel propter hæc, scilicet omnia.

†al. pene Matth. 6.

Si peccatum.] Hæc est sexta pars distinct. in qua dicitur quòd licet peccata per contritionem & confessionem tollantur, remanet tamen pœna in hac vita vel in purgatorio. supplenisi esset in summa

vestra eruditio recognoscit. Sunt enim vsitatæ in ecclesia, & diligenter attendentibus notæ. Vna est [a], quæ nouum hominem parturit [b], donec per baptisma [A] salutare omnium præteritorum fiat ablutio † peccatorum. *& paulo post.* ¶ Omnis [c] enim, qui iam arbiter voluntatis suę cõstitutus est, cum accedit ad sacramenta fidelium, nisi eum pœniteat vitæ veteris, nouam non potest inchoare. Ab hac pœnitentia, cum baptizãtur soli paruuli sunt immunes. Nondum enim vti possunt libero arbitrio. Quibus tamen ad consecrationem [d], remissionemque originalis peccati prodest [e] eorum fides, à quibus offeruntur. *& infra* c. 4. ¶ Altera vero pœnitentia est, cuius actio per totam istam vitã, qua in carne mortali degimus, perpetua supplicationis [f] humilitate subeunda est. Primo, quia vitam æternam, incorruptibilem, immortalemque nullus desiderat [g] ? nisi eum vitæ huius temporalis, corruptibilis, mortalisque pœniteat. Non enim sic quisque in vitam nouam per sanctificationem baptismi nascitur, vt quemadmodum deponit ibi omnia peccata præterita: ita etiam statim mortalitatem ipsam carnis, corruptionemque deponat. *& infra* c. 9. ¶ Tertia actio est pœnitentię, quę pro illis peccatis [h] subeunda est, quæ legis decalogus continet, & de quibus Apostolus ait [quoniã qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.] In hac ergo pœnitentia maiorem quisq; in se seueritatem debet exercere, vt à seipso iudicatus, non iudicetur à Deo. sicut idẽ Apostolus ait [Si em̃ nosmetipsos [i] iudicaremus, à Domino non vtriq; iudicaremur [k].] *& infra.* [B] ¶ Est [c] etiam pœnitentia [l], bonorum, & humilium fidelium pœna † quotidiana, in qua pectora tundimus dicentes, [Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.] Neq; enim ea nobis dimitti volumus, quę dimissa non dubitamus in baptismo, sed illa vtiq;, quæ humanę [m] fragilitati quamuis parua, tamen crebra subrepunt: quæ si collecta [n] contra nos fuerint, ita nos grauabũt & opprimẽt [o], sicut vnũ aliquod grãde peccatũ. Quid enim interest ad naufragiũ, vtrum vno grãdi fluctu nauis operiatur, & obruatur, an paulatim subrepẽs aqua in sentinam, & per negligentiam derelicta: atq; contempta impleat nauẽ, atq; submergat? Propter hæc [P], ieiunia, & eleemosynę & orationes inuigilant: in quibus cũ dicimus [Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus,] manifestamus habere nos, quod nobis dimittatur: atque in his verbis humiliantes animas nostras, quotidianam quodammodo agere pœnitentiam non cessamus.

¶ *Caput hoc confectum est ex verbis B. Augustini in libro 50. homil. homil. vlt. (quæ etiam habentur fere eadem in lib. de pœnit. medic. c. 2.) & in epistola 108. ad Seleucianum.*

A ¶ Baptisma salutare.] *In homilia legitur,* per baptismum salutare, *in libro autem de pœnitentiæ medicina,* quę nouum hominem per baptismum parturit: donec salutaris omnium præteritorum peccatorum fiat ablutio.

B ¶ Et infra.] *Quæ sequuntur, integre habentur in epistola ad Seleucianum, sententia tamen, & aliqua verba leguntur etiam in eadem homilia, c. 8. & in lib. de pœnit. medicin. eodem c. 2. vbi de secunda actione pœnitentia agitur. Referuntur enim ad illam, quæ nunc subiiciuntur.*

c ¶ Est etiam.] *Antea legebatur,* Est enim. *Emendatum est ex loco indicato, & duobus vetustis Gratiani exemplaribus. Longe enim diuersa est hæc pœnitentia à proximis commemorata.*

Item Gregorius.

C. LXXXII.

63 SI peccatũ [q] Dauid tam detestabile Dominus transtulit, quid est, q; post omnia, quæ de eo dẽ peccato per prophetã ei à Domino dicta sunt, postmodũ tanta tolerauit? Sed proculdubio Dominus delictum sine vltione non deserit. Aut em̃ ipse hoc in se pœnitens punit [r]: aut hoc Deus cum homine [s] vindicans percutit. Nequaquã igitur peccato parcitur: quia nullatenus sine vindicta laxatur [t]. [4] Sic enim Dauid audire post cõfessionẽ meruit [Dominus trãstulit peccatũ tuum,] & tamen post multis cruciatibus [u] afflict⁹, ac fugiens, reatũ culpæ, quã perpetrauerat, exoluit. Sic nos salutis vnda à culpa primi hominis absoluimur. Sed tamen reatũ eiusdem culpę diluentes, absoluti quoque adhuc carnaliter obimus [A x]: quia delicta nostra siue per nos [y] siue per semetipsum [z] resecat etiam, cum relaxat. Ab electis enim suis iniquitatum maculas studet temporali afflictione tergere, quas in perpetuũ non vult in eis videre †.

¶ *Caput hoc integrum quidem habetur in commentariis, qui nomine Eucherij sunt editi, lib. 2. Reg. c. 8. sed magnam quoque partem*

contritione. de consec. dist. 4. per baptismum. Ioan. de Fant.

Casvs. Cum post pœnitentiam Dauid Dominus transtulit ab eo peccatum, quæritur quare postea pro eo peccato multas pœnas substulit. Et resp. Gregor. quòd licet peccatum esset sibi dimissum, tamen pœna, quam promeruit debetur: nam & si per baptismum nobis dimittitur originale peccatum, tamen post baptismum eius peccati pœnam, id est, pœnalitates corporis substinemus.

q ¶ *Si peccatum.*] "hic dicit peccatum: inferius, idem vocat delictum, & ita indifferenter vtitur his vocabulis Gregor. quod & in communi vsu loquendi fit. Augustus. tamen in quæstionibus Leuitici differentiam notat dicens: Declinare à bono est delictum, & peccatum facere malum. vnde apparet quòd peccatum mali est perpetratio: nã & opus est. infra dist. 3. inter hæc hircum. delictum enim est boni desertio. quid est aliud delictum quàm derelictum? Vel delictum appellatur proprie quod ignoranter fit: iuxta illud: Delicta iuuentutis meæ, & ignorantia, &c. peccatum vero quod scienter.

"Peccatum & delictum an sint idẽ.

r ¶ *Punit.*] supra eadem distinction. cap. si cui. §. item sicut. & cap. porro. j. eadem distinct. §. quæcumque.

Additio. Potest dici, quòd peccatum ad prolationem corporis refertur: iniquitas vero ad mentis acerbitatem. præcedit iniquitas, sequitur peccatum: sed grauior est iniquitas tamquam materia. Archidiaconus.

3 Pol. l. 6. tit. 20. Ans. l. 11. c. 157. 2. Reg. 12.

s ¶ *Cum homine.*] id est, per hominem, tamquam ministrum, vt per hostem. arg. 23. q. 5. remittuntur. 15. q. 1. nec is. vel cum ipso homine, sed est cum homo punit se sufficienter.

4 ibid.

t ¶ *Laxatur.*] ẽ. ead. dist. c. omnis. §. alij. econtra. & cap. nullus debite.

u ¶ *Cruciatibus.*] j. ea. dist. §. non sunt. & c. quem pœnitet.

x ¶ *Obimus.*] aliàs luimus, id est propter peccatum Adæ mortem carnis incurrimus, & alias pœnalitates sustinemus [a].

a De consc. dist. 4. non ex quo.

x ¶ *Obimus.*] id est, ne cessitati mortis subiicimur.

y ¶ *Siue per nos.*] cum pœnitentiam agimus.

z ¶ *Siue per semetipsum.*] in baptismo. infra de consecrat. distinctione 4. fine pœnitentia.

†al. vindicare

Source : BIU Cujas

SIcut primi.]Casvs.H.sic ponit hunc casum.Per primum hominem,& Dauid ostendit Au.q̃ licet per baptismum & pœnitentiam nobis dimittantur peccata,tamen postea mors & aliæ pœnalitates pro originali peccato inflictæ remanent ad agonem & exercitium.*Primi hominis*,scilicet Adæ,& Euæ.

a ¶*Sicut primi.*] Per primos homines, & per Dauid ostenditur, q̃ licet per pœnitentiam vel baptismum nobis dimittatur peccata, "tamen postea mors & aliæ pœnalitates pro originali peccato inflictæ remanent ad agonem & exercitium.

"Mors & aliæ pœnalitates,p pctō originali sūt inflictæ.

b ¶*Reuocari.*] eodem modo quo primo fuerant:cū non subiacebāt morti & aliis pœnalitatibus sibi postea inflictis.[a]

a Tūc enim erat homo potēs ñ mori, sed post resurrectionem est nō potens mori.Petr.

c ¶*Meruit.*]id est,obtinuit. q. d. talis fuit confessio,cui data est venia.sim.8.dist.connem est nō suetudo.

d ¶*A filio.*] i.per filiū Absalonem.dist.47.c. sicut. §.necesse.gl.est

2.Reg.12. si.in l.seruo legato.§. 1.ff.de leg.1.

e ¶*Et nunc dicitur.*]i. obiicitur à quibusdā hęreticis,qui dicebāt peccata in contritione quātum ad vitam æternam non posse dimitti.

f ¶*Nisi.*]q.d.si quæritur,nisi,i.sed:quia rectissime si dictum fuerit.si quæsitum: resp. vel est ibi sic, & tunc ita,nisi,i.sed:quia rectissime sic dictū fuerit quasi:quia rationabile est quod ita respondetur, &c. & q̃, nisi,ponatur pro sed, inuenitur 38. dist. ſedulo.

g ¶*Impediretur.*] non vt per hoc temporalem pœnam euitet. arg.23.q.4.si is.

"Pœnitentia quare ,p peccato im ponitur.

h ¶*Humilitate.*]" imponitur ergo pœnitētia pro peccato, vt humilitas exerceatur, & ne disciplina ecclesiæ deseratur. 23. q.5. excōicatorū. & vt satisfiat ecclesiæ, quæ scandalizata est.j.ea. iudicet.&ad cautelā. 50. dist. presbyteros. 34.q.2.in lectum.

i ¶*Exerceretur.*]j.dist. 3.§.hæc de charitate. & c.productior.

k ¶*Ademit.*]arg.q̃ licet destruatur principale,remanet accessorium. arg. extra de conuer.coniu. quidā. extra de spons.ad audientiam. ff.de const. pecun.item.§.1.C.de præd.mi. & si is.ff.de min. in causæ.2. Arg. cōtra.ff.de re.iu.causa principalis.&C.de leg.& const. non dubium.C.de vsur.eos.

r in Enchiridio,c.65.

2Sen.4.dist. 20.Poly.l.6. tit.20. Anſ. l.11.c.144. Iuo p.2.c.4. & p.15.c.23.

Psal.50.

apud B.Gregorium lib.9.moralium,c.27.

A ¶ Obimus.] *Apud B.Gregorium sequitur*, Bene ergo dicitur[sciens,quòd non parceres delinquenti] quia,&c. *repetit enim ipse verba illa Iob sibi ad interpretandum proposita.Eucherius autem habet vt Gratianus.*

Item Augustinus de peccatorum meritis,& remiss.lib.2.c.34.

C. LXXXIII.

SIcut primi [a] homines postea iuste viuendo merito creduntur per Domini sanguinem ab extremo iudicio liberati,non tamen in illa vita meruerunt ad paradisum reuocari [b],sic & caro peccati,etiam si remissis peccatis homo in ea iuste vixerit, non continuo meretur eam mortē non perpeti, quam traxit de propagine peccati. Tale aliquid nobis insinuatum est de patriarcha Dauid in libro Regnorum, ad quem propheta cum missus esset,eiq; propter peccatum,quod admiserat,euentura mala ex iracundia Dei comminaretur,confessione peccati veniam meruit [c], respondente propheta, quòd illud ei flagitium, facinusq; remissum sit: & tamen consecuta sunt,quæ Deus fuerat comminatus, vt sic humiliaretur à filio [d]. Quare [A] & nunc dicitur [e],si Deus propter peccatum, illud fuerat cōminatus, cur dimisso peccato, quod erat minatus,impleuit? nisi [f] quia rectissime, si sic dictū fuerit, respōdebitur, remissionem illam peccati factam, ne homo à percipienda vita impediretur [g] ęterna, subsecutum vero illius comminationis effectum,vt pietas hominis in illa humilitate [h] exerceretur [i], atque probaretur. Sic & mortem corporis propter hoc peccatum Deus homini inflixit:& post peccatorū remissionem propter exercendam iustitiam non ademit [k].

A ¶Quare & nūc.]*In originali legitur*,Quare & hic non dicitur. *Sed ob glossam non est mutatum. Alia vero multa ex eodem sunt emendata.*

Idem in homilia de pœnitentia.[r]

¶ Doloris mensura potius,quàm [t]temporis in actione pœnitentiæ considerandaest. LXXXIIII.

7 [2] IN actione [l] pœnitentiæ,vbi tale [m] crimē commissum est, vt is,qui cōmisit, à Christi etiam corpore separetur,nō tam considerandaest mensura [n] temporis, quàm doloris.[Cor enim contritum, & humiliatū Deus nō spernit.]Verum,quia plerumq; dolor alterius cordis occult [o] est alteri [o], neq; in aliorum notitiam nisi [A] per verba [p],vel quæcunque alia signa procedit, cum sit coram illo, cui dicitur [gemitus meus à te nō est abscōditus,]recte cōstituuntur [q] ab his [r],qui ecclesiæ præsunt, tēpora pęnitentiæ,vt satisfiat etiam ecclesiæ, in qua remittuntur ipsa peccata.Extra [s] eam quippe non remittuntur.[3] Ergo [B] cum tanta est plaga peccati, atq; [i]mpetus morbi,vt medicamenta [t] corporis & sanguinis Domini differēda sint, auctoritate [u] antistitis debet ab altario remoueri ad agēdam pœnitentiam, & eadem auctoritate reconciliari.

A ¶Nisi per verba.]*Ab originali abest dictio*, nisi.*sed habita est ratio glossæ.*

B ¶ Ergo.] *Hæc non sunt in Enchiridio,sed in epist.118.ad Ianuarium, sub alterius persona. Ita enim loquitur.* Alius contra: immo,inquit,si tanta est plaga peccati, &c.

Idem in eadem homil. 50.c.11.[4]

C. LXXXV.

5 IVdicet seipsum homo in istis voluntate,dum potest,& mores conuertat in melius: ne cum iam non poterit,etiam præter voluntatem à Domino iudicetur.Et cum in se protulerit seueriſſimę [x] medicinæ † sententiam, veniat ad antistites [y], per quos illi claues [z] in ecclesia ministrātur,& tāquam bonus incipiēs iam esse filius,maternorum [a] membrorū ordine [b] custodito,à prępositis [c] sacrorum accipiat satisfactionis suæ modū, vt in offerendo sacrificio contribulati cordis deuotus,& ſupplex, id tamen agat,quod non solū ipsi prosit ad recipiēdam salutem,sed etiam ceteris [d] ad exemplum, vt si peccatū eius non solū in graui eius malo, sed etiam in tanto † [e] scandalo est aliorum,atq; hoc expedire vtilitati ecclesiæ videtur antistiti, in notitia [f] multorum, vel etiam totius plebis agere pœnitentiam non recusęt, non resistat,non lethali,& mortiferæ plagæ per pudorē addat tumorem. *& infra.* ¶Multi enim corriguntur, vt Petrus: [6] multi [g] tolerantur,vt Iudas,&c.

4 Et in l.de pœnitentię medic.c.3.

5 Beda ad Epheſ.5. Sen.4.di.17. Iuo p. 15. c.24.

"Pœnitentiæ ordo.

† *al.medicina, sed tamen medicinæ sententiam.*

†abest ab orig.

6 2.q.1. multi.

IN *actione.*]Hęc est septima pars distinct.in qua dicitur,quòd vbi pœnitentia non statuitur à canone, relinquitur arbitrio boni viri: quia Deus incipit magis mensuram laboris, id est,cordis quàm temporis.Ioan.de Fant.

Casvs.Iste sic consueuit poni.Dicitur enim hic,q̃ quando peccatū ita magnum est,q̃ peccator dignus est priuari corpore Christi, sacerdos potius debet considerare mensurā doloris quam temporis. sed quia dolor est occultus quandoque ita statuuntur tempora pœnitentiæ ab eo,qui vices eius gerit,cui gemitus nō est abscōditus, vt peccatum puniatur si nō est per dolorem sufficienter dimissum siue punitū,& vt satisfaciat ecclesiæ, quam læsit:& ideo quicumq; pro occulto crimine à cōmunione vult abstinere, faciat hoc au ctoritate sacerdotis.

l ¶*In actione.*] i.in agenda satisfactione, vt j.de consec. dist.3. de pœnitentibus.

m ¶*Vbi tale.*]de consc.dist.3.de pœnitentibus.

n ¶*Mensura.*]j.ead. mensuram.

o ¶*Occultus est alteri.*]ſ.24.quęst.3.Deus quando.

p ¶*Per verba.*]ſ.22.q. 2.is autem.& q.5.humanæ.ff.de sup.leg.l. Labeo.§.1. & extr.de spon.cum apud.

3Sen.4.dist. 17. Eugyppus. tom.1. par.125.

q ¶*Constituuntur.*]id est,præfiguntur.

r ¶*Ab his.*]ſ.26.q.vlt. tempora.

s ¶*Extra.*]ſ.11.q.3.illud plane.

t ¶*Medicamenta.*]quia per illa augentur virtutes & confirmantur & conseruantur.

u ¶*Auctoritate.*]ſ.ea. dist.sunt qui arbitrantur. & c.facilius.

Additio.Dic vt not. ſ.ea.di.qui sanctus.in gl.1.Arch.

Vdicet.] Casvs. Ostēdit Aug. quis ordo sit seruandus in accipienda pœnitentia. "Primo enim debet quis cōfiteri.ſ.ea. sufficit.deinde se damnare &redarguere,& proponere in corde confiteri & satisfacere ad arbitrium ecclesiæ, & postea veniat ad sacerdotem, & ab eo accipiat pœnitentiam: & si crimen est publicum vnde scandalum ortum sit, publice recipiat,& agat pœnitentiam.*Iudicet*, id est,condemnet.

x ¶*Seueriſſimæ.*]vnde, Sæpe tulit lapsis sucus amarus opem.

y ¶*Ad antistites.*] ſ.6. q.3.denique.arg.ſ.18. q.2.abbas.

z ¶*Claues.*] qui vult pœnitentiam accipere,veniat ad suum sacerdotem, qui eum ligare poterit &absoluere: non ad alienum,vt ext.de pœ.& rem.omnis vtriusq;.

a ¶*Maternorum.*] id est,filiorum ecclesiæ.

b ¶*Ordine.*] de quo ordine habes ſ. ea.q. 2. admonere. 12. q. 2. de viro. vel ordine illo quem expressi in casu.

c ¶*A prępositis.*] scilicet à sacerdotibus qui præponuntur sacramentis ministrandis.

d ¶*Ceteris.*]hoc quando crimen est publicum,prout sequitur.

e ¶*In tanto.*]id est,multo.

f ¶*In notitia.*] de notoriis & enormibus peccatis intelligitur hoc arg.supra 26.q.6.cap.vlt.

g ¶*Multi.*]supra 2.quæst.1.multi.

Source : BIU Cujas

Mensuram.] Casvs. Hug. sic ponit hunc casum. Hic Hierony. reddit causam quare in vnoquoque crimine non est determinatum tempus pœnitentiæ: quia apud Deum non tantum valet mensura temporis quantum doloris: & ideo relinquitur arbitrio sacerdotis, qui prout viderit expedire assignet tempus breue vel prolixum: sed ne ignoret sacerdos modum imponendi pœnitentiam, in quibusdam criminibus modi & tempora pœnitentiæ sunt determinata. Sequens autem cap. scilicet, quis aliquando planum est.

1 Alcuinus de eccl. officiis c. de capite jeiunij. Sent. 4. dist. 20. Poly. l. 6. tit. 20. Ans. l. 11. c. 145. Burc. l. 19. c. 31. Iuo p. 15. c. 149.

a ¶*Pro vnoquoque.*] id est, pro genere cuiuslibet criminis.

b ¶*In arbitrio.*] id est, in arbitrio sacerdotis est relictum statuere tempus pœnitentiæ. arg. ff. de iu. deli. l. 1. ℨ. 26. q. vlt. c. tempora.

c ¶*Sacerdotis.*] hoc tamen cum pœna non est expressa: quia cum pœna est expressa, illam debet imponere. arg. extra de off. iud. dele. de causis. j. dist. 5. falsas. ex causa tamen aggrauare potest, & mitigare. arg. 50. dist. de his. Quid si inique arbitratus est, & minorem pœnam imponat quam debeat? si est ordinarius eius iudex siue sacerdos curatus, & dispensandi animo hoc facit, sufficit illa licet modica ad delendum peccatum. si per errorem, & ab isto pœnitente credebatur peritus, sufficit illa minor pœnitentia ad delendum peccatum, & omnem pœnam alterius vitæ, dummodo pœnitens qui eam recipit, maiorem suscipere paratus esset si sibi imponeretur, argu. j. ead. dist. quem pœnitet. versi. sæpe. si autem credebat eum imperitum, in culpa est, nec releuabitur hac sola pœnitentia. idem iuris est si ad alium iuit, non ad suum iudicem. cum suus sacerdos esset peritus: quia eo casu in culpa fuit: si autem suus sacerdos non erat peritus, & ideo iuit ad alium, quia hoc sibi licet. infra dist. 6. placuit. & ille male est arbitratus, dic vt dixi in ordinario.

"Pœnitētia minor an liberet pœnitentem.

Item Hieronymus.

¶Mortificatio vitiorum magis, quàm abstinentia ciborum, pœnitenti necessaria est. C. LXXXVI.

1 Mensuram autem temporis in agenda pœnitentia idcirco non satis aperte † præfigunt canones pro vnoquoque a crimine, vt de singulis dicant, qualiter vnumquodque emẽdandum sit, sed magis in arbitrio b sacerdotis c intelligentis relinquendum statuunt: quia apud Deum non tam valet mensura tẽporis, quàm doloris d, nec abstinentia e tantum ciborum, quàm mortificatio vitiorum. Propter quod ipsa tempora pœnitentiæ pro fide, & conuersatione f pœnitentium ab breuianda præcipiunt, & pro negligentia g protelanda. Extant tamen pro quibusdam culpis h pœnitentiæ modi impositi, iuxta quos ceteræ perpendendæ sunt culpæ, cum sit facile per eosdem modos vindictam, & censuram canonum æstimare.

¶*Caput hoc, quod Burchardus etiam & Iuo citant ex dictis* B. *Hieronymi, beatus Rhenanus in suis adnotationibus in Tertullianum testatur se legisse in antiquo pœnitentiali. Et ex eo, ac ceteris collectoribus nonnulla sunt emendata, & postrema clausula etiam aucta. Sententia autem habetur etiam 7. cap. c. 21. & in epistola Basilij ad Amphilochium, c. 2. & in synodo Metensi anni 859. cap. 10.*

Item Ioannes Chrysostomus: [*id est auctor operis imperfecti in Matthæum, homilia* 40.]

C. LXXXVII.

Quis aliquando vidit clericum cito pœnitentiam agentem? Sed etsi deprehensus i humiliauerit k se, non ideo dolet, quia peccauit: sed confunditur, quia perdidit gloriam l suam.

d ¶*Doloris.*] Vnde & tantam contritionem posset sacerdos perpendere in homine, quòd nullam satisfactionem exteriorem ei imponeret.

e ¶*Abstinentia.*] j. de consec. dist. 5. ieiunium. ℨ. dist. 86. quid prodest.

f ¶*Conuersatione.*] ℨ. 11. q. 3. plerumque.

g ¶*Negligentia.*] ℨ. 50. dist. de his clericis. ℨ. 26. q. 7. sacerdos.

h ¶*Cupis.*] vt in fornicatione sacerdotis cum filia spirituali. 30. q. 1. si quis sacerdos. ℨ. 82. dist. presbyter. & in multis aliis.

i Quis aliquando.] ¶*Deprehensus.*] in aliquo peccato.

k ¶*Humiliauerit.*] id est, humiliatus apparuerit.

l ¶*Gloriam.*] ideſt, laudem & famam, qua ab hominibus laudabatur: quia credebatur esse bonus. & ita habes ex hoc cap.

"Monacho malo nil deterius.

q clerici deteriores sunt laicis. 8. q. 1. qualis. " sic & monachi delinquentes omnibus sunt deteriores. 47. dist. quantumlibet. & ℨ. 24. q. 3. transferunt. vnde etiam dicitur, à sanctuario meo incipite, vt ℨ. 50. dist. & purgabit. & hoc destruit ecclesiam vehementer, vt 8. quęst. 1. qualis.

HIS AVCTORITATIBVS. Hæc est octaua pars dist. quę diuiditur in tres partes. In prima recapitulat canones in prima parte positos, & positis ipsorum canonum principiis, dicitur qualiter sunt intelligendi. Secunda ibi, *Econtra auctoritas.* Tertia ibi, *Econtra ea.* Ioan. de Fant.

Casvs. Ex præallegatis auctoritatibus ab illo. §. *Alij econtra.* cõcludit G. peccata non dimitti sine oris confessione & operis satisfactione, & incipit respondere auctoritatibus primo inductis pro alia parte scilicet quæ asserit peccata in sola cordis contritione dimitti, soluendo eas quandoque bene, quandoque male, vt dicit Hug. Postea in §. *Econtra ea.* defendit sententiam illam, quòd sola confessione peccata delentur, & ita alternatim incedit, nunc pro hac parte, nunc pro illa allegando. & scias quòd vnus debet esse §. vsque ad §. *Econtra.* Hanc tamen auctoritatem *Non tibi dico*, de nouo inducit vt eam soluat, quia videbatur facere pro alia parte, ad cuius solutionem inducit auctoritatem Ioannis Chryso. & casus duarum illarum auctoritatum plani sunt: quidam tamen habent capitula in principiis omniũ auctoritatum: quod esse non debet. sed si velles facere capitula in illis duabus nouis auctoritatibus, facies §. ibi, *Non ita.* similiter, & illud.

2 Sen. 4. dist. 17.

Luc. 22.

HIS AVCTORITATIBVS. Hic concludit, quòd non sola cõtritione cordis peccata dimittuntur, & respondet auctoritatibus inductis pro alia parte, quæ asserit scilicet peccata sola contritione cordis dimitti posse. post in §. *econtra ea.* defendit sententiam illam quòd sola confessione delentur, & ita alternatim incedit, nunc pro hac parte, nunc pro illa allegando.

Psal. 36. Esa. 55.

† Ambr. ℨ. e. c. lauent. Sen. 4. di. 17.

m ¶*Negationis.*] vnde quidam dicunt, quòd negando ter peccauit, triplex amor expiauit, & trina confessio. 6. q. 1. imitare.

3 Io. Chryso. homil. 31. in epistol. ad Hebræos. Psal. 36.

n ¶*Totum vitæ tempus.*] est hic arg. " q intrãti monasterium non est imponenda pœnitentia de peccato ante commisso: qa nec Astulpho imponitur si intrat monasterium. arg. ℨ. q. 2. admonere. & hoc propter continuationem pœnitentiæ & exercitij, quæ in monachis exiguntur. argu. 16. q. 1. vos. extra de sen. exc. cum illorum. & arg. opti. extra de vo. & vot. redemp. scripturæ.

" Monasterium intrãti an sit pœnitentia imponenda.

o ¶*Leonis.*] ℨ. e. dist. c. voluissent. §. ex his omnibus. & c. sufficit. Magnum saltum fecit hic G. quia cum deberet inferre auctoritatem Ambrosij de Petro propositam, illa, scilicet Petrus. ℨ. ead. dist. circa prin. infert auctoritatem Leonis, quam induxit. ℨ. e. §. ex his omnibus. & pro alia parte.

p ¶*Sed ei.*] non dicit verum quia non negat, & esset necessaria pœnitenti exterior satisfactio, si ibi adsit facultas, sed dicit sufficit confessio, quæ fit Deo & sacerdoti si adest facultas.

q ¶*Delictum.*] non videtur congrua hæc solutio, contrarium magis innuitur. j. ead. dist. §. vlt. H.

Additio. Aliàs similem secundum Lau. sed Hug. in sua gl. ponit idem, &c.

r ¶*Non tibi.*] nunc primo inducit hanc auctoritatem, quæ videtur facere pro alia parte, vt eam soluat.

s ¶*Vt te.*] id est, tuum peccatum secretum. a

t ¶*Accuses.*] aliàs accuses te de illo crimine.

v ¶*Reuela.*] lingua cordis, & non carnis. vnde subdit ante, &c.

x ¶*Viam.*] id est, peccatum.

y ¶*Confitere.*] sacerdoti. Vel in memoria semper habeas ea postquam cõfessus es sacerdoti. In memoria dico quo ad flendum, non quo ad agendum vel delectandum. vnde subdit, apud, &c.

z ¶*Non lingua.*] tantum. Vel non lingua secundum aliam expositionem, scilicet vt intelligatur de peccatis iam confessis sacerdoti.

a ¶*Peccata.*] ea scilicet cum dolore pœnitentiæ commemorando.

b ¶*Continue.*] ℨ. dist. 81. valet. contra. b

c ¶*Secreta.*] ℨ. 2. q. 1. si peccauerit. ℨ. 15. q. 3. de crimine.

d ¶*Purgantur.*] duplicem innuit solutionem, primam scilicet de occulto crimine, quod sufficit confiteri soli Deo per sacerdotem, nec in publico necesse est illud confiteri. & hanc ponit ibi, secreta, &c.

a Secus cũ crimen est publicũ, & manifestũ, l; psona sit incerta. 5. q. 1. c. 2. & illud vt puniatur infamãs, & alter ab infamia facti purgetur, vt ibi no. Hug.

b ibi logtur đ memoria ad delectandũ, q̃ memoria est improbabilis. 15. q. 1. mulier. hic loqtur de memoria ad flẽdũ, & hęc est laudabilis. đ hac ẽt hĩ dist. 3. Iudas. secũdũ Hu. & Pe.

Source : BIU Cujas

secundam quòd intelligitur de crimine iam confesso sacerdoti: quia illud soli Deo confiteri semper debemus, non voce, sed corde, & hanc ponit ibi, nec necesse est, & cætera.

1 in e.13. homil.Sent.4. dist.17.

a ¶ *Denuo confiteamur.*] "in quibusdam tamen casibus tenetur pluries illud idem confiteri, scilicet propter imperitiam sacerdotum: quia si sacerdos meus imperitus est, teneor confessionem sibi factam alij discretiori propagare. j. dist.6.c.1.& c. placuit. Item pro contemptu satisfactionis. arg. j. dist.3. si Apostolus. Item pro enormitate delicti, vt si sacerdos audito crimine remittat eum ad superiorem, vt iterum crimine exposito pœnitentiam sibi imponat. argu. extra de pœnit.& remiss.c. significauit. argum. s. ea.q.2.latorem. Quartum etiam assignamus, qui tamen non est expeditus, puta pro diminutione confessionis, vt cum quis plura habet mortalia, & vnum confiteretur. argum. j. dist.3. sunt plures.

"Confessio eiusdē peccati qnque dēt iterari.

2.Reg.11.

2 s.e.facili[a].

Psal.31.s.e. dixi.

†*al.indicasti*

3s.e.magna

†*al.indicauerit*

4 s.e.si cui.

5 s.e.facili[a]. Ezech.33.

b ¶ *Si recorderis.*] s. distinct.81.valet.contra. j. distinct.3.§.siue autem quis. & c. Iudas.

6 s.ea conuertimini. &, scindite.

c ¶ *Dicebat.*] per Nathan in libro Regum.

7 ibid.

d ¶ *Ad omnes.*] arg.61. dist. miramur. versic. vbi est.

e ¶ *Similiter.*] scilicet sine publica satisfactione, & publica confessione.

a Et nota q̄ oēs auctoritates quas hic repetit Gra. positæ sunt s. ab illo §. hoc idē vsque ad §. alij ecōtra.

f ¶ *Qui crimen.*] s. ea. dist. facilius. [a]

†*al.habitaculum*

g ¶ *Remissibilem.*] non bene soluit. hoc enim erat & ante. Vel hoc dicit propter sequentem satisfactionem. poterat enim esse q̄ contemneret satisfacere, & tunc non remitteretur.

h ¶ *Cuncta.*] s. ead.§. hoc idem.

i ¶ *Remissionis.*] pœnæ temporalis, aliàs falsum diceret.

k ¶ *Articulum.*] id est, intellectum.

l ¶ *Plenaria.*] quantum ad pœnam temporalem.

ADDITIO. Aliàs non dicit verum, secundum H.

8 s.in hoc e tract. Grat. ex homil.31 ad Heb. s.e. facilius.

m ¶ *Reatu.*] pœna scilicet temporali debita pro reatu.

ECONTRA. Hæc est secunda pars octauæ partis distinct. secundum Ioannem de Fantu.

CASVS. Allegat nunc Gratian. pro alia parte, scilicet quòd cordis contritione dimittuntur peccata, respondendo quibusdam superius allegatis, quòd ad confirmandam suam allegationem in-

necesse, vt quæ semel sacerdoti confessi fuerimus, denuo [a] *confiteamur, sed lingua cordis, non carnis apud iudicem verum ea iugiter confiteri debemus. Hinc etiam idem Ioannes Chrysostomus ait,* [1] *Nunc autem si recorderis* [b] *peccatorum tuorum, & frequenter* [c] *ea in conspectu Dei pronunties, & pro eis clementiam eius deprecaris, citius illa delebis. Si autem nunc obliviscaris peccatorum tuorum, tunc eorum recordaberis, & nolens, quando in toto mundo publicabuntur, & in conspectu proferentur omnium tam amicorum tuorum, quàm inimicorum, & sanctorum Angelorum, cælestiumque virtutum. Non enim ad Dauid solum dicebat* [c] *Quæ tu secreto fecisti, ego cunctis manifestabo, sed etiam ad omnes* [d] *nos hoc dicitur.*] [2] *Similiter* [e] *& illud Prosperi intelligitur.* [*Qui crimen* [f] *suum vltro cognoscunt, & aut illud propriis confessionibus produnt, aut nescientibus aliis, quales occulti sunt, &c.*] [*aliis nescientibus*] *id est, occulta confessione istis peccatum suum confitentibus, non publice illud manifestantibus. Item illud prophetæ* [*Dixi confitebor, & tu remisisti*] *id est, remissibilem* [g] *iudicasti* † [*impietatem peccati mei.*] *Ita & illud Augustini intelligitur.* [3] *Magna pietas Dei, vt ad solam promissionem peccata dimiserit,*] *id est, remissibilia iudicauerit* †. *Item ibidem.* [*Votum pro opere reputatur, cum deest facultas operis.*] *Vnde votum confessionis reputatur pro opere vocis, cum deest facultas confessionis. Item* [4] *voluntas remuneratur non opus*] *ita intelligitur, voluntas facit opus remunerabile, non opus voluntatem. Item illud* [5] *In quacumque hora peccator conuersus fuerit, &c.*] *conuerti dicitur, qui omnino vertitur: omnino vertitur, cuius opus vox, & cogitatio ita mortificationi desudat peccati, sicut prius seruierat iniquitati. Ita intelligitur & illud* [6] *conuertimini ad me, &c.*] *Item* [*scindite corda vestra, & non vestimenta*] *eis dicitur, qui nulla interiori satisfactione præcedente, sed sola exteriori se Deum posse placare confidunt.* [7] *Item cuncta* [h]*, quæ de leprosis mundatis, vel de Lazaro resuscitato inducuntur, ad contritionem cordis non ad veniam remissionis* [i] *referenda sunt. Obstinatio enim animi, & confessionis contemptus, quædam mors est impietatis, & lepra superbiæ, à qua quisque reuiuiscit, dum sibi per gratiam dolor delicti, & votum confessionis inspiratur. Ad hunc etiam articulum* [k] *pertinent ea, quæ de viuentibus, vel in luce ambulantibus, vel dilectionem Dei habentibus, vel de habitaculis* † *spiritus sancti factis dicta sunt: vt hæc omnia quisque dicatur assecutus ex cordis contritione, quam habet, non ex plenaria* [l] *peccati remissione, quam nondum inuenit. Sicut enim in baptismo remittitur peccatum, & tamen eius pœna reseruatur, sic per contritionem cordis quisque à Deo resuscitari dicitur: licet adhuc reatu* [m] *peccati teneatur. Non ergo præmissis auctoritatibus, vel argumentis, sine confessione oris: & satisfactione operis aliquis probatur à peccato mundari.*

2 [8] *Econtra* [n] *auctoritas* [o] *illa Ioannis Chrysostomi, & Prosperi* [p] *contra mentem auctoris extorta* [q] *videtur. Non enim dicitur* [*non dico tibi, vt te publice accuses*] *sed* [*non dico tibi, vt apud alios te accuses.*] *Sic & Prosper non ait* [*omnibus*] *sed simpliciter* [*aliis nescientibus.*] *Vnde euidentissime* [p] *datur intelligi, quòd sine confessione oris peccata possunt deleri. Ea vero, quæ ad exhortationem pœnitentiæ* [r]*, & confessionis dicta sunt, non huic sententiæ contraire videntur. Vel enim sunt verba exhortationis, non iussionis, sicut illud* [*Confitemini* [s] *alterutrum peccata vestra, &c.*] *vel si qua iubendo sunt dicta, non ad oris confessionem: sed cordis, non ad exteriorem satisfactionem, sed interiorem referenda sunt. Est enim pœnitentia alia interior, alia exterior. Interior pœnitentia est illa, de qua Augustinus ait* [9] *Omnis* [t]*, qui suæ voluntatis arbiter constitutus est, non potest inchoare nouam vitam, nisi pœniteat eum veteris vitæ.*] ¶ *Item de eadem Petrus in actibus Apostolorum legitur dixisse* [*Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum,*] *Quod de interiori pœnitentia, non exteriori dictum accipitur. De exteriori vero pœnitentia Ambrosius ait super epistolam ad Romanos* [10] *Gratia* [v] *Dei in baptismate non quærit gemitum, vel planctum, non opus aliquod, sed solum contritionem* † *cordis, & omnia gratis condonat.*] ¶ *Quæcumque* [x] *ergo de pœnitentia iubendo dicta sunt, non ad exteriorem, vt diximus, sed interiorem referenda sunt, sine qua nullus vnquam Deo reconciliari poterit.* ¶ [11] *Illud autem Augustini* [y]*, quo quisque negatur veniam posse consequi, nisi prius quantulamcumque peccati soluerit pœnam* [z]*, non huic sententiæ inuenitur aduersum. Nullus enim asseritur à peccato mundari, nisi peccati passus fuerit pœnam. Sed aliud est, peccatum sacerdoti confiteri, & eius arbitrio de peccato satisfacere: atque aliud, Deo corde confiteri, & secreta satisfactione peccatum in seipso punire* [a]*. Est enim pœnitentia (vt ait Augustinus* [12]*) dolor cordis, quo quisque in se punit, quod deliquit. De hac iterum satisfactione idem ait in Psalmum quinquagesimum, exponens* [13] *Quoniam* [z] *iniquitatem meam ego cognosco.*] *Tu ne punias, quia ego punio: ignosce, quia ego agnosco. & infra.* [*Sic Deus misericordiam dat, vt seruet veritatem, vt non peccata* [b] *eius sint impunita, cui ignoscit enim seipsum punienti. Misericordia est, quòd homo liberatur, veritas, quòd peccatum punitur.*] *Idem in Psalmum octuagesimum quartum,* [*Veritas de terra orta est.*] [c] *id est, confessio ab homine, vt se accuset: & sic iustitia de cælo prospexit, vt publicanus confitens rediit iustificatus: iustitia de cælo prospexit: quasi Deus dicat, parcamus huic, quia non parcit sibi: ignoscamus, quia agnoscit* [d]*.*] *& infra.* [*De cælo ergo iustitia prospexit, id est, à Deo data est iustificatio confitenti.*]

¶ *Hæc ergo secreta satisfactio leuium, siue occultorum criminum Deo offerenda est: nec sine pœna relaxari probantur, quæ sic expiari creduntur. Ea vero, quæ de publica satisfactione, vel oris confessione dicuntur, in publicis, & manifestis criminibus intelligenda sunt. Peccata namque Nabuchodonosor, quæ propheta misericordiis, & eleemosynis redimi suasit, peccata quoque Niniuitarum, quæ publica* [e] *satisfactione expiata sunt, cunctis nota erant. Et publica noxa (vt Augustinus testatur* [14]*) publicè secreta est Deo satisfactio facienda: pro manifestis vero peccatis publica. Quod probatur exemplo Nabuchodonosor, & Niniuitarum, & auctoritate Augustini.*

ducit tres auctoritates, duas directo, & aliam indirecto. Hug. tamen facit ibi cap. *omnis qui suæ.* sed tamen est in cap. supra ead. tres. & ibi similiter gratia Dei. sed certe mihi videtur quòd totus sit vnus §. vsque ad §. *quæcumque.* quem sta tim ponam. Iac.5. ibid.

n ¶ *Econtra*] hic incipit iterum defendere sententiam illam, quæ dicit sola cordis contritione peccata remitti.

o ¶ *Auctoritas.*] s. eadem, §. his auctoritatibus. verfic. non tibi dico. & ver. nunc autem. 9 s.c.tres.§. oīs. & j. de conf. dist.4. c.omnis. Act.2.

p ¶ *Prosperi.*] s. ea. facilius.

q ¶ *Extorta.*] id est, extorte exposita. 10 Ad c.11.j. de cōf. di.4. fine pnia. Sen.4.di.4.

r ¶ *Exhortationem.*] aliam responsionem ponit j. vel si qua iubendo. tertiam. j. ea. §. hæc ergo. †*al.ex corde professionem*

s ¶ *Confitemini.*] supra dist.25.c.vnum.§. criminis. contra. sed hic minus bene dicit [b] G. quod corrigit infra ea. §. econtra ea quæ. [c] 11 s. nullus debitæ. b Ad hoc j. e. dist. c. vlt. ver. sed tñ. c dt H. q̄ nō est curandū de his q̄ G. hic distinguit: sed videas q̄d no. j. e. dist.5. in summa. Ar.

t ¶ *Omnis.*] s. ead. tres actiones. 12 in lib. de vera & falsa pœnit. c.8. j. dist.3. pœnitentia.

v ¶ *Gratias Dei.*] infra de consec. dist.4. fine pœnitentia. 13 Sumpta sententia non verba.

QVAECVMQVE. CASVS. Infert ergo Gratia. & dicit quòd quę de pęnitentia facienda dicta sunt, ad interiorem pœnitentiam, & non ad exteriorem sunt referēda. postea exponit quandam auctoritatem Aug. quæ contraria videbatur, & ad hanc suam expositionem Aug. inducit tres auctoritates.

x ¶ *Quæcumque.*] allegando dicit. [d] dVñ dt Hu. qñ est verū q̄d dt. q̄cūq; sed aliqua.

y ¶ *Augustini.*] s. ead. dist. c. omnis. §. alij. & c. nullus.

z ¶ *Pœnam.*] saltem interiorem, scilicet cordis contritionem & dolorem. Luc.18.

a ¶ *Punire.*] j. ea. dist. 3. §. hæc de charitate. c. pœnitentia est.

b ¶ *Peccata.*] s. ea. distinctio. si peccatum Dauid. s. ead. dist. nullus debita.

c ¶ *Orta est.*] aliàs, veritas de terra orta est, id est, Christus de Maria. 35. quæst. 10. fraternitatis. Dan.4.

d ¶ *Agnoscit.*] peccatum suum.

HAEC ERGO SECRETA. CASVS. Infert nunc Gra. quòd pro leuibus peccatis vel occultis secreta est Deo satisfactio facienda: pro manifestis vero peccatis publica. Quod probatur exemplo Nabuchodonosor, & Niniuitarum, & auctoritate Augustini. Ionæ 3. 14 Sen.4.di. 17. Beda ad c.8. Lucę ex Aug. & ad c.5. Marc. & ibi gl. ord.

e ¶ *Publica.*] s. 32. q. 4. nemo. s. 2. q. 1. si peccauerit.

Source : BIU Cujas

a ¶*Publico.*] id est, si tempus confessionis & satisfactionis habuit.

ECONTRA. Hæc est tertia pars octauæ partis distin. secundum Ioan. de Fant.

CASVS. Nunc pro alia parte allegat G. scilicet quòd confessio oris est necessaria, dicens quòd supradicta partim pondere carent, & partim non: nam occulta peccata secreta satisfactione purgantur: publica vero manifesta pœnitentia purgantur, nullum tamen graue delictum, si facultas affuerit confitendi. sine confessione purgatur, quod probat tribus auctoritatibus, scilicet Leonis, Augustini, & Ambrosij, & vno exemplo Domini: & ad hoc inducit G. auctoritatem Leuitici. & licet sit de §. isto: tamen hunc casum sic ponas.

b ¶*Econtra.*] Hic ponit G. veram solutionem, "scilicet q̃ necessaria est oris confessio vbi facultas est confitendi, & quòd pœnitẽtia debeat agi auctoritate sacerdotis, & ad hoc probandum inducit factum Domini quando suscitauit filium Archisynagogi.

1 s̃. e. multiplex.

"Confessio oris necessaria est.

2 s̃. e. agite.

3 s̃. e. verbũ.

c ¶*Leonis.*] s̃. eadem dist. §. alij. & c. multiplex.

d ¶*Quod nescit.*] arg. ff. de acquiren. poss. l. possideri. §. Neratius. ff. de contrahen. emp. in l. fundi. & eod. tit. Matth. 9. in l. qui fundum. §. fundi.

e ¶*Quomodo.*] s̃. eadem dist. §. alij. c. agite.

f ¶*Item quomodo.*] supra ea. distinct. §. alij. & c. agite. & cap. verbum.

†al. vita

g ¶*Prosperum.*] supra ead. dist. §. item ficut. & c. facilius.

h ¶*Non sunt hæc.*] quæ pro parte contraria dicta sunt, scilicet quòd sine confessione oris peccata gratia dimittantur.

Ex Leuit. 27

†al. vouendo consecrauerit

i ¶ *Archisynagogi.*] scilicet principalis laici.

k ¶*Suscitauit.*] j̃. eadem quem pœnitet. in fi.

l ¶ *Secreta.*] arg. esse secreta quæ fiunt sub præsentia quinque hominum.

QVI DOMVM SVAM. CASVS. Casum hunc sic breuiter pone. Primo ponit G. verba Leuitici, etsi non per omnia. Secundo exponit ea moraliter. Ad euidentiam tamen eorum quę hic dicuntur, nota quòd ad litteram ita erat in veteri testamento, quòd si quis offerebat domum suam, vel agrum, vel vineam, vel aliquid aliud tabernaculo, & postea pœnitebat, si volebat rem recuperare, addita quinta parte æstimationis totius rei pretium persoluebat tabernaculo, & rem recuberabat. & faciendа erat hæc solutio ad siclum sanctuarij, qui maioris ponderis erat quàm siclus vulgaris: postquam autem conuenerat de pretio inter sacerdotem, & eum qui debebat redimere rem, retinebat emptor agrum vsque ad annum iubilæum, quem tunc restituebat

4 Lu. 23. B. Greg. in homil. 20. in Euangelia.

blico a *eget remedio.* ¶ *Præmissis itaque auctoritatibus pro manifestis criminibus manifesta probatur offerenda satisfactio, & oris confessio. Latentia vero peccata non probantur sacerdoti necessario confitenda, & eius arbitrio expianda.*

3 *Econtra* b *ea, quæ in assertione huius sententiæ dicta sunt, partim veritate nituntur, partim pondere carent. Sine contritione etenim cordis, nullum peccatum posse dimitti, occulta vero peccata secreta satisfactione, publica quoque manifesta pœnitentia expiari debere firmissima constat ratione subnixum. Porro sine confessione oris, si facultas confitendi non defuerit, aliquod graue delictum expiari, auctoritati penitus probatur aduersum. Quomodo enim secundum auctoritatem Leonis* c [1] *Papæ sine supplicationibus sacerdotum indulgentia nequit obtineri, si sine oris confessione à peccato possumus emundari? Quis enim supplicabit pro peccato, quod nescit* d? ¶ [2] *Item, quomodo* e *secundum Augustinum frustra claues ecclesiæ, qui sine arbitrio sacerdotis pœnitentiam agit, si sine oris confessione, criminis indulgentiam impetrat?* ¶ *Item* [3]. *Quomodo* f *secundum Ambrosium ius ligandi & soluendi solis sacerdotibus à Domino creditur esse permissum, si quisque suo arbitrio seipsum peccando ligat, vel secreta pœnitentia, secundum Prosperum* g *in seipsum sententiam profert excommunicationis, atque post satisfactionem, absque sacerdotali iudicio seipsum Deo, vel altari eius reconciliat?* ¶ *Non sunt hæc* h *præmissis auctoritatibus consentanea: sed multorum exemplis probantur aduersa. Filiam namque Archisynagogi* i *turbis eiectis Dominus suscitauit* k: *non tamen, nisi præsentibus patre & matre puellæ, Petro quoque, Iacobo, & Ioanne, vitæ† reddita est. In quo moraliter instruimur, vt secreta* l *peccata, quæ per mortem puellæ intelliguntur, nõ nisi supplicationibus ecclesiæ, quæ per patrem & matrem puellæ designantur, & sacerdotum ministerio, qui per Petrum, & ceteros intelliguntur, à Domino existimentur dimitti.* ¶ *Item in Leuitico* F, *Qui domum suam, vel agrum Domino vouerit†, vel consecrauerit, non potest eum* m *redimere, nisi siclo* n *sanctuarij, sacerdote quoque (non ipso) supputante* o *annorum numerum vsque ad iubilæum. In quo similiter docemur, quòd quicumque domum conscientiæ, vel agrum conuersationis per pœnitentiam Domino offerre, atque pretio bonorum operum de vana vitæ suæ conuersatione seipsum redimere voluerit, non potest hoc facere, nisi siclo sanctuarij, id est, operibus pœnitentiæ, sacra scriptura præfixis* [4]. *Vnde venientibus ad se turbis beatus Ioannes non ait simpliciter, facite pœnitentiam, vel fructus pœnitentiæ, sed addit* [dignos:] *vt pro qualitate videlicet peccatorum, qualitas offeratur bonorum operum. Non enim par debet esse fructus* p *boni operis, eius, qui nihil, vel parum deliquit, atque eius, qui grandia commisit. Ille tanquam nullius criminis sibi conscius vsum sibi in rebus licitis præbet: hunc tamquam multis grauatum, etiam à licitis* q *temperare oportet. In iubilæo plena remissio præstabatur. Vnde per eum perfecta peccati remissio figuratur. Sacerdos ergo numerum annorum vsque ad iubilæum supputat, cum eius arbitrio pœnitentiæ tempora definiuntur, quibus quisque plenam peccati remissionem inueniat* [5]. *Non enim (sicut Hesychius ait super eundem locum) statim post definitam pœnitentiam quisque à peccato* r *plene mundatur* s. ¶ *Cum ergo, vt ex præmissis colligitur, tempora pœnitentiæ arbitrio sacerdotis definiantur, euidentissime apparet sine confessione* t *propriæ vocis peccata non dimitti. Quis enim tempora pœnitentiæ alicui præfiget, nisi primum peccata sua sibi manifestare curauerit.* ¶ [6] *Item, Taciturnitas* v *peccati ex superbia nascitur cordis. Ideo enim peccatum suum quisque celare desiderat, ne iniquitas sua aliis manifesta fiat, ne talis reputetur apud homines foris, qualem se iamdudum exhibuit diuino conspectui. Quod ex fonte superbiæ nasci nulli dubium est: species etenim superbiæ est se velle videri iustum, qui peccator est, atque hypocrita conuincitur, qui ad imitationem primorum parentum tergiuersatione verborum peccata sua leuigare contendit: vel sicut Cain, peccatum suum reticendo penitus supprimere quærit. Vbi autem* x *superbia regnat, vel hypocrisis, humilitas locum habere non potest. Sine humilitate vero alicui veniam sperare non licet. Nec ergo, vbi est taciturnitas confessionis, venia est speranda criminis. Probatur hoc idem auctoritate Augustini qui in libro de vera, & falsa pœnitentia, cap. 10. ait.*

A ¶ Ioannis Chrysostomi.] *Supra eadem, c. lacryma. notatum est hæc esse verba* B. *Ambrosij, quem citat magister sententiarum.*

B ¶Non lingua.] *Græce est,* ἐυχόμεθα, εἰ καὶ μὴ τῇ γλώττῃ, ἀλλὰ τῇ μνήμῃ. *id est*, preces fundens, si minus lingua, at saltem memoria.

c ¶ Et frequenter.] σωτηρίως αὐτὰς προσφέρεις τοῦτο καὶ ὑπὲρ αὐτῶν δέῃ. *id est*, assidue illa offeras Deo, & pro ipsis deprecaris.

D ¶ Vnde euidentissime.] *Loquitur ex persona aduersam partem substinentis. Vere enim ex illis auctoritatibus non hoc colligitur. Qui enim sacerdoti tamquam Deo confitetur, is minime dicitur se apud alios accusare, sed potius nescientibus aliis seipsum punire. Ac manifesto Chrysostomus dicit id, quod nunc negatur dicere,* non dico, inquit, tibi, publica teipsum, neque apud alios te accusa. *Hoc enim secundum membrum valet idem, ac primum. vt apud alios se accusare, sit idem, quod seipsum publicare. Quare paulo post Gratianus ipse hæc, quæ nunc afferuntur, refellit.* Econtra ea, quæ in assertione, &c.

a ¶ *Iubilæus.*] id est quinquagesimus. & dicitur iubilæus annus remissionis: quia eo anno debita remittebantur, & serui efficiebantur liberi, & omnia reuertebantur ad statum pristinum.

m ¶*Eam.*] supra 17. q. 4. sunt. Leuit. 25.

n ¶ *Nisi siclo.*] siclus continet xx. obolos. argu. 1. quæst. 1. iudices. versus:

Tres siclos obolus, obolos tres drachma, sed octo

Vncia fert drachmas, duodena dat vncia libram.

Siclus habet septem drachmas obolo minus vno.

5 in lib. 7. ad c. 25. Leuit. & ibi in gl. ord. hĩ sñia.

o ¶ *Supputante.*] id est, computante à tempore, scilicet redemptionis, cum quis redimebat secundum quòd annus iubilæus vicinus vel remotus erat, iuxta computationem sacerdotis magis vel minus persoluebat iuxta modum illum, vt si ager recipiebat sementem triginta modiorum, sacerdos petere deberet quinquaginta siclos. Vel addebatur quinta pars pretij, vt dixi.

6 sen. 4. di. 17

Gen. 4.

p ¶ *Fructus.*] id est, pœnitentia: quia non tanta imponenda est ei, quanta magis peccanti.

"pctm quo tpe pœnitẽtiæ remittitur.

q ¶ *Licitis.*] supra 11. quæst. 1. aliud. supra ea. §. ex his omnibus. & c. aliud.

r ¶*Peccato.*] "hic colligitur, quòd toto tempore pœnitentiæ remittitur peccatum. argum. infra eadem, quem pœnitet. ficut ex toto tempore obstructum est, &c. ff. de minoribus. lege, tertia. §. primo. quod verum est quo ad pœnam. quo ad culpam reprimitur in primo momento contritionis.

s ¶ *Mundatur.*] quo ad exteriorem pœnam, scilicet temporalem, vt supra eadem distinctione. c. si peccatum. & supra distinction. c. ficut & primi.

a Hoc vult glo. dicere, Verũ est q̃ ĩ contritione cordis ante oris cõfessiõnẽ pctm dimittitur, dz tñ pœnitẽs hñe volũtatẽ confitẽdi ecclesiæ, si tps & facultas affuerit: alioqn ñ est vere pœnitens, & non dimittitur ei pctm. Si vero dimissa opctõ ĩ cordis cõtritione & habita volũtate ecclesiæ confitẽdi, postea mutet volũtatẽ, & nolit pctm cõfiteri, iã est reñ pctī iã dimissi, sz pctī qđ cõmittit nolẽdo & cõtẽnẽdo cõfiteri: qđ est aliud à pctõ iam dimisso. Hu.

t ¶ *Confessione.*] vnde Boethius in libro de consolatione: Si opera medicantis expectas, oportet vt vulnus detegas tuum.

v ¶ *Item taciturnitas.*] hæc argumentatio de taciturnitate non iuuat Gratianum. nam cum peccator cui iam peccatum est dimissum tacet & contemnit confiteri, hoc est iam aliud peccatum quàm primum. a

x ¶ *Vbi autem.*] supra vigesima secunda, quæstion. secunda. cum humilitatis.

Source : BIU Cujas

Qvem pœnitet.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in quattuor partes. Primo dicit quòd quilibet per seipsum debet confiteri sacerdoti, & non per nuntium, vel epistolam, vt ita maiori afficiatur verecundia, quæ partem pœnitentiæ releuat. Secundo dicit quòd qui vult confiteri, discretum debet eligere sacerdotem cui confiteatur, qui sciat ligare & soluere. Tertio quòd qui copiam sacerdotis non habet, confiteatur proximo, & ex desiderio sacerdotis veniam consequetur. Quarto dicit quòd si peccatum occultum est, sufficit referri in notitiam sacerdotis. Si publicum est, eius confessio debet fieri publice in conspectu ecclesiæ, vt eius precibus adiuuetur. Secunda pars ibi, *quare qui confiteri.* Tertia ibi, *Tanta itaq;*. Quarta ibi, *Si peccatum. Ora*, id est, peccata ore ad os mundantis. forte de leprosis loquitur, quibus præcepit Dominus vt se sacerdotibus demonstrarent.

tsen.4.di.17

†al.mundatis

Luc.17.

Leuit.6.

a ¶ *Omnino.*] id est, perfectè conteratur de omnibus, id est, de omni peccato, & eius varietate. j. distinct.5. consideret. & dist. 6. qui vult.

b ¶ *Ostendat.*] per exteriora enim præsumitur de interioribus, vt hic, & supra dist.50. si quis diaconus.

c ¶ *Per nuntium.*] & ita non potest hic per alium quod per se potest. ff. de solutionib. inter artifices. & extra de cler. non resid. quia nonnulli.

d ¶ *Per scriptum.*] supra 30. quæst.5. qualis contra. sed ibi non dicitur quòd ita accipiatur, sed quòd accepta in scripturis redigatur, ne detur obliuioni.

e ¶ *Munus.*] scilicet hircum [a], id est pœnitẽtiam designatam per hircum.

f ¶ *Ex misericordia.*] id est, misericordiam repromittens.

g ¶ *Hoc præcepit.*] my &ice, vbi dixit: Vade & ostende te sacerdotibus.

h ¶ *Timore.*] id est, propter timorem seruilem.

i ¶ *Offensi.*] scilicet Dei, quem peccando offenderat.

k ¶ *Veniale.*] supra eadem dist. §. alij. & c. serpens. *Veniale*, id est, dignum venia. *Vel fit*, id est, ostenditur per confessionem esse veniale. vel fit veniale secũdum aliam litteram, id est, ad vitam non impendens.

l ¶ *Purgatur.*] id est, purgari non videtur propter pœnam exteriorem exterioris satisfactionis quæ adhuc restat. ẽ. ead. distinct. si peccatum Dauid. j. ead. distinct. vltima. §. vltimo.

a Qui significat animã pœnitẽtẽ. j. e. di. 3. inter hæc hircũ. Arc.

†al.qui misericors

E ¶ Quoniam iniquitatem.] *Hic, & in aliis duobus sequentibus locis, non refert ipsa omnino verba beati Augustini, sed sententiam.*

F ¶ Leuitico.] *Itidem & hoc loco refertur sententia Leuit. in cap. 27. non ipsa verba, idemque paulo post fit de Hesychio.*

C. LXXXVIII.

1 QVem pœnitet omnino [a] pœniteat, & dolorem lacrymis ostendat [b]: repræsentet vitam suam Deo per sacerdotem, præueniat iudicium Dei per confessionem. Præcepit enim Dominus mundandis †, vt ostenderent ora sacerdotibus, docens corporali præsentia confitenda peccata, non per nuntium [c], non per scriptum [d] manifestanda. Dixit enim [Ora mõstrate] & [Omnes] non vnus pro omnibus: non alium statuatis nuntium, qui pro vobis offerat munus [e] à Moyse statutum: sed qui per vos peccastis, per vos erubescatis. Erubescentia enim ipsa partem habet remissionis. Ex misericordia [f] enim hoc præcepit [g] Dominus, vt neminem pœniteret in occulto. In hoc enim quòd per seipsum dicit sacerdoti, & erubescentiam vincit timore [h] offensi [i], fit venia criminis. Fit enim per confessionem veniale [k], quod criminale erat in operatione: & si non statim purgatur [l], fit tamen vitale [m], quod commiserat mortale. Multum enim satisfactionis obtulit, qui erubescentiæ dominans, nihil eorum: quæ commisit, nuntio Dei denegauit. Deus enim misericors †, & iustus est: sicut conseruat misericordiam in iustitia, ita & iustitiam in misericordia. Opus enim est misericordiæ, peccanti [n] peccata dimittere: sed oportet, vt iustus misereatur [o] iuste. Oportet enim, vt non solum, quid [p], sed in quo [q] dolea [r], consideret [s], si dignus est, non dico iustitia [t], sed misericordia [u]. Iustitia enim sola damnat: sed dignus misericordia est, qui spirituali labore [x] petit gratiam. Laborat enim mens patiendo erubescentiam, & quoniam verecundia magna est pœna, qui erubescit pro Christo, fit dignus misericordia. Vnde patet, quòd quanto pluribus [y] confitebitur in spe veniæ turpitudinem criminis, tanto facilius [z] consequetur misericordiam remissionis. Ipsi enim sacerdotes plus iam possunt proficere, plus confitentibus parcere. Quibus [a] enim remittunt, remittit Dominus. [2] Lazarum enim † de monumento iam suscitatum obtulit Dominus discipulis soluendum, per hoc ostendens potestatem soluendi concessam sacerdotibus. Dixit enim, [Quodcumq; solueritis super terram [b], soluetur & in cœlis,] hoc est, ego Deus, & omnes ordines cœlestis militiæ, & omnes sancti in gloria mea laudant vobiscum, & confirmant [c], quos ligatis [d], & soluitis [e]. Non dixit, quos putatis ligare, aut soluere, sed in quos exercetis opus iustitiæ [f], aut misericordiæ [g]. Alia autem opera vestra [h] in peccatores non agnosco [3]. Quare, qui confiteri vult peccata, vt inueniat gratiam, quærat sacerdotem scientem [i] ligare & soluere: ne, cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer monet, & petit, ne ambo in foueam cadant, quam stultus euitare noluit. Tanta itaque vis confessionis est, vt si deest sacerdos, confiteatur proximo. Sæpe enim contingit, quòd pœnitens non potest confiteri coram sacerdote: quem desiderãti [k] nec locus [l], nec tempus offert. Etsi ille [m] cui confitebitur, potestatem soluendi non habet: fit tamen dignus venia ex sacerdotis desiderio [n], qui socio confitetur turpitudinem criminis. Mundati enim sunt leprosi, dum irent ostendere ora sacerdotibus, antequam ad eos peruenirent. Vnde patet Dominum ad cor respicere, dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotes peruenire. Sæpe quidem eos quærunt sani, & læti: sed dum quærunt, antequam ad eos perueniat, moriuntur. Sed Dei misericordia est vbique, qui & iustis [s] nouit parcere, & si non tam cito [o], sicut si soluerentur [p] à sacerdote. Qui ergo confitetur, omnino sacerdoti meliori, quàm potest confiteatur: & si peccatum occultum est, sufficiat referri in notitiam sacerdotis.

m ¶ *Vitale.*] id est, eius pœnitentia confert, & impetrat vitam.

n ¶ *Peccanti.*] scilicet discrete: & hoc est quod sequitur, sed oportet, &c.

o ¶ *Misereatur.*] scilicet puniendo peccatum.

p ¶ *Quid.*] id est, propter quid, scilicet propter quod peccatum.

q ¶ *Sed in quo.*] scilicet dolorem patiatur, scilicet in pœna.

r ¶ *Doleat.*] scilicet pœnitens.

s ¶ *Consideret.*] sacerdos.

t ¶ *Iustitia.*] si enim sola iustitia respiciatur, nullus saluatur, vel consequitur veniam criminis.

2 sen.4.di.18

u ¶ *Sed misericordia.*] scilicet vt non punia tur æternaliter.

†al.quem

x ¶ *Labore.*] nihil enim carius emitur, quam quod precibus impetratur, vt dicit Seneca. arg. ad hoc. 8. q. 2. illud [6].

Ioan.21.

b Et hic labor fit per cordis contritionem.

y ¶ *Pluribus.*] argum. j. dist. 6. placuit. arg. contra. 5. distinct. ead. §. ex his. sub illo §. non ita.

z ¶ *Facilius.*] "quia tot sacerdotes obligat ad orandum pro se, quot sacerdotibus confitetur, vt infra eadem, quamuis.

" Confiteri pluribus vtile est.

a ¶ *Quibus.*] arg. pro remissionibus, quæ fiunt ad potestates, & ad alia [c].

3 j. dist. 6. qui vult. Sen. 4. di. 17. cDe qb. leg. & no. ext. d pœn. quod autem. Arc.

b ¶ *Super terram.*] id est, in ecclesia: quia extra ecclesiam nulla vera solutio vel ligatio fieri potest. supra 1. quæstio. 1. remissionem. 24. q. 1. cap. quicumque.

c ¶ *Et confirmant.*] eos iuste ligatos esse.

d ¶ *Quos ligatis.*] iuste & misericorditer pœnis pro peccatis impositis, & eos iustos esse solutos.

e ¶ *Soluitis.*] iuste & misericorditer à pœnis.

f ¶ *Iustitia.*] iusta pœna ligandi.

g ¶ *Aut misericordiæ.*] aliquid de pœna relaxando vel aliquem communioni sacramentorum reconciliando.

h ¶ *Opera vestra.*] scilicet quòd dimittatis per vos peccata.

i ¶ *Scientem.*] si enim in eius parochia non est discretus sacerdos, eius qui præest consensu talem adeat [d],

d Dic vt dixi supra distinct. 6. pla ẽ. e. iudicuit. & extra de pœnitent. & remission. omnis. cet. Arc.

k ¶ *Quem desiderãti.*] aliàs, quem desiderat.

l ¶ *Locus.*] ff. de exerc. l. 1. in prin.

m ¶ *Et si ille.*] infra de conf. dist. 4. c. factum est. in princ.

n ¶ *Et sacerdotis desiderio.*] infra eadem quæstione quinta, quod Deo.

o ¶ *Et si non tam cito.*] supra dist. 50. si quis diaconus.

p ¶ *Soluerentur.*] ab eo, quo ad pœnam temporalem.

Source : BIU Cujas

a ¶ *Sacerdotis.*]Deus quem non fallit peccati qualitas, nec pec cantis affectus, vt 24. q.3. Deus quando veram de pœnitẽte promit sententiam. sed presbyter qui mentem alterius non potest videre, talia confitentis verba iudicat, qualia foris sonant. vnde indignum absoluit frequenter, vt 24. q.3. Deus. & 22.q.5. humanæ. alioquin verũ non esset quod hic dicitur: cũ apud Deum nullas patiatur veniæ moras peccatoris cõuersio, vt 26. q. 6. his qui tempore. s. e. dist. multiplex. Vel hoc ad temporalem pœnam referatur. "licet enim peccatum dimittatur ne homo ab accipienda vita æterna impediatur, vt s. ead. sicut primi. non tamen si peccato parcitur pœna remittitur: qa nullatenus sine vindicta relaxatur, sicut patet in Dauid, vt s. ea. dist. si peccatum.

Luc.18. Luc.7. Ioan.11. † *supplicans*]orig. "Peccatum quare dimittitur.

b ¶ *Suscitauit.*]quid significẽt isti tres mortui, habes j. dist. 2. super tribus.

c ¶ *Sufficere.*] ad celeriorem & plenam pœnæ temporalis absolutionem, vt s. di. e. multiplex. & c. sufficiat. & c. fleat. & j. di. 5. consideret. in fin. 13. q.2. tempus.

ansen. 4. di. 17

d ¶ *Meritum.*] id est, auctoritatem, quam vocat meritum: quia de merito charitatis suæ habet auctoritatem ligandi & soluendi. arg. 40. dist. c. 1.

Q *Vamuis plenitudo.*] Hæc est nona pars dist. secundum Ioan. de Fant.

Casvs. Consuetudo erat alicubi, q; pœnitentes accipiendo pœnitentiam de occultis peccatis, cogebantur ea sacerdotibus publice confiteri, ita quòd populus audiret: quam consuetudinẽ remouet Leo: quia plures propter hoc à pœnitentia reuocabantur. Vnde dicit, confessio sufficit quæ primum fit Deo, & postea sacerdoti. tunc enim plures ad pœnitentiam poterunt prouocari.

2 s. e. sufficit

e ¶ *Plenitudo.*] id est, perfectio in fide.

f ¶ *Quia non omnium.*] hæc negatio & sequens æquipollent affirmationi. ff. de verb. sign. duobus.[a]

a q.d. imo multorũ talia sunt quæ timent publicare.

g ¶ *Improbabilis.*] secundum quam occulta peccata in publico confitebantur compulsi ad hoc multi: propter quod pœnitentiam declinabant.

re in notitiam sacerdotis[a], vt grata sit oblatio muneris. Nam in resuscitatione filiæ principis pauci interfuerunt, qui viderent. Nondum enim erat sepulta, nondum extra portam ciuitatis delata, nondum extra domum in notitiam deportata. Intus resuscitauit, quam intus inuenit, relictis solis Petro, & Ioanne, & Iacobo, & patre, & matre puellæ, in quibus figuraliter continentur sacerdotes ecclesiæ. Quos autem extra inuenit, animaduertendum est, quomodo suscitauit[b]. Flebat enim turba post filium viduę. Fleuit Martha, & Maria supplicantes † pro fratre. Flebat etiam turba, quæ Mariam fuerat secuta, lachrymis Mariæ admonita. In quo docemur publice peccantibus non proprium, sed ecclesiæ sufficere[c] meritum[d].

A ¶ Vitale.] *In originali est*, veniale. *sed aderat glossa.*

B ¶ Et iustis.] *Si consideretur tota orationis series, videtur legendum*, & istis. *verumtamen omnes codices collati concordant cum lectione Gratiani.*

Item Leo Papa epist. 78. *al.* 80.

¶ Sufficit illa confessio, quæ primum Deo, deinde sacerdoti offertur.

C. LXXXIX.

9 1 QVamuis plenitudo[e] fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur: tamen, quia non omnium[f] huiusmodi sunt peccata, vt ea, qui pœnitentiam poscunt, non timeãt publicare, remoueatur tam improbabilis[g] consuetudo: ne multi à pœnitentiæ remediis arceantur: dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta referare, ꝓ quibus[h] possunt legũ cõstitutione percelli[i]. 2 Sufficit[k] enim illa confessio, quæ primum Deo offertur, tum etiam sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit. Tunc enim demum plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.

Quibus auctoritatibus, vel quibus rationum firmamentis vtraque sententia satisfactionis, & confessionis l *innitatur, in medium breuiter* m *exposuimus. Cui autem harum potius adhærendum sit lectoris* A *iudicio reseruatur. Vtraque* n *enim fautores habet sapientes, & religiosos viros.*

Vnde Theodorus Cantuariensis archiepiscopus ait in pœnitentiali suo.

A ¶ Lectoris iudicio.] *Certissimum est, & pro certissimo habendum peccati mortalis necessariam esse confessionem sacramentalem eo modo, ac tempore adhibitam, quo in concilio Tridentino post alia concilia est constitutum.*

C. XC.

3 QVidam Deo solummodo confiteri debere peccata dicunt, vt Græci A. Quidam vero sacerdotibus confitenda esse percensent, vt tota fere sancta ecclesia o. Quod vtrumque P non sine magno fructu intra sanctam fit ecclesiam: ita dumtaxat, vt Deo, qui remissor est peccatorũ, peccata nostra confiteamur, & hoc perfectorum q est, vt cum Dauid dicamus [Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi. Dixi confitebor aduersum me iniustitias meas Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.] Sed † tamen B Apostoli institutio nobis sequenda est, vt confiteamur alterutrum peccata nostra, & oremus pro inuicem, vt saluemur. Confessio itaque, quæ soli Deo fit, quod est iustorum, purgat peccata. Ea vero, quæ sacerdoti fit, docet r, qualiter ipsa purgentur peccata. Deus namque salutis, & sanctitatis † auctor, & largitor, plerumque hanc præbet suę pœnitentię medicinam inuisibili administratione s, plerumque medicorum t operatione.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo caput hoc citant ex pœnitentiali Theodori. In capitularibus adiectis, cap. hæc leguntur*, Quidam Deo solummodo confiteri debere dicunt peccata: quidam vero sacerdotibus confitenda esse percensent. Quod vtrumque non sine magno fructu intra sanctam fit ecclesiam: ita dumtaxat, vt & Deo, à quo est remissio peccatorum, confiteamur peccata nostra, & cum Dauid dicamus, [delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi: dixi, confitebor aduersum me iniustitias meas Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei:] & secundum Apostoli institutionem confiteamur alterutrum peccata nostra, & oremus pro inuicẽ, vt saluemur. Confessio itaque, quæ Deo fit, purgat peccata: ea vero, quæ sacerdoti fit, docet qualiter ipsa purgantur peccata. Deus namque salutis, & sanitatis auctor, & largitor est plerumque medicorum operatione. *In concilio Cabilonensi secundo, cap.* 33. *eadem fere habentur, addita ad initium voce*, quia, *& nonnullis aliis in extrema clausula, quæ notabuntur.*

A ¶ Vt Græci.] *Hæc verba, itemque illa*, vt tota fere sancta ecclesia. *& illa*, & hoc perfectorum est. *& illa*, Quod est iustorum, *absunt quemadmodum à capitulari, ita etiam à concilio.*

B ¶ Sed tamen Apostoli.] *In capitulari, & concilio pendet adhuc oratio, & priori illi membro*, vt & Deo, &c. *redditur nunc alterum membrum his verbis*, & secundum Apostoli institutionem, &c.

c ¶ Suæ pœnitentiæ medicinam.] *In concilio, atque apud Burchardum, & Iuonem legitur*, suæ potentiæ. *A capitulari autem (prout ex ipsius lectione animaduerti potest) totum illud primum abest periodi membrum.*

h ¶ *Pro quibus.*]accusantibus, scilicet inimicis. "non enim per pœnitentiam tollitur pœna ciuilis. arg. 33. q.2. admonere.

" Pnĩa non tollit pœnã ciuilem.

i ¶ *Percelli.*]si aliæ prohibitiones sunt, quæ sufficiant cum huiusmodi confessione. & est huic simile 22.q.5. hoc videtur.

3 in cap. adiect. c.58. in Cabil. con. 2.c.33. Burc. l.19.c.145. Iuo p.15. c.155.

k ¶ *Sufficit.*]s. dist. ea. §. ex his omnibus. & c. sufficit.

l ¶ *Confessionis.*] an scilicet sit necessaria vel non.

m ¶ *Breuiter.*] immo prolixe. Vel ideo dicit breuiter respectu multarum auctoritatum, quæ de hac materia loquuntur.

Psal.31.

n ¶ *Vtraque.*] hoc idem probabit Grat. per sequens cap.

Q *Vidam Deo.*] Casvs. Quidam dicebant sufficere confiteri peccata soli Deo. Alij, vt fere tota ecclesia, dicunt quòd peccata sunt sacerdotibus confitenda. & licet vtrumque sit fructuosum: tamen sequenda est constitutio Iacobi Apostoli, vt cõfiteamur alterutrum peccata nostra. & licet illa confessio quæ fit soli Deo, sit iustorum, per quam peccata purgantur: per illam tamen, quæ fit sacerdoti, docetur qualiter ipsa peccata purgari debeant.

† Et secũdũ Apostoli institutionem cõfiteamur. Iac.5.

† *al. sanitatis*

o ¶ *Tota fere sancta ecclesia.*] & ideo ei adhærendum est: quia pluribus comprobatur. argum. 18. dist. in canonicis.

p ¶ *Quod vtrumque.*] scilicet confiteri Deo & sacerdoti.

q ¶ *Perfectorum.*] qui non habent nisi venialia: vnde non indigent oris confessione speciali.

q ¶ *Perfectorum.*]s. ea. distinct. §. his auctoritatibus.

r ¶ *Docet.*]id est * hoc est signum sacerdoti pro peccata dimittantur confitenti per contritionem, argu. supra ead. dist. §. hoc idem. & c. omnis qui non diligit. sicut cordis contritio est signum peccatori, ꝙ gratia Dei dimisit ei peccata: quia nemo, &c. vt de consec. dist. 4. nemo.

* imo docet ordinarium purgãdi modũ esse p sacerdotis absolutionẽ. Deus. n. vt cõtinuo subiũgitur, sanitatẽ largitur plerisq; medicorũ operatiõe. Operatiõe, inquit, non ostensione.

s ¶ *Administratione.*] id est, sola cõtritione.

t ¶ *Medicorum.*]id est, sacerdotum.

Source : BIU Cujas

Via vero de.] Hæc distin. diuiditur in sex partes. In prima quarum probat (tamen superficialiter) q̃ pœnitentia semel habita non inquinatur, & charitas semel habita non amittitur, & de perfecta intelligitur. Secunda ibi, *Ex præmissis.* Tertia ibi, *Hæc qua.* Quarat ibi, *Eligat.* Quinta ibi, *Illud autem.* Sexta ibi, *Charitas ergo.* Io. de Fan.

CASVS. Hic ponitur 2. dist. in qua tractatur, an charitas semel habita possit amitti: & certum est q̃ sic, vt j. ea. §. non est mirum. nisi forte sit in aliquo confirmata per gratiam, vt fuit in beata Virgine, & sicut potest amitti charitas, ita amissa potest recuperari, cum de nemine sit desperãdum dum est in hoc corpore constitutus, vt j. ea. di. 7. nemo. nec potest amitti charitas, nisi per mortale peccatum, nec recuperari nisi à Deo gratis, cum omnis virtus sit opus solius Dei. Et quia hæc quæstio videtur tangere quæstionẽ quæ tractatur in 3. distin. s. an pœnitentia sit iteranda vel non, ideo Gra. breuiter tãgit quæstionem illam. & inde sumpta materia incipit ibi latenter propositam quæstionem de charitate tractare. vt autẽ ad hæc tractãda competentius Grat. accedat, breui vtitur transitu dicens: *Quia vero, &c.* Intendit enim probare quòd pœnitentia iterari non potest: quia si iteratur, prima non fuit vtilis, nec pœnitentia dici debet: ad quod inducit sequens cap.

a ¶ *De pœnitentia.*] hic intitulatur 2. dist. in qua illa quæst. tractatur, "an charitas semel habita possit amitti, & est certum quòd potest in via peregrinationis amitti, quantũcumque sit perfecta, vt j. e. §. non est mirum. quod probat auctoritatibus, & exemplis: in patria autem vbi perfectissime iam habetur, non amittitur. j. e. charitas. Hanc quæst. tractat hic Gr. occasione alterius, quã hic ipse in initio prælibauit. sed in 3. dist. eam prosequitur. an, scilicet pœnitentia reiterari possit. procedit ergo Grat. in hac dist. hoc modo. Primo probat quòd pœnitentia non possit reiterari, vsque ad §. item sine charitate. vbi latenter ingreditur materiam huius dist. & probat charitatem semel habitam amitti non posse, vsque ad §. hæc quæ de charitate. vbi incipit auctoritatibus allegatis respondere, asserens illas de charitate perfecta esse intelligendas. & inde sumpta occasione gradus in charitate esse probat, vsque ad §. non est mirum. vbi latenter aduersam partem assumit. & quòd charitas amitti possit, exemplis & auctoritatibus ostendit vsque ad §. euidenter. vbi ostendit hoc verum esse non solum de charitatis opere, sed etiam de ipsa charitate, & hoc vsque in fi. dist. prosequitur.

"Charitas semel habita vtrũ possit amitti.

DISTINCT. II.

1. ps. *Via vero de pœnitentia* [a] *semel cœpit haberi sermo, aliquantulum altius repetendum videtur, diuersorum sententias certis auctoritatibus munitas in medium proponentes* [b]. *Alij dicũt pœnitentiam semel tantum esse vtilem. Vnica est enim, nec reiterari potest. Si vero reiteratur, præcedens, pœnitentia* [c] *non fuit. Et si de sententia iudicis* [d] *eius* [e], *merito* [f] *peccata videntur esse remissa: apud tamen eius præsentiam, cui omnia futura præsentia sunt, numquam* [g] *habentur remissa: quia non est seruata illa sententia veri sacerdotis* [*Vade, & amplius noli peccare* [h].] *Item.* [*Ecce sanus factus es, iam amplius, noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.*]

Io. 8. & 5.

Item ex octaua synodo.

¶ *Habetur in libro de institutis monachorum interprete Ruffino, c. 22. ex Basilio in regulis breuioribus, numero 289.*

¶ Primam vitij causam non penitus extinguit, qui in illam postea recidit. C. I.

SI quis semel notatus [i] fuerit inuidiæ, vel contentionis vitio [k], & rursus in hoc ipsum inciderit, sciat se primam [l] illam causam, de qua superius diximus, ex qua inuidia, vel contentio nascitur, in interioribus medullis habere reconditam [m]. Oportet ergo eum per contraria, atque aduersa curari, id est, per humilitatis exercitium. Exercitia vero humilitatis sunt, si se vilioribus officiis subdat, & ministeriis indigniori-bus tradat. Ita namque arrogantiæ, & humanæ gloriæ vitium curari [n] poterit, vt consuetudine † humilitatis affectus vltra iam non incidat in arrogantiæ, & vanæ gloriæ delictum. Atque in singulis huiusmodi vitiis cura similis adhibeatur.

† *al. habitum humilitatis adept⁹.*

[1] *Item sine charitate nulli adulto* [o] *peccatum remittitur. Non autem habet charitatem, qui aliquando* [p] *peccaturus est criminaliter.*

Vnde Augustinus ad Iulianum comitẽ.

C. II.

j [2] CHaritas, quæ [q] deseri potest, nũquam vera [r] fuit.

¶ *In antiquis editionibus epistolarum B. Augustini erat epistola* III. *ad Iulianum, in qua erat hoc caput. Nunc est in tomo 4. sub titulo de salutaribus documentis ad quemdam comitem, c. 7. Apud Hieronymum vero in epistola ad Ruffinum simile quiddam legitur*: Amicitia, inquit, quæ desinere potest, vera numquam.

Idem super epistolam primam Ioannis, tractatu 8.

C. III.

3 RAdicata [s] est charitas? securus [t] esto, nihil mali procedere potest.

Item Gregorius lib. 10. Moralium, c. 22.

C. IIII.

4 VAlida [u] est, vt mors, dilectio [x].] Virtuti etenim mortis, dilectio comparatur: quia nimirum mentem, quam semel cœperit [y] à delectatione † mundi funditus occidit [z].

Item Prosper in libro 3. de vita contemplatiua, c. 13. [5]

C. V.

ij CHaritas [a] est, vt mihi videtur, qui in idem postea recidit.

m ¶ *Reconditam.*] non ideo hoc dicit quòd semper ita sit, sed quòd ita fuerit, est præsumptio, inuidia, vel contentio iterata.

n ¶ *Curari.*] supra 26. q. 7. affectum. extra de posit. grauis. infra de consecrat. distinct. 5. legimus.

ITEM SINE.

CASVS. Hic accedit Grat. ad propositam quæstionem, & per multas auctoritates ostendit, quòd charitas amitti non potest: quia si videatur amitti, non fuit vera charitas. Casus §. patet. & tria sequentia cap. similiter patent, scilicet, *charitas. radicata. valida*: verba sũt Salomonis in Canticis: quæ exponit Gr. in moralibus, dicens: *Virtuti etenim mortis dilectio comparatur, &c.* vnde in illo c. *valida.* posses breuiter ponere casum. primo ponuntur verba Salomonis. Secundo verba Gregorij exponentis verba illa. *Dilectio*, id est, charitas.

o ¶ *Adulto.*] j. de consecr. dist. 4. quomodo. & c. solet. j. ea. dist. c. fugerat. & c. non est. §. Romanos. & cap. tolle.

p ¶ *Aliquando.*] hoc allegando dicit, vt auctoritatem inducat.

Charitas.] CASVS. H. sic ponit hunc casum. In hoc c. Prosper multis modis commendat charitatem. Secundo ostendit, quòd qui habet charitatem, facile peccatis resistit, & bonis omnibus abundat, mũdana contemnit, difficilia perficit. Subdit etiam quid sit Deum diligere, & quid sit peruertere ordinem diligendi. Tertio ostendit ad quid corpus nostrum sit diligendum. Quarto qualiter intelligatur, diliges proximum tuum, &c. & qui sunt qui diligunt Deum plus quam se. Et nota quòd secundum Hugonem, omnia verba sunt Prosperi. vsque ibi, *Item Beda.* licet non ita continue in libro suo contineantur. & hæc dictio, *Item*, quæ sæpe interponitur, est verbum Gratian. & secundum Hugonem, totum est vnum capitulum: quod credo verum. Laurentius etiam sentit cum Hugone. Quidam tamen ibi faciunt vnum capitulum, *Ergo si charitatem.* Aliud ibi, *Corpus.* Aliud ibi, *Proximos.* Aliud ibi, *Proinde.* secundum Bene.

† *al. dilectione*

5 Et apud B. Aug. in lib. de laudibus charitatis.

q ¶ *Quæ deseri potest.*] id est, quam contingit deseri, vel de facili.

r ¶ *Vera.*] id est, perseuerans finalis. Vel vera ad vitam ducens, id est, ad æternam beatitudinem.

s *Radicata.*] id est, perfecta.

t ¶ *Securus.*] spei perseuerantia, non rei præsentia: quia quilibet etiam imperfectus timere debet ne charitatem amittat. 32. q. 5. si Paulus.

u *Valida.*] verba Salomonis in Canticis.

x *Dilectio.*] id est, charitas perfecta.

y ¶ *Cœperit.*] id est, contingit, vel conuenit, intellige de facili.

z ¶ *Occidit.*] id est, remouet à delectatione, sicut mors remouet ab omni actu terreno. Dicit lex, Mors omnia soluit, in auth. de nup. §. deinceps. coll. 4.

Charitas.] CASVS. In hoc c. primo commendat Prosper charitatem ex eius effectibus: & sunt verba Prosperi vsque ad illud c. *item Beda.* [a] "Secundo ostendit quòd qui charitatem habet, facile peccatis resistit: bonis omnibus abundat: & mundana contemnit: difficilia facile perficit. subdit etiam quid sit Deum diligere, & quid peruertere ordinem dilectionis. Tertio ostendit ad quid corpus nostrum sit diligendum. Quarto ostendit qualiter sit intelligendum, Diliges proximum tuum, sicut teipsum, & qui sunt qui diligunt Deum plus quàm se.

a ¶ *Charitas est.*] id est, ex charitate procedit recta voluntas [b]. & est dictum per causam, vt illud 36. quæst. secunda, tria. vt exponatur charitas

a Sub. licet nõ ita cõtinue contineãtur ĩ lib. suo. itẽ qđ sæpe interponitur, est verbũ Grat. secũdũ Hu. "Charitatẽ habẽs multa potest.

b id est bonus motꝰ q dr̃ volũtas: & charitas est eã, & facit vt voluntas sit bona, i. vitæ æternæ meritoria: vnde ita dr̃ cã meritorũ bonorũ, scdm Hu.

Source : BIU Cujas

charitas est, i. facit: alioquin non est verũ: cum charitas sit habitus mẽtis, q voluntas non est, vel motus voluntatis. similiter intelligitur illud Augu. *Charitatem voco motum animi.* dicitur ergo charitas voluntas vel motus, qa vt j. dicitur, est cã meritorũ bonorum sicut & iniquitas cum sit habitudo mentis iniustę, dicitur peccatũ: qa ex ea est, vt j. distin. 3. ille rex.

† *al. corrumpi*

a ¶ *Recta.*] i. rectam vitam, & dignã faciens voluntatem.

b ¶ *Terrenis.*] secus est de charitate imperfecta, quã habẽs potest curare temporalia. ar. 12. q. 1. habebat.

† *al. arma* Aug.

c ¶ *Inseparabiliter.*] imo de facili separatur.

1 ibid. j.

2 ibid. s.

d ¶ *Inquinamenti.*] sci licet mortalis.

3 ibid. j.

e ¶ *Vitio mutabilitatis.*] i. mutabilitati in vitium.

f ¶ *Affectionum.*] i. bonarum voluntatum.

g ¶ *Summa.*] i. pfecta.

h ¶ *Salus morum.*] i. salutiferos faciens mores.

1. Cor. 13.

i ¶ *Finis.*] i. consummatio, vel quia pręcepta finaliter docet vt habeantur.

k ¶ *Vita virtutum.*] j. e. di. §. item proinde.

l ¶ *Pugnantium.*] cum vitiis.

m ¶ *Cum qua.*] id est, in ea perseuerando.

n ¶ *Peccare.*] mortaliter.

o ¶ *Potuit.*] ecce verbũ, in quo facit ad ꝓpositum Gratiani.

p ¶ *Operosa.*] i. effectiua bonorum operũ.

q ¶ *Germana.*] i. germanos & cõcordes faciens. Vel germana, i. cõiũcta & inseparabiliter adhærens. Salomon. "Dixi sapientiæ, soror mea es, & prudentiam vocaui amicam meam.

† *al. operibus* aliquot Gra. manuscrip.

† *al. dilectione*

" Sapientia ẽ soror mea

r ¶ *Excellentiorem.*] aliis donis.

s ¶ *Viam.*] eundi ad Deum.

t ¶ *Nominat.*] in prima epistola ad Corinthios 12. c.

v ¶ *Quæ difficilia.*] ad salutem animæ pertinentia.

x ¶ *Ex qua minus.*] i. ex qua Dei dilectionem postponit facilius. "sicut plures proniores sunt offendere Deum fornicando, q furando. argu. 50. dist. quia sanctitas tua. in fine.

† *occupare animum*] orig.

"fornicãtur aliq citius q furentur.

y ¶ *Fastidium.*] repete, concipere.

z ¶ *Quem in se.*] s. diligendo, i. ad sui similitudinem. vbi dictum est: dilige proximum tuum sicut teipsum. Vel in se, i. Deo, sc. ad eius similitudinem: vbi dictum est, secundum autem simile est huic.

detur, recta [a] voluntas, ab omnibus terrenis [b], ac præsentibus, prorsus auersa, iuncta Deo inseparabiliter [c] & vnita, igne quodam sancti spiritus, à quo est, & ad quem refertur, incensa, inquinamenti [d] omnis extranea corruptionis † nescia, nulli vitio mutabilitatis [e] obnoxia, supra omnia, quę carnaliter diliguntur, excelsa, affectionum [f] omnium potentissima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus semper inuicta, summa, [g] actionum bonarũ, salus morum [h], finis [i] cœlestium præceptorum, mors criminum, vita virtutum [k], virtus pugnantium [l], palma victorum, anima † sanctarum mentium, causa meritorum bonorum, præmium perfectorum [1]: sine qua nullus Deo placuit [2], cum qua [m] aliquis peccare [n], nec potuit [o], nec poterit [3]: fructuosa in pœnitentibus, læta in proficientibus, gloriosa in perseuerantibus, victoriosa in martyrib⁹, operosa [p] in omnibus omnino fidelibus, ex qua, quiquid est boni operis, viuit. *Item infra.* ¶ Hæc est charitas vera, germana [q], perfecta, quam excellentiorem [r] viam [s] nominat [t] sanctus Apostolus: & vere ipsa est via, quæ ducit per se ambulantes ad patriam: quia sicut sine via peruenit nullus, quò tendit, ita sine charitate, quæ dicta est via, non ambulare possunt homines, sed errare. *Item ibidem c.* 15. ¶ Ergo si charitatem Deo exhibeamus, & proximo de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, facile peccato resistimus, bonis omnibus † abundamus, sæculi blandimenta contẽnimus, & omnia quę difficilia [u] sunt humanæ fragilitati, vel aspera etiam, cũ delectatione † perficimus: si tamen Deum charitate perfecta, quæ nobis ex illo est, ex toto corde, ex tota anima, & ex totis viribus diligamus. Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minus [x] diligit Deum: quem si ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis, vnde peccati desideriis seruiamus. Et quid est diligere Deum, nisi illi copulari † animo, concipere fruendæ visionis eius affectum, peccati odium, mundi fastidium [y], diligere etiam proximum, quem in se [z] censuit diligendum, in ipso amore seruare legitimum modũ, nec peruertere dilectionis ordinem constitutũ? Ordinẽ dilectionis illi peruertunt, nec modum diligẽdi custodiunt, qui aut mundum, qui contemnendus est, diligunt [2], aut corpora sua minus diligenda [b], plus diligunt, aut proximos, non sicut seipsos, aut Deum plus, quã seipsos forte non diligũt. *Item infra.* ¶ Corpus nostrũ, quia pars [c] nostri est, ad hoc nobis diligendum est, vt saluti eius, ac fragilitati naturaliter [d] consulamus, & agamus, quatenus spiritui [e] ordinate subiectũ [f], ad æternam salutem accepta immortalitate, & incorruptione perueniat. *Item infra.* ¶ Proximos autem tunc diligimus sicut nos, si non propter aliquas vtilitates [g] nostras non propter sperata beneficia, vel accepta, non propter affinitates, vel cõsanguinitates, sed propter hoc tantum, quòd sunt naturæ nostræ participes, diligamus. *Item infra.* ¶ Non illi tantum proximi nostri credendi sunt, quos nobis gradus sanguinis iungit; sed proximi nostri credẽdi sunt omnes homines naturæ [h] nostræ, sicut dixi, participes [i]. *Item infra.* ¶ Proinde, sicut † nos, proximos omnes diligimus, quando ad mores bonos, & æternam [k] vitam consequẽdam, sicut nobis, saluti eorum consulimus: quando nos in eorum peccatis, ac periculis [l] cogitamus: & sicut nobis subueniri optamus: ita eis pro viribus subuenimus, aut, si facultas defuerit, voluntatem subueniẽdi tenemus. Quapropter hæc est ꝓximi [A] tota dilectio, vt bonũ, quod tibi conferri vis, vẽlis & proximo: & malum, quod tibi nolis accidere, nolis & proximo. Illi vero plus quàm se diligunt Deum, qui pro eius amore suæ ad tẽpus saluti non parcunt, seipsos tribulationibus, ac periculis tradunt, nudari facultatibus propriis, patriæ suæ extorres fieri, parentibus, & vxoribus, ac filiis suis renuntiare parati sunt, &, vt totum dicam, ipsam corporis mortem non solum non refugiunt, sed etiam libenter excipiunt, ambientes à corporis sui vita magis, quam à Deo vita [m] vitę suæ discedere.

¶ Caput hoc confectum est ex verbis Prosperi hinc inde collectis, & prior pars habetur etiam in tractatu de laudibus charitatis inter opera B. *Augustini tomo 9. eodem fere modo, quo apud Gratianum. Atque emendata quadam, & etiam addita nonnulla sunt ex ipso* B. *Prospero. Sed operæ pretium fuerit integrũ locum apud ipsum legere copiose enim, & ornatissime explicatur.*

A ¶ Hæc est proximi.] *Ita legitur non modo in originali, sed etiam in vetustioribus Gratiani codicibus in vulgatis erat.* Quapropter charissime tota dilectione latage, vt bonum, &c.

Item Beda super Ioannem, ad c. 1.

a ¶ *Diligunt.*] plus iusto.

b ¶ *Diligenda.*] quàm animam. argu. 22. q. 5. si quis coactus.

c ¶ *Quia pars.*] alia est pars, quæ homo est interior: vt de conse. dist. 4. non ex quo. " non ergo corpus est homo: quod Eluidinẽses somniant: quia nihil est, id quod sui ipsius fit pars. arg. ff. de euic. si dictum. §. 2. & peccant qui ponunt corpus genus animalis.

" "corpus nõ est homo.

d ¶ *Naturaliter.*] j. de conse. dist. 5. non mediocriter. in fine.

e ¶ *Spiritui.*] vt ad vsus exercendæ virtutis habeatur, vt s. 44. dist. conuiuia.

f ¶ *Subiectum.*] "debemus enim adhibere iumento nostro saccum, paleam, & flagellum. saccum id est, opera pœnitentiæ, & alia bona opera. paleam, i. necessaria ad vitæ substẽtationem. flagellum, vt castigemus, si excesserit, ac si ea pateremur.

" iumento nostro adhibeamus sacc cũ, paleã, & flagellum.

† *al. secundũ*

g ¶ *Vtilitates nostras.*] tunc enim non ipsos, sed nosmet tãtum diligimus. vnde Tullius in lib. de vera amicitia. Suis quippe incommodis grauiter angi [a] non est amici, sed seipsum amantis. ADDITIO. Et Seneca. Non est beneficium quod conuertitur in quæstum. Pet.

a i. affligi.

h ¶ *Natura.*] s. dist. 86. non satis.

i ¶ *Participes.*] "ergo Iudæi & Saraceni proximi nostri sunt, & diligẽdi à nobis vt nos, & verum est: verumtamen omnia opera dilectionis impendere debemus secundum vniuscuiusque conditionem. 86. dist. pasce.

" Saraceni & Iudei sũt à nobis diligendi.

k ¶ *Et æternã vitam.*] " hic aduerte quid sit proximum sicut se ipsum diligere, scilicet salutem animæ suæ, & ea quæ ad salutem animæ pertinẽt, ei optare, quę tibi optas. non obstante ergo hoc præcepto possumus delinquentib. pœnas corporales optare & procurare, dũ modo hoc fiat secundum quod iura permittunt.

" Diligere proximum sicut seipm, quid sit.

l ¶ *Periculis.*] scilicet, animæ, & corporis, vt eos liberemus.

m ¶ *A Deo vita.*] id est, q est vita animæ suæ, qua ipse viuit, vt s. di. 1. §. hoc idem. ver. resuscitatus. 24. q. 1. vbi sana.

Source : BIU Cujas

Quærendum.] Casvs. Bene. sic ponit hunc casum. Quidã reputabant magnũ signũ q̃ Christus credatur Dei filius, quia in baptismo Christi spiritus sanctus stetit super Christum. sed non est magnũ, cum semper in Domino mansit spiritus sanctus. & spiritus sanctus partim cũ sanctis est, vt eos custodiat in operib. pietatis, partim quoq; recedit ab eis quantũ ad gratiam prophetã di, & miracula operãdi. Hug. vero sic videtur ponere hunc casum. Legitur de Ioanne, q̃ Ioãnes Baptista vidit spiritũ sanctum quasi colũbã descendentem & manentem super Iesum baptizatũ, qđ descendit super eum: signum fuit, ne vox illa, hic est filius meus dilectus, &c. putaretur ad Ioannẽ esse facta, sed ad eum: q̃ autem redit super eũ, speciale fuit signũ filij Dei, quo, s. ipse discerneretur ab aliis sãctis. Quærit ergo hic Beda, quomodo fuit signũ cognoscẽdi filij Dei, q̃ spiritus mansit super eum, cum maneat & ĩ aliis sanctis? Et resp. q̃ alio modo manet in Christo. nã in Christo manet semper quo ad omnia. in sanctis autem nõ quo ad oĩa: qa ad tempus recedit ab eis quo ad operandũ, etsi quo ad iustitiam semper manet in eis. Seq. c. s. charitas. patet. Et seq. ca. etiã patet, in quo exponit Aug. quid sit vnctio inuisibilis. *Solis*, i. tribulationis. doloris, siue laboris.

1 Sen. 3. di. 31 Io. 1.

† al. recedat

† absunt ab orig.

† *al. possint habere virtutem*] orig.

† absunt ab orig.

" Columba descẽdit su per Iesũ dũ baptizaretur, & mãsit sup ipsum.

2 Sen. 3. di. 31.

3 Sent. ibid.

a ¶ *Quærendum.*] sup Ioannẽ legitur in Ioãne, " q̃ Ioannes Baptista vidit spiritum sanctũ quasi columbã descendẽtem & manentem super Iesum baptizatum. q̃ descendit super eum, signũ fuit, ne vox illa, hic est filius meus dilectus, &c. putaretur ad Ioannẽ esse facta, sed ad eum. Signũ fuit Ioanni ipsum cognoscendi, i. quoddã de ipso quod ante nesciebat, sc. an potestatem baptismi sibi soli retenturus esset: q̃ autẽ mansit super eum, speciale fuit signum filij Dei, s. quo ille discerneretur ab aliis. quærit ergo hic Beda, quomodo fuit signũ cognoscẽdi filij Dei, s. q̃ spiritus sanctus mansit super eũ, &c. cum maneat & in aliis sanctis? Sed resp. q̃ alio modo manet ĩ Christo: quia super eũ semp est quo ad omnia: in sanctis autem non quo ad omnia, quia ad tempus recedit ab eis propter peccatum. Vel si quo ad iustitiam remaneat in eis. non tamen semper quo ad operandum: puta ad prophetizandum, vel faciendum miracula, vt in Helia, & Helisæo.

C. VI.

1 QVærendum [a] est interea, quomodo speciale filium Dei agnoscendi signum fuerit, q̃ super eum descenderit, & manserit spiritus. *& infra.* ¶ Quid magni est filio Dei, quòd in ipso manere spiritus astruatur? Notandũ ergo, q̃ semper in Domino mãserit spiritus sanctus: in sanctis autẽm hominibus, quamdiu mortale corp̃ gestauerint, partim maneat in æternũ, partim rediturus secedat†. Manet [b] quippe apud eos, vt bonis insistant actibus voluntariam paupertatem diligant, mansuetudinem sequantur, pro æternorum desiderio lugeant, esuriant & sitiant iustitiam, misericordiam, munditiam cordis, & tranquilitatem pacis amplectãtur, sed & pro obseruatione iustitiæ persecutionem pati non vereantur, eleemosynis, orationibus, ieiuniis, ceteris que fructibus spiritus insistere desiderent. Recedit autem ad tempus, ne semper infirmos curandi, [mortuos † suscitandi] dæmones eiiciendi, vel etiam prophetandi habeant† facultatem. Manet semper, [vt† possint habere virtutes, &] vt mirabiliter ipsi viuant. Venit ad tempus, vt etiam aliis per miraculorum signa, quales sint in tus, effulgeant.

Item Apostolus, 1. Cor. 13.

C. VII.

iij 2 CHaritas [c] nunquam excidit.

Item Augustinus super epistolam primam Ioannis, tractatu 3.

C. VIII.

3 VNctio [d] inuisibilis spiritus sanctus est: vnctio [A] inuisibilis charitas est: quæ in quocunque fuerit, tanquam radix illi erit: quę quamuis ardente [e] sole, arescere nõ potest, nutritur calore solis [f], non arescit.

b ¶ *Manet.*] No. hic expositionem illius decr. 32. q. 2. connubia. quia in opere coniugali adest præsentia spiritus sancti quo ad meritũ, vt j. e. o. 5. si dicat. non quo ad miraculũ faciendũ, vt j. e. quæst. potest.

c ¶ *Haritas nunquam excidit.*] s. in hac vita. in futuro enim fides conuertetur in scientiam: spes in rem: charitas autem augebitur. vnde propheta: viuit Dominus, cuius ignis in Sion, i. in ecclesia militante: & caminus in Hierusalem, id est, in ardentissima charitate. j. dist. 3. c. sunt plures. §. authoritas. & c. ignis.

d VNctio.] ¶ *Charitas est.*] id est, vocatur.

e ¶ *Arcente.*] id est, à tribulatione feruente.

f ¶ *Solis.*] " i. laboris & tribulationis, iuxta illud: In sole, i. in labore posuit Dominus tabernaculũ suum. Tribulatio. n. secundum Apostolum patientiã operatur: sed q̃ tribulatio patientiam non tollit, hoc facit charitas. " sol p labore ponitur.

Pennata animalia] Casvs. Tangitur hic illud Ezechielis, q̃ vidit quattuor animãlia pennata: de quib. hic dicitur ñ reuertebantur cũ incederẽt: sed vnũquodq; ante faciem suam gradiebatur. Hanc auctoritatem exponens Greg. dicit, q̃ per hæc animalia intelliguntur prædicatores, q̃ contemplantes cœlestia nunquam reflectũtur ad terrena. Et hãc suã expositionem probat auctoritate Domini & auctoritate Pauli. Luc. 9.

g ¶ *Pennata.*] Tãgit illud Ezechielis, s. q̃ vidit quattuor animalia pennata, de quib. hic dicitur, non reuertebantur cum incederent: sed vnumquodque ante faciem suã gradiebatur. Philip. 3. Ezech. 9. † *al. ante*

h ¶ *Per prophetam.*] Ezechielem.

i ¶ *Incederent.*] & ita sancti isti dici possunt habere ferarum naturam, &c. sicut aues q̃ volant, & non reuolant, inst. de rer. di. §. pauonum.

k ¶ *Vnde Paulus.*] in epistol. ad Philippenses.

l ¶ *Vnum vero.*] q. d. non comprehendi. vnum autem de me vobis asserto, quòd ego oblitus ea quæ, &c. † *al. ambularent* Ezech. 1. Matth. 10.

m ¶ *Quæ retro.*] i. terrena, quæ reliqui. Prouerb. 4.

n ¶ *In ea.*] scilicet æterna cælestia.

o ¶ *Anteriora.*] ante nos sunt æterna, post nos sunt temporalia.

Item in eundem, homilia quinta.

Quomodo renouari dicimur, si nõ hoc recepimus, quod perdidit primus homo, in quo omnes moriuntur? Hoc plane recepimus: quia iustitiam, ex qua in peccatum lapsus est. *& paulo post. c. 7.* ¶ Expoliantes [x] vos veterem [y] hominem cũ actibus suis, induite [z] nouum [a], qui renouatur [b] in agnitionem Dei secundum imaginem eius [c], qui creauit eum [d]. Hanc imaginem in spiritu mortis impressam perdidit Adam per peccatum. *& post pauca.* ¶ Stola [e] illa prima, iustitia est, vnde lapsus est Adam.

¶ In hoc & in sequenti capitulo addita sunt nonnulla ex originali, in quo tamen longe copiosius, & clarius hæ sententiæ exponuntur.

Idem in homilia 11. [2]

C. XXXII.

Princeps vitiorum omnium, dum vidit Adam ex limo terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia ornatum, temperantia compositum, charitate circundatum †, primos parentes illis donis, ac tantis bonis expoliauit, insuper & peremit [f]. Namque cum homini abstulisset pudicitiam, continentiam, charitatem, immortalitatem, dominio suo eum obstrinxit. *& paulo post.*

†al. splendidum

Vomodo renouari.] Casvs. Dicitur quòd non potest homo renouari vel reuocari de vetustate peccati ad nouitatem, in qua fuit primus homo, nisi recipiat iustitiam, quam perdidit primus homo, & induat nouum hominem, secundum quòd dicit Apostolus, *Imaginem.* imaginem Dei appellat virtutes, quibus homo Deum imitatur. *Stola.* Alludit historiæ de prodigo filio: cui scilicet pater iussit dari primam stolam, scilicet vestem charitatis & iustitiæ, quam per peccatum amiserat. quæ historia habetur supra trigesimaseptima distinctio. capit. legimus. §. hinc etiam. Sequentia tria capit. plana sunt, scilicet, *princeps. quando. primus. Confabulator.* quia fruebatur colloquio angelorum.

x ¶ *Expoliantes.*] hoc habetur in epistola ad Colossenses.

y ¶ *Veterem.*] id est, habitum peccatorum, & vsum, &c. cum actibus suis, id est, vbi nec habitus, nec actus peccatorum aliquando adsit. homo enim vetus nihil aliud est quàm vetus vita, quæ est in peccato, quod contraximus ab Adam.

z ¶ *Induite.* scilicet habitum virtutis.

a ¶ *Nouum.*] hominem. ideſt, rationabilem mentem.

b ¶ *Qui renouatur.*] id est, magis & magis crescit, & acquirit cognitionem Dei: & illa renouatio fit secundum imaginem eius.

c ¶ *Eius.*] id est, imaginem eius in ratione, quæ est imago Dei: vnde Esaias, Non creditis nisi intellexeritis in spiritu.

d ¶ *Qui creauit eum.*] scilicet nouum hominem in agnitionem sui ad hoc vt ipsum Deum agnosceret.

e ¶ *Stola.*] alludit Euangelicæ parabolæ de prodigo filio. 37. dist. c. legimus. §. hinc etiam.

f *Princeps vitiorum.*] ¶ *Peremit.*] id est, necessitate moriendi adstrinxit.

Source : BIU Cujas

a ¶*Charitate.*]ſ.16.q.2.viſis contra.

b *Qvando.*] ¶*Solus.*] arg. pro ſolitudine.32.q.1.nuptiæ.7.q.1.illud. contra.ſ.81.diſtin.in omnibus.contra extra de ſtatu monac.ca.2.contra extr. de of.deleg. prudentiam. contra. Sol.per c.28.q.1.ſæpe.

c *Primus.*]¶*Confabulator.*] id eſt per contemplationē de illo cogitando.[a]

a Vel dic, Cōfabulator, ſ.angelorū:qa eorū colloqo frequenter vtebatur.

Illa anima.]Casvs. Dicitur hic quòd illa anima depicta eſt, quæ habet gratiam renitentē ſplendore pietatis, & quæ in ſe habet effigiem diuinæ operationis, & imaginem paternę ſubſtantiæ. ſed hæc omnia per quæ deſignantur virtutes, amiſit Adam poſtquam lapſus fuit.Sequentia tria c.patent,ſcilicet, *ſimilem ſapiens,vt cognouerunt. Nudi*,veſtibus corporalibus.

d ¶ *Illa anima.*] hæc verba ſunt Apoſtoli in epiſtola ad Hebreos.

e ¶*Elucet.*]per imitationem.

f ¶ *Imaginem.*] id eſt, imitationem.

g *Sapiens.*] Hæc ſunt, ſcilicet virtutes.

† abſunt ab originali.

h ¶*Qua nemo.*]ſ.32.q.5. de pudicitia.

i ¶ *Nudus.*] à virtutibus.

k *Sed nec Adam primus.*] aliàs, primo eſt, ideſt,in primo ſtatu ſuo.

Vt cognouerũt.] OPPONITVR. Casvs. Sicut Gratianus opponit ad id quod dictum eſt ſ. in pr. in illo §. *Item ſine charitate.* vbi dicitur, quòd non habet charitatē qui poſtea peccaturus eſt criminaliter, quod oſtendit eſſe falſum exemplo Adæ,Moyſi & Aaron, & Dauid, qui habuerunt charitatem,ſicut in littera probatur: tamē poſtea amiſſa charitate peccauerunt mortaliter: ita ponitur caſus iſte,licet videatur valde prolixus. Vel poteſt dici, quòd opponitur contra hoc, quòd charitas ſemel habita deſeri non poteſt.*Si ſic per manſiſſet*, ſcilicet Adam,quod poſtea dicit. *De cuius ſpiritu*, ſcilicet ſcientia & gratia faciendo eos prudentes.*Ad aquas contradictionis*: quia etiā electi deſperauerunt de potentia Dei,quaſi contradicentes promittenti.Et ad hoc inducit ſequentia capitula.

Iob 27.

¶Adam amiſſa temperantia intemperans effectus eſt : perdita charitate [a] malus inuentus eſt.

Item Ambroſius libro 6.epiſt.41.ad Sabinum.

C. XXXIII.

QVando Adam ſolus [b] erat, non eſt præuaricatus : quia mens eius adhærebat Deo.

Item ad eundem eodem libro.epiſt.42.

C. XXXIIII.

PRimus homo erat opus Dei recens, confabulator [c] aſſiduus,ciuis ſanctorum,complantatus[A] virtutibus.

A ¶Complantatus.]*In vulgatis erat*,angelorum complantatus, *quæ vox abeſt à multis manuſcriptis,& ab originali.*

Idem in Hexæmeron,lib.6.c.7.

C. XXXV.

ILla anima [d] à Deo pingitur, quæ habet in ſe virtutum gratiam renitentem,ſplendoremque pietatis.Illa anima bene picta eſt, in qua elucet [e] diuinæ operationis effigies. Illa anima bene picta eſt, in qua eſt ſplendor gloriæ, & paternæ imago ſubſtantiæ.Secundum hanc imaginem , quæ refulget, pictura pretioſa eſt. Secundum hanc imaginem [f] Adam antę peccatum[depictus † fuit:] ſed vbi lapſus eſt,depoſuit imaginem cæleſtis : ſumpſit terreſtris effigiem.

Idem de fuga ſæculi,c.4.

C. XXXVI.

SImilem Dei eſſe,eſt habere iuſtitiam,habere ſapientiam, & in virtute eſſe perfectum.

Idem libro ſecundo de Iacob,& vita beata,c.5.

C. XXXVII.

SApiens [g] nunquam inanis eſt, ſemper in ſe habens amictum prudentiæ , qui poteſt dicere[iuſtitiam induebam , & veſtiebam iudicium.] ſicut dixit Iob. Namque hæc mētis ſunt interna velamina:quæ nemo [h] alius poteſt auferre, niſi cum aliquem ſua culpa deſpoliat. Deniq; ſic deſpoliatus Adam nudus [i] inuentus eſt.

Idem in libro de Iſaac,& anima,c.5.

C. XXXVIII.

SEd nec Adam primus [A k] nudus erat,quando cū innocentia veſtiebat.

A ¶ Primus.] *in originali eſt*, primo. *Sed ob gloſſam non eſt mutatum.Vox autem*, homo, *quæ in vulgatis ſequebatur,abeſt etiā à multis manuſcriptis.*

Idem in libro de paradiſo,c.13.

C. XXXIX.

VT †cognouerunt, quòd nudi eſſent.] Et ante quidem nudi erant:ſed non ſine virtutum integumentis.

Opponitur [l] *etiam illud, quod omnis clamat* [m] *auctoritas: ſi ſic permanſiſſet, vt erat ante peccatum , eſſet tranſlatus in gloriam, quam habituri ſunt ſancti:ſed nemo adultus ſine charitate intrat : charitatem ergo habebat.*

¶*Item opponitur de Moyſe,cuius fidem Apoſtolus in epiſtola ſua ad Hebræos commendans, dignis præconiis eius merita prædicauit:dum ſe negauit eſſe filium filiæ Pharaonis* [n]*,malens affligi cum fratribus, quàm perfrui iucunditate temporalis palatij: dum fratri compatiēs,Aegyptium fabulo obruit: dum veritus animoſitatem regis, Aegyptum reliquit* [o] *: dum diuino vallatus auxilio, regis furorem contempſit , atque in virtute ſignorum populum de Aegypto eduxit. Quæ omnia quibus laudibus ſunt efferenda , ſi tunc charitas in eo non erat,cum non habeat aliquid viriditatis in ſe ramus boni operis, niſi procedat ex radice charitatis? Quomodo autem charitatem non habebat , cui Dominus facie ad faciem loquebatur , ſicut homo ſolet loqui cum amico ſuo ? Quomodo charitatem non habebat , qui pro populo ſupplicans dicebat [aut dimitte eis noxam hanc aut me dele de libro* p *tuo ?] An non proximum diligebat , qui pro populo ſe obiiciens, illum ab interitu liberauit? An non diligebat Deum , qui pro eo in vituli cultores deſæuiens,ipſius vituli caput in puluerem comminuit, atque vt in ſeceſſum proiiceretur, aqua miſtum Iſraelitis bibendum dedit, nonnullos ex eius cultoribus gladio feriri præcipiens , vt populum , cuius erat interitus maior futurus, reconciliaret Deo? An non charitatem habebat , de cuius ſpiritu Dominus accepit, & ſuper ſeptuaginta* q *ſeniores* [r] *Iſrael præpoſuit ? Qui tamen ad aquas contradictionis de Dei potentia,ſiue de eius benignitate dubitans , cum cetera , certa fide promiſiſſet , producturus aquam de petra, diffidenter excrepuit dicens. [Numquid de petra hac potero vobis educere aquam?] Quod nulli leue videatur* [s] *, cum in pœnam delicti eius ſibi,& Aaron à Domino dictum ſit. [Quia non exaudiſtis vocem meam, vt glorificaretis me coram filiis Iſrael , non introducetis populum hunc in terram , quam dedi eis.] An charitatem non habebat Aaron,quando fratri coadiutor* [t] *datus eſt, vt eſſet os eius* [v] *ad populum , vt per eum ſigna fierent in Aegypto ? Qui tamen in cultura vituli poſtea conſenſum* [x] *populo adhibuit. An charitatem non habebat,quando ex omni multitudine filiorum Iſrael ſolus à Domino electus* [y] *eſt , vt pontificatu ante eum fungeretur? Si charitatem non habebat, bonus non erat : Si autem bonus non erat, cur præ ceteris à Domino in pontificem electus eſt? An charitatem non habebat , quando pro populo cum thuribulo incendio ſe oppoſuit* [z]*, & iram Dei placuit? Et tamen,vt præmiſſum eſt, ad aquas contradictionis iram Domini aduerſum ſe poſtea prouocauit. Numquid etiam Dauid charitatem non habuit , ſuper quem ſpiritus Domini à die vnctionis directus eſt? An forte dicetur eſſe directus ſuper eum,vt ex tūc gratiam prophetandi* [a] *haberet,non vt ex eo gratiam diuinæ dilectionis acciperet? Quod abſurdum plane videtur de eo ſentire,de quo Dominus ait [Inueni hominem ſecundum cor meum.] Quomodo etiam charitatem non habebat,qui quærenti animam ſuam pepercit? qlli oram chlamydis eius præcidit* [b]*,poſtea cor ſuum grauiter percuſſit clamans [Quem perſequeris rex Iſrael,canem mortuū,& culicem vnū?] Quomodo charitatem non habebat,qui mortem inimici ſui tam grauiſſime tulit? Quomodo charitatem non habebat,qui aquam de ciſterna Bethleem ſuorum periculo ſibi oblatam non bibit* [c]*,ſed coram Do-*

a ¶*Et*

†*Et*]orig. Gen.3.

l ¶ *Opponitur.*] contra id, ſcilicet q; charitas ſemel habita deſeri non poteſt.

m ¶*Omnis clamat.*]id eſt, nulla negat.nam clamare dicitur ex quo non contradicit. arg. ff.de vſufr.ac.l.1. §.vl. vel omnis qui loquitur de hac materiā.ſi.t.diſt.omnes leges.aliàs 2.q.2.omnes leges. Heb.11.

n ¶*Filiæ Pharaonis.*] ſcilicet Termoth,quæ Moyſen de ciſcella ſcirpea, in qua mater illum expoſuerat ſuſcipiens, eum nutriri fecit,“ & tādem eum adoptauit in filium, vt in apologo inuenitur. Exod.2. “ Moyſen filia Pharaonis in filiū adoptauit.

o ¶*Reliquit.*] & fugiens per deſertum in terram Madiam,duxit filiam Ietro:ex qua ſuſcepit duos filios.

p ¶ *De libro.*] ſcilicet vitæ præſentis. Vel dic vt ſ.45.diſt. diſciplina. B.Greg. homil.27. Exod.33.

q ¶*Septuaginta.*]ſ.84. diſt.porro.

r ¶*Seniores.*]faciendo eos prudentes & peritos ad ſimilitudinē Moyſi, non autem de ſpiritu eius aliquid ſubtrahendo , vt ſciret regere populum, cum Moyſes iam ſolus non ſufficeret. Exod.32. Num.16. Exod.33.

s ¶ *Videatur.*] ſcilicet hoc peccatum.33.qu.4.§.cum ſuperna.

t ¶ *Coadiutor.*] cum Moyſes eſſet aliquantulum impeditæ linguæ. Num.11.

v ¶*Os eius.*]loquendo pro Moyſe.

x ¶*Conſenſum.*] ſ.50. diſt. c.ſi poſt.§.econtra. Num.20.

y ¶*Electus.*] ſ.95. diſt. eſto.

z ¶*Oppoſuit.*]ſuccenſo Chore cum familia ſua.7.q.1.denique.

a ¶*Prophetandi.*] non eſt ſufficiens probatio quòd charitatem ideo habuerit. Exod.4. “Saul prophetauit, & Saul prophetauit, vt ſ.1.qu.1.prophetauit. Num.23.

b ¶*Præcidit.*] ſ.2.q.7. c.plerumq;.§.de his.

c ¶ *Non bibit.*] ſupra diſt.41. delitiæ. Num.16.

Source : BIU Cujas

a ¶*Et vilior.*]id est,humilior.

"Charitatẽ se hre an possit aliqs cognoscere

b ¶*Iudica me.*]secundum iustitiam:"ergo sciebat se charitatem habere:& bene potest ex reuelatione:aliter non crederem. vnde Apostolus:Nihil mihi concius sum,&c.j.dist.3.§.adhuc.ver.non enim.

c ¶*Bethsabeæ.*]s.dist.50.c.si post.§.econtra.

d ¶*A propheta.*] scilicet Nathan.

2.Reg.23. FVGERAT SANCTVS. Casvs.Primo ponuntur verba Ambrosij, quæ probant, q̃ Dauid charitatem habebat cum fugit à facie Saulis. Postea dicit Gratianus, q̃ Dauid charitatem habebat, & postea peccauit in dinumeratione populi.Postea dicit, q̃ secũdum illam sententiam,quę dicit, q̃ charitas non potest amitti,& quòd nunquam habuit charitatem qui criminaliter peccat: veram remissionẽ peccatorum in baptismo non fuit cõsecutus, qui postea criminaliter peccauit: siue fuerit adultus,siue infans,qui ad baptisma accessit. Et licet huic sententiæ Iouiniani videatur aludere quod legitur in epistola Ioannis: Qui natus,&c.sententia tamen illa est veritati aduersa,vt ostendit Hieronymus in sequenti cap. Et not. q̃ secundum H.ibi incipiunt verba Gratiani, *Cui sine charitate. Generatio*, id est,gratia. *Quantum*, id est, quantuncumque.Historia autem Dauid habetur s.1.q.4. ecclesia.§.item Dauid.

Psal.7.

Psal.35.

Psal.25.

2.Reg.11.

2.Reg.12.

Psal.50.

1 Mutatis verbis, sed incolumi sententia.

e ¶*Populi.*] s. 24. qu.1. non afferamus.

f ¶*Pœna.*] s.1.q.4.§.item Dauid.

2sen.3.di.30 2.Reg.24.& Paralip.21.

g ¶*Sententiam.*]ideſt, opinionem,quæ asserit, quòd qui peccatu rus est,numquam habuit charitatem,vt in principio huius distinct.

h ¶*Renatus.*] hoc bene soluit magister, in fine.

i ¶*Sed generatio.*] ideſt,Deus regenerans.

SI enim inquit.]Casvs.Hoc est c.Hiero. scribentis contra Iouinianum hæreticum: & protenditur vsque ad §.sequentem.*Euidenter.* Et primo opponit Iouiniano ducendo eum ad inconueniens:& ostendendo q̃ verba Ioannis intelligenda sunt per comparationem. Hug.igitur casum istius c.sic ponit.Hoc c.diuiditur in tres partes.In prima ostendit Hier.q̃ illa auctoritas Ioannis,Omnis qui natus est ex Deo,non peccat: non ita intelligenda est,q̃ postquam aliquis recepit gratiam,& habuit charitatem, peccare non possit.si enim sic intelligeretur,iam contradiceret sibi Ioannes, qui baptizatus dicebat baptizatis,Si dixerimus quòd peccatum nõ habemus,ipsi nos seducimus.Est ergo sic intelligenda illa auctoritas. *Qui natus est ex Deo*, i. qui recipit gratiam Dei, non peccat, donec perseuerat in ea. In 2.parte procedit circa eadem verba Ioannis, & auctoritate Iob & Pauli,& exemplo Petri probat, quòd quilibet potest peccare, & inducit etiam auctoritatẽ Iacobi,per quã probat,quòd boni possunt peccare.In 3.parte illud idem ostendit exemplo Dauid, Salomonis, & Iesu filij Iosedech,& quorundam aliorum,qui peccauerunt mortaliter,licet primo haberent charitatem,quod etiam in angelis cõtingit.Secunda pars ibi, *Et beatus Iob.* Tertia ibi,*Dauid electus.Ille*,s.Ioannes. *Aduersarius*,s.Iouinianus.*Nihil*,s.peccati.*Peccatum fecit*,i.hostiam pro peccato,vel similitudinem peccati:quia similis fuit peccatoribus. *Soluit*,s.Paulus.*Reuera*, verba Hierony.*Non est volentis*,s.ipsum currere. *Ad calcem*,i.finem vel perfectionem.*Nouam imperitiæ factionem*,i.nouam & pernicioſam adinuentionem.similiter verba sunt Hieronymi. *In lumbis*, quantum ad viros.*Super vmbilicum*, quantum ad mulieres. *Partitionem*,ideſt,disputationem,quam cum Iouiniano habebat.

mino libauit? Quomodo charitatem non habebat,qui irritus à Michol filia Saul,eo quòd ante arcam Domini citharam,& psalterium percutiens saltasset, ait [*Ludam,* & *vilior* a *fiant in oculis meis.*] *Si charitatem non habebat,qua conscientia securus imprecabatur sibi ipsi dicens* [*Si reddidi retribuentibus mihi mala,decidam merito ab inimicis meis inanis?*] *Si charitatem non habebat,qua temeritate iuste se iudicari rogabat,dicens*[*Iudicab me Deus secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super me?*] *Idem* [*Iudica me Domine quoniam ego in innocentia mea ingressus sum?*] *& tamen post tot,& innumera alia diuinæ,& supernæ dilectionis indicia,quàm grauiter deliquerit,nullus ignorat qui Bethsabeæ* c *adulterium, & Vriæ homicidium audiuit.Cuius pœnitẽtiam si sine charitate Domino obtulit,veram cordis contritionem non habuit.Quomodo ergo sacrificium cordis contriti,& spiritus contribulati Domino promittere audebat dicens?* [*Si voluisses sacrificium,dedissem vtique holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c.*] *Denique cum falsæ pœnitentiæ nulla à Deo promittatur remissio, quomodo à propheta*d *audire meruit,* [*Dimissum est tibi peccatũ tuum,*] *si veram cordis contritionem non habuit? Euidenter itaque apparet eum tunc charitatem habuisse,& ex charitate sacrificium cordis contriti,& spiritus contribulati Domino obtulisse:alioqui temerarie postulasset* [*Auerte faciem tuam à peccatis meis,*] *& cetera,quæ in eodem psalmo continentur, nisi odium mali, & dilectio boni ad humilitatem pœnitentiæ illum prouocasset. De quo etiam sanctus Ambrosius in libro de Isaac,& anima,c.3.scribit dicẽs.* [1 *Fugerat sanctus Dauid odia Saul regis,non relinquens terras,sed declinans cõtagia regis immitis, & superbi: quia mens eius adhærebat Deo,*] *cui sine charitate nullus adultus adhærere potest.* 2 *Et tamen,quã grauiter in populi*e *dinumeratione postea deliquerit,ipsius delicti pœna*f *indicauit. Item secundum hanc sententiam* g*, qui criminaliter deliquerit, veram peccatorum remissionem in baptismo consecutus non est,siue in annis infantiæ, siue adultus ad baptismum accessit: quia Dei amorem non habuit,sine quo nemo vmquam inuenit gratiam,atque ita secundum hæresim Iouiniani, si vere ex aqua, & spiritu sancto quis renatus* h *fuerit, vlterius criminaliter peccare non potest:vel si criminaliter peccat, aqua tantũ,non spiritu probatur esse renatus.Cui sententiæ illud epistolæ Ioannis consentire videtur* [*Omnis,qui natus est ex Deo,peccatum non facit: quoniam semen ipsius manet in eo:& non potest peccare,quia ex Deo natus est.In hoc enim manifesti sunt filij Dei,& filij diaboli.*] *Et in fine epistolæ* [*Omnis,qui natus est ex Deo,non peccat:sed generatio*i *Dei conseruat eum:& malignus non tangit eum.*] *Verum hæc auctoritas Apostoli,quantum illi sententiæ faueat, atque illa secta erroris quantum veritati sit aduersa, Hieronymus ostendit scribens cõtra Iouinianum,lib.2.in principio.*

C. XL.

3 SI enim,inquit,omnis,qui natus est ex Deo, non peccat, & à diabolo tentari non potest, quomodo præcipit, vt caueant, ne tententur?dicens[Filioli custodite vos à simulachris.]& in eadẽ rursus epistola[Si dixerimus,quia peccatum k non habemus, ipsi nos seducimus,& veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra: fidelis, & iustus est,vt remittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quia non peccauimus, mendacem l facimus eum, & verbum eius m nõ est in nobis.] Existimo,quòd Ioannes baptizatus n ad baptizatos scripserit,& q̃ omne peccatum à diabolo o sit. Ille peccatorem se cõfitetur, & sperat remissionem, post baptisma, peccatorum. Et Iouinianus meus dicit[Ne tangas me,quoniã mundus sum.] Quid ergo? Contraria sibi Apostol[9] loquitur?minime p. In eodem quippe loco,cur,hoc dixerit, statim edisserit[Filioli mei hæc scribo vobis, vt non peccetis q:sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum [4]: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris:non pro nostris autem tantũ, sed etiam pro totius mundi r. Et

¶*Si enim.*] primo opponit Iouiniano, ducendo eum ad inconueniens,tandẽ ostensurus qualiter verba Ioannis sunt intelligenda per compositionem.H.

1.Io.3.

Casvs.Primo ostendit Hieronym[9], quòd illa auctoritas Ioannis:Omnis qui natus est ex Deo, non peccat.non ita intelligenda est,quòd postquàm aliquis recepit gratiã, &habuit charitatem, peccare non possit. si enim sic intelligeretur,ergo contradiceret sibi Ioannes, qui baptizatus dicebat baptizatis: si dixerimus quòd peccatum nõ habemus,ipsi nos seducimus.Intelligenda est ergo sic illa auctoritas qui natus est ex Deo, i. qui recepit gratiam Dei,non peccat, s.donec perseuerat in ea. Secũdo procedit circa ea verba Ioannis,& auctoritatem Ioannis & Pauli probantiũ,quòd quilibet peccare potest. inducit etiam auctoritatem Iacobi,& probat etiam quòd boni peccare possint. Vltimo ostendit illud idẽ exemplo Dauid,Salomonis,& Iesu filij Iosedech, qui peccauerunt mortaliter, licet primo haberent charitatem: quod etiam in Angelis contingit.

3 Omissis aliquot verbis.

1.Ioan.5.

1.Ioan.1.

k ¶*Peccatum.*] saltem veniale.& alibi,Cum omnia feceritis:dicite: "qa inutiles serui sumus.& Greg.Væ iusto si remota misericordia à Deo iudicetur. ar.s.di.1.quẽ pœnitet.

"serui inutiles sumus.

1.Ioan.2.

l ¶*Mendacem.*]ipse enim dixit omnem hominem peccatorem, cum dixit per prophetã,Omnis homo mẽdax. & Paulus in epistola ad Romanos.Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax.

4 Adde Alb. de Rosi.i l.1. C.de suffr. ĩ q. an officiũ aduoc.de iure diuin. sit licitũ & meritoriũ: vbi ostendit saluatorẽ nr̃m sępius vsum fuisse offõ aduocõnis.

m ¶*Verbum eius.*]s.Christi,qui veritas est,vt j.eo.c.ver.qui dicit.

n ¶*Baptizatus.*] similiter & de aliis Apostolis dicendum,quòd fuerint baptizati.arg.de consec.dist.4.c.quando.& c.si eos.

o ¶*A diabolo.*]saltem per imitationem,nõ per suggestionem:"quòd ipse scilicet sit auctor omnis peccati mortalis, cum multa interius eo ignorante committantur mortalia. vnde Aug. diabolus non est immissor malarum cogitationum,sed incensor.26.q.4.c.vlt.Vel dicitur hoc habito respectu ad initium primi peccati,quod eo suggerente factum est,& vnde omne peccatum propagatum est.hoc nisi sic exponeres, contradiceret illud Psalmistæ:Ab occultis meis,&c. Et illud:Incensa igni & suffossa,&c.j.eo.c.ver.quanquam.

"Ecclesia pro infidelibus orat.

"diabolus an sit auctor omnis peccati.

p ¶*Mimime.*] quoniam in diuina pagina contrarietas vera non inuenitur.23.q.5.quid ergo.28.q.1.sic enim.s.ea.dist.1.pernicioſe.

q ¶*Non peccetis.*]dicendo,scilicet non peccauimus.

Additio. Quasi dicat ne malam securitatem assumatis dicẽdo,vos esse sine peccato,secundum Hug.

r ¶*Totius mundi.*] etiam infidelium:"quia ecclesia bene orat pro infidelibus. argument.supra eadem distinctione, in cap.charitas est. versic.item proximos.non tamen pro iam mortuis.12.quæst.2. non existimemus.

Source : BIU Cujas

in hoc ſcimus,quòd cognouim⁹ [a] eum, ſi mãdata eius obſeruemus. Qui dicit ſe noſſe Deum,& mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & in eo veritas non eſt. Qui autem ſeruat verbum eius, vere in hoc charitas Dei perfecta eſt. In hoc ſcimus, quoniam in ipſo ſumus.Qui dicit ſe in ipſo manere, debet,ſicut ille ambulauit,& ipſe ambulare.]Propterea,inquit,ſcribo vobis filioli mei,omnis,qui natus eſt ex Deo,non peccat,vt non peccetis [b]: & tandiu ſciatis vos in generatione Domini permanere, quamdiu non peccaueritis [c]: immo [d],qui in generatione Domini perſeuerãt, peccare nõ poſſunt [e]. Quæ enim communicatio luci,& tenebris? Chriſto,& Belial? Quomodo dies,& nox miſceri nõ quę runt? ſic nec iuſtitia,& iniquitas, peccatum, & bona opera, Chriſtus,& Antichriſtus.Si ſuſceperimus Chriſtum in hoſpitio noſtri pectoris, illico fugamus diabolũ. Si peccauerimus , & per peccati ianuam [f] ingreſſus fuerit diabolus, protinus Chriſtus recedit:vnde & Dauid [g] poſt peccatum[Redde mihi,ait,lætitiam ſalutaris tui] ſcilicet,quam peccando amiſerat. [Qui dicit ſe noſſe Deum,& mandata eius non cuſtodit,mendax [h] eſt & in eo veritas non eſt.]Chriſtus veritas appellatur [Ego ſum, inquit, via [i], & veritas [k], & † vita. [l]) Fruſtra nobis in eo plaudimus,cuius mandata non facimus. (Scienti bonum,& non facienti illud, peccatum [m] eſt. Quomodo corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: ſic [n] & fides ſine operibus mortua eſt.) Nec grande putemus vnum Deum noſſe [o],cum & dæmones [p] credant [q],& contremiſcant.(Qui dicit ſe in ipſo manere, debet, ſicut ille ambulauit,& ipſe ambulare.) [4] ¶ Eligat aduerſarius è duobus , quod vult: optionem enim damus:manet in Chriſto, an non manet? Si manet, ita ergo ambulet,vt Chriſtus.Si autem [r] temerarium eſt ſimilitudinem virtutum Domini polliceri , non manet in Chriſto , quia non ingreditur, vt Chriſtus.Ille peccatum non fecit, neque inuentus eſt dolus in ore eius:qui cum malediceretur, non remaledixit,& tanquam agnus coram tondente , ſic non aperuit os ſuum : ad quem venit princeps mundi iſtius , & inuenit in eo nihil: qui cum peccatum non feciſſet,pro nobis peccatum [s],eum fecit Deus. Nos autem iuxta epiſtolam [t] Iacobi multa peccamus omnes:& nemo mundus à peccatis,nec infans† [u],ſi vnius quidem diei fuerit vita eius. Quis enim gloriabitur caſtum ſe habere cor, aut quis confidet mundum ſe eſſe à peccatis ? tenemurque rei in ſimilitudinem pręuaricationis Adæ.Vnde & Dauid(Ecce,ait,in iniquitatibus conceptus ſum,&in delictis concepit me mater mea.) Et beatus Iob(Si fuero iuſt⁹ [x], os meum impia [y] loquetur : & ſi ſine crimine [z] , prauus inueniar : & ſi purificatus in niue, & lotus mundis manibus , ſatis me ſorde tinxiſti [a] , & execratum eſt me veſtimentum [b] meum.) Verum , ne penitus deſperemus , arbitrantes nos poſt peccata baptiſmi non poſſe ſaluari , ſtatim hoc ipſum temperat. (Et ſi quis peccauerit [c] , aduocatum habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris : non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.) Hoc ad credentes poſt baptiſma loquitur:& aduocatum pro delictis eorum Dominum pollicetur. Nec dicit ſiquid peccaueritis , aduocatum habetis apud patrem , Chriſtum , & ipſe eſt propitiatio pro peccatis veſtris, ne eos diceres non plena fide baptiſma conſecutos : ſed (aduocatum , inquit, habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum : & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris,) & non ſolum pro Ioannis, illorumque peccatis , ſed etiam (pro totius mundi.) In toto autem mundo & Apoſtoli ſunt, omneſque [d] credentes.Ex quibus liquido comprobatur poſt baptiſma poſſe peccari.Fruſtra enim habemus aduocatum Ieſum Chriſtum , ſi peccari non poteſt. Petrus apoſtolus , ad quem dictum fuerat (Qui lotus eſt , non neceſſe habet , vt iterum lauet.) & (Tu es Petrus , & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam) ab ancilla perterritus negat. Et ipſe Dominus (Simon, Simon , ecce , inquit , ſatanas poſtulauit vos , vt cribraret [e] ſicut triticum , ego autem rogaui pro te, ne deficeret [f] fides tua.) *& infra.* ¶Si non peccamus poſt baptiſma , cur nobis poſcimus peccata dimitti, quæ in baptiſmate iam ſunt dimiſſa? Quid oramus, ne intremus in tentationem , & vt liberemur à malo , ſi diabolus tentare non poteſt iam bapti-

a ¶*Cognouimus.*] i.dileximus.

b ¶*Non peccetis.*]mortaliter. aliàs contrarium eſſet ei quod dixi ſ.ſi dixerimus quia peccatum,&c.

c ¶*Peccaueritis.*]hactenus ſunt verba Ioannis : quæ ſequuntur, ſunt verba Hieronymi.

d ¶ *Immo.*] hic aperit Hieronymus qualiter verba ſiue dicta Ioannis ſunt intelligenda per compoſitionem, ſ. vt quis dum moratur in ſanctitate percepta & generatione Dei,ꝙ peccet mortaliter,eſt impoſſibile.

e ¶*Non poſſunt.*]coniunctim intellige,ſicilicet permanentes in charitate. 33.q.1. cum renuntiatur.ſ.diſt.50. conſiderandum.

2.Cor.6.

f ¶*Ianuam.*]dicit Auguſt. "ꝙ illæ duę ſunt portæ, quibus intrat diabolus,ſ.cupiditas, & timor. per eaſdem ecõtrario intrat Deꝰ. iſti ſunt aperiendæ, illi claudendæ.ℑ.diſt.7. c.2.& 3.

"Diabolus intrat in homines per duas portas

g ¶*Vnde Dauid.*] iſtud non continuatur proximo, ſed ſuperiori,ſi ſuſceperimus,&c.

Pſal.50.

h ¶*Mendax.*]ſaltẽ opere. 11. q.3. exiſtimant. 22.q.5.cauete.

i ¶*Via.*] in exemplo via non errans.

1.Ioan.2.

Additio. Vel dic via,per quã itur.Hug.

k ¶*Veritas.*] in promiſſo veritas non fallens [a].

Ioan.14.

†*abſunt à B.Hieron.*

l ¶*Vita.*]in præmio vita non moriens.

a Vel dic veritas ad quã itur.Hug. vel dic via, imitãtibus me: veritas diligẽtibus me:vitavſq; ĩ finẽ pſeuerãtib⁹ ĩ me, ſcdm H. diabolus bonũ operatur.

m ¶*Peccatum eſt.*]magis quàm ſi neſciret, non ideo tamen excuſaretur. 23.qu.4. ea vindicta.

n ¶*Sic & fides.*] ſ.1.q.1.fertur.& c.ſicut vrgeri.

o ¶*Noſſe.*]ſ.24.q.1.dicimus.

p ¶*Dæmones.*]cũ credere bonum ſit opus. & collige contra multorum opinionẽ diabolum bonum operari. Vnde in epiſtola ad Corinthios ibi, *Alij diſcretio ſpirituum.* vbi dicitur quòd & diabolus agit bona ſeductorie.ſ.1. diſt. poteſt.

Iac.4.
Iac.2.
Ioan.ibid.

q ¶*Credant.*] fide:ſed quia non diligunt, fide illa non merentur.

1.Petr.2.

ELIGAT. Hæc eſt 4. pars diſt. in qua probat per ſex auctoritates, quòd nullus eſt ſine peccato, nec infans vnius diei. & hoc probat primo per Iacobum. Secundo per Dauid. Tertio per Iob. Quarto per Ioannem. Quinto per Petrum. Sexto per Paulum. Ioannes de Fant.

Ioan.14.
2.Cor.5.

r ¶ *Si autem.*] ſupple non manet.

Additio. Hæc gl.procedit ſine hoc ſubaudito. non habet locum ſi hoc eſt in textu.

†abeſt ab orig.
Iob 14. ex 70.

s ¶ *Peccatum.*] id eſt, hoſtiam pro peccato. nam antiqui peccata dicebãt ſacrificia pro peccatis. Vel peccatum, id eſt, Chriſtum habentem ſimilitudinem carnis peccati, id eſt,mortalem,& ſimilem carni peccatrici. Vel peccatum, id-eſt, peccatorum puni ri pœna.

Prouerb.20
Rom.5.
Pſal.50.
Iob 9.ex 70. quibuſdam omiſſis.

s ¶ *Peccatum.*] aliàs peccatũ fecit ſe Deꝰ, id eſt,peccati pœnam pertulit. Vnde illud: Peccata noſtra ipſe portauit.

t ¶ *Epiſtolam.*] in tertio cap.

v ¶ *Nec infans.*] infra ead.diſt.3.c.adhuc inſtant.

Ioan.ibid.

x ¶*Si fuero iuſtus.*]id-eſt, ſi dixero me eſſe iuſtum,id eſt,ſine peccato.

y¶*Impia.*]vt enim dicit ſcriptura, perfectus eſt vir,qui lingua non offendit.

Additio.Ideo lingua circumcidenda eſt: quia dicit Salomon in prouer.In manibus linguæ vita & mors. vnde eſt circumcidenda per cultellum diſcretionis.Arch.

z ¶ *Et ſi ſine crimine.*] id eſt, ſi dixero me ſine crimine,&c.

a ¶*Tinxiſti.*] id eſt,tingi permiſiſti, permittendo me hoc dicere, ô tu Deus.

b ¶*Veſtimentum.*] id-eſt, corpus : "quod ideo dicitur veſtimentum : quia veſtit animam.35.diſtinctione. cap.6.

"Corpus eſt aĩæ veſtimentum.

c ¶ *Peccauerit.*] non excludendo ſe , ſed ſe eis connumerat , & hoc eſt quod ſequitur:ſed aduocatum habemus,&c.

d ¶*Omneſque.*] ſupra diſtinct. 19. ſi Romanorum.

e ¶*Vt cribraret.*]ideſt, vt diuerſis pœnis affligeret, vt eſſetis palea,id eſt,mali.ſed cribrati eſtis ſicut triticum,id eſt,purgati ſicut in area recedit palea , & remanet triticũ.vnde illud vt conſecutiuum eſt hic. ſimi. 1. q.1. benedictio. & c.ſeq.B.

Ioan.13. Matth.16. Luc.22.

f ¶ *Deficeret.*] "ſicilicet finaliter. Vel loquitur ad Petrum in perſona eccleſiæ,quæ tota non poteſt deficere. "vel non dicitur Petrus cecidiſſe:quia ſtatim ſurrexit : argu. extra de verborum ſignificatione, nam & ego.

"Eccleſia tota deficere non põt.

Matth.16. "Petrus nõ dr̃ cecidiſſe qui ſtatim ſurrexit.

a ¶*Aliud*

Source : BIU Cujas

zatos? Aliud [a] autem est, si ad catechumenos hæc oratio pertinet [b], & nõ conuenit fidelibus, & Christianis. Paulus electionis vas castigat corpus suum, & in seruitutem redigit, ne aliis prædicans, ipse reprobus inueniatur. *& infra.* ¶ Ad Hebræos quoque scribens ait. (Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati [c], & gustauerũt [d] donum cæleste, & participes facti sunt spiritus sancti [e], gustauerunt que nihilominus bonum Dei verbum [f] virtutesque [g] sæculi futuri, & prolapsi [h] sunt, renouari [i] iterum [k] ad pœnitentiam [l], rursus crucifigentes sibimetipsis [m] filium Dei, & ostentui habentes.) Certe eos, qui illuminati sunt, & gustauerunt Dei donum cæleste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustaueruntque bonum Dei verbum, negare non possumus baptizatos. Si autem baptizati peccare non possunt, quomodo nũc Apostolus dicit, (Et prolapsi sunt?) [i] Verum ne Mõtanus, & Nouatus hic rideant [n], qui cõtendunt non posse renouari per pœnitentiam eos, qui crucifixerunt sibimet filium Dei, & ostentui habuerant: conseqũter hunc errorem soluit, & ait (Confidimus autem de vobis, dilectissimi, meliora, & viciniora salutis, tametsi ita loquimur [o]. Non enim iniustus [p] est Deus, vt obliui scatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis [q] in nomine ipsius [r], qui ministrastis [s] sanctis suis, & nunc ministratis.) Et re vera grãdis iniustitia Dei, si tantum peccata puniret, & bona opera nõ susciperet. Ita locutus sum, inquit Apostolus, vt vos à peccatis retraherem, & desperationis [t] metu facerem cautiores. Ceterum confido de vobis, dilectissimi, meliora, & viciniora salutis. Neque enim iustitiæ [u] Dei est, vt obliuiscatur bonorum operum, & ministerij, quod propter nomẽ eius exhibuistis, & exhibetis [x] in sanctos, & tãtum meminerit peccatorũ. *& paulo post.* ¶ Liberi arbitrij nos cõdidit Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia necessitate trahimur: alioquin, vbi necessitas [y] est, nec dãnatio, nec [z] corona est: Sicut in bonis operibus perfector est Deus (non est enim volentis, neque currentis, sed miserentis, & adiuuantis Dei, vt peruenire valeamus ad calcem [a]) sic in malis, atque peccatis semina nostra sunt incentiua [b], & perfectio diaboli. Cũ viderit nos super fundamentum Christi ædificare fœnũ, ligna, stipulã [c], tunc supponit incendium [d]. Aedificemus ergo aurum, argentum, lapides pretiosos: & tẽtare non audebit. Quã quam & in hoc non sit certa, & secura [e] possessio. Sedet quippe Leo in insidiis, & in occultis [f], vt interficiat innocentem: & vasa figuli probat fornax, homines autẽ iustos tentatio tribulationis. Et in alio loco scribitur (Fili accedens [g] ad seruitutem Dei, præpara te ad tentationem.) Rursus idem [h] Iacobus loquitur. Estote factores verbi, & non auditores tantũ. Si quis auditor est verbi, & non factor, iste similis est viro, qui cõsiderat [i] vultum natiuitatis suæ in speculo: considerauit illum, & statim recedens, oblitus est qualis sit.) Frustra monuit, vt iungerent opera fidei, si post baptisma peccare non poterant.) Qui totam legem, inquit, seruauerit, & peccauerit in vno, factus est omnium reus [k].) Quis nostrum absque peccato [l]? concluſit Deus omnia [m] sub delicto, vt omnib⁹ misereatur. Petrus quoque (Nouit, inquit Dominus pios de tentatione [n] eruere.) Et de falsis doctoribus (Hi sunt [o] fontes [p] sine aqua, & nebulæ [q] turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarũ reseruatur. Superbia† [r] enim vanitatis loquentes pelliciunt [s] in desideriis carnis luxurię eos, qui paululum effugerant [t], & ad errorem reuersi sunt.) Nonne tibi videtur pinxisse [u] sermo Apostolicus nouam imperitiæ factionem [x]. Aperiunt enim quasi fontes scientiæ, qui cum aquam scien

a ¶ *Aliud.*] inconueniens est. & hoc probat statim.
b ¶ *Pertinet.*] hoc dicebant hæretici.
c ¶ *Illuminati.*] per baptismum, & fidem.
d ¶ *Et gustauerunt.*] i. remissionem peccatorũ quasi gustum suauem perceperunt in baptismo.
e ¶ *Spiritus sancti.*] i. diuersorum bonorum spiritus sancti, de quibus exponitur 30.q.1. peruenit.
1.Cor.9. f ¶ *Verbum.*] i. Euangelicam doctrinam.
g ¶ *Virtutesque.*] i. immortalitatem & impassibilitatẽ futuram iam spe gustauerunt.
Heb.6. h ¶ *Et prolapsi.*] grauiter peccando.
i ¶ *Renouari.*] per baptismum, nõ per pœnitentiam: negat iterationẽ baptismi, sed non negat pœnitentiam, quia impossibile est, natos ad pœnitẽtiam, qui semel hoc acceperunt, rursus renouari, i. baptizari. renouari enim est nouũ fieri, nouum autem facere lauare est ext. de re. iur. c. omnis res.
k ¶ *Iterum.*] renouari ad recupurandum iustitiam. & eos dico si baptizentur.
l ¶ *Ad pœnitentiam.*] i. nomine pœnitentiæ: q. d. non potest quis rebaptizari vt sic verã agat pœnitentiam: & si fecerit, rursus crucifiget Christũ quantum in ipso est. "baptismus enim Christi passionem significat j. de conse. dist. 4. prie. Vel ideo dicit rursus crucifigentes Christum: quia sicut impossibile est, q rursus crucifigatur, ita impossibile est q rursus baptizetur in pœnitentia. Vel, dic. vt in gl. quantum, &c.
m ¶ *Sibimetipsis.*] i. q̃tum ad seipsos. quia mors Christi vnũ baptismum consecrauit. quod sufficit ad omnia peccata delenda, sicut & illa mors sufficit ad omnia peccata tollenda. qui vero iterat baptismum quasi illa mors vna & vnũ ex ea non sufficiat, iterat baptisma, & mortem Christi quantum in se est, vel iterãdam insinuat, vt ex ea iterata fiat remissio peccati: quod est impossibile. sicut enim impossibile est iterum Christum crucifigi, ita & secundo per baptismum aliquem mori peccatis.
n ¶ *Rideant.*] i. rideant nos.
o ¶ *Loquimur.*] dure, i. terrendo & increpando, quasi dicat, non dicimus hoc putando vos esse tales, scilicet spinis plenos: sed timentes ne tales efficiamini, terremus vos verbis.
p ¶ *Iniustus.*] quasi dicat, ideo confido de vobis, qui olim bona multa operati estis, pro quibus si pœnitueritis de malis, benefaciet vobis Deus. & hoc est, non est, &c. vt s. ea. dist. §. hoc itaque. c. non est.
q ¶ *Ostendistis.*] id est, ex quo primo bona fecistis opera.
r ¶ *ipsius.*] id est, ad honorem Dei, & recte dixit, operis: quia ministrastis, &c. Hug.
s ¶ *Ministrastis.*] hic ar. q̃ de bonis loquitur post peccatũ exhibitis.
t ¶ *Desperationis.*] quasi dicat, nolo vos desperare de venia: sed ita locutus sum, vt metu desperationis ("qui plerumque retrahit à peccato) vos facerem cautiores.
v ¶ *Iustitiæ.*] quia non est tam crudelis Deus, &c. s. ea. dist. non est.
x ¶ *Exhibetis.*] hic ar. q̃ loquitur de bonis exhibitis post peccatum.
y ¶ *Necessitas.*] arg. "q̃ parspado non meretur continendo, nec parper parce viuendo, cũ ex necessitate hoc faciat. 33. q. 5. tunc saluabitur. s. 23. q. 4. Nabuchodonosor.
z ¶ *Nec corona.*] si De' ad partem nos tãtum cogeret vnam: Tunc nihil afferret gratia vel meritum. 23. q. 6. §. vlt. versus principum.
a ¶ *Ad calcem.*] "i. præmium bonorum operum, vel ad vitã æternam. Vel calcem, i. finẽ: quia extrema pars hominis est calx.
b ¶ *Incentiua.*] i. seminaria. arg. 15. q. 1. non est. quia de corde prodeũt malæ cogitationes, quas diabolus ad consensum & opus perducit, vt s. e. inter hæc sciendum. & c. sicut.
c ¶ *Fœnum, ligna, stipulam.*] venialia, s. leuia, grauia, grauissima, vt 25. dist. c. vnum. §. criminis.
d ¶ *Incendium.*] delectationis cõsensus & operis.
e ¶ *Secura.*] non enim est quis tã perfectus quin cadere possit, & hoc etiam ostendit dicens. Sedet, &c.
f ¶ *In occultis.*] i. in ambiguis. vnde non facile intelligitur quid sit appetẽdum, vel quid non.
g ¶ *Fili accedens.*] ext. de renun. nisi.
h ¶ *Idem.*] i. eamdem sententiam, nõ idem nominatiue, s. q̃ post baptismũ possit quis peccare, vel quòd nõ possit.
i ¶ *Considerat vultum.*] non rẽ, sed vmbram solam videns.
k ¶ *Reus.*] hoc exponitur j. distin. 5. c. conideret.
l ¶ *Sine peccato.*] saltẽ originali.
m ¶ *Omnia.*] id est, omnes homines.
n ¶ *De tentatione.*] nõ q̃ non tententur, sed ne tentationi succumbant. vel si succumbant, eos liberat & releuat.
o ¶ *Hi sunt.*] falsi doctores.
p ¶ *Fontes.*] non lauantes, sed coinquinantes. s. 2. q. 7. secuti sũt.
q ¶ *Et nebulæ.*] dæmonum. & dicuntur nebulæ: quasi alios obscurantes. 37. dist. §. vlt.
r ¶ *Superbia.*] id est, superba vanitate loquentes.
s ¶ *Pelliciunt.*] i. alliciunt & decipiunt. Vnde Augustinus super epistolam secundam Petri. "Pellices dicuntur meretrices, à pollutione, vel à pellis formositate, quia incautos alliciunt, & decipiunt. Pelliciunt ergo hæretici animas instabiles variorum dogmatum erroneis sectis. quasi constuprantes luxibus subdendo.
t ¶ *Effugerant.*] id est, recesserant à peccato per pœnitentiam.
v ¶ *Pinxisse.*] i. distinxisse vel denotasse vel descripsisse.
x ¶ *Factionem.*] id est, nouam hæreticam inuentionem.

1 De mõtani sectatori bus vide eũ dẽ i epist ad Marcellam. "Baptismus Passionem Christi significat.

"Mors Christi sufficit ad oia pcta delenda.

"Met' desperõis plerũque retrahit à pcto.

"Paup parce viuendo nõ meretur Rom. 9.

"calx qualiter sumitur. 1.Cor.3.

Psal.9. Eccl.28. Iac.1. Eccl.2. Iac.2. Ioan.8. Rom.11. 2.Petr.2. Petr.ibid.

"Pellices vnde dñr.

†al. Superba] orig.

Source : BIU Cujas

a ¶ *Ad quas.*] id est, quasi ad eas.
b ¶*Et turbinibus.*]§.2. q.7.secuti.
c ¶*Immundus.*]interpositio est, & debet subiungi, ideo grandia loquuntur, vt qui, &c.
d ¶ *Paululum.*] causam reddidit quare dixit, loquuntur grandia. Esa.22.
e ¶*Vocant.*]illi q istorũ doctrinã recipiũt.
f ¶*Scribens Angelo.*]id est, prælato.
g¶*Defecisti.*]finaliter aliàs contra est quod sequitur, ꝙ charitatem,&c. 1.Cor.15.
h ¶ *Sed habeo.*] hoc corrigendo dicit.
i ¶ *Memor.*] §.dist.50. domino sancto.
k ¶ *Et prima.*] i.similia primis.
l ¶ *Veniam tibi.*] i.ad detrimentum tuum. Apoc.2.
m¶*Candelabrum.*]"i. cathedram, vel sedé, vel dignitatem. "Candelabrum quali ter sumitur.
n ¶*Qui non coinquinauerunt.*]i.qui nõ peccauerunt.
o ¶*Ambulaturi.*]resume, pauci sunt, q,&c.
p ¶*Cui autem.*]suspẽditur constructio vsque illuc,vtique.
q ¶*Et scio vbi.*]scilicet in peccatis.
r ¶ *Quia solent.*] falsi doctores hæretici.
s ¶*Contra eos.*]sc.falsos doctores. Apoc.3.
t¶*Vsque ad Ioannem.*] q.d. post Ioannem nõ habent locũ,sed mentiuntur:quia illud verum est in cæremonialibus.
v ¶*Abraham.*]ecce alia dispensatio olim: alia nunc:quia licet altera dispensatio nũc, & altera olim:tamen quantũ ad merita hominum bona vel mala,& quantum ad posse peccare post charitatem idem fuit olim quod nunc.& ideo exempla veteris testa. recte inducere possũ.
"Salomoni bis fuit Deꝰ reuelatus. x ¶*Bis.*] "prima vicè in Gabaon quando sacrificium Deo obtulit, & Deus obtulit ei donũ scientiæ, vt habetur in lib.Regum a L.3.c.4. alia vice non legitur reuelatus ei specialiter,nisi quando composuit cantica canticorum. Matth.11. 36.di.c.qui ecclesiasticis,§.ecce.
y¶*Quia amator.*]§.32. q.4.Salomon.
†al.altera z ¶*Manassem.*]§.1.q.7. si quis omnẽ. iste fuit filius Ezechiæ.
1 §.32.q.4. Qs ignorat. Rom.4. 1.Cor.10. a ¶*Liber dierum.*]sc.Paralipomenon: in quo agitur de cõputatione dierum, & annorum regum Israel.
b¶*Ab Aegyptio.*]sc.Pharaone "Pharao,rex Magemedorum oppugnauit. "cũ enim Pharao vellet ire contra regem Medorum,primo aggressus est regem Adremon,qui regnabat tunc in Carchamis.descendit ergo rex Iosias Iudeę in occursum eius, prohibens ne transitum faceret per Iudæam, & misit Pharao ad eum dicens:Quid mihi & tibi rex Iudæ?non aduersum te venio. ad Euphratem propero. misit me Deus ad Medos sine me, ne Deus qui mecum est,interficiat te. non acquieuit Iosias,sed cum rege Adremon componebat acies suas,vt dimicaret aduersus Pharaonem. & forsitan dum transiret à curru in currum,qui sequebatur eum more regio, occisus est à sagittariis in cãpis Maggedo. Psal.25. Psal.50. 2.Reg.12. 2.Paral.33.
c ¶*Rege.*]i.Pharaone.
d ¶ *Filius Iosedech.*] §. dist.50.Iesus.
e ¶ *Diabolus.*] i. vxor sua.
f ¶*Angelos.*]quo ad naturam eorum,nisi essent confirmati per gratiam. vnde Plato in Timæo. Dij deorũ, quorum opifex pater ego, natura quidem dissolubiles, me autem sic volente indissolubiles. 2 §. dist.50. Iesus. Zach.3. Psal.108.
g¶*Coram Deo.*]id est, comparatione Domini.H.
h ¶*Si contra seruos.*]i. Moysen & Aaron, de quibus præmisit.H. Num.20.
i ¶*Quanto.*] §.8.q.1.si ergo.
k ¶*De quibus.*]i.de numero quorum b.
l ¶ *Tentatio est vita hominis.*]i.dum viuit homo tentatur.
m ¶ *Qui mittebat.*] i. missurus erat minores Angelos si stetissent sicut modo faciunt Angeli boni.H.
n ¶ *Inter duodecim.*] iuxta illud: Omnis lapis pretiosus operimentum tuum. j. ea. principium. ibi tamẽ non habetur nisi de nouem lapidibus.
o ¶*A morte Domini.*]i. per mortem Domini c qui diabolo mundi potestatem ademit. vel, *amore Dei*, quem amisit.
p ¶ *Ad inferna.*] "hic dicitur ꝙ morte Christi diabolus est religatus in inferno, & erit ibi ligatus vsque ad tempus Antichristi, & tunc soluetur, non à pœnis, sed à vinculis, vt exerceat vires suas in malos.
q ¶*Sublimitas.*] idest, Lucifer.
r ¶*In lumbis eius.*]quo ad tentationem virorum,in quibus (vt dicitur) "sedes luxuriæ est in lumbis.
s ¶ *Vmbilicum.*] quo ad tentationem feminarum
b Sub.praeuum qd repetit aduersus habitantes, &c. secundùm H. Iob 15. & 4.
Iob 7. Esa.14. cGl.est sim. in l.seruo legato.§.1.ff. de leg. "Diabolus morte Christi est in inferno religatus. †al.monte Luc.10. Esa.14. Ezech.28.
" Luxuriæ sedesvbi est

tiæ? qui cum aquam non habeant doctrinarum, promittunt imbrem,velut nubes propheticæ,ad quas a perueniat veritas Dei, & turbinibus b exagitantur dæmonum,atque vitiorum.Loquuntur grandia,& totus eorum sermo superbia est(immundus c est autem apud Deũ omnis, qui exaltat cor suum:) vt qui paululum d refugerant à peccatis, ad suum reuertantur errorem, & suadent in luxuria ciborum, carnisque, delitias. Quis enim non libenter audiat. Manducemus, & bibamus, & in æternum regnabimus? Sapientes, & prudentes, prauos vocant e : eos vero, qui dulces sunt in sermonibus, plus audiunt. Ioannes Apostolus, immo in Ioanne Saluator scribens f Angelo Ephesi ecclesię[Scio,inquit, opera tua,& laborẽ,& patientiam tuam,&c.& quia substinuisti propter nomen meum,& non defecisti g : sed habeo h aduersum te, ꝙ charitatem tuam primam reliquisti. Memor i esto, vnde ecciderís, & age pœnitentiam,& prima k opera fac.Sin autem,veniam tibi l, & mouebo candelabrum m tuum de loco,nisi pœnitentiam egeris.] Similiter & ceteras ecclesias, Smyrnam,Pergamum,Thyatirã, Sardis,Philadelphiã,Laodiciam, ad pœnitentiam prouocat:& nisi reuertantur ad opera pristina,cõminatur:& in Sardis paucos habere se dicit, qui non coinquinauerunt n vestimẽta sua,& ambulaturi o sunt cũ eo in albis, quia digni sunt. Cui autem p dicit [Memento,vnde ecciderís,]&[Ecce missurus est diabolus ex vobis in carcerem,vt tentemini,]& (Scio, vbi q habitas, vbi sedes est satanæ,) & (In mente habe, qualiter acceperis,& audieris,)&(Serua, & pœnitentiam age,)& reliqua? vtique ei dicit, qui credidit, & baptizatus est,& stans quondam,corruit per delictum. Paulisper de veteri testamento exempla distuleram: quia solent r, vbicumque contra eos s facit,dicere(Lex,& prophetæ vsque ad Ioannem t.) Ceterum quis ignorat sub alia† dispensatione Dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti,cuius nunc Christiani sunt? Quomodo ante Abraham u placuit in coniugio, sic nunc virgines placent in perpetua castitate:Seruiuit ille legi, & tempori suo : seruiamus & nos Euangelio, & tempori nostro, in quos fines sæculorum decurrerunt. Dauid electus secundum cor Domini,qui omnes eius fecerat voluntates, & qui in quodam psalmo dixerat(Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum,& in Domino sperans non infirmabor. Proba me Domine,& tẽta me:vre renes meos,& cor meum,)postea tentatur à diabolo,& post peccatũ pœnitens loquitur [Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.] Magnum peccatum magna deleri vult misericordia. Salomon amabilis Domini, & cũi bis x Deus fuerat reuelatus, quia amator y mulierum fuit, à Dei amore discessit: Manassem z impiissimum regem post captiuitatem Babylonicam in pristinam dignitatem liber a dierum restitutum refert.Et Iosias vir sanctus in campo Mageddo ab Aegyptio b rege c confoditur. 2 Iesus quoque filius d Iosedech sacerdos magnus,quamquam in typo præcesserit Saluatoris, qui nostra peccata portauit, & alienigenam sibi ex gentibus ecclesiam copulauit,tamen secundum litteram post sacerdotium sordidatus inducitur, & stat diabolus e à dextris eius:& candida illi vestimenta deinceps redduntur. Superfluum est de Moyse, & Aaron scribere, quòd ad aquam contradictionis offenderint Deum,& terram repromissionis non intrauerint : cum beatus Iob angelos f quoque, & omnem creaturam peccare posse cõmemoret, dicens [Quid enim? Numquid homo coram Deo g mundus est, aut in operibus suis sine macula vir?]si contra seruos h suos non credit,& aduersum Angelos suos prauum quid repperit, quanto i magis habitantes in domibus luteis:de quibus k & nos ex eodem luto sumus. Tentatio l est vita hominis super terram.Et cecidit lucifer,qui mittebat m ad vniuersas nationes : & ille,qui in paradiso delitiarum inter n duodecim nutritus est lapides, vulneratus à morte† Domini o, ad inferna p descendit. Vnde & Saluator in Euangelio[Videbam,inquit,satanam, quasi fulgur de cælo cadentem.]Si altissima illa sublimitas q cecidit,quis cadere non possit? Si in cælo ruinæ, quanto magis in terra ? Et tamen cum ciderit lucifer, immo post casum coluber antiquus, virtus eius in lumbis r eius, & potestas super vmbilicum s ventris.

Source: BIU Cujas

narum, in quarum vmbilico dicitur esse sedes luxuriæ. Vnde Augustus. super eumdem locum, semen coitus viris inesse lumbis, feminis in vmbilico perhibetur: quia ergo diabolus vtrique sexui per luxuriam dominatur, ad viros loquens conuenienter dixit. Virtus eius in lumbis, &c. Propheta etiam sub specie feminæ petulantiam Iudæi increpans ait: In die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus.

a ¶ *Obumbrantur.*] per ipsum.

b ¶*Arbores magnæ.*]i. qui magni videntur, vt sunt hypocritæ.

c ¶*Iuxta iuncum.*]id-est, hypocritas, "qui merito designantur per ista, cum exterius aliquid videantur, & interius sint vani, vt illa. Per iuncum enim, qui est sine nodo exterius, interius autē substantia caret, hypocritæ designantur. Per calamum exterius splendentem & fragilem, sed interius vacuum, designantur sæculares mundanæ gloriæ dediti, & eius splendori, quæ cito trāseunt. Per caricem crescentem in locis palustribus, & per manum tangentis vulnerantem curiositas tēporalium designatur, quæ in affluentia nutritur, & crescit, & animum pungit.

d¶*Quæ in aquis sunt.*] i. in fluxu rerum labentium.

e ¶*Nuptiarum.*] saturandæ causa libidinis contractarum: secus si causa prolis. 33. q. 4. vir cum propria.

f ¶ *Ex præcepto Dei.*] i. secundum præceptum, i. auctoritatem diuinæ scripturæ. Alij corrigunt hoc, & dicunt excepto Deo, & bene.

g ¶*Stantium.*] i. stantes timeāt, ne scilicet simili cadant ruina.

h¶*Metus sit.*]i. debeat esse.

EVIDENTER. CASVS. "Concludit Gratianus ex præallegatis, charitatem semel habitam amitti posse, cum quis postea criminaliter delinquit. quod non solum de operibus charitatis, sed etiam de ipsa charitate verum esse ostendit: quod probat exemplo Adæ, Moysi, & Dauid. adiiciens hoc posse contingere, non solū circa prædestinatos, sed etiam circa prēscitos. ad quod inducit sequentia capitula.

1 SVnt plures, quos pœnitet peccasse: sed non omnino, reseruantes sibi quædam, in quibus delectantur [a]: non animaduertentes Dominum simul surdum & mutum à dæmonio liberasse: per hoc docens nos, numquàm [b], nisi [c] de omnibus sanari [d]. Si enim vellet ex parte peccata reseruari, habenti septem dæmonia, manente vno, proficere potuerat [e] sex expulsis. Expulit autem septem, vt omnia crimina simul [f] eiicienda doceret. Legionem autem ab alio eiiciens, neminem reliquit ex omnibus, qui liberatum possideret, ostendens, quòd etiam si peccata sint mille [g], oporteret de omnibus pœnitere. Laudatus est enim Dominus, quando eiecto dæmonio locutus est mutus. Numquam aliquem sanauit, quem omnino [h] non liberauit. Totum enim hominem sanauit in sabbato: quia & corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione liberauit, indicans pœnitentem oportere simul dolere de omni crimine orto in anima, & corpore [i]. Scio enim Deum inimicum omni criminoso [k]. Quomodo ergo, qui crimen reseruat, de alio recipiet veniam? Sine amore Dei consequeretur veniã †, sine quo nemo vmquam inuenit gratiam. Hostis enim Dei est, dum offendit perseueranter. Quædam enim impietas infidelitatis est, ab illo, qui iustus, & iustitia est, dimidiam sperare veniam. Iam enim foret sine pœnitentia inuenire gratiam. Pœnitentia enim vera ad baptismi puritatem [l] confitentem conatur adducere. Recte enim pœnitens, quidquid sordium post purificationem contraxit, oportet vt abluat, saltem lacrymis mentis. Sed satis durus est, cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare [m], sed sciat culpabiliter se durum, qui deflet damna temporis, vel mortem amici: & dolorem peccati lacrymis non ostendit. Non itaque est, vt quis excuset se non habere fontem lacrymarum, qui nonnumquàm [n] lacrymis ostendit dolorem [o] temporalium. Quem ergo pœnitet, omnino pœniteat P, &c.

n ¶ *Nonnumquam.*] id est, aliquando.

o ¶ *Dolorem.*] vnde Iuuenalis:

Ploratur lacrymis amissa pecunia veris. & alibi:
Minore tumultu funera planguntur nonnumquam.

p ¶ *Pœniteat.*] s. dist. 1. c. quis aliquando. §. non sunt. & c. quem pœnitet.

10 [2] *Auctoritas* q *illa Naum prophetæ [non iudicabit Deus bis, &c.] non indistincte ostendit omnia, quæ temporaliter puniuntur, non vlterius à Deo punienda. Quamuis enim Sodomitas, Aegyptios, Israelitas in eremo super eumdem locum dicat Hieronymus temporaliter à Deo punitos, ne in æternum punirentur, non tamen de omnibus generaliter hoc intelligendum est: alioqui cuique sceleroso optandum esset, vt cœlesti fulmine percussus, aut aquis submersus, aut à serpentibus vulneratus pro peccatis suis diuinitus interiret, vt æternos cruciatus breuis* [r], *& momentanea pœna terminaret. Illud etiam Apostoli falsum esset, quod de prostratis in deserto in epistola ad Hebræos scribens ait, [propter incredulitatem suam non intrauerunt in terram promissionis.] Vbi probatur, quòd sicut merito suæ infidelitatis requiem illam amiserunt: ita propter eamdem infidelitatem, veram requiem æternæ beatitudinis nullo modo intrauerunt. Intelligitur ergo illud Hieronymi de his tantum, qui inter ipsa flagella pœnitentiam egerunt: quam, & si breuem, & momentaneam, tamen non respuit Deus: sicut & illud prophetæ [non iudicabit † Deus bis in idipsum]* [3] *de his tantum intelligi oportet, quos præsentia supplicia in melius commutant* [s], *super quos non consurget duplex tribulatio. Qui autem inter flagella duriores, & deteriores fiunt, sicut Pharao, qui flagellatus à Domino, durior factus est, præsentibus æterna connectunt, vt temporale supplicium sit eis æternæ damnationis initium.*

Vnde Augustinus in cantico t *Deuteronomij.*

C. XLIII.

4 IGnis succensus est, &c.] Hoc est, vindicta hic incipiet, & ardebit vsque ad extremam damnationem.

5 *Hoc contra illos notandum est, qui dicunt [non iudicabit Deus bis in idipsum] ad omnia pertinere flagella: quia quidam hic flagellis emendantur, alij & hic, & in æternum puniuntur: sicut Antiochus, & Herodes.* 6 *Quod autem super eumdem locum de adultero fideli Hieronymus sentire videtur, ex eiusdem verbis falsum esse probatur. Exemplo enim illius, qui Israelitas maledixerat, & qui ligna in sabbato collegerat, ostendit parua peccata breuibus & tempo-*

q ¶ *Auctoritas.*] soluit auctoritates inductas ad probandum quòd quis agendo pœnitentiam de vno peccato, & non de alio consequatur veniam de vno, & non de alio.

Naum r. †al. vindicabit 3 s. 23. q. 5. hoc tamen.

r ¶ *Breuis.*] s. ead. dist. illud. §. ecce cuius. & c. talis mihi.

s ¶ *Commutant.*] in bonum, & charitatem ad veram pœnitentiam.

t ¶ *In cantico.*] Moysi scilicet, Audite cœli quę loquar, &c. cuius cantici est versus ille, Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima.

4 Sententia in glos. ord. Deut. 32. & apud B. Gre. moral. l. 18. c. 12.

IGnis succensus.] Casvs. primo ponuntur verba Moysi sum. bono, in Deutero. quæ talia sunt: Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Secundo ponuntur verba Augustꝰ. exponentis verba illa, scilicet præsens pœna continuabitur cũ æterna.

5 Isidor. de lib. 3. c. 2.

6 Sent. ibid.

HOC CONTRA ILLOS. Casvs. Dicit nunc Grat. quòd supradicta auctoritas est contra illos qui dicunt, Non iudicabit Deus bis in idipsum, pertinere ad omnia flagella: quia non pertinet nisi ad eos, qui inter ipsa flagella corriguntur. Postea respondet illi §. item obiicitur. de Hierony. Quidam tamen faciunt vnum §. ab illo §. auctoritas. vsque ad c. quærat. cuius casus facilis est, præterea est, pars illius cap. quod habuisti s. 23. q. 5. quid ergo. cuius casum ibi habuisti.

7 sen. dist. 1. de pœ. c. quem ergo. Sen. 4. dist. 15. s. scelerationis.

Heb. 3.

Source : BIU Cujas

a ¶ *Magna vero.*] scilicet, quæ temporaliter non puniuntur sufficienter.

b Q *Vært.*]ſ.23.q.5.quid ergo.

c ¶ *Dominus bis.*]id eſt, non punit aliquem pro aliquo facto iterum, pro quo ſufficienter eum ſemel puniuit.

d ¶ *Fruſtrentur.*] id eſt, euitent.

e ¶ *Menſuras.*] id eſt, ſcire quibus & quantis flagellis quælibet peccata ſunt punienda.

1 ſ.23.qu.5. quid ergo. §.quærat. Sent.ibid. "Culpa leuis eſt quæ tẽporaliter punitur.

f ¶ *Dehinc.*]id eſt, poſt hanc vitam.

g ¶ *Lui.*]id eſt, puniri.

h ¶ *Culpa leuis.*]& tamen mortalis. "omnis enim culpa dicitur leuis, quę temporaliter punitur, reſpectu illius quę ęternaliter, ſicut quælibet pœna temporalis dicitur leuis reſpectu æternæ. ȷ.ead. diſt.7. c.vlt.

i ¶ *Compenſata.*] hic aperte innuit Hiero. "grauia peccata, de quibus nõ agitur pœnitentia inter flagella, & hic puniri grauiſupplicio, & in futuro punienda æternaliter: leuia vero quæ hic puniuntur ſufficienter, pro leui pęna compenſationem vitæ æternæ recipere[a]: quod in bonis fieri non ambigimus: & in malis forte ita fit, ſed non credo: quia iam remitteretur peccatum quo ad pœnam confitendo de vno, & non de alio: quod negamus. ſ.ea.diſt.§.his auctoritatibus.

" Peccata grauia graviter ſunt punienda.

†*telui*]orig.

Num.15. a Quia talis pœna ſuccedit in locũ ęternę quaſi in recompenſationẽ. Petr.

2 ſ.c.pluit. Sent.ibid.

ILLVD AVTEM. Casvs. Grat. hic reſpondet quibuſdam obiectionibus inductis pro alia parte, & dicit quòd illa auctoritas Greg. pluit, &c. intelligitur dicta de eo qui incipit deteſtari crimen, non quod de eo veniam conſequatur: alioquin ſententiæ Euangelicæ cõtradiceret. Et quod hoc ſit verum, probat auctoritate Auguſt. Quod autem dicitur in c.1. conſolatio, & ſi fides, &c. pro conſcientia fides ſumitur: quod probat auctoritate Apoſtolica. Quòd autem dicitur in illo §. item obiicitur. dicit q̃ non valet argumentatio ibi facta, ſed tunc incipiet ei eſſe frúctuoſa pœnitentia de vno peccato, cum cœperit de aliis pœnitere. ad quod inducit ſeq.c. quod ſatis patet cum ſequenti §. quamquam. & ad probandum §.inducit c.ſeq. *Quorum primum*, ſ. cauendum patet.

3 ſ.diſt.1. tres ſunt.

k ¶ *Arbiter.*]ȷ.de conſec.diſt.4.omnis qui.

l ¶ *Et ſi fides.*] ſ.1.q.1.fertur.28.q.1.c.omnes.§.ex his.

m ¶ *Obiicitur.*] hic patet illa fuiſſe verba magiſtri. ſ.ea.ſi illa, &c.& ſ.ead.§.item opponitur.

n ¶ *Satisfactio.*]ſ.ead.diſt.ſatisfactio.

o ¶ *Non percipitur.*] ecce plane videtur velle quòd particularis confeſſio facta, ſcilicet de vno peccato, adueniente charitate incipiat & viuere, & valere ad vitam æternam. Et quòd ſic intelligat, per

" Bona in peccato fcã quo ad aliquã, ſunt.

exemplum patet, quod inducit de baptizato, " ſecundum quod dicitur de omnibus bonis, quæ fiunt ſine charitate, quod incipiant viuere: quod tñ non credo, immo tantum illa bona, quæ fiunt cum charitate: & ſi poſtea ſunt mortificata, iterum adueniente charitate reuiuiſcunt. ſi non aduenerit charitas, idem eſt quòd de eis quæ fiunt ſine charitate: quia nec illa nec iſta valent niſi ad bonum temporale[b] vel ad illuſtrandum, vel ad incommodum vitandum, vel ad minorem pœnam ſubeundam. Ad excuſandum vero magiſtrum dicimus, quòd intellexit eam ad hoc valere, quòd vlterius ei pro illo peccato non iniungitur à ſacerdote ſatisfactio alia, vt ſ.ea. §. item opponitur. ver. ſi illa ſatisfactio. ſicut baptizatus licet ficte, non rebaptizatur. de conſec.diſtin.4.ſolet. quod tamen R. negat. ſed melius diſtinguitur ſic. " Bona opera cum charitate facta, & poſtea mortificata per peccatum, reuiuiſcunt item per charitatẽ ad vitam æternam conſequendam: & ſic facta olim ſine chatitate reuiuiſcunt, & valent tantum ad temrale præmium, vel ad minus ſupplicium ſubeundum. ad idem valẽt bona facta cum charitate, & poſtea per peccatum mortificata ſi homo numquam ad charitatem redeat. ſecundum primum membrum intelliguntur illæ duæ auctoritates. ȷ.ead.c. pium. & c.ſi quando, &c. Et intellige quòd in alio tempore fecerunt bona, ſcilicet cum erant boni: in alio tempore mala, ſcilicet cum erant mali. Vel ſic dicatur, quòd eodem tempore intelliguntur illæ auctoritates iuxta ſecundum membrum [c], ſecundum quòd duplicem intellectum magiſter innuit, ſupponendo aliam ſolutionem ibi, quamquam, &c. ſecundum tertium membrum loquitur Ezechiel dicens: Si auerterit, &c. & Greg. in c.hoc nobis maxime. ȷ. 4.diſt. §.finis. Huiuſmodi ergo bona ſine charitate facta, & bona in charitate facta, quæ comitatur mortalis culpa, qam non delet ſequens pœnitentia, ad ſenſum temporalis commodi vel minoris pęnę proficiũt, non ad vitæ æternæ fructũ, ad quem proficiunt facta cum charitate & mortificata per peccatũ ſi poſtea redit ad charitatem. Hanc diſt. magiſter innuit. ȷ. diſt. 4. §. finis. Alij dicunt quòd numquam reuiuiſcunt quo ad vitam æternam, ſicut nec mala quo ad pœnam æternam: ſecundum quos ponit hic magiſter tres opiniones. Item in hac opin. eſt R. G. & H.

b Vt ȷ.e. caminorem pœnam ſubeundam. Arc.

4 ſ.e.prima conſolatio. Iac.2. Rom.1.

"Bona mortificata reuiuiſcunt, ſed nõ mortua. Pſal.18. 1.Cor.4.

5 ſ.prima conſolatio.

6 in lib.de vera & falſa pœnit. c.14

7 Sen.4.diſt. 15.ȷ.diſt.5.c. conſideret.

c Sed q̃ bona opa fcã cũ qs nõ eſt ī charitate: immo facit mala eodẽ tpe, ,ſunt, non quo ad vitã æternã ſed ad tpale cõmodum, vel ad minº ſupplicium ſubeũdum.

8 Sent. ibid. †*multa opera*]orig.

P *Plum eſt.*] remuneret præmio æterno, & ſecundum hoc eſt aliud in bonis, aliud in malis, quæ non reuiuiſcunt. Vel de temporali bono intelligitur, vel de minori pœna in alia vita. Has tres opiniones ponit magiſter Laur.

q ¶ *Bonum.*]poſt illud bonum. Laur.

Additio. id eſt, in illo qui poſt id bonum peccauit, & poſtea redit ad gratiam: qui diligunt ad remiſſionem æternam. P.

QVAMQVAM. Hæc eſt 11. pars diſt. in qua dicitur, q̃ nullum bonum irremuneratum, nullum malum impunitum. Ioan. de Fant. & hoc probat per tres auctoritates.

r ¶ *Quamquam.*]alia ſolutio. Nota quòd in principio huius c. debet eſſe videris: aliàs vides. vbi eſt fides.

ralibus ſuppliciis purgari: magna vero[a] *diuturnis, & æternis ſuppliciis reſeruari.*

Ait enim in 1.cap. Naum.

C. XLIIII.

1 QVærat[b] hic aliquis, ſi fidelis deprehenſus in adulterio decolletur, quid de eo poſtea fiat. Aut enim punietur, & falſum eſt hoc, quòd dicitur [non vindicabit Dominus[c] bis in idipſum in tribulatione:]aut non punietur, & optandum eſt adulteris, vt in præſentiarum breui, & cita pœna fruſtrentur[d] cruciatus æternos. Ad quod reſpondebimus, Deum, vt omnium rerum, ita ſupliciorum quoq; ſcire menſuras[e], & non præueniri ſententia iudicis, nec illi in peccatorem exercendæ dehinc[f] pœnæ auferri poteſtatem, & magnum peccatum magnis, diuturniſque lui †[g] cruciatibus: ſi quis autem punitus ſit, vt ille in lege, qui Iſraeliticis maledixerat, & qui in ſabbato ligna collegerat, tales poſtea non puniri: quia culpa[h] leuis præſenti ſupplicio compenſata[i] ſit.

2 *Illud autem Gregorij* [*Pluit Dominus ſuper vnam ciuitatem, &* c.]*non ad criminis veniam, ſed ad eius referendum eſt deteſtationem: vt ideo pars ciuitatis dicatur eſſe compluta: quia crimen, quod dilexerat, deteſtari incipit, non quòd eius veniam conſequatur. Criminis autem deteſtatio pluuia vocatur: quia ex fonte diuinæ gratiæ cordi noſtro inſtillatur: vt vel ſic quiſque ad veram pœnitentiam perueniat: aut eo minus à Deo puniatur, quò diuturniore delectatione peccati maius ſibi ſupplicium accumulaſſet. Si vero ad indulgentiam criminis pluuia referatur: Euangelicæ ſententiæ contraire videbitur. Si enim propter fraternũ odium, etiam quæ dimiſſa ſunt, replicantur ad pœnam: multo magis, quæ non ſunt dimiſſa, ad vindictam reſeruari probantur. Item ſi ſecundum Auguſtinum*[3] *arbiter*[k] *ſuæ voluntatis non poteſt inchoare nouam vitam, niſi pœniteat eum veteris vitæ: quomodo ad nouitatem indulgentiæ perueniet, qui odij vetuſtatem non depoſuit? Ad deteſtationem ergo criminis, vt dictum eſt, non ad eius indulgentiam pluuia illa pertinere probatur. Item illud Ambroſij* [4 *Et ſi fides* l *deſit, pœna ſatisfacit:*] *non de ea fide intelligitur, de qua dicitur* [*fides, ſine operibus mortua eſt:*] *ſed de ea, de qua Apoſtolus ait* [*omne, quod non eſt ex fide*] *id eſt, omne quod fit contra conſcientiam* [*peccatum eſt.*] *Deeſt ergo fides, cum non ſubeſt conſcientia peccati. Sed quia delicta omnia nullus intelligit: eſt aliquando peccatum in homine, cuius non habet conſcientiam. Vnde Apoſtolus ait* [*Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum.*] *Cuius ergo peccati deeſt conſcientia: illius pœna ſi patienter feratur, ſatisfacit, & releuat grauatum.*[5] *Quod autem in fine obiicitur*[m], *(ſi ſatisfactio*[n] *illa fuit, veniam impetrauit: ſi autem veniam non impetrauit, ſatisfactio non fuit: ſi autem ſatisfactio non fuit, adhuc ſibi pœna imponenda eſt,) non procedit argumentatio, ſatisfactio namque eſt, dum ipſius cauſa peccati exciditur, & eius ſuggeſtionibus aditus non indulgetur: ſed eius fructus non percipitur*[o], *impeditus peccato, quod non deſeritur: percipietur autem, cum eius pœnitentia fuerit ſubſecuta: ſicut ad lauacrum ficte accedens regenerationis ſacramentum accipit, non tamen in Chriſto renaſcitur, renaſcetur autem virtute ſacramenti, quod perceperat, cum fictio illa de corde eius receſſerit veraci pœnitentia.*

Sicut etiam Auguſtinus ſcribit in libro de pœnitentia.[6]

C. XLV.

7 PIum eſt[p] credere, & noſtra fides expoſtulat, vt cum gratia Chriſti deſtruxerit mala priora in homine, etiam remuneret bona: &, cũ deſtruxerit, quod ſuum non inuenit, amet, & diligat bonum[q], quod etiam in peccante plantauit.

¶ *Paulo aliter legitur in originali: ſed magiſter habet fere vt Gratianus.*

Ex hoc ſenſu illud etiam Hieronymi dictum videtur ad cap.1. Aggæi.

C. XLVI.

8 SI quando videris inter multa †mala opera peccatorum facere quempiam nonnulla, quæ iuſta ſunt, non eſt tam iniuſtus Deus, vt propter mala multa, paucorũ obliuiſcatur bonorum.

11 *Quamquam*[r] *memoria bonorum ad præſentem remunerationem poſſit referri: ſicut*

Source : BIU Cujas

a *Cauendum.*]id est,vitandum.
b ¶*Diues iste.*]de quo hic agitur.
c ¶*In præsenti.*]tantum.
d *Quid ergo.*]Casvs. " Si videamus malos prosperari,& bonos aduersitatem pati, non debemus turbari:quia non est vera retributio boni vel mali: nam sæpe punitur hic innocens, & extollitur qui non meruit. sed hic ostenditur, quòd in futuro erunt præmia & pœnę.quod quidam non cõcedunt:&prętera in bonis sunt aliqua mala digna puniri,& in malis aliqua bona digna remunerari. Vltimo dicit quòd cum malus hic remuneratur, malo capitis sui fit:quia in futuro punietur,nec pęna eius mitigabitur.

" Mali hic prosperantur,& boni patiuntur.

in hom. 40 hĩ sentẽtia.

Matth.6.

Luc.16.

e ¶*Malignos.*]Nam vt dicit Claudianus: *Tol luntur in altum, vt lapsu grauiore ruant.*
f ¶ *Qui resurrectionem.*] negantes,scilicet retributionem eorum,quæ quisque corpore gessit.Lan.[a]
g ¶*Non turbemur.*]in alia vita.
h ¶ *Bonus.*] C. de vet. iu.enucl.l.1.§.his itaque tollitur.

a Qđ tfi negandũ non est, extr. de sum. trinit. c.1.Arch.

POTEST ETIAM. Casvs.Ecce 3.solutio illorum c.pium est.& c.&si quando.& cap. scilicet. vt quod ibi dicitur, referatur ad mitiorem pęnam habendam in alia vita. & ad hoc inducitur sequens cap.

Si quis autem.]Casvs. Probat Aug. in hoc c. quòd si quis non habens charitatem aliqua bona facit, dummodo fidem non amittat, valent ei ad mitiorem pœnam substinendam, sed non prosunt ei ad obtinendam vitam æternam : quod probatur auctoritate Apostoli.

2 Sent. ibid.

i ¶*Culpanda.*] ꝫ.1.q.1. teneamus.
k ¶*Fortasse.*] Nota est assertionis. ꝫ. 13. q. 2. tempus.ꝫ.90.dist.neque ad Cain. ꝫ. 1. q.1. vide contra. sed ibi de iis qui arroganter hoc faciunt:hic de iis qui in faciendo zelum Dei habent, & si non secundum scientiam diuitiam.

Ephes.5.

l ¶*Sine qua.*] ꝫ.dist.2. c.vt cognouerunt. §. opponitur.c.fugerat.

POENITENTIA.Hæc est 12.pars dist.in qua soluit magister & bene, secundum Ioan.de Fant.

Casvs.Infert Grat. ex supradictis quod pœnitentia nulli perseueranti in peccato vtilis est,non tamen alicui deneganda:quia tunc fructum eius percipiet, cum de aliis peccatis pœnitentiam egerit:vnde definitio pœnitentiæ, & auctoritates sibi consonantes, quæ negant eum facere pœnitentiam,qui in crimine perseuerat,intelliguntur de vtili fructuosa. Quòd autem dicitur,pœnitentia semel vsurpata,&c.de solenni pœnitentia intelligitur, quæ secundum consuetudinem quarumdam ecclesiarum iterari non potest : & de hac solenni intelligitur.

Gregorius in homilia de diuite, & Lazaro scribit.[1]

C. XLVII.

CAuendum [a] nobis est, vt si forte aliquid boni agimus,in pręsenti sæculo remunerationem accipiamus : ne forte dicatur nobis [receperũt mercedem suam.] Nisi enim [b] diues iste aliquid boni egisset,vnde in præsenti [c] sæculo remunerationem accepisset, nequaquam Abraham ei diceret, [Recepisti bona in vita tua.

Item Ioannes Chrysostomus homil. 67. ad populum Antiochenum.

C. XLVIII.

QVid ergo [d] turbamur?nemo videns malignos [e] prosperitatem habere, turbetur. Non est hic retributio malignitatis,neque virtutis:ac,si aliquando contingat, vt aliqua sit retributio vel malitiæ, vel virtutis : non tamen secundum quòd dignum est, sed simpliciter, veluti quidam gustus iudicij : vt qui resurrectionem [f] non credunt talibus doceantur. Quando itaque videmus malignum ditescere, non subruamur: & quando videmus bonum mala pati, non turbemur [g]. Illic corona:illic supplicia. Est & alia ratio: quia nõ potest malus in omnibus malus esse,sed habet aliqua bona: neque bonus [h] in omnibus esse bonus, sed habet aliqua peccata. Cum ergo prosperitatem malus habet, malo capitis sui est. Cum enim pro illis paucis bonis retributionem hic accipit, illic iam plenius punietur.

[2]*Potest etiam referri in memoria bonorum ad mitiorem pœnam habendam, vt bona, quæ inter multa mala fiunt, non proficiant ad præsentis vitæ,vel futuræ præmium obtinendum,sed ad tolerabilius extremi iudicij supplicium subeundum:sicut de fide,& ceteris,quæ sine charitate habentur.*

Augustinus scribit in libro de patientia, cap.26.

C. XLIX.

SI quis autem non habens charitatem, quæ pertinet ad vnitatem spiritus, & vinculum pacis, quo catholica ecclesia congregata connectitur, in aliquo schismate constitutus, ne Christum neget, patitur tribulationes,angustias,famem,sitim†,nuditatem, persecutionem, pericula, carceres, vincula, tormenta, gladium,vel flammas,vel bestias, vel ipsam crucem timore gehennæ †, & ignis æterni nullo modo ista culpanda [i] sunt : immo vero & hæc laudanda patientia est: (Non enim dicere poterimus melius ei fuisset,vt Christum negando nihil eorum pateretur, quæ passus est confitendo.) sed existimandum,fortasse [k] tolerabilius ei futurum iudicium,quàm si Christum negando cuncta illa vitaret. Vnde & illud, quod ait Apostolus, [Si tradidero corpus meum, vt ardeam,charitatem autem non habuero,nihil mihi prodest.] nihil prodesse intelligitur ad regnũ cœlorum obtinendum, non ad extremi iudicij tolerabilius supplicium subeundum. *& supra,c.23.*

¶ Hæc propter charitatem dicta sint : sine qua [l] in nobis non potest esse vera pœnitentia†:quia in bonis charitas Dei est, quæ tolerat omnia.

12 *Pœnitentia ergo, vt ex præmissis appareret,nulli in peccato perseueranti vtilis est* [m], *non tamen alicui deneganda est: quia sentiet fructum eius, cum alterius criminis pœnitentiam egerit. Sic itaque pœnitentiæ definitio,& ceteræ auctoritates sibi consonantes negant eum agere pœnitentiam qui perseuerat in crimine, vtilem videlicet sibi, & fructuosam.* ¶ *Illud autem Ambrosij* [3] *Pœnitentia semel vsurpata, nec vere celebrata, & fructum prioris aufert, & vsum sequentis amittit.*] *de solenni intelligitur : quæ cum non vere celebrata fuerit, & fructum prioris, id est suiipsius secuturam præcedentis,amittit (quia veniam quam impetrare potuit, contempsit) & vsum sequentis aufert, secundum consuetudinem quarumdam Ecclesiarum, apud quas pœnitentiæ solennitas non iteratur. De hac eadem pœnitentia illud etiam intelligitur,* [*non est secundus locus pœnitentiæ*][4]

DISTINCTIO IIII.

1. ips

Via[5] *vero*[n] *multorũ auctoritatibus supra monstratum est pœnitentiam vere celebrari, & peccata vere dimitti ei, qui aliquando in crimen recasurus est: quæritur,* dam peccato [b], nec ille tenetur amplius confiteri. si tamen digne pœnituerit omnium peccatorum,debet illud peccatum confiteri ecclesiæ, scilicet peccatum simulationis, quo decepit ecclesiam. Et not.quòd illud peccatum primum,de quo satisfecit sine charitate, nõ remittitur antequam incipiat habere charitatem : tunc enim statim deletur.ꝫ.eod. §.illud autem. versus finem,&c.

† abest ab orig.

b De hoc ét leg.& no.ꝫ. e.§.illud.in fi.ibi videas & qđ đt ista gl.de verbo ad verbum approbat Petr. vlq; in fi. & idẽ H. & L. quorũ fuit ista gl. Arch.

† *al. gehennarum*]oti.

Via vero.] Hęc distinguitur ĩ 7. partes, ĩ quarũ prima probat per 7.auctoritates, ꝙ peccata redeunt. Secunda ibi, *Eorum vero.* Tertia ibi, *Verum.* Quarta ibi, *Finis ergo.* Quinta ibi, *Qui autem.* Sextra ibi,*Verum illa.* Septima ibi, *Antiqua.* Io.de Fan. Casvs. Hic intitulatur 4.dist. in qua magister continuat dicta dicendis,& ponit quæstionem an peccata dimissa redeant. Et ponit diuersas opinio.nam quidam dñt, ꝙ peccata redeũt ad essentiam & reatum & pœnam, sicut bona per sequentẽ gratiam reuiuiscunt. Alij dicunt ꝙ illa non redeunt, sed alia eiusdẽ generis. Cum enim fimile quid committimus, redire dicuntur quadã similitudine,sicut flores redeunt in vere. Tertij dicũt peccata redire quo ad reatum tantũ. Quarti dicunt peccata redire propter has tantum causas, scilicet propter odium fraternum,vt in Euangelio, Serue nequam. Vel cum pœnitet aliquem pœnituisse, vt argu. 17.q.4. sunt qui opes.vel propter contemptum pœnitentiæ, vel propter crimen apostasiæ,vt ĩ.e. quæcumque. Alij dicunt quòd nullo modo redeunt,vt 23.q.4. si illic. 50.dist. miror. Nec ita est in malis vt redeant sicut in bonis,vt argum.de consec. distinct.4. quamuis. & hoc credo verum. Dicuntur tamen redire : quia ita damnantur pro sequentibus,ac si numquam eis dimissa fuissent. Primo igitur inducit auctoritates ad probandum, quòd dimissa peccata redeant, & circa hoc notat duas opiniones : postea quòd peccata dimissa non redeant. tandem G. approbat illam sententiam quòd peccata dimissa redeant. *In memoriam*, de Iuda dictum est : In memoriam redibit iniquitas patrum eius.

1.Cor.13.

3 sen.4.di.14 ꝫ.e.ĩ salicib[a].

4 ꝫ.dist.50. si qs potest. Hugo de S. Vict. libr.2. de sacr.par. 14.c.4.

5 Hugo l.2. de sacr.p.15. c.fi. Sent.4. dist.22.

† *patientia*] vera lectio.

" Pœnitẽtia perseuerãti in peccato an sit vtilis.

" Peccata semel dimissa an redeant, sunt opiniones.

n ¶*Quia vero.*]Hic incipit 4.di.in qua tractatur," an peccata semel dimissa

Source : BIU Cujas

dimissa iterum redeant. Et quidã simpliciter dicunt quod redeant, non solum quo ad reatum, sed etiam quo ad essentiam & pœnam, & in hoc videtur declinare G. j.e.di.§.vlt. sicut & actio semel perempta restituitur. ff. si ex noxa. causa aga. sed alio iure. in fi. Præterea sicut bonum reuiuiscit per gratiam sequentem, ꝙ prius mortificatur per culpam: ita mala mortificata per gratiam reuiuiscunt per culpam iteratam. s. di. px. c. pium. & c. si quando. Alij dicunt quod nõ redeunt illa: sed alia eiusdem generis. cum. n. forte simile committimus, redire dicuntur quadã similitudine, sicut flores redeunt in vere. Tertij dicunt peccatũ redire tãtum propter vnum istorũ quattuor criminum. sc. propter odium fraternum: vt in Euãgelio, serue nequam, &c. Item propter crimen apostasiæ, vt j. e. quicũque. Item propter pœnitẽtiam pœnitentiæ. s. 17. q. 4. sunt qui opes. Itẽ propter contemptum pœnitentię. s. di. 3. si Apostolus. Alij dicunt ꝙ nullo modo redeunt, ar. 23. q. 4. si illic. 50. di. miror. nec est ita ĩ malis vt redeant sicut in bonis. ar. de conse. di. 4. quamuis. & hoc credo catholice dici. dicuntur tamen redire: quia remissionis beneficium sequenti culpa amittimus ob ingratitudinem. s. di. prox. §. hac auctoritate. versi. pe. Nam perinde priuatur quis gloria propter sequẽs delictum, ac si nulla peccata essent dimissa, vt j. di. 5. fratres. Pœnitentia. n. duo facit, pœnam tollit, & gloriã acquirit, vt s. di. i. §. alij. ecõtra. ca. ecce. Auctoritates autem quæ videntur dicere ꝙ redeant, hoc sonant, quòd ita punitur quis pro sequentibus ac si numquam ei dimissa fuisset. Procedit autem G. in hoc modũ. Primo inducit auctoritates quod peccata dimissa redeant, vsque ad §. eorum. Secundo notat circa peccati dimissionem aliquas opiniones eorum qui dicunt peccata redire. Tertio allegat pro aduersa parte quòd non redeant, & sic determinat distinctionem. Lau.

Psal. 108. Matth. 18. 1 Et Prosper ibid. † ipse] orig. 2 sen. 4. di. 22 3 Sent. ibid.

am peccata dimissa redeant. Huius quæstionis diuersorum varia est sententia, aliis asserentibus, aliis contra negantibus peccata semel dimissa vlterius replicari ad pœnam. Quod autem peccata semel dimissa redeant, multorum auctoritatibus probatur: quarum prima est illa prophetæ [*In memoriam redeat iniquitas patrum eius:*] *secunda illa Euangelij* [*Serue nequam omne debitum dimisi tibi.*]

Deinde in libro psalmorum Augustinus ait ad psalmum 108.[1]

C. I.

SI Iudas teneret illud, ad quod vocatus est, nullo modo ad eum [b] vel sua præterita, vel parentum [c] iniquitas [d] pertineret. Sed quia non tenuit adoptionem in familia Dei, sed iniquitatem [e] vetusti generis potius elegit, rediit iniquitas patrum eius in conspectu Domini: vt in eo etiam ipsa† puniretur: & peccatum matris eius non deleretur. *Item Rabanus.*

¶ [2] Tradidit eum tortoribus, &c.] Considerandum est, quòd dicit (vniuersum debitum.) quia non solum peccata, quæ post baptismum homo egit, reputabuntur ei ad pœnam, verumetiam peccata originalia [f], quę in baptismo ei dimissa sunt [g].

Item Gregorius lib. 4. dialog. c. 60.

C. II.

[3] COnstat ex dictis Euangelij, quòd si hoc, quod in nos delinquitur, ex corde non dimittimus, & illud rursus exigitur quod nobis iam per pœnitentiam dimissum [h] fuisse gaudebamus.

Item Augustinus in homilia quintadecima de verbis Domini.

C. III.

DIxit† Dominus, (Dimitte [i], & dimittuntur tibi:) si ego prior dimisi, dimitte vel postea. Nam si non dimiseris, reuocabo te, & quidquid tibi dimiseram, replicabo tibi.

Item ibidem. [4]

C. IIII.

[5] QVi diuini beneficij oblitus suas vult vindicare iniurias, non solum de futuris peccatis veniam non merebitur: sed etiam pręterita, quæ iam sibi dimissa credebat, ad vindictam ei replicabuntur [k].

Item Beda super Lucam, lib. 4. c. 48.

C. V.

[6] REuertar [l] in domũ meam, vnde exiui.) timendus est iste versiculus, non exponẽdus [m]: ne culpa, quàm in nobis extinctã credebamus, per incuriam nos vacantes [n] opprimat.

Idem ibidem.

C. VI.

[7] QVæcumque† enim post baptisma, siue prauitas hæretica, seu mundana cupiditas arripuerit, mox omnium [o] prosternet in ima vitiorum.

Item Augustinus in libro quæstionum Deuteronomij, q. 42.

C. VII.

PEccatum, quod ex Adam contrahitur†, temporaliter redditur P: quia omnes ꝓpter hoc moriuntur, non autem in æternum eis, qui fuerint per gratiam spiritualiter regenerati, in eaque permanserint vsque in finem.

2 [8] *Eorum*¶ *vero, qui hanc sententiam sedonitur pro sequentibus ac si dimissum non esset. argumen. infra ead. qui recedit. & ita de aliis dic. Sed quare dicit pluraliter, originalia, cum vnum solum sit originale? ponit plurale pro singulari. argum. ff. de orig. iur. l. 2. §. exactis. deinde regibus, ideſt, rege:* "Vel propter diuersos effectus, quos habet in hominibus originale: quosdam enim facit inuidos, quosdam luxuriosos, quosdam auaros, &c. Item sicut concupiscentia facit puerum concupiscibilem, & adultum concupiscẽtem: sic & superbia facit puerum superbilem, & adultũ superbientem. Vel pluraliter ponit propter varias appellationes, quas habet: dicitur enim lex mẽbrorum, stimulus carnis, angelus satanę, lãguor naturæ, fomes peccati, &c. facit s. distinctio. 6. sed pensandum, Palea.

"Peccatum originale diuersos hz effectus in hominibus. † *Dixit illi Deus*] orig. Luc. 6. 4 Sententia non verba. 5 Sent. ibid.

g ¶ *Dimissa sunt.*] si pœnitet eum suscepisse baptismum vel ita punietur sufficienter, ac si non esset baptizatus. 6 Sent. ibid.

h *Constat.*] ¶ *Dimissum.*] hic videtur qd prius dimittat Deus peccata, quam dimittat homo peccatum. sic ex hoc sequitur impossibile, scilicet quod simul esset iustus & iniustus, bonus & malus. "Sed dic quod tempore simul sit ab homine dimissio peccati, & à Deo remissio: præcedit tamen gratia vtrumque, quæ quando vult & prout vult in homine operatur. Expone ergo hic prio dimisi, ideſt, prius me dimissurum obtuli, quantum in me est: qa benefacere Deus paratus est. Vel ad originale peccatum refertur hoc quod sine merito hominis à Deo remittitur. Vel ad parabolam Euangelicam de seruo cui dominus decem millia talenta remisit priusquam ille conseruo suo quinquaginta. 7 Sent. ibid. † *al. Quemcumque* "Peccati dimissio & eiusdem remissio simul fiunt. † *al. trahitur*

i DIxit *Dominus.*] ¶ *Dimitte.*] ideſt habilem te ostende ad suscipiendam gratiam.

k QVi diuini.] ¶ *Replicabuntur.*] expone vt supra hoc est, ita damnabitur ac si non essent dimissa: & ita expone omnes has auctoritates infra de consecrat. dist. 4. quomodo. Lau. 8 B. Ambr. lib. 9. com. in epist. ad Rom. in illa verba (Iacob dilexi) & gl. ordin. ibidem (vt ostenderet diuitias.]

l REuertar.] hæc sunt verba satanæ.

m ¶ *Non exponendus.*] 27. q. 1. de viduis.

n ¶ *Nos vacantes.*] à bonis operibus.

o QVæcumque enim post baptisma.] ¶ *Omnium.*] etiam prius dimissorum.

p PEccatum.] ¶ *Redditur.*] ideſt, punitur.

EORVM VERO. Hæc est 2. pars dist. in qua probatur superficialiter, quod peccata redeunt, & secundum præsentem tantum iustitiam dimittuntur: non tamen vere, sicut nomina discipulorum, qui recesserunt. Ioan. de Fan.

CASVS. Assignat nunc Gratianus quamdam differentiam inter eos qui dicunt peccata redire. Quidam enim eorum dicunt quòd peccata reditura dimittuntur secundum iustitiam, & non secundum prescientiam: quod probant exemplo Apostolorum, qui retro abierunt, sic mali cadunt à præsenti iustitia. Alij dicũt quod omnino ex toto dimittuntur, & respicit ille §. alium §. j. e. c. si ex bono. §. finis. vbi dicit: alij vero. Hęc autem differentia parum valet, sed magister hoc facit vt habeat materiam tractandi de præscientia & prędestinatione. Quæ autem sequuntur vsque ad ca. *Si ex bono.* plana sunt, scilicet. *Si quis. Sed non.* & §. *verum.* & ad probandum quod dicitur in §. inducit c. sequens.

q ¶ *Eorum.*] id est, qui dicunt peccata redire dimissa duas ponit G. opinio

"Patris iniquitas non respicit filium.

a ¶ *Dimisi tibi.*] quoniã rogasti me. nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego misertus sum tui? & iratus dominus tradidit eum tortoribus quousque redderet vniuersum debitum. sic & pater meus cælestis faciet vobis, ideſt, repetet à vobis dimissa. & in hoc facit ad propositum. Lau.

SERVE NEQVAM. Historia. Legitur in Euangelio, serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quia rogasti me. nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut ego tui misertus sum? & iratus dominus eius tradidit eum tortoribus quousque redderet vniuersum debitum. fic & pater meus cælestis faciet vobis si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Omnia autem quæ sequuntur vsque ad §. eorum. plana sunt, scilicet si Iudas. & §. considerandum. & c. constat. dimitte. & reuertar. quæcunque. peccatum. & ea per te videre poteris. *Non autem in æternum*, supple, redditur.

b SI *Iudas.*] ¶ *Ad eum vel sua.*] contrarius sensus facit ad propositum Gra.

c ¶ *Parentum.*] commissa à se, imitando parentes.

d ¶ *Iniquitas.*] scilicet commissa ab eo imitando eos. " aliàs iniquitas patris non respicit filium, nisi (vt dixi) sit sceleris paterni imitator. prima, quæstione quarta. crimen & per totam legem. Laur.

e ¶ *Sed iniquitatem.*] ideſt, auaritiam, quam primi parentes eius egerunt, vel originalia peccata. Lau.

f ¶ *Originalia.*] peccatum originale ita dicitur reputari: quia ita pu-

Source : BIU Cujas

opiniones, quæ potius in verbis differunt, quam in ſenſu. quidam enim dicunt peccata dimiſſa redire, dimiſſa inquam ſecundum iuſtitiam, non ſecundum præſcientiam. Alij dicunt redire peccata dimiſſa pure, & plene, ſiue per baptiſmum, ſiue per pœnitentiam. Vt ergo iſta intelligantur, & qualiter hæ opiniones conueniant, notandum eſt, "quòd prædeſtinationis, ſiue præſcientiæ, (quia & ſub nomine præſcientiæ includitur prædeſtinatio) duplex eſt effectus, ſ. & in tempore iuſtificare, & æternaliter gloriam tribuere. Quo ad primũ effectum operatur Deus, quandocũque in hac vita peccata dimittit, & hoc eſt ſecundum iuſtitiam peccata dimittere. Quo ad ſecundum effectum, quãdo ſic peccata dimittit, ne finaliter peccatum redire patiatur, vt ad beatitudinem perducat: & hoc eſt ſecũdum præſcientiam peccata dimittere. Qui ergo finaliter ad peccatum reuertitur, non ſecundum præſciẽtiam, ſed ſecũdum iuſtitiam remiſſionem peccatorum conſecutus eſt, & hoc eſt, quod hic tãgit G. & j.e.§.finis. & ſic patet duas prædictas ſententias non eſſe contrarias: quia cui peccata dimittuntur ſecundum iuſtitiam, plene & pure ei dimittũtur. j.e.§.vl.L.

"Præſcientiæ duplex eſt effectus. Io.6. Pſal.90. Exod.32. †meo] orig. 1.Cor.10. 1Sen.4.di.4 †al.omnino

a ¶ *Alij dicunt.*] hanc differentiam opinionum non ponit magiſter, niſi vt tractet de prædeſtinatione, non ꝙ ſibi in aliquo contradicant. Hoc, alij, reſpicit illud alij, quod inuenitur infra. ea.§. finis.

† De iis eñ differimus, q̃ pſeuerantiã bonitatis ñ habẽt, ſ̃ ex bono, &c.] *orig.*

quuntur, alij dicunt[a], *quòd peccata reditura dimittuntur ſecundum iuſtitiam*[b], *ſed non ſecundum præſcientiam: ſicut nomina diſcipulorum, qui retro abierunt, erant ſcripta in libro vitæ propter iuſtitiam, cui deſeruiebant, non ſecundum præſcientiam*[c], *quæ in numero ſaluandorum eos non habebat. Sic à latere Dei dicuntur mille caſuri*[d], *& decem millia*[e] *à dextris eius, quos tamen diuina præſcientia numquàm ſuis adnumerauerat. Hinc etiam Dominus ait Moyſi (Si quis peccauerit ante me, delebo eum de libro vitæ†) vt ſecundum iuſtitiam iudicis ille peccando dicatur deleri, qui ſecundum præſcientiam numquam fuerat adſcriptus. Hinc Auguſtinus in epiſtola ad Corinthios* A [*Sed non in pluribus*[f] *eorum bene placitum eſt Deo: etſi in aliquibus. Communia omnibus ſunt omnia ſacramenta, ſed non communis gratia: ita & nunc baptiſmus eſt communis, ſed non virtus baptiſmi.*]

3 [1] *Verum hoc de fide accedentibus, vel de his, qui extra eccleſiam baptizantur, intelligitur: qui ſacramenti quidem integritatem accipiunt, virtutem vero eius minime aſſequuntur. Paruulis vero, vel adultis plena fide accedentibus omnia† peccata remittuntur, etſi aliquando receſſuri à bono in malum vitam ſint finituri.*

Vnde Auguſtinus in libro de correptione & gratia, c.8.& 9.

A ¶ In epiſtola ad Corinthios.] *Hæc ſunt apud Bedam in com.c.10.epiſt.1.ad Corinthios ex B. Auguſtino in pſalmum 77. & copioſius apud illos exponuntur.*

C. VIII.

S[I]† ex bono [h] in malum deficiente bona volũtate moriuntur [i], reſpondeant, ſi poſſunt, cur illos Deus, cum fideliter, & pie viuerent, non tunc de vitæ huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, aut ne fictio deciperet animas eorum. Vtrum hoc in poteſtate [k] non habuit? an eorum mala futura neſciuit? Nempe nihil horum [l] niſi per uerſiſſime, atque inſaniſſime dicitur. Cur ergo non fecit? Reſpondeant[m], qui nos irrident, quando in talibus rebus exclamamus [quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.] Neque enim hoc non donat [n] Deus, quibus voluerit: aut vere ſcriptura illa mentitur, quæ de morte velut immatura hominis iuſti ait, [Raptus eſt[o], ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam eius.] Cur igitur hoc tam magnum beneficium aliis dat, aliis non dat Deus? apud quem non eſt iniquitas, neque acceptio perſonarum, & in cuius poteſtate eſt, quamdiu quiſque in hac vita maneat, quæ tentatio dicta eſt [p] ſuper terram? Sicut ergo [q] coguntur fateri, donum Dei eſſe, vt finiat homo vitam iſtam, antequam ex bono mutetur in malũ: cur autem aliis donetur, aliis non Verba Salomonis ſunt ibi, *Raptus eſt*, &c. *Inimicus eius*, ideſt, Chriſti. *Regeneraturus.* ſcilicet Dominus. Beneuen. vero ſic ponit hunc caſum. Hæreticus mouet quæſtionem Auguſt. quare illa diuerſitas ſit in eccleſia, quòd quidam pie viuentes deficiunt & damnantur, quidam autem pie viuentes de hac vita rapiuntur, ne malitia mactet intellectum eorum. Et dicit Auguſt. Non poteſt reſponderi: quia Deus habet de omnibus poteſtatem, non quòd mala futura neſciat. Poteſt autem ita reſponderi, hoc ideo contingit: quia quibuſdam datur perſeuerantia, quibuſdam nõ. quod non de prædeſtinatis intelligendum eſt, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti, ſed de illis qui cũ pie viuant vocantur filij Dei, ſed poſtea impie victuri ſunt, & in eadem impietate morituri: de quibus dicit Ioannes: *Ex nobis exierunt.* de quorum numero fuerunt diſcipuli Chriſti, qui abierũt retro. de quorum numero ſunt omnes qui recipiunt ſacramentum baptiſmi: & poſtea impie viuendo de bonis facti ſunt mali.

Sap.4. Rom.11. Sap.4.

h ¶ *Si ex bono.*] caſus huius capitul. colligi videtur ex illis duobus infra de conſecr. diſtinctio. quarta. ca. vltim. & 23.queſt.tertia. quidam. verſicul. Pelagiani. "nam iſti Pelagiani dicebant, quod ſine gratia Dei per liberũ arbitrium quis poſſit bonum operari. & ſic obiiciebant Auguſtino, Dicis, ô Auguſtine, ꝙ non poteſt quis cum ad adultam ætatem peruenerit, bene operari ſine gratia diuina. ſed illam nemo poteſt habere vel mereri. ergo Deo non opponente gratiam ex neceſſitate peccabunt iſti, ergo per liberum arbitrium non debet eis tale peccatum imputari. Ad quam obiectionem & conſimiles, cum Auguſtinus non reſponderet, ſed exclamaret, O altitudo diuinarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia Dei, & inueſtigabiles viæ eius: deridebant eum. " His itaque præmiſſis diuiditur ca. in tres partes. In prima parte ponit Auguſtinus caſum, in quo & ipſi exclamare compelluntur propter rationis defectum: ſcilicet cur Deus bonos, quos ſcit à bono receſſuros, & in malo morituros, non prius tollit de medio quàm malitia immutentur. & quare quibuſdam perſeuerantiam dat in bono, quibuſdam non, cum apud eum non ſit iniquitas, nec perſonarum acceptio, vt extr. de iudi. nouit. In ſecunda diſtinguit inter filios Dei nuncupatione ſola, & veros filios, cuius occaſione exponit illud Ioan. Ex nobis exierunt, &c. In tertia, dicit quod perſeuerantiam in bono vſque in finem dat Deus ſolis prædeſtinatis. Et huius occaſione interſeruit quòd quidam diſcipuli Chriſti ſunt veri, quidam nuncupatiui tantum. Hug.

"Error Pelagianorũ. Iob 7. "Diuiſio capituli.

b ¶ *Iuſtitiam.*] præſentem, quæ eis confertur, quibus peccata dimittuntur. Hug.

c ¶ *Præſcientiam.*] ab æterno enim præſciuit Deus talem dimiſſionem non valere eis ad vitam æternam, nec vſque in finem durare.

d ¶ *Mille caſuri.*] ideſt, pauciores, qui credunt ſe cum Domino iudicaturos.

e ¶ *Et decem millia.*] ideſt, plures, qui crediderunt ſe ſeſſuros ad dexteram Dei, ideſt, in æterna beatitudine: plures enim ſunt, qui credunt ſe ſaluandos, quàm qui credunt ſe iudicaturos cum Domino, & ideo illi deſignantur maiori numero, iſti minori.

f ¶ *Sed non in pluribus.*] plures illorum non placuerũt Domino, etſi aliqui eorum, &c.

VERVM HOC. Hæc eſt tertia pars diſt. in qua probat, quod de ficte pœnitentibus intelligatur quod dictum eſt, quib. peccata non dimittuntur. de aliis non poteſt intelligi, quamuis poſtea ſint caſuri. Io. de Fan.

g ¶ *Accedentibus.*] ſ. 1.q.1. ſicut ficti. H.

S[I] *ex bono.*] CASVS. Continuum eſt capit. Auguſt. vſque ad §. ſequentem, *Finis.* & ponitur ſic caſus ſecundum Hug. Primo Auguſtinus talem fecit quæſtionem. Ecce aliqui ſunt primo charitatem habentes. & dum in tali bonitate ſunt, non moriuntur: peccant poſtea, & ita facti mali moriuntur. Quærit ergo Auguſt. quare non rapuit eos Deus de vita hac dum boni erant, præſertim cum poſſit eorum futura mala ſcire? nec poteſt dici quòd alicui hoc non faciat, quod probat auctoritate Salomonis. vnde formauit talem quæſtionem, ſcilicet cur illum dum erat bonus rapuit Deus, & non iſtum, præſertim cum poſſet ſcire iſtum peccaturum, & non poteſt hic aliquid reſponderi, niſi quia Deus voluit illi dare perſeuerantiam finalem, & non iſti quaſi ignoretur. Poſtea oſtendit quòd iſtam perſeuerantiam dat omnibus filiis ſuis prædeſtinatis, & non aliis. Et incipit ita facere diſtinctionem vel diuiſionem, quod quidam ſunt mali, ſunt tamen filij Dei prædeſtinatione: quidam ſunt boni, & non ſunt filij Dei per gratiam Dei perſeuerantem, quaſi non ſunt filij Dei prædeſtinatione: quia non ſunt in bono permanſuri. Et circa hanc materiam vagatur Auguſt. vſque ad finem cap. aliquantulum prolixe loquens: tu tamen diligens lector tene materiam, de qua loquitur, & in dictis non confunderis.

i ¶ *Moriuntur.*] hoc eſt dicere, deficientes à bono moriuntur.

k ¶ *In poteſtate.*] vt impetret. Hug.

l ¶ *Horum.*] immo perſeuerantia in bono donum Dei eſt. L.

m ¶ *Reſpondeant.*] ſupra vigeſimatertia, quæſtione quarta. de Tyriis.

n ¶ *Hoc non donat.*] ideſt, donat. argum. ff. de verbor. ſignifi. duobus. donat dico ſecundum hoc, ſcilicet mori vel rapi. & eſt ſenſus huius litteræ, hoc donat quibus voluerit: aut ſcriptura mentitur. ſed hoc nefas eſt dicere, vt vigeſimatertia, quæſtione tertia. quid ergo. Lau.

o ¶ *Raptus eſt.*] 23.q.4.ea vindicta. Hug.

p ¶ *Dicta eſt.*] à Iob ſ. diſt.2.§.item ſecũdum. & c.ſi enim inquit. ver. quid enim. Lau.

q ¶ *Sicut ergo.*] ſuſpenditur iſtud, ſicut, vſque ad verſiculum illum, cur aliis. Lau.

Source : BIU Gujas

donetur,ignorãt, ita donum Dei esse in bono perseuerãtiam secundum scripturas (de quibus testimonia multa iam posui [a]) fateantur nobiscum, & cur aliis detur, aliis non detur, sine murmure aduersus Deum dignentur ignorare [b] nobiscum.[1] Nec nos moueat, quod filiis suis [c] quibusdam Deus non dat istã perseuerantiam. Absit enim, vt ita [d] esset, si de illis prędestinatis essent, & secundum propositum vocatis, qui vere sunt filij promissionis. Nam isti [e] cum pie viuunt, dicũtur filij Dei [f]: sed quoniam victuri sunt impie, & in eadẽ impietate morituri, non eos dicit filios Dei [g] præscientia Dei. Sunt enim filij Dei, qui nondum sunt nobis [h], & sunt iam Deo: de quibus ait Euangelista Ioannes [i] [quia Iesus erat moriturus pro gẽte, & non tantum pro gente, sed etiam, vt filios Dei [k] dispersos congregaret in vnum [l]:] quod vtique credendo futuri [m] erant per Euangelij prædicationem: & tamen antequam esset factum, iam filij Dei erant in memoriali patris sui inconcussa stabilitate conscripti. Et sunt rursus quidam, qui filij Dei propter susceptam vel temporaliter gratiam dicuntur à nobis [n], nec sunt tamẽ Deo, de quibus ait idem Ioannes [ex nobis exierunt, sed non erãt ex nobis: quòd si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum:] non ait, ex nobis exierunt, sed quia non manserũt nobiscum, iam non sunt ex nobis, verum ait [ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis.] hoc est & quando videbantur ex nobis, nõ erant ex nobis. Et tamquam ei diceretur, vnde id ostendis? [quòd si fuissent, inquit, ex nobis, permansissent vtique nobiscum.] Filiorum Dei vox est: Ioannes loquitur in filiis Dei præcipuo loco constitutus. Cum ergo filij Dei dicunt de his [o], qui perseuerantiam nõ habuerunt, [ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis,] & addunt (quòd si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum,) quid aliud dicunt, nisi, non erant filij, etiam quando erant in professione, & nomine filiorum: non quia iustitiam simulauerunt, sed quia in ea non permanserunt. Neque enim ait: nam, si fuissent ex nobis, veram, non fictam iustitiam tenuissent vtique nobiscum: sed [2] si fuissent inquit, ex nobis, permansissent vtique nobiscum.] In bono illos volebat proculdubio permanere: erant itaque in bono: sed quia in eo non permanserunt, idest, non vsque in finem perseuerauerunt [p], non erant, inquit, ex nobis, & quando erant nobiscum: hoc est, non erant ex numero filiorum, & quando erant in fide filiorum, quoniam, qui vere filij sunt, præsciti & prædestinati sunt conformes [q] imaginis [r] filij eius, & secundum propositum vocati sunt, vt electi essent. Non enim perit filius promissionis, sed filius perditionis. Fuerunt ergo [s] isti ex multitudine vocatorum: ex electorum autem paucitate non fuerunt. Non igitur filiis suis prædestinatis Deus perseuerantiam non dedit. Haberent enim eam, si in eo filiorum numero [t] essent: & quid haberent, quod non accepissent, secundum Apostolicam [u], veramque sententiam? Ac per hoc tales [x] filij, filio Christo dati essent [y], quemadmodum ad patrem dicit ipse (vt omne, quod dedisti mihi, non pereat [z], sed habeat vitam æternam.)[3] Hi ergo Christo intelliguntur dari, qui ordinati sunt in vitam æternam. Ipsi sunt illi prędestinati, & secundum propositum vocati, quorum nullus perit: ac per hoc nullus eorum ex bono in malum mutatus finit hanc vitam: quoniam sic est ordinatus, & ideo Christo datus, vt non pereat, sed habeat vitam æternam. Et rursus, quos dicimus inimicos eius, vel paruulos filios inimicorum eius, quoscumque eorum sic regeneraturus est, vt in ea fide, quæ per dilectionem operatur, hanc vitam finiant, iam & antequã hoc fiat, in illa prædestinatione sunt filij eius, & dati sunt Christo filio eius, vt nõ pereant, sed habeant vitam æternam. Denique ipse Saluator si manseritis, inquit, in verbo meo, vere discipuli mei estis.) Numquid in his computandus est Iudas, qui non mansit in verbo eius? Numquid in his computandi sunt illi, de quibus Euangelium sic loquitur? vbi Dominus cum commendasset manducandam carnem suam, & bibendum sanguinem suum, ait Euangelista. (Hæc dixit [a] in synagoga docens in Capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt, Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurabant de hoc discipuli eius, dixit eis, Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem, vbi erat prius [b]? spiritus [c] est, qui viuificat: caro autem non prodest quidquam. Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent credentes, & quis traditurus esset eum, & dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo venit ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant.) Numquid non & isti discipuli appellati sunt, loquente Euangelio? & tamen non erant vere discipuli, quia non manserunt in verbo eius, secundum id, quod ait [Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei estis.] Quia ergo non habuerunt perseuerantiam, sicut non vere discipuli Christi, ita nec vere filij Dei fuerunt, etiam quando esse videbantur, & ita vocabantur. Appellamus ergo nos

FINIS

a ¶*Posui.*] in alia parte capit. quod non est hic. L.

b ¶*Ignorare.*] ff. de le. non omnium.

c ¶*Filiis suis.*] per prę sentem iustitiam.

d ¶ *Vt ita.*] scilicet ꝙ non det, ideſt, subtrahat perseuerantiam.

e ¶ *Nam isti.*] quibus Deus non dat perseuerantiam vel prædestinationem. Lau.

f ¶ *Filij Dei.*] secundum præsentem iustiam.

g ¶ *Filios Dei.*] secundum prædestinationem. Lau.

h ¶ *Nobis.*] secundum expositionem & opinionem nostram. B.

i ¶ *Ait Euangelista Ioannes.*] in Euangelio, scilicet in verbis, quæ sequuntur. L.

k ¶ *Dei.*] prædestinatione.

l ¶ *In vnum.*] id est, vnitatem fidei. Lau.

m ¶ *Futuri.*] ideſt, filij Dei per gratiam. L.

n ¶ *A nobis.*] id est, inter nos. Ioan.

o ¶ *De his.*] illi scilicet, qui non de his, id est, de istorum numero qui, &c.

p ¶ *Perseuerauerunt.*] id est, vsque in finem non perseuerauerũt. vnde Ouidius:

« *Sed scilicet vltima semper*
Expectanda dies homini est: dicique beatus
Ante obitum nemo, supremamque funera debet.
Argue prodesse modicum quod desinit esse.
Quod non durabit, commoda parua dabit.

Et not. aliquem non debere dici permanẽtem vel perseuerantem qui vsque in finẽ non perseuerauerit: licet longo tempore in operibus charitatis existat, supra dist. prox. in casum. H.

q ¶ *Conformes.*] puritate vitæ modo, & postea beatitudine. L.

r ¶ *Imaginis filij eius.*] ideſt, filij, qui est imago patris vsquequaque eadem cum patre.

Finis t *huius auctoritatis, & duæ* v *præcedentes de virginitatis* x *affectu intelliguntur:qui non in voluntate ſolum, ſed in neceſſitate eſt : principium* y *vero de effectu intelligitur,qui non in neceſſitate,& ante votum, ſed in voluntate eſt, nec exigitur, niſi repromittatur.*

Item ex concilio Rhemenſi.

¶Non licet illi ducere vxorem, qui ſuam velare permiſerit. C. X.

3 [1] Qvi vxorem ſuam velare † permiſerit , aliam non accipiat : ſed ſimiliter conuertatur [z].

Item Auguſtinus in quæſtionibus Numerorum,quæſt. 59. [2]

¶Vota abſtinentiæ,quæ mulier permittente viro promiſerit , illo prohibente ſeruare non cogitur. C. XI.

4 [3] Manifeſtum eſt ita voluiſſe legem , feminam eſſe ſub viro, vt nulla vota [a] eius, quæ abſtinentię cauſa vouerit,reddantur ab ea , niſi auctor [b] vir fuerit permittendo. Nam cum ad peccatum eiuſdem viri pertinere voluerit,ſi prius permiſerit,& poſtea prohibuerit , etiam hic tamen non dixit, vt faciat mulier, quod vouerat,quia permiſſa [c] iam prius à viro fuerat. Viri dixit eſſe peccatum : quia abnuit , quod prius conceſſerat,non tamen mulieri [d] vel ex hoc permiſſum dedit , vt quod † prius vir ei conceſſerat, poſtea ſi prohibuerit, contemnatur†.

Ex præmiſſis auctoritatibus apparet, quòd continentiæ vota nec mulier ſine conſenſu viri , nec vir ſine conſenſu mulieris Deo reddere poteſt. Si autem conſenſu alterius eorum ab altero promiſſa fuerit , & ſi poſtmodum in irritum deducere voluerit, qui permiſit non tamen valet: quia in debito coniugij æque mulier habet poteſtatem viri, ſicut & vir mulieris. atque ideo, ſi quilibet eorum alterum à ſuo iure abſoluerit, ad præteritam ſeruitutem ipſum reuocare non poterit: quia vero in ceteris vir eſt caput mulieris, & mulier corpus viri,ita vota abſtinentiæ viro permittente mulier poteſt promittere , vt tamen eodem prohibente repro-

H.canon tamen iſte indiſtincte loquitur.Item videtur,quòd mulier iſta peccet : quia magis obediendum eſt Deo quam homini. nam ſcriptum eſt,Vouete & reddite,&c.17.quęſt.1.in prin.Sed dic quòd mulier iſta non obedit viro contra dominum : quia dominus hoc vult.j̃.ea.noluit. eo autem ipſo quod hic viro conceditur reuocare votum abſtinentiæ prohibetur de voto continentiæ. Immo nec hoc viro conceditur reuocare votum abſtinentię,immo peccat vir reuocando,ſed præcipitur vxori vt obediat.ſimile extra de iureiur. debitores.& 23.q.1.quod copulatur.in fi.
c ¶ *Permiſſa.*]continentia.
d ¶*Mulieri.*]s̃.32.q.1.ſi quis vxorem.
EX PRAEMISSIS. Casvs. Infert Grat.ex ſupradictis,quòd votum continentiæ facere non poteſt vir ſine cõſenſu vxoris, vel conuerſo:& ſi factum fuerit de conſenſu vtriuſque,reuocari non poterit.Si vero vxor de conſenſu viri votum abſtinentiæ fecerit, vir tamen illud poterit poſtea reuocare:quia mulier debet viro ſuo ſubeſſe in omnibus: & ad hoc inducit ſequentia capitu. quorum primum patet.

a *Eſt ordo*

a *Est ordo naturalis.*] ideſt, à natiuitate & ortu proueniens. nam femina de corpore viri eſt. & alia ratio eſt, quæ in velamine corporis eius perpenditur, vt ꝯ. e. mulier.

b ¶ *Vt ſeruiant.*] hoc adeo verum eſt, quòd patronus conſentiendo libertę vt contrahat, amittit in ea operas: cum in officio viri debeat eſſe, vt ff. de oper. lib. ſicut patronus.

"filius qſiq; ꝑt dici maior patre.

c ¶ *Maior.*] " dignitate, ſ. filius, ſeruiat minori, ſc. patri, qui non eſt in dignitate. interdum maior ætate ſeruiat minori de præcepto domini, vt Eſau Iacob. Et quod dicit hic, nulla iuſtitia eſt, &c. verum eſt ſecundum vetus teſtamentum: ſed ſecũdum nouum: qui maior eſt, ſit ſicut miniſter, &c. 93. diſt. diaconi. ſed melior littera eſt: hæc iuſtitia eſt vt minor ſeruiat maiori.

1 Et gl. ord. Gene. 46. & Beda ad Coloſſ. 3.

2 Iuo par. 8. c. 94. Pann. l. 7. c. 43.

Haec imago.] Casvs. Probat hic Auguſtinus triplici ratione, quòd vxor debet eſſe viro ſubiecta. Prima: qa vir ad imaginem Dei formatus eſt & non mulier: & vicarius eius eſt: quia vnius Dei habet imaginem. Secunda, quia in ſignum ſubiectionis mulier habet caput velatum, & non vir: quia imago eſt & gloria Dei. Tertia eſt, quia vir ſine metu talionis ſecundum legẽ poterat mulierem de adulterio accuſare, & non econuerſo, ſecus in aliis caſibus. *Ideoque*, ideſt, quia femina non habet hoc.

3 Iuo par. 8. c. 95. Pann. l. 7. c. 43.

Geneſ. 1. Sap. 2.

1. Cor. 11.

d ¶ *Hæc imago.*] ideſt, in hoc dicit habere ſimilitudinem Dei.

e ¶ *In homine.*] quia ſicut proceſſerunt à Deo omnia, " ſic ab Adam proceſſerunt omnia. hic accipit tantum hoc nomẽ homo in maſculino genere: aliàs communis generis eſt, vt ff. de ver. ſig. hominis.

"omnia ꝓceſſerunt ab Adam.

f ¶ *Vt vnus.*] ideſt, imago Dei dicitur ipſe homo: quia ſicut aqua ꝓfluxit ex latere Domini, ſic etiam Eua ex latere Adæ. item in hoc habet imaginem quia habet rationem, & intellectum, [a] ſicut Deus.

4 Et gl. ord. ad c. 22. Deut.

g ¶ *Imaginem.*] id eſt, ſimilitudinem de pœni. diſt. 2. illa anima.

5 Iuo par. 8. c. 96 Pann. l. 7. c. 45.

a Ad hoc dr̃ tã de femina q̃ deviro ſcdm Hug.

h ¶ *Quia imago.*] & ideo nõ debet celari.

i ¶ *Mulier.*] non tamẽ quẽlibet: quia non virgines de conſuetudine. ſed fac vim in eo quod dicit gloria, id eſt, Deus non gloriatur per ipſam ſicut per virum. nam per eam prima prævaricatio eſt inducta. ꝯ. e. mulier.

6 Adde qua pęna punia tur mulier adultera. not. in l. qm̃ Alexander. & in l. caſtitati. & ĩ aut. ſed hodie. C. de adult.

k *Satis hinc.*] ¶ *Et pene famulas.*] non tamen quòd immoderate verberentur. C. de repud. conſenſu. & ſ. e. q. 2. placuit.

l ¶ *Teſtimonium.*] ideſt, accuſationem.

"Vir vtrum puniebatur talione ĩ veteri lege.

m ¶ *Lapidaretur.*] "& ita videtur quòd in veteri lege numquam vir obligabatur pœna talionis. Sed tu dic cum H. quòd hoc locum habebat tantum in accuſatione adulterij in primo coitu: puta cum nõ inueniebat eam virginem, vel dicebat ſe non inueniſſe, & ipſa contrarium probabat per aſpectum linteaminis. in hoc caſu non puniebatur vir talionis pœna: ſed tantum centum ſiclos aureorum dabat patri puellæ.

n ¶ *Demonſtraretur.*] "per aſpectum linteaminis ſanguinolenti. Sed nec hodie cum agit vir ad ſeparationem, ſubſtinet talionem. ſecus ſi agatur ad pœnam adulterij criminaliter. ext. de proc. c. tuæ. ideo autem nõ punitur vir pœna talionis: quia iam alia via conſequeretur id quod optauit, quod eſſe non debet. ff. pro ſoc. idemque. ff. de cond. inſtit. quæ ſub conditione. §. ſi quis.

" Mulieris violatio ꝑ quid cognoſcitur.

o ¶ *Caſtigatur.*] id eſt, verberatur.

p ¶ *Teſtimonio falſo.*] ideſt, accuſatione calumnioſa. hoc ideo ita expone: " nam teſtis non obligatur ad talionem, ſed alio modo punitur à iudice, ſi varie reſpõdet, vt C. de teſti. nullum. H. tamen dicit, quòd ſic. 3. q. 9. nihilominus. maxime ſecundum veterem legem. ar. ext. de cri. fal. cap. falſus. De hoc dictum eſt 2. q. 3. in ſumma.

" teſtis ſi eſt talione puniendus.

7 Iuo par. 8. c. 97. Pann. l. 7. c. 46.

Cum caput.] Casvs. Dicitur in hoc ca. quòd ſicut vir peccat, ſi non ſit ſubiectus capiti ſuo, ideſt, Chriſto: ſic Dei prima ſententia contemnitur, ſi mulier capiti ſuo, id eſt, viro ſuo nõ obedierit, cum etiam gentiles feminæ viris ſuis ſubiaceant. Prima ſententia, quę habetur in Geneſi vbi dicitur mulieri, ſub viri poteſtate eris, &c. poſtea Apoſtolus idẽ præcepit.

q ¶ *Criminis.*] ſ. 9. q. 3. c. 1. ſ. 22. q. 5. de forma. ſ. diſt. 95. eſto. arg. eandem conditionem in feriorem ad media, quæ eſt mediorum ad extrema. 28. di. c. quia ſunt culpæ.

r ¶ *Blaſphematur.*] tractabat enim Hiero. illud verbum Apoſtoli ad Titum: " Admone adoleſcentulas eſſe ſubditas viris ſuis, vt nõ blaſphemetur verbum Dei, id eſt, Euangelium. Vel verbum Dei in paradiſo quatenus viris ſubditæ eſſent.

s ¶ *Ex Dei lege.*] qua dixit mulieres eſſe ſubditas viris: Conuerſio tua erit ad virum, & ipſe dominabitur, &c.

Noluit itaque.] Casvs. Dicitur hic, quòd lex noluit vt mulier poſſit votum facere ſine viri conſenſu. & ſi fecerit ante nuptias, vir poſt nuptias poterit reuocare, nec ꝓpter hoc mulier rea iudicabitur, ſi votum non ſeruat: cum Deus hoc non ꝓcipiat. Sequentia duo c. plana ſunt per ſe.

t ¶ *Conceſſerat.*] argu. quòd abbas poſſit reuocare votum monachi. quod etiam emiſit ante monachatum. arg. 20. q. 4. monacho. " plus enim eſt monachus ſub abbate, quàm vxor ſub viro, vt 12. quæſt. 1. non dicatis.

" Monach° plus ſubeſt abbati quã vxor viro.

v ¶ *Contra Deum.*] ſi. ſupra 14. quæſtio. 5. dixit. ſupra 22. quæſtio. 1. ſi peccarum. ſupra 23. quæſtio. 4. qui peccat. ſupra diſtinctio. 26. deinde.

miſſa non valeat adimplere: & hoc, vt diximus, propter conditionem ſeruitutis, qua viro in omnibus debet ſubeſſe.

Vnde Auguſtinus in libro quæſtionum Geneſis, quæſt. 153.[1]

¶ Mulieres viris ſuis debent ſubeſſe.

C. XII.

[2] EST ordo naturalis [a] in hominibus, vt ſeruiant [b] feminæ viris, filij parentibus: quia [A] nulla iuſtitia eſt, vt maior [c] ſeruiat minori.

A ¶ Quia nulla.] *In Pannormia reliqua habentur vt apud Gratianum, niſi quòd corrupte in ea legitur*, maiori ſeruiat minor. *Sed in originali, à quo non longe diſcedit Iuo*, quia & illic iuſtitia eſt hæc, vt infirmior ratio ſeruiat fortiori. *ob gloſſam autem non eſt emendatum.*

Idem in quæſtionibus veteris, & noui teſtamenti ex vtroque mixtim, c. 106.

¶ Vir eſt caput mulieris. C. XIII.

[3] HÆc imago [d] Dei eſt in homine [e], vt vnus [f] factus ſit [A] quaſi dominus, ex quo ceteri oriẽtur, habẽs imperium Dei, quaſi vicarius eius: quia omnis rex Dei habet imaginem: ideoq; mulier non eſt facta ad imaginem [B] Dei. Sic etenim dicit [& fecit Deus hominem: ad imaginem [g] Dei fecit illum.] Hinc eſt, vnde Apoſtolus, [vir quidem, ait, nõ debet velare caput ſuum, quia imago [h], & gloria Dei eſt: mulier [i] autem ideo velet, quia non eſt gloria, aut imago Dei.]

A ¶ Factus ſit.] *Quæ ſequuntur, emendata ſunt partim ex veuſtis, partim ex ipſo originali, & Iuone. In vulgatis enim Gratiani recentioribus legebatur*, factus ſit homo, ex quo ceteri oriantur habens imperium Dei, quaſi vicarius Dei, quia vnius Dei habet vir imaginem.

B ¶ Imaginem.] *ſequebatur*, & ſimilitudinẽ, *quæ ſunt expuncta, quia neque apud Auguſtinum, neque in vulgata Græca, neque in Latina vetuſtiore, neque apud ceteros collectores habentur. Pulchre vero de hac re diſputat Baſilius in hunc Geneſis locum, & Origenes Periarchon. lib. 3. c. 6.*

Item libro 5. quæſtionum ſuper Deuteronomium, quæſt. 33.[4]

C. XIIII.

[5] SAtis hinc apparet, quemadmodum ſubditas feminas viris, & pene famulas [k] lex eſſe voluerit vxores, quòd dicens aduerſus vxorem vir teſtimonium [l], vn de lapidaretur [m] [6] illa, ſi hoc verũ eſſe demonſtraretur [n], ipſe tamen non viciſſim lapidaretur, ſi hoc falſum eſſe conſtiterit: ſed tantum modo caſtigatur [o], & damnificatur, eique perpetuo iubetur adhęrere, qua carere voluerat. In aliis autẽ cauſis eũ, qui teſtimonio [P] falſo cuiquam nocuerit, quod ſi probaretur, ius † ſit occidi, eadem [A] plecti iubetur † pœna, qua fuerit, ſi verum eſſet iſte [B] plectendus.

A ¶ Eadem.] *Eodem fere modo apud Iuonem, & in Pannormia. In originali vero*, eademque pœna plecti iubet.

B ¶ Iſte.] *Sic eſt emendatum ex aliquot manuſcriptis, & originali, & Iuone.*

Item Hieronymus ſuper epiſtolam ad Titum, in c. 2.

C. XV.

[7] CVm caput mulieris vir ſit, caput autem viri Chriſtus, quæcumque vxor non ſubiicitur viro ſuo, hoc eſt capiti ſuo, eiuſdem criminis [q] rea eſt, cuius & vir, ſi non ſubiiciatur Chriſto capiti ſuo. Verbum autem Domini blaſphematur [r], vel dum contemnitur Dei prima ſententia, & pro nihilo ducitur, vel cum Chriſti infamatur Euangelium, dum contra legem, fidemque naturæ ea, quæ Chriſtiana eſt, & ex Dei [s] lege ſubiecta, viro imperare deſiderat: cum etiam gentiles feminæ viris ſuis ſeruiant communi lege naturæ.

Item Auguſtinus in quæſtionibus Numerorum, quæſt. 59.[8]

¶ Arbitrium viri mulierem ſequi oportet in omnibus. C. XVI.

[9] NOluit itaque lex mulierẽ aliquid vouere Deo aduerſus animam ſuam, vt non in [A] aliqua rerum licitarum, atque conceſſarum abſtinentia in eiſdem votis feminæ valeat auctoritas, ſed virilis. Ita, & ſi adhuc innuptę, iam conceſſerat [t] pater vota perſoluere, ſi antequàm perſoluerit, nupſerit, & viro eius hoc cognitum non placuerit, nõ perſoluat, & ſit omnino ſine peccato: quia mundauit eam, ſicut dicit, id eſt, mundam iudicauit. Neque hoc contra Deum [u] fieri putãdum eſt, cum ipſe Deus hoc præceperit, hoc voluerit.

A ¶ *Aliqua.*] *Aliqua rerum licitarum, atque conceſſarum abſtinentia in eiſdem votis feminæ valeat auctoritas, ſed virilis. Ita, & ſi adhuc innuptę, iam conceſſerat pater vota perſoluere, ſi antequàm perſoluerit, nupſerit, & viro eius hoc cognitum non placuerit, nõ perſoluat, & ſit omnino ſine peccato: quia mundauit eam, ſicut dicit, id eſt, mundam iudicauit. Neque hoc contra Deum fieri putãdum eſt, cum ipſe Deus hoc præceperit, hoc voluerit.*

8 Et gl. ord. ad c. 30. Numer.

9 Iuo par. 8. c. 98. Pann. l. 7. c. 47.

" Vxores quare debent eſſe viris ſubditæ.

Source : BIU Cujas

" Officia virilia sūt mulieribus interdicta.

a *Mulierem.*] ¶ *Auctoritatem.*] "virilia enim officia mulieribus sunt adempta. 3. q. 7. c. infamis. §. tria. ff. ad Vel. l. 2.

b ¶ *Nec docere.*] in ecclesia masculos. 5. dist. 23. mulier. de consec. dist. 4. mulier.

c ¶ *Nec testiu.*] in causa criminali, nisi in illis casib. in quib. infames admittuntur, nec in testamento. inst. de test. §. testes. nec cōtra clericos in causa criminali: quia nō potest esse quod ipsi sunt, 5. 2. qu. 7. ipsi Apostoli. nec etiam contra laicos, vt no. 15. qu. 3. de crimine.

d ¶ *Neque fidem.*] obligatur tamen si dolose fideiubeat, vt credito rem decipiat, vt ff. ad Velleia. si decipiendi. Item & si priuilegio Velleiani renuntiauerit, obligatur, & tenetur. ff. ad Velleia. l. vlt.

1 Iuo par. 8. c. 91. Pann. l. 7. c. 44.

e ¶ *Nec iudicare.*] nisi in casib. vt dixi 15. q. 3. de crimine.

†al. dicere

f *Adam.*] ¶ *Gubernatorem.*] per hoc videtur, "q̄ vir potius debet esse curator vxoris quam extraneus. quod negat lex. C. qui dari tuto. possl. 2.

" Vir nō pt esse curator vxoris.

2 Libr. 5. in Gen. c. 7.

Mulier debet.] Casvs. In hoc c. quinque rationes assignantur quibus probatur, q̄ mulier debet velare caput suum, "scilicet quia non est imago Dei, & qa subiecta debet esse viro suo, & quia preuaricatio est inducta per eā, & propter reuerentiam episcopi, quia vicarius est Christi. Sequentia duo c. patēt.

3 Iuo par. 8. c. 91. Pan. l. 7 c. 50.

" Mulier quare d3 capput velare.

g ¶ *Sed vt ostendatur.*] non solum propter hoc, sed etiam, &c.

h ¶ *Propter reuerentiam.*] i. propter reuerentiam sacerdotum. ar. 54. di. si seruus sciēte. & sicut ante iudicem dominum: ita ante vicarium eius sacerdotem sit subiecta viro. Vel propter reuerentiam sacerdotum, ideſt, ne sacerdotes in eius faciem intuentes inuitentur ad libidinem.

4 Iuo par. 8. c. 91. Pann. l. 7. c. 51.

i ¶ *Episcopus.*] i. quilibet sacerdos. de pœ. di. 3. inter hęc hircū. 2

k ¶ *Originale.*] quod originem habuit ab ipsa quo ad homines.

Nec illud.] Hæc est 5. pars qu. in qua ostēdit magister causam quare fuit vnum principium, vn° homo. Io. de Fan.

l ¶ *Otiosum est.*] ideſt, sine causa & mysterio factum,

" Eua quare d costa Adę facta est.

m ¶ *Costa.*] " non de pede, ne omnino videretur famula, nec de capite, ne videretur domina: sed de costa vt collateralis videretur.

n ¶ *Multarum.*] quo ad numerum, vel multarum quo ad genus humanum.

o ¶ *Et disparium.*] quo ad sexum. Vel disparium quo ad speciem. & respicit ad primam creationem hominis.

p *Vidam vir in captiuitatem ductus est.*] Quia in præcedenti causa dixerat matrimonium separari propter frigiditatem, & quòd viro viuente separata posset alij copulari, & dubitari posset, an idem videretur faciendum propter hostilem calamitatem vel captiuitatem: ideo subdit causam istam, in qua ostendit quid iuris sit si quis tenetur in captiuitate, & vxor eius interim nubat alij, vt autem hæc, &c. Et no. quòd hic tractatur de illo impedimento, "quod dicitur ligatio: ligātio est cum quis ligatur alteri vinculo matrimonij, & quodlibet impedimentum matrimonij dici potest ligatio sumendo large siue communiter, non proprie. argum. 26. q. 1. §. 1.

" impedimentum ligationis quale est.

Traque.] Hæc quæst. diuiditur in sex partes. In prima quarum probat per duos canones, quòd mulier non debet contrahere donec sit certa de morte coniugis. Ioan. de Fant. Secunda ibi, *Non satis.* Tertia ibi, *Si autem.* Quarta ibi, *Quod autem.* Quinta ibi, *Hinc etiam.* Sexta ibi, *De simplicitate.* Ioan. de Fan.

Casvs. Hic intitulatur prima & secunda quæst. In secunda nulla est dubitatio. In prima quæstione distinguitur: nam si illa, quæ nubit viro viuente & absente, credit vel scit illum viuere: in veritate adulteriū committit. si autem nec scit, nec credit, sed habet iustam causam credendi contrarium per ignorantiam facti, quæ etiam peritissimos fallit, excusatur. qualitercumque autem nubat, reddenda est primo reuertenti. vtraque autem quæstio terminatur per capitul. sequens.

q ¶ *Vtraque quæstio.*] "si mulier[a] credit suū maritum mortuum, & habet iustam causam credendi, licite potest contrahere. si autē dubitat de morte viri & contraxit, licet non debeat contrahere, tenetur tamen reddere debitum petenti. sed ipsa non potest exigere, vt extr. de secun. nup. dominus noster. & ita in tali casu vir potest eam remouere propter adulterium cum non habuerit probabilem causam mortis suæ. sed si audierit. eum mortuum, licet per falsum rumorem, & tunc nupserit, vir non potest eam de tali adulterio accusare: nisi ipsa procurauerit illum rumorem, vt ff. de adulteriis. miles. §. mulier. Sed pone quòd mulier credit eum viuere & est mortuus, & contrahit, numquid est matrimonium ibi? sic. ipsa tamen adulterij reatu tenetur, licet adulterium non committat. " nam dicit lex quòd tenetur quis actione furti, licet subtilitate iuris furtum non committat. C. de furt. si quis seruo. minor tamen pœnitentia ac pœna ei imponitur.

" Mulier si credit mari tū mortuū, an possit alij nubere? a Hic videas qđ le. & no. ext. vt li. nō cōt. qm. §. si vero. ver. si autē. in gl. p famā, &c. & de sponſ. in ꝓsentia. Ar.

5 in Cod. canonū, c. 42.

6 sen. 4. di. 38 Pol. l. 6. ti. 4. Anſ. l. 10. c. 22. Burc. l. 9. c. 55. Iuo p. 8 c. 244. & 190 191. & 192 Pan. l. 6. c.

"furtū non cōmittens qñque furti tenetur.

Vtraque quæstio terminatur auctoritate Leonis Papæ, qui scribens Nicetæ Aquileiensi episcopo, epist. 77. ca. 1. & sequentibus ait[5].

¶ Qui alij nupserit putans virum suum mortuum esse, illo redeunte ad priorem redire cogitur. C. I.

Cum per bellicam.] Casvs. H. sic ponit hunc casum. De duobus quæsiuerat iste, quædam dum putarent viros suos esse mortuos, nupserunt aliis. aliæ vero sciebant viros suos viuere, sed credebant nunquam eos liberandos de captiuitate. sed reuersi sunt postea viri istarum. quæsierat ergo iste quid faciendum esset in vtroque casu. Et respondetur in primo casu, quòd separandæ sunt à

C. XVII.

1 MVlierem cōstat subiectam dominio viri esse, & nullam auctoritatem [a] habere: nec docere [b] enim potest, nec testis [c] esse, neque fidem [d] dare† nec iudicare [e]: quanto magis non potest imperare?

¶ *Restitutum est hoc caput* B. *Augustino, & ex eo nonnulla addita. Nam antea citabatur ex* B. *Ambrosio.*

Item Ambrosius in Hexameron in tractatu diei quartæ[2].

C. XVIII.

3 ADam per Euam deceptus est, non Eua per Adam. Quem vocauit ad culpā mulier, iustū est, vt eum gubernatorē[A] f assumat, ne iterum feminea facilitate labatur.

A ¶ Gubernatorem.] *Antea legebatur*, vt eā in gubernationem assumat. *Emendatum est ex* B. *Ambrosio. Glossa enim optime conuenit voci*, gubernatorem.

Item super primam epistolam ad Corinthios in c. 2.

C. XIX.

4 MVlier debet velare caput, quia non est imago Dei. Sed vt ostēdatur [g] subiecta, & quia præuaricatio per illam inchoata est, hoc signi debet habere, vt in ecclesia propter reuerentiam [h] episcopalem non habet caput liberum, sed velamine tectum: nec habeat potestatem loquendi: quia episcopus [i] personam habet Christi. Quasi ergo ante iudicē, sic ante episcopū, quia vicarius Domini est, propter peccatum [A] originale [k] subiecta debet videri.

A ¶ Propter peccatum originale.] *Apud* B. *Ambrosium, & Iuonem legitur*, propter reatus originem. *in Pannormia vero*, propter reatum originalem. *Sed ob glossam non est mutatum, reliqua vero sunt emendata.*

Item in libro de Paradiso, c. 10.

a ¶ Vt nō in aliqua.] *Sic in Pannormia. Apud Iuonem vero*, vt in aliquarum rerum. *in gl. ordinaria*, ideſt in rerum. *Sed totus hic locus longe melius habet in originali.* feminam sub patre, antequam nubat, & sub viro nuptā voluit lex vouere ita aliquid Deo aduersus animam suam, id est, in aliquarum rerum licitarum, atque concessarum abstinentia, vt in eiusdem votis femineā non præualeat auctoritas, sed virilis.

Item in libro quæstionum veteris testamenti quæst. 45.

¶ Nulla est mulieri potestas: sed in omnibus, viri dominio subiecta est.

C. XX.

5 NEc illud otiosum [l], quòd nō de eadem terra, de qua plasmatus est Adam, sed de ipsius Adæ costa [m] facta sit mulier: vt sciremus vnā in viro, & muliere corporis esse naturam, vnum fontem generis humani. Ideo non duo à principio facti vir & mulier, neq; duo viri, neque duæ mulieres: sed primū vir, perinde ex eo mulier. Vnam enim naturam volens hominum constituere Deus, ab vno principio creaturæ huius incipiens, multarum [n], & disparium [o] naturarum eripuit facultatem.

Euidentissime itaque apparet ita virum esse caput mulieris, vt nulla vota abstinentiæ vel religiosæ conuersationis liceat sibi sine eius licentia Deo offerre, etiam si viro permittente repromissa fuerit, non licet ei votum opere complere, cum vir voluerit reuocare permissum. Vota vero continentiæ ita alterius permissu ab altero valent offerri, quod post permissionem non valent in irritum deduci.

CAVSA XXXIIII.

Vidam vir in captiuitatem ductus est[p]: *postea vxor eius audiens illum mortuum, nupsit alij: demum ille de captiuitate rediens, repetit vxorem suam: illa posterioris amore capta aspernatur torum prioris viri.*

1 *Nunc primum quæritur, an sit ista rea adulterij, quæ viuente viro suo, alteri nupsit.*

2 *Secundo, an redeunte primo sit cogenda recedere à secundo, & redire ad primum.*

QVÆSTIO I. & II.

1. ps

Traque quæstio terminatur auctoritate Leonis Papæ, qui scribens Nicetæ Aquileiensi episcopo, epist. 77. ca. 1. & sequentibus ait[5].

¶ Qui alij nupserit putans virum suum mortuum esse, illo redeunte ad priorem redire cogitur. C. I.

Cum per bellicā cladem, & per grauissimos hostilitatis incursus ita quædā dicatis dimissa esse coniugia, vt abductis in captiuitatem viris feminæ eorum re-

sunt à secundis,& reddendæ primis:& quæ nolunt separari à secundis, sunt excommunicandæ. In secundo vero casu nihil videtur responderi:quia nulla & friuola erat quæstio. quâdiu enim aliqua scit vel credit vel dubitat virum viuere,non debet alij nubere,& si nupserit,adultera erit,vt 32.q.5. puto.

a ¶*Crederent.*]hæc ratio friuola est,& ideo non curat ei respondere.

b ¶*Solicitudine.*]incõtinentitæ, vel paupertatis.

†*solitudine*] orig.

c ¶ *Hostilitas intulit.*] sic s. 16.q.3.prima.

d ¶ *Qui personam.*] s. 2.q.1.in primis.nam si militudo attenditur inter illum qui succedit inuasori, vt ibi: & istum de quo hic.

e ¶ *In coniugiorum.*] arg.ꝙ ecclesia clerico debet restitui de captiuitate redeũti per quantumcunque tempus detentus fuerit,si probat iustum impedimentum[a]:"cum ecclesia sit vxor clerici. 7.q.1.sicut.&dixi 7.q. 1. pastoralis. 13.qu. 2. vnaquæque.

Matth.19. a istã gl.ꝺt sing.Brix.in suo dictio. vers.carcer. ad hocꝙclericus detentus in carceribus pquãcũq; lõgũ tps nó pdit bñficiũ suũ. 1 Eiusdẽ epistolæ,c.2. Bur.l.9.c.56 Iuo p.8. c.191.

f ¶*Perseuerant.*]& ita videtur,ꝙipsi non cõpellantur ad eas redire si noluerit, sed supplent hic quidam,maxime. Alij intelligunt hoc de illis mulierib. quæ viros non credebant mortuos, & tamen contraxerunt. quod no.in prin.c.

"Ecclesia est vxor clerici.

f ¶*Perseuerant.*] s.32. q.5.puto.in prin.contra. sed illud quando maritus vel vxor scitur adhuc viuere: istud quando certis indiciis putatur mortuus esse. de pœ.dist. 7.c.3. 30.q.5.c.si quis. §.incerta.

"Præsumitur ex pñti circa præteritum,&c. b Ar.ꝺ pœ. di.3.c.Iudas vbi de hoc, & 54.distin. multi.

g ¶ *Ostendentes.*] ar." ꝙ ex consequentia operis ex facto præsenti præsumitur circa præteritum[b] vt hic,& 33.qu.1.requisisti.& s. 22.qu.2.ꝙ ait.& C.de adul.si qui. quandoq; præsumitur ex præcedenti facto circa prę-

C.3. 2 Burch.l.9. c.58.Iuo p.8 c.193.

sens:vt 2.q.1.ĩ primis. in fine.& q.7. non potest. quandoq; ex præsenti circa præsens:vt dixi 50.dist.si quis diaconus.quandoque ex eo quod solet fieri,ꝑsumitur & timetur in futurum: vt 3.q.5. accusatores.quandoque

3 Burch.l.9. c.57.Iuo p.8 c.192.Pann. l.6.c.88.

præsumitur ex præterito circa futurum.C.de cond.fur.l.vlt. quandoque præsumitur ex futuro circa præteritum. ff.de cond.indeb.si non fortem. §.si x.aut Stichum.

h ¶*Remissio.*]ideſt,dimissio secundorum virorum.

i ¶ *Quod conditio.*] quod necessitas cogit,non est imputandum.22. q.4.inter cetera.7.q.1.pontifices.ĩ.de conse.dist.5.discipulos.

Cvm in captiuitate.] Casvs. Quædam mulier nomine Vrsa cũ in captiuitate teneretur,vir eius aliam duxit.Vrsa postea reuersa Papam adiit,& nullo contradicente]se vxorẽ illius esse probauit coram Papa : quare Papa eam vxorem legitimam iudicauit, & non secundam.

"Matrimonio pp consanguinitatem separato, an filij prius nati sint legitimi?

k ¶*Commisisse.*]peccatũ notat interuenisse in contrahendo si scienter contraxit:sed si ignoranter contraxisset: quamuis non est matrimonium secundum : nati tamen filij inde habentur pro legitimis quo ad successionem."similiter vbi per consanguinitatem fit diuortium:quod verum est vbi ignoranter coniuncti sunt. arg.ext.qui fi. sint leg.cum inter. si autem scienter,quo ad scientem legitimi non sunt.ar.32.q.2.solet.ar.C.so.ma.si ignorans.& C.de incest.& inuti.

mãserint destitutæ,quę viros proprios aut interemptos putarint, aut numquam à dominatione crederent[a] liberandos,&ad aliorum coniugium solicitudine† [b] cogente transierint:cumque nunc statu rerum auxiliante Domino in meliora conuerso nonnulli eorum, qui putabantur periisse,remeauerint, merito charitas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, q̃ aliis coniunctæ sunt viris, à nobis debeat ordinari. Sed quia nouim[9] scriptum, quòd à Deo iungitur mulier viro, & iterum præceptũ agnouimus,vt quod Deus iunxit, homo non separet, necesse est,vt legitimarum fœdera nuptiarum redintegrãda credamus,& remotis malis, quæ hostilitas intulit[c], vnicuique hoc,quod legitime habuit,reformetur:omnique studio procurandũ est, vt recipiat vnusquisq; quod proprium est.¶ Nec tamen culpabilis iudicetur,& tanquã alieni iuris peruasor,qui personam[d] eius mariti, qui iam non esse existimabatur, assumpsit. Sic enim multa,quæ ad eos,qui in captiuitatẽ ducti sunt,pertinebant, in ius alienum transire potuerũt: & tamen plenũ iustitiæ est,vt eisdem reuersis propria reformentur. Quòd si in mancipiis,vel in agris,aut etiã in domibus,ac possessionibus rite seruatur, quanto magis in coniugiorum[e] redintegratione faciendũ est?vt sic,quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur? [2] Et ideo,si viri post longam captiuitatem reuersi, ita in dilectione suarum coniugũ perseuerãt[f], vt eas cupiant in suũ redire cõsortium, omittendum est,& inculpabile iudicandũ est, quod necessitas intulit:& restituendũ, quod fides poscit.*& infra,c.4.* ¶[3] Sin autẽ aliquæ mulieres ita posteriorum virorũ amore sunt captæ, vt malint his cohærere,quàm in legitimum redire consortium,merito sunt notãdę:ita vt etiam ecclesiastica cõmunione priuẽtur,quę† de re excusabili contaminationem crimi nis elegerunt, ostendentes g sibimet pro sua incõtinentia placuisse, quod iusta remissio [h] poterat expiare.Redeãt ergo in suum statũ volũtaria redintegratione coniugia: neque vllo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod cõditio [i] necessitatis extorsit:quia sicut hæ mulieres,quæ reuerti ad viros suos nolunt, impiæ habendæ sunt,ita illæ,quæ in affectum initum ex Deo redeunt,merito sunt laudandæ† iudicio.

Item Innocentius Papa Probo,in epist.9.

¶Viro,vel vxore de captiuitate redeuntibus propria redintegrantur coniugia. C. II.

[4] CVm in captiuitate Vrsa mulier teneretur,aliud coniugium cum restituta Fontanum† commisisse[k] cognouimus. Sed fauore Domini reuersa Vrsa nos adiit,& nullo diffitente vxorem se memorati esse perdocuit[l]. Qua de re domine fili merito illustris statuimus fide catholica suffragãte illud esse coniugium, quod primitus erat gratia diuina fundatum,conuẽtumque secundæ mulieris priore superstite,nec diuortio iecta[m],nullo pacto posse esse legitimum.

Item Hieron.ad Amandum presbyterum.

¶Quæ primo viro relicto,secundo adhęserit,nisi secundum relinquens,primo reconciliari non potest. C. III.

[5] NOn satis animaduertere[n] potui, quid sit, quod dicere voluit[o] [alio viro per vim accepto.] Quid est, per vim accepto? cõgregata videlicet multitudine nolẽtem rapuit. Et[p] quare postea nup.qui contra.Sed licet Hug.& L.ita distinguunt: falsa tamen est distinctio[c].sufficit enim alterius ignorantia vt sint legitimi:vt ext. qui fil.sint le.ex tenore.absurdum enim est vt aliquis sit partim legitimus,& partim illegitimus.ar.ff.de li.cau.l.duobus. Sed si ambo parentes sciunt impedimentum, vel affectant ignorare, quia non contrahunt,præmissa denuntiatione trina coram ecclesia: licet pro legitimo habitũ fuerit,tamen filij non sunt legitimi,vt extr. de clan. despon. cum inhibitio.

c De hoc ẽt not. ĩ.35.q.7 in summa.

l ¶*Perdocuit.*]sed qua liter probabit, hoc dicitH.per testes[d].nam in præiudicium matrimonij secundi nõ crederetur etiam ei & viro iurantibus: nisi fama esset de hoc:vt 35. q.6.si duo. Sed numquid crederetur viro & secũdæ vxori iurantib.Dicunt quidam ꝙ sic,licet videatur esse causa ipsius viri:quod non concedo: immo nec cõfessio ipsorum nec fama sufficit. ext. de eo qui cog. cõsan. vxo.suæ.super eo.

†*al.quia inliter excusabiliter contam. &c.*]orig.

d Dicit hic Hu.ꝙ hic ñ erat opus testib⁹,cum nullus differeretur illã esse vxorẽ: licet à qbusdã credeba tur mortua esse. Arc.

m ¶ *Eiecta.*] maxime: vt trigesimasecunda, quæstione prima. ca. dixit. in fin. & quæstio.septima.licite. & cap. vltim. nisi propter impedimẽtum alĩ quod factum est diuortium.

† *al. laudabiles iudicandæ*

[4] Iuo p.8. c.245.Pann. l.6.c.89.

† *Fortunius imisse cognoscitur*]orig.

NOn *satis.*] Hæc est 2. pars qu. in qua ponit qualiter putatur mulier quæ ad primum virum non vult redire.Io.de Fan. Casvs. H. & Ben. sic ponunt hunc casum. Quidã rapuit vxorem alterius: q̃ postea consentiens raptori ad ꝑ prium virum redire nolebat, dubitans ergo Amandus presbyter super hoc articulo, duas fecit quæstiones Hiero.Prima fuit, an illa possit remanere cum raptore? huic quæstioni respondet Hieron.dicens, quòd non potest remanere cum eo: sed debet abeo discedere, & agere pœnitentiam:quia consensit in illum. Et responsio protenditur vsque ibi, *rem nouam, &c.* Alia quæstio fuit, si tunc illa iure suo possit repetere virum suum, vt ille cogatur eam recipere. Et ad hoc respondet Hier. & dicit quòd non potest illam repetere,vel ille cogi recipere eam. Et hoc probat auctoritate vete. testam. vtens argum. à maiori.si enim in veteri testamento non licebat ei qui dederat libellum repudij post adulterium, recipere vxorem : multo minus licet in nouo cogere nolentem ad recipiendam adulteram.tunc enim præceptum erat vt vir non reciperet vxorem adulteram : ergo non est mirum si nunc est permissum viro vt eam non recipiat,si non vult.arg.32.quæst.1.quod autem.& hęc responsio protenditur vsque in finem. Intendit ergo Hier. in hoc capitul.probare,quod non potest remanere cum secundo, & quòd primus non est cogendus eam recipere. *Quod dicere,* id est, significare voluit hæc oratio, quam in epistola tua posuisti, scilicet *alio,&c.*

5 sen.4.dist. 35. Poly.l.6. tit.4.

n ¶*Animaduertere.*] hoc dicit deridendo ipsum:quia malam epistolam composuerat, vel quia verba non erant accommoda sensui ad quem assumebantur.inst.de don.§.est & aliud.

o ¶*Voluit.*]epistola tua,vel hæc oratio,scilicet,alio,&c.

p ¶*Et quare.*]quem habebat prius.alias,& quare.

Source : BIU Cujas

a ¶*Dimiſit.*]nolendo ad eum redire.
b ¶*Legat.*]ſcilicet quicumque de tali facto dubitauit.
c ¶*Si in ciuitate.*]arg. "ꝙratione loci præſumitur contra aliquem[a], ꝙ imputatur alicui ſi nō fecerit id quod ei prodeſſe poſſit. ſic C. de inceſt. nup. cum ancillis. quia præſumitur conſentire cum poteſt reclamare. ff. de noxa. ſi ſeruus ſciente.
d ¶*Et non clamauerit.*]ar. aliquem tacite conſentire, vt 28. diſt. diaconi.
e ¶*Puniri.*]ar. vbi teſtimoniū de auditu valet.
f ¶*In agro.*]niſi & coloni ibi eſſent, nec clamauit.
g ¶*Innoxiam.*]ſ. 32. q. 5. finge. aliàs eſt pars c. de pudicitia. cōtra. ſ. 15. q. 1. ſi quis non iratus. contra. ſed ibi lex, ſcilicet canonica vel promotionis.
h ¶*Ad Belial.*]Belial interpretatur apoſtata.
i ¶*Rem nouam.*]ideſt, nō de nouo traditam his qui audierūt. & eſt ar. ꝙ ſi eps iurauit ꝙñ daret nouum feudū, & aliquod feudum de antiquis ad eū perueneriť, bene pt ipſum dare. vt ext. de don. p tuas. & ext. de feu. c. 2.
k ¶*Adultera.*]nō conuicta de adulterio.
l ¶*Non poterit.*]ar. ex quo mulier ſeparata eſt à viro auctoritate eccleſię, non pt auctoritate ſua vir eam ſibi reconciliare. quod nō eſt verū: vt C. de adul. authen. ſed hodie. ſed quid erit ſi adultera velit recōcilari, & vir nolit? videtur quòd vir non compellitur.
m ¶*Recipere.*]vt cogatur à lege eam recipere[b]: immo ipſa lege prohibetur eā recipere, ſed modo tēpore gratiæ nō ꝓhibetur. ar. ſ. 32. q. 1. ꝙ autem.
n ¶*Ne peccare facias.*]inducēdo malū exemplū, 11. q. 3. præcipue.
† *alterum*] vera lectio. SI AVTEM. Hęc eſt 3. pars q. in qua quæritur qualiter & qd fiat de femina, q̄ non vult ſequi virum tranſeuntem de prouincia in prouinciam. & dicitur ꝙ manebit innupta. Io. de Fan.
† *al. nec* CASVS. hic dicit Grat. allegando, ꝙ vnaquęque mulier virū ſuum ſequi tenetur, vt dicit Hu. vt 13. q. 2. vnaquęque. ſed facit hoc vt inducat cap. ſequens.

Locus facit præſumi & ꝙ imputatur alicui ſi nō fecerit id quod ei prodeſſe poſſit. ſic C. de inceſt. nup. cum ancillis. quia præſumitur conſentire cum poteſt reclamare. ff. de noxa.

a De hoc not. 18. q. 2. diffinimus.

Deut. 22.

b Vt C. de adult. caſtigari.

1. Cor. 10.

1. Cor. 6.

Deut. 24.

raptorem rapta non dimiſit [a] legat [b] libros Moyſi, & inueniet deſponſatam viro, ſi in ciuitate [c] fuerit oppreſſa, & non clamauerit [d], puniri [e] quaſi adulteram: ſi autem in agro [f] oppreſſa ſit, innoxiam [g] eſſe à ſcelere, & violētum legibus ſubiacere. Ergo & iſta ſoror, quæ, vt dicit, vim paſſa eſt, vt alteri iungeretur, ſi vult corpus Chriſti accipere, & non adultera reputari, agat pœnitentiam: ita dumtaxat, vt ſecundo viro, qui non appellatur vir, ſed adulter, à tempore pœnitentiæ non copuletur. Quod ſi durum ei videtur, & ſemel dilectū non poteſt derelinquere, nec præferre Dominum voluptati, audiat Apoſtolum conclamantem [Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Nō poteſtis menſæ Domini communicare, & menſæ dæmoniorum.] & alio loco. [Quę communicatio luci, ac tenebris? qui cōſenſus Chriſti, & Belial [h]?] Rem nouam [i] loquor, immo non nouam, ſed veterem, quę veteris teſtamenti auctoritate firmatur. Si reliquerit ſecundum virū, & reconciliari prior voluerit, non poteſt. Scriptum eſt enim in Deuteronom. [Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam in conſpectu eius propter aliquā fœditatem, ſcribet libellum repudij, & dabit in manus eius, & dimittet eam de domo ſua. Cumq; egreſſa adultera† [k] maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudij, & dimiſerit de domo ſua, aut certe mortuus fuerit, nō poterit [l] prior maritus recipere [m] eam vxorem, quia polluta eſt, & abominabilis facta eſt coram Domino: ne† peccare [n] facias terram tuam, quam Dominus Deus tuus tradidit tibi poſſidendam.

¶Verba huius capitis in epiſtola B. Hieronymi, & in Polycarpo proxime ſequuntur poſtea, quæ referuntur ſ. 32. q. 7. omnes cauſationes. Ideoque apud ipſos initium hoc ita habet. Neque ſatis animaduertere.

3 *Si autem ineuitabili neceſſitate cogente vir in aliam prouinciam fugerit, & vxor eius eum ſequi noluerit, illo viuente illa innupta permaneat.*

Vnde in concilio apud Vermerias.

¶ Quæ virum in captiuitate ductum ſequi noluerit, maneat innupta, quamdiu vir eius vixerit. C. IIII.

1 SI quis neceſſitate ineuitabili cogente in alium ducatum, ſeu prouinciam fugerit, & eius vxor, cum valet, & poteſt, amore parentum, & rerum ſuarum eum ſequi [o] noluerit, ipſa omni tempore, quamdiu vir eius, quem ſecuta non fuit, viuit, ſemper innupta permaneat.

4 *Quod autem de coniugatis auctoritate Leonis P. Papæ dicitur, hoc etiam de virginibus intelligendum eſt, vt ſi præter conſcientiam viro nupſerint alieno, non teneantur.*

Vnde Aug. in lib. de fide & operibus, c. 7.

¶Non eſt adultera virgo, quæ neſciens viro nupſit alieno. C. V.

2 SI virgo neſciens viro nupſerit alieno, hoc ſi ſemper neſciat, numquam ex hoc erit adultera. Si autem ſciat, iam ex hoc eſſe incipiet, ex quo cum alieno viro ſciens cubauerit, ſicut in iure prædiorum tamdiu quiſque bonæ fidei poſſeſſor rectiſſime dicitur, quamdiu ſe poſſidere ¶ ignorat alienum: cum vero ſcierit [r], nec ab aliena poſſeſſione receſſerit [s]: tunc malæ fidei poſſeſſor perhibebitur, tunc iuſte iniuſte vocabitur.

5 *Hinc† etiam ignorantia excuſat eum qui neſciens dormiuit cum ſorore vxoris ſuæ.*

Vnde in concilio Triburienſi.

¶Non cogatur legitimam dimittere vxorem, qui neſciens dormiuit cum eius ſorore. C. VI.

3 IN lectum [t] mariti abſente vxore ſoror iuit vxoris: quā ille vxorem putās ſuam eſſe, dormiuit non tenetur mulier inſcia virō alieno copulata. Io. de Fan.

p ¶*Leonis.*]ſ. e. c. 1. Ioan.

SI *virgo.*] CASVS. Quædam virgo nupſit alteri viro, quem ſolutū eſſe credebat. quęritur vtrum ſit adultera? Et reſp. ꝙ non, quam diu hoc credit. ſed ſi veritate comperta cum eo remanſerit, adultera erit ſicut qui poſſidet rem alienam bona fide: quamdiu credit ſuam eſſe, nō peccat: ſed ex quo ſcit alienam eſſe, peccat, ſi eam non reſtituit. Sequens §. patet.

q ¶*Poſſidere.*] non dicit, poſſediſſe. nā poſt completam præſcriptionē non ſcit ſe poſſidere alienū, ſed poſſediſſe. nec habet tūc conſcientiam rei alienæ: vñ non tenetur reſtituere: licet Hu. hoc conſulat vbi cōſcientia remordet. 27. qu. 1. §. 1. & extra de præſc. c. vlt.

r ¶ *Cum vero ſcierit.*] certum eſt ꝙ in præſcriptiōe exigitur cōtinue bona fides, vt extra de præſcr. quoniam omne. "Sed qd ſi poſtea percipiam ꝙ ille à quo emeram, nō fuit dominus? ſi ſtatim reſtituam eam domino non poſſum agere de euictione: vt ff. de euict. ſi rem. §. 1. Dicunt quidam, ꝙ debeo ſubiicere perſonam quæ à me petat rem illā, vt à me euincatur: vt ff. de ne. geſt. at qui natura. §. cum me abſēte. ſed adhuc eadem videtur reſtare quæſtio: quia illi q ſic à me ſubiectus eſt cum non habeat mādatum à domino, potui obiicere exceptionem procuratoriam: quod tamen nō feci, & ſpōte permiſi à me rem euinci. ergo non potero agere de euictione, vt dicit illa l. ſi rem. & l. ſi dictum. Ad hoc poteſt dici ꝙ huiuſmodi exceptiones quæ ſunt dilatoriæ iudicij, poteſt aliquis † *al. Sic* omittere, ſed non illas quæ ſunt dilatorię ſolutionis: vt ff. man. ſi fideiuſſor. §. quædā. Item qualiter iurabit iſte de calumnia, cum ſciet ſe mala fide poſſidere? Poteſt dici ꝙ ſub hac forma iurabit, Iuro ꝙ veni ad litigandum cauſa mei iuris conſeruandi, vt ff. de bo. lib. ſi quis libertum. Dominus meus dicit ipſum poſſe cōfiteri, quòd res non ſit ſua, quia pudori ſuo debet parcere. ff. man. quintus. qualiter autem iurabit ille qui ſubmiſſus eſt.

1 Burch. l. 9. c. 54. Iuo p. 8 c. 189. Pann. l. 6. c. 91.

" Emptor inter pſcribēdū ſi pcipiat vēdito rē nō fuiſſe dominum, quid faciet.

2 Poly. ibid.

3 Burc. l. 17. c. 4. & lib. 19 c. 273.

s ¶*Receſſerit.*]arg. quòd etiam poſt præſcriptionem ex quo ſcit rem alienam ſe emiſſe, teneatur reddere rem, præſertim eccleſiæ: cum omne id quod irreprehenſibile eſt, defendit eccleſia, vt 25. q. 1. omne quod. arg. diſt. 54 generalis. in fine.

HINC ETIAM. Hæc eſt 5. pars q. in qua quæritur, ſi aliquis aliquā polluit quam credit ſuam vxorem, vtrum peccet? & dicēdum quòd non. Ioan. de Fan.

IN *lectum.*] CASVS. Mulier quædam ſub ſpecie ſororis ſuæ intrauit lectum mariti ſororis: ille deceptus eam cognouit, quærebatur vtrum poſſit vti vxore ſua de cetero? Et reſpondetur, quòd ſi probauerit quòd eam putauerit eſſe ſuam vxorem, pœnitentiam agat, & vxore ſua vtatur, ſed illa grauiter pœniteat, & ſemper contineat. Sequens §. patet.

t ¶*In lectum.*] Ex hoc c. colligitur, "quòd qui cognoſcit cōiugatam ignoran

"Adulteriū nō cōmittitur, ſi cōiugata ignoranter cognoſcitur.

Source : BIU Cujas

ignoranter, nō committit adulterium. [a] arg. extra de sen.exc. si vero aliquis. nam si locaui militi tāquam pagano ignorās, possum mercedem exigere. non enim disciplinam cōtemnit qui militem ignorauit. ff. loc. si ignorans. [b]

a Adde tex. in l. vxor. cum ibi no. C. de adult. Cy. in auth. hodie. c. tit.

b ð hoc no. ext. ð hom. significasti.

a ¶*Per securitatem.*]i. iusiurandum. 35. q. 3. extraordinaria. testes enim habere non possunt de huiusmodi. & "sic patet, quòd per iuramentum probatur ignorantia, vt extra de sent. excom. si vero. 2.

"ignorātia in iuramento ꝓbatur. 1 Iuo p. 8. c. 241. Pan. l. 7. c. 38. Sent. 4. dist. 35.

b ¶*Probauerit.*]arg. ꝙ allegās ignorantiam eam probabit. 1. q. 1. si quis à simoniacis. 9. q. 1. ordinationes. 3. q. 9. indicas. extr. de elect. innotuit.

c ¶*Pœnitentiam.*]i. aliquam satisfactionem ad maiorem cautelā, ne disciplina ecclesię deseratur. 23. q. 5. excommunicatorum. s. dist. 50. presbyteros. 15. quæst. 1. si quis insaniens. 2. q. 5. consuluisti. s. dist. 50. quia te. contra. & ideo dicit, scelus. Vel dicit hoc propter speciem facti: "nam adulterium sine dolo nōn cōmittitur. ff. de adul. l. pen.

"Adulteriū non sit sine dolo.

DE SIMPLICITER. Hæc est 6. pars q. in qua dicitur, quòd incestuosi voluntarij non contrahant: inscientes autem post pœnitentiam vij. ann. contrahunt. Ioan. de Fan.

SI *quis cum duabus.*]Casvs. Quidam cognouit sororem eius cū qua fuerat fornicatus: quærebatur vtrum possit vmquam contrahere? Et respon. si veritatem ignorabant, post pœnitentiam vij. an. possunt. Si autem sciebant, numquam possunt. Seq. duo cap. plana sunt, & ea per te videbis.

d ¶ *Si quis cum duabus.*] s. 32. q. 7. si quis viduam. & cap. si quis cum nouerca.

e ¶*Non ignorauerint.*] sed quare prima punitur, quia forte post cognitam fornicationem sororis iterum fornicata est cum illo, vel quia celauit crimē suum sorori cum sciret eam sic facturam, vt j. prox. causa. q. 2. si quis. Similiter intelligas in seq. cap. Sed hæc solutio reprobatur j. prox. q. 2. si homo.

[e] Bur. l. 17. c. 5. & libr. 19. c. 273.

f SI *quis.*] ¶ *Hoc scierint.*] vt s. 33. q. 2. si quis cum duabus. contra. sed solue vt ibi. Vel aliud est vcum ea. Super hoc visum est, si ipse per securitatem [a] veram hoc probauerit [b], quod inscius fecerit hoc scelus, pœnitentiam [c] quidem, quæ sibi indicta fuerit, agat, & legitimum suum coniugium habere permittatur. Illa vero vindicta digna affligatur, & in æternum coniugio priuetur.

[*Item Hermes in libro Pastoris, mandato quarto.*]

PALEA. C. VII.

1 EGo dixi pastori: domine, si quis habuerit vxorem fidelem in Domino, & inuenerit hanc in adulterio, numquid peccat vir, si cum illa concubuit †? Et dixit mihi. Quamdiu nescit peccatum eius, sine crimine est vir viuens cum illa. Si autem scit vir vxorem suam deliquisse, & non egerit pœnitentiam mulier, sed permanet in fornicatione sua, & coierit † vir cum illa, reus erit peccati eius, & particeps mœchationis illius. Et dixi illi. Quid ergo, si permanserit in vitio suo mulier? & dixit. Dimittat illam vir, & vir per se maneat. Quod si dimiserit mulierem suam, & aliam duxerit, & ipse mœchatur. Et dixi illi. Quid, si mulier dimissa pœnitentiam egerit, & voluerit ad virum suum reuerti? nonne recipietur à viro suo? Et dixit mihi. Immo, si non receperit eam vir suus, peccat, & magnum peccatum sibi admittit: sed debet recipere peccatricem, quæ pœnitentiam egit. Ergo non debet dimissa coniuge sua vir aliam ducere. Hic actus similis est in viro & muliere.

¶*In hoc capite emendata, & addita nonnulla sunt ex originali, & ceteris collectoribus.*

6 *De simpliciter vero fornicantibus, vel cum duabus sororibus, vel cum matre & filia, vel cum patre & filio, idem accipiendum: vt ignorantibus coniugia non negentur, scientibus perpetuo prohibeantur.*

Vnde in eodem concilio Triburiensi legitur.

¶ Matrimonia non prohibentur contrahere, quorum incestum ignorantia excusat. C. VIII.

2 SI quis cum duabus [d] sororibus fornicatus fuerit, & sororem soror ab eodem antea stupratam nescierit, vel [A] si ipse sororem eius, quam antea stupraue rat, non intellexerit, si digne pœnituerint, & se continere non valuerint, post annos septem coniugia illis non negentur. Si autem non ignorauerint [e], vsque ad mortem à coniugio abstineant.

¶*Burchardus etiam citat ex Triburiensi c. 9. Et quiddam simile habetur in Triburiensi impresso, c. 45. quemadmodum etiam in Vormaciensi, c. 33.*

A ¶Vel si ipse.]*Sic restitutum est ex Burchardo. Antea legebatur*, vel se sororem.

Item ex eodem.

¶ De eodem. C. IX.

3 SI quis cum matre, & filia fornicatus est, ignorante matre de filia, & filia de matre, illæ numquam accipiet vxorem: illæ vero, si voluerint, accipiant maritos. si autem hoc scierint [f] ipsæ feminę, absq; maritis perpetuo maneant.

¶ *Gratianus hoc idem caput, quod hic citat ex Triburiensi, infra 35. quæst. 2. refert ex concilio apud Vermerias, itemque Burchardus & Iuo. sententia habetur in Vormaciensi, cap. 63.*

Item in eodem [4],

¶ De eodem. [b] C. X.

5 QVidam fornicatus est cum quadam muliere: postea filius nesciens factum patris, stuprauit eamdem. Quod cum pater resciret †, de se, filioque [g] confessus est. Statuerunt melius esse, vt taliter lapsis [h], cum digna pœnitentia, legitima permittantur coniugia, quàm forte deterius delinquant. Fornicaria autem sine spe coniugij maneat.

CAVSA XXXV.

QVidam vir mortua vxore sua aliam sibi in matrimonio copulauit, quæ vxori defunctæ quarto gradu consanguinitatis, viro autem sexta linea † adhærebat. Post triennium vero liberis ex ea susceptis accusatur apud ecclesiam: iste prætendit ignorantiam.

1 *Hic primum quæritur, si liceat aliquam ex propria cognatione duci in vxorem.*

2 *Secundo, si ex consanguinitate vxoris alia possit in coniugem duci.*

3 *Tertio, vsque ad quem gradum debet quisque abstinere siue à propriis, siue ab vxoris suæ consanguineis.*

4 *Quarto, quare vsque ad sextum gradum consanguinitas computatur, ita quòd nec vltra protenditur, nec infra subsistit.*

5 *Quinto, quomodo gradus consanguinitatis computandi sunt.*

6 *Sexto, qui iureiurando propinquitatem firmare debeant.*

7 *Septimo, an illi, qui de incestuosis nati sunt, filij reputentur.*

8 *Octauo, si ignoranter de consanguinitate, vel affinitate aliqua in vxorem ducta est, an ex dispensatione possit viro suo adhærere.*

9 *Nono, si contigerit ecclesiam decipi, & causa consanguinitatis aliquam à viro suo separare, quę post quadriennium nuptiis hinc inde celebratis deprehenditur non fuisse consanguinea prioris, an secunda coniugia sint rescindenda, & priora sint redimegranda.*

10 *Decimo, si relicta alicuius de priora cognatione ad secundas nuptias transierit, an proles ex eis suscepta possit pertingere ad consortium alicuius de cognatione prioris viri.*

bi cum duabus sororibus, vt ibi: aliud vbi cū matte & filia propter identitatem personæ. j. proxim. caus. q. 3. c. contradicimus. §. hac auctoritate. & insuper postea se cognouisse ab illo peemiserunt.

g QVidam.] ¶*De se filioque.*]filio quidem confitente, & præsente in iudicio, aliàs non præiudicaretur filio. extra de adult. significasti. 15. q. 5. presbyter.

3 j. 35. q. 2. si qs cū mre. Burc. l. 17. c. 12. Iuo p. 9. c. 72.

h ¶*Lapsis.*]quia pater cognouit eā postea.

QVidam vir.] Casvs. Expeditis fere omnibus impedimētis matrimonij, quasi in extremis agit de consanguinitate, & affinitate, quia de hoc impedimento plura erant dicenda. Ostendit ergo G. vsque ad quotum gradum prohibeatur copula consanguineorum, vel affinium: & qualiter gradus computentur in consanguinitate, & affinitate, & quibus accusantibus matrimonia talia sunt dirimenda. Vt autem hęc & alia faciat, prętermittit thema, de quo x. elicit quæstiones. verū qa pauca c. de hac causa leguntur, & maxime vsque ad 7. quęstion. ideo ego Barth. Brix. nihil vel fere nihil in hac causa mutaui. sed ne de hoc opere aliquid prætermittatur, qđ scriptum inueni, solummodo diligenter correxi. Leges autem c. in quibus inueniespositum apparatum, cum omnia alia fere sint abrogata per Innocent. nisi in 6. 9. & 10. quæstionibus.

4 Concord. Triburiens. impres. c. 43

5 Bur. l. 17. c. 16. Iuo p. 9. c. 75.

† *al. resciseret*

† *al. linea cognationis*

a *Quod*

Source : BIU Cujas.

a *Vòd autem consanguinitas.*] Hic depingitur quæst. prima, an scilicet liceat alicui ducere consanguineã suam? Super hoc dicit H. " quòd in linea transuersali extenditur prohibitio vsque ad septimum gradum. hodie vsque ad quartum, extra eo. non debet. in linea vero descendente vsque in infinitum. inst. de nup. §. 1. vbi dicit in infinitũ. " vnde secũdum eum Adam si hodie viueret, non posset cõtrahere cum aliqua [a]. Alij vero nõ faciunt differentiam inter lineam transuersalem, & ascendentem. arg. ĩ. ead. q. 5. ad sedem. versi. illa quoque. ibi, vltra quos nec consanguinitas reperitur. Procedit autem G. hoc modo in quæstione ista. Primo probat, quòd consanguineæ duci possunt, & hoc vsque ad §. *his ita.* Secũdo probat contrarium vsque ad §. *hac itaque.* Ab illo loco vsque ad finem quæstionis ponit diuersas solutiones, quare in veteri testam. non fuit prohibitum, & modo sit prohibitum consanguineam ducere.

adiecit.]Ecce in his breuibus verbis aperte oſtenditur,tales gradus,quales iſti computant, non tantum vſque ad ſextum,verumetiam vltra numerari debere, quippe cum vltra ſextum vlteriores gradus numerandos eſſe decernat. Vbi enim vlteriores nominat gradus, aperte indicat non ſex tantummodo eſſe gradus,ſed ſex finitis, adhuc alios numerandos. Nec mirum, cum in præcedentibus ipſe firmauerit Imperator,& decimo etiam gradu conſanguineos ſibi inter ſe poſſe ſuccedere.Cum decimum nominat, non eſſe tantummodo ſex luce clarius confitetur.Hi

4 Hug.ibid. Polyc. ibid. Anſ.l.11. ca. 92. Iuo p.9. c.6.Pan.l.7. c.55.

Source : BIU Cujas

ergo euigilent,& aciem mentis,si possunt intẽdant, quos hactenus istiusmodi perculit error.Enimuero, vbi secundum leges inter agnatos, vel cognatos defertur successio,consanguineos esse non dubium est. Neque enim sibi succederent,nisi inter se parentelę vinculo tenerentur. Succedunt autem inter se,teste Iustiniano,in decimo gradu : consanguinei igitur sibi sunt,qui sibi succedunt.Quòd,si in decimo gradu consanguinei sibi existunt,non est terminata consanguinitas (vt isti fatentur) in sexto tantummodo gradu.Quid igitur dicent? Computatis namque gradibus,sicut isti numerãt, aut finitur consanguinitas in sexto gradu,aut non. Si finitur,fallaces erunt leges, quibus isti nituntur,quæ in decimo gradu sibi succedere consanguineos iubent.Quòd si nõ finitur consanguinitas in isto sexto gradu, falsidici erũt isti,qui vltra illum sextum gradum nolunt computare consanguinitatem.Igitur aut leges erũt falsæ,aut isti,qui sic finiunt generationem. Sed, vt veridicæ leges, & veraces sint canones,dicamus hoc,quod veritas habet:scilicet,quòd non terminatur consanguinitas in huiusmodi sexto gradu, sed terminatur secundũ canones in septimo gradu,Vtraque enim computatio, sicut superius diximus , vno fine concluditur. Namq; duo gradus legales vnũ gradum canonicum constituunt.Fratres itaque,qui secundum sęculares leges dicuntur in secundo gradu[1],iuxta canones numerantur in primo.Filij fratrum,qui illic numerãtur in quarto,hic computantur in secũdo:nepotes vero, qui in sexto ibi,istic numerantur in tertio : sic deinceps,qui in legibus scribuntur in octauo,&decimo, in canonibus definiuntur in quarto,& quinto. Atq; hoc modo de reliquis sentiendum est,vt qui secundum canones dicuntur in sexto,vel septimo, secundum leges accipiantur in duodecimo,vel quartodecimo.Hanc computationem intelligens prudentissimus Papa Gregorius,dum quæreretur,in quota generatione coniungi fideles debeant, ipsas sæculares leges in testimoniũ adducẽs, Augustino Anglorum episcopo sic rescripsit[2 Quædam terrena lex in Romana rep.permittit,vt siue fratris & sororis,siue duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius & filia misceantur.Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolẽ non posse subcrescere. Vnde necesse est, vt iam in tertia,vel in quarta generatiõe copulatio fidelium licẽter sibi coniũgi debeat. Nam à secunda,quam prædiximus,omnimodo debẽt abstinere.]Ecce hic aperte mõstratur filios & filias fratrum in secũda generatione numerari.Et,si fratrum filij,& filiæ numerantur in secunda,fieri non potest, vt ipsi fratres non sint in prima.Quòd si fratres computantur in prima,filij eorũ in secunda,dubium non est,quin eorum nepotes sint in tertia,pronepotes in quarta,& sic de reliquis vsq; ad septimam. Sed sunt quidam, qui ex his Gregorij verbis, quibus ait,vt in tertia,vel quarta generatione copulentur fideles,occasionem accipiunt illicita matrimonia contrahẽdi, dicentes se hoc iuste facere posse,quod prudentissimus doctor sua sententia diffiniuit.Isti itaque qui se hoc velamento defendere nitũtur,aduertant in eiusdem patris sententiis , hoc non generaliter cunctis, sed specialiter Anglorum genti mandasse.Nam postmodum à Felice Messanę Sicilię præsule requisitus, an hoc,quod Augustino mãdauerat,generaliter cunctæ ecclesiæ tenendũ esset,apertissime firmauit,non aliis hoc,quàm illi genti mandasse:ne bonum,quod cęperant, metuendo austeriora,desererẽt:sed & illis, postquam in fide essent firma radice solidati,& vniuersali Ecclesiæ censuit semper esse tenendum , vt nullam de propria consanguinitate,vel affinitate infra septimam generationem aliquis sibi audeat coniugio copulare. Ecce aperte monstratum est, & ex verbis ipsius legis , & auctoritate prudentissimi Papę Gregorij,quid de gradibus consanguinitatis numerandis sentire debeamus. Quamuis alia quoque ratio pari modo ipsos reuincat aduersarios. Nam si, vt ipsi fatentur,in illo sexto gradu consanguinitas finiretur,omnes personarum ramusculos,qui vltra illum gradum in pictura arboris continentur,velut superfluos oporteret detruncari. Sed quia omnes,qui in prædictæ arboris pictura numerantur,ex vna parentela consistunt,numquàm sine diminutione consanguinitatis à se poterunt separari : veluti non sine damno cuiusque personæ valent à proprio corpore manus,brachia,& pedes truncari.Illa quoque sacrorum præceptio canonum,quæ iubet à propria abstineri consanguinitate,quãdiu generatio recordatur, aut memoria retinetur,nec à prædicta parentelæ discrepat computatione. [3] Nam in septem gradibus,si canonice, & vsualiter numerentur , omnia propinquitatum nomina continentur.Vltra quos nec consanguinitas inuenitur,nec nomina graduũ reperiuntur,nec successio potest amplius prorogari,nec memoriter ab aliquo generatio recordari. Ne vero in hac consanguinitatis computatione , aliqua dehinc valeat ambiguitas remanere,aliam,quam quidam faciunt numerationem in hac etiam disputatione duximus finiendam†.Sunt enim quidam,qui non à fratribus, sed à filiis eorum,id est,patruelibus,vel consobrinis genealogiam numerare incipiunt: dicentes filios fratrum in prima generatione computari debere,quia fratres quasi quidam trũcus,ex quo ceteri ramusculi oriuntur , existunt. Sed nec ista graduum cõputatio,si bene intellecta fuerit,ab ea,quam superius exposuimus,in sententia poterit esse diuersa.Isti enim,qui numerandi initium sumũt à filiis fratrum, non progrediuntur vltra sextã generationem:sed sicut totius mũdi sex ætates existunt,& humanæ vitæ itidem sex:ita & in cõsanguinitate sex tantummodo autumant computandas esse generationes:quibus finitis,nouæ coniunctionis dicunt posse fieri initium, vt quasi fugientẽ possint reuocare consanguinitatẽ. ¶ [4] Hæc itaque computatio,quæ incipit à fratrum filiis,& numerat vsque ad sextam generationem,tantumdem valet,quantum ea,quæ incipit à fratribus, & computat vsque † ad septimam.Nec vlla in sensu existit diuersitas:quamuis in numero graduum varietas videatur. Vltima enim generatio,si initiũ numerandi sumat à fratribus, septima inuenitur : si à filiis fratrum,reperitur sexta. Taliter igitur determinatis gradibus consanguinitatis,Apostolica vos auctoritate monemus fratres,& filij,vt omnibus sic seriem genealogiæ computandam esse intimetis,quemadmodum sancti patres numerandã esse sanxerunt,& antiquus mos sanctæ, & vniuersalis ecclesiæ per longa tempora olim computasse monstratur. Nam,si quis peruersa,& obstinata mente à recto tramite Apostolicæ sedis deuiare voluerit,& aliter,quàm nos,in nuptiis celebrãdis gradus parentelæ numerare contenderit†,primum pro sua temeritate cælesti pœna plectetur : postmodum vero gladio perpetui anathematis se nouerit iugulandum.Data Romæ,&c.

1 Concord. Ale. de Im.i l.si auæ frater.in fi. C. de suc.edi.

2 ẽ.e.q.2.&3 c.q̃dã lex.

3 ẽ.e.q.2.&3 c. in copulatione.

4 ẽ.e.q.4.cõ sanguinitas

† *al.discutiendam*

† *al.computat septimam*

† *al.attentauerit*

Item

Source : BIU Cujas

PORro.]CASVS. Assignatur hic ratio quare affinitas obseruetur:quia vir & vxor
1 Sent.4. dist.41. Pol.ibid. sunt vna caro,& ideo vxoris meæ cõsanguinei in eodem gradu sunt affines mihi, & meorũ consanguineorum vxores sunt mihi affines,& affines vxoris meæ sunt vtãdi in omni gradu vt mei consanguinei.q aliud dicit, tanquam Antichristus est vitandus.

PRimo gradu.]CASVS. In hoc c.pro
†al.filia sequitur Isidorus legalem graduum cõputationem vsque ad se
† al. eoque modo vtique ptimum gradum,ostẽdens in quo gradu sunt personæ.

Item Gregorius Papa.

¶Quare consanguinitas vxoris ad virum pertinere dicitur,& quomodo affinitas sit computanda. C. III.

1 PORro de affinitate,quam dicitis parentelam esse,quę ad virum ex parte vxoris,seu quę ex parte viri ad vxorem pertinet,manifestissima ratio est:quia,si secundum diuinam sententiam ego & vxor mea sumus vna caro, profecto mihi,& illi mea,suaq; parentela propinquitas vna efficitur. Quo circa ego & soror vxoris meæ in vno &primo gradu erimus:filius† vero eius in secundo gradu erit à me, neptis vero tertio : idque† vtrinque in ceteris agendũ est successionibus. Vxorem vero propinqui mei,cuiuscumque gradus sit, ita me oportet attendere,quemadmodum ipsius quoq; gradus aliqua femina propriæ propinquitatis sit. Quod nimirum vxori de propinquitate viri sui in cunctis cognationis gradibus conuenit obseruari. Qui vero aliorsum sentiunt, Antichristi sunt:à quibus tanto fortius vos oportet cauere,quanto apertius deprehenditis illos diuinis legibus repugnare.

¶In Polycarpo caput hoc item.ac sequens recitatur ex Zacharia. Ac sane Gratianus in extremis verbis sequentis capitis indicat caput hoc fuisse etiam Zachariæ.

Item Zacharias Papa.

¶Qualiter parentelæ gradus computantur. C. IIII.

2 Sent.4. dist.40. Pol.ibid. 2 PArentelæ gradus taliter computamus. siquidẽ ego &frater meus vna generatio sumus,primũque gradum efficimus,nulloq; gradu distamus. Rursus filius meus,fratrisq; mei filius secunda generatio sunt : ac gradum secundum faciunt, nec à se aliquo gradu separantur. Atq; ad hunc modum ceteræ successiones numerãdæ sunt. Porro de affinitate, quam dicitis parentelam,& c.*vt superiore capite Gregorij.*

Item Alexander Papa secundus.

¶Aequiuocatio est,cum soror vxoris cognata vocatur. C. V.

3Ex Isid.l.9. etymol.c.fi. Sen.4.di.41. Polyc. ibid. 3 QVòd autẽ frater, sororve vxoris tuæ cognati tui dicũtur,æquiuocationis iure fit,& necessitate vulgaris appellationis potius,quàm vlla causa
†al.fratria cognationis. Vxor enim fratris fratrissa† potius,quã cognata vocatur.Mariti frater leuir dicitur.Duorum autem fratrũ vxores vocantur ianitrices[A],quasi eamdem ianuam terentes , vel per eamdem ianuam intrantes.Viri soror glos appellatur.Sororis autem vir non habet speciale nomen,nec vxoris frater.

¶In Polycarpo etiam refertur proxime post c. ad sedem.vt ad eumdem Alexandrum pertinere videatur. A verbo autem VXOR, *vsque ad finem habentur apud Isidorum,lib.9.c.fi.*

A ¶Ianitrices.] *Ita etiam legebatur in l.non facle.ff.de gradibus,antequam locus ab Alciato esset restitutus , lib.2.disp.cap.23. Quamobrem nihil mirandum , si Isidorus, aut alius quispiam allatam hic etymologiam excogitauit.Nunc autem in lege illa est, à vxore.*

4 Isi.l.9.c.5. in sent.Iulij Paul. li.4.ti. 11.ď gradib.

Item Isidorus[4].

¶Nomina graduum superiorum,siue inferiorum,siue ex latere venientium. C. VI.

PRimo gradu, superiori linea continentur pater, mater,inferiori filius, filia:quibus nullæ aliæ personæ iunguntur.¶ 5 Secundo gradu continentur,superiori linea auus,auia,inferiori nepos, neptis:transuersa frater,soror : quæ personæ duplicantur. Auus enim & auia tam ex patre,quàm ex matre accipiuntur. Quæ personæ sequentibus quoque gradibus similiter pro substantia earum , in quo gradu constiterint,ipso ordine duplicantur. 6[Istæ personę secundo gradu ideo duplices appellãtur:quia duo aui sunt paternus , & maternus.] Item duo genera nepotum sunt,siue ex filio,siue ex filia procreati. Frater & soror ex transuerso veniunt, [id est, Aaut frater patris, aut frater matris:qui aut patruus,aut auunculus nominatur:]qui & ipsi hoc ordine duplicantur.

¶Tertio gradu veniũt supra proauus,proauia, infra pronepos,proneptis. Ex obliquo fratris, sororisque filius,filia,patruus,amita,id est,patris frater &soror, auunculus,matertera,id est,frater matris & soror.

¶Quarto gradu veniunt supra abauus, abauia,infra abnepos,abneptis. Ex obliquo fratris & sororis nepos,neptis,frater patruelis,soror patruelis,id est,patrui filius,filia:consobrinus,consobrina,id est,auunculi & materteræ filius, filia : amitinus , amitina, id est,amitæ filius filia:itemque consobrini,qui ex duabus sororibus nascuntur : quibus accrescit patruus magnus,amita magna,id est,aui paterni frater,& soror,auunculus magnus,matertera magna,id est,auię tam paternæ,quàm maternæ frater & soror.

¶Quinto gradu veniunt,supra quidem atauus,atauia,infra atnepos atneptis. Ex obliquo fratris,&sororis pronepos,proneptis,fratris patruelis, sororis patruelis,amitini,amitinæ, consobrini, consobrinæ filius, filia, propior consobrinus†, propior consobrina†,id est,patrui magni,amitæ magnæ,auunculi magni,materteræ magnæ filias,filia:his accrescunt propatruus,proamita. †al.sobrinus †al.sobrina

¶Hi sunt proaui paterni frater& soror , proauunculus,promatertera.

¶Hi sunt proauiæ paternæ , maternæque frater, & soror , proauique materni. [7Hæc species nec aliis gradibus,quàm scripta est,nec aliis vocabulis declarari potest.] 7 Anianus interpres.

¶Sexto gradu veniunt,supra tritauus, tritauia,infra trinepos trineptis. Ex obliquo fratris, & sororis abnepos, abneptis , fratris patruelis, sororis patruelis, amitini , amitinæ , consobrini , consobrinæ nepos, neptis, patrui magni, amitæ magnæ,auunculi magni,materteræ magnæ nepos, neptis,id est,propioris sobrini filius,filia,qui consobrini appellantur. Quibus ex latere accrescunt, propatrui,proamitæ, proauunculi, promateterteræ filius, filia, abpatruus, abamita. (Hi sunt abaui paterni frater, &soror)abauunculus,abmatertera.

¶Hi sunt abauiæ paternæ,maternæque frater, & soror,abauique materni.

¶[8]Hæc quoque explanari amplius non potest, quã vt auctor ipse differuit.] 8Anianus.

¶Septimo gradu,qui sunt cognati recta linea supra, infraque propriis nominibus non appellantur : sed ex transuersa linea continentur fratris , sororisque atnepos,atneptis,consobrini filij,filiæque.

¶Successionis idcirco gradus septem cõstituti sunt, quia vlterius per rerum naturam nec nomina inueniri,[9]nec vita succedentibus prorogari potest.[10][In his septem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur:vltra quos nec affinitas inueniri,nec successio potest amplius propagari.] 9Anianus. 10 idẽ Ale.ĩ l. in ius vocari.col.3.ff. de in iusvo. & plene p Im.in l.fi vero.§.ď viro. ff.sol.ma. & gl.in §.pen. inst.ď grad.

¶Caput hoc recitatum etiam ab Hugone , & collectoribus extat in libro sententiarum Pauli,additis non vno in loco verbis Aniani interpretis.Pleraque tamen habentur etiam apud Isidorum,lib.9.c.5.

A ¶Id est, aut frater.] *Hæc vsque ad ver.*Qui & ipsi,*non sunt loco indicato:sed tantum apud collectores.*

5 Hug.de S. Vict. par.11. lib.2.c.14. Bur.l.7.c.28 Iuop.9.c.64 Pan.l.7.c.89

6 Anianus interpres Pauli.

De gradibus consanguinitatis, vel affinitatis, quot sint , quomodo computandi, quibus etiam appellentur nominibus, auctoritate Isidori, atque Gregorij, & Alexandri sufficienter monstratum est.

Non


Source : BIU Cujas

Arbor Consanguinitatis.

Non gignunt dextros qui stant in parte sinistra.
Læua dat vxores, dat tibi dextera mares.

Figura præsens arborea licet ad septimum deberet gradum protendi, cum vsque ad eum secundum decreta sit prohibitio coniugalis, 3.q.3.c.de affinitate. & extr. de cland.desp. c.cum inhibitio. tamẽ quia per iura noua ipsa coniugalis prohibitio est in tribus postremis gradibus reuocata, vt d.c.cum inhibitio.& de consang.& affc. non debet. ideo vsque ad quartum duntaxat figuram hanc duximus extendendam. Nec idipsum graduum cognitionem quoquo pacto impedit. Qui enim duorum aut trium computationem agnouerit illam etiam vsque in gradum centesimum, & eo amplius si opus sit, deducere poterit.

Quàm aptissime hæc imprimatur, tum consanguinitatis, tum affinitatis arbor, iudicet qui huiusce causæ trigesimæ quintæ canones & legit, & intelligit.



Consanguinitas est attinentia personarum ex eo proueniens, quòd vna descendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Et dicitur à con, quod est simul, vel vnitum, & sanguine, quasi sanguinis vnitas.

Linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus continens, & numeros distinguens. & est triplex, scilicet graduum descendentium, ascendentium, & collateralium.

Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duæ personę inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorum procliuium, quia gradimur de proximo in proximum.

Consanguinitas per tres Regulas declaratur.

PRima regula magistralis pro linea recta. Ascendentium & descendentium quot sunt personæ de quibus quæritur, computatis intermediis vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire quantum distat abauus à Petrucio (Petrucium esse fingimus in cellula vbi est facies) vtroque computato & intermediis, quinque sunt personæ: deme vnam, quattuor sunt gradus: & sic de aliis.

¶ Pro linea collaterali duæ sunt regulæ.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent. Exemplum pone. Cum facis abauum stipitem inter P. & pronepotem propatrui, (nam illi sunt in linea æquali:) quilibet distat à stipite quarto gradu: ergo inter se quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶ Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat à communi stipite, toto distant inter se. Exemplum pone faciendo abauum stipitem. P. & filius propatrui sunt in linea inæquali. Computemus ergo à remotiori, scilicet à P. sed P. distat à stipite quarto gradu, ergo à filio propatrui quarto. Semper intellige secundum canones.

¶ Pro arbore consanguinitatis secundum computationem ciuilem dantur tales regulæ.

¶ Prima in linea recta ascendentium & descendentium quot sunt personæ de quibus quæritur, computatis intermediis vna dempta, tot sunt gradus inter eas.

¶ Pro linea collaterali.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent. Nam secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legistarum ob aliud fit quàm computatio Decretistarum.

¶ Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ stipite dempto, tot sunt gradus. Si ampliorem optas enucleationem, recurre ad Ioannis Andreæ declarationem.

Circa

Source : BIU Cujas



Irca lecturam Arboris diuerſis olim diuerſum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hiſpanus poſt illos lecturæ ipſius arboris nouum modum aſſumens, per ſuas metricas regulas ipſius intellectum niſus fuit aperire: ſed propter multitudinem regularum, & verſuum obſcuritatem, aliquibus notum ignotum, aliis ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Ioan. And. inter decretorum doctores minimus & indignus, inuentionem arboris ex eo fuiſſe, vt habentibus materiam conſanguinitatis & affinitatis ignotam, nota & habentibus notam, ex oculorum inſpectione notiſſima fieret: antiquorum ſcripta reuolui, & (prout expedire credidi) compilaui.

¶ Primo quærens ad vtramque arborem ad quid fuerit inuentio arboris neceſſaria. Secundo an ſit authentica. Tertio ad quid in volumine decretalium repetita, quæ olim fuerat in decretis.

¶ Primæ queſtionis ex ſuperius dictis patet ſolutio. probatio enim ad oculum alias vincit. inſt. de gradi. §. agnationis. 27. q. 1. nec aliqua. Ex oſtenſione enim facti quædam melius percipiuntur quàm elocutione, ext. de don. Apoſtolicæ. ver. fi. Hinc eſt quòd agrorum mentio ſubiicitur oculis. 16. q. 3. inter. de præſcri. quia indicante. C. fin. reg. l. 3. Ventris inſpectio: an mulier ſit prægnans. ff. de ven. inſp. l. 1. in prin. Locorum pudicitię inueſtigatio, an mulier ſit virgo. extr. de prob. propoſuiſti. an arcta. de frig. & mal. fraternitatis. vel aliter impedita. eo. tit. ex litteris. Iniuriæ an ſit atrox æſtimatio. ff. de fer. l. 2. Et litteræ Papales an ſint veræ vel falſæ. de crim. fal. licet.

oculis multa ſubiiciuntur.

¶ Ad ſecundum dic, quòd arbor authentica eſt: quod patet ex canonibus Iſid. & Alexand. 35. q. 5. c. 1. 2. & vlt.

¶ Ad tertium dic, quòd quia in decretis de conſanguinitate & affinitate tractatur, vtile fuit ibi arborem ponere. & quia in decretalibus eſt idem tractatus, & in hoc volumine vtile fuit repeti, ex eo maxime, quia nemini venit in dubium, id ſatis eſſe validum ſatiſque famoſum, quod repetita lectio probat. C. de emend. Iuſt. Cod. l. vna. Item ex eo quia antiqui canones circa materiam illam multum fuerunt correcti: vnde expediens fuit ſecundum ſtatum iurium nouorum antiquam arborem decidere.



Einde ad arborem conſanguinitatis ſpecialiter deſcendamus. Et primo quæritur quid ſit conſanguinitas, & vnde dicatur: quid linea, quid gradus. Secundo quæritur quomodo arbor formetur: & quare ſic formetur, & quare ſic punctetur. & interferemus regulas per quas cognoſcuntur gradus. Demum ponemus quędam notanda, & quaſdam quæſtiones.

conſanguinitatis diffinitio.

¶ Ad primum dico, quòd conſanguinitas eſt attinentia perſonarum ex eo proueniens, quia vna deſcendit ab altera: vel ambæ ab eadem. Vel eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali propagatione contractum, quod ſatis eſt idem. Dicitur autem conſanguinitas, quaſi ſanguinis vnitas, à con & ſanguine: quia de communi ſanguine deſcendunt. Et quo ad probationem coniugij non diſtinguo an tales conſanguinei ſint producti ex vxorio coitu, vel ex fornicario, quod eſt expreſſum ext. de prob. per tuas.

Lineæ diffinitio, & eius multiplicitas.

¶ Linea vero eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens, & numeros diſtinguens. Et eſt triplex linea, ſcilicet graduum deſcendentium, aſcendentium & collateralium, vt ĵ. patebit, vt ff. de gradi. l. 1. & l. iuriſconſultus.

Gradus deſcriptio.

¶ Gradus eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quota agnationis vel cognationis diſtantia duæ perſonæ inter ſe differunt. Et dicuntur gradus ad ſimilitudinem graduum ſcalarum, vel locorum procliuium: quia ita gradimur de proximo in proximum. ff. de grad. iuriſconſultus. §. gradus.

Arboris cõſanguinitatis formatio

¶ Formatur autem ſic arbor. Primo vide cellulas aſcendentium: ſecundo deſcendentium: demum collateralium. Aſcende ſuper cellulam vacuam: quæ remanſit ideo vacua, quia non potuit nomen proprium habere: cum aliæ cellulæ (exceptis, his quæ per genitiuum nominantur) ſumant nomen ab ipſa. Quomodo enim poſſemus illam cellulam nominare, quam dicimus filium patris: fratrem fratris: patrem filij, & ſic de ſingulis? & eam alij vocant Ioachim: alij Protheum: alij truncum. Nos autem à nomine bidelli noſtri vocemus eam Petrucium. Et ſcire debes, quòd competenter illæ cellulæ mediæ aſcendentium & deſcendentium diuiderentur directe per medium, vt à latere dextro illarum cellularum ponerentur nomina marium, vt abauus, proauus, &c. à latere ſiniſtro nomina mulierum, vt abauia, proauia, &c. quia poſiti à latere dextro deſcendunt à maribus, & econuerſo. Supra cellulam vacuam eſt cellula hæc continens pater mater, & vnum punctum ſupra, & vnum infra. Supra illam eſt cellula auus auia, continens duo puncta ſupra, & duo infra. Supra illam eſt cellula proauus proauia, continens tria puncta ſupra, & tria infra. Supra illam eſt cellula abauus abauia, habens quattuor ſupra, & quattuor infra. Deſcendendo ſub cellula vacua, eſt cellula habens filium & filiam: & habet vnum punctum ſupra, & vnum infra. Sub illa habens nepotem & neptem, & duo puncta ſupra, & duo infra. Sub illa pronepotem & proneptem: & tria puncta ſupra, & tria infra. Sub illa abnepotem & abneptem, & quattuor puncta ſupra, & quattuor infra.

¶ Antequam ad collaterales tranſeamus, ſcire debes quòd punctorum numeratio, eſt numeratio graduum, habito reſpectu ad cellulam vacuam, & puncti ſuperiores denotant computationem ſecundum ius canonicum: puncti inferiores ſecundum ius ciuile, &c. Ponitur autem computatio canonica in ſuperiori parte cellularum: ciuilis vero in inferiori, vt detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile: & maxime quo ad hunc caſum quo inſtruimur in matrimoniis, quæ licite contrahi poſſint necne: & cum matrimonium ſit ſacramentum eccleſiæ, in eo præcipue lex minor eſt canone extr. de ſec. nupt. c. vlt. & penult. Vides autem ex punctatione prædicta, quòd in computatione aſcendentium & deſcendentium concordat vtrumque ius: quia in eis ſemper perſona addita perſonæ per carnis propagationem gradum adiicit.

Ius canonicum eſt excellentius ciuili.

¶ Ad inueniendum autem gradus inter eos ſecundum vtrumque ius, tolle hanc magiſtralem regulam. Aſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonæ de quibus quæritur computatis intermediis vna dempta, tot ſunt gradus inter eas. Si igitur vis ſcire quantum diſtat abauus à Petrucio: vtroque computato & intermediis, quinque ſunt perſonæ: deme vnam, quattuor ſunt gradus. Idem dico de ipſo P. ad abnepotem: quia eo modo erit reperire quinque perſonas: & ſic quattuor ſunt gradus. Si velis ſcire quod diſtet abauus P. ab abnepote P. inuenies ibi nouem perſonas computato P. & ſic octo erunt gradus. Scias autem quòd iſte P. non habet totam ſuam computationem in arbore. Scias enim quòd quilibet habet duos parentes: quatuor auos: octo proauos: ſedecim abauos: & ſic ſemper aſcendentes duplicantur. Vnde impoſſibile fuiſſet tot perſonas in arbore ſcribere.

Regula lineæ rectæ.

¶ Quæro an inter aſcendentes & deſcendentes prohibitio copulæ coniugalis excedat quartum gradum? Et dicit Goffr. in ſum. de conſ. & aff. §. item quantum. quòd non, per decr. non debet. e. tit. quę generaliter loquitur. Alij communiter contradicentes inter aſcendentes & deſcendentes perpetuam eſſe prohibitionem dicunt: & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet. ad hoc 35. q. 3. progeniem. & duob. c. ſeq. in quibus dicitur, quòd olim non ſolum vſque ad ſecundum gradum, ſed etiam inquantum notitia erat parentelæ, extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum eſt alterum deſcendentem, & alterum aſcendentem, perdurat prohibitio. ad idem inſtit. de nupt. §. 1. ff. de rit. nupt. l. nuptiæ. & hoc verum puto.

Coniugalis prohibitio in recta linea eſt ꝑpetua.

¶ Ad collaterales tranſeamus, & ad fratrem & ſororem: & cauſa breuitatis proſequendo ſolum partem mediam arboris ad modum vexilli: qua intellecta reliqua intelligetur: quod per ſe patet. dicamus de fratre & deſcendentibus. Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis. ex illa fratris pronepos proneptis. & frater P. eſt cum P. in primo gradu ſecundum canones: in ſecundo ſecundum leges. Eius filius in ſecundo ſecundum canones: in tertio ſecundum leges. Nepos in tertio ſecundum canones: in quarto ſecundum leges.

regula collateralium.

Fratris

Source : BIU Cujas

Fratris pronepos eſt ipſi P. in quarto ſecundum canones: in quinto ſecundum leges: & ſic debet eſſe vtraque punctatio, & iſti ſunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris fecimus ſtipitem. Fac conſequenter ſtipitem de auo: ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis & amitinus, ſoror patruelis & amitina: ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patruus eſt P. ſecundo gradu, frater patruelis etiam ſecundo gradu: filius in tertio, nepos in quarto ſecundum canones. Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in ſexto: & ſic debet eſſe vtraque punctatio. Poſtea fac proauum ſtipitem, & habet filios patruum magnum, amitam magnam, auum & auiam, auunculum magnum, & materteram magnam. illos non proſequimur. Ex cellula patrui magni propior ſobrinus, propior ſobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorumdem nepos neptis. Et quia P. diſtat à proauo quem nunc feci ſtipitem, tertio gradu, ergo à patruo tertio, & à propiori ſobrino tertio · & à filio tertio, & à nepote qui exit lineam æqualitatis, quarto ſecundum canones. Secundum leges vero diſtat P. à patruo magno quarto, à propiori ſobrino quinto, & à filio ſexto, à nepote ſeptimo, & ſic debet eſſe vtraque punctatio. Modo fac abauum ſtipitem cum tribus filiis, ſcilicet propatruo, proauo & proauunculo. de proauunculo non proſequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horum filius filia, ex illa horum nepos nepris, ex illa eorumdem pronepos pronepris. Iſti omnes ſunt cum P. in quarto gradu, quia P. diſtat à ſtipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis, ergo omnes diſtant quarto. Secundum leges propatruus diſtat v. filius vi. nepos vij. pronepos viij. & ſic debet eſſe vtraque punctatio.

Regula canonica pro collateralibus in linea æquali.

¶ Nunc videndum eſt quibus regulis gradus illorum collateralium cognoſcantur. Collateralium æqualis lineæ vnam trado regulam ſecundum canones.

Regula ciuilis pro collateralib° in linea æquali.

¶ Collateralium in linea æquali quarto gradu quis diſtat à communi ſtipite: toto diſtant inter ſe vel ſibi attinent: hoc ſecundum canones. Exemplum pone: quando facis abauum ſtipitem inter P. & pronepotum propatrui. nam quia illi ſunt in linea æquali, quilibet diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo inter ſe quarto.

Regula canonica in linea inæquali.

¶ Secundum leges vero aliter eſt, & ſic dicimus regulam Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite: toto duplicato diſtant inter ſe: vel ſibi attinent. Vides ergo ex ſuperius dictis, & ex punctatione. quòd predicti P. & pronepos propatrui diſtant viij Et inſurgit illa diuerſitas, quia ſecundum leges quelibet perſona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus: ſecundum canones vero duæ perſonæ faciunt vnum gradum. Vnde (vt paret in cellula fratris) frater eſt cum P. in primo gradu ſecundum canones, in ſecundo ſecundum leges: ſed computatio eorum ob aliud fit quàm noſtra. 35.q.5.c.2. Bene ergo dicitur ſecundum leges, quòd in æquali linea collateralium ſiue linea ſit paris numeri, ſiue diſparis: non eſt reperire diſparem gradum. vide in linea paris numeri ſecunda, vel iiij diſparis numeri j. vel iij. In prima ij. gradus, in ſecunda iij. in tertia vj. in quarta viij. quod non eſt ſecundum canones quia in æquali linea diſparis numeri habemus diſparem gradum: quia in prima primum, in tertia tertium, in quinta quintum: & ſic de ſingulis.

¶ Nunc reſtat videre de collateralibus iu linea inæquali, de quibus traditur talis regula ſecundum canones.

Regula canonica in linea inæquali.

Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe. Exemplum pone faciendo abauum ſtipitem P. & filius propatrui ſunt in linea inæquali. computemus ergo à remotiori, ſcilicet à P. ſed P. diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo à filio propatrui iiij. & idem in deſcendentibus vſque ad lineam æqualitatis: & hoc eſt quod dicimus, quòd perſona addita perſonæ vſque ad lineam æqualitatis non creſcit gradus: quia propatruus, filius eius, nepos & pronepos omnes diſtant iiij. gradu à P. Sed aliter ſecundum leges, ſecundum qualem regulam tradimus.

Regula cuiuis in linea inæquali.

¶ Collateralium in linea inæquali quot ſunt perſonæ (ſtipite dempto) tot ſunt gradus. vnde P. à ſtipite diſtat iiij. à propatruo v. à filio vi à nepote vij. à pronepote viij. & ſic quælibet perſona facit gradum. Vides ex ſupradictis quòd P. non poteſt contrahere cum aliqua de arbore. Diſtat enim à ſummo, ſcilicet ab auo: ab imo, ſcilicet à nepote, ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto: à mediis citeriori: per quod ſatis patet, quod cum nullo poteſt contrahere. Sed ſi extremus in collateralibus: vt puta ſi pronepos propatrui, vel pronepos fratris procrearet filiam, poſſet P. cum illa contrahere. Licet autem contrahatur in quinto gradu, remanet tamen conſanguinitas. Prohibitio enim, quæ per ius poſitiuum proceſſerat, potuit tolli: ſed naturalia ſunt immutabilia. 5.diſt. in prin.

¶ Scire debes, quòd communiter dicunt doctores, quòd abauus & proauus & auus ſunt bigami, dicentes, quòd ſi non eſſent bigami, non poſſent filij eorum coniungi, cum eſſent fratres: ſed de hoc non multum curo: quia eadem ratione ſic eſſet de aliis cellulis duplicibus, quòd perſonæ earum eſſent bigami. vnde fingamus perinde ac ſi in qualibet duplici cellula haberemus quattuor perſonas, ac ſi diceretur propatruus & vxor, proamita & maritus, vnde duplicatio poſita fuit, vt nomina demonſtraret in vtroque ſexu, non vt eos coniuges denoraret. Sciendum eſt etiam, quòd in collateralibus æqualis lineæ bene ſequitur iſta regula affirmando & negando. Ego & tu ſumus conſanguinei in linea æquali, & ego poſſum accipere filiam tuam: ergo tu meam. Et negatiue, Ego non poſſum accipere filiam tuam: ergo nec tu meam. Affirmatiua procedit in linea æquali quarti gradus. Negatiua in tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando vel negando: quia ſi vnus eſt in quarto, alter in tertio vel citeriori, qui eſt in tertio vel citeriori, poteſt contrahere cum filia eius, qui eſt in quarto gradu, & non econuerſo. vnde propatruus huius filius & nepos contrahere poſſunt cum filia P. ſed non econuerſo.


Quæſtio notabilis.

¶ Demum quæritur, an collaterales quorum vnus eſt in quinto & alter in primo, pura filia P. & propatruus poſſint adinuicem contrahere? Dicit Hoſtien. quòd non. & hoc not. extra eod. quod dilectio. & c. tua. & in ſumma huius titul. de conſang. §. numquid. in v. & j. quod per ſua argumenta nititur probare ſic, ſcilicet pater & filius vna perſona cenſentur. C. de impub. & aliis ſubſtit. l. vltim. ſicut ergo non contrahitur cum ſtipite, ſic nec cum filiis ſtipitis. benefacit prædicta decret. tua. vbi fratres videntur poni pro ſtipite. Contrarium tenet Bern. quod colligitur ex gloſſ. quam ponit ſ̃ eod. titul. cap. vltim. & Ra. & Ioan. de Deo: & hoc eſt veriſſimum, quod probant verba regulæ poſitæ ſ̃. eod. cap. vltim. dum dicit ibi, deſcendentium ab eodem. ſed certum eſt, quòd propatruus deſcendit à ſtipite. Præterea aut dicis quòd eſt inter eos prohibitio aſcendentium & deſcendentium, aut collateralium: de primo patet negando, quòd certum eſt filium P. non deſcendiſſe à propatruo. Eſt ergo prohibitio collatetalium. ſed certum eſt, quòd iſti diſtant quinto. quid igitur impediat iſtos collaterales contrahere, non video. Ioan. Andr.

Multa

Source : BIU Cujas

Multa dies, variusque labos huiusce parauit
Artis notitiam: quæ modo clara patet.



AFFINITATIS DECLARATIO.

AFfinitas ſecundum canones eſt perſonarum proximitas ex coitu prouenies, omni carens parentela. Et dicitur affinitas quaſi duorum ad vnum finem vnitas: eo quòd duæ cognationes diuerſæ per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur: & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt ff. de grad. cogn. non facile. §. affines.

¶ Scias autem quòd affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis.

¶ Per carnalem copulam viri & mulieris inter conſanguineos mulieris & virum, & inter conſanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis eiuſdem gradus, cuius eſt conſanguinitas. Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierem: ſi vis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu eſt tibi conſanguineus tuus: & quoto eſt tibi ille conſanguineus, toto mulier eſt tibi affinis, & ſemper in primo genere. Dictum eſt in regula, viri & mulieris, & non viri & vxoris: quia ſecundum canones etiam per coitum fornicarium & inceſtuoſum contrahitur affinitas. patet de eo qui cogno. conſang. vxor. ſuæ. c. diſcretionem. & c. penult. Inter conſanguineos mulieris & virum, & conſanguineos viri & mulierem, ideo dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, ſed ipſi ſunt affinitatis cauſa. Item inter conſanguineos viri, & conſanguineos mulieris nulla eſt affinitas. Vnde duo fratres contrahunt cum duabus ſororibus, pater & filius cum matre & filia. ſed eſt affinitas inter conſanguineos mulieris & ipſum virum, & conſanguineos viri & ipſam mulierem. de conſ. & aff. quod ſuper his.

¶ Regula. Quotieſcumque inter vnam perſonarum de quibus quæritur, & coniugem alterius non eſt vel non fuit conſanguinitas intra quartum gradum incluſiue, nulla eſt prohibitio: vt inter me & coniugem nepotis mei non poteſt eſſe matrimonium: quia nepos meus eſt mihi conſanguineus intra quartum gradum.

¶ Aliud exemplum. Soror mea habuit maritum, ea mortua maritus eius aliam accepit, quo defuncto potero contrahere cum eius relicta: quia inter me & illam relictam nulla eſt nec fuit conſanguinitas.

Source : BIU Cujas

AD Arborem Affinitatis & eius materiam tranſeamus. Et primo videndum eſt quid ſit affinitas, & vnde dicatur: & quomodo ipſius genera inſurgant, & gradus computentur: deinde arborem formemus. Ponemus poſtea quædam notabilia, & quaſdam quæſtiones.

Affinitatis definitio. ¶ Eſt affinitas perſonarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. hoc ſecundum canones; ſed ſecundum leges eſt proximitas proueniens ex nuptiis: & requiritur ſecundum leges, quòd legitimæ ſint nuptiæ, non interdictæ, vt contrahatur affinitas. ff. de gradi. l. non facile. §. ſciendum. Et dicitur affinitas quaſi duorum ad vnum finem vnitas: eo quòd duę cognationes diuerſę per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt in ea. l. §. affines.

Affinitas p coitum nefarium contrahitur. ¶ Sed quod per fornicarium coitum, & inceſtuoſum ſecundum nos contrahatur affinitas, patet de eo qui cogn. conſ. vxo. ſuæ. c. diſcretionem. & e. tit. c. penult. Sed conſideratio legis fuit circa hereditates & tutelas deferendas, & ne quis cogatur aduerſus affinem teſtimonium dicere. ff. de gradi. l. iuriſconſultus. in princ. & ff. de teſti. l. 3. & 4. q. 3. §. item in criminali. verſ. item lege Iulia. Sed canon quo ad matrimonia prohibenda conſiderauit vnionem carnis, quæ inſurgit ex copula. Et eſt videre ſecundum hoc, quòd concurrere poteſt attinentia conſanguinitatis & affinitatis: vt ſi quis cognoſcat conſanguineam ſuam, omnes conſanguinei vtriuſque ſunt vtrique affines. Scias autem quòd affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quæ fit extra clauſtra pudoris. 35. q. 3. extraordinaria. & adde quod ibi not.

¶ Et inſurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honeſtate, interdum ſine: & publica honeſtas interdum ſine affinitate, vt ſi cognoſco vxorem vel ſponſam, hic impedimentum eſt publicæ honeſtatis & affinitatis. ſi cognoſco non ſponſam, hic affinitas ſola eſt, ſi ſponſam nondum cognoui, ibi ſola publica honeſtas. Hoc ideo quia ſi mortua eſt vxor tua, & vis contrahere de diſpenſatione eccleſiæ cum conſanguinea ſua, & eccleſia diſpenſat, quòd poſſis contrahere cum illa, non obſtante quòd ſit tibi affinis, tali gradu per diſpenſationem adhuc contrahere non poteris: quia licet ſublatum ſit impedimentum affinitatis, non tamen ſublatum eſt impedimentum publicæ honeſtatis. Debes ergo facere expri mi, quòd poſſis cum tali contrahere non obſtante impedimento publicæ honeſtatis pro eo, quòd deſponſaſti conſanguineam eius in quarto gradu, & non obſtante quòd eſt tibi affinis in quarto pro eo quòd dictam deſponſatam carnaliter cognouiſti, & tunc matrimonium procedere poterit.

Affinitatis genus per quam regulam cognoſcitur. ¶ Genus affinitatis cognoſcitur per hanc regulam, ſed non gradus. Perſona addita perſonæ per carnis copulam mutat genus, ſed non gradum. Iſto modo, ſi is qui eſt mihi in ſecundo gradu conſanguinitatis, cognoſcit mulierem, illa eſt mihi ſecundo gradu affinitatis, & primo genere: ſi alius eam cognoſcit, ille attinet mihi ſecundo genere affinitatis & ſecundo gradu: ſi ille aliam mulierem cognoſcit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis, & ſecundo gradu. Sed quia ſolum primum genus hodie habet prohibitionem, & quia B. plene tradidit extr. de conſ. & af. c. non debet. hic circa hoc non inſiſto. ergo ſi perſona mihi conſanguinea coniungat ſibi aliam perſonam carnali copula, perſona iuncta eſt mihi affinis primo genere affinitatis. ſi attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula ſe alteri commiſceat, illa attinet mihi ſecundo genere. ſi affinis mihi ſecundo genere aliquam cognoſcat, illa eſt mihi affinis tertio genere, ſed eodem gradu. Eſt igitur videre de gradibus. Certum eſt, quòd affinitas non habet hodie prohibitionem niſi in primo genere, & in illo vſque ad iiij. gradum: licet affinitas non habeat ſuam ſpecialem computationem graduum, ſed computantur gradus affinitatis ſecundum gradus conſanguinitatis. Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierem, ſi vis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier: vide quoto gradu eſt tibi conſanguineus tuus ſecundum regulas quas tradidi, in proxima arbore: & quoto eſt tibi ille conſanguineus, toto mulier eſt tibi affinis, & ſemper in primo genere.

Affinitatis gradus cõputantur ſi cut gradus conſanguinitatis.

¶ Nunc formemus arborem, & in medio arboris ſunt quattuor cellulæ, & in prima ſuperiori ponitur primus gradus, in ſecunda ſecundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primo quęritur, quare ponantur in medio fratris & ſororis. Secundo, quare non exprimant attinentiam, dicendo primus gradus affinitatis, & ſic de ſingulis. Ad primum dic, hoc fuiſſe vt detur intelligi, quòd affinitas oritur ex conſanguinitate, & quòd ab vtroque ſexu virili & femineo affinitas contrahatur. Ad ſecundum dic, attinentiam non fuiſſe expreſſam: vt illa computatio graduum ad conſanguinitatem & affinitatem referatur, vnde ſoror & frater ſunt in primo gradu conſanguinitatis, & frater & vir ſororis ſunt in primo gradu affinitatis, & ſic de aliis. Deinde à latere dextro dictæ lineæ ponitur alia linea quattuor cellulas continens in prima ſcribitur frater, in ſecunda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorſum huius alia linea continens alias quattuor cellulas: in quarum prima ſcribitur vxor fratris olim relicta, in ſecunda vxor filij fratris, in tertia vxor nepotis fratris, in quarta vxor pronepotis fratris. A latere ſiniſtro ſunt aliæ quattuor cellulæ: quarum prima ſoror, ſecunda ſororis filia, tertia ſororis neptis, quarta ſororis proneptis. Ad dorſum harum ſunt alię quatuor: prima vir ſororis olim relictus, ſecunda vir filię ſororis, tertiâ vir neptis ſororis, quarta vir proneptis ſororis. Ponuntur etiam aliæ duæ cellulæ, vna à latere dextro continens, relictus relictæ fratris: à ſiniſtris, relicta relicti ſororis, quæ ſecundum omnes ponuntur ad decorem, & ad demonſtrandum genera affinitatis, quæ hodie prohibitionem non habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarum vna oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula viri ſororis: in qua ſcribitur primum genus affinitatis. Item alia linea reflexa, quæ oritur in cellula ſororis, & terminatur in cellula vxoris fratris, in qua idem ſcribitur.

Arboris affinitatis formatio.

Quæſtio. ¶ Circa hoc quæro, quare in cellula, vxor fratris, ſcribitur, olim relicta, quod non ponitur in aliis cellulis inferioribus eiuſdem lineæ? Et dic hoc factum fuiſſe propter cellulam, quæ ponitur ad dorſum illius. q. d. frater habuit vxorem, mortuo fratre vxor ab eo relicta contraxit cum alio viro, illa demum mortua iſte relictus à relicta fratris vult contrahere cum ſorore, nunquid poteſt? Olim non poterat, quia erat ſibi in ſecundo genere, & primo gradu: hodie vero poteſt. Idem ſit repetitum quo ad cellulam viri ſororis.

¶ Ad cognoſcendum ergo gradus affinitatis & genus tam per formam arboris, quàm ex prius dictis, tolle hanc ſolam regulam magiſtralem, Per carnalem copulam viri & mulieris inter conſanguineos mulieris & virum, & inter conſanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis, & eiuſdem gradus cuius eſt conſanguinitas. Quare dicatur in regula per carnalem copulam viri, & mulieris, & non viri & vxoris, collige ex his, quæ in principio dixi. Inter conſanguineos mulieris & virum, & conſanguineos viri & mulierem, ideo dixi: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, ſed ipſi ſunt affinitatis cauſa. Item inter conſanguineos viri & conſanguineos mulieris nulla eſt affinitas: vnde duo fratres contrahunt cum duabus ſororibus, pater & filius cum matre & filia. Sed eſt affinitas inter conſanguineos mulieris & ipſum virum, & conſanguineos viri & ipſam mulierem. extr. de conſ. & af. quod ſuper his. Primi generis quare dixerim, etiam ex ſuperioribus patuit, & eiuſdem gradus cuius eſt conſanguinitas. vide hoc in arbore. nam frater & ſoror ſunt in primo gradu conſanguinitatis, maritus ſororis eſt fra-

Regula magiſtralis gradus affinitatis, & genus manifeſtãs.

tri in

Source : BIU Cujas

tri in primo gradu affinitatis,& sic vxor fratris sorori,& sic filia sororis est filio fratris, & ipsi fratri in secundo gradu consanguinitatis, maritus eius in secundo gradu affinitatis,& econuerso & sic in reliquis. Vnde vir proneptis sororis attinet fratri & omnibus descendentibus, qui sunt in arbore, quarto gradu affinitatis. & hoc ideo,quia toto gradu consanguinitatis attinet predictis ipsa proneptis.Qui sunt in arbore,ideo dixi,quia si pronepos fratris haberet filium, ille excederet lineam æqualitatis, & sic attinet quinto gradu secundum regulas traditas in proxima arbore.

Affinitas notabiliade claratur.

¶ Post hoc notandum est,illud precise non sequitur,ego & tu sumus affines: ergo filius,quem procreo,est tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus attinentiæ, quia ego sum tibi affinis,& ipse consanguineus interdum nil attinet tibi, interdum mutat gradum, interdum nec mutat genus,nec gradum. Exemplum,si ego & tu sumus affines per appositionem mei, quia scilicet contraxi cum consanguinea tua, si ex dicta consanguinea tua filium procreo , ille est tibi consanguineus, non affinis.sed si ego maritus consanguineæ tuę ex alia muliere filium procreo,ille nec est tibi consanguineus, nec affinis.Si vero tu consanguineus vxoris meę filium procreas,hic filius non mutat genus attinentiæ,quia tu pater es mihi affinis,& ipse affinis. sed si tu & vxor mea eratis in æquali linea, vel inæquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio , ipsa in secundo vel primo: tunc ipse filius mutat gradum , quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipse mihi in quarto. Si vero tu & vxor mea eratis consanguinei in linea inæquali , sed vxor mea erat remotior,vt quia ipsa in tertio,& tu in secundo: tunc filius tuus non mutat genus nec gradum, quia tu mihi affinis, & ipse affinis: tu in tertio gradu, & ipse in tertio gradu.Item nota quòd istud etiam non sequitur,ego & tu sumus affines,& ego non possum accipere filiam tuam, ergo nec tu meam: quia si habeam consanguineam tuam in vxorem , tu bene potes contrahere cum filia mea,quam habui ex alia muliere.quia affinitas non contrahitur inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris, sed inter virum & consanguineos mulieris, & inter mulierem & consanguineos viri,vt dixi,& probatur extr.de conſ.& aff.quod super his. Sed ego non possum contrahere cum filia tua , nisi forsan illa excederet quartum gradum , vt quia esset in quinto , & est simile secundum quod dixi s.in proxima arbore circa finem.

Affinitatis prohibitio

¶ Nunc quæritur an affinitas inter ascendentes & descendentes habeat perpetuam prohibitionem, an extendatur tantum vsque ad quartum gradum? Et si teneremus opin. Goffr. de qua dixi s. in arbore proxima circa medium, diceremus quòd vsque ad quartum gradum tantum. Sed tenendo contrariam opinionem dicemus , quòd prohibitio sit perpetua. Dicit enim text. quòd ita abstinere debemus à consanguineis vxoris,vt à propriis.ext.de conſ.& af.c.1.3 5.q.3.de propinquis. & c.æqualiter. Si ergo inter consanguineos ascendentes & descendentes prohibitio extenditur in infinitum:ergo inter affines.ad idem instit.de nupt.§.affinitatis.& dicit lex , quòd tales affines ascendentes & descendentes habentur loco parentum & liberorum.ff.de grad.l.non facile.§.& retro.in fi.Eodem modo posset formari quæstio de affinibus quorum vnus est in primo gradu , alter in quinto , sicut in consanguineis dixi s. in arbore proxima,in fi. An autem liceat diuersis temporibus habere in vxores duas cognatas , scilicet vxores duorum fratrum , & an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permisso simul manere possint, de hoc vide not. ext.de conſ.& af.c non debet.

inter ascendentes& descendentes est ppetua.

consanguinei&affines quo iure prohibętur coniungi.

¶ Vltimo quæritur ad vtramque arborem,an prohibitio consanguineorum vel affinium coniungendorum procedat ex prohibitione diuina,an ex humana,& quare facta fuit prohibitio. Breuiter scias, quòd olim propter necessitatem frater necessario habuit contrahere cum sorore,& consanguinei cum consanguineis. vnde tunc in collateralibus non erat prohibitio. hoc fuit à principio generis humani in filiis & nepotibus Adæ, hoc etiam fuit post diluuium in nepotibus Noe. In Leuitico vero prohibitę fuerunt fere duodecim personæ, quas vide not.ext.de rest.spol.litteras.& de diuor.c.gaudemus. Demum ius positiuum canonicum prohibuit consanguineos & affines primi generis coniungi in septimo gradu & citeriori: quæ prohibitio postea vsque ad quartum gradum est restricta.ext.e.non debet. reuocatis etiam quibusdam aliis prohibitionibus, vt patet. Reuocatio vero fuit ex causa,quæ ibi ponitur,& extr.de testi.c.licet ex quadam.per quod patet,quod prohibitio partim procedit ex iure diuino , & partim ex positiuo. Vnde in secundo gradu æqualis lineæ collaterales contrahere possunt iure diuino,sed non positiuo.Ratio vero prohibitionis sumitur 3 5.q.j.§.j.c.j.fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam si contraherem cum sorore,idem esset pater & socer,mater & socrus, vir & frater,&c.sed si alium habeo patrem,alium socerum,nume rosius se charitas protenderet: in qua vniuersi fideles & præcipue studentes continue perseuerent per gratiam eius,qui est benedictus in sæcula sæculorum,Amen.

QVÆST

Source : BIU Cujas


¶Hęc diſt.diuiditur in 27.partes.In quarum prima probat,quòd nõ debemus celebrare niſi in locis cõſecratis ab epiſcopis,& in ſacratis vestibus, & in vaſis & aris ab epiſcopis & ſacratis hominibus. Secunda ibi, *Omnes baſilicæ.* Tertia ibi, *De locorũ.* Quarta ibi, *Nemo eccleſiam.* Quinta ibi, *Sicut non aly.* Sexta ibi, *Solẽnitates.* Septima ibi, *Eccleſia.* Octaua ibi, *Nullus presbyter.* Nona ibi, *Tribus.* Decima ibi, *Ligna.* Vndecima ibi, *Vaſa.* Duodecima ibi, *Iacobus.* Decimatertia ibi, *Nocte.* Decimaquarta ibi, *Sacramenta.* Decimaquinta ibi, *Solent.* Decimaſexta ibi, *In ieiuniis.* Decimaſeptima ibi. *Sufficit.* Decimaoctaua ibi. *De hymnis.* Decimanona ibi, *Nullus epiſcopus.* Vigeſima ibi, *Episcopus Deo.* Vigeſimaprima ibi, *Omnes fideles.* Vigeſimaſecunda ibi, *Epiſcopus nullum.* Vigeſimatertia ibi, *Apoſtolica.* Vigeſimaquarta ibi, *Omnis Chriſtianus.* Vigeſimaquinta ibi, *Quãdo autem.* Vigeſimaſexta ibi, *Inuenimus.* Vigeſimaſeptima ibi, *Viſum.* Ioan.de Fan.



Onſecratiõe eccleſiarum.]

Casvs. Expleto tractatu matrimonij, quod eſt cõmune omnium nationum;explicitis etiam variis cauſarum conflictibus,agitur de ſacramentis, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem: & hoc ordine. Primo de eccleſiarum conſecratione.Secundo de ſacramento Euchariſtię.Tertio de ſolennitatibus feſtiuitatum. Quarto de ſacramento baptiſmi. Quinto de confirmatione & diuinis officiis & ieiuniis.Et in fine de ſpiritu ſancto,& ſic tractatus iſte in 5.diſt. eſt diſtinctus. Et not.quod cum in aliis tractatib. magiſter interſeruit ſuos §. & ſolutiones: in hoc tractatu nõ niſi duos ponit §.vnum in prima,aliũ in quarta diſtinctione. hoc ideo, quia de ſacramentis ſobrie eſt loquendum : in quibus etiam vera loqui periculoſum eſt. In hac ergo diſtinctione oſtendit eccleſias eſſe conſecrandas:& à quo,& qualiter,& cuius auctoritate : & quòd non ſit iteranda conſecratio niſi in caſu, & quo ordine Miſſæ ſunt celebrandæ : & quot debeant celebrari in die.tamen dicitur à quibuſdam,quòd hoc verbum ſcilicet,de conſecratione,non in ſerie,ſed in titulo originalis capituli reperitur. & incipit c.de Miſſarum, &c.

Tabernaculum.] Casvs.In hoc capitul.Felix oſtendit exemplo vet.teſtam. eccleſias eſſe ædificandas & conſecrandas à Chriſtianis. nam Moyſes Domino præcipiente tabernaculum fecit & conſecrauit. Dauid autem cultum Dei ampliauit. & templum Deo facere voluit : quod quia prohibitus fuit perficere, Salomon eius filius perfecit. Si Iudæi hæc faciebant, multo fortius hæc fieri debent à Chriſtianis, vt nõ celebretur in aliis locis quam eccleſiaſticis, niſi in neceſſitate : nec celebrare debent aliæ perſonæ quam ab epiſcopis conſecratæ. quòd probatur auctoritate Laodicen. concilij.

TERTIA PARS DECRETI.

DE CONSECRATIONE DISTINCTIO I.

C. I.



Onſecrationẽ ecclesiarũ [a] & Miſſarũ celebrationes nõ alibi, quam in ſacratis Domino locis, abſq; magna neceſſitate fieri debere liquet omnibus, quibus ſunt nota veteris & noui teſtamenti præcepta.

¶Verò capitis ſequentis in vetuſtis Gratiani exemplaribus non ſunt ſeiuncta à ſuperioribus, quemadmodum neque in ipſa Felicis quarti epiſtola, neque apud ceteros collectores. Sed ob citationes doctorum non eſt mutatum. Nonnulla autem emendata ſunt.

C. II.

[3] TAbernaculum enim† Moyſem Domino præcipiẽte, feciſſe, & ſacraſſe cum menſa, & altari eius,& ęreis†vaſis, & vtenſilibus ad diuinum cultum explendum legimus,& non ſolum diuinis precibus ea ſacraſſe,ſed etiam ſancti olei vnctione, Domino iubente,perliniſſe nouimus.Qualiter autem hæc facta ſint, & quomodo ipſa ſacra non alij,quam ſacerdotes ſacra vnctione delibuti [b].Dominoq; cum veſtibus ſanctis ſacrati,& leuitæ [c] tractabant, ferebãt,erigebant,& deponebãt, in ipſis inſtitutionibus,quę iubẽte Domino conſcriptæ ſunt per Moyſem, in lege Domini reperitur [d]. Qualiter ergo Dauid regũ piiſſimus amplificauerit [e] cultum Dei, & templum Domino ædificare voluerit, ſed propter multũ ſanguinem, quem effuderat,prohibitus [f] eſt, & ipſe collegerat [g] expenſas, Salomon quoque filius eius idipſum, quod ipſe facere optauerat, iubente, & auxiliante Deo perfecit, & templum cum altari, & reliqua ad diuinum cultum peragendum conſecrauit, in libro Regum legitur. *& infra*[a]. ¶Fecit ergo Salomon in tempore illo feſtiuitatem celebrem, & omnis Iſrael cum eo multitudo magna ab introitu Emath vſque ad riuum Ægypti coram Domino Deo noſtro ſeptem diebus, & ſeptem diebus,id eſt,quatuordecim diebus, & in die viij. [h] dimiſit populos. [4] Iudæi ergo loca,in quibus ſacrificabant Domino, diuinis habebant†ſupplicationibus conſecrata:nec in aliis,quàm Deo dicatis locis, munera Domino offerebant. Si enim [i] Iudæi,qui vmbræ legis deſeruiebant, hæc faciebant,multo magis nos,quibus veritas [k] patefacta eſt,& gratia [l] per Ieſum Chriſtum data eſt, templa Domino ædificare, & prout melius poſſumus, ornare, eaque, diuinis precibus, & ſanctis vnctionibus ſuis cum altaribus,& vaſis, veſtibus quoque,& reliquis ad diuinum cultum explendum vtenſilibus deuote,& ſolenniter ſacrare, & non in aliis locis, quàm in Domino ſacratis,ab epiſcopis,& non à chorepiſcopis [m] (qui ſæpe prohibiti ſunt, niſi, vt prædictum eſt, ſumma exigente neceſſitate [n]) Miſſas celebrare,nec ſacrificia offerre Domino debemus. Et hoc ſi ſumma [o] neceſſitas agere compulerit, non [p] in domibus

b ¶*Delibuti.*]ideſt,deliniti.

c ¶*Et Leuitæ.*] non ſubdiaconi : quia non erat ſubdiaconatus ſacer ordo.hodie autem bene ferunt ſacra ſubdiaconi:quia ſacer eſt hodie. extra de æta.& quali,or.à multis.

d ¶ *Repetitur.*] in Leuitic.cap.8.

e ¶ *Amplificauerit.*]inſtituendo ibi 24. ſacerdotes,vt quilibet vice ſua poneret incẽſum Domino.

f ¶*Prohibitus eſt.*] ſed mirum eſt, quare hoc dictum eſt cum quilibet homicida templum poſſit conſtruere:cum etiam Moyſes, qui fuit homicida, vt 23.q.3. non in inferenda. conſecrauerit eccleſiam,vt hic dicitur in prin. huius c.maxime cum olim fuit licitum ſcerdotibus interficere, vt 2.qu.7.§. item cum Balaam. “ Ad hoc dicas quòd licet Dauid fuerit in vete. teſtam. fuit tamen prẽfigurator noui teſtamenti.32.qu.1. cap. quod autem. ideo in figura iſtius temporis dictum eſt ei: Non ædificabis,&c. & eſt argum.à minori.ſi enim propter homicidium repulſus fuit à cõſtructione, multo potius à miniſterio. 1.qu.7.ſi quis omnem.Eſt ergo hic arg.quod cum homicida non poteſt diſpenſari.50. diſt.ſacerdotes. cum c.ſeq.& c. miror. quod non eſt verum: quia hic notorius erat.Item hoc mirum eſt:quia cum Dominus ei dixerit, non ædificabis,&c. nondum Dauid interfecerat? Reſpon.omnia futurà ſunt Deo præſentia.2.q.1.Deus omnipotens. “ vnde cum iam eſſet homicida in conſpectu Dei,non licuit ei, quod ædificaret. Vel dic quod dicitur effudiſſe:quia fuit occaſio effundendi. diſ.50.§.econtra.quia enim ex ſuperbia numerauit populum,perierunt 24. millia hominũ.1.q.4. §. itẽ peccato. ver.item Dauid. vnde in recompenſationem inſtituit 24.ſacerdotes in templo. Vel dic quod reuera fuit homicida. iuxta illud: Saul percuſſit mille, & Dauid decem millia,&c. 2.q.7.§.item obiicitur.

1.Paral.22. 23.q.3. 2.Reg.16. “Dauid quare fuit phibitus tẽplũ ædificare. 3.Reg.8. 4Burc.l.3.c. 58. Iuo p.3. c.61. †*al.ſupplicationibus conſecrabant* “Homicida non admittitur ad ſacra.

g ¶*Collegerat.*]ad fabricandum templum.

h ¶*In die vij.*]reſpectu ſecundi ſeptenarij,ideſt,in quintodecimo.

i ¶*Si enim.*]ſi enim gentiles faciebant hoc:multo magis facere debemus nos.& ſic eſt ar.q̃ poſſumus argumentari ab exemplis infidelium.5.11.q.3. Imperatores.23.q.4.quando.5.12.q.1.dilectiſſimus. 5.di.81.non oportet.5.35.q.1.c.1.5.33.q.5.cum caput.5.12.q.2.gloria. ver.Crates.5.diſt.21.ſubmittitur.86.diſt.non ſatis.10.q.1.hanc conſuetudinem.& diſt.35.ab exordio.arg.contra 12.q.2.gloria.ver.neque vero mihi. Sed illud loquitur quando imminebant captiui redimendi.C.de ſacroſanct:eccl.ſancimus.

k ¶*Veritas.*]ideſt,promiſſorum adimpletio.

l ¶*Gratia.*]ideſt,peccatorum remiſſio.

m ¶*A chorepiſcopis.*]diſt. 62.chorepiſcopi.

n ¶*Neceſſitate.*]quod hic dicitur de neceſſitate,nõ refertur ad proximum dictum chorepiſcopis:ſed ad præcedens,ſcilicet ſacratas locis:& eſt illa neceſſitas cum aliquis non habet eccleſiam.ſ.e. concedimus.vt in exercitu cum tabula tamen conſecrata [a].

a Al. miſſas ibi celebrare nulla neceſſitate ſ3, ſed alia officia ibi fieri ꝓñt.ſ3 nõ ſit loc⁹ ſacrat⁹, nec altare viaticum ſit ibi cõſecratũ,ſcdm H.

a ¶*In*

Source : BIU Cujas

a ¶ *In domibus.*] ȷ. ead. vnicuiq̃.
b ¶*In concilio.*]s̃. dist. 69. non oportet.
c ¶*Ministeria.*]ideſt, officia.
d ¶*Officia.*] ideſt, officiales perſonæ: ſicut clerici qui ſunt tales officij. ſi. distinct. 59. ſi officia. Ber.

O *Mnes basilicæ.*] Hæc eſt 2. pars di. in qua dicitur q̃ cũ Miſſę celebratiõe debent eccleſiæ dedicari. Ioan. de Fan.

Casvs. Dicitur in hoc ca. q̃ omnes eccleſiæ cum Miſſarũ celebratione ſunt conſecrãdæ: & de his quæ ſunt dirutæ, vel ſuperfluæ in numero vel quantitate, prouideat epiſcopus quomodo poſſint ſtare & reſtaurari.

e ¶*Cum Missa.*] qualiter eccleſiæ ſunt cõſecrandæ, ſc. cum Miſſa, oſtẽdit: "& dicũt quidã, q̃ Miſſa eſt de ſubſtantia cõſecrationis. H. cõtra. Item dicit H. q̃ ſi epiſcopus conſecret, & presbyter cantet Miſſam: cõſecrata erit eccleſia. Alij contra. ar. 24. di. quorumdam.

" Miſſa an ſit de conſecrationis ſubſtantia.

f ¶*Poſſint.*] s̃. 16. q. vlt. ſi plures. & q. 1. & temporis. s̃. 21. q. 2. ſicut. & ca. præcipimus. s̃. diſt. 70. ſanctorum. & s̃. 10. q. 3. vnio.

D *E locorum.*] hęc eſt 3. pars diſ. in qua probat per 5. c. q̃ eccleſia ſine licentia Papæ conſecrari non debet: quod hodie nõ tenet. Ioan. de Fan.

Casvs. Reprehenduntur hic quidam, q̃ eccleſias faciebãt & cõſecrabãt ſine licentia & præcepto Papæ. Quod dicitur in his 5. c. intelligitur de ẽpali eccleſia: vel olim obtinuit cum ratæ erant eccleſię, & Papa bene poterat cõſulì: vel de ea intelligitur quæ fit in epiſcopatu alteri⁹: vel cum populus ad fidem conuertitur.

g ¶*De locorum vero cõsecratione.*] cuius auctoritate eccleſiæ sũt conſecrandę, oſtendit Gr. 5. capitulis.

1 Pol. l. 1. ti. 3 Anſ. l. 5. c. 85 Bur. l. 3. c. 27 & 21. Iuo p. 3 c. 32. & 26. Pan. l. 2. c. 13 a ibi loqtur de fundatione: hic d̃ cõsecratione.

h ¶ *Absque præcepto.*] 22. q. 2. bonæ rei[a]. contra. ȷ. e. nemo. Sol. hæc quinque c. non tenẽt hodie: vel fuerunt local̃ia vel caſualia. Vel exaudi de eccleſia epiſcopali, licet cõtradicat finis illius ca. certum. Nam ſicut nõ poteſt mutari d̃ loco ad locum epiſcop⁹. 7. q. 1. mutatiões. ſimiliter nec fundari ẽpalis eccleſia. vt 16. qu. 1. felix. & ca. p̃cipimus. Quid fieri debeat ī hac parte, Papæ eſt æſtimare.

2 Anſ. l. 5. c. 80. Burc. l. 3. c. 21. Iuo p. 3 c. 26.

P *Ræcepto.*] Casvs. Eccleſia q̃dã fuit ædificata & cõſecrata ſine licentia Papæ & præcepto, & frequentia populi erat ibi in Miſſa. eps loci illius in (quia in ſacris canonib⁹ ſacrificia in domibus [a] offerri prohibita ſunt) ſed in tabernaculis diuinis precibus à pontificibus dicatis, & in menſis Domino ſacratis, & ſacra vnctione à pontificibus delibutis, pro ſumma, vt præfixum eſt, neceſſitate, & non pro libito cuiuſquam, & pigritia agatur. *& infra.*[b]

¶ Si autem, vt legitur in cõcilio[b] Laodicenſi, c. 26. hi, qui non ſunt ab epiſcopis ordinati, tã in eccleſiis, quàm in domibus exorcizare non poſſunt, multo magis maioris gradus miniſteria [c], niſi ab eis, qui ad eos gradus ſunt cõſecrati, quibus fungi debent, officia [d] agi, vel ſacrificia offerri [E] non licet. Quod autẽ, vt paulo ſuperius prę libatum eſt, oblationes in domibus offerri non debeant in eodem concilio, c. 58. prohibitum habetur, ita [Non oportet in domibus oblationes celebrari ab epiſcopis, & presbyteris[F].]

A ¶Fecit ergo.] *Ante hæc verba in epiſtola ipſa Felicis inſeruntur omnia, quæ in cap. 8. tertij libri Regnorum his antecedunt. A Burchardo autem, & Iuone etiam hæc omittuntur, & concludunt caput in ver.* conſecrauit.

B ¶Si ſumma.] *Burchardus habet,* niſi sũma.

C ¶Nõ in domibus.] *Hic locus vſque ad ver.* agatur, *& emendatus, & locupletatus eſt ex originali, Burchardo, & Iuone. Nam antea legebatur,* non in domibus offerri prohibitæ ſunt, *longe à canonis ſententia.*

D ¶Et infra.] *Quæ hic in epiſtola inſeruntur, habentur* ȷ. *ea. c. ſicut.*

E ¶Offerri non licet.] *In originali eſt,* offerri licet. *Sed in eodem, paulo ſuperius, vbi in textu eſt,* multo magis. *in margine eſt,* al. multa minus. *Burchardus quidem, & Iuo habent, vt Gratianus.*

F ¶Et presbyteris.] *Coniuncte cum his in originali, & apud Burchardum habentur verba capitis, ſolennitates dedicationum. infra ead.*

Item Iginus Papa, c. 5.

¶Eccleſiarum conſecratio abſque Miſſa fieri non debet. C. III.

2 [1] O Mnes basilicæ cum Miſſa [e] debent ſemper conſecrari. Vt eccleſiæ deſtructæ, vbi aut plures ſunt, quàm neceſſe ſit, aut maioris magnitudinis, quàm vt ex rebus ad eam pertinentibus reſtaurari poſſint [f], epiſcopi prouidentia modus inueniatur, qualiter conſiſtere poſſint.

¶*Caput hoc vſque ad verſi.* conſecrari, *apud pleroſque collectores citatur* ex Euariſto, *aut* ex decretis Euariſti. *Reliqua autem verba alio capite relata ab eiſdem tribuuntur Igino.*

Item Gelaſius Papa epiſcopis per Lucaniam, c. 27.

¶Abſque præcepto ſedis Apoſtolicæ noua non dedicetur eccleſia. C. IIII.

3 [2] D E locorũ conſecratione [g] ſanctorum, quamuis ſuperius ſtrictim fuerit comprehenſum, nobis quoq; patefactum eſt, quòd abſq; præcepto [h] ſedis Apoſtolicæ nonnulli factas eccleſias, vel oratoria facere præſumant.

Idem.

¶Sine auctoritate ſummi Pontificis noua non dedicetur eccleſia. C. V.

3 PRæcepta ſynodalia, quæ ante paucos mẽſes de ſede noſtra ad prouinciam ſunt directa, & antiquis [A] canonibus conſentiunt, & ea, quę minus probantur eſſe, addidimus: & in vtraque [i] parte conſtat ſine ſummi Pontificis auctoritate [k] eccleſiã nouiter conditam non poſſe dedicari: teque ex hac baſilica, quę taliter ad cultum fuerat proceſſionis [l] adducta [m], ſuſpendiſſe Miſſas probabiliter computamus. Sed quia deuotus [n] locus nõ debet à miniſteriorum gratia diu vacuus permanere [o], frater chariſſime, eorum martyrum [P] nomine, quos † relatio [q] continet, auctoritatis noſtrę ſuſcepta ſerie conſecrabis: vt populorum frequentatio, quam illic auide conuenire mandaſti, ſeruatis regulis eccleſiaſticis, & canonibus, integrum habeat firmata religione conuentum.

A ¶Antiquis canonibus.] *Socrates in eccleſiaſtica hiſtoria l. 2. c. 8. et 17. refert tamquam antiquiſſimum canonem, ſine Romani epiſcopi auctoritate nullã eccleſiam poſſe dedicari.*

Idem epiſcopis per Lucaniam, c. 6.

¶Non dedicentur baſilicæ, quæ præter auctoritatem Apoſtolicæ ſedis fuerint ædificatæ. C. VI.

4 BAſilicas nouiter inſtitutas non petitis ex more præceptionibus dedicare non audeant: nec ambiant ſibimet epiſcopi vẽdicare clericos poteſtatis [r] alienę. *& c.* 11. ¶Cum enim [s] decreta venerabilium ſanctionum nos quoque magnopere cuſtodire nitamur, ac ſine eorum diſpendio [t] etiam illa, quæ pro alicuius vtilitatis [u] compendio fortaſſe [x] videantur, laxanda credamus †, cumque nobis contra ſalutarium reuerentiam regularum cupiamus temere nihil licere, & cum ſedes Apoſtolica ſuperior his omnibus, fauente Domino, quæ paternis canonibus ſunt præfixa, pio, deuotoque ſtudeat tenere propoſito, ſatis indignum eſt, quemquam vel pontificum, vel ordinum ſubſequentium hanc obſeruantiam refutare, quam beati Petri ſedem & ſequi videat, & docere [y]: [5] fatiſque conueniens ſit, vt totum corpus eccleſię in hac ſibimet obſer-

k ¶ *Auctoritate.*] ſpeciali vel generali.

l ¶*Proceſſionis.*] id eſt, frequentationis [b].

m ¶*Adducta.*] non dicit conſecrata. nã in ſequenti verbo conſecrabis, aduerſaretur, cum ſemel cõſecrata iterum conſecrari nõ poſſit niſi in caſib. notatis infra ſuper c. eccleſiæ, vel altaria.

Additio. Sub. quod olim fieri nõ poterat ſine licentia Papæ, ȷ. ea. eccleſia. ſicut nec hodie ſine licentia epiſcopi. ȷ. e. nemo. 18. q. 2. quidam. Archid.

m ¶*Adducta.*] i. deputata, vt ibi fieret diuinum officium, & populi frequentatio.

n ¶ *Quia deuotus.*] ideſt, Deo deputatus.

o ¶*Permanere.*] niſi deſtruatur. ȷ. e. eccleſiæ. extr. de no. oper. nun. cum ex iniuncto.

P ¶*Martyrum.*] ar. eccleſiam ante cõſecrationem locum deuotum appellari.

q ¶*Relatio.*] ideſt, ſcriptura nobis lata.

B *Aſilicas.*] Casvs. Hug. ſic ponit hũc caſum. Nullus epiſcopus debet conſecrare eccleſiam ſine licentia Papæ, vel ſibi vendicare clericos alterius iuriſdictionis. & hoc continetur in canonib. & ſi nos qui ſumus domini & conditores canonum, volumus eos obſeruare: multo fortius ergo inferiores contra eos facere vel attentare nõ debent.

4 Polyc. l. 3. tit. 3. Anſel. l. 5. c. 4.

r ¶*Poteſtatis.*] s̃. di. 71. per totum. s̃. 9. qu. 2. p totum. s̃. 21. q. 2. c. 1.

s ¶*Cum enim.*] Iordo.

t ¶*Diſpendio.*] no. principis priuilegium nulli debere præiudicare, vt not. 9. q. 3. nunc vero.

v ¶ *Vtilitatis.*] q. d. ita ſeruam⁹ ea quòd nec alicuius vtilitate infirmamus: quia etiam ea quæ vtilitas ſuadet relaxari, non relaxamus in præiudicium canonum [c].

† *al. concedamus*

c ſ. quin ipſi canones in ſuo ſtatu p-maneant: & obtineant cauſa illa ceſſante. P.

x ¶ *Fortaſſe.*] fortaſſe ideo dicit: quia quandoque ,p vtilitate alicuius ſtatutum infirmatur. 40. diſ. vt conſtitueretur.

y ¶ *Et docere.*] & hoc ideo additur, q̃a quædam ſequitur Romana eccleſia, quæ non docet ſequenda, & ea ſequi non cogimur. s̃. diſtinct. 11. nolite. ragumen. pro conſuetudine Romana ſeruanda. inſtit. de ſatiſd. tut. in fine.

5 s̃. diſt. 11. nolite.

Source : BIU Cujas

CErtum est.]Casvs.Hu. sic ponit hunc casum.Megentia in qua dam sua possessione sepeliuit corpora suorũ:& ædificauit ibi quoddam oratorium, & illud fecit consecrari præter auctoritatem domini Papæ. sed quia nobilis & potẽs erat illa domina:ideo ad petitionem eius intuitu pietatis & misericordiæ Papa dispẽsatiue cõcedit ei vt officia defunctorum priuatim ibi celebrẽtur,sed nõ officia viuorum: quia ibi ædificiũ erat consecratum præter auctoritatem domini Papæ:& ideo de iure cõmuni debebat ibi officium interdici. quod in principio ostendit, dicens,*ædificatum*,fabricatum.

1Anſ.l.5.c.8

a ¶*Processionem.*]i.frequentationem populi.ſ.dist.24. presbyteri.ſ.16.q.7.Frigẽtius.

a Dicas q; l; in aliquo loco sit sepultus aliqs sine põtifice, ñ pp hoc locus facer efficitur, ſcd3 can.l3 secus sit ſcdm leges, ſecũdũ Inn. qui ita not.extr.de sepul. c.pe. De hoc 13. q.2.in eccle siastico.

b ¶*Corpuscula.*]ita eo ipso fecit religiosum locum[a]. ff.de reli.l.2. nam vbicumque sepeliatur homo voluntate Domini, locus religiosus efficitur. secus si contra Domini voluntatem, vt ea. l.§.si vsusfructus.

b ¶*Corpuscula.*] si locus ille non est consecratus de cõsensu Papæ,quomodo vult Papa vt in eo diuina celebrentur?si autem vt consecretur, quomodo præcipit vt solum modo nomine mortuorũ ieo celebretur? nisi forte in pœnam cõstitutionis factæ absque licẽtia Romanæ sedis.Vel nõ petiit vt ꝑ viuis ibi diuina fierent. & sic aliqua ecclesia est, in qua non cãtatur, nisi pro mortuis. sic extr.de præb. significatum.

2 Anſ.l.5. c.42.

c ¶ *Non maculent.*] i. non præiudicent episcopo decreta,quæ dicunt quòd ecclesia inuito episcopo nõ potest construi vel cõsecrari. & si cõtra factũ fuerit, nullum seruitium Dei debeat celebrari.ſ.c.præcepta.

d ¶ *Pro solennitate.*] quasi pro magno beneficio reputet.

3 Capit.l.5. c.228 & l.7. c.73.Nouel. Iustin.67. c. 1. & 131.c.7. apud Iulianũ. & i aur. cõst.17.col.5 Ordo Rom. pag.107.

e ¶*Vt defunctorum.*] argu. quòd speciales Missæ pro defunctis fieri possunt. similiter ergo dici posset pro viui ſ,vt d.c.significatum.

ECclesia.] Casvs. Quærebatur vtrum collegium præter auctoritatem Papæ institutum dicatur ecclesia catholica?Et respondet quòd non : cum nec etiam ipsa basilica debeat construi sine licentia Papæ.

f ¶*Ecclesia.*Casvs.Ex quo ecclesia non potest construi sine auctoritate Romani Pontificis, multo potius aliqua noua secta sine eius auctoritate non potest constitui.

NEmo.] Hæc est 4. pars dist. in qua dicit & probat per duo canones,quod nullus debet ecclesias fundare sine licentia episcopi.Ioan.de Fan.

Casvs.Hactenus ostendit cuius auctoritate ecclesię sunt cõsecrandæ.Nunc vero ostendit cuius auctoritate sint ædificandę.Dicit ergo quòd qui ecclesiam vult construere,corã episcopo ciuitatis debet assignare,quæ necessaria sunt ecclesiæ:& tunc episcopus per se vel per interpositam personam ibi crucẽ figat, & atrium designet, vt sic ecclesia cum fuerit constructa,consecretur, & postea atrium aqua benedicta aspergatur.

g ¶*Nemo ecclesiam.*]cuius auctoritate ecclesiæ debeãt fundari siue consecrari,ostendit 1.q.2.placuit.

h ¶*Veniat.*] per se vel per alium.arg.j̃.e.nullus presbyter in ecclesia.arg.30. dist.si quis.& j̃.e.si quis.

i ¶ *Crucem.*] in auth.de mona.§.illud.col.1.& orationes episcopus dicat.in auth.de eccl.tit.§.si quis autem voluerit.col.9.

uatione concordet,quam illic vigere conspiciat, vbi Dominus ecclesiæ totius posuit principatum. *¶Verba capitis huius vsque ad ver.*alienæ,*habentur etiam in Vuormacienſi,c.*48.

Idem Ioanni episcopo Sorano.

¶Publicæ processiones non fiant in oratoriis,quæ præter auctoritatem sedis Apostolicæ consecrantur. C. VII.

CErtum est quidẽ, & nostris præceptionibus constitutum,ne quis in ecclesia,aut in oratorio,quod sedis nostrę non legitur permissione dedicatũ,processionem [a] publicam putaret impẽdi:ne conditores furtiuis subreptionibus cõtra regularum statuta prosilirent.Sed quia Megẽtia spectabilis femina petitorij nobis oblatione suggessit, in possessionib⁹ propriis suorum corpuscula [b] condidisse:frater charissime,humanitatis intuitu, quod priora statuta non maculent† [c] funeribus, & sepulchris tantum, in comprehensis petitorio locis ministeria†noueris pro solennitate [d] præstanda: vt defunctorum [e] nomine solummodo diuina celebrentur officia, publica frequentatione,& processione cessante.

Item Nicolaus Papa electo,& clero Nonensis ecclesiæ.

¶ Sine nutu sedis Apostolicæ ecclesia non debet institui. C. VIII.

[2]ECclesia[f],id est,catholicorũ collectio,quomodo sine Apostolicæ sedis instituetur nutu, quãdo iuxta sacra decreta,nec ipsa debet absque præceptione Papæ basilica nouiter construi, quæ ipsam catholicorum intra semet amplecti cateruam dinoscitur.

Item ex concilio Aurelianensi.[3]

¶Sine dignitate episcopi loci, noua non dedicetur ecclesia. C. IX.

4[4] NEmo ecclesiã g ædificet, antequam episcopus ciuitatis veniat[h],& ibidem crucem [i] figat, publice atrium designet, & ante præfiniat,qui ędificare vult, quæ ad luminaria [k], & ad custodiam,& ad stipendia custodum [l] sufficiant: & ostẽsa donatione sic domum†[m] ædificet,& postquam cõsecrata[n A] fuerit, atrium eiusdẽ ecclesiæ sancta aqua conspergat.

A ¶Et postquam consecrata.]*Plenius,et aptius in ordine Romano.* Postquam ergo episcopus crucem in loco, in quo altare fabricandum est,fixerit, tunc aspergat locum aqua benedicta , hanc canendo antiphonam,&c.

Item ex concilio Bracharensi,2.c.6.

¶Non consecretur ecclesia,quę pro quęstu cupiditatis ædificatur. C. X.

SI quis basilicam nõ pro deuotione fidei,sed pro quæstu cupiditatis ædificat,vt quidquid ibi dem de oblatione populi colligitur,medium cũ clericis diuidat[o], eo ꝙ basilicã in terra sua quæstus causa condiderit(quod in aliquibus locis vlque modo dicitur fieri :) hoc de cetero obseruari debet , vt nullus episcoporum tam abominabili voto consentiat,nec basilicam,quæ nõ pro sanctorum patrocinio,sed magis sub tributaria[p] conditione est condita , audeat consecrare.

Item Felix episcopus omnibus orthodoxis epistola prima.

¶Sacrificia non nisi sup altare,& locis Deo consecratis offerantur. C. XI.

5[5] SIcut non alij [q],quàm sacrati Domino sacerdotes debent Missas cantare , nec sacrificia super altare offerre , sic nec in aliis, quàm Domino sacratis locis , id-est[A], in tabernaculis diuinis precibus à põtificib⁹ delibutis [r] missas

k ¶*Ad luminaria.*]in auth.vt nullus fab.ora.do.§.1.col.5.

l ¶*Custodum.*]idest, sacerdotum & hospitum.extr.de præb.de monachis.“& erunt ad minus duo clerici[b].extr.de fil. presby.proposuit.& 7.q.1.illud.

“ Clerici duo ad minus debent esse in ecclesia.

4Pol.l.3.ti.2 Bur.l.3. c.6. Iuo p.3.c.8. Pan.l.2. c.6. rector & minister. ad hoc extr. de vi.&ho.cle. c.3. sic ẽt loquitur decr. hic allegat. proposuit.

m ¶*Domum.*]quam complere debet intra quinque annos,si est oratorium.si est prochotrophium vel xenodochium, intra annum. in auth.de eccle.titu. §. si quis ædificationem.coll.9. Sed quid si episcopus cõsecrat ecclesiam vel fundat non ei assignata dote? “Dicit Baz.quòd episcopus tenetur eã dotare. extr.de præb. c.episcopus. Sed melius est ad hoc tantum fundatores teneri,vt 16.q.7.piæ mentis. & c.si plures.arg. de rit. nupt. qui liberos. Et dicit lex,quòd heres fundatoris tenetur in auth.de ecc. titu. §.si autem. & §. si quis ædificationem rerum.nam & successor episcopi prouidebit clerico ordinato, vt extr.de præb. cum secundum. Vbi tamẽ omnes deficerent,vel si non essent soluendo,tũc dicerem actionem dandam in episcopum.arg.ff.si men. fal.mo. dix. l.3. §.1.ff. de eo per quem fac. est.l.vlt.§.plane.

“ Clerici duo ad minus debent esse in ecclesia.

“ Patroni non exigãt xenia ab ecclesia.

5 Polyc.l.3. tit.16. Anſ. l.6.c.134. Iuo p.3.c.61

n ¶*Consecrata.*]idest, fundata,vel aqua benedicta aspersa.

SI *quis basilicam.*] Casvs. Quidam in possessione sua basilicam construxit , & eam sic consecrari volebat,vt medietas oblationum peruenirent ad ipsum. dicitur ꝙ nullus episcopus debet eam consecrare sub hac conditione.

o¶*Diuidat.*]argum.“ quòd patroni non debẽt accipere vel exigere xenia vel huiusmodi ab ecclesia. ſ. 18. quæst. 2. Eleutherius. & contra. ſ. 10. quæst.1.hanc consuetudinem. & cap.quia sacerdotes. ſ.1.quæst. 4.ecclesia , quæ pactione.

p ¶*Sub tributaria.*]argumen.“quòd non licet dare aliquid ecclesię constructæ vel construendæ etiam possessionem vbi fundata est,in terueniẽte pactione,vt ius patronatus habeat:quia ipso iure ei debetur,etiam si non petat vel in pactum deducat,vt 16.quæst.7.piæ. & c.decernimus.& ca.quicumque.in prædiis tamen collatis potest conditionem apponere , vt auctoritate episcopi tributum aliquod vel censum aliquem debeat inde percipere.extra de iure patr. preterea.2.sed in dote non,vel in manso. arg.10.qu.1.nouerit.extra de censi.sancitum, aliàs si apposita est conditio, quid iuris sit notatur 10. q.1.c.2.Io.

“ Possessio vbi ecclesia est fundata, debetur ipsi ecclesiæ.

SIcut non.] Hæc est quinta pars distinctio. in qua probat quod prius probauerat in parte prima,scilicet quòd nullus debet celebrare nisi in sacratis locis : nisi tempore necessitatis , quo potest celebrari sub aere vel tentorio : non autem in domo , secundum Ioan.de Fan.

Casvs.In his quinque capitulis sequentibus ostenditur quòd Missa non est celebranda nisi in locis sacratis.Probatur ergo hic auctoritate veteris testamenti , quòd Missa celebrari non debet nisi in ecclesiis consecratis ab episcopis, nisi causa necessitatis:sicut nec alij quam presbyteri debent celebrare.Sequentia duo c.patẽt.*Permiserit.* puta in domo non consecrata:in religiosa tamen & de licentia episcopi cum altari viatico.

q ¶*Sicut non alij.*] repetit quod in 1.c.huius dist.dictum est in quinque c.seq.idem in auth.de eccl.tit.§.si quis.coll.9.

r ¶*Delibutis.*]idest,consecratis.

Source : BIU Cujas

" celebrare qñque licet sub dio.

1 Iuo p.2. c.76. aSub.dũmõ sit ibi altare viaticũ consecratũ. aliàs nulla necessitate licet, scd3 H. Deut.12.

b id est, qđ sculpabile é iudicãdũ. 30.q.1. ad limina. Arc.

2 Bur.l.3.c. 56. Iuo p.3. c.59. Pan.l2. c.30.

"Facta per intrusos nõ valent.

c id est, non canonice. sz cõtra. s. 1.q. 1. si q à pseudo. ibi de hoc. Arc.

3 16.q.7. ecclesias. Pol. l.3.tit.4.

4 Pol.l.3.tit. 16. Ansl.l.7. c.132. Burc. l.3.c.59. Iuo p.3.c.62.

5 in epilogo cõcilij Romani, & capi.l.6.c.198

a ¶*Necessitas.*]"quia si necessitas vrgeat, sub dio[a] aut sub tentoriis licet. j.e.dis.concedimus. nisi forte sit oratorium in domo sua, vt j.e.di.c.vnicuique. b ¶*Non oportet.*]C.de sen. & inter. om.iud. cum sententiam. c ¶*Necessitas.*]i.nõ est subiecta humanæ cõstitutioni, immo excusat quod contra eam fit. j.di.4.sanctũ.extr. de re.iu. quod nõ est. sed nulla necessitas excusat in diuina constitione prohibitum, vt 32.q.5.ita ne. verius tamen videtur, ꝙ si oratoriũ sit in domo sua, possit licite ibi Missa celebrari vrgente necessitate. ar.s.e.si quis etiam. vt j.e.di. concedimus. & c. vnicuiq;. d ¶ *Oblationes.*] scilicet Eucharistiæ. e ¶*Licet.*]nisi necessitas cogat[b]. f *Ecclesias.*]idẽ 16. q.7. ecclesias. g ¶*Loca.*] ff. de arbi. si cum dies. §. si arbiter.

Hic ergo.]Casvs. dicitur hic, ꝙ in hac vita est locus merendi & sacrificandi: sed Missę non debent celebrari nisi episcopus consenserit, vel consecrauerit ecclesiam. Seq.c.patet.

h ¶*Vbi agendi.*]s.12.q. 2.tempus. i ¶ *Iusserit.*] s.93.dist. nulla ratione. k ¶ *Regulariter.*] hic colligitur, "ꝙ q̃ fiunt ab hæreticis, intrusis, & irregulariter[c] ordinatis, non habent vigorem: 12.q.2. alienationes. 7.q.1. factus. s. 25.q.1. omne quod. s. 32.q.5. præceptum. l ¶*Tenente.*] videlicet ciuitatẽ. quasi nõ depositio vel suspẽso, vel qui renũtiauerit. ext. de ord. ab epi. qui re. epi. requisiuit.

Solennitates.]hæc est 6. pars dist. in qua probatur, ꝙ si dubitatur vtrum ecclesia sit consecrata, potest consecrari. & hoc probat per duo cap., Ioan. de Fan. Casvs. Dicitur in hoc c. ꝙ solennitates dedicationum ecclesiarũ singulis annis sua die debent celebrari. & si de consecratione ecclesiæ dubitetur, debet cõsecrari: nec hoc habetur pro iteratione. Testibus igitur vel scriptura probetur ecclesia consecrata. m ¶ *Solennitates.*] de anniuersaria solennitate dedicationis ecclesiarum & episcoporum duob. c. ostendit. ꝙtamen dicitur de episcopis, nõ obseruatur hodie nisi à Papa. n ¶*Scriptura.*] arg. qđ cantare, aut sacrificia offerre licet, nisi summa coegerit necessitas[a]. [1] Satius ergo est missam non cantare, aut non audire, quam in illis locis, vbi fieri non oportet[b]: nisi pro summa contingat necessitate: quoniam necessitas [c] legem non habet. Vnde scriptum est [Vide, ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in omni loco, quem elegerit Dominus Deus tuus.] In domibus tamen ab episcopis, siue presbyteris oblationes[d] celebrari nullatenus licet[e].

¶*Caput hoc in Polycarpo, & apud Anselmum habetur eodem modo atque apud Gratianũ, collectum hinc inde ex verbis primæ illius epistolæ Felicis quarti (cuius pars relata est s. ea. consecrationem. & ca. tabernaculum.) longe aliter dispositis, sed incolumi sententia.*

A ¶Idest, in tabernaculis.] *In epistola, & apud Iuonem hæc non habentur hoc loco, sed paulo superius, neque hoc eodem prorsus modo, sed quomodo sunt reposita s. c. tabernaculum.*

Item ex concilio Triburiensi.[2]

¶ Non nisi in locis sacris Missarum solennia celebrentur. C. XII.

[2] Missarum solennia non vbique, sed in locis ab episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit, celebranda esse censemus.

¶*In concilio Moguntino sub Arnulpho, ca.9. habentur simul verba huius capitis, & capitis, concedimus. infra ead. Verum & Burchardus, & Iuo, qui item vtrumque coniuncte ponunt, citant vt Gratianus,* ex Triburiensi, c.4.

Item Clemens epistola secunda ad Iacobum.

¶Precibus diuinis consecrentur ecclesiæ. C. XIII.

[3] Ecclesias [f] per cõgrua, & vtilia facite loca [g], quæ diuinis precibus sacrare oportet, & in singulis sacerdotes diuinis orationibus Deo dicatos poni, quos ab omnibus venerari oportet, & non à quoquam grauari.

A ¶ Et in singulis.] *Hæc vsque ad ver.* oportet, *addita sunt ex originali, & Polycarpo.*

Idem Clemens epist. 3.

¶Sacrificare, & Missas celebrare non licet, nisi in locis Deo sacratis. C. XIIII.

[4] Hic ergo, ideſt, in præsenti vita positos oportet nos agnoscere voluntatem Dei, vbi & agendi [h], & sacrificandi est locus: quoniam in aliis locis sacrificare, & Missas celebrare non licet, nisi in his, in quibus episcopus proprius iusserit [i], aut ab episcopo regulariter [k] ordinato, tenente [l] videlicet ciuitatem, consecrata fuerint. Aliter enim non sunt hæc agenda, nec rite celebranda.

Item Siluester Papa in generali residens synodo dixit.[5]

¶Abiiciantur sacerdotes, qui in locis non sacratis Missas celebrare præsumunt. C. XV.

[6] Nvllus presbyter Missas celebrare præsumat, nisi in sacratis ab episcopo locis, qui sui particeps de cetero voluerit esse sacerdotij.

Item Felix Papa omnibus orthodoxis, epist. 1.c.1.& 2.

¶Singulis annis dedicationum solennitates celebrentur, & consecretur etiam ecclesia, de cuius consecratione dubitatur. C. XVI.

[6 7] Solennitates [m] dedicationũ Ecclesiarum, episcoporũ [A], & sacerdotum per singulos annos solenniter sunt celebrandæ. ¶De ecclesiarum consecratione quoties dubitatur, & nec certa scriptura [n], nec certi testes [o] existunt, à quibus cõsecratio sciatur, absq; vlla dubitatione scitote eas esse consecrãdas: nec [B] talis trepidatio facit Piterationem: quoniam non monstratur esse iteratum q, quod nescitur factum [r].

¶*Caput hoc confectum est ex verbis eiusdem epistolæ Felicis, cap.1. & 2. omissis nonnullis quæ in sequenti apud Gratianum capite reponuntur.*

A ¶Episcoporum.] *Abest vox ista ab originali Burchardo, Iuone, & plerisque vetustis Gratiani exemplaribus: sed ob glossam non est inducta.*

B ¶Nec talis.] *Iuo, & Pannormia habent fere vt Gratianus*, nec talis trepidatio iterationem incurrit: *& huic lectioni conuenit interpretatio glossæ. Sed in originali, & apud Burchardum legitur*, ne talis trepidatio faciat deteriorationem. *Atque huic lectioni respondent verba* B. *Gregorij libr.12. epist.31. ad Felicem de hac eadem re loquentis*, ne talis, inquit, dubitatio ruina fidelium fiat. *Similis huic sententia* j. *dist.4.c.placuit. his verbis exprimitur*, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione priuari. *Et est in concilio Carthaginensi quinto.*

Item Gregorius Papa.

¶De eodem, & quòd octo diebus dedicationum solennitas est celebranda. C. XVII.

[8] Solennitates dedicationum Ecclesiarum, & sacerdotum [A] per singulos annos solẽniter sunt celebrandæ: ipso Domino exemplum [s] dante, qui ad festum dedicationis tẽpli, omnibus id faciendi †dans formam, cum reliquis populis eamdem festiuitatem celebraturus venit, sicut scriptum est [Facta [t] sunt Encænia [u] in Hierosolymis, & hiems erat, & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis.] Quòd autem octo diebus Encænia sint celebranda, in libro Regum, perlecta † dedicatione templi reperietis.

¶*Repetitur in hoc capite prior pars antecedentis vsque ad versi.* celebrandæ: *ac deinde subiiciuntur verba illa epistolæ Felicis, quæ ibi erant omissa. Gregorius autem, quem hic Gratianus citauit, libr. 12. epistola 31. habet quidem nonnulla ad ecclesiarum dedicationes pertinentia. Sed ea magis videntur conuenire cum superiore ca. in vers.* De ecclesiarum consecratione.

A ¶Et sacerdotum.] *Hæ duæ voces in aliquot vetustis non leguntur.*

Item ex concilio Meldensi, c.8.

testib. vel scriptura ꝓbari nõ potest, pro infecto haberi debere. C. com. diui. si maior. contra. C. fam. erc. nõ ideo. contra. C. de rei ven. indicia[d]. contra. etiam si inueniãtur in libris ecclesię, credendum est, vel in lapide. ar. 24.q.2. sane. in pr. Dic scripturam in certis casib. requirendã. 2.q.1. legũ. vel appellatione scripturæ & testium omnes probationes intelliguntur. o ¶*Nec certi testes*]vel testis vnus, sicut contingit in baptismo. j. dis. 4. paruulos. Super hoc enim facto crederetur vni testi, nisi inde verteretur contentio, & sufficit ibi testimoniũ de auditu. arg. 22.q.5.hoc videtur. extra de testi. cog. peruenit. ff. de aq. plu. arc. in summa. §. idẽ Labeo. p ¶*Facit.*] & dicit episcopus, Si consecrata es, nõ reconsecro. sed si non, &c. de bap. & eius effect. c.2.

q ¶*Iteratum.*] not. id, quod non apparet, dicitur nõ esse. ff. de cõtrahen. emp. in lege. r ¶*Factum.*]ar. contra clandestina cõiugia, s. quod taliter cõtrahentes possunt cum aliis contrahere, cum talia coniugia sint incerta, vt 30.q.5.§. his ita. & 68. dist. presbyteri.

Solennitates.]Casvs. Quòd solennitates dedicationũ ecclesiarum debeant singulis annis fieri, ꝓbatur auctoritate Domini, q Hierosolymis cum populis dedicationem tẽpli celebrauit: & ibi eucęnia, i. festiuitates dedicationum octo diebus celebrauit: sicut legitur in lib. Regum. Et not. ꝙcum ecclesia primo dedicatur, debet fieri celebratio octo diebus: sed non fit propter negligẽtiam cleri corũ, sicut Hug. dicit. s ¶*Exemplum.*] nã ei[e] operatio nostra est lex actio, vt s. 2.q.1. Deus. t ¶*Facta.*]" ter fuit tẽplum cõsecratum. Primo in Septẽbri, vt s. e.c.1. Secundo in Martio sub Dario. ar. 1.q.1. propheta. Tertio sub Iuda Machabæo in Decembri. Et ideo dicit hic, hiems erat. v ¶*Encænia.*]i. innouationes. nam encæniare est nouam rem in vsum ducere. & ẽ vulgare campaniæ iuxta Romam.

6 Poly.ibid. Ansl.l.7.c.133

d Dic ẽt, ꝙ ꝓ indicia ꝓbatur. vt le. & no. ext. đ cle. peregr. c.2. Arch.

7 Poly.ibid. Ansl.l.5.c.24 Bur.l.3.c.58 Pan.l.2.c.11. C.2.

8 Ansl.l.5.c. 24. Iuo p.3. c.24. Pann. l.2.c.10.

†*al. faciendo*

"Templum Hierusalem ter consecratum fuit Ioan.10.

3.Reg.8. 2.Par.7.

†*al. peracta*] *al. perfecta*

Source : BIU Cujas

Ecclesiæ.] Hæc est 7. pars, in qua probatur p 7.c. quod si ecclesia fuerit execrata, debet consecrari. hodie tamē non cōsecratur: sed recōciliatur per episcopum cū aqua per illum benedicta, & nō per alium: nisi caderet. ext. e. ti. c. 1. 2. 3. & vlt. Io. de Fan. Casvs. His 7. c. ostenditur quib. casib. ecclesiæ debeant recōsecrari, & patet hoc c.

" Ecclesia in 6. casibus est reconsecranda. 1 Pol. l. 3. tit. 16. Burc. l. 3. c. 10. Iuo p. 3 c. 11. Pan. l. 2. c. 18.

a ¶ *Vel altaria*] his 7. c. "docetur quib. casib. ecclesiæ sunt reconsecrandæ. & assignāt quidam sex casus. Vnus qñ dubitatur de cōsecratiōe, vt hic c. 1. Itē qñ motum est altare maius[a]. Item propter homicidium. Itē quādo ē exusta[b]: aut si parietes de nouo sunt funditus reparati. Itē propter adulteriū, vt traditur j. ea. c. si motū. & c. seq. & c. de fabrica. Alij dicūt quod quandiu maius altare est immotum, i. ꝙ nec tabula altaris vel moueatur vel enormiter frangatur: licet etiam parietes ecclesiæ funditus perirent, non tamen ecclesia sit recōsecranda, vt j. e. de fabrica. Alij dicūt, quib. concordat H. "ꝙ alia sit consecratio ecclesiæ, alia altaris. & si altare, i. tabula superior mouetur, vel enormiter lædatur: ipsum altare tm̄ cōsecretur, & nō ecclesia, vt extr. de consec. ec. vel alta. ad hæc. Similiter si ecclesia destruitur, & nō altare: tunc ecclesia reconsecretur, & non altare. sed propter adulterium vel homicidiū non reconsecretur ecclesia, vt ext. de cons. ec. vel alta. ppositi. ext. ð adul. significasti

a j. e. si motum.
b j. e. ecclesias.
2 Pol. l. 3. ti. 5 Anſ. l. 5. c. 13 Bur. l. 3. c. 11. Iuo p. 3. c. 13 & 14. Pann. l. 2. c. 20. 21.

3 Dist. 68. c. 3

" Cōsecratio ecclesiæ & altaris est diuersa.

b ¶ *Quæ ambigua.*] s. dist. 68. §. quod ergo. ideſt, de quarum cōsecratione ambigitur.

4 Pol. l. 3. ti. 4 Anſ. l. 5. c. 22 Bur. l. 3. c. 32 Iuo p. 3. c. 37

c ¶ *Superflua.*] in quibus reliquiæ nō sunt. j. e. placuit vt altaria.

SI *motum.*] Casvs. Dicitur hic, quod si maius altare motū fuerit, vel ecclesia polluta fuerit adulterio, vel homicidio, debet iterum consecrari. sed si tantum parietes mutentur, debent iterum sale exorcizari.

d ¶ *Altare.*] i. mensa principalis altaris. nam tabula consecrata de loco ad locum mouetur, nec tamen reconsecratur, vt j. e. cōcedimus.

" Altare qñ est reconsecrandum.

quod intelligo cum non est affixa tabula. " Item hoc intellige de altari, ad cuius honorem ecclesia est consecrata: & quod dicit, si motum, i. mutatum, ita ꝙ formam amisit per diminutionem vel augmentum, cum forma rei sit esse rei. ar. 10. q. 2. hoc ius. Idem est si est enormiter fracta tabula, vltra. s. medietatem, tunc cōsecrandum est altare, ext. de conse. ec. vel alta. c. 3. consecratio autem ipsius altaris

c istud & qđ j. px. sequitur fuit snīa H. q ét đt ꝙ ét particulatim oēs inferiores lapides pñt renouari, & alij immitti & ñ execratur altare, dūmō mēsa & lapides eā tangētes remaneant immoti. Ar.

præsertim intelligitur esse in coniunctione mēsæ, s. lapidis superioris, structuræ inferioris[c]. ergo si mēsa fuerit mota, vel aliquis de inferiorib. lapidibus tangens ipsam, execraretur altare, & est reconsecrandum. si autem sit aliquod aliud additamentū altario, nō ob hoc execratur, sed sacrum trahit ad se non sacrum, ar. ext. de conse. ecc. vel alta. c. 3. dum tamen non immutetur multum coniunctio mensæ & structuræ inferioris.

e ¶ *Ecclesia.*] id est, altare secundum H. & sic exponitur 1. q. 3. quæsitum. non enim, vt dicitur, propter altaris motionem reconsecranda esset ecclesia, vt ext. de conse. ec. vel alta. ad hæc. Alia enim consecratio ecclesiæ, alia altaris: & hæc sine illa sæpe fit. Alij intelligūt prout littera sonat.

f ¶ *Mutantur.*] & non funditus secundum H. B. autem dicit quòd etiam funditus altari amoto.

g ¶ *Consecretur.*] ideſt, mundetur per asperſionem, vt ext. de conse. ecc. vel alt. proposuisti. & de adul. significasti.

Ecclesiis.] Casvs. Statuitur quod sicut infans non debet iterum baptizari, sic ecclesia iterum consecrari non debet: nisi fuerit exusta, vel homicidio vel fornicatione polluta: dummō in forma ecclesiæ fuerit cōsecrata. Sequentia tria c. plana sunt, quæ loquuntur de ecclesiis non in forma ecclesiæ consecratis. " *Deleuit*, ideſt, abluit, & in forma ecclesiæ consecrauit.

" j. c. agapitus.

¶ Consecrentur ecclesiæ, de quarum consecratione dubitatur. C. XVIII.

7 [1] ECclesiæ, vel altaria [a], quæ ambigua [b] sunt de consecratione, consecrentur: & superflua [c] altaria destruantur.

Item Iginus Papa.

¶ Quando ecclesia est iterum consecranda, & salibus tantum exorcizanda. C. XIX.

8 [2] SI motum fuerit altare [d], denuo consecretur ecclesia [e]: si parietes mutātur [f], & non altare, salibus tantum exorcizetur. Si homicidio, vel adulterio ecclesia violata fuerit, diligentissime expurgetur, & denuo consecretur [g].

Item ex Nicæno concilio. [3]

¶ Ecclesia semel Deo consecrata, quando est iterum consecranda. C. XX.

ECclesiis semel Deo consecratis, non debet iterum consecratio adhiberi, nisi aut ab igne exustæ [h], aut sanguinis effusione, aut cuiuscumque semine [i] pollutæ fuerint: quia sicut infans à qualicumque sacerdote in nomine patris, & filij, & spiritus sancti semel baptizatus, nō debet iterum baptizari [k], ita nec locus Deo dicat [g], iterum consecrandus est, nisi prò pter eas causas, quas superius nominauimus: si tamē fidem sanctæ Trinitatis tenuerint, qui eū consecrauerunt.

Item Ioannes Papa episcopis Italiæ.

De eodem. C. XXI.

4 ECclesias Arianorum [l], vbi cumque inueneritis, catholicas eas diuinis precibus, & operibus [m] absque vlla mora consecrate [n]: quia & nos, quando fuimus Constantinopoli tam pro [A] religione catholica, quàm pro Theodorici regis causa negotij, suadente, atque hortante, Arianos extirpāte piissimo, atque Christianissimo Iustino orthodoxo Imperatore, quascumque illis in partibus eorum ecclesias reperire potuimus, catholicas eas, Domino opem ferente, consecrauimus.

A ¶ Pro religione.] *Locupletatus est hic locus in ipsa epistola, Burchardo, & Iuone.*

Item in dialogo Gregorij, lib. 3. c. 30. [5]

De eodem. C. XXII.

6 [A] Rianorum [o] ecclesia in regione vrbis illæ, quę suburra dicitur, cum clausa vsque ante biennium permānsisset, placuit, vt in fide catholica (introductis illuc beati Sebastiani, & sanctæ Agathæ virginis [A], & martyris reliquiis) dedicari debuisset: quod & factum est.

A ¶ Virginis, &.] *Absunt hæ duæ voces à pleriſque manuscriptis, & Polycarpo. In ipso dialogo legitur*, B. Stephani, & sanctæ Marthæ martyrum. *Sed in lib. 3. reg. epist. 19. ecclesia hæc vocatur ecclesia Sanctæ Agathæ. Apud Ioannem vero diaconum, l. 2. c. 31. est.* Sancti Sebastiani, & sanctæ Agnetis † martyrum.

Item. [B]

B ¶ Item.] *Antea sequebatur*, Agapitus Papa. *quæ voces temere ex capite ipso irrepserant in titulum, & absunt ab aliquot manuscriptis. Extat autem caput hoc in antiquo codice Regesti Gregorij primi in extremo in scripto quodam*, de moribus, vita & morte Agapiti primi Papæ, *in bibliotheca Vaticana.*

C. XXIII.

AGapitus Papa vas catholicum, Euangelij tuba, præco iustitiæ [p], sacra altaris, sedisque velamina sacrilegis Anthimi infecta fabulis [q], suis catholicis precibus deleuit† [r].

Itē Vigilius Papa ad Eutherium, epi. 1. c. 4.

¶ De eodem. C. XXIIII.

7 [D] E fabrica [s] vero cuiuslibet ecclesiæ, si diruta fuerit,

h ¶ *Exustæ.*] pro maiori parte: aliàs secus. ar. ff. de contrah. emp. domū. cum, sita comburitur ꝙ destruatur vel decrustatur interius & exterius: tunc execratur. " consecratio enim ecclesiæ maxime consistit in vnctione exteriori, & cō iunctione & dispositione lapidum.

" cōsecratio ecclesiæ in quo cōsistit

i ¶ *Semine.*] per coitū emissum per adulterium, vel per fornicationem. Nam si per somnium, vel coitum cum vxore emittitur, non ideo reconsecrabitur ecclesia, secundum H.

5 Et Diaconus in vita, lib. 2. c. 31.

Additio. Idem sentit hic Lau. sed Ioan. de Fan. contra: cum littera indistincte dicit, cuiusque. sed male dicit secundum Hug. quia non est ibi fornicatio vel adulterium. s. ca. prox.

6 Poly. ibid. Anſ. l. 5. c. 26

k ¶ *Baptizari.*] s. dist. 68. sicut. s. 32. q. 7. quē admodum. j. dist. 5. dictum est. s. 1. q. 1. hi q. & j. di. 4. hi qui apud. C. de sac. bap. l. 1. " si tamen in fide sanctæ Trinitatis ecclesia ab eis consecrata sit, reconsecranda non est. Sed qui tenent, quod ecclesia in forma ecclesiæ consecrata ab hæreticis, non sit reconsecranda: sic exponunt quod si cōsecrauerunt in illa forma, quæ prætendat fidem sanctæ Trinitatis. Sequentia vero c. intelliguntur in eo casu quando Ariani non consecrant ecclesias in forma ecclesiæ. nā quidam eorum faciebant sacramēta in forma ecclesiæ, & quidam non: quod habetur in illo §. 1. q. 1. sed

† al. Agathæ

" Ecclesia ab hæretic. consecrata, an sit reconsecranda.

† al. eluit

7 Pol. l. 3. ti. 6 Anſ. l. 5. c. 81 Bur. l. 3. c. 62 Iuo p. 3. c. 25 Pan. l. 2. c. 14

notandum. & c. si quis confugerit. & c. Arianos.

l ECclesias.] ¶ *Arianorum.*] quia non in forma ecclesiæ consecratæ erant, vt 1. q. 1. Arianos. & ita intellige c. seq.

m ¶ *Precibus & operibus.*] tangit consuetudinem Orientalis ecclesiæ, quæ Arianos chrismatis vnctione susçipit, vt j. di. 4. ab antiqua. secus autem Occidentalis agere consueuit, vt in prædict. c.

n ¶ *Consecrate.*] non erant cōsecratæ nisi essent consecratę in forma ecclesiæ, vel quoniam absque reliquiis ecclesias consecrabant, & ideo ecclesiæ consecratæ non erant, sed reconsecrabantur, vt j. ca.

A Arianorum.

Rianorum.] j. dist. 4. ab antiqua.

p AGapitus.] ¶ *Præco iustitiæ.*] " Præconis enim officium susçipit quisquis ad sacerdotium accedit, vt s. 43. dist. sit rector.

" Sacerdos pconis officiū susçipit.

q ¶ *Fabulis.*] fabulis dicit, quia præter formam ecclesiæ.

r ¶ *Deleuit.*] ideſt, purgauit.

De fabrica.] Casvs. H. sic ponit hunc casum. Duæ quæstiones siue consultationes factæ fuerunt Vigilio Papæ. Prima est, an ecclesia quondam consecrata debeat denuo consecrari si eius fabrica diruta fuerit & reparata. Secunda est, an ecclesia consecrata si de altari reliquiæ ablatæ sunt, iterum debeat consecrari. Primæ quæstioni respondet dicens, quòd non debet ecclesia iterum consecrari, sed cantari debet ibi Missa & erit loco consecrationis. Secundæ respondet dicens, quòd reliquiæ debent ibi reponi: & ecclesia, ideſt, altare vnde fuerunt ablatæ, denuo consecrari. Ponit ergo in principio quæstiones: & postea subiicit solutiones, & dicit H. *in eo loco*, ideſt, altari.

s ¶ *De fabrica.*] scilicet quæsitum est.

Source : BIU Cujas

a ¶*Instauranda.*]i. reconsecranda. de reconsecranda enim q̄rebatur.
b ¶*Sanctuaria.*]ideſt, reliquiæ ſanctorum, vel altaria.
c ¶*Non fuerint.*]dimiſſa: quia inde erant ablatæ reliquiæ[a].
d ¶*Officere.*]quia ex quo ſemel conſecrata fuit, ſemper manſit.
e ¶*Scimus tantum eſſe.*] ideſt, obtinere vicem conſecrationis, ideſt, reconciliationis.
f ¶*Et ideo ſi qua.*] modo melius aperit quæ ſtiones.
g ¶*Innouata.*]ſ. hoc intelligit H. cum non ſimul, ſed ſucceſſiue parietes deſtructi ſunt, & ſucceſſiue reparati[b], tunc. n. eccleſia intelligitur eadem. arg. ff. de lega. 1. l. quod in rerum natura. ff. de iudic. proponebatur. ſecus vero ſi ſimul parietes funditus corruent, quia tunc conſecranda eſt ſecundū eum, licet altare motum non ſit: quia alia eſt conſecratio eccleſiæ, alia altaris. hic ergo arguitur quod eadem ſit eccleſia poſt reparationem, cū non recōſecretur. ſed contradicit lex ff. de ver. ob. inter ſtipulantem. §. ſacram. quæ diſtinguit inter domum & nauem. & videtur velle, q̄ eadem ſit nauis poſt refectionem, ſed nō eadem domus. ſed poteſt dici q̄ aliud ſit in eccleſia quā in domo priuata: quia eccleſia naui comparatur. 24. q. 1. non turbatur. 40. diſt. ante omnia. ſed ſi ſubtiliter volumus procedere, nō eſt eadē eccleſia, ſed vtilitas exigit vt eadē cēſeatur: ne videlicet ſacramentum conſecrationis iteretur. ar. ff. de ſer. vr. præ. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatū.
h ¶*Totius.*]ideſt, perinde eſt veneranda ac ſi tota cōſecrationis ſolennitas eſſet adhibita.
i ¶*Si vero.*] quaſi dicat prædicto caſu nō debent reconſecrari: ſed in iſto ſic, ſcilicet cum mouetur altare.
k ¶ *Ablata ſunt.*] moto altari.
l ¶*Sanctificationis.*] id eſt, aſperſionis aquæ tantum, & Miſſæ celebratione, cum altare nō fuerit motum, ſed reliquiæ ſunt ablatæ.

instauranda[a], & ſi in eo loco conſecrationis ſolēnitas debeat iterari, in quo ſanctuaria[b] nō fuerint[c], nihil iudicamus officere[d], ſi per eam minime aqua exorcizata† iactetur: quia cōſecrationem cuiuſlibet eccleſiæ, in qua ſpiritus ſancti arrha† non ponitur, celebritatem ſcimus[e] tantum eſſe miſſarū: & ideo, ſi qua[f] ſanctorum baſilica à fundamentis etiam fuerit innouata[g] ſine altaris[A] motione, ſine aliqua dubitatione, cum in ea fuerit miſſarū ſolennitas celebrata, totius[h] cōſecrationis† ſanctificatio implebitur. Si vero[i] ſanctuaria, quæ habebat, ablata ſunt[k], rurſus eorum repoſitione, & miſſarum ſolēnitate reuerentiam ſanctificationis[l] accipiet.

¶ *Tribuebatur Iuliano: ſed ex vetuſtis exemplaribus reſtitutum eſt Vigilio, apud quem extat, & ex ipſo citant Burchardus etiam, & Iuo.*

A ¶Sine altaris motione.] *Abſunt hæc ab originali, Burchardo, & Iuone. Sed exponuntur in gloſſa. Alia vero nonnulla ſunt emendata.*

Item ex decretis Hormiſdæ Papæ, c. 10.[1]

¶Abſque epiſcopi permiſſu in eccleſia cōſecrata non erigatur altare.

C. XXV.

8[2] NVllus presbyter[m] in eccleſia conſecrata aliud altare erigat, niſi quod ab epiſcopo[n] loci ſanctificatū[A] eſt, vel permiſſum: vt ſit diſcretio inter ſacrū & non ſacrum: nec dedicationem fingat[o], niſi ſit. Quod ſi fecerit, ſi clericus eſt, degradetur[p], ſi vero laicus, anathematizetur.

A ¶ Sanctificatum.] *Iuo habet*, ab epiſcopo loci, vel eius miſſo ſanctificatum eſt: vt ſit diſcretio, &c. *Polycapus, & Burchardus.* ab epiſcopo loci, vel eius permiſſu ſanctificatum eſt, vt ſit, &c.

Item ex concilio Africano, c. 50.[3]

¶Euerſantur altaria, quæ ſine ſanctorum reliquiis eriguntur. C. XXVI.

4 PLacuit, vt altaria, quæ paſſim ¶ per agros, & per vil-

las†, tamquam memoriæ martyrum conſtruuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiæ[r] martyrum conditæ probantur, ab epiſcopis, qui locis eiſdem prę̄ſunt, ſi fieri poteſt, euertantur. Si autem hoc propter† tumultus[s] populares non ſinitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentēt: vt, qui recte ſapiunt, nulla ibi ſuperſtitione deuicti teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter[t] acceptetur, niſi vbi corpus, aut reliquiæ certæ ſunt, aut origo alicuius habitationis[u], vel poſſeſſionis, vel paſſionis fideliſſima origine[x] traditur. Nā quę per ſomnia, & p̄ inanes quaſi reuelationes, quorumlibet hominum vbicumque conſtituuntur altaria, omnino reprobentur.

Item ex concilio Aurelianenſi, c. 3.

¶Non eſt conſecranda eccleſia, in qua paganus ſepultus inuenitur.

C. XXVII.

j[5] ECcleſiam, in qua paganus ſepultus eſt, non liceat conſecrare[y], neque miſſas in ea celebrare[z], ſed iactari foras, & mundari oportet.

Item ex concilio Agrippinenſi.[6]

¶De eccleſia, in qua cadauera fidelium, vel infidelium ſepeliuntur.

C. XXVIII.

ij[7] ECcleſiam, in qua[a] mortuorum cadauera infidelium ſepeliuntur, ſanctificare[b] nō licet: ſed ſi apta videtur ad conſecrandum, inde euulſis[c] corporibus, & raſis[d] parietibus, vel tignis† eius loci, reę̄dificetur[e]: ſed ſi hęc conſecrata ante fuerit, miſſas in ea celebrare licet: ſi tamē fideles[f] fuerint, qui in ea ſepulti ſunt.

Item ex conc. Martini Papæ [Bracharenſis, c. 68. & 69. ſynod. græcarum.]

¶Super monumenta in campo non diſtribuantur myſteria.

C. XXIX.

NOn oportet clericos igna-

1 Cap. l. 6. c. 199.
2 Pol. l. 4. tit. 31. Burc. l. 3. c. 17. Iuo p. 3 c. 20.
3 Et i Carth. 5. c. 14.
4 Anſ. l. 5. c. 14. Burc. l. 3. c. 54. Iuo p. 3. c. 57. Pan. l. 2. c. 28.
5 Burc. l. 3. c. 13. Iuo p. 3. c. 15. Pan. l. 2. c. 22.
6 Cap. l. 5. c. 48.
7 Burc. l. 3. c. 38. Iuo p. 3. c. 43. Pan. l. 2 c. 23.

a Sub. vel al taria deſtructa. d vtroq; enim pōt intelligi.
“ Eccleſia ſucceſſiue reparata nō eſt reconſecranda.
† *al. benedicta*
† *ara*] orig. & collect.
b Sicut ſucceſſiue & particulatim deſtruebātur ſcdm Hug. q̄rit hic: Quid ſi eccleſię cōſecratæ i lō gitudine vel latitudine, vel altitudine adiicitur Reſp. ſi cōſecrabitur: qa ſacrū trahit ad ſe nō ſacrū. extr. de cōſ. eccl. vel alta. c. 3. ſed aqua exorcizata aſpergatur, ſecūdùm Hug.
† *al. totius ſanctificatio conſecrationis implebitur*] orig. Iuo. Burch. Pann.
“Gerens ſe pro milite qui nō eſt, punitur.

Nullus presbyter.] Hæc eſt 8. pars diſt. in qua ponit quid iuris ſit de hymnis vel oratoriis quibus mortui ſepeliebantur: & probat par 11. cap. quod nullus debet per ſe ponere altare, nec celebrare in oratoriis ſine licentia epiſcopi. Io. de Fan.

Casvs. Dicitur hic, quòd in eccleſia conſecrata non debet fieri altare niſi quod epiſcopus loci conſecrauerit, vel cōſecrari permiſerit: nec de eccleſia non conſecrata debet quis dicere conſecratā. quod qui fecerit, ſi clericus eſt, degradetur: ſi laicus, anathematizetur.

m ¶*Nullus presbyter.*]vbi altaria ſint erigēda, & qualia eſſe debeāt: & quas eccleſias liceat conſecrare: & in quibus liceat miſſas celebrare, quibus ex cauſis loca ſanctorum liceat mutare, xj. c. oſtendit.
n ¶*Ab epiſcopo.*]ſ. diſt. 58. quamuis.
o ¶ *Fingat.*] vt dedicatum dicat eſſe quod non eſt, vel reliquias dicat eſſe, quæ non ſunt.
p ¶*Degradetur.*] ar. eos eſſe deponendos ab ordinibus, qui fingunt vel dicunt, ſe habere ordines cum non habent. ext. de cle. non ord. mi. c. 1. ſ. 50. diſt. ex pœnitentibus. ſ. diſt. 52. ſolicitudo. “ & ſic punitur qui ſe gerit pro milite, qui non eſt miles. ff. ad l. Corn. de fal. eos. §. qui ſe pro milite geſſit.

a ¶*Eccleſiam in qua.*]non conſecrata.
b ¶*Sanctificare.*]ante eiectionem.
c ¶*Euulſis.*] auctoritate epiſcopi vel principis tantum. ff. de reli. oſſa. & j. e. corpora.
d ¶*Et raſis.*]ideſt, dealbatis. nam mutata forma interimitur ſubſtantia rei. ff. ad exhi. Iulianus. §. ſed & ſi quis.
e ¶*Reædificetur.*]ideſt, ipſa raſura debet dealbari.
f ¶*Si fideles.*]vbi autem diſcerni non poſſunt fideles ab infidelibus neutris ſunt exhumandi, ext. de ſepul. ſacris.

Non oportet.]Casvs. Prohibetur hic ne miſſæ ſuper monumenta mortuorum celebrentur, nec ibi apponantur Chriſti ſacramenta, ſ. corporis & ſanguinis ſui: nec liceat Chriſtianis prandia ad defunctorum ſepulchra deferre, vel mortuis ſacrificare. Reprehendit prauam conſuetudinem clericorum & laicorum. ſolebant enim ſingulis annis certa die offerre eleemoſynas ſuper tumulos ſuorum mortuorum, & clerici illuc euntes ſecum portabāt ſacramenta corporis & ſanguinis Chriſti: & ſup tumulos eas diſtribuebant. Et hęc conſuetudo facta fuit à gentib. qui ſingulis annis menſe Februarij die certo epulas offerebant ſuper tumulos ſuorū mortuorū, quorū animas

q ¶*Paſſim.*]non in eccleſiis, ſed paſſim per agros. † *al. vineæ*] *al. vias*
r ¶*Reliquiæ.*]argu. ſine reliquiis eccleſiā non eſſe conſecrandam, vt ſ. e. diſt. de fabrica. & tamen ſufficit corpus Domini.
s ¶ *Tumultus.*] ar. aliquid eſſe poſtponendum propter tumultum & ſcandalum: vt 50. diſt. vt conſtituere tur. & ca. de his vero. ſic. ff. de ſic. l. pen. † *al. per*
t ¶*Probabiliter.*]ideſt, ſolenniter.
v ¶*Habitationis.*]quia homo ſanctificat locum. 40. diſt. multi.
x ¶*Origine.*]ar. originē rei & principium ſpectandum[c]: vt ſ. 16. q. 3. ſi ſacerdotes. ſ. 1. q. 1. principatus.
c De hoc plene nota. ext. de elec. dudū. j. Arc.

E *Eccleſiā in qua.*]
y ¶*Conſecrare.*] Ante electionē cadaueris ipſius pagani.
z ¶ *Celebrare.*] huius cōſtitutiōis ratio eſt, quia infideles viui ab eccleſia repelluntur: vt 21. diſt. cleros. & di. 25. perlectis. ergo mortui qa quib. viuentib. eccleſia non communicat, & mortuis communicare non pōt: vt 24. q. 2. c. 1. “ Sed quid dices de muliere prægnante mortua? q̄dā[d] dicūt, q̄ ſepelietur in eccleſia: quia fœtus eſt pars ventris. j. diſ. 4. ſi quid. ff. de ven. inſp. l. 1. §. 1. conſueuit tamē aperiri, & fœtus extrahi, & extra cœmeteriū ſepeliri. ad hoc facit ca. ext. de ſepul. ſacris.

E *Eccleſiam in qua.*] Casvs. In eccleſia non conſecrata in fidelium corpora erāt ſepulta. Dicitur hic q̄ non debet conſecrari niſi pri[e] extractis corporibus, & raſis: tignis & parietibus fuerit reparata. vbi vero infideles non ſunt ſepulti ſi eccleſia conſecrata eſt, ibi poterit miſſa celebrari.
† *al. vel lotis lignis*

Source : BIU Cujas

animas credebant circa tumulos conuerſari: & inde refici. ſed dæmones eas de nocte conſumebant. & propter hanc conſuetudinem extirpandam eccleſia inſtituit vt eo die quo talia fiebant, celebretur feſtum Dei in cathedratione Petri. Hic eſt caſus. H.

a ¶ *Ignaros.*] id eſt, imperitos.

b ¶ *Miniſteria.*] id eſt, Miſſam celebrare ſuper ſepulchrum.

†*al. myſteria*

ros [a], & præſumptores ſuper monumenta in campũ miniſteria † [b] portare, aut diſtribuere ſacramenta, ſed aut in eccleſia, aut in baſilica, vbi martyrũ reliquiæ ſunt depoſitæ, ibi p defunctis oblationes offerri. ¶ [1] Nec liceat Chriſtianis prandia ad defunctorũ ſepulchra deferre, & ſacrificare mortuis.

Item ex concilio Triburienſi. [2]

¶ Quomodo in eccleſia combuſta miſſa poſſit celebrari. C. XXX.

[3] CONcedimus etiam, vt ſicubi (quod peccatis noſtris exigentibus per plurimum eſt factũ) à Normanis, & Sclauis †, ab Vngaris †, & à malis Chriſtianis, ſeu alio qualicumque modo eccleſiæ fuerint incenſæ, & combuſtæ, in capellis [c] cum tabula conſecrata miſſas interim celebrari permittimus [d], donec eccleſię ipſæ reſtaurari queant. In itinere vero poſitis, ſi eccleſia defuerit, ſub dio [e], ſeu in tentoriis, ſi tabula altaris conſecrata, ceteraque ſacra miniſteria ad id officium pertinentia ibi affuerint, miſſarum ſolennia celebrari concedimus: aliter omnino interdicimus.

¶ *De hoc c. not. eſt* ſ. *ad c. Miſſarum ſolennia.*

Item ex concilio Epaunenſi, c. 26. & 27.

¶ *Iuo citat, vt vulgata Gratiani exemplaria,* ex concilio Hipponenſi. *Sed ex Burchardo, & vetuſtis Gratian. codicibus reſtitutum eſt,* Epaunenſi. *ex cuius 27. & 28. capitibus confectum eſt.*

¶ Chriſmate non vngantur altaria, niſi fuerint lapidea. C. XXXI.

[4] ALtaria [f], ſi non fuerint lapidea, chriſmatis vnctione non conſecrentur [g]. Ad celebranda autem diuina officia ordinem, quem Metropolitani [h] tenẽt, com prouinciales obſeruare debebũt.

Item ex concilio Agathenſi, c. 14.

¶ Chriſmatis vnctione, & ſacerdotali benedictione ſacrentur altaria. C. XXXII.

[5] ALtaria placuit non ſolum vnctione chriſmatis, ſed etiam ſacerdotali benedictione ſacrari.

Item ex concilio Aurelianenſi, c. 3.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant ex concilio Aurelianenſi. Ipſa quidem ſententia habetur in capitul. l. 5. c. 230. & li. 6. c. 101. & nouel. 58. apud Iulianum anteceſſorem in extremo.*

¶ In priuatis oratoriis licet orare, ſed non miſſam celebrare. C. XXXIII.

[6] VNicuiq; fidelium in domo ſua oratorium [i] licet habere, & ibi orare: miſſas autem ibi celebrare non licet [k].

Item ex ſexta ſynodo, c. 31.

¶ In priuatis oratoriis abſque conſenſu epiſcopi nullus miniſtrare præſumat. C. XXXIIII.

CLericos [l], qui miniſtrãt, vel baptizant in oratoriis, quæ intra domos ſunt, cum conſenſu epiſcopi loci hoc facere præcipimus. Si quis vero hoc non obſeruauerit, deponatur.

Item ex concilio Agathenſi, c. 21.

¶ Qui extra parochias habent oratoria, his diebus ad parochias redire cogantur. C. XXXV.

[7] SI quis etiã [m] extra parochias, in quibus legitimus eſt, ordinariuſque cõuentus, oratorium [n] in agro habere voluerit, reliquis feſtiuitatib⁹, vt ibi miſſas audiat †, propter fatigationem [o] familiæ, iuſta ordinatione permittimus. Paſcha verò, Natali Domini, Epiphania Domini, Aſcenſione Domini, Pentecoſte, & Natali ſancti Ioannis Baptiſtę, & ſi qui maximi dies in feſtiuitatibus habentur, non niſi in ciuitatibus, aut in parochiis audiant †. Clerici vero, ſi qui in feſtiuitatibus, quas ſupra diximus (niſi iubente, aut permittente epiſcopo) miſſas celebrare † voluerint, cõmunione priuentur.

Item Auguſtinus.

¶ Quibus ex cauſis loca ſanctorum mutanda ſint. C. XXXVI.

[9] [8] TRibus ex cauſis loca ſanctorum tranſmutanda ſunt. Prima, cum neceſſitas perſecutorum loca eorum grauauerit. Secunda, cum difficultas P locorum fuerit. Tertia, cum malorum ſocietate grauantur.

Item ex concilio Moguntinenſi 1. c. 51.

¶ Quando alicui corpora ſanctorum de loco ad locum transferre non licet. C. XXXVII.

[9] CORpora ſanctorum de loco ad locum nullus transferre præſumat ſine conſilio q principis [r], vel epiſcoporum, ſanctæque ſynodi licentia.

Item Hyginus Papa.

¶ In vſus laicorum non conuerti licet ligna eccleſiæ dedicatæ. C. XXXVIII.

10 [10] LIgna [s] eccleſiæ dedicatæ [A] non debent ad aliud [t] opus iungi, niſi ad aliam eccleſiam: vel igni ſunt comburenda, vel ad profectum [u] in monaſterio † fratribus: in laicorum [x] verò vſum † non debent admitti.

A ¶ Dedicatæ.] *Antea legebatur & in rubrica,* dedicata. *Emendatum eſt hoc, ſicut & alia nonnulla ex vetuſtis exemplaribus,* Burquæ ſemel conſecrata ſunt non debere redire in vſus laicorum. ſ. 19. q. 3. quæ ſemel. 17. q. vlt. quæſti ſunt. arg. contra. ſ. diſt. 54. ex antiquis. & c. ſi ſeruus. & c. frequens.

a Vel dic q capella pro eccleſia dicta eſt, quaſi capiẽs laos, i. populũ vel laudem. vel quaſi cãpanã, q̃a paucos capiat, ſecdm Pap.

4 Burc. l. 3. c. 25. Iuo p. 3. c. 30. Pann. l. 2. c. 32.

b Hoc verũ eſt, nam eſt de cupreſſo Gen. 14. & hęc Antiph. ſ. Exeit Iacob, &c. cantatur in cõſecratione altaris. Arc.

5 Polyc. l. 3. tit. 4.

d ſ. c. iuxta. & c. ſicut.

" Capellæ olim ñ erãt eccleſiæ.

6 Burc. l. 3. c. 86. Iuo p. 3. c. 70. Pann. l. 2. c. 39.

Cap. 69. 1 Bur. l. 10. c. 38. Iuo p. 11. c. 63.

2 In cõc. Mogunt. c. 9.

3 Burc. l. 3. c. 56. Iuo p. 3. c. 59. Pann. l. 2. c. 31.

†*al. Slauis*

†*al. à Bulgaris*

c ¶ *In capellis.*] i. oratoriis nõ conſecratis. in talibus nõ licet celebrare ſine permiſſu epiſcopi, vt j. ea. vnicuiq;. & ſ. c. miſſarũ.

d ¶ *Celebrari permittimus.*] ad q̃d eſt opus permiſſione, q̃a dr in capellis? " qm forte capellæ nõ erãt olim eccleſiæ, cũ antiqtus dicerẽtur capellæ tuguria caprarum pellibus tecta [a]. Vel hoc referas ad ſolennitates maximas.

e ¶ *Sub dio.*] id eſt, ſub aere.

f ALtaria.] Si nõ fuerint lapidea. Legitur in Exod. q̃ Dñs præcepit fieri altare de lignis ceſthim, q̃ ſunt imputribilia. & Salomon fecit altare aureũ: ſed illa facta ſũt in figura. 12. q. 2. gloria. & dicitur de altari Lateranen. quòd ligneum ſit. [b]

g ¶ *Non conſecrentur.*] q̃a Chriſtus petra dicitur. j. diſt. 2. reuera. 21. di. in nomine Dñi. Item q̃a erexit Iacob lapidem in titulum. [c]

h ¶ *Metropolitani.*] ſ. 12. diſt. de his.

i VNicuique.] ¶ *Oratorium.*] nõ ſacrũ. ſacrũ autem ſua auctoritate facere non licet, niſi auctoritate epiſcopi. ſ. ea. di. nemo. 18. q. 2. quidam.

k ¶ *Non licet.*] niſi pro ſumma neceſſitate [d]: tamen cum conſenſu epiſcopi, vt j. ead. ſi quis etiam, &c.

l ¶ *Clericos qui miniſtrant.*] i. miniſteria & officia in horis diurnis vel nocturnis exercent.

m ¶ *Si quis etiam.*] CAſus. Statuitur hic, vt ſi qui remoti ſunt nimis ab eccleſia parochiali, propter laborem ſuum & familię ſuę audiant miſſam in minoribus feſtiuitatibus in oratoriis ſuis: ſed in præcipuis feſtiuitatibus Miſſam audiant in ſuis parochialib. eccleſiis. Clerici vero qui contra hoc fecerint, niſi epiſcopo permittente, excommunicentur. Seq. 4. c. plana ſunt. *Principis*, id eſt, regis vel imperatoris. localiter intelligitur hoc, cum hoc non poteſt fieri ſine ſcandalo. Vel principis, id eſt, Romani Pontificis.

m ¶ *Si quis etiam.*] extra. ſ. 12. q. 1. futurã. ſ. 16. q. 1. quicũq;. & q. 2. ſi qs.

n ¶ *Oratorium.*] hoc exaudi de oratorio priuato. ſecus in oratoriis aliis quæ populus facit, vt ext. de ec. ædif. ad audientiam. nã ibi in feſtiuitatibus celebrare licitum eſt.

o ¶ *Propter fatigationem.*] ar. propter difficultatem loci vel itineris aliquid temperari, quod alias obtinet generaliter. extra de ec. ædi. ad audientiam. ſ. di. 64. c. 1. ſ. di. 63. cũ longe. ſ. diſt. 93. iuxta ſanctorum. ſ. 13. q. 2. vbicumque. & j. c. prox. tribus.

7 Iuo p. 4. c. 9.

Ribus.] Hæc eſt pars diſtin. 9. in qua loquitur magiſter de tranſlatione reliquiarum, & eccleſiarum. Ioan. de Fant.

†*al. teneat*

p ¶ *Difficultas.*] vt pro aeris intẽperie, vt 74. diſt. quorũdam malorum. " nam pp malitiã populi transfertur ſedes. 25. q. 2. ita nos. propter malitiam populi eps renuntiat dignitati. ext. de renun. niſi. ver. propter malitiam plebis. Quarta cauſa eſt quare transfertur eccleſia, ſ. cauſa melioris, vt 16. q. 7. c. antepen.

"ſedes trãſfertur propter malitiã plebis.

†*al. teneant*

q CORpora.] ¶ *Sine conſilio.*] ff. de reli. oſſa. in princ.

†*al. facere, aut tenere*

r ¶ *Principis.*] i. Papę. [e] 18. q. 3. diffinimus. & hoc verum eſt cũ corpus traditum eſt iam Imperpetuæ ſepulturæ. C. de reli. l. vlt. niſi ne ceſſitas immineat: tũc enim ſufficit auctoritas præſidis prouinciæ. C. eo. l. 1. ſi autem non eſt traditum perpetuæ ſepulturæ, benine poteſt transferri ſi ſine auctoritate alicui⁹ ad alium locum. C. e. tit. ſi necdum.

e Si vero dicatur principis, i. repus traditum eſt iam gis vel Imperatoris loc aliter intel ligitur, ſ. vbi ſi poſſet hoc eſſe ſine ſcãdalo, ſi fienret ſine cõſilio principis, & ſpãliter de eccle ſiis quarũ ẽ patronus, ſecundũ Hug. 8 Anſ. l. 5. c. 16. Burc. l. 3. c. 90. Iuo p. 3. c. 80. Pan. l. 2. c. 38.

Ligna.] Hęc eſt pars diſt. in qua probat magiſter per 6. cap. q̃ ligna vetuſta eccleſiæ & alia veſtimenta & ornamenta non debent redire ad humanos vſus. I. de F.

9 Burc. l. 3. c. 232. Iuo p. 3. c. 273. Pann. l. 2. c. 36.

s ¶ *Ligna.*] de lignis eccleſiæ deſtructæ & omnibus vtenſilibus eccleſiæ reuerenter vtendis, iſtis ſex cap. ſequent. oſtenditur.

10 Poly. l. 3. tit. 16. Anſ. l. 5. c. 17. Bur. l. 3. c. 39. Iuo p. 3. c. 44. Pan. l. 2. c. 16

t ¶ *Ad aliud.*] extra de rer. permu. mancipia. ff. de rei ven. quæ religioſis.

†*al. monaſterium*

†*al. opera*

u ¶ *Ad profectum.*] non tamen indifferenter, ſed vel in capitulo, vel in dormitorio, vel in aliis religioſis locis: non in coquina, vel in vineis paſtinandis. [f]

f id eſt, colẽdis. q̃ hoc legi. & not. 14. q. 1. §. ad hoc. ver. cõſtitutis, &c.

x ¶ *In laicorum.*] arg.

Hæc cũ ante cor Frid. poſtea. ii. ut p̃ Xau. in. c.

Source : BIU Cujas

" Palla quid sit.

a *Altaris palla.*]" Pallę dicuntur vestimenta altaris, i. sindones & corporale: quæ qa sunt quadrãgulæ, ideo dicũtur pallæ à quodã muliebri pallio quadrãgulato, qđ palla dicitur. ita dicit H.P.

b ¶*Velum.*]pannus est qui pẽdet super altare, vel cortina ante H.P.

Nemo.] Casvs. Beneu. sic ponit hunc casum. Præcipitur hic, ne mortuus in palla altaris sepeliatur. si qs hoc fecerit, vel fieri permiserit: diacon⁹ trib. annis & sex mensib. p̃sbyter 10. annis, & sex mẽsib. suspẽdatur. Et additur qualiter, & à quibus, & vbi cortinæ & linteamina debeant lauari. *Pallas*, id est, corporalia. *Mensa*, id est, altaris.

1 Pol. l. 3. tit. 15. Bur. l. 3. c. 216. Iuo p. 2. c. 66. & p. 3. c. 266.

c ¶*Mortuum.*] Laicũ. nã clerici mortui bñ induuntur vestibus sacris. 13. q. 2. nullus.

†*cantara* †*al. sanctuario*

d ¶*In mensam Domini.*] i. ad mensam Dñi cõponẽdã: qđ ad ipsũ diaconum spectat. ar. 25. di. perlectis. & dist. 93. diaconi. vel forte est illa vbi sacerdos post consecrationem manus tergit: vel forte palla cui inuoluit calicem, & abstergit.

†*transitus habeatur*

a Sub. & separõe à corpore & sanguine Christi, à ministerio altaris & forte ab oi offõ ecclesiastico. ẽ. 1. q. 1. reperiuntur. Hu. † abest ab orig.

e ¶*Negligenter.*] arg. negligẽtia vt factum puniendam. 25. quæst. 1. nulli fas.

f ¶*Anathemate.*] i. suspensione a. nõ enim debet anathematizari pro tali causa.

g ¶*Excõmunicatus.*] i. à cõione remotus: & ita habes hic pœnã non admonentis prælati. nam alibi dr: Vel si nõ sparserimus, &c. 43. dist. dispensatio. Item per hoc c. vr reprobari intellectus quorundam, quem hẽs in illo c. 1. q. 1. quidqd inuisibilis. nã ibi pp negligẽtiam nõ excõicabitur presbyter nisi per quattuor menses.

†*al. quinque*

h ¶*Et vela.*] i. ornamẽta altaris, vel vela, i. cortinæ. Huic hodie derogatum est consuetudine generali.

†*al. commonuerit*

2 Burc. l. 3. c. 216. Iuo p. 3. c. 266.

i ¶*Non foris.*] i. ab aliis segregatã. & est scda vestis sacerdotalis. b

b Alij dñr, qp est ornamẽtum calicis.

k ¶*Vela.*] i. cortinæ, q̃ in ecclesiis extẽdũtur festiuis diebus, & in Quadragesima causa consignationis vel significationis. Ioan.

In sancta.] Casvs. Hoc c. cũ duobus seq. patet. historiã tñ notabis in seq. c. vbi dicitur, legitur, &c.

l ¶*Non ab aliis.*]ẽ. dist. 23. sacratas. & c. non liceat.

m ¶*Quia perit.*]i. pœnã patitur, & punitur corporaliter & tẽporaliter, non aũt spiritualiter vel æternaliter c. & vno peccãte, &c. ẽ. dist. 45. sed illud. De hac materia no. 1. q. 4. in prin. & similiter no. sub illo §. item pro peccato Achor plebs Israelitica.

c De hoc satis no. ẽ. 1. q. 4. in summa

n *Vestimenta.*] ¶*Balthasar.*] Historia. " Legitur in Daniele, quòd Balthasar rex Babyloniæ fecit grande conuiuium optimatibus suis: cum ergo iam esset temulentus, præcepit vt afferrentur vasa argentea, quæ Nabuchodonosor asportauerat de templo, quod fuit in Hierusalem, vt biberent in eis rex & optimates eius, vxores & concubinæ: & factum est ita. Bibebãt autem vinum, & laudabant Deos suos. In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus scribentis contra candelabrũ in superficie parietis. qđ rex cõspiciens turbatus est valde: & mittens conuocauit omnes sapientes Babylonis: & nullus poterat scripturam legere, vel interpretationẽ eius regi iudicare. Tãdem vocatus Daniel dixit scripturam significare interitũ regis, pro eo qp contaminauerat vasa domus Domini: & aperuit quod scriptum erat, Mane thetel phares. *Mane*, i. numerauit Deus regnũ tuum. *Thetel*, i. appositum est in statera, & inuentum est minus habens. *Phares*, i. diuisum est regnũ tuum, & datũ Medis & Persis. Eadem nocte interfectus est Balthasar: & Darius Medus in regnum successit.

" Balthasar vasis Dñi abusus est.

Ad nuptiarum] o ¶*Polluuntur.*] arg. " qp ex veste alicuius dominæ vel alterius non debet fieri casula vel aliquis ornatus ecclesiæ. d

" Casula nõ fiat de veste domicellæ.

d *Casa in quibus.*] Hæc est 11. pars dist. in qua dicitur in quibus calicibus & corporalibus celebrare debemus. Ioan. de Fant.

†*al. ferantur*

4 Pol. l. 3. tit. 16. Ans. l. 5. c. 29. Iuo p. 2. c. 74.

d Dic qp ar. istud ñ sumitur à cõtrario lr̃æ: quia vestis đ qua loqtur ista gl. nõdũ cõcessa fuerat ecclesiæ. quare coinquinatio nõ subsistit in hoc casu. ſ hoc arg. sumitur potiꝰ ab intellectu verborum. Arc. Dan. 5.

Casvs. Quæsitũ fuit in cõcilio Triburien. vtrum in ligneis vasis deberet confici corpus Christi. & dictum fuit in concilio, qp Bonifacius Papa de hoc interrogatus respondit qp non. Cum enim ita factũ fuerit in primitiua ecclesia, Zepherinus cõstituit vt fieret consecratio in vitreis. Vrbanus postea vasa sacra argẽtea fecit: & concilium statuit vt nullus cõficiat in ligneis vasis de cetero, ne honor ecclesiæ suo tempore minuatur.

† *al. Aruernenſi*

5 Pol. l. 3. tit. 24. Burc. l. 3. c. 108. Iuo p. 2. c. 143. Pan. l. j. c. 163 Summatim relatum est.

p ¶*Calices.*] supple debent esse aurei vel argentei.

q ¶*Vtuntur.*] sed numquid conficiebant? vtique. nunc autem quid? & quidem fieri non debet. sed si fiat vt in vase ligneo vel vitreo quis conficiat corpus Christi, nihilominus est verum corpus: quia in verbo consecrantis perficitur consecratio, non in vase, vt infra distin. 2. vtrum. vers. si ita.

†*al. ministerij*

6 Burc. l. 3. c. 223. Iuo p. 3. c. 282.

chardo, & Iuone, qui etiam caput hoc citant ex decretis Igini.

Item Clemens Papa, Iacobo Hierosolymitano episcopo, epist. 2.

¶ Vestimenta sacra, & vasa præ vetustate consumpta incendantur, & cineres in loca occulta proiiciantur.

C. XXXIX.

1 ALtaris palla a, cathedra† candelabrum, & velum b, si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur: quia non licet ea, quę in sacrario† fuerint, male tractari: sed incendio vniuersa tradantur. Cineres quoque eorum in baptisterium inferantur: vbi nullus transitum† habeat: aut in pariete, aut in fossis pauimentorum iactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur.

Idem ibidem.

¶ Mortui non obuoluantur vestimentis altaris. C. XL.

NEmo per ignorantiam clericus mortuum c credat obuoluendum, aut diaconus scapulas operire velit palla, quæ fuit in altari, aut certe, quæ diacono† data est in mensam Domini d. Qui hæc fecerit, vel leuiter, quasi nihil, & negligenter e habuerit diuina mysteria, diaconus triennio, sexque mẽsibus à Dominico erit alienus altari graui percussus anathemate f. Quòd si clericũ presbyter non commonuerit, decem annis, & sex† mensibus excommunicatus g sit: propterea qp de Dominicis sacramentis subiecta sibi nõ amouerit† ministeria: & postea cum grandi humilitate matri reconcilietur ecclesiæ. 2 Pallas vero, & vela h sanctuarij, si sordidata fuerint ministerio, diaconi cum humilibus ministris intra sanctuarium lauent, non eiicientes foras à sacrario: & velamina Dominicę mẽsæ abluant: ne forte puluis Dominici corporis male decidat. A Sindonẽ vero non foris i abluant: & erit hæc operãti peccatum. Idcirco intra sacrariũ ministris prę-cipimus hæc sancta cum diligentia custodire. Sane peluis noua cõparetur, & præter hoc nil aliud tangat. Sed nec ipsa peluis velis apponatur lauandis, nisi quæ ad Dominici altaris cultũ pertinent. Pallæ altaris solæ in ea lauentur, & in alia, vela k ianuarum. De velis autem ianuarum cura sit ostiariis ex admonitione maiorum: ne quis negligens, aut ignarus, ad velũ ianuæ domus Domini manus incognitæ† tergat: sed statim coercitus discat omnis homo: quia velũ atrij domus Domini sanctũ est.

A ¶ Decidat.] *In originali est*, decidat à findone foris abluta. *Sed glossa obstitit, ne mutaretur. Multa autem alia non minimi ponderis sunt ex ipso originali emendata.*

Item Sixtus Papa epistola 2.

¶ Sacra vasa non nisi à sacratis contrectentur hominibus. C. XLI.

3 IN sancta hac Apostolica sede statutum est, vt sacra vasa nõ ab aliis l, quàm à sacratis, Dominoque dicatis contrectentur hominibus. Indignum A enim valde est, vt sacra Domini vasa, quæcumque sint, humanis vsibus seruiant, aut ab aliis, quàm à Domino famulantibus, eique dicatis tractentur viris: ne pro talibus præsumptionibus iratus Dominus plagas imponat populo suo, & hi etiam, qui non peccauerint, mala patiantur, aut pereant: quia perit m iustus sæpissime pro impio.

A ¶ Indignum.] *Addita sunt hæc vsque ad vers. viris. itemque alia quamnulla ex originali, Burchardo, & Iuone.*

Item Stephanus episcopus familiari amico Hilario, epist. 1. c. 3.

¶ Non nisi à sacratis hominibus vestimenta sacrata seruentur†. C. XLII.

4 VEstimẽta ecclesiastica, quibus Domino ministratur, & sacrata debent esse, & honesta: quibus, aliis in vsibus non debent frui, quàm in ecclesiasticis, & Deo dignis officiis: quæ nec ab aliis debent contingi, aut ferri, nisi à sacratis hominibus: ne vltio, quæ Balthasar n regem percussit, super hæc transgredientes, & talia præsumentes veniat, & corruere eos faciat ad ima.

Item ex concilio Aurelianensi†.

¶ Diuina ministeria nuptiarum non præstentur ornatibus. C. XLIII.

5 AD nuptiarum ornatum diuina ministeria non præstentur: ne dum improborum contactu, pompaque sæcularis luxuriæ polluuntur o, ad officia sacri mysterij† videantur indigna.

Item ex concilio Triburiensi, c. 18.

¶ In ligneis vasculis Dominici corporis, & sanguinis sacramenta non sunt celebranda. C. XLIIII.

11 6 VAsa, in quibus sacrosancta conficiuntur mysteria, calices p sunt, & pateræ: de quibus Bonifacius martyr, & episcopus interrogatus, si liceret in vasculis ligneis sacramenta conficere, respondit: quondã sacerdotes aurei ligneis calicibus vtebantur: nunc è contrario lignei sacerdotes aureis vtuntur q calicibus.

a ¶*Zepherin*

Source : BIU Cujas

a ¶*Zepherinus xvj.*] decimus octauus computatis Lino & Cleto.
b ¶ *Succreuit.*] argum. prælatum non posse præbendas diminuere. quod est verum sine causa, extra de excess.præl.sicut.
c ¶*Placari.*]Conde vi.meminerint.

VT *calix.*] Casvs. Statuitur in hoc c. vt calix cum patena fiant de auro vel argento, vel saltem de stanno. De ere autem vel aurichalco nullo modo fiant: quia solet æruginem colligere, & vomitū prouocare. *Nullus etiam in ligneo vel in vitreo vaſe præſumat miſſam cātare.*

d ¶ *Si non ex auro.*] cōtra.s. 12.q.1.aurum. sed illud qñ pauperes morerētur fame: quo casu vēdi possent. C. de sacrosanc.ecclesiis. e ¶ *In ligno.*] quia lignum porosum est.

« Calix an possit esse ligneus aut vitreus.

f ¶*Vitreo.*] « quia vitrum fragile est: & imineret periculum effusionis.

Consulto.] Casvs. Statuitur in hoc c. vt corporalia nō debeant fieri serica neq; tincta, sed linea debent esse, sicut fuit sindon in qua corpus Christi in sepulchro fuerat inuolutū. *Consulto*, i. consilio omnium astantiū, q̄ super hoc sunt cōsulti.

1 Anſ.l.1.c. 91.& l.9.c.5 Bur.l.3.c.96 Iuo par.2.c. 131. Pan.l.1. c.161.

g ¶ *In serico.*] corporali.
h ¶*Sed in puro.*]vt innocens & sine macula intelligatur.
i ¶ *Terreno.*] quia veram carnem mortalem & passibilem de corpore Virginis assumpsit.23.dist.qui episcopus.

« Corporalia debēt eē linea certa ratione.

k ¶*Lino.*]« quod tunsionib⁹ multis ad candorem deducitur. sic & Christus pressuris multis puenit ad gloriam: ita & boni propter pressuras ad gloriam Domini veniūt. 1.q.3.Saluator.

2 Silueſter ī epilog.cōc. Rom.idē in Pontificali. 3 Pol.l.3.ti.9 Anſ.l.9.c.2. Bur.l.3.c.99 Iuo par.1.c. 134. Pan.l.1. c.162.

Iacobus frater Domini.] Hæc est 12. pars dist. in qua ponit à q̄bus missa fuit composita. Ioan. de Fant. Casvs. istius ca. per se patet: & tractatur in his 7.c.de celebratione missæ, ostendens q̄ à ieiunis, & qua hora, & quot in die sunt celebrandæ.

†*al.Consultu* Marc.15. Luc.23.

l ¶*Iacobus.*]« ideo dicitur frater, quia valde assimilabatur ei: vel quia fuit filius sororis matris Domini.

Gal.1. « Iacobus discebatur frater domini.

m ¶*Celebrationem.*]i. ordinem celebrandæ missæ a. verba enim quibus corpus Christi cōficitur, ab ipso Domino sunt tradita, vt j. dist.prox. quia corpus & sanguis. sed etiam post alij alia addiderunt ad decorem & solennitatem, vt 11.dist.ecclesiasticarum.

a sc.q̄tū ad secretam q̄ Iacob⁹ instituit, & Basilius quædā addidit, qui longe post eū fuit, s.tpe Iuliani apostatæ. B. Isid.

Nocte sancta.]Hæc est 13.pars dist.in qua ponit quare tres missæ in natali Domini cantantur. Ioan. de Fant.

Casvs. Dicitur in hoc c. quòd in natiuitate Domini missa debet celebrari de nocte: quia nocte illa annuntiauit eum Angelus pastoribus. In alio autem tempore ante horam tertiam non debet missa celebrari: quia tali hora est Dominus crucifixus, & tali hora super Apostolos descendit spiritus ~~spiritus~~ sanctus.

n ¶*Nocte.*]de celebritate missæ 7.c. adiungit. ostendens quomodo à ieiunis cantandæ & audiendæ sunt, & quot in die, & qua hora sunt celebrandæ.

o ¶*Nocte.*]« tres missæ in die natalis Domini celebrantur. Vna ante diem b. quæ significat tempus ante legem, quando eramus in tenebris. Secunda dum diescit: & significat tempus in lege, quando non dum plena agnitio Dei habebatur. Et tertia in die: & significat tempus gratię, quando iam plena cognitio habebatur. Vnde versus:

« Missa triplex in nātiuitate Dñi p̄t cantari.

Nocte prior sub luce sequens, in luce suprema.

Sub Noe, sub Dauid, sub cruce, sacra nota.

b sc.circa med. noctis quo tēpore Christus natus est, secundùm H.

Additio. Dicas, quòd communiter loquendo debet missa dici in die, & non in nocte: quia hoc sacramentum ad tempus gratię pertinet, quod per diem significatur, secundum illud ad Ro. 13. Nox præcessit: dies autem appropinquauit, secundum Tho.

4 Beda in Marty mal. Septēb. Cōcor.cōc.Autel.3.c.14. 5 Pol.l.3.tit. 25. Anſ.l.7. c.174. Bur.l. 3.c.63. Iuo p.2.c.7.&p. 3.c.65. Pan. l.2.c.40.

p ¶ *Gloria in excelsis Deo.*]hæc verba dicta sunt ab Angelo: alia addidit Hilarius, vt j. ead.dist.de Hymnis.

†*al.altissimis*

q ¶ *Crucifixus.*] linguis, non manibus.s. de pœn. dist. 1. periculose.

Sacramenta altaris non.] Hæc est decimaquarta pars dist. secundum Ioan. de Fant.

Marc.15. Act.2.

Casvs. Dicitur in hoc cap. « quòd missæ debent tantum à ieiunis celebrari, nisi in cœna Domini. Vnde si oportet presbyterum pransum commendationem mortuorum facere, fine celebratione missæ debet hoc facere.

« ieiuno stomacho cōficiēdum est. 6 Concor.c. 29. concilij Carth.iij. 7 Anſ.l.9.c.3 « ieiunus qui dicitur.

r ¶ *A ieiunis.*] ieiuni ergo debent conficere, vt hic: & baptizare, & chrismare in fronte, vt distin. 5. vt ieiuni. & sacramentum calumniæ præstare. 22.q.5. honestum. & testimonium dicere, extra de test. placuit. & ordines conferre, & accipere. 75. dist. quod à patribus. Sed quando dicetur quis ieiunus? Pone, quòd comedo hodie: nec dormio per diem & per noctem: numquid incipiente alio die sum ieiunus? Dicant quidam c, quòd sic. argum. extra de temp.ord. litteras. aliàs somnus diceretur soluere ieiuniū, quod non credo, sed dico ieiunium esse celebrata digestione. infra distinct.2. tribus.

8 Poly.ibid. Bur.l.3.c.12. Iuo p.4.c.45 Pān.l.5.c.184. c f.H.&Ro. †*al.manducare*

s ¶ *Excepto.*] d supra 7. quæst.1.nihil contra, infra distinct.proxim. liquido. contra, infra distinct.5. vt episcopi. contra. sed derogatum est huic cap. per illa cap. & per contrariam consuetudinem, argu. supra dist.4.§.leges.

dPōt dici, q̄ istud verbum excepto ponitur inclusiue: & est sensus excepto, i. accepto & cōputato inter alios dies quasi nullo die excepto. & est si. 13.q.5.nō est nostrū. 13.q. 1. Ebron. secundùm H. & sic non corrigitur.

Olent.]Hæc est 15.pars secundum Ioan. de Fan.

Casvs. Quidam erant se ieiunare putantes, qui in quadragesima statim audita Nona antequam diuinum officium audirent, comedebant: qui non sunt credendi ieiunare. nam prius debent officium audire, & si venire non possunt, expectata hora vespertina & completa oratione sua comedant.

Zepherinus a xvj. Romanus episcopus patenis vitreis missas celebrari constituit. Tum deinde Vrbanus Papa omnia ministeria sacra fecit argentea. In hoc enim, sicut & in reliquis cultibus magis & magis per incrementa temporum decus succreuit b ecclesiarū. Nostris enim diebus, qui serui patrisfamilias sumus, ne decus matris ecclesiæ imminuatur, sed magis cumuletur, & amplificetur, statuimus, vt deinceps nullus sacerdos sacrum mysterium corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi in ligneis vasculis vllo modo conficere præsumat: ne vnde placari c debet, inde irascatur Deo o.

Item ex concilio Rhemensi, c. 6.

¶Ex qua materia calix cum patena fieri debeat. C. XLV.

1 VT calix Domini cum patena, si non ex auro d, omnino ex argento fiat. *& infra.* Si quis autem tam pauper est, saltem vel stāneum calicem habeat. De ære, aut orichalco non fiat calix: quia ob vini virtutem æruginem parit, quæ vomitum prouocat. Nullus autem in ligneo e, aut vitreo f calice præsumat missam cantare.

Item ex epistola Eusebij Papæ, & Siluestri. 2

¶ Non in serico panno, sed puro linteo sacrificium consecretur altaris. C. XLVI.

3 COnsulto omniū statuimus, vt sacrificium altaris non in serico g panno, aut tincto quisquā celebrare præsumat: sed in puro h linteo ab episcopo consecrato, terreno i scilicet lino k procreato, atque contesto: sicut corpus Domini nostri Iesu Christi in sindone linea munda sepultum fuit.

Item ex sexta synodo, c. 32.

¶ A quibus fuerit tradita missarum celebratio. C. XLVII.

12 IAcobus l frater Domini secūdum carnē, cui primū credita est Hierosolymitana ecclesia, & Basilius Cæsariensis episcopus, cuius claritas per totū orbem circūfulsit, in A scripturis addiderūt nobis missæ celebrationem m.

A ¶In scripturis addiderunt.] *Græca est,* ~~ἐγγράφως τὴν μυστικὴν ἡμῶν ἱερουργίαν παραδεδωκότες~~, ~~ὅτω τελεσθῆν ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἐξ ὕδατος~~, ~~καὶ οἶνου τὸ ἱερὸν ποτήριον ἐκδεδώκασιν.~~ *id est,* qui in scriptis tradiderunt nobis mysticum sacrificium, hoc modo in diuina liturgia sacrum poculum ex aqua, & vino conficiendum ediderunt. *Sed nihil mutatum est, tum ob glossam, tum quoniam collector de industria videtur summatim retulisse. Abest autem hoc caput ab aliquot vetustis exemplaribus.*

Item Telesphorus Papa VII. à Petro in epistola ad omnes, c. 2. 4

¶ Qua hora sunt missarum solennia celebranda. C. XLVIII.

13 5 NOcte n sancta natiuitatis Domini Saluatoris missas celebrent presbyteri, & hymnum angelicum in illis solenniter decantent: quoniam & eadem nocte o ab Angelo pastoribus nuntiatus est. *& infra.* Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis laudantium Deum, & dicētiū, Gloria in excelsis †Deo p, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Reliquis vero temporibus missarū celebrationes ante horam diei tertiam minime sunt celebrandæ: quia & eadem hora Dominus crucifixus q est, & super Apostolos Spiritus sanctus descendisse legitur.

Item ex concilio Africano, c. 8. 6

¶Non nisi à ieiunis hominibus sacramenta celebrentur altaris. C. XLIX.

14 7 SAcramēta altaris non nisi à ieiunis r hominibus celebrentur, excepto s vno die anniuersario, quo cœna Domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tēpore defunctorum siue episcoporum, siue ceterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat: si illi, qui faciunt, iam pransi inueniantur.

Item ex concilio Cabilonensi.

¶ *Sic etiam citat Iuo, & Pannormia: Burchardus autem ex decretis Syluerij Papæ: Polycarpus ex Eusebio. Habetur in capitulis Theodulphi Aurelianensis episcopi. c. 39.*

¶Ante missarum solennia circa horam nonam decantata, in Quadragesima comedere non licet. C. L.

15 8 SOlent plures, qui se ieiunare putant, in Quadragesima, mox vt signum audierint ad horam nonam, comedere †. Qui nullatenus ieiunare credēdi sunt,

Source : BIU Cujas

IN IEIVNIIS.

Hæc est 16. pars dist. in qua probat quando missæ sunt cantandæ. Ioan. de Fant.

Casvs. Iste §. cum eo qui sequitur, patet. ibi etiam est §. in prima quoque. ibi addidit etiam Gratianus, ꝙ in mane licite cantatur missa publica.

si ante [a] manducauerint, quàm vespertinum celebretur officium. Concurrendum est enim ad missas, & auditis missarum solennibus, & vespertinis officiis, & largitis eleemosynis ad cibum accedendum est. Si vero aliquis necessitate conflictus fuerit, vt ad missam venire non valeat, æstimata vespertina hora, completa oratione sua ieiunium soluat†.

In ieiuniis etiam quattuor temporum circa vespertinas horas, in sabbato vero sancto circa noctis initium missarum solennia sunt celebranda. Vnde Leo [b] episcopus [1 *Quod à patribus nostris.*] *Item Gelasius* [c] [*Ordinationes presbyterorũ.*] *Itẽ Pelagius* [d] [2 *Dilectionis tuæ rescripta.*] *Require in tractatu ordinandorum. In prima quoque parte diei missarum solennia non incongrue celebrantur.*

Vnde Leo Papa Dioscoro Alexandrino episcopo, epistola 79. al. 81. c. 2.

¶ Etiam prima parte diei missas celebrare licet. C. LI.

[3] NEcesse est autẽ, vt quædam populi pars sua deuotione priuetur, si vnius tantum missæ, more seruato, sacrificium offerre non possint, nisi [e] qui prima diei parte conuenerint. Studiose ergo dilectionem tuam, & familiariter admonemus, vt quod nostræ consuetudini ex forma paternæ traditionis insedit, tua quoque cura nõ negligat, vt per omnia nobis & fide, & actibus congruamus. Propter quod remeanti filio nostro Possidonio presbytero hanc ad fraternitatem tuam epistolam [f] dedimus perferendam: qui in nostris processionibus, atque actionibus† frequenter interfuit, & toties ad nos missus, quid in omnibus Apostolicæ [A] sedis auctoritas teneret, agnouit.

A ¶ Apostolicæ sedis.] *In epistola ipsa legitur*, quid in omnibus Apostolicæ auctoritatis teneremus. *Sed omnes Gratiani codices, & Iuo concordant.*

Item Augustinus †.

¶ Missæ peculiares non sunt in publico cantandæ. C. LII.

[4] ET hoc attendendum est, vt missæ peculiares [g], quæ per dies solẽnes à sacerdotibus fiunt, non ita in publico [h] fiant, vt propter† eas populus à publicis missarum solennibus, quæ hora tertia canonice fiunt, abstrahatur. *& infra*. Sed sacerdotes [i], qui in circuitu vrbis, aut in eadẽ vrbe sunt, & populus in vnum ad missarum publicam celebrationem conueniant [A], exceptis Deo sacratis feminis, quibus mos est ad publicum non egredi, sed claustris monasterij contineri.

A ¶ Exceptis.] *Hæc vsq; ad finem addita sunt ex Theopdulpho, Burchardo, & Iuone: apud quos possunt etiam legi alia, quæ post ver.* abstrahatur, *à Gratiano sunt omissa.*

Item Alexander secundus.

¶ Quot missas in die sacerdoti celebrari licet. C. LIII.

[5] SVfficit sacerdoti vnam missam in die vna celebrare: quia Christus [k] semel passus est, & totum mundum redemit. Non modica res est vnam missam facere: & valde felix est, qui vnam digne celebrare potest. Quidam tamen pro defunctis vnã faciunt, & alteram [l] de die, si necesse fuerit. Qui vero ꝑ pecuniis, aut adulationibus† sæculariũ vna die præsumunt plures facere missas, non æstimo euadere damnationem.

Item ex concilio Toletano 4. c. 12.

¶ Ex Saluatoris, & Apostolorum docemur exemplo hymnos cantare. C. LIIII.

[6] DE hymnis [m] canendis, & Saluatoris, & Apostolorum habemus exemplum. Nam & ipse Dominus hymnũ dixisse perhibetur Matthæo Euangelista attestãte. [Et hymno [n] dicto exierũt in montem oliueti.] Et Paulus Apostolus ad Ephesios scribit dicẽs [Implemini spiritu sancto, loquẽtes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus.] Et quia nonnulli hymni humano studio in laudem Dei, atque Apostolorum, & Martyrũ triumphos compositi esse noscuntur, sicut hi, quos beatissimi doctores Hilarius, atq; Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo, ꝙ de scripturis sanctorum canonum, vel Apostolica traditione non existunt: respuant ergo & illum hymnum ab hominibus compositum, quem quotidie publico, priuatoque officio in fine omnium psalmorum dicimus [Gloria, & honor patri, & filio, & spiritui sancto in sæcula sæculorũ, Amen.] Nam & ille hymnus [o], quem nato in carne Christo Angeli cecinerunt [Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.] & reliqua, quæ ibi sequuntur, ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec ipsi in ecclesiis canendi respui secundum eos. Hi alij dicunt quòd istæ dictiones de hymnis, ponuntur pro accusatiuo: vel carent vel carent verbo. Arch.

a ¶ *Si ante.*] " sed nonne licitum est debitori ante tempus soluere pecuniam? plus enim soluit qui ante tempus soluit, vt inst. de act. §. plus autem. Respond. verum est quando dies adiectus est fauore debitoris [a]: aliàs si fauore creditoris, ante tempus soluendo non liberatur, vt ff. de an. leg. eum qui. Ioan.

b ¶ *Vnde Leo.*] s. di. 75. quod à patribus.

c ¶ *Item Gelasius.*] s. dist. 75. ordinationes.

d ¶ *Item Pelagius.*] s. di. 76. dilectionis tuæ.

1 s. dist. 75.

2 s. dist. 76.

e ¶ *Nisi.*] hoc nisi, respicit illud verbum, priuetur.

3 Burc. l. 3. c. 228. Iuo p. 2. c. 87. & p. 3. c. 268.

f ¶ *Epistolam.*] In qua hoc c. continetur.

E *Thoc.*] Casvs. Quidam presbyter missã priuatã solebat cũ tãta solẽnitate celebrare, ꝙ populus solẽni missæ interesse nolebat: & iõ statuitur hic, ꝙ hoc fieri non debeat: sed omnes debent ad missam publicam venire presbyteri & laici.

g ¶ *Peculiares.*] peculiares dicuntur priuatę [b]. ergo omnis missa, quæ priuata non est, publica dicenda est, ex quo publice & manifeste fit.

h ¶ *In publico.*] id est, solenniter.

i ¶ *Sed sacerdotes.*] Not. sacerdotes qui per vrbem sunt, ad solennem missam debere conuenire in maiori ecclesia. Vel potius is est sensus c. scilicet vt in ciuitate & per totum episcopatum hora tertia & sacerdotes & populi conueniant ad publicas missas, quas sacerdotes eorum faciunt.

Vfficit.] Hæc est 17. pars dist. secundum Ioan. de Fant.

Casvs. Quærebatur quot missas ī die possit presbyter celebrare. Et resp. ꝙ vnam: q. Christus semel tantum pro nobis passus est. Vel duas ex necessitate: sed non pro pecunia, vel adulatione, id est, gratia fauoris humani, vel laudis acquirendæ.

k ¶ *Quia Christus.*] ergo non nisi semel debet celebrari: " sed quia quotidie peccamus: ideo quotidie pro nobis Eucharistia immolatur mystice. j. dist. 2. vtrum. "Peccamus quotidie.

l ¶ *Et alteram.*] ergo etiam in necessitate non tres, ex quo dixit, alteram. arg. 31. q. 1. quomodo. ext. de cel. mis. consuluisti. ergo adhuc remanet ieiunus post primam, cũ possit iterũ cantare aliã. arg. 7. q. 1. nihil. Quid ergo dices de vinovñ presbyter abluit digitos? non debet sumere illud si aliam vult cãtare. ext. de cel. mis. ex parte. vbi euacuatur opinio, quæ dicit, ꝙ quidquid sanguini Christi commiscetur, sanguis est. ext. de cõse. ec. quod in dubiis. Sed ibi vtrũque olim eiusdem substantię & vsiæ, non sic de vino misto sanguini. extra de cel. mis. cum Marthæ. ver. quæsiuisti.

5 Vide Valfrid. Strab. c. 21. Iuo p. 2 c. 81.

De hymnis.] Hæc est 18. pars in qua probat, ꝙ hymni sunt authentici, & debẽt celebrari. Io. de F. Casvs. Quidã reprehẽdebãt hymnos ab Hilario & Ambrosio compositos, quia nõ erant in corpore canonum, nec erant de traditione Apostolorum. Sed contra illos probatur hic, ꝙ illi & alij sunt in ecclesia canendi. Primo exẽplo Dñi, & auctoritate Apostoli. Secũdo qa in fine omnium psalmorum cãtatur hymnus ab hominibus cõposit°, s. Gloria patri, &c. & illi hymno, qui est ab angelis decãtatus nato Saluatore, quædam appositа sunt ab hominibus. Tertio qa Paulus prẽcepit vt in ecclesia fiant orationes & alia.

†al. oblationibus

6 Poly. l. 3. tit. 22.

Matth. 24.

Ephes. 5.

m ¶ *De hymnis canendis.*] de hymnis dicendis in missa vel extra, tribus cap. ostẽditur.

Casvs. In 1. parte probat auctoritate Dñi, & dicto Apostoli Pauli hymnos esse canendos. Secũdo reprehẽduntur qdã q quosdã hymnos nolebãt recipere, qa nõ ꝓcesserũt de scripturis sacrorũ canonũ, vel Apostolica tradõne. Hymn° est laus Dei cum cãtico.

n ¶ *Et hymno.*] i. benedictione data post cibum: quæ hymnus hic appellatur: quem omnes clerici facere debent, vt s. dist. 44. c. vltim. §. edent pauperes, & saturabuntur, &c.

Luc. 2.

Additio. Pone hymnum, qui dicitur post missam. Archid.

o ¶ *Ille hymnus.*] supple respuatur.

Additio. Id est, debet

Source : BIU Cujas

a ¶ *Componuntur.*] à sanctis.
b ¶ *Obsecrationes.*] i. orationes, quæ fiunt ante & iuxta cõsecrationem, vel quę fiunt adiurando: vt, per natiuitatem tuam libera nos Domine.
c ¶ *Postulationes.*] i. preces: vt ibi, Vt pacem & concordiam nobis dones, te rogamus audi nos.[a]
d ¶ *Gratiarum actiones.*]vt cum dicimus, Benedicamus Dño.
e ¶ *Sicut ergo orationes.*]quæ fiunt in ipsa consecratione.

1.Tim.1. a Et ibi, Requiê æternã dõa eis Dñe &c. scdm L. qui ita đt j. dist.2.vtrũ.

Hi duo solummodo.] Casvs. quæsitũ fuit à Leone, quare isti duo hymni, scilicet, Gloria in excelsis, & Alleluia, non cantantur in Septuagesima? Et resp. quia tunc primi hominis lapsus legitur in ecclesia, per cuius peccatũ humanũ genus est expulsum à cõuentu angelicæ iubilationis. His aũt ix. hebdomadib. tacẽtur ad significandum q. ix. ordines angelorũ pp casum decimi ordinis sunt ppediti à laude Dei, & à felicitate turbati: ad cuius decimi reformationem Deus formauit hominẽ: sed homo statim cecidit. sed postea Christo resurgente humanũ genus fuit reparatum: & tunc angelicus chorus est valde lætatus.

†al. octauus
Apoc.19. Luc.2. Psal.136. Psal.64. Esa.14.

f ¶ *Quorum.*] nomen decimi ordinis non habemus.[b]
g ¶ *Decimus.*] non ꝙ decimus cecidit: sed tot qui sufficiebant ad decimũ ordinem perficiendum.
h ¶ *A felicitate.*]significauit statũ hominũ perturbãdũ, cũ possit & dẽat timere casum suũ, vidẽs ruinã maiorũ & firmiorũ, de pœ. dist.2.c.principium.
i ¶ *Et parem.*] de pœ. di.2.c.principium inquit. ver. omnis lapis.
k ¶ *Sui generis.*]qa homines loco ipsorũ restituũtur: de quib. tot assumendi sunt quot remãserũt: iuxta illud in fi. Deuter. in canticco Moysi. Statuit terminos populorũ iuxta numerũ Angelorũ Dei. " Sed hic vr hẽri ꝙ tot ascẽdent ad gloriam, quot ceciderũt, & non plures.[c]
l ¶ *Si ex lapsu.*]per indiminut⁹ est obedientiam, vt s. dist. 34. quorumdam.
m ¶ *Perturbatus.*] more humano loquitur. arg.24.q.1.odi.
n ¶ *Resurrexit.*] prolapsus de limo inferni.

b Sub. nec habere possumus, cum non fuerint nisi nouem.
† al. admodum lætatus
" Tot ascendent ad gloriam quot ceciderunt.
c Dicit Isid. in lib. offic. bonorũ Angelorũ numer⁹ q post ruinã Angelorũmalorũ diminut⁹ est ex numero electorũ hominum sup plebitur, q numer⁹ soli Deo cognitus est, vt li. 20.c. Angelorũ nomẽ. ꝙ epi in cœna Dñi

Porro gloria.] Casvs. Dicitur hic sunt, quia in sanctarum scripturarũ libris non inueniuntur? Componuntur[a] missæ, siue preces, vel orationes, seu commendationes, seu manus impositiones, ex quibus, si nulla decantentur in ecclesia, vacant officia omnia ecclesiastica. Admonet hæc fieri, atque hortatur Timotheum Apostolus dicens [Obsecro igitur primum fieri obsecrationes[b], orationes, postulationes[c], gratiarum actiones[d] ꝓ omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus, qui in sublimitate sunt,]Sicut ergo orationes[e], ita & hymnos in laudem Dei compositos nullus nostrum, vlterius improbet: sed pari modo in Gallicia, Hispaniaq; celebrent, excommunicatione plectẽdi, qui hymnum reiicere fuerint ausi.

Leo nonus†.

¶In nouo testamento, qui hymni ab Angelis decantati inueniuntur. C. LV.

HI duo solummodo hymni ab Angelis in nouo testamento inueniuntur decantati, Alleluia, atq;, Gloria in excelsis Deo. Quos pariter in Septuagesima intermittimus: quia peccato hominis veteris à conuentu Angelicæ iubilationis expulsi in huius miseræ vitæ Babylonem, super flumina eius sedemus, & flemus, dũ recordamur illius Sion, in qua Deum decet hymnus. Quòd nouem hebdomadib⁹ alleluia intermittimus, non incongrue per nouem hebdomadas, nouem ordines angelorũ accipimus: quorum[f] decimus[g] ordo per superbiam corruens, angelicum numerum minuit, & à felicitate[h] perturbauit. Qui condolentes suę diminutionis & parẽ[i] ruinam sibi timentes, à perfecta laude creatoris fuere præpediti. Quorum reparationi, & consolationi consulens omnipotẽs Deus creator primum hominem de limo terræ formauit: qui sui generis[k] multiplicatione damna cælestis patriæ resarciret, atque angelorum gaudia suppleret, Qua spe angelicus chorus non† modicum lætatus est. Nec mirũ, si ex lapsu[l] ipsius hominis fuit perturbatus.[m] Vnde nouem ordinum concẽtus in laudem Dei creatoris permansit imperfectus: donec in Christo resurgente resurrexit[n] lapsus ille protoplastus. Ibi augmẽto sui collegij, & spe meliori angelicus exercitus gauisus in nouum alleluia consurrexit totus, & in eo perstat deuotus. Quem & nos pro modulo nostro imitantes, à Septuagesima, quando lapsus protoplasti in ecclesia recitatur, alleluia nouem hebdomadibus intermittimus, scilicet vsque in Pascha: vbi Christus resurgẽs à mortuis tristitiam nostram in gaudium vertit, & alleluia nobis reddit.

Item Nicolaus Papa Rodulpho archiepiscopo Bituricensi.

¶In cœna Domini, Gloria in excelsis, decantetur. C. LVI.

1 POrro, Gloria ĩ excelsis Deo, ab episcopis ° in cœna Domini inter missarum solennia more nostro dicenda est. Pallio vero Apostolico ᴬ ꝑ eadem ᑫ die vti est illis licitum, quibus est ab Apostolica sede permissum.

ᴬ ¶Apostolico.] *Vox ista abest ab aliquot Vaticanis codicibus: Iuo tamen habet.*

Item Zacharias ᴮ *Papa in synodo Romana, c.13. & 14.*

ᴮ ¶ Zacharias.] *Antea legebatur*, Macarius. *Emendatum est ex aliquot vetustis codicibus, & ceteris collectoribus. Et caput ipsum habetur in concilio manuscripto Zachariæ.*

¶ Cum baculo, aut capite velato ad celebrandum missarum solennia clericus non ingrediatur. C. LVII.

19 [2] NVllus episcopus[r] presbyter, aut diaconus ad solennia missarũ celebranda præsumat[s] cum baculo[t] introire, aut velato[u] capite altario Dei assistere: quoniam & Apostolus prohibet viros velato capite orare in ecclesia: & qui temere præsumpserit, communione priuetur. Cum vero ingressus fuerit episcop⁹, aut presbyter ad missarum solennia celebranda, nisi passio[x] aliqua interuenerit, nullo modo audeat data oratione recedere[y], vt ab alio episcopo, vel presbytero missarũ solennia suppleantur: sed qui initium ponit, suppleat vsque in finem, quia scriptum est [qui perseuerauerit vsque in finem: hic saluus erit.] Si quis[z] vero præsumpserit prẽter qđ posuimus, agere, à sacro corpore, & sanguine Dñi nostri Iesu Christi sit suspensus.

[Item ex decretis Soteris Papæ.]

PALEA. C. LVIII.

3 VT illud diuini oraculi singuli præcaueant, quo scribitur [væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem] summopere verendum nobis est, atque cauendum, ne horis illis, atq; temporibus, quibus Deo psallitur, vel sacrificatur, vnicuique diuinis singulariter officiis insistenti pernicios̃a passio, vel corporis quælibet inualitudo† occurrat, quę aut corpus subito subrui faciat, aut mentem alienatione, vel terrore confundat. Pro huiusmodi ergo casibus præcauẽtes, necessarium duximus instituere, vt ibi temporis, vel loci, siue clerici copia suffragatur, habeat quisque canens Deo, atque sacrificans post se vicini solaminis adiutorem: vt, si aliquo casu ille, qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, vel ad terram elisus, à tergo semper habeat, qui eius vicem exequatur intrepidus: & officium inceptum adimpleat.

cũ chrisma cõficiunt, debent dicere, Gloria in excelsis Deo: & ea die inter missarum solennia debent vti pallio sibi Apostolica sede concesso.
o ¶A*b episcopis.*] quia chrisma cõficiunt: nõ autem à presbyteris.
p ¶*Apostolico.*]i. à solo Apostolico concesso.
q ¶*Eadem die.*] inter missarum solennia, vt s. dist.100. pallium.

1 Iuo p.5. c.20.

Nvllus episcopus.] Hæc est 19. pars dist. secundũ Io. de F. Casvs. Ostensum est s. quo ordine, quaue celebritate sit missa cãtanda. Nunc ostenditur qua deuotione sit dicẽda. Dicitur ergo hic, ꝙ nullus eps presbyter vel diaconus ad celebrandam missam debet introire cum baculo ad altare, nec ibi stare capite velato: & q missam incipit, debet psi cere, nisi impediatur graui necessitate: & q cõtrafecerit à Christi corpore suspẽdatur.

2 Pol.l.3.tit. 16. Burc.l.3. c.230. & 231 Iuo par.3.c. 271. & 272.

r ¶*Nullus episcopus.*] qua deuotione sit dicẽda missa & audienda, ostendit 13.cap.
s ¶*Præsumat.*] " mitram tñ & baculũ dẽt habere eps cum prædicat. arg. dist.45. disciplina. quia tunc allegat causam Dei apud populum, vt d.c. disciplina.[d]
t ¶*Cum baculo.*] arg. ꝙ nõ debet promoueri in presbyterũ, qui sine baculo nõ potest sustentari in altari, vt diximus s.55. distin. si quis in infirmitate.
u ¶*Aut velato capite.*] s. 33.q.5. mulier. & c. hæc imago.
x ¶*Passio.*] s.7.q.1. illud. & c. nihil.
y ¶*Recederet.*] nisi in casu cũ videret puerũ sine baptismo morientẽ, dũ est ẽt ad altare, consulo vt baptizet. arg.86. dist. palce.
z ¶*Si quis.*] de hac materia not.7.q.1. nihil. & c. illud.

1.Cor.11. Syn.c.14.
" Eps p̃dicanshabeat mitram & baculum.
d Respicit p̃ced.c. disciplina. iuxta fi. & hæc ẽt fuit sniaHu. prout hic satis not. Arc.

Matth.10.

Episcopus

3 7.q.j. illud i cõc. Tolet. 11.c.14. Bur. l.3.c.73. Iuo p.2.c.126. Eccl.4.

†al. valetudo

Source : BIU Cujas

E *Piscopus.*] Hæc est 20. pars distin. in qua probat magister, quòd solus sacerdos non debet officia celebrare. Ioan. de Fant.
Casvs. Dicitur hic q̃ eps in missa debet secum habere presbyteros ex vtroque latere & diaconos & subdiaconos & minores clericos ante & retro, qui debeant eum custodire, & sacrificio consentire, & cóicare peracta consecratione iubemus.

a ¶ *Qui oculi.*] s. dist. 93. diaconi.

b ¶ *Omnes.*] quotidie. vel omnes generaliter, ter in anno, vt j. ea. dist. 2. peracta. & c. omnis homo, &c.

1 Pol. l. 4. tit. 12. Anſ. l. 6. c. 138. Burc. l. 3. c. 71. Iuo p. 2. c. 67.

Ivbemus.] Casvs. Probatur hic auctoritate Apostoli, q̃ quãuis ad innocentiã sola conscientia sufficiat, tñ pp maleuolos dẽt eps secũ hĩe presbyteros testes & diaconos in omni loco.

c ¶ *Conscientia.*] arg.

" Conscientia sola non sufficit.

" q̃ ñ sp cõscia sufficit: sed fama est necessaria. arg. 12. q. 2. quattuor. & 12. q. 1. nolo. qd verũ est cum quis habitat tñ cũ bonis, vel etiam cum malis, qui parati sunt imitari.

d ¶ *Maleuolos.*] s. 11. q. 3. sanctis. cõtra. sed illud cũ mali parati sũt reprehẽdere, nõ imitari[a]. 43. dist. scimus.

† al. præbentes

a Sub. tñ & non imitari in bono.

Hoc quoque statutum.] Casvs. Dr in hoc c. q̃ presbyter nõ debet cantare missã nisi sint duo ibi præsentes. Nã cũ presbyter dicat, Dñs vobiscũ, & orate pro me: apparet q̃ plures debent missæ interesse. Quæ aũt sequuntur, vsq; ad c. omne. plana sunt: & ea omnia p te faciliter formare poteris: & qd dr in illo c. missas. *cõfundantur*, i. *grauiter corripiantur.* Quod aũt dr in illo c. episcopus nullum. hodie non tenet, cũ non sit participandũ cum excommunicatis.

2 Pol. l. 4. tit. 13. Anſ. l. 6. c. 140.

† al. diaconos

1. Tim. 3.

e ¶ *Nisi duobus.*] pluralis. n. locutio, duorũ numero est contenta. vt 4. q. 3. §. itẽ in criminali. vers. vbi numer[a]. Nũquid necessarium est, vt sint duo clerici: aut nũquid duo laici: vel vnus clericꝰ, alter laicus, aut alter masculus, & alter femina sufficerẽt? Satis vr, q̃ debent esse duo clerici. arg. cõtra qa & populus respõdet, amẽ, vt s. 38. di. sedulo. Sed hoc respicit cõsuetudinem alicuius loci.

† al. Anacletus

3 Poly. 4. tit. 31. Anſ. lib. 7 c. 136. Burc. l. 3. c. 74. Iuo p. 2. cap. 127. Pã. l. 1. c. 159.

f ¶ *Ipse tertius.*] adeo inhærent quidã[b] verbis istius c. q̃ dicũt q̃ ipse ñ celebraret nisi duos haberet. Alij[c] dicũt vnũ sufficere. arg. ext. de fi. presb. ppo. 7. q. 1. illud. & ext. de vi. & ho. cle. vt qs-

b Vt Hu.

c Vt Hug. & Fab.

" Missa à so lo cãtari pt.

que. " Immo & inclusus missam solus cãtare põt, hoc intellige vbi cleri copia nõ suffragatur, aliàs secus. vt extra de verb. sign. quæsiuit. & ecclesiæ loquitur presbyter in plurali.

Item Anacletus Iesus Christi seruus, omnibus episcopis, epistol. 1.

¶ Quot testes episcopus sacrificans secum habere debeat. C. LIX.

20 [1] Episcopus Deo sacrificans testes secum habeat, & plures, quàm alius sacerdos: sicut enim maioris honoris gradu fruitur, sic maioris testimonij incremento indiget. In solennioribus quippe diebus aut septẽ, aut quinque, aut tres diaconos, qui oculi[a] eius dicuntur, & subdiaconos, atque reliquos ministros secum habeat: qui sacris induti vestimentis à fronte, & à tergo, & presbyteri è regione dextra læuaque, contrito corde, & humiliato spiritu, ac pro no stent vultu, custodientes eum à maleuolis hominibus: & consensum eius prębeant† sacrificio. Peracta autem cõsecratione omnes[b] communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus.

Item Lucius Papa episcopis Galliæ, & Hispaniæ, c. 1.

¶ Episcopi sine religiosis testibus, Domini sacramenta non conficiant. C. LX.

2 [2] Ivbemus[A] Apostolica auctoritate, vt semper testes vobiscũ sacerdotes, & Leuitas † habeatis. Et licet conscientia[c] propria sufficere possit: tamen propter maleuolos[d] iuxta Apostolum, etiam testimonium vos oportet habere bonum ab his, qui foris sunt: quoniam & in hac sancta sede constitutum habemus, vt duo presbyteri, & tres diaconi in omni loco episcopum non deserant propter testimonium ecclesiasticum.

A ¶ Iubemus Apostolica.] *In epistola ipsa sic legitur:* Propter tales, frattes hortamur vos, sicut in hac sancta ecclesia constitutum habemus, vt semper, &c.

Item Soter† Papa.

¶ Nisi duobus præsentibus, presbyter missam celebrare non præsumat. C. LXI.

3 [3] Hoc quoque statutum est, vt nullus presbyterorum missarum solennia celebrare præsumat, nisi duobus[e] præsentibus, sibique respondentibus ipse tertius[f] habeatur: quia cum pluraliter ab eo dicitur, [Dominus vobiscum g,] & illud in secretis [orate pro me,] aptissime conuenit, vt ipsius respondeatur salutationi.

¶ *Burchardus etiam et Iuo citant ex decretis Soteris Papæ. Et in Micrologo, cap. 2. scribitur fuisse id ab Anacleto, & Sotero statutum. Similem sententiam Burchardus lib. 3. c. 68. refert ex concilio Nannetensi c.* 30. *Fere autem idem habetur in Moguntino primo, c.* 43.

g ¶ *Dominus vobiscum.*] " hoc Dñs vobiscum, sumptum est ex veteresta. sic. n. legitur Booz salutasse messores suos. Illud autem, & cum spiritu tuo: sumptũ est ex epistola Pauli ad Timoth. Eps ẽt cũ primo salutat populũ, nõ dicit: Dñs vobiscũ: " sed pax vobis: quia hæc fuit prima vox Christi ad discipulos post resurrectionem. ergo vt se ostẽdat vicarũ Christi, ideo sic dicit. post vero dicit: Dñs vobiscũ, vt sic ostendatur esse de numero aliorũ sacerdotũ. Hic ergo habes Dñs vobiscũ. alibi amen. 38. di. sedulo. alibi, Deus in adiutorium. 7. q. 1. §. cũ ergo. alibi Kyrie eleison. Pater noster. 11. q. 3. cum aliquis. habes & alibi, Nunc dimittis, &c. Luc. 2. Item alibi, Benedicamus, &c. Danielis 3.

" Dominus vobiscum vñ sumitur. " Pax vobis, dr primo ab epo. Not. q̃ 7. vicibꝰ populꝰ salutatur ĩ missa, quatenꝰ excludit 7. vitiis capitali bꝰ suscipiãt gram septiformem, secundũ Inn. 4 & in conc. Antioc. c. 2.

5 Pol. l. 3. tit. 16. Burc. l. 2. cap. 67. Iuo p. 6. c. 163.

Item ex canone Apostolorum, 10. [4]

¶ Communione priuentur, qui vsque ad finem missarum solennia non audierint. C. LXII.

21 [5] Omnes fideles, qui conueniunt in solennitatibus[A] sacris ad ecclesiam, & scripturas Apostolorum, & Euangelium audiant[B]. Qui autem non perseuerant[h] in oratione, vsque dum missa peragatur, nec sanctã communionẽ percipiunt[i], velut inquietudines ecclesiæ commouentes conuenit communione priuari.

A ¶ In solẽnitatibus sacris.] *In tomis conciliorum ad marginem priscæ versionis sunt hæc eadem verba, quæ hic apud Gratianum, & Burchard. & Iuonem, & in Polycarpo Græce est absolute τὰς ἑορτάς, id est,* qui ingrediuntur, *& ita in codice canonum, nimirum ex versione* Dionysij.

B ¶ Audiant. Qui autem.] *Ita in eadem margine, & in Polycarpo. Sed Burchardus, & Iuo propius ad verba Græca,* audiunt, non autem perseuerant.

Item ex concilio Carthaginensi, 4. c. 24.

¶ De eodem. C. LXIII.

6 [6] Sacerdote verbum in ecclesia faciente, qui egressus[k] de auditorio fuerit, excommunicetur.

Item ex concilio Agathensi, c. 47.

¶ Die Dominico missas ex integro seculares audire debent. C. LXIIII.

Missas die Dominico sæcularibus totas audire† speciali ordine præcipimus[l]: ita, vt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat. Quod si fecerint, ab episcopo publice confundantur.

Item ex concilio Aurelianensi, 1. c. 28.

¶ Populus non ante discedat, quàm missa ex integro celebretur. C. LXV.

7 [7] Cvm ad celebrandas missas in Dei nomine conuenitur: populus non ante discedat, quàm missæ solennitas compleatur, & vbi episcopus non fuerit, benedictionem[m] accipiat sacerdotis.

Item ex concilio Carthaginensi, 4. c. 88.

¶ Excommunicetur, qui prętermisso ecclesiæ conuentu ad spectacula vadit. C. LXVI.

8 [8] Qvi die solenni, prętermisso solenni ecclesiæ conuentu ad spectacula vadit, excommunicetur.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 84.

¶ Vsque ad missam catechumenorum nullus ecclesiam ingredi prohibeatur. C. LXVII.

22 [9] Episcopus nullum prohibeat[n] ingredi ecclesiam, & audire verbum Dei, siue gentilem, siue hęreticum, siue Iudęum, vsque ad missam catechumenorũ.

Item Anastasius episcopus, episcopis Germaniæ, & Burgundiæ, epist. 1. c. 1.

k *Acerdote.*] ¶ *Qui egressus.*] quasi minus litterarum contemnens, vt s. 38. dist. sedulo.

l *Missas.*] ¶ *Præcipimus.*] " hoc dico præceptum esse. vñ cõtra pręceptũ faciũt, q̃ dieb. dñicis nõ audiũt missam, nisi aliqua necessitas cogat: sicut & corpus Christi accipitur ter in anno. j. dist. 2. etsi non frequentius.

† al. tenere

" Missa ĩ die Dñico est ẽ præcepto.

m *Cvm ad celebrandas.*] ¶ *Benedictionem.*] s. 26. q. 6. ministrare. contra. Sol. ibi solennis bñdictio q̃ ante missæ consummationem à solis põtificib. celebratur, inhibetur ꝓsbyteris: hic aũt post consecrationem cuilibet sacerdoti populũ bñdicere permittitur. sed & pręsente epo, nec benedicere volente sacerdos benedicet si celebrauit missam, vt not. 95. dist. ecce.

7 Burch. l. 3. cap. 29. Iuo p. 3. c. 34.

8 Iuo p. 4. c. 8

Episcopus.] Hæc est 22. pars dist. secundum Ioan.

9 Bur. l. 3. c. 28. Iuo p. 3. c. 33. Pan. l. 2. c. 41.

n ¶ *Prohibeat.*] s. 21. dist. cleros. in fi. contra. j. di. 4. eos. contra. 11. q. 3. excommunicatos[d]. Sed dic vt solui. s. 35. q. 3. de incestis. nam hic de hæretico non pręciso loquitur, ibi de eo qui sequitur hæresim iam damnatam. H. dicit hoc abrogatum[e] esse. vel loquitur de illis, de quorum correctione est spes aliqua, vt j. dist. 4. Iudæi. aliud est si venirent causa sub sannandi vel deridendi.

d Idẽ cõtra 34. q. 3. c. clericũ. 25. dist. perlectis. in princ. 1. q. 1. non liceat.

e Ad hoc s. 1. q. 2. non liceat clericis vbi de hoc. Idẽ not. 25. dist. c. j. Arc.

Source : BIU Cujas

a *Apostolica.*]Hæc est 23. pars dist. secundum Ioan. de Fan.
a ¶*Adorent.*]id est, venerentur.
Omnis Christianus.]Hæc est 24. ears dist. secundum Io. de Fan.
Casvs. Probatur in hoc c. auctoritate Moysi, & sanctorũ patrum cõsuetudine, q̃ Christiani debent aliquid offerre in missa. Primo. n. dẽmus ad Christũ cõfugere: sed qdã præpostere, pr⁹ q̃rũt cõsilium humanum, & postea diuinum.
b ¶*Vacuus.*]bonis operibus, vel ad litterã. & est consilium in dieb. priuatis scilicet: sed in dieb. festiuis præceptũ: "& ita videtur q̃ oblationes sint ex debito exigẽdæ. & ad eas dãdas parochiani sunt cogẽdi. arg. 16. q. 1. statuimus. ar. cõtra. 12. q. 1. duo. Sed credo q̃ si sacerdos pauper est, potest eis diuina officia subtrahere nisi dẽt[a] ei oblationes: vt vero quæ, &c. vbi satis not. ð mria Ado⁹ gl. & qũo hoc c. intelligi dẽt, s. de solennib⁹ festiuitatibus locorũ. Arc. 2 Pol. l. 3. tit. 16. Ans. l. 5. c. 40.
Exod. 24.
c ¶*In collectis.*]quas faciebãt sancti patres, p recipiẽdis pauperib.
d ¶*Est confugiendum.*] orando, non tentando, & ita non est contra. 22. q. 2. quæritur.

Q *Vando autem.*] Hęc est 25. pars dist. secundum Ioan. de Fant.
Casvs. Dicitur hic q̃ in ratione debet homõ cogitare de Deo tñ. vñ cum presbyter dicit: Surs̃um corda, populus rñdet, Habemus ad Dñm. & hoc fit ad notãdum q̃ tũc tñ de Deo debemus cogitare, & de his q̃ spectãt ad salutem, vt diabolus excludatur.
e ¶*Cogitet.*] nam hoc genus mendacij esset. 12. q. 5. cauete.

I *Nuenimus.*] Hæc est 26. pars dist. secundum H.
Casvs istius c. in quo dicitur q̃ ix. sunt præfationes, decima tñ postea addita est, vt 70. di. sanctorum. *Catalogo*, i. ordine ecclesiastico, vel numero, vel computatione.
f ¶*Inuenimus.*] quot sunt canonicæ præfationes, ostendit.[b]
g ¶*Nouem.*]addita est & decima, vt dist. 70. sanctorũ canonum, s. æquum, & salutare.
h ¶*Vnam.*] & te quidem omni tempore.
i ¶*Aliam de ascensione.*] qui post resurrectionem suam.
k ¶*Tertiam.*]q̃ ascendens super oẽs cęlos.
¶ *Quartam.*] quia per incarnati verbi mysterium.

1 Burc. l. 3. c. 103. Iuo p. 2. c. 138. &p. 6. c. 93.
bEt hoc iõ, qa i c. pced. fcã erat mẽtio ð p̃fatione cui sp p̃mittitur, surs̃um corda.
3 Pol. l. 3. tit. 20. Ans. l. 7. c. 111. Bur. l. 3 c. 69. Iuo p. 1 c. 77. Pan. l. 1. c. 158.

¶Euangelia non sedendo, sed stando audire debemus. C. LXVIII.

23 [1] APostolica auctoritate mandamus, dum sancta Euangelia in ecclesia recitantur, vt sacerdotes, & ceteri omnes præsentes, non sedentes, sed venerabiliter curui [A], in conspectu Euangelij stantes Dominica verba intente audiant, & fideliter adorent. [a]

A ¶ Curui.] *Sic in originali, & apud Iuonem par. 6. c. 93. sed apud eumdem, par. 2. c. 138. & apud Burchardum vox ista non habetur.*

Item Gregorius VII. in synodo Rom. habita an. Dom. 1078. c. 13.

¶ Ad missarum solennia semper aliquid est offerendum. C. LXIX.

24 [2] OMnis Christianus procuret ad missarũ solennia aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriam, quod Deus per Moysem dixit [Non apparebis in conspectu meo vacuus [b].]Etenim in collectis [c] sanctorũ patrum liquido apparet, q̃ omnes Christiani offerre aliquid Deo ex vsu sanctorum patrũ debent. Ad ipsum [A] enim prius est confugiendum [d], qui nostræ curare possit animæ passiones. Verum homines præpostero ordine ante sibi opem ab hominibus accersunt. Vbi autem humana subsidia defecerint, tunc opinantur diuini postulandam fauoris gratiam.

A ¶ Ad ipsum.] *Hinc vsque ad finem capitis non habentur ibi apud Gregorium, neque apud Anselmum, aut Polyc.*

Item Cyprianus sermone 6. de oratione Dominica.

¶ Quare[surs̃um corda]in præfatione dicitur. C. LXX.

25 QVando autem stamus ad orationem, fratres dilectissimi, vigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus: cogitatio omnis carnalis, & sæcularis abscedat: nec quidquam tunc animus, quam id solum cogitet [e], quod precatur. Ideo & sacerdos ante orationem præfatione præmissa parat fratrum mẽtes dicendo[surs̃um corda,]vt dum respondet plebs [habemus ad Dominũ] admoneatur nihil se aliud, quam Dñm cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat, nec ad se hostẽ Dei, tempore orationis adire patiatur.

Pelagius II. Romanæ ecclesiæ, & Apostolicæ sedis episcopus vniuersis Germaniarum, atque Galliarum episcopis.

¶ Quæ præfationes in missa sunt cantandæ. C. LXXI.

26 [3] INuenimus [f] has nouem [g] præfationes in sacro catalogo tantũmodo recipiendas, quas longa retro vetustas in Romana eccleſia hactenus seruauit, id est, vnam [h] in albis Paschalibus, aliam de Ascẽsione [i] Domini, tertiam [k] de Pentecoste, quartam [l] de Natali Dñi, quintã [m] de apparitione Dñi, sextam [n] de Apostolis, septimã [o] de sancta Trinitate, octauã [p] de Cruce, nonam [q] de ieiunio in Quadragesima tantummodo dicendam. Has præfationes tenet, & custodit sancta Romana ecclesia: has tenendas vobis mãdamus.

Item ex concilio Cabilonensi, 2. c. 39.

¶ In omnibus missarum solennibus pro defunctis oratio fiat. C. LXXII.

27 [4] VIsum præterea [r] nobis est, vt in omnibus missarũ solẽnibus pro defunctorum spiritibus loco cõpetenti [s] Dominus deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur [t], qua non pro viuentibus, & pro quibuslibet necessitatib⁹ Dominus deprecetur, ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces Domino in missarum solennibus fundantur.[5] Antiquitus igitur hunc morem sancta tenet ecclesia, vt & in missarum solennibus, & in aliis precibus Domino spiritus quiescentium cõmendet: dicente B. Augustino[nõ sunt prætermittendæ supplicationes pro spiritibus defunctorum: quas faciendas pro omnibus in Christiana, & catholica societate laudamus [A]. [6] Defunctorum [u] etiam tacitis nominibus [x] eorum, quos sub generali [y] cõmemoratione [z] suscepit ecclesia: vt quibus ad ista desunt parentes, aut filij, aut quicũq; cognati, vel amici, ab vna eis exhibeantur pia matre cõmuni [a].

A ¶Laudamus.] *Apud collectores sunt nonnullæ varietates. B. Augustinus (a quo parum variat & concilium, & Amalarius libr. 4. c. 42.) sic habet*: quas faciendas pro omnibus in Christiana, & catholica societate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumque, sub generali commemoratione suscepit ecclesia. *Ceterum glossa fecit, ne mutaretur.*

Item Innocentius episcopus vrbis Romæ Decentio Eugubino, epist. 1. c. 2.

¶ Ante preces non sunt à sacerdote nomina recitanda. C. LXXIII.

DE nominibus recitandis [b], antequam [c] precẽ sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, oratione sua commendet, quàm superfluum sit, & ipse pro tua prudentia recognoscis: vt cuius hostiam nec dum Deo offeras, eius ante nomen insinues [d]: quamuis [e]

Visum præterea.] Hæc est 27. pars dist. secundum Ioan. de Fant.
Casvs. Probatur in hoc cap. auctoritate Aug. q̃ pro defunctis nominibus tacitis, in missa & aliis precib. debet orari omni die, sicut & p viuentibus oratur quotidie, vt p eis oret mater ecclesia, quibus desunt preces parentum.
r ¶*Visum præterea.*] Not. "in omni missa memoriam & orationem esse faciendam pro defunctis. istud ostendit duobus cap.
s ¶*Loco competenti.*]i. in secreta missæ.
t ¶*Excipitur.*]" excipitur sexta feria ante Pascha: in qua secundum ordinem Romanũ non conficitur: sed oblatio præcedentis diei cũ vino sumitur: & excipitur ẽt sabbatum sequens: quia potius refertur ad Dominicam sequentem. 3. dist. 3. sabbato.
u ¶*Defunctorum.*] id est, pro spiritibus defunctorum.
x ¶*Etiam tacitis nominibus.*]in secreta.
y ¶*Sub generali.*] fit pro omnibus simul, & prodest cuilibet ac si specialiter pro eo fieret. de consecr. dist. 5. non mediocriter.
z ¶*Commemoratione suscepit ecclesia.*] supple nõ sunt p̃termittẽdæ supplicationes.
a ¶*Pia matre communi.*]i. ecclesia tota.

De nominibus.] Casvs. Decentius eps q̃rebat à Papa vtrũ in secreta missæ illorũ nomina debeant recitari à presbytero, p quib. vult sacrificia offerre. Resp. Papa superfluum esse vt eius nomen recitetur pro quo hostia nondum est oblata.
b ¶*De nominibus recitandis.*] populo cõmemorare possumus ergo eorũ nomina recitãdo. "sed in Missa vel oratione aliqua Missę vel in secreta specialiter nomina eorũ ex primere nõ debemus.
c ¶*Antequam.*] nec ante, nec post.
d ¶*Insinues.*] quasi nõ ante, sed post debet insinuari Deo.
e ¶*Quamuis.*]non ergo recitantur ideo q̃ Deus addiscat: sed vt supplicantium deuotior reddatur affect⁹. arg. 13. q. 2. cum grauia. & c. non æstimemus. H. nominari ergo possunt.

4 Burc. l. 3. c. 64. Iuo p. 3. c. 66.
"Conficere non licet in sexta feria añ Pascha.
5 13. q. 2. non existimem⁹.
6 in libr. de cura p mortuis agenda, c. 4.
" Oratio p defunctis fiat in omni missa.
" Nomina aliquorũ ñ sunt i Missa exprimẽda.

Source : BIU Cujas

N *sacramentorum.*] Hæc dist. diuiditur in 28. partes: In quarum prima probat per 7. c. q. ex pane tritici & vinitis cum aqua conficitur corpus & sanguis Christi. Se cũda ibi, *Nihil.* Tertia ibi, *Pacem.* Quarta ibi, *Relatum.* Quinta ibi, *Quotidie.* Sexta ibi, *Triforme.* Septima ibi, *Tribus gradib.* Octaua ibi, *Qui scelerate.* Nona ibi, *Si per negligentiam.* Decima ibi, *Peruenit.* Vndecima ibi, *Sacerdotum.* Duodecima ibi, *Institutio.* Tertiadecima ibi, *Sacrificium.* Quartadecima ibi, *Quia corpus.* Quintadecima ibi, *In quibus.* Sextadecima ibi, *Ego Berengarius.* Decimaseptima ibi, *Semel Christus.* Decimaoctaua ibi, *Liquido.* Decimanona ibi, *Panis.* Vigesima ibi, *Panem de altari.* Vigesimaprima ibi, *Reuera.* Vigesimasecunda ibi, *Iteratur.* Vigesimatertia ibi, *In Christo.* Vigesimaquarta ibi, *In calice.* Vigesimaquinta ibi, *Sicut.* Vigesimasexta ibi, *Presbyter.* Vigesimaseptima ibi, *Qui bene.* Vigesimaoctaua ibi, *Pro dilectione.* Io. de Fant.

1 Pol. l. 3. ti. 9 Ans. l. 9. c. 1. Burc. l. 5. c. 5. Iuo p. 2. c. 15 & 68.

† al. *sacrificio*

Casvs. Dicitur in hoc cap. quòd in altaris sacrificio debent apponi tantum panis & vinum aqua mistum: & hoc ideo, quia de latere Christi fluxerunt sanguis & aqua in passione sua.

a ¶ *In sacramentorum.*] Hic intitulatur 2. dist. in qua agitur de sacramento Eucharistiæ. Et licet baptismus sit ianua omnium sacramentorum [a]. & necessarior. 22. dist. §. verum. hoc tamen dignius est: & ideo tractat prius de eo, & propter seriem operis apertius continuandam. cum enim tractauit in præced. dist. de celebratione missæ: & tota vis missæ constet in consecratione corporis Christi: merito de eo subdit: & tractat de hoc sacramento in hunc modum. Primo agit de forma sacrificandi. Secundo de reuerentia suscipiendi & tractandi & seruandi hoc sacramentum. Tertio de triplici continentia eius. De forma sacrificandi agit vsque ad illud c. nihil. De reuerentia suscipiendi agit etiam vsq; ad illud c. sacrificium. Exinde de his quæ in sacrificio continentur. Circa quod considerãdum est à quo, vbi, & quando fuit hoc sacramentum inuentum, & quæ forma conficiendi illud, & quæ in eo sunt necessaria, & de triplici eius continentia: & post supponemus quasdam opiniones de confusione ipsarum rerum. Fuit autem institutum à Domino. ĩ. e. quia corpus. & in cœna. ĩ. ea. liquido. Et quando? post typicum pascha completum, cum comedit agnum cum Apostolis. ĩ. e. accipite. Formam habemus in c. ĩ. c. accipite. Sunt autem tria necessaria, panis, vinũ, & aqua. ĩ. e. in sacramento. " Continentur autem tria in hoc sacramento: forma visibilis panis & vini: veritas corporis & sanguinis Christi: & virtus spiritualis, i. virtus vnitatis & charitatis, i. æterna coniunctio & dilectio Christi ad ecclesiam. 21. dist. §. 1. ibi, Rogaui pro te Petre, ne deficias, &c. Primũ est sacramẽtum tantum, & non res sacramenti. Secundum est sacramentum, & res sacramenti. Tertium est res sacramenti tantum, & non sacramentũ: & hoc est quod dicitur ext. de cel. Mis. cum Marthæ. §. distinguendũ. Fit autem conuersio rerum secundũ quosdam: quia panis conuertitur in corpus, & vinum in sanguinem: aqua in nihilum: sed significat regenerationem tantum, quæ fit per aquam. contra istos est, quia qui puram aquam sumit, post non conficiet. 7. q. 1. nihil. Sed contra. ĩ. e. relatum. sed non fuit ibi pura aqua. Alij dicunt quòd vinum & aqua conuertuntur in sanguinem: licet philosophi dicant contra, quòd aqua & vinum non commiscentur per minima, i. non ita quòd inseparabilia sint. Alij etiam dixerunt, sed pessime, quòd aqua conuertebatur in aquaticos humores. Alij dicunt quòd corpus Christi post consecrationem solum est sacramentum & figura. ĩ. ea. ego Berengarius. & hæc traduntur ext. de cele. Mis. cum Marthæ. & c. in quadam. Sed opinio verior est, q; vinum & aqua non vt duo, sed vt vnum compactum transmutantur, ext. de celeb. Mis. cum Marthæ. §. verum. & c. in quadam. De eo tamen quod dicitur quòd panis conuertitur in corpus Christi, variæ sunt opiniones. Vna asserit quòd illa substantia, quæ fuit panis primo, postea est caro & sanguis Christi. arg. ĩ. e. panis est in altari. & c. quia corpus. Secunda opinio tenet quòd substantia panis & vini ibi desinit esse, & remanẽt accidentia tantum, scilicet, sapor, color, pondus, & similia: & sub illis accidentibus incipit ibi esse corpus Christi. Tertia tenet* quòd remanet ibi substantia panis & vini, & in eodem loco & sub eadem specie est corpus Christi. arg. ĩ. ead. ego. quælibet tamen opinio fatetur ibi esse corpus Christi. Secunda opinio verior est, vt extra de sum. tri. firmiter. §. vna.

a Vt 37. dist. §. verũ. c. ad hoc. ext. de psb. nõ bapt. veniẽs. Arc.

" Eucharistiæ sacro tria continentur.

* Et hæc falsa est.

a ¶ *In sacramentorum.*] de forma sacrificandi, scilicet quæ debent offerri in sacramento Eucharistiæ. 7. cap. ostendit.

b ¶ *Oblationibus.*] id est, in ipsis oblatis, quæ sunt sacramenta.

c ¶ *Quia vtrumque.*] hæc ratio non est sufficiens [b]: sed est ratio: quia Christus hoc statuit dicens: Hoc facite in meam commemorationem. ĩ. e. in Christo semel. Alia ratio est, quia aqua significat redemptionem. ĩ. ead. cum omne. & ita tria sunt significãtia ibi: aqua, vinum, panis: & ita tria sacramenta. ĩ. ea. non oportet.

b Sed est q. dã administrans. B. L.

c ¶ *Quia vtrumque.*] id est, vtriusque sacrificium vel significatum. ĩ. e. in calice. scilicet sanguis in quem conuertitur vinum & aqua. ĩ. dis. e. panis est in altari. nomine sanguinis dicitur quilibet humor humani corporis. hic non inuenitur, nisi large accipiatur nomen sanguinis. vnde vinum in sanguinem conuertitur, & aqua * in alios humores: ita quòd aqua dcitur profluxisse, id est, alij humores de latere Christi.

2 Poly. ibid. Ans. l. 9. c. 4.

* Imo aqua in vinum & totũ vinũ in sanguinem.

" Sed numquid vera aqua, aut humor aquæ similis fluxit? si vera aqua, quando fuit illa creata? numquid in corpore, aut in egressu à corpore? si humor fuit sine aqua, quod fuit ibi miraculum? Resp. secundum H. separatum [c] & cum segregatione fluxerunt. Alij tamen dicunt, vt Mel. & Baz. quòd vera aqua: & extra corpus illius fuit illa creata: sicut fuit cum fluxit aqua de petra educta. ĩ. ead. reuera. Igitur quota pars debet esse aquæ in calice? Videtur quòd medietas. arg. ff. de vsufruct. etiam partis. ff. de contrah. emp. domum. sed hoc relinquo arbitrio prouidi sacerdotis, id est, quamdiu dicatur quòd vinum sit, vel aqua. Dic quòd poni debet plus de vino semper quàm de aqua.

" Aqua quæ fluxit de latere Christi an fuerat vera aqua.

c ista fuit sñia Hu. & illa q̃ pxime sequitur, vñ clarius & planius diceret, & fuit vera aqua, &c. Arc.

S*ic in sanctificando.*] Casvs. Dicitur in hoc cap. quòd in sacrificio non debet offerri vinum sine aqua, nec aqua sine vino: sed simul illa duo, vt perfectum sit sacrificium, sicut & corpus Christi non de farina solum, sed de pane perfecto debet confici.

d ¶ *Incipit.*] id est, sine Christo: quia non conficitur, maxime quantum ad salutem plebis. ĩ. ea. cum omne.

e ¶ *Sine Christo.*] " id est, sine tali sacramento quod de eius latere profluxit, scilicet, sanguis [d] & aqua, vt s̃. cap. 1. & 2. & ĩ. c. 3. Vel sine Christo, id est, ecclesia, quæ, scilicet mysticum corpus Christi est, quod est dicere: sanguis non prodest corpori Christi, quod est ecclesia, id est, nobis. s̃. dist. proxim. ecclesia. non enim vinum tantum dicitur corpus Christi. vel sine saluatione Christi, id est, Christianorum. secundum hoc videretur, quòd Christus dicatur Christianus populus. ad hoc facit extra de sacr. vnct. c. 1. hæc ostendit Apostolus in epistola ad Corinth. Sicut omnia membra vnum sunt corpus: ita vnus Christus sunt, vt ĩ. ea. dist. cum omne. H. vero qui non posse confici sine aqua dicit: exponit sanguis, id est, vinum, quod significat sanguinem.

" *Aqua an* sit de necessitate cõsecrationis.

dId est, sanguinis Xp̃i effusio, inci pit, id est, oſtẽditur esse sine Xp̃o, i. sine vnitate corporis Christi, qđ est ecclesia, secundũ Io. đ Fan. & H.

f ¶ *Confusa.*] id est permista.

g ¶ *Spirituale.*] spirituale dicitur corpus, quod nihil habuit quod ei obstaret: sicut Christus ianuis clausis intrauit ad discipulos: palpabilem tamen se exhibuit: quod non faceret spiritus. vnde spiritus nec carnem nec ossa habet, &c. " ad cuius similitudinem corpora nostra agilia erunt, vt licet clausa essent in solidissimo corpore ferreo vel marmoreo, possint tamen exire. Vel ideo spirituale, quia ibidem signatur nostra redemptio. infra ead. cum omne. Vel spirituale, quia cæleste efficitur: & tunc rei spiritualis & cælestis, scilicet coniunctionis ecclesiæ ad Christum efficitur sacramentum. vinum enim sanguinem: aqua vero plebem significat. horum autem confusio salutis nostræ est sacramentum. in commistione enim vini & aquæ consignatur plebis per Christum facta redemptio. infra ead. cum omne.

" *agilitas est dos corporis glorioſi.*

h ¶ *Calix.*] no. diuersitates circa illud sacramentum inter doctores. " nam dicunt quidam quòd ex vino sine aqua non potest confici sanguis Christi. H. dicit quòd potest, licet non debeat fieri. Item dicunt aquam esse admiscendam in calice de honestate tãtum*. verumtamen vbicumque admiscatur, conficietur sanguis. Item dicunt quidam quòd ex nectare vel vino cocto conficietur quidquid ei admiscatur. H. tamen dicit quòd non: quod verius est. Item de aceto conficitur*, si ex vino factum fuit: alias non: quia prope eadem vsia est. ff. de contrah. empt. in venditionibus. tamen in omnibus his misturis transubstantiatur. Item not. quòd de agresta non potest confici sanguis. infra eadem, cum omne. contra. de musto ex vuis & racemis potest ex necessitate: de aliis non, s. de pomis & huiusmodi. Sed quando dicemus quòd possit? quando incipit esse vinum. Sed quando incipit esse, consulendus est vsus in hoc casu. Item

" Sanguis Christi vtrũ possit ex vino sine aqua confici.

* Admiscetur de pcepto cõc. Trid. sess. 22. c. 7.

* Nõ de aceto ꝓprie, s̃ de vino acescẽte, l̃ pecet, q ex tali cõficit. S. Tho. p. 3. q. 74. ar. 5. ad 2

Hæc tñ. glo: rejecta & condemnata. ē. per Victoriam q. 59 ... quam glosa ... Juris canonici ...

Source : BIU Cujas

[c] Panis ad cõficiẽdum dẽt esse ex frumento.

"Item circa panẽ no. q̃ de alio pane nõ potest confici corpus Christi nisi de frumento, vt j̃. e. in sacramento. & si alia farina admisceatur frumento, illa non transubstãtiatur. & in hoc non est diuersitas. Sed in alio est, quia dicit H. q̃ non possumus conficere nisi de frumento, vel de pane fermentato in ecclesia occidẽtali: & si fiat, nihil agitur. Baz. contra q̃ cõficiatur corp⁹ Christi. Item nec cõfici potest si farina non cum aqua, sed cum alio liquore admisceatur.

a ¶*Nec corpus.*] i. panis sub cuius specie iacebit corpus Christi, qui est transubstantiatus in corpus Christi.

b ¶*Potest.*] i. nõ potest cõfici ex farina sola, s. ex solo pane multorũ compage consolidato: nec aqua sola, &c.

c ¶*Nisi vtrumque.*] i. farina & aqua. Quid si ex mellevel alioliquore fuerit farina aspsa. nũquid transubstantiatur ille panis in corpore Christi? Non.

1 Sent. 4. distinct. 10. §. sed videꝰ. Luc. 22. 1. Cor. 11.

Scriptura dicit vt] Casvs. Dicitur hic q̃ vino quod offertur in sacrificio, aquã miscere debemꝰ: sicut Dominus fecit. si quis autẽ ex antiquis hoc prætermiserit, põt ei venia concedi: nobis autem qui per scripturas instruimur, nõ it a parceretur.

†*& viderit*] orig.

"Græci cõficiunt in panibus fermentatis.

d ¶*Feciſſe.*]" vide vicletissimum ar. contra Græcos. verisimile enim est q̃ Dominus azymis vsus est propter ritum Iudæorum: & nos azymis vti debemꝰ. G. tũc in domibus eorũ non erãt fermenta. verisimile tamen videtur, q̃ alicui doctorũ eorum reuelatum fuerit q̃ conficerent in fermẽtatis. ar. cõtra. j̃. di. 3. nosse.

2 Cõcor. l. 1. §. fi. ff. de e-dend. & l. si qs id. §. doli ff. de iu. om. iu. & ĩ aut. d̃ instr. cau. & fide. §. hæc autẽ omnia 3 in capitul. græc. synod. a sc. partim: sed non ex toto. Arch.

e ¶*Ignoranter.*] arg. q̃ ignorantia iuris excusat[a] s̃. 24. q. 1. si qs dederit. s̃. di. 8. consuetudo. 31. q. 1. de his. s̃. dist. 52. solicitudo.

†*al. sanctuario*

f ¶*Vel ſimpliciter.*] sed nonne exemplũ Domini ita potuit eos instruere sicut & nos? quare ergo excusabãtur? Sed dic q̃ nos docuerunt patrum sacrę scripturæ d̃ ipso Christo, quas forte ipsi nõ habuerunt.

4 Et ĩ Afric. c. 4.

Additio. Argu. s̃. 96. dist. in scripturis.

g ¶*Ignoſci.*] ar. post admonitionem non esse parcendum. 12. q. 2. in digne.

5 Bur. l. 5. c. 3. & 4. Iuo p. 2 c. 13. & 14.

†*al. sacramentis*

sibi misceatur: quomodo nec corpus [a] Domini potest [b] esse farina sola, aut aqua sola, nisi vtrumq; [c] adunatũ fuerit, & copulatum, & panis vnius compage solidatum.

a ¶Sine Christo.] *Apud B. Cyprianum sic legitur*, sanguis Christi incipit esse sine nobis: si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo: *quæ verba referuntur etiam j̃. ea. c. cum omne. Sed ob gloſſam non est mutatum. Multa vero alia, vbi illa non obstabat, ex ipsa epistola sunt emendata, itemque in sequenti capite.*

Idem in ead. epiſtola.

C. III.

[1] Scriptura dicit [Quotiescunque enim ederitis panem istum, & calicem istum biberitis, mortem Domini annuntiabitis, quoadusque veniat.] Quotiescunque ergo calicem in commemorationem Domini, & passionis eius offerimus, id quod constat Dominum feciſſe[d], faciamus. Sed videt frater charissime, si quis de antecessoribus nostris vel ignorãter [e] vel simpliciter [f] nõ hoc seruauit, & tenuit, quod nos Dominus facere & exemplo, & magisterio suo docuit: potest simplicitati eius de indulgentia Domini venia concedi [2]: nobis vero non poterit ignoſci [g], qui nunc à Domino admoniti, & instructi sumus, vt calicem Domini cum vino mistum, secundum quod Dominus obtulit, offeramus.

Item ex concilio Martini Brachar. c. 55. [3]

¶Præter panem, vinum, & aquam in sacramento nihil debet offerri. C. IIII.

NOn oportet aliquid aliud in sacramento† offerri, præter panem, vinum [h], & aquam: quę in typo Christi benedicuntur: quia, dum in cruce penderet, de corpore eius sanguis effluxit & aqua. Hæc tria vnum [i] sunt in Christo Iesu: hæc hostia [k] & oblatio Dei in odorem suauitatis.

Item ex concilio Carthagin. 3. c. 24. [4]

¶De eodem. C. V.

[5] In sacramẽto† corporis, & sanguinis Domini nihil amplius

Non oportet.] Casvs. Hoc c. patet. *In typo.* id est, in figurã, & significatione. *Hæc tria vnum sunt*: idest, in vnum corpus Christi transeunt. Similiter sequens c. patet.

h ¶ *Præter panem vinum.*] quæritur an vinum & aqua transeant in sanguinem tantum? Respondit sic. extra de celebra. Miss. cum Marthæ. §. verum. Alij dicunt quòd non: sed vinum in sanguinem, & aqua in aquam *, id est, vitalem humorem aquaticum, sicut enim in humano corpore quattuor humores sunt ad instar quattuor elemẽtorum. extra eo. in quadam. sic in corpore Christi. vnde sic expone: hæc tria sunt vnum in vno Christo, & hæc tria sunt tria, & tantum tria: quia vinum in sanguinem, & aqua in aquã, & panis in corpus conuertitur.

* Aqua vertitur ĩ vinũ, & vinum in sanguinem, S. Th. ex Innoc. iij. p. 3. q. 74. art. 8. in corp.

i ¶*Vnum.*] idest, in vnum transeunt corpus Christi: tamen hoc in illud, & illud in aliud, & tertium in aliud conuertitur: & tamen pro vno reputatur. vt j̃. e. comperimus.

k ¶*Hoſtia.*] & nihil ibi conuertitur.

l IN *sacramento.*] ¶*Tradidit.*] arg. "quòd Dominus miscuit aquam cum vino, s̃. e. scriptura. & nos miscere debemus: quia docti viri cautela, &c. 81. dist. legitur.

" Dñs miscuit aquã cum vino.

m ¶*Et frumentis.*] i. panem frumẽti: quia Christus fuit granum frumenti, de pœ. di. 2. cũ sanctam. sed sicut dicitur ab eis, qui experti sunt, lolium de frumẽto nascitur, vt dist. 56. nasci. nũ quid si de lolio fiat panis, ille per verba transsubstantiatur? non. "nunquid si frumento addatur piper, cõuertitur in corpus Christi? Non, sed reliquum tantũ. quare non ita reliquum conuertitur si fermentum addatur *? Quia ibi nihil est azymi, cuius possit fieri consecratio: & ideo nihil conuertitur. arg. 24. q. 3. resecandæ.

†*al. primitiis*

"Piper frumento addi tũ nõ trãsit in corpus.

* Imo ẽt in fermentato conficitur. Peccaret tñ presbyter ĩ ecclesia Latinacõficiẽs de pane fermẽtato. S. T. p. 3. q. 74. artic. 4. in cor.

offeratur, quàm ipse Dominus tradidit [l], hoc est panis, & vinum aquæ mistũ. *& infra.* ¶Nec amplius in sacrificiis† offeratur, quàm de vuis, & frumentis. [m]

Item ex sexta ſynodo, c. 28.

¶Oblationis sacrificio vuas nemo coniungat. C. VI.

DIdicimus, q̃ in quibusdam ecclesiis sacerdotes sacrificio oblationis coniungant vuas, quæ secundum vsum in altari offeruntur, & sic simul vtraque populo dispensent. Præcipimus igitur, vt nullus sacerdos hoc vlterius faciat: sed in remissionem peccatorum populo oblationem solã distribuat: & vuas seorsum benedictas [n] populus, qui petierit, accipiat, et fructuum [A] gratias agat.

¶ *Est quaſi ſumma quædam canonis citati. Nam in eo plura aliquanto verba sunt, sed eo dem fere sensu.*

A ¶ Et fructuũ.] *Græce est* περὶ τοῦ δοῦναι τῶν καρπῶν εὐχαριστίαν, *id est*, ad reddendas gratias fructuum datori.

Item Iulius Papa epiſcopis per [B] *Aegyptũ.*

B ¶Per Aegyptum.] *Apud ceteros collectores legitur*, per Aegyptũ missis. *Sed in micrologo ca. 19. citatur ex eodem Iulio episcopis Aegypti. Eadem autem fere habentur nunc in Bracharensi 3. cap. 1. & sententia summatim collecta in Vuormacienſi, c. 4.*

¶De his, qui sacrificando varie errabant. C. VII.

[6] CVm omne crimen [o], atque peccatum oblatis Deo sacrificiis deleatur [p], quid de cetero pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipsa sacrificij oblatione erratur [q]? Audiuimus enim quosdam schismatica ambitione detentos, contra diuinos ordines, & Apostolicas institutiones lac pro vino in diuinis sacrificiis dedicare. alios quoque intinctam Eucharistiam populis pro complemento communionis porrigere: quosdam etiam expressum [A r] vinum in sacramento Dominici calicis offerre: alios vero [B] pannum lineum musto intinctum per totum annum reseruare, & in tempore sacrificij

Vum omne crimen.] Casvs. Hu. sic ponit hunc casum. In hoc ca. Iulius Papa quosdã in sacrificij oblatione errãtes reprehendit. Quidam enim lac pro vino offerebant. Alij intinctã Eucharistiam populo distribuebant. Alij botrum integrũ sacrificabãt: & postea exacinatũ vel expressum in calice dabant. Alij pannum lineum tinctum musto per totum annum reseruantes, tempore sacrificij partem eius in aqua lauabant: & sic offerebãt. Ponit ergo prius istos quattuor errores: postea per ordinem destruit, & remouet omnes tales errores, asserens in oblatione sacrificij nihil esse offerendum nisi panem & vinum & aquam. ergo non lac, nec vua ibi debet offerri. Item nec aqua sola dẽbet offerri: quod videntur facere illi qui prędictum pannum lauant. *Vinum expreſſum*, id est, botrum: vel vuam expressam quasi degranatam & exacinatã in calice. Vel vinum expressum de botro post consecrationem, vel ante consecrationem, sed non apponebant aquam.

6 Pol. l. 3. ti. 9 Anſ. l. 9. c. 53 Burc. l. 5. c. 1. Iuo p. 2. c. 11 & 12. & 85. Pã. l. 1. c. 147.

o ¶ *Cum omne crimen.*] quattuor errores extirpantur in canone isto.

p ¶*Deleatur.*] id est, cum ad hoc sacrificium offeratur, vt per ipsum peccatum deleatur. j̃. e. dist. species & similitudo.

q ¶*Erratur.*] quod fit in calice.

r ¶*Expreſſum.*] id est, degranatum botrum. nam ex vino expresso licenter hoc fieret. Vel expressum post consecrationem, vt tunc vice sanguinis sumatur. ante enim liceret [b]. vt j̃. ead. dicitur. sanguis enim Domini prelo crucis & ceteris instrumentis passionis de corpore eius pressus emanauit. extra de celeb. Miss. cum Marthæ. ver. aliquibus.

b Hic vult dicere q̃ ante consecratio nẽ bñ licet exprimere, & sic consecrare. Arc.

a ¶*Quod*

Source : BIU Cujas

a ¶ *Quod quàm sit Euangelica.*] hæc omnia prędicta respicit:& sic vltimum prohibetur:si. n.non esset illicitum,hoc inter alia reprehensibilia nõ connumeraretur. cũ omnia,quæ simul in ꝓhibitione veniunt,simul ꝓhibita intelligãtur.ar.7.q.1.deniq;. vers. addẽdo. ff.de ver.ob.Titia.& ff.de iu.& fa.ig.regula.§.vl.& vltimo loco postea p se prohibetur. Vel refertur tantum ad vltimũ:&sic expresse vltimũ ꝓhibetur.Dicunt tñ quidam, ꝙ vltimũ hic non prohibetur.

b ¶ *Cum enim magister.*] hic extirpat primum errorem.

c ¶ *Illud vero.*] & ita extirpat errorem secundum.

d ¶ *Intinctam.*] vt j.ea. no.sup.ca. presbyter. contra ibi dicitur, & seruari debet intincta ad opus infirmorũ:qđ non reprobo:licet nõ necesse sit quòd intin-
Ioan.13. gatur:sed Hug.dicit illud esse abrogatum.

e ¶ *Et seorsum.*] "sed nunquid verum est ꝙ seꝑatim cõsecretur corpus Christi, & seꝑatim sanguis? Dicunt quidã ꝙ non fit transubstantiatio nisi in vltima syllaba totius formæ ꝓlata. alij vero dicunt, ꝙ tunc dicit,Hoc est corpus meum, ꝙ transubstantiatur sub illa conditione,s.si statim sub iũgat, Hic est sanguis meus,aliter non. Alij dicunt incertũ esse in rerum natura vtrũ in continenti sit corpus Christi.ff.đ iud.sed & si.§.vl.Sed ego dico ꝙ si ꝑ copulatiuam duo dicuntur,tũc in prolatiõe huius vocis,Hoc est corꝑs meũ, trãsubstantiatur corpus*, & in ꝓlatione consequẽtis vocis sine locutionis trãsubstãtiatur sanguis.sed si per copulatiuam tm̃ vnum dicatur, tũc fiet tm̃ in vltima littera trãsubstantiatio.De hoc no.j.e. quia corpus.

"corꝑs Xꝑi &sãguis an cõsecrentur seꝑatim.

†*al.in sacrificio*

†*al.sinit*

†*al.receperunt*

†*al.communicat*

* Ex vi verborum cõsecrationis seꝑatim panis trãsubstãtiatur in carnẽ,& vinũ i sanguinem, sed ex vi naturalis cõsecutiõis trãsubstãtiato pane in carnẽ totus adest Christus: itẽque trãsubstantiato vno in sanguinem. ¶sen.4.di.10 " Christus vtrũ Iudam prodiderit.

f ¶ *Proditorem.*] cũ dixit,hic me tradet.Sed cessat oppositũ de ꝓditione:"qa Dñs non prodidit eũ. nõ est. n. ꝓditio de futuro, sed de præterito:nam tradet, futurũ est.si ergo propalauit,nõ ꝓdidit. Vel dicendum ꝙ hoc fecit ad instantiam eius, cum ẽt dixerit:tu dixisti. Alij dicũt ꝙ in aure Ioannis dixit:qui intingit,&c.Vel dicꝙ non prodidit:quia dixit talib.qui poterant prodesse, & non obesse.22.q.5.hoc vr̃.Ioan.

g ¶ *De expresso.*] hic đ tertio errore, sc. post consecrationem. Vel expresso, id est, non misto cum aqua.

"Aqua multipliciter accipitur.

partẽ eius aqua lauare,& sic offerre.Quod quàm sit Euãgelicę [a],& Apostolicæ doctrinæ cõtrarium, &cõsuetudini ecclesiasticę aduersum,non difficile ab ipso fonte veritatis probabitur,à quo ordinata ipsa sacramentorũ mysteria processerunt. Cum enim magister [b] veritatis verũ salutis nostræ sacrificium suis commendaret discipulis, non illis lac,sed panem tantũ, & calicẽ sub hoc sacramento cognouimus dedisse.Legitur enim in Euangelica veritate. [Accepit Iesus panem,& calicem,& benedicens dedit discipulis suis.] Cessẽt ergo lac sacrificãdo† offerri:quia manifestum,& euidens Euangelicæ veritatis exemplum illuxit, ꝙ præter panem & vinum, aliud offerri non licet†. Illud vero [c],quod pro complemento communionis intinctam [d] tradũt Eucharistiam populis,nec hoc prolatũ ex Euangelio testimonium recipit† , vbi Apostolis corpus suum,& sanguinem cõmendauit.Seorsum enim panis, & seorsum [e] calicis cõmendatio memoratur. Nam intinctũ panem aliis Christum præbuisse non legimus, excepto illo tãtum discipulo,quem intincta buccella magistri proditorem [f] ostenderet, non quę sacramenti huius institutionẽ signaret.Nam ꝙ de expresso [g] botro, id est, de vuarũ granis populus communicatur † , valde est omnino confusum:sed si necesse sit, botrus in calice comprimatur [h],&aqua misceatur:quia calix Dominicus iuxta canonum [c] præcepta vino & aqua permistus debet offerri: quia videmus in aqua populũ intelligi [i],in vinovero ostẽdi sanguinem Christi. Ergo cum ī calice vino aqua miscetur,Christo populus adunatur, & credentium plebs ei, in quẽ credit copulatur,& iungitur.Quę copulatio, & coniunctio aquæ,& vini sic miscetur in calice Domini,vt mistio illa non possit seꝑarari.[1]Nam si vinum tantum quis offerat,sanguis Christi esse incipit sine nobis [k].Si vero aqua sit sola,plebs incipit esse sine Christo.Ergo,quando botrus [l] solus offertur , in quo vini tantum efficientia [m] designatur,sacramentum nostrę salutis negligitur,quod per aquam significatur. Non enim potest calix Domini esse aqua sola,aut vinum solum,nisi vtrumque sibi misceatur.Et ideo, quia iam ex hoc plurima,& multiplex maiorũ manauit sententia [n], omnis deinceps talis error atque præsumptio cessare debet:ne per uersorũ inordinata compago statum veritatis eneruet.Et ideo nulli deinceps licitum sit aliud in sacrificiis diuinis offerre, nisi iuxta antiquorum sententiam concilio rum panem tantum,& calicem vino,&aqua permixtum.De cetero aliter,quàm præceptũ est,faciens tamdiu à sacrificãdo cessabit,quã diu legitima pœnitentiæ satisfactione correctus † ad gradus sui officium redeat,quod amisit.

a ¶ Expressum vinum.] *Sic apud Iuonem,& in Pannormia, & in Bracharensi. In aliquot tamen vetustis est*, expressum botrũ, *vt paulo inferius in hoc eodem c.Sed Burchardus habet*,non expressum vinum.

b ¶ Alios vero pannum.] *Hæc vsque ad vers.* Quod quã sit.*non sunt in Bracharensi:neque etiam illa*,sed si necesse sit,*vsque ad ver.* qa.

c ¶ Iuxta canonum.] *In Bracharensi est*,iuxta quod quidam doctor edisserit. *Significatur autem B.Cyprianus citatus* s. *ea. in sanctificando.*

d ¶ Sententia.] *In Bracharensi sequitur*, quorum pietas in Deum religiosa sacramentorum horum & efficiẽtias copiose disseruit, & institutiones verissime declarauit.

Item Alexander Papa quintus à Petro, epist. 1.

¶ Nulla oblatio corpori,& sanguini Christi comparari valet. C. VIII.

2 [2] NIhil in sacrificiis [n] maius [o] esse potest, quã corpus [p] & sanguis Christi : nec vlla oblatio hac potior est: sed hæc omnes præcellit : quæ pura conscientia Domino offerẽda est,&pura mẽte sumẽda, atq; ab omnibus venerãda:& sicut potior est ceteris,ita potius excoli,& venerari debet.

Item Innocentius Papa Ducentio Eugubino episcopo salutem,epist. 1.c.1.

¶ Ante confecta mysteria pacem non debemus offerre. C. IX.

3 PAcem igitur asseris ante confecta mysteria quosdam populis impertiri, vel sibi inter se sacerdotes tradere:cum post omnia (quæ aperire [q] non debeo) pax sit necessario indicẽda: per quam

a Alij dñt ꝙ est adhuc reꝑbatio tertij erroris. reprobatio autẽ quarti est j. ver. & ideo. hoc seq.in gloss. seq.Arc.

†*al.correptus*

b đ hoc no. 95.di. ecce. & 1.q.1.multi.Arc.

"sacrm vnũ est altero dignius quatuor modis. 2Bur.l.5.c.5. Iuo p.2.c.15 & 68.

h ¶ *Comprimatur.*] argu.quòd vini defæcatio non est necessaria ad confectionem.

i ¶ *Intelligi.*] "nam legitur in Apo. Aquæ multæ,populi multi. Item aqua dicitur pœnitentia.ŝ.dis.6.testamentum. Quandoque dicitur scriptura.32.q.5.si Paulus. quandoque dicitur aqua tentatio,vt Saluum me fac Deus,quoniam intrauerunt aquæ,&c.

k ¶ *Sine nobis.*] i. nobis non profuisse ostenditur : quod tamen falcit Inno. hoc non esse faciendum, sed post consecrationem Dominici corporis pax debet dari antequam sacramentum illud sumatur. Seq.c.patet : & quod ibi dicitur, olim,in primitiua ecclesia seruabatur.

l ¶ *Ergo quando botrus.*] hic videtur respondere quartæ [a] quæstioni, vbi innuitur ꝙ sicut ipsi qui botrum offerebant,solum vinum offerre videbantur:ita qui pannum intinctum laubãt,ipsam aquã offerebant. Vnde &contra Euangelicam formam offerentes, non conficiebãt. Quid autem si aqua saporẽ vini admittat ex pãno? non tamẽ est vinum: quia aliquando aliũde nõ est vino talem admittit saporẽ:ideoque non cõsecrabitur in sanguinem.&quòd hæc hæresis sit, est ar. 24.q.3. quidam. versi. Aquarij.

m ¶ *Efficientia.*] i. vini materia. Dicunt quidam,quòd hic incipit reprobatio quarti erroris:quod nõ credo, sed est psecutio tertij: sed inferius reprobatur quartus, ibi & ideo.

n ¶ *Nihil.*] Hæc est 2. pars dist.secundum Ioan.de Fan.

CASVS. Hoc c. planum est : vbi incipit magister tractare de reuerentia sacramenti suscipiendi,&tractandi, & conseruandi.

"veritas figura & res ſacramenti ſunt in altaris ſacro.

h ¶*Veritas.*] i. cū "panis & vinum ſacrificātur in corp⁹ & ſanguinē Domini, ibi eſt & veritas, q̄ corpus eſt & figura, q̄ ſpecies eſt, & eſt res ſacramenti figurans, ſ. ſacramentū ſanguinis, & ſacramētum vnitatis, vt s̄. e. quia paſſus. vnde & alibi dicitur ſacramētum ſacramentorum, vt s̄. e. tribus. in prin.

i ¶ *Corpus Chriſti.*] i. ſub appellatione iſta, corp⁹ Chriſti, ſpecies panis & vini, & verum corpus Chriſti continetur. s̄. e. hoc eſt. circa fin.

Item Auguſtinus.[1]

¶Non ſolum ſub figura, ſed in veritate, Dominici corporis & ſanguinis ſacramentum celebratur. C. LXXII.

VTrum[A] ſub figura [a], an in veritate hoc myſticum calicis ſacramētum fiat. Veritas ait [caro mea vere eſt cib⁹, & ſanguis meus vere eſt potus.] Alioqui quomodo magnum† [b] erit [Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mūdi vita,] niſi vera ſit caro? Sed quia Chriſtum vorari [c] dentibus [d] fas non eſt, voluit Dominus hūc panem, & vinum in myſterio [e] vere carnem ſuam, & ſanguinem ſuum conſecratione ſpiritus ſancti potentialiter creari [f], & quotidie pro mundi vita myſtice immolari: vt ſicut de Virgine per ſpiritū ſanctum vera caro ſine coitu creatur, ita per eumdem ex ſubſtantia panis, & vini myſtice idem corpus [g] Chriſti conſecretur. Corpus Chriſti, & veritas, & figura eſt: veritas [h], dum corpus Chriſti [i], & ſanguis virtute ſpiritus ſancti in virtute† [k] ipſius ex panis & vini ſubſtantia efficitur: figura vero eſt id, quod exterius ſentitur.[2] Iteratur autem quotidie hæc oblatio, licet Chriſtus ſemel paſſus ſit, q̄a quotidie peccamus, ſaltem peccatis, ſine quib⁹ mortalis infirmitas viuere non poteſt. Et ideo, quia quotidie labimur, Chriſtus quoq; myſtice pro nobis immolatur.[3] Intra catholicā Eccleſiam in myſterio [l] corporis Chriſti nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur ſacerdote: quia non in merito [m] conſecrātis, ſed in verbo efficitur creatoris, & in virtute ſpiritus ſancti. Si enim in merito eſſet ſacerdotis, nequaquam ad Chriſtum pertineret. Nūc autem ſicut ipſe eſt, qui baptizat, ita ipſe eſt, qui per ſpiritum ſanctum hanc [n] ſuam efficit carnē, & tranſit[B] [o] vinum in ſanguinem. Vnde & ſacerdos [p], [iube ¶ inquit [r], hæc perferri [s] per manus Angeli tui ſancti in ſublime altare tuum in conſpectu diuinæ maieſtatis tuæ.] Vt quid perferenda [t] in lucem [u] depoſcit, niſi vt intelligatur, q̄ iſta fiant in eius ſacerdotio [x]? Hanc igitur oblationem [y] benedictam, per quā nos benedicamur: adſcriptam [z], per quam omnes in cælo adſcribamur: ratam, per quam in viſceribus Chriſti eſſe cēſeamur: rationabilem, per quam à beſtiali ſenſu exuamur: acceptabilem, vt qui nobis ipſis diſplicuimus, per hanc acceptabiles eius vnico filio ſimus. Nihil rationabilius, vt quia nos iam ſimilitudinem [a] mortis eius in baptiſmo accepimus, ſimilitudinem quoque carnis eius ſumamus, & ſimilitudine pretioſi ſanguinis potemur: ita vt, & veritas non deſit in ſacramento, & ridiculum nullū fiat paganis, quòd cruorē occiſi hominis bibamus. Si enim diſcipuli patienter [b] ferre nequiuerunt, quod Dominus dixit, [qui non manducat meam carnem, &c.] Sed dixerunt [durus eſt hic ſermo,] quomodo ergo ferrent iſta increduli? Credendum eſt, quòd in verbis [c] Chriſti ſacramenta conficiantur. Cuius enim potentia creantur prius, eius vtique verbo ad melius ,,creantur†. Reliqua omnia, quæ ſacerdos dicit, aut clerus chori cantat, nihil aliud, quàm laudes [d] & gratiarum actiones ſunt, aut certe obſecrationes [e], & fidelium petitiones. Vnde & ſacerdos dicit prius Euāgeliſtarum verba aſſumens [qui pridie, quàm pateretur, &c.] Porro [D] deinceps ſunt verba Dei, poteſtate, & omni efficientia plena [Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum.] In hoc ergo creatur illud corpus.

k ¶*In virtute.*] s̄. ead. diſt. corpus & ſanguis.

l ¶*In myſterio.*] id eſt ſacramento conficiendo.

m ¶*In merito.*] ſcilicet vt tranſubſtantiaretur.

n ¶*Hanc.*] ſubſtantiam panis & vini.

o ¶*Et tranſit.*] id eſt, tranſire facit.

A ¶ Vtrum ſub figura.] *Apud Paſchaſium ex cuius locis videtur confectum hoc caput, hæc habentur pro titulo quarti capitis*, vtrum ſub figura, an in veritate hoc myſterium vera caro, & verus ſanguis Chriſti fiat. *Caput autem ſic incipit.* Quòd in veritate corpus & ſanguis fiat conſecratione myſterij, nemo, qui verbis diuinis credit, dubitat. Vnde veritas ait, &c. *Algerus autem, qui ca. 16. hæc eadem fere habet, citat & ipſe Auguſtinum ex libro de ſacramento altaris, & hoc facit initium*, Veritas ait, &c.

B ¶Tranſit.] *Paſchaſius, & Polycarpus ex Paſchaſio ad Placidum habent*, transfundit ſanguinem. *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

c ¶Hanc igitur.] *Apud Paſchaſium & Rabanum (idem enim fere opus eſt huius atque illius nomine inſcriptum) integra eſt oratio.* Sed obſecrans per filium patrem, per quē ad eum acceſſum habemus, Rogamus, hāc oblationem, inquit, benedictam, per quam nos benedicamur: adſcriptam, per quam nos omnes in cælo conſcribamur: ratam, per quam in viſceribus Chriſti cenſeamur: rationabilem, per quā à beſtiali ſenſu exuamur: acceptabilemque facere digneturt: quatenus & nos per hoc, quòd in nobis diſplicuimus, acceptabiles in eius vnico filio ſimus.

D ¶Porro deinceps.] *Sunt hæc addita ex Paſchaſio, ca. vſque ad ver.* In hoc ergo, *vt ſententia ipſa perciperetur.*

Item Gregorius Papa in homilia Paſchali, id eſt 22. Euang.

¶In ſanguine agni, Chriſti ſanguis, qui vere nunc ſumitur, olim præfigurabatur. C. LXXIII.

p ¶ *Sacerdos.*] i. ad oſtendendū, quòd non in merito ſacerdotis, &c.

q ¶*Iube.*] id eſt, fac.

r ¶*Inquit.*] per conſecrationem. hoc continetur in ſecreta.

s ¶*Perferri.*] i. tranſubſtātiari. vel perferri, i. ſurſum offerri, i. conuerti in ſanctum altare tuum, i. corpus tuū ſuper choros Angelorum exaltatum. "Sed contra videtur, q̄ oratio hæc ſit ſupflua, q̄a hæc dicitur poſt verba quorū virtute conficitur[a] corpus Chriſti: & ita de eo quod iam factum eſt, ſuperflua eſt oratio. Reſp. ſcriptura nō attendit huiuſmodi anguſtias tēporis, ſed ſacerdos cum nō poſſit multa ſimul proferre, ita loquitur ac ſi tēpus ſtaret, & eſſent adhuc facienda, quæ in principio ſermonis nōdum erant facta. ſimile no. 35. diſtin. ſexto. verſus prin. & verba non ad tēpus ſuæ ,,plationis, ſed per cōceptionem vel per contemplationem loquētis ſunt referenda, vt ſi dicam, manus mea eſt clauſa, &c. Vel intellige[b] de ſpirituali corpore eccleſiæ, vt per hoc ſacramētum aſſocietur triumphanti eccleſię. vnde ſequitur in ſecreta, vt quotquot inde ſumpſerimus, cæleſti gratia repleamur.

" Oratio q̄ poſt conſecrationē dr ſuperflua non eſt. aVt not. s̄. e. panis. Ioan. 6.

trecreantur

b iſte forte eſt melior intellectus. Arc.

t ¶*Perferenda.*] id eſt, tranſubſtantianda.

v ¶*In lucem.*] i. in lucidum corpus Chriſti.

x ¶*In eius ſacerdotio.*] ideſt, in ei⁹ myſterio, vel ſacramento, i. in virtute ſpiritus ſancti.

y ¶*Oblationem.*] expoſtulat ſacerdos fieri: vel ſupple vt in ſecretis, id eſt, facere digneris.

z ¶ *Adſcriptam.*] non enim Aug. his vtitur verbis vt ſuis, ſed aſſumit ea de ſecretis, vt exponat, Io.

a ¶*Similitudinem.*] vt j. diſt. 4. de trina.

b ¶*Patienter.*] "colligе contra quoſdam, qui maiores doctores reprehendunt, cum adhuc in ſuæ nouitatis incredulitate teneantur.

" Doctores reprehēden di nō ſunt.

†digneris] Polyc.

c ¶*In verbis.*] s̄. e. quia corpus. s̄. e. panis. &s̄. e. non omnis.

d ¶ *Quàm laudes.*] s̄. 11. diſt. eccleſiaſticarum. j. diſt. 4. non eſt aliud.

e ¶ *Obſecrationes.*] vt no. s̄. diſtin. 1. de hymnis.

Source : BIU Cujas

Quid sit sanguis.] Casvs. Ostendit Gre. in hoc c. q̃ corpus Christi ore & corde debet sumi. & hoc sacramentum in memoriam mortis Christi sæpe conficitur à sacerdote per miraculum in præsentia angelorum, vt ibi sit verum corpus Christi, quod in Virgine sumpsit, quod dedit Apostolis, quod in plurib. locis est totum, & quicumque de ipso accipiunt, non minuunt, sed integrum totum manet, quotidie comeditur & bibitur: sed sub alia specie. qa non habemus in vsu carnem crudã comedere, & sanguinẽ bibere. *Summa & ima.* ima, s. panis & vinum, transire in summa, i. corpus Christi, & vnũ ex visibilib. fieri: quia visibilia, s. panis & vinum trãseunt in corpus Christi inuisibile nobis.

1 Läfr. ibid. Guitm. l. 3. Alg. l. 1. cap. 11. & 12.

Exod. 12.

2 Sen. 4. di. 11 Iuo p. 2. c. 9.

† *al. singularis*

Rom. 6.

a ¶ *Quid sit sanguis.*] primo dicit q̃ corde & ore sumendum est corpus Christi: quia super vtrũque postẽ fuit positus sanguis. Secũdo dicit, q̃ ad vocem sacerdotis in ipsa hora immolationis aperiunrur cœli, & adest chorus Angelorũ, & vniuntur cælestia terrenis. Tertio dicit, quòd idem corpus & sanguis, qui datus discipulis, conficitur in altari.

† *patitur*] vera lectio.

a Vnde subditur, quando, &c.

† *summis ima*

b ¶ *Poslem.*] oris & cordis [a].

c ¶ *Victima.*] id est, sacramentum victimæ salutaris.

d ¶ *Reparat.*] id est, ad memoriam reducit, vel repræsentat.

3 Alcuin. de diuin. offic. pag. 89. & 87

e ¶ *Moritur.*] i. eius mors representatur. vt s̃. e. dum frangitur.

f ¶ *In populi salutem patitur.*] i. passio representatur, vt mors facta pro salute populi.

4 Remig. eps Antissiod. i can. Missæ.

g ¶ *In manus infidelium.*] vt in passione.

h ¶ *Imitatur.*] id est, repræsentat.

i ¶ *In ipsa.*] subaudi cõtingat.

k ¶ *Ad sacerdotis vocem.*] "i. ad sermonẽ Christi voce sacerdotis enuntiatum, panis & vini substantia in carnem Christi sedentis ad dexterã patris in cælis transubstantiari ministerio Angelorum: vnde subditur summa. &c.

" Transubstãtiatio fit ad vocẽ sacerdotis.

l ¶ *Cælos.*] ideſt, per id quod verbo sacerdotis consecratur, aditũ ad cælestia fieri, vel panem vel vinum in id quod super cælos est, transire.

m ¶ *Angelorum choros adesse.*] sc. hominibus consecrantib. vel digne vel indigne.

n ¶ *Summa.*] i. panem & vinum in corpus & sanguinẽ Christi transubstantiari.

o ¶ *Vnumque.*] s. sacrificium, scilicet celebrationem & immolationem altaris fieri.

p ¶ *Ex inuisibilibus.*] id est, ex ipsis sacramentis & rebus sacramentorum. hoc est quod exponendo subdit, vno inquit, inquit, id est, vno & eodem momento panis transit in corpus Christi ministerio Angelorum, & in altari videtur per speciem: quasi quod est eius species, videtur eo tempore, &c.

QVid sit sanguis [a] agni, non iam audiendo, sed bibẽdo didicistis. Qui sanguis super vtrũque postem [b] ponitur, quando nõ solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. *Item dial. lib. 4 c. 58.* ¶ [2] Hæc salutaris † victima [c] illam nobis mortẽ vnigeniti per mysterium reparat [d]: qui licet resurgẽs à mortuis iam non moritur [A], & mors ei vltra non dominabitur: tamen in semetipso immortaliter, & incorruptibiliter viuẽs, pro nobis iterum in hoc mysterio moritur [e]. Eius quippe ibi corpus sumitur, eius caro in populi salutẽ [f] patitur †, eius sanguis non iam in manus [g] infidelium, sed in ora fidelium funditur. Hinc ergo pensemus, quale sit pro nobis hoc sacrificium, quod pro absolutione nostra passionem vnigeniti filij semper imitatur [h]. Quis enim fidelium habere dubium possit, in ipsa [i] immolationis hora ad sacerdotis vocem [k] cælos [l] aperiri? In illo Iesu Christi mysterio Angelorum choros adesse [m]? summa † [n], & ima sociari, terrena cælestibus iungi, vnumque [o] ex inuisibilibus [P], atque visibilibus fieri? *Idem.* ¶ [3] Vno [B], inquit, eodẽque tempore, ac momento [q] in cælo rapitur ministerio Angelorum corpori Christi consociandum: & ante oculos sacerdotis in altari videtur. *& infra.* ¶ [+] Tanta est ecclesiæ vnitas in Christo, vt vnus vbique sit panis [r] corporis Christi, & vnus sit calix sanguinis eius. Calix [s] enim, quem sacerdos catholicus [t] sacrificat, non est alius, nisi ipse, quẽ Dominus Apostolis tradidit: quia sicut diuinitas verbi [u] Dei vna est, quę totum implet mundũ: ita, licet multis locis, & innumerabilibus diebus illud consecretur corpus: non sunt tamẽ multa corpora Christi, neque multi calices, sed vnum corpus Christi, & vnus sanguis cum illo, quod sumpsit in vtero Virginis, & quod dedit Apostolis. Diuinitas enim verbi replet [x] illud, quod vbiq; est, & coniũgit, & facit, vt sicut ipsa vna est, ita coniungatur corpori Christi, & vnum corpus eius sit in veritate. Vnde animaduertendum est: quia siue plus, siue minus quis inde percipiat, omnes ęqualiter corpus Christi integerrime sumunt, & generaliter omnes, & specialiter vnusquisq;. *Item.* ¶ Mysterium fidei dicitur †: quia credere debes, quod ibi salus nostra cõsistit. Prouidens enim nobis Dominus dedit hoc sacramentum salutis, vt quia nos quotidie peccamus, & ille iam mori non potest, per istud sacramentum corporis sui peccatorum remissionem cõsequamur. Quotidie enim ipse comeditur, & bibitur in veritate: sed integer, & viuus, atque immaculatus manet [c]: & ideo magnum, & pauendum est mysterium: quia aliud videtur, & aliud intelligitur. Sed cum mysterium [y] sit, vnde corpus & sanguis dicitur? figuram panis & vini habet, faciente Domino: quia non habemus in vsu carnem crudam [z] comedere, & bibere sanguinem.

A ¶ Moritur.] *In originali est*, Sacræ oblationis immolatur. *Sed ob glossam non est mutatum.*

B ¶ Vno inquit.] *Hæc habentur apud Aleuinum in libro de diuinis officiis, ca. de celebratione missæ qui Gregorium citat.*

c ¶ Manet.] *Quæ post hoc verbum sequuntur apud Aleuinum, sic habent*: Mysterium est, quod aliud videtur, & aliud intelligitur. Quod videtur, speciem habet corporalem: quod intelligitur, fructum habet spiritualem. Sed cum mysterium sit, vnde corpus & sanguis Christi dicitur? Consulens omnipotens Deus infirmitati nostræ, qui non habemus vsum comedere carnem crudã, & sanguinem bibere, facit, vt in pristina re maneant forma illa duo munera: & est in veritate corpus Christi, & sanguis, sicut ipse dicit.

Item Ambrosius [5].

¶ Post consecrationem licet figura panis & vini remaneat, tamen nihil est ibi, nisi corpus & sanguis Christi.

C. LXXIIII.

[6] OMnia quęcumque [a] voluit Dominus, fecit in cælo, & in terra.] Et qa voluit, licet figura panis & vini hic sit, omnino nihil aliud, quã caro Christi, & sanguis post consecrationẽ credẽda sunt. Vnde ipsa veritas ad discipulos [Hæc, inquit, caro mea est, p mũdi vita.] Et, vt mirabilius loquar, non alia plane, quàm quæ nata est de Maria, & passa in cruce, & resurrexit de sepulchro. hęc inquã, ipsa est. Et ideo Christi caro est, quæ pro mundi vita adhuc hodie offertur, & cum digne percipitur, vitam † vtique æternam in nobis operatur. 7 Panem [A] quidem istum, quem sumimus in mysterio, illũ vtique intelligo panem, qui manu sancti spiritus formatus est in vtero Virginis, & igne passionis decoctus in ara crucis. Panis enim Angelorum factus est cibus

q ¶ *Momento.*] id est, eo tempore quo Christus est in quolibet altari, totus in cælo est verus Deus & homo in præsentia Angelorum, facta commutatione in verum corp⁹ & sanguinem.

† *al. est*

r ¶ *Panis.*] intransitiue, id est, vnum corpus Christi vbique est vbi est consecratum: & sic de sanguine.

s ¶ *Calix.*] id est, sanguis qui in calice continetur.

t ¶ *Catholicus.*] hinc collige sacerdotẽ non catholicum corpus Domini * cõficere nõ posse [b]. s̃. e. c. prox. & 24. q. 1. schisma.

* Nam vere cõficit, si cetera requisita adsint, licet ad suã damnationem.

Additio. Et plane. hoc leg. 1. qu. 1. si quis inquit. versic. constat. & c. seq. Arc.

b Arg. cõtra 15. qu. vlt. c. vlt. in fi.

v ¶ *Diuinitas verbi.*] quę est verbum, ideſt, Christus qui sub his speciebus latet: cum ipse est qui mirabilia facit in oculis nostris.

x ¶ *Replet.*] donis spiritualibus.

y ¶ *Sed cũ mysterium.*] ideſt, quamuis sit mysterium vnum quod ibi latet, id est, Christus. vel quamuis panis & vinum sit vnius rei mysterium, quod ibi latet, id est, Christus: tamen corpus & sanguis dicitur propter pluralitatem specierum.

z ¶ *Crudam.*] s̃. e. forte.

5 Ex libr. 4. de sacram. c. 4. & 6.

OMnia quæcumque.] Casvs. Ostendit Amb. in hoc c. quòd post consecrationem sub specie panis vel vini nihil aliud est nisi caro & sanguis Christi, & est illa caro quam de Virgine pro salute mundi suscepit: & illud corpus sumimus in sacramẽto illo quod natum est de Virgine, quod mortuum est & resurrexit, & sedet ad dexteram Dei patris: & vnus panis est tantum, & non duo.

6 Paschas. in eod. lib. c. 1. Raban. c. 3. Psal. 134.

Ioan. 9.

a ¶ *Omnia quæcumque.*] in prima parte Ambrosius probat verum corpus & sanguinem latere sub illis speciebus in altari. In secunda ostẽdit quod ille idẽ panis qui ante cõsecrationem est cibus Angelorum, factus est cibus hominum. Tertio dicit quòd idem corpus quod natũ est de Virgine, quod pependit in cruce & positum est in sepulchro, sit in altari.

† *al. vita æterna in nobis reparatur*

7 Sen. 4 di. 21 Petr. Chrysolog. serm. 67.

Psal. 77.

Ioan. 6.

a ¶ *Caro*

Source : BIU Cujas

a ¶*Caro.*]arg.quòd panis tranſubſtantiatur in corpus Chriſti.
b ¶*Pro mundi.*] aſſumpta.
c ¶*Sententiis.*]ideſt,auctoritatibus.
d ¶*Panis.*]id eſt,caro Chriſti,quæ dicitur panis humanus.

Qui manducat.] Casvs. Quidam corpus Chriſti nolebãt comedere timentes ne deficere poſſit.Dicit Aug.q̃ non debent hoc timere,quia Chriſtus viuit manducatus:qa & occiſus reſurrexit. nec partes fiũt de ipſo in ſacramẽto:ſed ſub eis ſumitur, ĩteger tñ manet totus : ſicut totus deſcendit in Virginẽ: & totus remãſit apud patrem. Sequent.duo ca.plana ſunt. *ſecundũ ſe*,id eſt, ſecũdum formam humanam.

e ¶*Qui manducat.*]pone caſum per c.s̃.cap. qui manducant.

f ¶*Viuit.*]s̃.e. ſicut Iudas.

g ¶*Finiamus illum.*]id eſt,conſumamus.

h ¶*In ſacramento.*] qa ſacramentum per partes diuiditur, ſed non ipſum corpus.

i ¶ *Quemadmodum.*] quia in ſacramento.

1 Beda.1.Corin.10.& ibi gl.ord.

De hac]i. ſub ſpecie ſub qua eſt, in ſacramento. *Cõme moratione*, ſ. paſſionis & mortis eius. s̃.e.qa paſſus. *Fit*,i. tranſubſtantiatur. *Obtulit.* in forma humana. *Secundum ſe.* ſecundum ſui formam vel ſpeciem: vel in eo ſtatu in quo apparebat, cum inter nos conuerſabatur viſione corporali. Arc.

2 s̃.e.inuitat Iuo p.2.c.8.

k *Singuli.*]¶*Singulis.*] q.d.ſub qualibet portione ſpeciei eſt totus per ſingulos homines. Arch.

Vbi pars.]Casvs. Credebant qui dã ſimplices ſub maiori ſpecie panis & vini plus eſſe de corpore Chriſti. hi in hoc c. reprehenduntur. nam totum corpus eſt vbi eſt aliqua eius pars: ſicut de manna æqualiter habuerunt,q̃ inæqualiter collegerunt.

l ¶*Vbi pars eſt.*]dicunt quidã [a] q̃ q̃libet pars hoſtiæ licet ipſa interdaceter eẽ gre cõſecretur: cõuertitur tamẽ in totũ corpus, non pars in partem. nã aliàs nõ video qualiter ĩ factione ſumeretur totũ corpus ſub parte prima. ſed ſecundũ hoc videtur, q̃ vbi pars eſt, ibi eſt totũ. " & ſecũdũ hoc videtur q̃pes & naſus ſunt coniuncti. qđ nõ credo. Ad hoc dicunt qdam, q̃ſi hæc dictio, vbi, deſignat locũ, vera eſt. nam in quocũque loco eſt vna pars corporis Domini, eſt & alia:& ita eritĩ corpore glorificato. ſi vero dicas quòd vbi,id eſt, in quacumque corporis parte eſt pes,eſt & oculus:falſa eſt.

a Vt L.& B. qui dãt hoc audacter eẽ tenendum.

3 Orig.ho.7. ſup Leuit.

4 Iſych.l.2.c.2.ſup Leuit.

"Pes & naſus an ſint ĩ Euchariſtia coniuncti.

m ¶*Corporis.*]i. ſacramenti,ſub quo latet corpus. Sed obiicio, corpus Chriſti non eſt punctabile. ſi eñ eſt in pũcto loci:ergo oportet vt repleat aliquantulum locum. aſſignetur ergo quantum. ſi tãtum locum replet corpus,ergo minorem locum replet pars corporis. " propterea melius videtur dicendum q̃ corpus Chriſti non circumſcribitur loco,quia non eſt tãtus locus quin in minori eſſe poſſit.& ſecundum hoc non ſequitur q̃ totum & pars ſint in eodẽ loco. Io.

" "corpº Xp̃i an circũſcribatur loco,

n ¶*Eadem ratio.*]non tñ quo ad omnia:ſed quo ad hoc qđ ſequitur.

o ¶ *Amplius.*] quàm gomor, id eſt, vnam menſuram.

p ¶ *Minus.*] quia recipiebat ab eo qui abũ dabat.

q ¶ *Aeſtimanda.*] non eſt ſic quantitas æſtimanda, vt ſub minori quantitate minus ſit corpus Chriſti,& ſub maiori maius:quia vbicumq; eſt pars, ſiue dicas pars ſpeciei,totum corpus eſt: ſiue pars corporis Chriſti, ideſt, pes vel manus, totũ corpus eſt:"non tamen dicendum eſt q̃ omnia membra miſta ſint : & vbi caput, ibi miſti pes vel manus : ſed vbi pars, ibi totum. quia non maiorem locũ occupat totum quam pars, & econuerſo:cũ ſit quaſi ſpirituale, quod eſt đ omni corpore quod reſurrexit ad immortalitatem. H.

†al. *Theophaniam*

5 Alg.l.1.c.15 Guitmund. lib.1.col.6. Sen.4.di.12.

†al. *ſingulas*

"Membra ĩ ſancta Euchariſtia nõ ſunt miſta.

6 Sim. apud Euſeb.Emi. hom.16. q̃ ẽ 5.de Paſcha, ſeu de corpore, & ſanguine. Guitm.ibi. Paſcha.c.17. Raban.c.43. Sen.4.di.13. & diſt.12. Exod.16.

Corpus Chriſti.] Casvs. Dicitur q̃ corpus Chriſti qđ ſumitur de altari, latet ſub figura. nam aliud exterius videtur, & aliud intrinſecus latet.

r ¶*Corpus Chriſti, &c.*] "ideſt, ſacrificiũ corporis Chriſti: aliàs falſum eſt quod dicit.

" Sacrificiũ Deo offerimus ñ ĩ forma carnis, neq; ſangu.

s ¶*Veritas.*]j.e.in Chriſto.in fi.&s̃.e. di. vtrũ.

7 j.e.ĩ Chriſto. Paſchaſ. c.4. Raba.c. 12. Alg.l.1.c. 4. Iuop.2.c.7

t ¶ *Symbolo Epheſino.*] tertio ſcilicet, vbi Neſtorius damnat⁹ fuit, vt 15 diſt.c.1.2.& 3.

8 Ex epiſt. Cyril.& ſynod. Alexã. ad Neſtoriũ q̃ ꝓponitur Epheſino cõc. Paſcha. in epiſto. ad Furdegard.

Neceſſario.] Casvs. Neſtoriº docebãt verbum Dei aſſumpſiſſe quendã hominẽ, & ſanctificaſſe illum, & vniuiſſe ſibi illum in vnitate dignitatis, &illum hominẽ aliã eſſe pſonam à verbo Domini,& non eſſe verbũ Domini. Cõtra eũ in Epheſina ſynodo,dicitur à ſanctis patrib. q̃ carnẽ Chriſti ſumimus in ſacramento,nõ vt alicuius viri ſanctificati, ſed q̃ priã carnẽ verbi Dei.

9 Lanfranc. Guitm. l. 3. Alg.l.1.c.10 Iuo p.2.c.4.

Seruitutẽ,i. ſacrificiũ, in quo ſeruimus Deo.

u ¶ *Incruentam.*] i.nõ in ſpecie cruoris.

x ¶ *Sacrificij ſeruitutem.*]i.ſacrificium, in quo Deo ſeruimus. q. d.licet nos ſeruientes Deo offeramº ei ſacrificium non in forma carnis neque ſanguinis in altari : tamẽ eſt ibi vera caro & ſanguis Chriſti.

y ¶ *Non vt communem.*]ideſt,quaſi in communi vſu habetur ad manducandum,nec percipiens carnem alicuius viri ſanctificati.id eſt,ſancti.

b Hic textũ reſpicit quẽ ordinat vt melius intelligatur.

z ¶*Et verbo.*]non per vnionem perſonæ, vt dicebant quidam hæretici,ſed ſecundum charitatis dignitatem & iuſtitiæ.24.q.3.quidam. ver. Neſtoriani.

Item ex ſermone Dominicæ quintæ poſt Epiphaniam.

¶*Habetur in miſſali Ambroſiano in præfatione Dominicæ quintæ poſt Epiphaniam* †. *& in antiquis etiam præfationibus in præfatione eiuſdem Dominicæ. Ex Ambroſio citant Algerus,& Iuo,quamuis Magiſter ex Hieronymo. Guitmundus att eſſe ex præfatione, quæ per totum orbem latinum decantatur.*

¶Corpus Chriſti in ſingulis portionibus ſinguli totum accipiunt. C. LXXVII.

5 SInguli accipiunt Chriſtum Dominũ,& in ſingulis [k] portionibus totus eſt: nec per ſingulos † minuitur, ſed integrum ſe præbet in ſingulis.

Item Hilarius.

¶De eodem. C. LXXVIII.

6 VBi pars eſt [l] corporis[m], eſt & totum. Eadem ratio [n] eſt in corpore Domini,quæ in manna, quod in eius figura præceſſit, de quo dicitur [qui plus collegerat, non habuit amplius [o], neque qui minus [p] parauerat,inuenit minus.]Nõ eſt omninoquãtitas viſibilis in hoc æſtimãda [q] myſterio, ſed virtus ſacramenti ſpiritualis.

Idem.

¶*Iuo etiam citat ex Hilario. &* j.*e.c.in Chriſto.in extremo, refertur vnà cum verbis Hilarij: apud quem tamen non eſt inuentum. Algerus citat Auguſtinum de ſacramento altaris. Idem fere habetur apud Paſchaſium, ca.4.& ceteros,qui hoc idem argumentum tractant.*

¶Corpus Chriſti, quod ſumitur, & figura eſt in ſpecie,& veritas in ſubſtantia. C. LXXIX.

7 COrpus Chriſti [r], quod ſumitur de altari, figura eſt, dum panis, & vinum extra videtur, veritas [s] autem, dum corpus & ſanguis Chriſti in veritate interius creditur.

Item ex ſymbolo [t] Epheſino[8].

¶ Carnem viuificatricem, & ipſius verbi propriam factam in altari accipimus. C. LXXX.

9 NEceſſario igitur & hoc adiicimus. Annuntiantes enim ſecundum carnem mortẽ vnigeniti filij Dei, id eſt, Ieſu Chriſti,& reſurrectionem eius,&in cęlos aſcenſionem pariter confitentes, incruentam [u] celebramus in eccleſiis ſacrificij ſeruitutem [x]. Sic etiam ad myſticas benedictiones accedimus, & ſanctificamur participes ſancti corporis,& pretioſi ſanguinis Chriſti omnium noſtrum redemptoris effecti: nõ, vt communem [y] carnem percipientes (quod abſit) nec, vt viri ſanctificati, & verbo [z] coniun-

Source : BIU Cujas

Inquit

INquit *Apoſtolus.*]Casvs. Docet Apoſtolus ī epiſtola ad Cor. q̄ patres noſtri eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt nobiſcū, & eundem potum ſpiritualem biberunt, ſed corporalem aliam. nā illi mannam & aquam de petra, nos carnem Chriſti & ſanguinem: ſed eumdem habuerunt intellectum ſpiritualem. & littera Apoſtoli exponitur hic ab Aug.

a ¶ *Omnes.*] tam nos quàm patres vet. teſt. ſed diſſimiliter: quia illi in figura, nos in veritate.

b ¶ *Quod tamen idē.*]i. ſignificat idem hoc quod illud. "illi enim biberūt aquam de petra, quæ fuit ſignum ſanguinis Chriſti.

c ¶ *Spirituali.*]i. ſecundum ſpiritualē intellectum, idem manducauerūt iſti ſpiritualiter quod nos: non quòd ſub māna lateret corpus Chriſti, vt nūc in ſpeciebus ſacramentalib. ſed quia manna illud ſignificabat.

"aqua ā petra fuit ſignum ſanguinis Chriſti.

1Iuo p.2.c.4 1.Cor.10.

2 Beda 1. Cor.10.

IN *Chriſto pater.*] Hæc eſt 23. pars di. in qua extirpatur hæreticorum error dicētium filium non eſſe per eſſentiam vnum cum patre, ſed collectiue, nec nos eſſe vnum cum Chriſto niſi ſola voluntate. Io. de Fan.

3 Alg. l.1.c.3. Guitmund° l.3. Iuo p.2. c.4.

Casvs. Beneuentanus ſic ponit hunc caſum: Ariani dicebant tres eſſe ſubſtantias in trinitate: & illud quod dixit Chriſtus in Euāgelio, Ego & pater vnum ſumus: de vnitate voluntatis intelligendum eſſe dicebāt: & exemplum inducebant. Homines dicuntur vnum eſſe in Chriſto, vnitate tamen voluntatis, quia non voluntate contraria Deo: ita Chriſtus dicitur vnus cum patre ſuo voluntate, quia eadem vult cum eo. Contra illos probat Hilarius primum falſum eſſe eorum ſimile. Homines enim dicuntur vnum eſſe cum Chriſto non tantum voluntate, ſed quia ſumus Deo vniti naturaliter, & hoc dupliciter, quia noſtram carnem aſſumpſit de Virgine factus verus homo, & nos naturalem & propriam eius carnem ſumimus in ſacramento. Secundo oſtendit, quòd alio modo dicimur nos eſſe vnum cum Chriſto, & alio modo Chriſtus vnū cum patre: & propter hanc diuerſitatem oſtendendam dixit Apoſtolus gradatim, & quodam ordine, ego ſum in patre meo: & vos in me, & ego in vobis, vt oſtenderet Chriſtum eſſe in patre per naturam deitatis, & vnitatem ſubſtātiæ. nos vero eſſe in Chriſto per humanam naturā quam ipſe aſſumpſit, & ipſe in nobis per propriam carnem eius, quam in ſacramento ſumimus. Ponitur etiam iſte caſus in apparatu, ſed magis breuiter.

†al. violentiam

d ¶ *In Chriſto pater.*] Ariani dicebant tres eſſe ſubſtantias in Trinitate, & illud quod dicitur in Euangelio, Ego & pater vnum ſumus, dicebant non intelligendum eſſe de vnitate eſſentię: ſed de vnione voluntatis, quaſi filius non velit contraria patri: ſicut dicitur, Nos ſumus vnum cum Chriſto, ſ. vnitate voluntatis. cōtra iſtos loquitur hic Hilarius, & dicit ſimilitudinē iſtorum falſam eſſe: & dicit, q̄ alio modo dicimur nos vnum cū Chriſto, & alio modo ipſe Chriſtus eſt vnum cum patre. & illam diuerſitatem oſtēdit per hunc ordinē verborum, cū dixit, Ego ſum in patre meo, vos in me, & ego in vobis, vt oſtendatur Chriſtū eſſe in patre ſecundum vnitatem ſubſtantię. nos vero ſumus vnū cum Chriſto per humanam carnem, q̄ aſſumpſit, & ipſe in nobis vnum eſt per propriam carnem, q̄ in ſacramēto eius ſumimus. hanc ſententiam Hilarius obſcuris verbis ponit: & vt ait Hier. inclytus doctor Gellicano cothurno[a] extollitur, longiſque periodis inuoluitur, & à locutione ſimplicium fratrum procul eſt.

aDicit H. q̄ cothurnus genꝰ eſt calciamenti, quo vtebantur tragædi recitaturi ī theatro, & eſt hmōdi calciamētū, vt vtriq; pedi cōueniat & factum ī e modū crepidarum.

e ¶ *Vnum.*]cum enim pater & Chriſtus vnum ſint, i. eiuſdem ſubſtantiæ & naturæ vnitate, & nos vnum cum Chriſto per eius carnem quam accipimus, & ipſe nobiſcum vnum ſit per carnem noſtram, quam aſſumpſit, patet q̄ mediāte Chriſto vnum ſumus cum patre.

f ¶ *In hiſ eſſe.*]i. cū patre & filio, per hoc. ſ. q̄ pater eſt in Chriſto, &c.

g ¶ *Homo.*]extra de hær. cum Chriſtus.

h ¶ *Erimus.*]i. ſumus "nam quādoque ſe habet ad præſens, vt 21. di. in nouo. & ff. de ver. ſig. verbum aliquando præteritum pro futuro, vt 50. diſt. ponderet. aliquādo ponitur præſens pro preterito. 35. diſt. ſexto die. & hoc verbum fit, quandoq; ſe habet ad futurum. ff. ne quid in loc. pub. l. 2. §. deinde. econuerſo autem ponitur præſens pro futuro. ī. diſ. prox. peruenit. ibi dicit vult. id eſt, volet.

"tps vnum p altero ſæpe ponitur.

†al. dicimus

ADDITIO. quod no. ī. diſt. 4. omni tempore. 32. q. 5. ſi Paulus. in gl. verba ſunt. 54. diſt. fraternitatem. iuxta fin. Arch.

Ioan. 6.

i ¶ *Aſſeritur.*] ab ipſis hæreticis Ario & eius ſequacibus qui tres ſubſtantias in Trinitate aſſerunt, vt 24. q. 3. quidam. ver. Ariani.

k ¶ *Naturalis.*] id eſt, naturalis & propria caro Chriſti ſumpta.

l ¶ *Per ſacramentum.*] per ſanguinem, quem in ſacramento ſumimus, ſi &c.

m ¶ *Perfecta.*] pfectæ dicit, "quia ante vnitas naturæ etiam erat inter nos & Chriſtum per aſſumptam noſtram carnem, ſed nō erat perfecta, nā per illam nos ſumus vniti ei, ſed non ipſe nobis. & ſic per ſacramētum altaris perfecta vnitas eſt inter nos & eum.

"vnitas perfecta eſt inter nos & Chriſtum.

Ioan. 14.

n ¶ *Humano.*] q.d. auctoritate Domini volo probare quod intēdo, non meo ingenio, quòd illud. ſequitur curſum naturæ.

o ¶ *Per violentam.*] id eſt, per hanc tantam præuaricationē, quæ recte violēta dicitur.

p ¶ *Impudentem.*]i. circunſpectam & improuidam locutionem Arianorum, qui male interpretantur illud, vt in nobis vnum ſint ſicut tu pater in me.

q ¶ *Sanitatī.*]i. deſt, ſanitate. Vel legatur acquiſitiue, ſ. peruerſe ſana.

r ¶ *Extorquenda.*] hoc vult dicere, diuerſitas vel peruerſitas interpretationis non extorquēda eſt à ſanctitate dictorum cæleſtium, i. deſt, à ſanctis dictis cæleſtibus.

s ¶ *De naturali.*]id eſt, quod dicimus Chriſti naturam in nobis eſſe, habemus ab eo.

t ¶ *Accepta.*]à Chriſto[b].

b ſc. ī vtero virginali. H.

v ¶ *Hauſta.*] id eſt à nobis ſumpta. ſed vtrumque verum eſt. ſi enim ipſe in nobis eſt per carnem aſſumptam à ſe, eodem modo & nos in eo. Item ſi nos ſumus in eo par carnē communicatam, ſimiliter & ipſe eſt in nobis. vnde dicitur, quia ego viuo, ſcilicet naturaliter: quia eiuſdem ſubſtantiæ cum patre eſt, & non in eo tanquam vas vel liquor in vaſe: vt mentiuntur quidam hæretici, vt 24. q. vlt. quidam. ver. Metangi.

x ¶ *Cur gradatim.*] gradatim & ordinate dixit, "ego in patre, & vos in me, ego in vobis. ſi enim voluntate tantum in vnum eſſemus, non oporteret dixiſſe, niſi quia ego & pater & vos vnum ſumus, ſ. per voluntatem: non feciſſe gradum dicendo ſigillatim vnumquēque. "ordo enim & diſtinctio nominum multum operatur[c]. & eſt ff. ſi quis cau. ſed & ſi. §. ſi quæſitum. 43. diſt. ſit rector. ext. de relc. cum dilecta. nam & ſi ſeruus communis diſtinctis nominib. dominorum ſtipuletur pro virilibus portionibus eis acquiritur. ſi tacitis nominibus, pro ea tātum parte qua quiſque dominus eſt. ff. de ſtip. ſeſſer. ſi communis ſeruus ita ſtipuletur.

"Chriſtꝰ eſt in nobis, & nos ſumus in Chriſto.

"Ordo nominū multū operatur

c Q̄d not. 63 diſt. metropolitano. A.

y ¶ *Per naturam.*] "ſicut enim ipſe eſt vnum cum patre natura diuinitatis, ita vnum eſt nobiſcum humanitatis natura.

"Chriſtus eſt nobiſcū vnum.

z ¶ *Nos contra.*]i. deſt, econuerſo.

a ¶ *In eo.*]ſcilicet filio ineſſemus.

Source : BIU Cujas

a ¶*Natiuitatem.*]& ita quoq; ipſe in nobis,ſed cõſummatius & plenius per id quod ſequitur. Et ſic innuitur hic Chriſtũ eſſe in nobis per carnem in ſacramento communicatam, & nos in eo per carnẽ Virginis aſſumptam. Sed innuitur contrarium ibi, cum eo qui. vbi dicitur ꝙ eſt in nobis per carnem.ibi,ꝙ autem : ꝙ nos ſumus in eo per ſacramẽtum altaris communicati : ſed vtrunq; poteſt eſſe verum cum hic inſit eadem caro,s̃.e.omnia.

b ¶*Qui.*]ſ.filius p naturam aſſumptam à Chriſto inVirgine,vel à nobis in ſacramẽto.

c ¶*Naturaliter.*]p naturam diuinã ineſt. "ſic enim intelligi debet,pater eſt ī filio,& filius ī patre, i. iſte eſt eiuſdem naturæ vel ſubſtantiæ cum illo, & econuerſo.

"Pater eſt in filio,&c. qualiter intelligitur.

d ¶*Secundum natiuitatem.*] i.de patre naſcẽdo.vel ſecundum natiuitatem, i.diuinitatẽ, quæ eſt natiuitas.

e ¶*In eo.*]ſcilicet filio.

f ¶*Non enim.*]hic vult dicere, ꝙ malus non fiat vnum cum Deo p aſſumptionem corporis Chriſti, licet eius, ideſt,mali Chriſtus habeat in ſe carnem aſſumptam.

g ¶*Sumpſerit.*]p incarnationem in Virgine.

Ioan.6. h ¶*Per me.*]hoc eſt ex patre habet viuere, q ex eo natiuitatẽ hẽt: "homo vero nõ habet natiuitatẽ à Chriſto, ſed ab homine, à quo gignitur & naſcitur, & ideo nõ eſt ibi omnimoda ſimilitudo.

†*al.propter*

"Homo nõ habet natiuitatem à Chriſto.

i ¶*Per patrẽ.*] i.à patre ſecundũ diuinitatem.

k ¶*Quomodo non naturaliter.*]i. ſicut Chriſtꝰ eſt vnum cum patre.

l ¶*In ſe.*]i.ſecundũ naturam diuinam,q̃ ſpiritus eſt, q.d.qm̃ non habet naturam cũ patre, vt ſit idẽ cũ eo.& ſic vere Dei filius eſt vnum & idẽ cum patre vnitate ſubſtãtiæ, non voluntatis,&c.

m ¶*Hæc autem.*]ſc.ſuperiora. aliàs ſupradicta.

n ¶*Et per honorem.*]i. honorabile,ſacramentum nobis datum à Chriſto in cœna.

o ¶*IN calicem.*] Hæc eſt 24.pars diſt.in qua rõ redditur, quare aqua mittitur in vinum.Ioan.de Fan.

Casvs.caſus iſte ponitur ſic: Melchiſedech corpꝰ Chriſti præfigurauit quando panẽ & vinũ obtulit,ſed aquã obtuliſſe non legitur. & ideo quęritur quare in ſacrificio aqua ponitur. Et reſp. Ambroſius duas de hoc rationes aſſignans.Vna eſt,qa aqua de petra fluxit, q̃ hoc ſacramentum ſignificauit, alia eſt quia de latere Chriſti aqua fluxit & ſanguis.& aſſignat rationem quare de latere, Poſtea ponit mul-

1 s̃.corpus.

eius natiuitatem [a],&ille rurſus in nobis per ſacramentorum ineſſe myſterium crederetur:ac ſic perfecta per mediatorẽ vnitas doceretur:cum nobis in ſe manẽtibus ipſe maneret in patre, & in patre manens, ipſe maneret in nobis:& ita ad vnitatẽ patris ꝓficeremus, cum eo qui [b] naturaliter [c] ſecundum natiuitatem [d] ineſt,nos quoque in eo [e] naturaliter ineſſemus, ipſo in nobis naturaliter permanente. Quòd autem in nobis naturalis hæc vnitas ſit,ipſe ita teſtatus eſt. [Qui edit carnem meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet,& ego in eo.]Non enim [f] quis in eo erit,niſi in quo ipſe fuerit, eius tantum in ſe aſſumptam habens carnem,qui ſuam ſumpſerit [g]. Perfectę autem huius vnitatis ſacramentum ſuperius iam docuerat dicens [ſicut miſit me viuens pater , & ego viuo per † patrem:& qui manducauerit meam carnem , & ipſe viuet per me [h].] Viuit ergo per patrem:& quomodo per patrem [i] viuit, eodem modo nos per carnem eius viuemus. Omnis enim comparatio ad intelligentiæ formam præſumitur , vt id,de quo agitur,ſecundum propoſitum exemplum aſſequamur. Hæc ergo vitæ noſtræ cauſa eſt, quòd in nobis carnalibus manentem per carnem Chriſtum habemus , victuris nobis per eum ea conditione , qua viuit ille per patrẽ.Si ergo nos naturaliter ſecundum carnem per eum viuimus,id eſt,naturã ſuæ carnis adepti, quomodo [k] nõ naturaliter ſecundum ſpiritum in ſe [l] patrem habeat,cũ viuat ipſe per patrem? *Item infra.*

¶Hæc [m] autem idcirco commemorata à nobis ſunt : quia voluntatis tantum inter patrẽ & filium vnitatem hæretici mentientes, vnitatis noſtræ ad Deum vtebantur exemplo,tãquàm nobis ad filium,& per filium ad patrem obſequio tantum,ac voluntate religionis vnitis, nulla per ſacramentum carnis & ſanguinis naturalis cõmunionis proprietas indulgeretur:cum &per honorem [n] nobis datum Dei filij,& permanentem in nobis carnaliter filium,&in eo nobis corporaliter,& inſeparabiliter vnitis myſterium veræ,ac naturalis vnitatis ſit prædicandum.

Idem [s].¶ Corpus Chriſti, quod ſumitur de altari,figura eſt, dum panis,&vinum extra videtur:veritas autem,dũ corpus &ſanguis Chriſti in veritate interius creditur.

A ¶ Quæ ſcripta.] *Audita hæc ſunt vſque ad ver.*De naturali.*ex ipſo originali,itemque alia nonnulla, quæ facere videbãtur ad ſententiæ integritatem.*

B ¶Idem.] *Antea legebatur*,ideſt.*Emẽdatum eſt ex vetuſtis codicibus. De hoc autem loco notatum eſt s̃.ea.c.corpus.*

Item Ambroſius in libr. 5. de ſacramentis,c. 1.

¶Quare in ſacrificio aqua vino miſceatur.

C. LXXXIII.

24 IN calicem [o] mittitur vinum: & quid aliud? aqua. Sed tu mihi dicis , quomodo ergo Melchiſedech panem,& vinum [p] obtulit [q]? Quid ſibi vult admiſtio aquæ? Rationem accipe.*& paucis interiectis.* ¶Iuſſit Deus Moyſi,vt tãgeret petram de virga: tetigit petram , & petra vndam maximam fudit , ſicut Apoſtolus ait, [bibebant autem de conſequenti [r] eos petra:petra autem erat Chriſtus.] Non immobilis petra,quę populum ſequebatur. Et tu bibe, vt te Chriſtus ſequatur. Vide myſterium.Moyſes,hoc eſt,propheta [s]: virga [t] ,hoc eſt, verbum Dei. Sacerdos verbo Dei tãgit petram [u]: & fluit aqua,& bibit populꝰ Dei. Tangit ergo ſacerdos calicem,redundat aqua in calice, ſalit [x] in vitam æternam , & bibit populus Dei, qui Dei gratiam conſecutus eſt. Didiciſti ergo hoc. Accipe [y] & aliud. *& paucis interiectis.* ¶De latere eius aqua fluxit , & ſanguis, Quare aqua ? quare ſanguis ? Aqua,vt emundaret [z] ,ſanguis,vt redimeret.Quare de latere? quia vnde culpa [a] ,inde gratia : culpa per feminam , gratia per Dominum Ieſum Chriſtum. *Item ca.3.* ¶Audi pſalmum. Vide, quemadmodum aptus ſit cœleſtibus ſacramentis. [Dominus paſcit me,& nihil mihi deerit, &c. Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.] Virga imperium , baculus paſſio eſt,hoc eſt,æterna diuinitas Chriſti , ſed etiam paſſio corporalis. Illa creauit, hæc redemit [b] [Paraſti in conſpectu meo menſam [c] , &c.& poculum tuum inebrians [d] quàm præclarum eſt.] *& infra.* ¶Quotieſcumque bibis, remiſſionem accipis peccatorum,& inebriaris in ſpiritu. Vnde & Apoſtolus ait [Nolite inebriari vino, ſed implemini ſpiritu ſancto.] Vino enim qui inebriatur, vacillat, & titubat. Spiritu qui inebriatur,radicatus

dans

tas auctoritates per quas corpusChriſti multipliciter commendat. Diuiditur. in prima parte dicit quare aquã in ſacrificiis offeramus. In ſecunda commendat ſacrificium multiplici auctoritate.

p¶*Et vinum.*]expreſſum autem nõ eſt ꝙ obtulerit aquã. "pręſumimus tñ ꝙ & ſi nõ aquam vino miſcuiſſet, vinum tñ lymphatũ obtulit: qa prohibitũ erat ſacerdotib.in templo ne purum vinum biberent.vnde Apoſtolus : Nolite inebriari vino, &c. ſimiliter de Chriſto credẽdũ eſt [a], quia magiſter eſt abſtinentiæ.1.q.2.q̃ pio. q ¶*Obtulit.*]ideo forte quia fatigatis, non purum vinum ſed cũ aqua miſtum ſolemus offerre.

"Melchiſedech vinum lymphatũ obtulit.

a Hoc eſt expreſſum s̃. ea. in ſacramento.

r ¶ *De conſequenti.*] i. ſatisfaciẽti eis petra. "Vel ſicut tradũt Hebræi,aqua de petra,q̃ Moyſes bis percuſſit ſaliens vſquequaque populum per deſertũ ambulantẽ ſecuta eſt: de petra quæ eſt Chriſtus,ſalit aqua æternę vitæ:q̃ potamus in deſerto huiꝰ vitę ambulãtes, quia deſeritur à ſtabilitate huius mundi. j.di.5.ne tales.ibi, non enim manere.

" Aqua de petra populũ p deſertũ ſecuta eſt.

Gen.14.

s ¶*Propheta.*] i.ſacerdos.43.diſt.ſit rector.

1.Cor.10.

t ¶*Virga.*]virga in manu ſacerdotis eſt verbum Dei in ore ſacerdotis. aliter expenitur 45.diſt.diſciplina.

v ¶ *Tangit petram.*] i. prædicat Chriſtũ,Vel tangit petram, id eſt, duritiam cordis.

x ¶ *Salit.*] i.facit nos ſalire,ideſt,tranſire.

y ¶ *Accipe.*] alia ratio quare aqua miſceatur in ſacrificio.

Additio. Sunt quattuor rationes , quare aqua miſceatur vino. Prima qa fluxit aqua de petra in ſignũ Paſſionis Chriſti. s̃. e.reuera.Et eſt ſecũda ratio,quia exiit de latere Chriſti.s̃.e.c.1. Tertia quia Chriſtus hoc fecit. s̃.ead.ſcriptura. Quarta quia populus per aquã ſignificatur, & per miſtionẽ aquæ cum vino populi redemptio.s̃.e.cum omne.ſecundum Hug.

Ioan.19. Gen.2.

z ¶ *Vt emundaret.*] j. diſt.4. proprie.in fi.

a ¶ *Quia vnde culpa.*] " q.d.de latere culpa, &de latere gratia:ſed non de eodem latere. verbi gratia:de latere Adæ fuit femina, vnde culpa exiuit:de latere vero Chriſti ſanguis & aqua, vnde gratia. G.

Pſal.22. " Culpa de latere,&gratia ꝺ latere.

b ¶*Hæc redemit.*]ſ.paſſio,& fides eius.

c ¶M *enſam.*]i.cõmunionem corporis tui.

d ¶ *Inebrians.*] id eſt,

Epheſ.5.

Source : BIU Cujas

dans obliuionem delectationum, vt ſ. diſt. 35. luxuriosa.

a ¶ *Pacificata ſunt omnia.*] in terra redempti ſunt homines. princeps enim mundi huius eiectus eſt foras, in cœlis chorus Angelorum, qui iam turbatus fuerat, per paſſionem eius & reſurrectionem ſpe futuræ reparationis in noua gaudia reſurrexit, vt ſ. eaſ. di. 1. hi duo.

" Christ° ꝓ dęmonibus & angelis ſi eſt paſſus.

" nec (vt Origen. dogmatizauit) pro redemptione diaboli paſſus eſt Chriſtus: nec pro Angelis, ſed vt eius lapſus in reſtitutiõe hominis eſſet reparatus. & ideo dicitur ꝓ Angelis fieri dum qđ inde cecidit, ex hominib° redditur: & ideo etiam dicuntur pacificata quæ ſunt in cœlo, quia numerum Angelorum diminutum

1 Multis omiſſis.

† *ibi verſatur, vbi & homo*]orig.

fide paſſiõis ſuæ Chriſt° replet, i. homines, qui peccato depraua ti erant, ſuo ſanguine redemit, & ex his rui nam Angelorum reſarcit Deus. ſ. diſt. 1. hi duo.

b ¶ *Vel in cœlo.*] vel, pro, &, id eſt, animæ ſanctorum quæ iam in cęlis ſunt, & ſancti, qui adhuc ſunt in terra: & tũc pacificata, i. ſaluata. Vel pacificata, i. homines Angelis reconciliati ſunt.

c ¶ *Cœlum.*] i. illi qui aſcendunt in cœlum, ſanctificati ſunt: quib. ſuppletur ruina Angelorum in cœlis. Io. d ¶ *Superſubſtantiale.*]& in textu Matthæi eſt, ſuperſubſtantialem, id eſt, ſuper omnem ſubſtantiam, ſcilicet creatam.

2 Alg. l. 1. c. 12. Guitm. l. 3.

S *I cut verus eſt Dei.*] Hæc eſt 25. pars diſt. in qua probatur per 9. ç. Chriſtũ verũ eſſe Deũ, & in ſacramento altaris verum corpus & ſanguinem eius. Ioan. de Fan.

Ioan. 6.

Casvs. Sicut Chriſtus eſt ver° filius Dei, nõ per adoptionem, ſed ex ſubſtantia eius: ita vera eſt eius caro, quã in ſacramento ſumimus. caro autem non deſcendit de cęlo, ſed panis. vnde quia Ieſus particeps fuit vtriuſque: qui accipit carnẽ & corpus eius, particeps eſt deitatis ipſi°.

† *al. participas*

e ¶ *Quaſi filius.*] expreſſiuum eſt veritatis. non enim imagine naturæ veritas obumbratur. ff. de lib. & poſth. filio.

f ¶ *Et tu quia accipis.*] id eſt, corpus Chriſti accipis diuinæ ſubſtantiæ vnitum.

3 Alg. l. j. c. 11

1. Cor. 10.

IN *illo ſacramento.*] Casvs. Dicitur in hoc c. quòd in ſacramento Euchariſtiæ eſt corpus Chriſti, & non corporalis eſca, ſed ſpiritualis. & ad hoc probandum inducit Ambroſius auctoritatem Apoſtoli.

g ¶ *In illo ſacramento.*] id eſt, ſub illa viſibili ſpecie. vel intranſitiue illud ſacramentum. ſcilicet ſub illa ſpecie. Vel illa ſpecies etiam ſuo modo dicitur corpus Chriſti. ſ. ead. ſpecies.

a đ hoc no. ſ. e. tribus.

h ¶ *Corporalis.*] non ergo poſſet quis ſubſtentari de Euchariſtia. arg. contra, quia etiam de odore ſatiatur quis & confortatur. a

" corp° Xp̃i dupliciter dicitur.

i ¶ *Spirit ale.*] id eſt, ſpiritum alens.

k ¶ *Diuini ſpiritus.*] idem repetit. " corpus ſpirituale dicitur, non quòd ſit ſpiritus, ſed quia agile & nullo temporalium egens inuenitur. Vel diſtinguitur inter corpus Chriſti quod eſt eccleſia, & corpus Chriſti ſumptum de Virgine, vt eccleſia dicatur corpus Chriſti ſpirituale: quia ſecundum quod eſt Deus, ei vnitur: corpus dicitur ſpiritus Dei, quia à ſpiritu ſancto eſt. 23. diſt. qui epiſcopus.

in Chriſto eſt. Et ideo præclara ebrietas, quæ ſobrietatem mentis operatur. *Item, c. 4.* ¶ [' Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, &c.] Sanguine Chriſti pacificata a ſunt omnia vel in cœlo b, vel in terra. Sanctificatum eſt cœlum c: deiectus eſt diabolus, vbi † verſatur homo, quem ille decepit. *& paulo poſt.* ¶ Dixi vobis, q, ante verba Chriſti, quod offertur, panis dicatur. Vbi Chriſti verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur. Quare ergo in oratione Dominica, quæ poſtea ſequitur, ait [Panem noſtrum?] Panem quidem dixit, ſed ἐπιούσιον dixit, hoc eſt, ſuperſubſtantialem. d

¶ *Cap. hoc ex indicatis* B. *Ambroſij locis confectum, et in ſummam redactum, ex originali emendatum eſt, & aliquot locis locupletatũ.*

Idem in lib. 6. de ſacramentis, c. 1.

¶ Veram Chriſti carnem, & verum Chriſti ſanguinem manducamus, & bibimus. C. LXXXIIII.

25 2 SIcut verus eſt Dei filius Dominus noſter Ieſus Chriſtus, non quemadmodum homines per gratiam, ſed quaſi filius e ex ſubſtantia patris: ita vero caro, ſicut ipſe dixit, quam accipimus, & verus eius ſanguis eſt potus. A

2 Alg. l. 1. c. 12.

Ioan. 6.

Item paulo poſt. ¶ Ego ſum, inquit, panis viuus, qui de cœlo deſcendi.] Sed caro non deſcendit è cœlo, hoc eſt, carnem in terris aſſumpſit ex Virgine. Quomodo ergo deſcendit panis è cœlo, & panis viuus? quia idem Dominus noſter Ieſus Chriſtus conſors eſt & diuinitatis, & corporis. Et tu, quia accipis f, panem, diuinæ eius ſubſtantiæ in illo participaris † alimento.

† *al. participas*

A ¶ Eſt potus.] *Poſt hæc verba in originali ſequitur, c. forte. ſ. ead.*

Item in libro de his, qui myſteriis initiantur, cap. 9.

¶ In ſacrificio non corporalem, ſed ſpiritualem eſcam accipimus. C. LXXXV.

3 IN illo ſacramento g Chriſtus eſt, quia corpus eſt Chriſti. Non ergo corporalis h eſca, ſed ſpiritalis eſt. Vnde & Apoſtolus de typo eius ait, quia patres noſtri eſcam ſpiritalem manducauerũt, & potum ſpiritalem biberunt. Corpus enim Dei, corpus eſt ſpiritale i: corpus Chriſti, corpus eſt diuini ſpiritus. k

Item in ſermone de Abel, & Cain, id eſt, in libro de incarnationis Dominicæ ſacramento, cap. 4.

¶ Carnem à Chriſto ſuſceptam, & corpus transfiguratum in altari offerimus. C. LXXXVI.

SI credas à Chriſto carnem eſſe ſuſceptam, & offeras transfigurandum † corpus in altaribus, nec diſtinguas tamen naturã verbi †, & corporis, & tibi dicitur, ſi recte offeras, non recte l autem diuidas, peccaſti.

† *al. transfiguratum cor pus in altari*

Item Hieronymus ad Hedibiam, quæſt. 2.

¶ In cœna Chriſtus fuit conuiuia & conuiuium. C. LXXXVII.

4 NEc Moyſes dedit nobis panem verum, ſed Dominus Ieſus ipſe conuiuia m & conuiuium u, ipſe comedens & qui comeditur o.

4 Alg. l. 1. c. 12. Iuo p. 2. c. 5. Ioan. 6.

Item Hieronymus ſuper Matthæum, lib. 4. ad cap. 26.

¶ In veritate ſui corporis & ſanguinis Chriſtus ſuis diſcipulis præſentauit, quod Melchiſedech ſacramentaliter obtulit. C. LXXXVIII.

5 ACcipite, & comedite, Hoc eſt corpus meum.] Poſtquam typicũ Paſcha fuerat completum, & agni carnes cum Apoſtolis comederat, aſſumit panem, qui confortat cor hominis: & ad verum Paſchæ tranſgreditur ſacramentum: vt quomodo in præfiguratione eius Melchiſedech ſummi Dei ſacerdos panem, & vinum offerens fecerat, ipſe quoq; in † veritate ſui corporis & ſanguinis repreſentaret.

† *al. veritatem ſui*

Idem in libro de membris Domini, al. de his, quæ Deo in ſcripturis attribuuntur.

¶ Chriſtus idem eſt ſacerdos & ſacrificium. C. LXXXIX.

SAcerdos Dei patris dictus eſt filius Dei, non ſecundum diuinitatem, ſed ſecundum humanitatem: in qua ſe pro nobis per paſſionem, & mortem ſuam acceptabile ſacrificium Deo patri obtulit, vt ipſe eſſet ſacerdos qui & ſacrificium. P

Item Auguſtinus lib. 50 hom. ſerm. 27. de vtilitate agendæ pœnitentiæ.

ACcipite.] Casvs. Super verba illa Euangelij, Accipite, &c. dicit Hieronym. quòd poſtquam Chriſtus agni paſchalis carnes cum diſcipulis ſuis comedit, ad verum tranſiuit ſacramentum, ipſum inſtituendo. & ſicut Melchiſedech obtulit panem & vinum, qui fuit huius ſacramenti præfigurator: ita Chriſtus ſeipſum obtulit, & repreſentauit. illud quod Melchiſedech fecit. hoc etiam Dominus præfigurauit in agno. Sequens cap. patet.

P SAcerdos.] ¶ Sacrificium.] & ita gerit officium duorum. Arg. contra. 16. q. 1. presbyteros.

SI credis.] Casvs. Dicitur quòd qui corpus Chriſti conſecrat, ſed non diſtinguit naturam hominis à natura Dei, offert quod debet, ſed non diuidit vt diuidere debet. Sequens c. planum eſt.

l ¶ *Recte.*] quo ad litteram de Cain hoc in telligitur ſic: " Recte quidem obtuliſti, ſed recte nõ diuiſiſti: quia non ſimplici corde. vnde & dicitur de fru gibus terræ obtuliſſe: quia eius ſacrificium contaminatum erat terrena contagione & operatione: Iudæi quoque recte offerebant, quia Deo cæremonias offerebant: ſed non recte diuidebant, quia nouum teſtamen. intellectum à veteri littera non ſequeſtrabant. Qui igitur in altari patri filium immolat, recte immolat: ſed ſi in eadem perſona duas naturas non intelligit, non recte diuidit. Io.

" Oblatio Cain grata non fuit.

NEc Moyſes.]

m ¶ *Conuiuia.*] Iſidorus ſuper Leuiticum plane videtur velle quòd Dominus noſter ſeipſum aſſumpſit. per hoc quod dicitur: Aſſumpſit, deditque diſcipulis ſuis.

5 Paſchaſ. in eundẽ Matthęi locum. Matth. 26. Pſal. 103.

n ¶ *Conuiuium.*]

Rex ſedet in cœna, turba cinctus duodena.
Se tenet in manibus: ſe cibat ipſe tibus.

"Comedit ergo Chriſtus ſeipſum: ſed non quo ad effectum: quia non indigebat, ſicut de baptiſmo. infra diſtinctio. quarta, proprie.

" Christus ſeipſum comedit.

Additio. Has ego concedo, Deus comeditur: Chriſtus comeditur. Has nego, deitas comeditur: anima comeditur. quia in primis ſupponitur perſona, ſecundum Hug. & L.

o ¶ *Et qui comeditur.*] diceret quis: quare aſſumpſit corpus ſuum, qui non indigebat? Reſpond. vt daret aliis exemplum ſumendi.: " ſicut baptizatus eſt, licet non indigeret, vt daret exemplum baptizandi: vt infra diſtinct. 4. per aquam.

" Christus quare baptizatus fuit.

Source : BIU Cujas

Vnc eis.] Hiſtoria. Legitur in actib. Apoſt. ℔ Iudæi ad prædicationem Petri cõpuncti dixerunt ad eum &ad alios diſcipulos:qd faciemus nos ô viri fratres? tũc Petrus ait illis, Pœnitentiam agite,&c. & hoc eſt quod dicitur hic : tunc eis Petrus annunciauit.

Act.2.

a ¶*Tunc eis.*]cum dixerũt ei Iudæi,qd faciemus nos viri fratres? Ait tunc Petrus,Credite ipſum eſſe Deũ, quem [1]crucifixiſtis [a]?

Vi bis.] Hæc eſt 23. pars diſt. in qua quæritur quid iuris ſit de rebaptizatis. Et eſt ſciendum, quòd ſcienter rebaptizatus, eſt in perpetuum irregularis: ſi autem ignoranter, diſpenſetur cũ eo ex cauſa. Io. de Fan.

Casvs. Dicitur hic ꝙ ſi aliquis per ignorantiam rebaptizatur, non debet puniri: tamen non debet promoueri niſi ex neceſſitate. qui vero ex certa ſcientia hoc fecit, ſeptem annis debet pœnitere, 4. & 6. feriis, & tribus Quadrageſimis quoli bet anno. ſi pro vitio corporis purgando, vel pro hæreſi hoc fecerit, eodem modo pœniteat. ſi propter ſimplicitatem, credẽs hoc ſibi ad ſalutẽ pro deſſe, hoc fecerit, tribus annis pœniteat.

† *al. capitulis*

4 Ex concil. Neocæſ. c. 6

k ¶ *Ordinari.*] "ſed nũ quid eſt hoc ita verũ abſolute, ꝙ ignoranter rebaptizati ñ poſſunt promoueri? ita ergo erit in poteſtate cuiuſlibet mihi ordines auferre, quia poteſt me dormiente re baptizare: quia ergo durum hoc videtur, dicit Baz. ꝙ hoc intelligitur de ignorantia iuris, quæ non excuſat[b]: & exponit illam litteram, quæ dicit, non indigent pro eo pœnitere, ſup. in tantum quantum aliàs. H. dicit hoc dictum fuiſſe in odium rebaptizantium olim: ſed hodie bene poſſunt promoueri: quia ignorãtia facti omnino excuſat eos. Vel intellige ita dure prout littera ſonat, & ei fit præiudicium ſine culpa ſua. argu. 1. qu. 5. ca. 1. Sed contra 1. q. 4. placuit.

" ꝓmoueri ñ pñt rebaptizati etiã ignoranter.

5 Burc. l. 4. c. 51. Iuo p. 5. c. 245. Pann. l. 1. c. 122.

b Hæc ſnĩa vr̃ cõfirmari p id quod no. 50. di. cõfirmãdũ. ĩ fi. de hoc etiã not. ĵ. diſt. 5. dictum. Ar. † *al. quatuor* † *al. abſtineant*] *al. pœniteant* † *al. fuerit*

l ¶ *Si pro vitio.*] putã pro hæreſi: ſicut Nouatiani & Donatiſtæ baptizatos rebaptizant, vt 24. q. 3. quidã autem hæretici.

6 Burch. l. 4. cap. 99. Iuo p. 1. c. 293.

m ¶ *Similiter.*] ſ. vt mũdiores per ipſum lauacrum efficerentur: ſiue vt mundi ſint corde.

n ¶ *Si pro munditia.*] corporis. forte non erant ſani. ext. de apoca. 2.

Item ex concilio † *Martini Brachar. c.* 54.

¶De eodem. C. CXVI.

4 SI qua mulier prę̃gnans deſiderauit gratiã baptiſmi percipere, quando voluerit[i], habeat poteſtatem. Nam nihil participat in hoc mater infanti, qui naſcitur: propterea quòd vniuſcuiuſq; propria voluntas in confeſſione monſtratur.

Item ex pœnitentiali Theodori.

¶De his, qui ignoranter bis baptizantur. C. CXVII.

23[5] QVi bis ignoranter baptizati ſunt, non indigent pro eo pœnitere: niſi quòd ſecundum canones ordinari[k] non poſſunt: niſi magna aliqua neceſſitas cogat. Qui autem non ignari, iterum baptizati ſunt, quaſi iterum crucifixerint Chriſtum, per ſeptem annos pœniteant quarta, & ſexta feria, & tres † Quadrageſimas ieiunent †. Si pro vitio[l] aliquo fecerint †, ſimiliter[m]. Si pro munditia[n] putauerint, tribus annis ſimiliter pœniteant.

5 Burc. l. 4. c. 51. Iuo p. 5. c. 245. Pann. l. 1. c. 122.

Item Felix Papa tertius, epiſt. 1. c. 2. & ſequentibus.

¶De his, qui ex induſtria bis baptizantur. C. CXVIII.

6 EOs, quos[o] epiſcopos, preſbyteros, vel diaconos fuiſſe cõſtiterit, & ſeu optãtes forſitã, ſeu[p] coactos lauacri illi[q] vnici, ſalutariſq; clarueri feciſſe iacturã[r], vſq; ad exitus ſui die in pœnitentia (ſi reſipiſcant) iacere conueniet, nec orationi nõ modo fideliũ, ſed nec catechumenorũ[r] quidẽ omnimodis intereſſe: quibus laica tantum cõmunio in morte eſt reddenda.

Eos quos.] Casvs. Hoc c. diuiditur in tres part. In prima par. dicit Felix, quòd epiſcopi, presbyteri, & diaconi, q̃ ſpontanei vel coacti conditionaliter ſunt ab hæreticis rebaptizati, vſque ad finẽ vitæ debent in pœnitentia permanere, & ab omni officio eccleſiaſtico ceſſare. in fine tamen eis laica communio tribuatur. In ſecunda parte dicitur, quòd minores clerici, monachi, monachæ, & laici ſic rebaptizati, ſi adulti ſunt, debent duodecim annis pœnitere. Aliter tamen in tribus primis annis. & aliter in ſeptem ſequentibus, & aliter in duobus vltimis. In tertia parte dicitur, quòd pueris ſic rebaptizatis: ſiue ſint clerici, ſiue monachi, vel laici: non eſt tanta pœnitentia imponenda: ſed poſt reconciliationem recipiuntur ad communionem. Secunda pars incipit ibi, *De clericis autem.* Tertia ibi, *Pueris autem.*

o ¶ *Eos quos.*] Casvs. In prima parte agitur de pœna epiſcopi, preſbyteri, vel diaconi rebaptizati. In ſecunda de pœna aliorum clericorum vel monachorum, vel monialium. In tertia de pœna eorũ, qui non ſunt adulti.

p ¶ *Seu coactos.*] " non abſolute, ſcilicet per attractionem. tunc enim non erat coactio imputanda, vt 1. qu. 1. conſtar. & diſt. 50. preſbyteros. ſed hoc aliqua conditione propoſita, vt puta, ſi non patiaris rebaptizari, ſtatim occideris, vel huiuſmodi. Magis enim eligenda eſt mors, quam conſentire rebaptizari, vt 22. q. 2. ſi quis coactus. 32. q. 5. ita ne.

" Coactio eſt duplex, ſ. abſoluta & cõditiõalis.

q ¶ *Iacturam.*] ideſt, iniuriam, patiendo ſe rebaptizari.

r ¶ *Catechumenorum.*] ſ. ea. diſt. 1. epiſcopus nullum. contra. ſed ibi ſolutum eſt.

Source : BIU Cujas

"Metus attenuat peccatum.

a ¶ *Timore.*]maxime:& tunc minor pœna infligitur: "metus.n.omnino non excusat,sed attenuat peccatum.ext. quod me.cau.sacris.

b ¶ *Inter audientes.*] id est,catechumenos, vel laicos, vel non communicantes.

c ¶ *Septem.*]post primũ triennium,quo fuerãt inter audientes, vt de pœ.dis.5.si quis vero.

1 C.3. d ¶ *Inter pœnitentes.*] non solenniter. tales enim eiiciuntur extra ecclesiam, vt 50. dist. in capite.

e ¶ *Etiã oblationes.*] i. non offerant ad altare.sic 11.q.2.de viro.

"Christum negat qui mortaliter peccat.

f ¶ *Abnegare.*]" negat enim Christũ,q mortale peccatũ commit tit.11.q.3.existimant.

g ¶ *Aetatis.*]quantum ad hoc spectat, nõ.n. coercenda est ætas, quæ quid agat non videt.C.de fal.mon.l.1. §.impuberes.

h ¶ *Impositione.*] nec reconciliatoria.

i ¶ *Nec eorum.*]s.maiorum & adultorũ, quorum pœnitentia prænotata est. "quasi dicat, non est talis pœnitentia imponenda pueris qualis adultis: quos censura, i.cõstitutio nostra excipit,i. recipit ad correctionem, pœnitẽtiam eis imponendo,vt prædictum est in c.

†*al.popularibus* "Pœnitẽtia puerorum & adultorũ debet esse diuersa.

2 C.4. †*al.inuestes, al. imberbes* †*al.puritate*

PResbyteris seu.] Hæc est 24. pars di.in qua dicitur, q sacerdotes debẽt habere chrisma ad baptismum: & si omissum fuerit, cõpleatur per episcopum vel sacerdotem. & sit nouum chrisma, s.illius anni. & hoc probat per octo ca.Ioan.de Fan.

Casvs. Hoc c. cũ quatuor sequentib.patet. Sed quod, i.sed non alio nisi eo chrismate q ab ipso fuerit consecratũ &confectum. *Oleo*,i.chrismate. *Panum*,chrismalem. *Nouo*: quia quolibet anno chrisma est renouandum,& vetus cõburendum:vt s.3.dist. in litteris.

3 Beda ĩ act. Apost.c.8. Isid. d offic. l.2.c.fi. Albi. de diuin.of. Sen.4.di.7. Pol.l.3.ti.10 Bur.l.4.c.60 Iuo par.1.c. 267. & 298. Pan.l.j.c.116

k ¶ *Presbyteris.*] quo tempore debet chrisma confici, & à quib. debet accipi, 8.ca.ostendit.

l ¶ *Oleo.*] i.chrismate. contra.95.dist.c.1. sed illud ad tempus fuit permissum pro vitando scandalo. fi.4.dist. denique.

4 Sent. ibid. Bur.l.4.c.70 Iuo p.j.c.264 Pan.l.j.c.117

m ¶ *Presbyteri.*]¶ *Vngant.*]huius cõstitutionis causam & mysterium inuenies j.dist.5.nouissime.

†*al.chrismate*

n ¶ *Si quis.*]¶ *Pannũ*] quo caput pueri chrismate in frõte circuncingitur, ne recẽs vnctio episcopi deleatur vel defluat.vel quo vertex chrismate à presbytero perunctus obuoluitur.

a Et c.cum aliqs. scdm L. & ad hoc facit melius 11.qu.3.placuit. vniuersos. & c. de illis.scdm H.

o ¶ *Si quis.*]¶ *Baptizare.*]Idest,baptizatum vngere.

p ¶ *Manifestatur.*]scilicet facere id propter quod in eum sententia proferatur.24.q.3.si quis non recto[a].

q ¶ *Presbyteri.*] s.dist.95.presbyteri.4.& 5.libro brochardorum,de presbyteris,presbyteros.

r ¶ *Ordinis.*]Hoc corrigitur j.c.prox.

¶ *Omni tempore.*]Casvs.Dicitur hic q episcopus quolibet anno debet chrisma conficere,& per suam diœcesim destinare.ad accipiendum autem chrisma diaconus vel subdiaconus trãsmittatur ante Pascha.presbyter vero præsente episcopo nõ baptizet nisi eo iubente:nec præcedat episcopum in baptisterio. *Signet*,in vertice: quia signare non posset in fronte etiam de licentia episcopi.

s ¶ *Omni tempore.*] i. per singulos annos, i. in omni anno.&poni tur hic totum p parte:sicut aliàs pars pro toto: vt 32.q.4. meretrices. nã per dies,annos,&c.33.q.2.hoc ipsum.& quandoque ẽt verbum pręsentis tẽporis refertur ad præteritum vel futurũ. ff.de ver. sig. verbum oportebat.&dicit lex q hoc verbũ debuit, sumitur pro debet. ff. de lib.leg.l.vl.in prin. t ¶ *Diaconus.*] s. prox. c. contra. sed illud de presbyteris sedi episcopali proximis, istud de his qui octauo vel decimo lapide distãt intelligitur. Ista distinctio habetur ex concilio Meldensi in broc. lib.4.de presbyteris. v ¶ *Non signet.*]in vertice, quia nec etiam ad baptismum debet accedere sine licentia episcopi: vt 96.di. c.vlt. nam de vnctione frontis non videtur posse intelligi. nõ enim(vt dicunt)presbyter potest ea conferre etiam cum licẽtia episcopi:sed de licentia Papæ potest. De qua vnctione hic loquitur?numquid de illa quæ fit in fronte, quæ solis sacerdotib. scilicet succesoribus Apostolorum conceditur? "Numquid sacramentum q episcopus conferre potest posset presbyter minor conferre de licentia episcopi?non videtur:quia ea quę ordini episcopali adhærent non possunt minori delegari,vt 23.di. quorundam. sed de licẽtia Papæ potest. ar. di.95.c.1. loquitur ergo hic de ea quæ fit in vertice: & hoc propter episcopi reuerentiam. arg. s.dist.2.ca. vlt. Vel hic de pueris illis quos ipse episcopus baptizauit. Et ita non est contra.s.ead. presbyteris.

5 Bur.l.4.c. 94. Iuo p.1. c.288. Pan. l.1.c.99. †*al.chrismatis*

6 Burc.l.4.c. 72. Iuo p.1. c.266. Pann. l.1.c.100. bdhac mria no.s.e.di.2. ĩ Christo pr in prin. arc.

7 in Vasensi cõcil. c.3. s. di.95. pbyteris primo

8 Bur.l.4.c. 76. Iuo p.1. c.270. Pan. l.1.c.101. †*al.iuniorem*

9 Vide Meldens.c.46. "sacra ecclia an possint epo cõcedẽte per simplicem presbyterũ conferri.

10 s.dist.95. presbyter. C.52.

11 Distin 95. nõ oportet. C.53.

12 Burc.l.4. c.73.Iuo p.1 c.167.

¶ Et nisi forte ab episcopo fuerit illi præceptum.

x ¶ *Vnusquisque.*]Casvs. Dicitur hic q presbyter non debet vngere in fronte nisi ab episcopo sibi sit præceptum. Et hoc ideo quia episcopus non potest omnibus ministrare. Et ideo ad hoc ordinauit presbyteros. Et ideo dicit, vnusquisque presbyter, i. quilibet presbyter, non debet vngere in fronte nisi ab episcopo sibi sit præceptum. Et hoc ideo quia episcopus non potest omnibus ministrare. Et ideo ad hoc ordinauit presbyteros. Et ideo dicit, vnusquisque presbyter, i. quilibet presbyter, non debet vngere in fronte nisi ab episcopo sibi sit præceptum.

y ¶ *Ad.*]Casvs. Dicitur hic q presbyter non debet vngere in fronte nisi ab episcopo sibi sit præceptum. Et hoc ideo quia episcopus non potest omnibus ministrare. Et ideo ad hoc ordinauit presbyteros. Et ideo dicit, vnusquisque presbyter, i. quilibet presbyter, non debet vngere in fronte nisi ab episcopo sibi sit præceptum.

z ¶ *Presbyteri.*]Casvs. Dicitur hic q presbyter non debet vngere in fronte nisi ab episcopo sibi sit præceptum. Et hoc ideo quia episcopus non potest omnibus ministrare. Et ideo ad hoc ordinauit presbyteros. Et ideo dicit, vnusquisque presbyter, i. quilibet presbyter, non debet vngere in fronte nisi ab episcopo sibi sit præceptum.

a ¶ *Non*

Source : BIU Cujas

a ¶*Non præiudicantes.*] dixi ante confirmationem chriſmandum baptizatum: nec tamen per hoc præiudicamus, quin ſi ante factũ non fuerit, poſtea fieri debet, quaſi dicat, per hoc quod diximus, non facimus præiudicium quin in alio tempore quàm in confirmatione poſſit hæc chriſmatio fieri in vertice.

b ¶ *Neceſſaria habeatur chriſmatio.*] videlicet vt ſi in alio tpe nõ fieret in vertice eius chriſmatio: ſaltẽ tunc non prætermittatur, quia neceſſaria eſt.

c IN *ſabbato.*] Tangitur conſuetudo eccleſiæ.

d ¶ *Ante chriſmatis.*] poſtea licet: cum chriſma ſit ſacramentum eccleſiæ[a].

NEc *quemquam.*] CASVS. Bene. ſic ponit hũc caſum. Hic primo oſtenditur ꝙ aqua bñdicta, qua homines, q̃ baptizantur aſperguntur, valet ad eorũ ſanctificationẽ: & hoc ꝓ quaſdam auctoritates vet. teſt. Secundo ꝙ ſpiritus ſanctus ad menſurã non datur: ſed ſup credentes æqualiter infundi tur, & hoc ꝓ mannam ſignificatur de qua in Exodo loquitur ꝙ eodẽ mõ à ſingulis colligebatur. Tertio ꝙ diabolus vſq; ad baptiſmũ nocet, ſed in baptiſmo vires amittit omnino: ſicut Pharao vſq; ad aquas reſiſtere potuit, ſed in mari rubro periit. H. vero intelligit hoc c. de aſperſiõe aquæ benedictæ, & nõ de baptiſmo, vnde ſic ponit caſum. In 1. parte illius c. oſtendit Cyrianus qualiter homines aſpergãtur aqua cõſecrata. vnde hoc habuit initium, ſ. à veteri teſtamento, ad quod oſtendendũ multas inducit auctoritates veteris teſtamenti. In 2. part. oſtendit ꝙ huiuſmodi aſperſio aquæ & in nouo & in veteri teſtamẽto videtur eſſe ad inſtar baptiſmi, licet in hoc ſit differentia, quia in aquæ aſperſione aqua inæqualiter funditur ſuper ſingulos, ſed in baptiſmo gratia ſpiritus ſancti omnib. æqualiter confertur, niſi fictio impediat. In 3. part. oſtenditur, ꝙ diabolus licet vſq; ad baptiſmũ habeat vires, in baptiſmo tamẽ debilitatur omnino. & vires amittit: & hoc probat per exẽplum. nã Pharao vſque ad aquas maris ſecut[e] eſt filios Iſrael: ſed poſtquam illuc venit, in ipſa aqua ſubmerſus eſt & extinctus. Sed licet ita poſuerunt Ben. & H. in apparatu tamen ponitur, & littera c. ſatis innuit in pluribus locis, quòd de baptiſmo intelligitur, & de illis qui propter ægritudinẽ immergi non poſſunt. *Baptizantur ægri*, ideſt, volunt baptizari.

† *Vt præiudicans quidquam dico*] orig.

a idẽ no. 75. di. ordinõe. quod dic vt no. ſ. e. diſt. c. 1.

1 Iuo p. 1. c. 112. Pan. l. 1. c. 103.

† *al. videntur*

Ezech. 36.

Num. 19.

e ¶*Nec quemquam.*] In prima par. dicitur ꝙ ſi ita æger eſt ille q̃ baptizari debet, ꝙ non ꝓt immergi, ne forte lædatur: ſufficit ꝙ aſpergatur aqua, & hoc vſq; ad illud, *ſpiritus vero ſanctus, &c.* In ſecunda par. dicitur ꝙ non refert vtrum multũ aquę vel parum cadat ſuper eũ. & hoc ꝓbatur auctoritate veteris teſtamenti, vſq; ad illud, *quòd ſi aliquis in illo.* In tertia dicitur ꝙ diabolus in baptiſmo totam poteſtatem ſuam amittit. quod ꝓbat exemplo Pharaonis. ſed tamen H. nõ ponit exemplum in baptiſmo, ſed de aqua benedicta intelligit.

f ¶*Aquam mundam.*] quæ fiebat ex aſperſione cineris vitulæ ruffæ, vt habetur ex lib. Numerorum. s̃. diſt. 3. aquam.

iudicantes† [a] cuidã hoc dicimus: ſed vt neceſſaria, habeatur chriſmatio [b].

A ¶ Sacerdos commouebitur.] *Apud Burchardum, & Iuonem (qui hic caput concludunt, quod citant ex Vaſenſi, c. 5.) ſic legitur*, in confirmatione ſacerdotis perficietur, *aut, vt Iuo*, perficiatur.

B ¶Vt neceſſaria.] *Varietas inſignis eſt in editione conciliorum Colonienſi trium tomorũ. Nam & iſto modo legitur & hoc.* non neceſſaria habeatur rechriſmatio. *&*, non neceſſaria habeatur chriſmatio repetita. *&*, neceſſaria habeatur chriſmatio repetita, *quæ ſola lectio retenta eſt in editione quattuor tomorum.*

Item Capitularium, lib. 6. c. 77.

¶Antequam chriſma infundatur, ad aſpergendum aquam de fonte accipere licet. C. CXXVI.

1 IN ſabbato [c] ſancto Paſchæ, vel Pentecoſtes, ſi quis velit aquã conſecratam ad aſperſionem in domo ſua recipere, ante chriſmatis [d] infuſionem recipiat.

Item Cyprianus, lib 4. epiſt. 7. ad Magnum.

¶Vnde aſperſionis ſanctificatio exordium ſumpſerit. C. CXXVII.

NEc quemquã [i] mouere debat, ꝙ aſpergi, vel perfundi iubentur† ægri, cum gratiam Dominicam conſequuntur, quando ſcriptura ſancta per Ezechielem prophetam loquatur, & dicat [& aſpergam ſuper vos aquam mundãt: & mundabimini ab omnibus immunditiis veſtris, & ab omnib. ſimulacris veſtris: & mũdabo vos, & dabo vobis, cor nouum [g], & ſpiritum nouum dabo in vobis.] *Item in Numeris.* Qui tetigerit [A] cadauer hominis, & propter hoc ſeptẽ diebus fuerit immundus, aſpergatur de hac aqua die tertio, & ſeptimo: & ſic mundabitur. *Item.* ¶ Si fide [h] Trinitatis mundatus nõ fuerit, in reſurrectione [B] apud ſanctorũ collegium [i] immũdus erit. Si die tertio [k] aſperſus nõ fuerit, ſeptimo [l] non poterit emundari. Omnis [m], qui tetigerit humanæ [n] animæ morticinũ, & aſperſus ex hac cõmiſtione non fuerit, polluet [o] tabernaculũ [p] Domini, & peribit ex Iſrael: quia, qui aqua aſperſus non eſt expiationis, immundus erit, & manebit ſpurcitia eius ſuper eũ. *& iterum.* [& locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens. Accipe Leuitas de medio filiorũ Iſrael, & purificabis eos, & ita facies eis purificationem eorum, circunſperges eos aqua purificationis.] *& iterum.* Aqua aſperſionis purificatio eſt. Vnde apparet aſperſionem quoq; aquæ, inſtar ¶ ſalutaris lauacri obtinere, & quando hæc in eccleſia fiunt, vbi ſit & accipientis, & dãtis fides integra [r] ſtare omnia, & conſummari, ac perfici poſſe Domini maieſtate, & fidei veritate. *& infra.* ¶ Spiritus vero ſanctus nõ dimenſuratur† [s], ſed ſuper credentẽ totus infunditur. Nam ſi dies omnibus ęqualiter [t] naſcitur: & ſi ſol ſuper omnes pari, & ęquali luce diffunditur, quanto magis Chriſtus ſol, et dies verus in eccleſia ſua lumen vitæ æternæ pari æqualitate largitur [u]? Cuius æqualitatis ſacramentum videmus in Exodo eſſe celebratum, cum de cælo manna deflueret, & futurorum prefiguratione alimentum panis cęleſtis, & cibum Chriſti venientis oſtenderet. Illic enim ſine diſcrimine vel ſexus, vel ætatis Gomor ſingulis æqualiter colligebatur. Vnde apparebat Chriſti indulgentiam, & cæleſtem gratiam [u] poſtmodum ſecuturã æqualiter omnib. diuidi: ſine ſexus varietate, ſine annorũ diſcrimine, ſine acceptione perſonæ ſuper omnem Dei populum ſpiritalis gratiæ munus infundi. Plane eadẽ gratia ſpiritalis, quæ æqualiter in baptiſmo à credentibus ſumitur, in cõuerſatione, atq; actu noſtro poſtmodũ vel minuitur [x], vel augetur, vt in Euãgelio Dominicum ſemen æqualiter ſeminatur: ſed pro varietate terræ aliud abſumitur: aliud in multiformem copiam, vel trigeſimi, vel ſexageſimi, vel cẽteſimi numeri fructu exuberante cumulatur. *& paulo poſt.* ¶ Quod ſi aliquis in illo morerur, quòd quidam ex his, qui ægri baptizãtur, ſpiritibus adhuc immundis teneantur [c], ſciat diaboli nequitiam pertinacem vſque ad aquam ſalutarem valere: in baptiſmo vero omnis † nequitiæ [y]

g ¶*Cor nouum.*] i. virtutibus innouatum. Num. 8.

h ¶*Fide.*] quam ſignificat dies tertius.

i ¶ *Sanctorum collegium.*] vbi erit perfecta requies.

k ¶*Si die tertio.*] ideſt, fide Trinitatis.

l ¶*Septimo.*] i. ſeptima ætate quieſcentium.

" Meretur " nullus enim meretur niſi in corpore: & hic omne meritũ comparatur. 13. q. 2. tempus.

ADDITIO. Et eſt ſens[o], niſi homo qui pollutus eſt peccato, fidem Trinitatis habuerit, requiem non habebit in futura vita, quæ ſequetur poſt ſeptenarium præſentis vitæ. Archid.

" nullus niſi in corpore.

m ¶*Omnis.*] verba legis Moſaicæ. H.

n ¶*Humanæ.*] i. "omnis ille dicitur tangere morticinũ, qui poſt lacrymas culpas repetit: vt de pœ. di. 3. baptizantur. Morticinum poteſt dici à morte, & à cædo vel cædo, & ſic diuerſis modis pronũtiari. Verſus:

Morticina cadũt ferro: morticina morbo.

"Morticinũ tãgere quis dicitur. 2 Concor, in ſimil. tex. in aut. d mon. §. hinc nobis. col. 1. & l. cõi herma phrodito. ff. de ſta. ho.

o ¶*Polluet.*] ad litterã, i. pollutus reputabitur, & non intrabit in tabernaculũ cum aliis. 81. diſt. oportet.

Exod. 19.

p ¶ *Tabernaculum.*] i. ſeipſum, qui eſt pars tabernaculi Dei, i. eccleſiæ, & ſic tabernaculum, i. eccleſia: vt 26. q. 2. ſed & illud.

q ¶ *Inſtar.*] inſtar fuit apuod eos. nam modo non eſt inſtar.

r ¶*Integra.*] ac ſi integre eſſet aſperſus.

s ¶*Non dimẽſuratur.*] q. d. ſicut aqua non ad mẽſuram ſuper ſingulos infunditur: " ita ſpiritus ſanctus ſine perſonarum acceptione ĩ baptiſmo omnib. fidelibus traditur. Vel dimenſurat, i. non per partes datur, aliàs dimenſurantur.

Matth. 13. "Spũsſctũs per partes non datur.

† *de menſura datur*] vera lectio.

t ¶ *Aequaliter.*] i. non differẽter pp ſexuum vel annorũ diuerſitatem. non. n. huic plus confertur quia vir, illi minus, quia fœmina: & ſic de aliis: quod q̃dem eſſet acceptio perſonarum. vnde ſequitur, hic ſine acceptione, &c. extra de iudic. nouit.

† *omne*] ori.

v ¶*Gratiam.*] "hic manifeſte videtur quòd gratia confertur in baptiſmo & paruulis, & adultis. ſed potes hic appellare gratiam remiſſionem peccatorum. Quid iuris ſit de hoc, habes extra de baptiſm. & eius effectu, maiores.

"Gra oĩbus i baptiſmo confertur.

x ¶*Vel minuitur.*] ar. ꝙ charitas poteſt minui: ſed non eſt hoc verũ, quia non deficit charitas, ſed magis proficit: ſed dicitur minui, quia vnus habet maiorem charitatem quàm alter. 20. diſt. §. 1.

y ¶*Omnis nequitiæ.*] quaſi dicat, & ſi poſt baptiſmum vexet corpus, animæ tamen non poteſt nocere. Vel forte non prorſus liberatur baptizatus, vt in fi. dicitur.

a ¶*Amitte*

Source : BIU Cujas

a ¶ *Amittere.*]ſ.e.c.fine.& c.exhinc.& c.dehinc.contra.ſed ibi dicitur,ꝙ ſignificetur expellẽdus,&vim amiſſurus,vel dic ꝙ amittat in
" diabolus exorciſmo,vt non habeat tantã vim q̃tã prius:"ſed in baptiſmo ex
pdit vires p toto eam amittat quo ad animam: quia extinguũtur peccata per q̃
baptiſmum hominem poſſidebat,vt ſ.c.poſtq̃.Vtrum liberatur in baptiſmo dę

moniacus à vexatione corporali, non ſatis elucet.in fine ſic videtur dici.Vel intelligatur de liberatione animæ.

Exod.14.

b ¶ *Per Pharaonem.*] quia,ſ.ipſe Pharao dicebat, ꝙ dimitteret populum, nec dimiſit donec fuit vẽtum ad mare rubrum.

1.Cor.10.

Quando quis.] Hęc eſt 25.pars diſ.in qua dr, ꝙ non debet quis expectare baptizari vſque ad mortem,qm̃ quandoque fruſtratur ſpe.Io.de Fan.

Casvs. Quidã homines baptizari differebant, & ſub ſpe confidenter peccabãt, ſ.vt in morte baptizarentur,&ſic tũc ab omni peccato mundarẽtur. tales in hoc ca.reprehenduntur,quia qſiq; ſolent decipi, & ſine baptiſmo mori: nec ẽ datus baptiſmus, vt peccata augeãtur,ſed vt deleantur.

†al.Deo

c ¶ *Diſceſſerunt.*] non videtur, ꝙ vacui recederent,ex quo baptizari voluerunt,vt ext. de bap.debitũ. immo ſic, quia culpa ſua nõ percepe runt, " nam imputatur eis quod accidit[a] culpa ſua.15. q.1.c.pe. ff.loc.ſi quis domum.

†al.mendacio

" imputatur mihi qđ mea culpa accidit.

a No.hic ar. cõtra eũ q̃ ĩ primis tpib. neglexit ad ordines ꝓmoueri.Ar. ad id ext.de ele.cũ in veteri.iuxta fi. &quod dixi 11.q.3.eorũ. ibi videas. Arc.

d ¶ *Si vero quis.*] ſi.ar. ext.de ap. reprehenſibilis. 22.q.2.is autem. & licet baptiſmus dimittat peccata:nõ tñ dat licentiam peccandi,vt 1.q.7.exigunt.

Vęris.] Hæc eſt 26. pars diſt.in qua dicitur ꝙ peccatũ parentum non nocet filio, quamuis eorum oblatio proſit.Io.de Fan.

Casvs:Bonifaci[e] duas fecit quæſtiones Auguſtino: quarũ prima eſt, an malitia parentũ obſit filiis, cũ eos offerunt ſacrificiis dæmoniorum: ſicut eis prodeſt fides parentũ cum baptizãtur.Secũda eſt,an patrini à mẽdacio excuſentur cũ pro paruulis interrogati reſpondent eos credere in Deũ,& huiuſmodi: quod tamen ipſi vtrũ ita ſit,penit[e] ignorant. Primæ quæſtioni reſpon.Aug. in hunc modum,ſ.ꝙ ne quitia parentum non imputatur filiis non conſentientib.tñ cum baptizantur prodeſt eis fides eorũ: actuale.n. peccatum patris ideo non imputatur filio nõ cõſentienti, quia alius eſt filius,& alius eſt pater.vnde cum non ſit cõis eorum anima, culpa non poteſt eſſe cõis.ſed quia in baptiſmo fit remiſſio peccatorum per ſpiritũ ſanctum,qui cõis eſt patri & filio,ideo in baptiſmo fides parentum prodeſt filio:& ita aliter eſt in bono q̃ in malo.Nam in malo nullus communicat alij,niſi conſentiat in bono propter vnitatẽ ſpiritus ſancti vnus ſæpe intelligitur ſuæ virus amittere[a].Quod exemplum cernim[9] in rege Pharaone: qui diu reluctatus,& in ſua perfidia demoratus tamdiu reſiſtere potuit, & prævalere, donec ad aquam veniret, quò cum veniſſet, & victus eſt,&extinctus.Mare autem illud,ſacramentum baptiſmi fuiſſe declarat beatus Apoſtolus Paulus dicens, (Nolo enim vos ignorare fratres:quia patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes per mare trãſierunt,& omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari,]& addidit dicẽs [Hæc autem omnia, figuræ noſtræ fuerunt.]Quod hodie etiam geritur, vt per exorciſtas voce humana, & poteſtate diuina flagelletur, & vratur,& torqueatur diabolus, & cum exire ſe,&[a] homines Dei† dimittere ſæpe dicat,in eo tamẽ qđ dixerit,fallat, & id,quod per Pharaonem[b] prius geſtum eſt,eodem modo† obſtinationis, & fraudis exerceat. Cum tamen ad aquam Dei ſalutarem, atque ad baptiſmi ſanctificationem venitur,ſcire debemus, & fidere:quia illic diabolus opprimitur, & homo Deo dicatus diuina indulgẽtia liberatur.

A ¶ Qui tetigerit.]*Hæc vſque ad ver.*Et locutus eſt. *Aliis verbis à B. Cypriano exponuntur,ex quo quidẽ in ceteris huius capitis partibus multa ſunt emendata.*

B ¶ In reſurrectione.] *Huius ſententiæ ſunt quædam veſtigia in glo.interlineari ad iſtum Numerorum locum.*

c ¶ Teneantur.]*In originali impreſſo eſt,* tenentur:*ſed in quinque manuſcriptis:*tẽtabantur.*Hoc enim ſibi vult B.Cyprianus, dum ad hibentur ſolennitates præcedentes baptiſmũ, tentari adhuc homines poſſe ab immundis ſpiritibus,deſinere autem tentationem in abſolutione baptiſmi,id eſt, in aqua ſalutari. Sic enim ab ipſo nunc vſurpatur vox* baptizantur*, ac ſæpe à philoſophis vſurpari ſolet vox,* generari,*nimirum pro alteratione præcedente eductionem,& prouentum formæ.*

Item Ioannes Chryſoſtomus in epiſtolam ad Hebræos,hom.13.ad c.7.

¶De his,qui vſque ad exitum vitæ ſuſcipere baptiſma differunt. C. CXXVIII.

25 QVando quis propterea peccat, vt ſanctum baptiſma in nouiſſima ſua expiratione ſuſcipiat,fortaſſis non adipiſcitur. Et credite mihi, non terrens vos dico,quod dicturus ſum.Multos noui, qui hoc paſſi ſunt, qui ſpe baptiſmatis multa peccabãt, circa diem autem mortis diſceſſerunt[c] vacui. Deus enim propter hoc,baptiſma tribuit,vt ſoluat ad peccata, non vt addat. [A] Si vero quis[d] ad hoc vtitur baptiſmate,vt ampliora delinquat,ipſum fit negligentiæ cauſa.

A ¶ Non vt addat.]*In editione Veronenſi mendoſe eſt,* ἵνα αὔξῃσιν *corrigendumque ex manuſcriptis* ἐχ ἵνα αὔξῃσιν.

Item Auguſt.ad Bonifacium epiſt.23.

¶ Paruulis baptizatis parentum non nocet perfidia. C. CXXIX.

26[1] QVæris[e] à me vtrum parentes baptizatis paruulis ſuis noceant:cũ eos dæmoniorum ſacrificiis ſanare conãtur: & ſi non nocent,quomodo eis ꝓſit, cum baptizantur, parẽtum fides: quorum eis non poteſt obeſſe perfidia.Vbi reſpondeo tantam illius ſacramenti, hoc eſt,baptiſmi ſalutaris eſſe virtutẽ in ſancta compage corporis Chriſti,vt ſemel[a] regeneratus per[f] aliorum voluntatem[g], deinceps non poſſit vinculo[h] alienæ iniquitatis obſtringi, cui nulla ſua voluntate conſenſit. [Et anima enim patris mea eſt, inquit[i],& anima filij mea eſt.]*& item rum.*¶ Anima, quæ peccauerit,ipſa morietur.] Non autem peccat ipſa,cum parẽtes ei neſcienti, vel quilibet alius adhibet ſacrilegia dæmoniorũ. Sed ideo ex Adam[k] traxit[l], quod ſacramenti illius gratia ſolueretur: quia nondum erat anima ſeparatim viuẽs,ideſt, altera anima, de qua diceretur, [& anima patris mea eſt,&anima filij mea eſt.] Iam† itaque dicit[m] quòd cum homo in ſeipſo eſt, ab eo,qui genuit,alter effectus,peccato alterius ſine ſua[n] conſcientia† non tenetur obnoxius[o]. *& infra.* ¶Quomodo† itaque[p] in paruulum maiores peccant offerentes eum, atque obligare conantes dæmonum ſacrilegis vinculis? non eſt anima vtrorumque communis,vt etiam culpam poſſint habere communem. Non enim ſic communicatur culpa per alterius voluntatem: quemadmodum[q] communicatur gratia per ſancti ſpiritus vnitatem.*Item paulo*

alteri communicare, & ei ꝓdeſſe. Ad ſecundam quæſtionem reſp. dicens,ꝙ patrini non mentiuntur cum reſpondent pueros credere & fidem habere propter fidei ſacramentum quod recipiunt per baptiſmũ,& conuertere ſe ad Deum,propter conuerſionis ſacramentum,quod ſuſcipiunt,ſ.baptiſmũ. & dicitur hoc eo tropo loquendi quo dicitur,hodie eſt paſſio Chriſti: hodie reſurrexit, cum iam multi anni tranſierũt, ꝙ Chriſtus paſſus eſt & reſurrexit.&eſt ſenſus. Hodie eſt reſurrectio,&c.i.hodie celebratur ſacramentum reſurrectionis.ſic dicitur, puer credit,i.ſacramentum fidei ex qua creditur in Deũ, ſuſcepit.*Perdiſſenam*, ideſt, in ſexta die apparet dies & ſenus. *Perendiſſenam*, i.ĩ ſexta die, quaſi perẽpta ſexta die.*Eius*,id eſt,ſi dei,id eſt baptiſmi.

1 Pol.l.3.tit.10. Anſ.l.9.c.41.

e ¶ *Quæris.*]Casvs.In prima parte vſque illuc, *difficillimam*,&c. reſp.Aug.primæ quæſtioni Bonifacij, quæ eſt illa:Quare ab obligatione qua tenẽtur liberantur per hominem, & non poſſunt p hominem obligari. In ſecunda vſq; ad illud, *qui hoc non credit.*ſecundæ quæſtioni Bonifacij reſp. quare cũ baptizãtur pueri,reſpondent patrini ad hanc quæſtionem, credis? credo: & non tũc ad iſtã,erit ne iſte bonus?In tertia parte dicit, ꝙ qui non credit,vt ipſe ſoluit, pro facto eſt infidelis, & deterior eſt quàm ſit iſte paruulus.

Ezec. 18.

f ¶ *Per.*]i.propter.

g ¶ *Voluntatem.*] malam.

h ¶ *Vinculo.*] & dicit lex, " quia dolus tutoris non obeſt pupillo. ff.de reg.iu. neque in interdicto niſi ſit locupletior factus,vt ff.de do.ſed ex dolo.Vel niſi tutor ſoluendo ſit, vt ff.de adm.tut.l.vlt. §.ſi tutor.

"tutoris dolus pupillo non obeſt.

i ¶ *Inquit.*] ſcriptura, vel propheta Ezechiel.18.c.

k ¶ *Sed ideo ex Adam.*] ibi tacitæ reſpondet quæſtioni.

l ¶ *Traxit.*]ſcilicet cauſam peccati,&c.

m ¶ *Iam itaque dicit.*] id eſt, innuit ex præmiſſis, illa ſcriptura, ſcilicet anima patris, &c.

n ¶ *Sine ſua conſcientia.*]ideſt,ſi non conſentiat.7.q.1.cum autem.

o ¶ *Obnoxius.*] quaſi dicat,poſt vitam animæ in proprio corpore non contrahitur peccatum niſi ex propria labe.

p ¶ *Quomodo itaque.*] inferius reſpondet huic quæſtioni ibi, verumtamen recte.& tunc dic,ſacrilegis,quaſi nullo modo:quia non eſt,&c.[b]

q ¶ *Quemadmodum.*]arg.aliud in inuia,aliud in inuio.arg.29.q.1.§. quod autem.& no.26.q.5.nec mirum. ſicut dicit lex,quòd aliud eſt in obligatione,aliud in liberatione.ff.de act.& oblig.Arianus.cum hæc cauſa liberalis ſit.arg.extr.de prob.ex litteris.

†iam itaque cum homo] vera lectio.

† Conſenſione]vera lectio.

† Quando autem]vera lectio,& ſine nota interrogõnis.

b Et ſic iſta lĩa legitur interrogatiue, qñ eſt in lĩa, qũo. ſi autẽ hẽs in lĩa,qñ,tunc non legitur interrogatiue, ſ3 remiſſiue,&ſuſpẽditur vſque ad illã lĩam nõ eſt anima,&c.Arc.

a ¶ *Contrah*

Source : BIU Cujas

Obligatio extincta nõ renaſcitur.

a ¶ *Contrahatur.*]arg. ꝙ obligatio ſemel extincta amplius nõ renaſcitur, vt 23.q.4.ſi illic.&ff.de ſol.qui res. §.Aream. Arg.cõtra. 26.q.7.ab infirmis. ſi. ff.de ſer.vr.præ.ſeruitutes. ff.quemad. ſer. amit.ſi locus.

b ¶ *Niſi propria impietate.*]&ita liberari qs poteſt etiam inuitus vel ignorans,ſed non obligari.vt ff.de ſolu. ſolutionem.& l.ſolue re. ff.de neg.ge.l.ſoluendo. & ff.de noua. ſi ſtichum.§.vlt.

†*al.ſit*

c ¶ *In ipſis.*] & ita in maleficiis voluntas ſpectatur, nõ exitus. ar.22. q.2.homines.ff. ad l.cor. de ſi.diuus.[a]

†*al.& illius* a Sub.quia alia eſt cã liberatiõis,& alia obligatiõis,vt ſ.dr in gl.arg. aliud,&c.

d ¶ *Nec illud.*] tacitæ obiectioni reſpõdet.

e ¶ *Placet.*]arg.cõtra. 1.q.4.qa præſulatus.

f ¶ *Parit.*]in ſacramentis.vt 32.q.4.recurrat. de pœn.diſt.1.ſicut.

g ¶ *Quid eſt aliud.*] q.d.non videtur eſſe aliud illud quod tunc fit,quam reſpondere, & promittere, de moribus eorum futuris.

h ¶ *Parentes.*]i.patrini,qui patres ſpirituales dicuntur.ſ.30.q.3. Pictacium.

i ¶ *Occultum eſt.*]quid cogitet.

1.Theſ.5.

k ¶ *Vel perdiſſenam.*]i. per ſenum,1.vj.diem.

l ¶ *Perendiſſenam.*] i. perempto die ſeno ſiue ſexto,i.poſt ſex dies vno perempto.[b]

m ¶ *Dicatur.*] q.d.ſicut dicitur, ꝙ hodie fit reſurrectio Domini, eo ꝙ ſacramẽtum eius hodie celebratur:ſic dicitur paruulus credere,pp ſacramẽtum,quod recipit.

n ¶ *Itaque paruulum.*] q.d.licet ego reſpondeam, quòd credit in Deum,hoc dico eo ꝙ fidei ſuſcipit ſacramẽtum, non quòd reuera adhuc fidẽ habeat. nã in paruulo credere eſt fidei ſacramentum ſuſcipere, vt ſ.e. nihil aliud.

o ¶ *Obicem.*]quia licet non habeat fidem,tñ nõ habet infidelitatẽ.

p ¶ *Contrariæ.*]ſi.ſ.54. diſt.ſi ſeruus. nc ff.ad Maced.l.ſi filiusfamilias.ff.de re.iur.ſemp.

1 ſ.e.nec illud.

b Cũ in die Dñico in ramis palmarum interrogaueris me, & dices qñ erit Paſcha, & ego reſpõdebo, pdiſſenam. i. poſt vj. dies futuros. & cõponitur ex p ex dies ſex.Arc.

IN *eccleſia.*] Casvs. Dicitur hic ꝙ ſicut paruuli ab alijs peccatum originale contraxerunt , ita per alios baptiſmum recipiũt, per quos dicũtur credere , & fideles eſſe: nec vitam habere pñt q sũt expertes corporis &ſanguinis Chriſti,in eſt, vnitatis eccleſię.& dicit H. ꝙ nõ eſt ibi,non : quia non debet dici non poſſe, ſed poſſe:poteſt tñ & illa littera bene legi. *ſuperius.* ¶ Regenerans ergo ſpiritus in maioribus offerentibus,& paruulo oblato, renatoq; communis eſt.Ideo per hãc ſocietatem vnius eiuſdemque ſpiritus prodeſt offerentium volũtas paruulo oblato. *& infra.* ¶ Poteſt enim & in hoc,& in illo homine eſſe vnus ſpiritus ſanctus , etiam ſi ſe inuicem neſciant:per quem ſit † vtriuſque gratia communis : non autem poteſt ſpiritus vnus eſſe hominis & huius , & illius : per quem peccante altero, & altero non peccante, ſit tamen culpa communis. Ac per hoc poteſt paruulus ſemel ex parentum carne generatus,Dei ſpiritu regenerari,vt ex † illis obligatio contracta ſoluatur.Non poteſt autẽ ſemel Dei ſpiritu regeneratus, ex parentum carne regenerari:vt obligatio, quæ ſoluta eſt , iterum contrahatur [a] .Et ideo ſemel perceptã &paruulus Chriſti gratiam non amittit,niſi propria impietate [b] .*& paulo poſt.* ¶ Verumtamen recte dicuntur parẽtes,vel quicumque maiores, filios, ſeu quoſlibet paruulos baptizatos dæmoniorũ ſacrilegiis obligare conantes,ſpiritaliter homicidæ. Nam in illis quidẽ interfectionem nõ faciunt: ſed quantum in ipſis [c] eſt, interfectores fiunt:rectequeillis dicitur, quando ab hoc ſcelere prohibentur, nolite occidere paruulos veſtros. [1] Dicit enim & Apoſtolus [Spiritum nolite extinguere]non quia ille extingui poteſt:ſed quantũ in ipſis eſt,extinctores eius merito dicuntur,qui ſic agunt,vt extinctum velint.Nec illud [d] te moueat,*& c. & infra.* ¶ Celebrantur enim per eos neceſſaria miniſteria. *& infra.* ¶ Offerũtur quippe paruuli ad percipiendam ſpiritalẽ gratiam non tam ab eis, quorum geſtantur manibus (quamuis & ab ipſis, ſi & ipſi boni fideles ſunt) q̃ ab vniuerſa ſocietate ſanctorum, atq; fidelium. Ab omnibus namq; offerri recte intelliguntur:quibus placet [e] ,ꝙ offeruntur,& quorum ſancta, atque indiuidua charitate ad communicationem ſancti ſpiritus adiuuantur. Tota hoc ergo mater Eccleſia,quæ in ſanctis eſt, facit:quia tota omnes,tota ſingulos parit [f] .*Item infra.* ¶ Difficillimã ſane quæſtionem tibi propoſuiſſe viſus es in extremo inquiſitionis tuæ, ea videlicet intentione, qua ſoles vehementer cauere mendacium. Si conſtituam,inquis,ante te paruulũ,& interrogem, vtrum cum creuerit , futurus ſit caſtus, vel fur,vel non ſit futurus,ſine dubio reſpondebis, neſcio:& vtrum in eadem paruula ætate conſtitutus cogitet aliquid boni,vel mali, dices, neſcio. Si itaq; de moribus eius futuris nihil audes certi promittere,& de eius præſenti cogitatione , quid eſt aliud † g quàm quando ad baptiſmum offeruntur,pro eis parentes [h] : tamquàm fidei auctores † reſpondent, & dicũt illos facere,quod illa ætas cogitare non poteſt,aut ſi poteſt,occultum eſt [i] ?Interrogamus enim eos, à quibus offeruntur, & dicimus,Credit in Deum?de illa ętate, quæ vtrum ſit Deus , ignorat. Reſpondent,Credit,& ad cetera ſic reſpondetur ſingula,quæ quæruntur†. Vnde miror parentes in iſtis rebus tam fidenter pro paruulo reſpondere,vt dicãt eum tanta bona facere,quæ ad horam, qua baptizatur,baptizator interrogat:tamen eadem hora,ſi ſubiiciam,erit caſtus,qui baptizatur,aut non erit fur?neſcio, vtrum audeat dicere aliquis, aliquid horũ erit, aut non erit:ſicut mihi ſine dubitatione reſpondet,ꝙ credat in Deum,& ꝙ ſe conuertat ad Deum. *& infra.* ¶ [2] Ecce facio,quantum poſſum.Dominus adiuuet, vt quod poſtulas,poſſim.Nempe ſępe ita loquimur, vt paſcha propinquante dicamus craſtinam,vel perdiſſenam † [k] vel perendiſſenam [l] eſſe Domini paſſionem : cum ille ante tam multos annos paſſus ſit:nec omnino, niſi ſemel, ipſa paſſio facta ſit. Nempe ipſo die Dominico dicimus, hodie Dominus reſurrexit: cum ex quo reſurrexit,tot anni trãſierũt.Cur nemo tam ineptus eſt,vt nos ita loquẽtes arguat eſſe mẽtitos?niſi quia iſtos dies ſecundũ illorũ,quibus hæc geſta ſunt,ſimilitudinem nũcupamus: vt dicatur [m] ipſe dies,qui non eſt ipſe,ſed reuolutione tẽporis,ſimilis eius:& dicatur illo die fieri propter ſacramenti celebrationẽ,quod nõ illo,ſed iam olim factũ eſt.*& infra.* ¶ [3] Itaq; paruulum [n] ,*& c. & infra.* ¶ Cum autem homo ſapere cœperit:non illud ſacramentũ repetit,ſed intelligit:eiuſq; veritati conſona etiam vuluntate coaptabitur.Hoc quãdiu nõ poteſt, valebit ſacramentũ ad eius tutelã aduerſus cõtrarias poteſtates:& tñ valebit,vt ſi ante rationis vſum ex hac vita emigrauerit, per ipſum ſacramentũ cõmendãte eccleſiæ charitate,ab illa cõdẽnatione,quæ per vnũ hominẽ intrauit in mundũ, Chriſtiano adiutorio liberetur. Hoc qui nõ credit,& fieri nõ poſſe arbitratur, ꝓfecto infidelis eſt,etſi habeat fidei ſacramẽtũ:longeq; melior eſt ille paruulus,qui etiã ſi fidẽ nondũ habeat in cogitatione † ,nõ ei tamẽn obicẽ [o] contrariæ [p] cogitationis opponit,vnde ſacramentum eius ſalubriter percipit.

q ¶ *Per alios.*]& ita ſicut peccauerunt per alios, ita credunt per alios.& ita omnis res per quaſcumque cauſas contrahitur, &c. extra de reg.iur. cap. omnis res.

r ¶ *Cogitetis.*]q.d.non dubitetis.immo certi ſitis,ꝙ habere nõ poſſunt ſi ſunt expertes.

† *illud,quod quando*]vera lectio.

s ¶ *Corporis.*] i.vnitatis eccleſię,quam illa ſignificant. ſ.ea. non in vobis.

†*al.doctores*]*al.fidedictores ſpondent*

Additio. Ad idẽ ſ.ea. di.2.quid eſt quod eſt cum haptizãtur.vnde non ſine cauſa adiungit ſeq.c.in quo idem dicit.Arch.

Nulli eſt

†*al.geruntur*

†*al.cognitione*

1 Iuo p.2.c.4

†*vel perendinam eſſe*] vera lectio.

3 ſ.e.nihil eſt aliud.

Ioan.6.

A ¶ Semel regeneratus.]*Plenius apud* B. *Aug.* vt ſemel generatus per carnalẽ voluptatẽ, cũ ſemel regeneratus fuerit per aliorũ ſpiritalẽ volũtatem,&c. *Multa vero in hoc c. emendata ſunt vbi per gloſſam licuit. Sunt autem ſententiæ ipſæ à collectore arbitratu ſuo tranſpoſitæ.*

Item Bonifacio contra duas epiſtolas Pelagianorum,l. 1 *c.* 22.

¶ Aliorum fides in baptiſmo paruulos ſaluat. C. CXXX.

4 Beda ad c. 16. Marc. Anſ.l.9.c.43

[4] IN eccleſia Saluatoris per alios ꝙ paruuli credunt:ſicut ex aliis ea:quæ illis in baptiſmo remittuntur,peccata traxerunt:nec illud cogitetis [A r] ,eos vitam habere non poſſe,qui fuerint expertes corporis [s] ,& ſanguinis Chriſti,dicente ipſo.[Niſi manducaueritis carnem meam,&c.]

Ioan.6.

A ¶ Cogitetis.]*Non eſt mutatum ob gloſſam. Sed in vetuſtis codicibus, & originali eſt*, cogitatis , *pendentque hæc omnia ex ſuperioribus:*

Soúrce : BIU Cujas

Nulli est.] Casvs. Dicitur hic, ꝙ si quis fuerit baptizatus, particeps est corporis & sanguinis Christi, i. vnitatis ecclesiæ, & si de hac vita recedit anteq̃ corpus Christi & calicẽ sumat sacramẽta liter, tamen effectu illius sacramenti non priuatur: quia inuenitur habere hoc quod significat ipsum sacramentum, s. vnitatẽ ecclesię.

a ¶ *Nulli*] d̃ efficacia baptismi repetit, vt sic finis alludat principio.

1 Bed. 1. Cor. 10. ad vers. [calix bene dictionis] 2 s̃. dist. 2. qa pass⁹. §. nulli. Sent. 4. dist. 9. Poly. l. 3. tit. 10. ex Innoc. Anf. l. 9. c. 23. Iuo p. 2. c. 1.

a ¶ *Nulli est.*] hæc est pars illius c. s̃. dist. 2. quia passus.

b ¶ *Comedat.*] in sacramento.

c ¶ *Corporis.*] id est, ecclesiæ significatæ per corpus Christi.

d ¶ *Sacramentum est.*] id est, significat. Ioan.

SI *baptizata est.*] Hæc est 27. pars dist. in qua ꝓbat magister ꝙ nullus saluatur nisi sit baptizat⁹, & hoc vsque ad c. nõ ex quo. Ioan. de Fant. Casvs. Probat Augu. in hoc c. ꝙ natus de baptizata est baptizãdus, vt possit vitare æternã dãnationẽ: qa Christus, q nõ indigebat baptismo, baptizatus est, vt nobis daret exẽplũ baptizãdi: & olĩ circũcidebãtur q de circũcisis nati erant. Nã sicut q nõdũ natus est, mori nõ ꝓt: ita q nõdũ natus est à patre, renasci nõ ꝓt, nec purgari de reliquiis vetustatis, nã licet pater ĩ baptismo fit mũdatus, tñ filius à patre cõtrahit causam ex qua originale pecatũ innascitur ei. vñ similiter nisi renascatur dãnabitur. baptismus. n. animam à pcto mũdat, sed cãm peccati q̃ est ĩ carne, non remouet. *Conficitur*, i. intelligitur.

†*al. inuenitur*

†*al. inuenitur*

e ¶ *Si baptizata est.*] i. si Christus baptizat⁹ est q sine pcto secũdũ carnẽ natus est: multo magis qlibet alius baptizari debet, qui secundũ carnem in peccatis conceptus est. s̃. ea. dist. firmissime.

C. 26.

f ¶ *Propter.*] hic assignatur vna rõ quare Christ⁹ baptizat⁹ fuit. alia. s̃. e. nũq̃. alia ĵ. e. non regenerabantur.

g ¶ *Mortis.*] i. peccati, vel morti subiecta.

h ¶ *Qui de baptizato.*] arg. "filium apostatæ baptizandum esse inuito patre dum puer est. arg. s̃. e. pleriq;. in fi. 28. q. 1. Iudæorum.

"Filius apostatæ est baptizandus inuito pre.

i ¶ *Renasci.*] arg. contra. ff. de ver. sig. verbum reddendi.

"Pr mũdus immũdum producit.

k ¶ *Qui ab eo.*] "ex mũdo patre immundus nascitur, sicut ex frumento puro nasci tur impurum, sc. cum palea. 56. dist. nasci.

l ¶ *Innouatus.*] per gratiam baptismi.

m ¶ *Non de nouitate.*] spirit⁹: quia anima nõ extat ex anima, sicut caro ex carne per traducẽ. 32. q. 2. Moyses.

quare integer locus perlegendus.

Idem[1].

¶ Corpore & sanguine Christi participat, qui per baptisma membrum eius efficitur. C. CXXXI.

2 NVlli[a] est aliquatenus ambigendũ tũc vnumquemque fidelium corporis, sanguinisque Dominici participem fieri, quando in baptismate membrum Christi efficitur, nec alienari ab illius panis, calicisque consortio, etiam si, antequam panem illum comedat[b], & calicem bibat, de hoc sęculo in vnitate corporis[c] Christi cõstitutus abscedat. Sacramenti quippe illius participatione, ac beneficio non priuatur, quando ipse hoc, quod illud sacramentum[A] est[d], inuenit†.

A ¶ Sacramentũ est.] *Apud Bedam (nam originale non est inuentum) legitur*, sacramentum significat inuenit. † *vt s̃. dist. 2. Quia passus. ver. Nulli, & ita interpretatur nunc auctor glossæ verbum*, est.

Item de peccatorum merit. & remis. & baptismo paruulorum, lib. 2. c. 25. & 26.

¶ Quare sit baptizandus, qui de baptizato nascitur. C. CXXXII.

27 SI baptizata[e] est caro Christi, quæ sine peccato erat, propter[f] exemplum imitationis, quanto magis baptizãda est caro mortis[g] propter euitandum iudicium damnationis? Sicut vero in tempore circumcisionis, qui de circũciso nascebatur, fuit circumcidendus: sic nunc, qui de baptizato[h] nascitur, erit baptizãdus. ¶ Sacramentum enim baptismi, sacramentũ est regenerationis. Quare sicut qui non vixerit, mori nõ potest: ita, qui natus nõ fuerit, renasci non potest. Ex quo conficitur, neminem in suo parẽte renasci[i] potuisse non natum. Et quamuis parenti post conuersionem propria peccata non obsunt, tamen illis obsunt, qui ab eo[k] generãtur. Parenti propter hoc non obsunt: quia renatus est: illis autem, qui de illo nati sunt, nisi eodem modo renascantur, quæ à parente contracta sunt, oberunt: quia etiam innouatus[l] pater non[m] denouitate, sed de reliquiis vetustatis[n] carnaliter gignit: & filij ex parẽtũ reliqua vetustate in peccati carne propagati, dãnationem[o] sacramẽto regenerationis euadũt.

¶ Hoc etiam caput confectum est ex verbis B. *Augustini, collectoris tamen arbitratu & immutatis, & transpositis, & in summam redactis. Quod in multis sequentibus capitibus ita fit, vt necessarium omnino sit ad ipsum adire auctorem. Quare pauca emendata sunt, (& ea quidem ex vetustis fere Gratiani exemplaribus) quæ scilicet sensum valde obscurabant, nec glossa obstabat.*

n ¶ *Vetustatis.*] id est, de carne in qua remanet causa vetustatis, id est, peccatum quodlibet.[a]

o ¶ *Damnationem.*] contractam scilicet in carne propagata ex reliqua vetustate parentum. Ioan.

Idem in Enchiridio, c 5. 2.

¶ In baptismate omnia peccata moriuntur. C. CXXXIII.

VT ostenderet[p] Apostolus nos mortuos esse peccato: [An ignoratis, inquit, quoniam quicumque baptizati sumus in Christo Iesu q, in morte[r] ipsius baptizati sumus?] Si ergo hinc ostendimur mortui esse peccato, quia in morte Christi baptizati sumus, profecto & paruuli, qui baptizantur in Christo, peccato moriuntur[s]: quia in morte ipsius baptizantur. Nullo enim excepto dictum est,] Quicumque enim baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus:]& ideo dictũ est, vt probaretur mortuos nos esse peccato. Cui autem peccato paruuli renascendo moriuntur, nisi quod nascendo traxerũt? Ac per hoc etiam ad ipsos pertinet, quod sequitur, [[3] Consepulti enim sumus illi per baptisma in mortem.] *& infra.* ¶ Baptizatis itaque in morte Christi, in qua non solum maiores, verumetiam paruuli baptizantur ait: [4] [Sic vos existimate mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu.

Item in eod. c. 43.

¶ Sicut nulli baptismus negatur, ita nemo est, qui non peccato moriatur. C. CXXXIIII.

5 A Paruulo recens nato vsque ad decrepitum senem, sicut nullus prohibendus[t] est à baptismo, ita nullus est, qui non peccato moriatur[u] in baptismo. Sed paruuli tantum originali, maiores autem etiam omnibus iis moriuntur peccatis, quę male viuendo addiderunt ad illud, quod nascendo traxerunt.

Item in eodem, c. 49.

¶ In baptismo Ioannis non erat peccati remissio. C. CXXXV.

NOn regenerabantur †[x], qui baptismo[y] Ioannis baptizabantur †: Sed quodam præcursorio[z] illius ministerio, qui dicebat [parate viam Domino] huic vni, in quo solo, renasci poterant, parabantur[a]. Huius enim baptismus est non in aqua tantum, sicut fuit Ioannis, verumetiam in spiritu sancto, vt de illo[A] spiritu regeneretur, quisquis in Christũ credit, de quo Christus regenera-

a ideſt, concupiſcentia carnis q̃ remanet ĩ carne poſt baptiſmum. s̃. e. diſt. c. 2.

Rom. 6.

p ¶ *Vt oſtenderet.*] probat auctoritate Apoſtoli pueros eſſe baptizandos. nam Apoſtolus vniuerſaliter dixit, quicumque baptizati ſumus, &c.

q ¶ *In Chriſto Ieſu.*] i. ſacramẽto Chriſti, vel fide Chriſti in forma iniuncta vel tradita in Chriſto. s̃. ea. proprie. ver. ad cuius. L.

r ¶ *Morte.*] i. ad ſimilitudinem eius mortis: quia ſicut ipſe mortuus fuit, ita nos morimur peccatis.

Additio. Scilicet in baptiſmo. s̃. ead. proprie. Archid.

s ¶ *Moriuntur.*] "mors iſta ciuilis eſt. Arg. C. de epi. & cle. Deo nobis. alibi habes de naturali, vt ff. de leg. 2. ſi quis ita teſtamento.

"Mors eſt duplex.

3 ibid.

t A *Paruulo.*] ¶ *Prohibendus*] s̃. 10. q. 3. nec numerus.

u ¶ *Moriatur.*] s̃. ead. tunc valere.

4 ibid.

NOn regenerabantur] Casvs. Hunc ponit hũc caſum. Auctoritate Apoſtoli probat Augu. ꝙ oẽs gñaliter adulti & paruuli moriuntur peccatis in baptiſmo, qa oẽs q baptizãtur, *in* Chriſto baptizantur, & in morte ipſi⁹: & ſi pueri & adulti baptizantur, ergo baptizantur in morte Chriſti. Seq. c. patet

a ¶ *Qui regenerationem.*] id eſt,remiſſionem peccatorum,qua non indiguit.
b ¶*Sed humanitas.*]ſ.c.per aquam.
b ¶*Sed humanitas.*]id eſt,benignitas quam pro nobis facit.

R Egenerante.] Casvs. Dicitur hic ꝙ originale peccatum carne contrahitur:ſed in baptiſmo tã ipſum quam actuale peccatũ deletur. Paruulus vero qui moritur ſine baptiſmo, in æternũ dãnabitur:ſed pœnam mitiſſimam patietur.

† *regeneratione non eguit*]orig.

† *humilitas*]orig.

c ¶ *Peccatum.*]i.cauſa originalis peccati.
d ¶*Originalium.*] no. ꝙ licet baptiſmus ad delendum originale peccatum fuit inſtitutus : " delet tamen etiam actualia cũ originali. vnde eſt ar.ad purgationẽ de qua ſ. diſ.2.ego Berẽgarius.

" Baptiſmᵒ delet actua lia cum originali.

e ¶ *Mitiſſimam.*] reſpectu aliarum pœnarum:& erit hæc pœna,quia erunt in tenebris.ſ.ea.nulla. & carebunt viſione Dei. ext.de bap.c.3.ſed tamen dicit Aug. quod mallet ſic eſſe quam non eſſe. Arg.contra. ſ.e.firmiſſime.& ſ.de pœ.diſt.vlt.c.vlt.

Q Viſquis.] Casvs. Dicitur hic,ꝙ quicumque de carne naſcitur, duabus de cauſis oportet vt baptizetur,ſ.vt liberetur à peccato, & æternaliter ſaluetur:quia ſicut p Adã mors intrauit, ita ſalus per Chriſtũ.

Rom.5.

f ¶*Mortis.*] de pœnit. diſt.1.ſi peccatum.

P Aruuli.] Casvs. Quærebatur qua re paruulus dicatur fidelis.& reſpon.ꝙ baptiſmus facit eum fidelem. ſed cum ad annos diſcretionis peruenerit : ſi non crediderit , nec à peccatis abſtinuerit , baptiſmus nihil ei prodeſt.

g ¶*Fideles.*] ſ.e.nihil. & c.ſequenti. contra. ſed hic dicitur de fide offerentium,ibi de fide oblatorum , quorum adhuc nulla poteſt eſſe fides.& quod dicit quodammodo, ſoluit contrarium.

1 Sententia potius quã verba.

h ¶ *Nihil ei prodeſt.*] quo ad vitam æternam[a]. de pœn.diſt.3. ſi quis autem charitatem non habens.

aSub.immo nocet : arg. 12.q.1. ſanci mus.in fi.

M Ater.] Casvs. Dicitur hic ꝙ eccleſia paruulos baptizat, qui nondum poſſunt credere vel confiteri:& tamen fideles vocãtur,& pœnitentes:quia alij reſpondent pro eis, & profitẽtur , & pro eis diabolo & huic ſæculo abrenuntiant.Seq. tria cap.plana ſunt.

2Sũma verborũß.Aug. ſ.c.proxim. verba ipſa.

i ¶*Os maternum.*]eorum , ſcilicet qui pro eis reſpondent.
k ¶*A credendo.*]id eſt, quia credunt.

tus regenerationem † [a] non cognouit.*& infra paulo.* ¶ In aqua baptizari voluit à Ioanne:nõ vt eius iniquitas vlla dilueretur : ſed vt magna commendaretur humanitas† [b].Ita ꝙppe nihil in eo baptiſmus habuit,quod ablueret : ſicut mors nihil,quod puniret,inuenit.

A ¶Vt de illo ſpiritu.] *Reſtitutus eſt ex B.Auguſtino hic locus , in quo gloſſa non impediebat.Antea legebatur,*Vt de illo regenerare-tur,ſi qs in Chriſtũ crediderit, de illo Chriſtus regeneratur,qui regenerationem,&c.

Idem de baptiſmo paruulorum , ſiue de peccat.mer.l. 1.*c.* 15.*&* 16.

¶ Non ſolum originale , ſed etiam actualia peccata remittuntur in baptiſmate.

C. CXXXVI.

R Egenerante[A] *autẽ carne tantummodo contrahitur peccatum* [c] *originale. Regenerante autem ſpiritu non ſolum originalium* [d], *ſed etiam voluntariorum fit remiſſio peccatorum. Proinde recte poteſt dici paruulos ſine baptiſmo de corpore exeũtes in dãnatione omnium mitiſſima* [e] *futuros.Multum autem fallit,& fallitur, qui eos in damnatione prædicat nõ futuros,dicẽte Apoſtolo [per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem,&c.]*

A ¶ Regenerante autem.] *Declarans B.Auguſtinus,cur ab Apoſtolo dictum ſit,* Sic & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, *hæc afferebat.* Quia generante carne illud tantummodo trahitur , quod eſt originale peccatum.Regenerante autem ſpiritu non ſolum originalis,ſed etiam voluntariorum fit remiſſio peccatorum.

Idem in eodem,c. 16.

¶ Quicumque ex concupiſcentia naſcitur,per baptiſmum regeneratur.

C. CXXXVII.

Q Viſquis ex concupiſcentia carnis , & lege peccati & mortis [f] *carnaliter generatur,regenerari ſpiritaliter opus habet: vt non ſolum ad regnum Dei perducatur : verumetiam à peccati dãnatione liberetur.* [1] *Sicut enim per primum hominem in peccato, & morte naſcuntur, ſic etiam per Chriſtum in iuſtitia , & vita æterna in baptiſmo renaſcuntur.*

Idem in eodem libro,c. 19.

¶Offerentium fides paruulos facit fideles. C. CXXXVIII.

[2] *P Aruuli , fideles* [g] *recte vocantur:quia fidem per verba geſtantium quodammodo profitentur : & per eorumdem verba diabolo,& mundo abrenuntiant. Et hoc fit vi ſacramenti,& diuinę gratiæ , quam Dominus donauit eccleſiæ.Paruulus autem,qui baptizatur,ſi ad annos rationales ve niens non crediderit , nec ab illicitis abſtinuerit , nihil ei prodeſt* [h], *quod paruulus accepit.*

Item Auguſtinus in eod.libr. 1.*de merit. & remiſ.peccatorum.c.*25.*&* 19.

¶ De eodem. C. CXXXIX.

M Ater eccleſia os maternũ [i] *paruulus præſtat , vt ſacris myſteriis imbuantur:quia nondũ poſſunt corde proprio credere ad iuſtitiam, nec ore proprio confiteri ad ſalutẽ.*[3] *Nec ideo tamẽ eos quiſquam fidelium fideles appellare cũctatur : quod à credendo* [k] *vtique nomen eſt* [l] *:quamuis hoc nõ ipſi,ſed alij pro eis inter ſacramenta reſponderint.Si autẽ propterea recte fideles vocãtur,quoniam fidem per verba geſtãtium quodammodo profitentur,cur etiam non prius pœnitentes* [m] *habeantur,cum per eorumdem verba geſtantium , diabolo , & huic ſæculo renuntiare monſtrantur?*

Idem in tract. 121.*ad c.*20.*Ioannis.*

¶ Charitas eccleſiæ peccata dimittit, vel tenet. C. CXL.

[4] *E Ccleſiæ* [n] *charitas,quæ per ſpiritum ſanctum* [o] *diffunditur in cordibus eorum,qui participes ſunt,peccata* [p] *dimittit:eorum,qui non ſunt,tenet* [q].

Idem de peccat.merit.& remiſ.l. 1.*c.*23.

¶Solus Chriſtus peccata dimittit.

C. CXLI.

[5] *N Emo tollit peccata,niſi ſolus* [r] *Chriſtus , qui eſt agnᵘs tollens peccata mundi. & infra.* ¶Tollit autem & dimittẽdo,quæ facta ſunt [s] (vbi & originale continetur) & adiuuando [t] ,ne fiant, & perducendo ad vitam, vbi fieri omnino non poſſunt.

Idem ibidem,& c 25.

¶ Præter baptiſma Chriſti paruulis nulla ſalus promittitur. C. CXLII.

[6] *N Vlla præter baptiſmum Chriſti ſalus promittitur infantibus:quia infantes,ſi per ſacramentum , quod ad hoc eſt diuinitus inſtitutum , in credẽtium numerum non tranſeant , profecto in tenebris manent.* [u]

*Idem ibidem,c.*26.

¶Baptizati in Chriſto incorporãtur,& eius membra fiunt. C. CXLIII.

[7] *A D hoc baptiſmus valet,vt baptizati* [x] *Chriſto incorporentur,& membra eius habeantur , & conſepeliantur : & oblati per ſacramentum,charitatemque fidelium recõcilientur Deo:vt in illo viui, ſalui liberati , redempti, illuminati fiant.*

*Idem ibidem,c.*27.

C. CXLIIII.

l ¶ *Nomen eſt.*] ſcilicet hoc nomen fidelis. credere enim eſt fidem habere.ſ.e.nihil.

m ¶ *Etiam non pœnitentes.*] non ꝙ agant pœnitentiam[b],cum nullam habeant diſcretionem : ſed habent pœnitudinem:id eſt,ſuſcipiunt eam, & faciunt & dicunt per verba geſtantium qualia pœnitentes.Ioan.de Fant.

b immo ex hac lra conſueuit elici arg. ꝙ qs tenetur cõfiteri d originali pctõ:aliàs eẽ ñ hẽret locũ in paruulo.Arc.

n *Eccleſiæ.*] i.peccata dimittuntur eis qui participes ſunt eccleſiæ per charitatem eccleſiæ , id eſt, qua ſubſiſtit eccleſia.

o ¶ *Per ſpiritum ſanctum.*]id eſt,quæ vnitur per ſpiritum ſanctum. " fideles enim ſunt in eccleſia, & ea in ipſis.7.q.1.ſcire.eccleſiæ charitas tenet peccata:id eſt,ipſa eccleſia , vel eccleſiæ vnitas,i.eis qui in vnitate non ſunt. tenentur peccata,i.non dimittuntur, vt ſ.2.q.1. multi.ſ.32.q.7.quemadmodum. ſupra de pœ.diſ.3.ſane cauendum.

" fideles sũt ĩ eccleſia,& ipſa in ipſis. Rom. 10.

3 ſ.c.prox.

p ¶ *Peccata.*] idẽ eſt, quod alibi dicitur, Si cui peccata remiſeritis,remiſſa erũt:& cui retinueritis , retenta erunt. & alibi. Spiritus ſanctus aut per ſeipſum remiſſionem facit : aut per columbæ membra.ſ.e.quomodo. ſic itaque intelligimus. quod hic dicitur.

4Gl.ord.ibi ex Augu.ad ver. [quorũ remiſeritis] &Bed.ibi.

q ¶ *Tenet.*] id eſt,non dimittit peccata. 24. q.1.quicumque.

r *Nemo.*] ¶*Solus.*] ſ.1. q.1.vt euidenter.

Sen.4.di.18. Rom.5.

s ¶ *Quæ facta ſunt.*] non autem dimittit futura , quia tractus futuri temporis , &c. ff.de vſur.l.1.§.1. "nec de futura iniuria paciſci poſſumus. ff. de pact.ſi vnus.§.pacta. Additio. Sub. & de ratio. de pact.do.conuenire.Archid.

5Beda in c.3 1.Ioãnes, & ibi gl.ibid. Ioan.1. Sen.4 di.18.

" Pactũ ſup futura iniuria nõvalet.

t ¶*Et adiuuando.*] no. proceſſum. habes primo ꝙ dimittit peccata quæ facta ſunt. Secundo , confert gratiam ne fiant. Tertio, perducit ad illam vitam vbi omnino fieri non poterunt à bonis, quia tum confirmati peccare non poterunt. ĩ.diſt.5. c.2.ad finem.

6 Summa verborum.

u *Nulla.*] ¶ *Manent.*] id eſt, carent viſione Dei. & hæc eſt pœna & ignis afflictionis : de quo habes ſ.e.firmiſſime.

7 Per epitomam.

A D'hoc.] Casvs. Quæritur ad quid valeat baptiſmus. & reſpondetur: ad hoc vt homines fiant membra Chriſti,& ſalui.Infantibus autem credere eſt baptizari : non credere, non baptizari.

x ¶ *Vt baptizati.*] ſ. ead.nihil.

Source : BIU Cujas

G *Ratia.*] Casvs. Dicitur quòd Christi gratia remittit peccata: confert vt fiant eius mandata,& mala vitentur:confert fidē, quæ non prouenit ex libertate arbitrij.sed est donum Dei.

a ¶*Vt lex.*]mandatorum Dei.

Additio. Quæ adimplere non potest sine gratia.ĵ.ea. placuit.Arc.

b ¶*Non petita.*]i.non meréti. nā primā gratiā qs mereri nō pt,ĵ. e. placuit vt quicúqȝ. arg.contra.8.dist.consuetudo. sed ibi dicitur merui,i.obtinui.

Non ex quo.]Hęc est 28. pars dist. in qua dr, qꝓ licet in baptismo omnia peccata dimittātur,tn originalia tolluntur in baptismo reatu,&remanent actu, sed in peccato actuali fit econtra.Io.de Fant.

r per Epitomam.

Casvs. Hug.sic ponit hūc casū.Licet omne peccatum actuale dimittatur ī baptismo, tn originale peccatū non ita dimittitur vt nō sit,sed remanet in homine sopitū & debilitatū,nisi excitetur & reuocetur in proprium dñium cōsentiendo prauis motibª ex eo surgētibª. & ita licet hō renouetur in baptismo:tn nō ex toto deletur originale: & q̄tūcúq; renouatio crescat,tn nūq̄ in hac vita erit plena &perfecta renouatio in homine, cū in eo adhuc sit peccatum, ex quo caro pugnat aduersus spiritū, & qđ hominē sępe stimulat & peccare compellit.ad vltimū ostēdit dr̄iam inter actualia & originalia peccata. Ego aūt Bar. hoc addo, qa originale peccatū remanet actu,sed reatu tollitur in baptismo. Actuale vero trāsit actu, sed remanet reatu , nisi à Deo fuerit remissū. Iste casus bn̄ ponitur in apparatu.

Ephes.2.

c ¶*Nō ex quo.*]Casvs. Licet omne peccatū actuale & originale dimittatur in baptismo, tn originale non ita dimittitur, ne fit, sed remanet in homine debilitatū & sopitū, nisi post excitetur &reuocetur in ꝓpriū dñium consentiendo prauis motibus ex eo surgentib.Scdo dicit, qꝓ renouatur hō in baptismo, & ad hoc inducit auctoritatē Apostoli,quantumcúq; crescat illa renouatio, nūq̄ tn in hac vita perfecta erit,cū adhuc peccatū sit in hoīe, qđ sp pugnat aduersus spiritū.Tertio ponit q̄dā dr̄iam inter actuale & originale:originale.n. transit reatu, sed non actu. Actuale transit actu, sed remanet reatu.Ioan.de Fant.

2.Cor.4.

Rom.6.

«Peccatum originale quādo contrahitur.

d ¶*Absumitur.*]i.consumitur. « Inde solet quæri quando peccatum originale contrahitur.Et dic quòd in ipsa infusione animæ,quia tunc tres vires animæ principales debilitantur.De hoc s.e.quæris.

e ¶*Cetera.*]scilicet quæ spectant ad perfectionem,vt fiat plena nouitas,& animalis consumatur infirmitas,vt ĵ.sequitur.

f ¶*Corruptio.*]qualitas quo ad corpª,corruptio:pctm quo ad animā.

Quis autem nesciat credere esse infantibus baptizari, non credere autem nō baptizari?

Idem de gratia,& libero arbitrio ad Valentinum,c.14.

¶ Gratia non solum peccata dimittit, sed etiam legem implere facit.

C. CXLV.

1 Gratia, quæ per Christum datur,non solum peccatorum remissionem facit,sed etiam, vt lex a impleatur,vt natura liberetur , nē peccatum dominetur: spiritus etiam gratiæ dat fidem, quæ etiam non petita b à Deo conceditur, vt homini petenti & alia concedantur.Nam fides non est liberi arbitrij tantum,sed donum Dei.

Idem de baptismo paruulorum, siue de peccat.mer & remiss.lib.2.c.7.

¶ Vetus infirmitas in baptismo non pœnitus absumitur, sed vires amittit.

C. CXLVI.

28 NOn ex quo c quisque baptizatur,omnis vetus infirmitas in eo absumitur d.Sed renouatio incipit àa remissione omnium peccatorum , & intelligentia,& operatione spiritalium.Cetera e vero in spe facta sunt,donec etiam in re fiant: quod erit in resurrectione. Nam in baptismo, quamuis plena fiat remissio peccatorum , nondum tamen plena est nouitas , & perfecta mutatio: quia adhuc remanet corruptio f non solum in corpore , sed etiam in animo , qui est homo interior, in quo si perfecta esset nouitas, non diceret Apostolus, quòd renouatur de die in diem. *Item eodem libro,c.27.* ¶Hoc meminisse debemus tantummodo omnium peccatorum g plenam h, perfectamq; remissionem baptismo fieri : hominem vero non totum commutari continuo : sed in bene proficientibus de die in diem nouitate crescente commutari quod vetustum,& carnale est:donec ita renouetur, vt animalis infirmitas corporis ad firmitatē spiritalem, incorruptamque perueniat i. & c.28.¶Hæc autem lex peccati,de qua dicit Apostolus,[non regnet peccatum in vestro mortali corpore] non sic manet in membris eorum,qui renati sunt, tamquam non sit eius facta remissio , vbi omnino plena , & perfecta fit remissio peccatorum, omnibus inimicis interfectis , quibus separabamur à Deo:sed manet in vetustate k carnis tamquam superatum, & peremptum, si non illicitis consensionibus quodammodo reuiuiscat l , & in regnum proprium, dominationemque reuocetur. Ab hac autem m vetustate carnis (in qua est lex ista peccati, vel peccatum iam remissum) vsque adeo spiritus vita discernitur , in cuius nouitate baptizati per Dei gratiam renascuntur , vt tales etiam in præsenti nō solum non in peccato , sed etiam nec in carne esse dicantur,cuius desideria non sequuntur , sed in spiritu. Ipsa vero carne corruptibili bene vtitur n , qui membra eius ad bene operandum conuertit , non secundum desideria carnis viuens lege peccati , quod licet iam remissum est,in vetustate tamen carnis manet , qua bene vtuntur fideles coniugati , qui ex eo, quod sunt in Christi nouitate,dominari sibi libidinem non patiuntur: ex eo autem,quod adhuc trahunt Adæ vetustatem,regenerandos o immortaliter filios , mortaliter p generant cum ea propagine q peccati , qua renati obnoxij non tenentur , & qui nascuntur , renascendo soluuntur. *Item paulo inferius.* ¶ Sicut r facta , & dicta , & cogitata iniqua animæ s & corpori pertinent s ,licet autem quantum ad motus iam præterierunt , & non sunt,eis tamen præteritis reatus eorum manet , nisi peccatum per remissionem soluatur:sic contra in hac non iam præterita , sed adhuc manente lege concupiscentiæ reatus eius soluitur t : & non erit,cum fit in baptismo plena remissio pecatorum.

¶ Quod de multis capitibus iam significatum est, ex locis B. Augustini esse confecta, sed aliter dispositis , & in summam collectis , id in hoc potissimum capite apparet: in quo tamen non pauca sunt & emendata & addita.

a ¶ A remissione.] *Antea legebatur* , ad remissionem,&c. *Emendatum est ex plerisque vetustis exemplaribus,& originali.*

b ¶ Animæ & corpori.] *In originali est*, quantum ad ipsos motus animi , & corporis pertinet, iam præterierunt,& non sunt: eis tamen præteritis, & non iam existentibus, reatus, eorum manet,&c. *Sed ob glossam non est emendatum.*

Idem in epistola 108.ad Seleucianam.

¶Discipuli Christi eius baptismate creduntur abluti.

C. CXLVII.

29 2 QVādo ab Hierosolymis exiit Iesus cū discipulis suis in Iudæā terrā,& illic morabatur cū eis,baptizabat non per ergo bis pp æquocationē pferatur corruptio secūdū Bar.& L.

g ¶ *Omnium peccatorum.*] peccatorū qdē omnium actualium.

h ¶ *Plenam.*] qa quo ad oēm pœnā originalis peccati , quo ad reatū mortis æternæ: & relinqtur vtiq;.Originale ad pugnādū dū fuerimus ī via: sed debilitatū & superatum,i.ad mortem æternam nō imputabile.s.ea.per baptismū.

i ¶ *Perueniat.*] qđ erit in alia vita,nō in ista.

k ¶*Vetustate.*]quadā.

l ¶*Reuiuiscat.*]« ergo reuiuiscit quod erat perēptū , sic propter culpam reuiuiscit actio, vt 12.q.2.liberti. s.e.quæris.ante med.

« Actio pp culpam reuiuiscit.

m ¶ *Ab hac autem.*] « ordo litieræ.Vita spiritus,in cuius nouitate baptizati renascuntur à Deo,discernitur ab hac vetustate carnis & peccati,&c.

« ordo lr̄æ.

n ¶ *Bene vtitur.*]s. vetustate carnis. s.32.q.1.non enim in sola.

o ¶*Regenerandos.*]per baptismum.

p ¶*Mortaliter.*]id est, cū mortali peccato.

q ¶*Propagine.*] i.corruptione carnis à primis parētibus traducta vel propagata, ex qua originale peccatū innascitur animæ.

r ¶ *Sicut.*] « hic not. dr̄ia inter actuale & originale peccatū,qa illa trāseūt actu,&remanēt reatu, donec p baptismūvel p pnīam ex toto deleantur. originalia vero ī baptismo remanēt actu,sed trāseunt reatu. remanēt.n.q̄dā pœnalitates , cū quibus homo pugnata q.d.sicut oēs prauæ cogitatiões & opatiões trāseūt actu & remanēt reatu , sic originalisculpa reatu soluitur, actu vero ad agonē relinquitur.de pœ.di.1.si peccatum.

« Peccata actualia & originalia differunt.

a Vt s.e.per baptismū. &videas qđ not.extr.de bapt.maiores. ibi omnino vide.

s ¶*Pertinent.*]quantū ad ea quæ eius ministerio geruntur.

t ¶*Soluitur.*]& ita videtur , qꝓ accidentale est ei omne peccatū.

Qvādo ab.]Hęc est 29.pars dis. ī qua q̄riturvtrū oēs apostoli fuerīt baptizati.Io. Casvs.Quia Christus cū in Iudæa,morabatur, p discipulos suos baptizabat, credēdū est,qꝓfuerūt baptizati baptismo Ioannis,vel (qđ melio est)Christi. Itē per hoc qđ Dns dixit Petro,Qui lotº est, &c.credēdum est Petrū fuisse baptizatū.

2 Iuo p.r.c. 3 9.Pan.l.1. c.1 4. Ioan.3.

a ¶*Disc*

Source : BIU Cujas

a ¶*Discipulos.*] arg. ꝙ aliud est facere per se quàm per alium, vt 2.q. 7. accusatio. ff. de sol. inter artifices. C. de ca. tol. l. vna. §. fin aũt. arg. contra ext. de sen. exc. mulieres. ff. de admi. tu. ita autem. §. gessisse.

b ¶*Magis.*] hoc, magis, correctiue legas.

c ¶*Pedes lauet.*] i affectum mẽtis puget, q.d. "licet homo abstinere

"Abstinere à venialib⁹ difficillimũ est.

* idest, scpiº necessaria. absolute enim necessarius est baptismus.

Ioan.13.

1 Iuo p.1.c. 310. Pan.l.1. c.105.

Act.9.

"Baptismº an prẽsumatur esse in aliquo?

2 Per epitomam.

Ioan.13.

Act.10.

Ioan.3.

Matth.5.

3 Läf. in l. de sacram. & sñia apud B. Aug. tra. 80 ad c.15. Ioã. a Et 25 dist. deinde. s̃. e. baptismi. A. 4 Alg. l.3.c.6 Iuo p.2.c.9. Pã.l.j.c.110.

b Cap.3.

poſſit à mortalib⁹, tũ puluere terrenæ habitationis inuoluitur, i. venialibus, vñ pœnitẽtia magis⁹ q̃ baptismus est necessaria.

SI *eos.*] Casvs. Quidam nõ credebãt aliquẽ baptizatũ, nisi hoc scriptum inuenirent. contra quos hic dicitur, ꝙ ipsi videntur Apostolis calumniari, de quibus nescimus quando fuerunt baptizati, præterquã de Paulo. tamen eos credimus fuisse baptizatos, quia Petro dictum est à Domino, Qui lotus est, &c.

d ¶*Contendimus.*] no. ꝙ si dubitatur de baptismo viuentis, habetur pro non baptizato, & baptizatur. s̃. ea. cum itaque. "vbi autem dubitatur de baptismo mortui, p̃sumẽdũ est eum esse baptizatũ. ext. d̃ pres. nõ ba. c.2. & arg. hic.

e ¶ *Qui lotus.*] 1. purgatus à mortalibus.

f ¶*Nisi vt pedes.*] i. fordes venialiũ, vel tangit consuetudinẽ alicuius loci, quę reprobatur. 1.q.1. emẽdari.

NOn *dubito.*] Hęc est 30. pars dist. in qua loqtur de catechumenis, & de credẽtibus. Item de illis qui hodie spectãt ad vetus vel nouum testamentum. Io. de F.

Casvs. Dicitur in hoc ca. ꝙ catechumenus, qui fidem habet prẽponitur hęretico baptizato, & malo catholico baptizato: nec propter hoc iniuriã facimus sacramento baptismi. qđ probatur exemplo Centurionis, qui ante baptismum fuit bonus: sed Simõ magus post baptismum fuit malus: & sicut bono catechumeno baptismº est necessarius, sic vera confessio malo catholico est necessaria: quod probatur auctoritate Domini. Cẽturio, s. Cornelius. Sequens c. patet.

g ¶*Anteponere.*] s̃. ea. catechumenũ. cõtra. sed hic loqtur de eo qui habet desiderium baptizandi. ibi non. ext. eo. maiores. §. fi.

h ¶*Centurio.*] 26. dist. deinde. s̃. ead. baptismi vicem.

i ¶ *Cornelius.*] 2.q.7. non omnes. [a]

k ¶ *Capesse re &c.*] i. contemnit accipere baptismũ, cum possit.

l ¶*Alibi.*] f. i epistola Petri[b], & est hoc verbũ Augustini. quod sequitur, est Petri.

m ¶*Depositio.*] id est, exterior ablutio.

n ¶*Sed conscientiæ.*] "non enim sufficit baptizando habere bonam conscientiam, nisi ad interrogationem ecclesiæ suam fidem ostendat. 86. dist. non satis. in princ. Ioan.

"Baptizãdo non sufficit hñe bonam cõsciẽtiam.

seipsum, sed per discipulos [a] suos: quos intelligimus iã fuisse baptizatos, siue baptismo Ioannis (sicut nonnulli arbitrantur:) siue (quod magis [b] credibile est) baptismo Christi. *Itẽ ibidem.* ¶ Respondit Dominus Petro. [Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet [c]: sed est mũdus totus.] Vbi intelligitur, ꝙ iam Petrus baptizatus fuerat.

Item ad Vincentium, & Victorem, lib. 3. de anima, & eius origine, c. 9.

¶ Apostoli omnes, Christi baptismate baptizati creduntur. C. CXLVIII.

SI eos, de quibus nõ scriptum est, vtrum fuerint baptizati, sine baptismo de hac vita recessisse contendimus [d], ipsis calumniamur Apostolis: qui prẽter apostolum Paulũ, quando baptizati fuerint, ignoramus. [2] Sed ipsos baptizatos esse per hoc nobis innotescere potuit, quod B. Petro apostolo Dominus ait, [Qui lotus [e] est, non indiget, nisi vt pedes [f] lauet.]

Idẽ lib. 4. de baptis. contra Donatistas, c. 21.

¶ Catechumenus catholicus hæretico baptizato præfertur. C. CXLIX.

NOn dubito catechumenum catholicum diuina charitate flagrantem hæretico baptizato anteponere [g]: sed etiam in ipsa intus catholica, bonum catechumenum malo baptizato anteponimus. Nec ideo tamen sacramento baptismi, quo iste nondum, ille iam imbutus est, facimus iniuriam. *& paulo post.* ¶ Melior enim Centurio [h] Cornelius nondum baptizatus Simone baptizato. Iste enim & ante baptismum sancto spiritu repletus est: ille & post baptismum immundo spiritu inflatus est. Verumtamen Cornelius [i], si etiã spiritu sancto iam accepto baptizari noluisset, contempti tanti sacramenti reus fieret. *& infra.* ¶ Sicut autem bono catechumeno baptismus deest ad capessendum [k] regnum cęlorum, sic malo baptizato vera conuersio. Qui enim dixit [Nisi quis renatus fuerit exaqua, & spiritu sancto, non intrabit in regnum cęlorum] ipse etiam dixit: [Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum, & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.]

Item in lib. sententiarum Prosperi [3].

¶ Non tam ablutione corporis, quam fide cordis baptisma constat. C. CL.

4 VErus baptismus cõstat nõ tam ablutione corporis, quam fide cordis: quemadmodũ Apostolica doctrina tradidit dicens [fide mũdans corda eorum,] & alibi [l] [saluos facit baptisma, non carnis depositio [m] sordium, sed conscientiæ [n] bonæ interrogatio in Deum.]

Item Augustinus lib. 1. de baptismo, c. 15.

¶ Sicut in veteri testamento quidam spiritales, ita in nouo quidam carnales inueniuntur. C. CLI.

SIcut [o] in sacramentis veteris testamenti viuebant quidam spiritales, ad nouum scilicet testamentum [p] quod tunc occultabatur, occulte pertinentes, sic & nũc in sacramentis † noui testamenti, quod iam reuelatum est, plerique viuunt animales: qui proficere si nolunt ad percipienda, quæ sunt spiritus Dei, quo eos hortatur sermo Apostolicus [q], ad vetus [r] testamentum pertinebũt. Si autem proficiunt, & antequam capiant baptismum †, ipso profectu, & accessu ad nouum pertinent: & si priusquam spiritales [s] fiãt, ex hac vita rapiantur, custoditi per sacramenti [t] sanctitatem in terra viuentium computãtur, vbi est spes nostra, & portio Dominus. Nec inuenio, quid verius intelligatur in eo, quod scriptum est. [Imperfectum meum viderunt oculi tui:] quandoquidem sequitur [& in libro tuo omnes scribentur.] *Item lib. 3. c. 14.* ¶ Non interest cum de sacramẽti integritate, & sanctitate tractatur, quid credat, & quali fide imbutus sit ille, qui accipit sacramentum. Interest quidem plurimum ad salutis vitam: sed ad sacramenti quæstionem nihil interest. *Item infra.* ¶ Manifestum est fieri posse, vt fide non integra integrũ in quoquã maneat sacramentum baptismi. *Item c. 15.* ¶ Si possent singuli diligenter interrogari [u], tot diuersitates opinionum [x] fortassis quot homines numerarentur. [Animalis enim homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei.] Numquid tamen ideo nõ integrum sacramentũ accipiunt? aut nũquid ideo si profecerint, & opinionum carnalium vanitatẽ emẽdauerint, denuo, quod acceperant, repetendum est? Accipit quisq; secũdum fidem suam, sed quantũ capit, gubernante illa misericordia Dei, de qua præsumens idem Apostolus dicit [Si quid aliter sapitis, id quoque vobis Deus reuelabit.]

Item ex concilio Mileuitano [5], *cui inter-*

Decret. iij. pars.

SIcut *in sacramentis.*] Casvs. H. sic ponit hunc casum. licet totũ c. possit legi de baptizatis: melius tamen vsque ibi, *non interest.* loquitur de adultis non baptizatis: exinde de baptizatis. In prima parte dicitur, ꝙ sicut in veteri testõ erant quidã boni, sic & in nouo sunt quidã mali, qui si incipiunt bñ operari dimissis malis, & velint baptizari, vel pfecti esse: si ante decedant q̃ hoc consequi possint, saluabũtur. In secũda parte ostẽdit, ꝙ qualicũque fide qs suscipiat baptismum: quantũ ad integritatem verũ accipiat baptismũ: sed nõ quantùm ad salutẽ. nisi bona fide accipiat. si ille q̃ ficte & mala fide accipit baptisma, postea emendatur, non ideo reiteratur baptismus. Credo ꝙ H. hũc casũ posuit: qa à Beñ. positum non inuenit.

Act.15. 1.Petr.3. *tal. sacramento* 1.Cor.2. †abest ab orig.

o ¶ *Sicut in sacramentis.*] prima pars intelligitur de adultis non baptizatis, vsque ad illud, nõ interest, &c. dicitur in cap. sicut in veteri testõ fuerũt q̃dã boni, ita in nouo sunt quidã mali: qui si incipiunt bonũ operari dimissis malis, & velint baptizari, vel perfecti esse: si añ decedant q̃ hoc consequantur, saluabũtur. In 2. parte dicitur, ꝙ qualicũque fide qs accipiat baptismũ, verũ recipit sacramẽtum, sed nõ eius salutem, si ficte accedat. In tertia parte dicitur, ꝙ si ficte prius pęniteat, nõ sunt rebaptizandi.

Psal.141. Psal.138.

p ¶ *Testamentum.*] i. ad gratiam, quæ data est in nouo testamẽto.

c Vel ad beatitudinẽ æternã. Arc.

q ¶ *Apostolicus.*] s. Iudæ Apostoli ibi, quæ iursum sunt sapite.

r ¶ *Ad vetus testamentum.*] id est, ad duritiam veteris testam.

1.Cor.2.

s ¶ *Spiritales.*] per baptismum cum nõ stat per eos. [d]

d Ad hoc ar. C. q pet. tu. poss. cum à matribus.

t ¶ *Per sacramenti.*] i. quę solet dari & conferri in sacramento.

u ¶ *Interrogari.*] super articulis fidei, & aliis ad salutem animæ pertinentibus.

x ¶ *Opinionem.*] quia quot homines, tot opiniones. ar. ff. de arb. non cogendũ. §. principaliter. & §. item si vnus. arg. 12. q. 1. c. 1. & quælibet prouincia in suo sensu, &c. 76. dist. vtinam.

Philip.3.

5 Et in Afri. c.76.

Source : BIU Cujas

PLacuit.] Hæc eſt 31. pars diſt. in qua ponit quaſdam incidentes quæſtiones. Ioan.

Casvs. In Mileuitano concilio condemnabatur quædam hæreſis, quæ dicebat Adam mortalem factũ neceſſitate naturę, & non peccati merito. vñ ſiue peccaſſet, ſiue nõ peccaſſet, tñ mortuus fuiſſet.

a ¶ *Mortalem.*] i. moriendi neceſſitati ſubiectum [a] ſecundum ꝙ dicit factum. " erat immortalis. i. potens nõ mori: nõ aũt non potens mori. & ita fuit mortalis, & immortalis. Solet q̃ri quare peccatum originale imputetur animæ, cum illud contrahatur tantum ex carnis corruptione: ſol. dñt quidam, ꝙ ideo ꝙa anima delectatur ipſi carni, & ideo ei imputatur. Alia ratio eſt & melior, yt. ſ. ibi quædam digna retributio notetur, quia anima primi hominis prius peccauit, & ita corrupit ipsã carnem. vnde & modo corruptio carnis corrumpit animas.

† Videtur mendum in hoc noſe. a Qđ ñ fuit eñ immortalis. i. potens nõ mori: nõ aũt " Adã erat non potens mori. & immortalis. ita fuit mortalis, & 1 ĩ li. đ eccl. immortalis. Solet q̃ri dogm. c. 33. quare peccatum originale imputetur animæ, cum illud contrahatur tantum ex carnis corruptione: ſol. dñt quidam, ꝙ ideo ꝙa anima delectatur ipſi carni, & ideo ei imputatur. Alia ratio eſt & melior, yt. ſ. ibi quædam digna retributio notetur, quia anima primi hominis prius peccauit, & ita corrupit ipsã carnem. vnde & modo corruptio carnis corrumpit animas.

b ¶ *Natura.*] vł cõtra, quia dicit Aug. ſi Adã non peccaſſet, ſenio defeciſſet. " Sed dic, ſenio defeciſſet, id eſt in ſenio, q.d. non peruenisſet ad ſenium, quia ſemper fuiſſet in iuuentute.

2 Et in Afri. c. 27. & ĩ lib. đ eccl. dog. c. 24.

3 Burch. l. 4. c. 34. Iuo p. 1 c. 228.

"Adam ſi ñ peccaſſet, ſemp iuuenis fuiſſet.

PLacuit.] Casvs. Quidam dicebãt ꝙ paruuli ex parẽtib. peccatum non contrahunt: & iõ nõ ſunt baptizãdi. & ſi baptizentur, non ſit in eis vera remiſſio peccatorum. Hæc hæreſis damnatur auctoritate Apoſtoli, & conſtitutione eccleſiæ. Se quens c. planum eſt.

†al. vere, ſed falſe

Rom. 5.

c ¶ *Placuit.*] Casvs. Excõicantur quidam hæretici, qui dicebãt paruulos non eſſe baptizandos, quia nihil peccati contraxerũt ab Adam, quod in baptiſmo eſſet delendũ. nam ꝙ male dicant, probatur auctoritate Apoſtoli.

d ¶ *Vnde fit.*] id eſt, ex hoc ſequitur.

e ¶ *Sed falſa.*] id eſt, ſine effectu.

f PLacuit.] ¶ *Ad adiutorium.*] ſ. ead. gratia.

4 ĩ Afr. c. 78. đ eccl. dog. c. 28. Cæl. epi. 1. c. 10.

Additio. In primo ſtatu in quo fuit Adã. potuit homo mori, & potuit nõ mori: hic in ſecũdo ſtatu ꝑt mori, ſed nõ ꝑt nõ mori: qa eſt mortalitas, iam eſt neceſſitas. In tertio. ſ. in patria ꝑt nõ mori, & non poteſt mori.

5 Bur. l. 20. c. 18. Iuo p. 17. c. 30.

†al. in qua

QViſquis dixerit.] Casvs. Eſt igitur caſus iſtius cap. talis. Excommunicantur hic quidam hæretici, qui dicebant ꝙ gratia Dei non iuuat nos ad vitationem peccati, niſi quantum ad hoc ꝙdat nobis cognitionẽ boni, & mali, non autem iuuat nos, vt per eam faciamus bonũ vel malũ.

g ¶ *Quiſquis.*] quidam volentes vitare correctionem præcedentis cap. inciduat in aliud malum, & ideo reprehenduntur hic.

fuit Auguſt. & Anſel. † *Romanæ eccleſiæ legatus contra Pelagianos, c. 1.*

¶ Non naturæ neceſſitate, ſed merito peccati Adam moriturus erat.

C. CLII.

31 1 PLacuit igitur omnibus epiſcopis, qui fuerũt in hac ſancta ſynodo, conſtituere hæc, quę in præſenti concilio diffinita ſunt. Vt quicumque dicit Adam primum hominem, mortalem [a] factum, ita vt, ſiue peccaret, ſiue non peccaret, moreretur in corpore, hoc eſt, de corpore exiret, non peccati merito, ſed neceſſitate naturæ [b], anathema ſit.

Item eiuſdem concilij, c. 2. [2]

¶ Paruuli non ſolum pœnam, ſed etiam culpam à parentibus trahunt.

C. CLIII.

3 PLacuit [c], vt quicumque paruulos recentes ab vteris matrum baptizãdos negat, aut dicit in remiſſionem quidem peccatorum eos [a] baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur (vnde [d] fit conſequens, vt in eis forma baptiſmatis in remiſſionem peccatorum nõ vera†, ſed falſa [e] intelligatur,) anathema ſit: quoniam nõ aliter intelligendum eſt, quod ait Apoſtolus [per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccauerunt] niſi quemadmodum eccleſia catholica vbique diffuſa ſemper intellexit. Propter hanc enim fidei regulam etiam paruuli, qui nihil peccatorum in ſemetipſis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remiſſionem veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

a ¶ Eos baptizari.] *Sic eſt emendatum ex aliquot vetuſtis, & ipſis originalibus. Nam antea legebatur,* non baptizari.

Item eiuſdem, c. 3. [4]

¶ Gratia & peccata remittit, & ne reiterentur, adiuuat. C. CLIIII.

5 PLacuit, vt quicumque dixerit gratiam Dei, qua† iuſtificamur per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, quæ iam commiſſa ſunt, non etiam ad adiutorium [f], vt non committantur, anathema ſit.

PLacuit.] Hæc eſt 32. pars diſt. in qua dicitur ꝙ ſine gratia nullus ſaluatur, quæ etiam adiuuat ad non peccandum. Ioan. de Fant.

h ¶ *Gratiam.*] " ad quid ergo valet liberũ arbitrium, cum per illud non poſſit ſaluari? Nam primam gratiam nõ poteſt quis promereri, vt 23. q. 4. Nabuchodonoſor? Sed dic ꝙ per liberũ arbitrium homo habilem ſe poteſt reddere vt ei Dominus gratiam infundat.

" arbitriũ liberum ad quid valet.

in Afr. c. 79. đ dog. c. 29.

Item eiuſdem, c. 4.

¶ Quid ſit peccatum, gratia docet, & vt videtur, facit. C. CLV.

10 6 QViſquis [g] dixerit eamdem gratiã Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipſam nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt ſciamus, quid 20 appetere, quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præſtari, vt quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus, atque valeamus, anathema ſit.

Item eiuſdem, c. 5. [7]

¶ Sine gratia, diuina mandata impleri non poſſunt. C. CLVI.

30 32 [8] PLacuit, vt quicumque dixerit ideo nobis gratiam [h] iuſtificationis dari, vt quod facere per liberum arbitrium iubemur, facilius poſſimus implere per gratiam, tãquam etiam ſi gratia non daretur, nõ quidem facile, ſed tamen 40 poſſimus etiã ſine illa implere diuina mandata, anathema ſit.

Item Vrbanus Papa omnibus Chriſtianis, epiſt. 1. c. 7.

DISTINCTIO V.

¶ Poſt baptiſma, confirmationis ſacramentum præſtetur. C. I.

1. ps 9

OMnes [i] fideles per manus impoſitionem epiſcoporũ, ſpiritum ſanctum poſt baptiſmũ [k] accipere debent, vt pleni † [l] Chriſtiani inueniantur: quia, cum ſpiritus ſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam, & conſtantiam dilatatur.

Item Melchiades Papa in epiſt. ad epiſcopos Hiſp. c. 2.

¶ Quid conferat ſpiritus ſanctus in baptiſmate, quid in confirmatione.

C. II.

1 0 SPiritus ſanctus, qui ſuper aquas baptiſmi ſalutifero deſcendit [m] illapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocẽtiam [n]: in confirmatione augmentũ pręſtat ad gratiam. Et quia in hoc mundo tota ætate victuris inter inuiſibiles hoſtes, & pericula gradiendũ eſt, in baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt baptiſmum confirmamur ad pugnã: in baptiſmo abluimur †, poſt baptiſmum roboramur. Et quamuis continuo tranſituris ſufficiant regenerationis

i ¶ *Omnes.*] Hæc diſt. diuiditur in xiij. partes. In quarum prima agitur de confirmatione, de ieiuniis, & de aliis. ſecunda ibi, *Numquid.* Tertia ibi, *Omni die.* Quarta ibi, *Conuenit.* Quinta ibi, *Quadrageſima.* Sexta ibi, *Contraria.* Septima ibi, *Quia.* Octaua ibi, *Carnem.* Nona ibi, *In omnib⁹.* Decima ibi, *Nullus.* Vndecima ibi, *Nõ oportet.* Duodecima ibi, *Fucare.* Tertiadecima ibi, *De ſpiritu.* Ioan. de Fant.

6 Burc. ibid. Iuo p. 17. c. 39.

7 ĩ Afr. c. 80.

i ¶ *Omnes.*] Expleto tractatu de baptiſma te, ſubiungit magiſter diſtinct. iſtam, in qua tractat de confirmatione, quæ in fronte fit: & merito vltimo loco de hoc ſacramẽto, quia vltimum eſt inter alia ſacramenta neceſſitatis, præter vnctionẽ infirmorũ, quæ non ita proprié dicitur ſacramentũ *, maxime ſecundũ opinionem eorum, qui dñt eam iterari poſſe: nam ſacramenta non iterantur, vt ſ. prox. diſt. oſtenditur. præterea alia ratiõe, " qa hoc ſacramẽtũ tamq̃ digni⁹ à ſolis epis cõfertur, vt j. e. c. man⁹. i ¶ *Omnes.*] hic ſecundum quoſdã incipit 5. diſt. ſed cõpetẽtius (vt quidam dicunt) incipit ab illo c. conuenit. j. ea. Nam abinde agit de officiis eccleſiaſticis & ieiuniis.

8 Burc. ibid. Iuo p. 17. c. 30.

* imo & ipſa ꝓprieſacrm eſt. cõc. 3 rid. ſeſſ. 7. can. 1. & pñt itera ri ſacra illa, q̃ nõ imprimunt chara cterẽ. S. Th. p. 3. q. 73. ar. 6 " Confirmõ à ſolis epis confertur.

k ¶ *Poſt baptiſmum.*] vnde hoſtia prius lauabatur in littore, & poſtea offerebatur in holocauſtum.

9 Pol. l. 3. tit. 10. Anſ. l. 9. c. 23. Bur. l. 4. c. 66. Iuo p. 1. ca. 260. & 296. Pan. l. 1. c. 113.

†plene] ori.

l ¶ *Vt pleni.*] quia ſi contemnerent, peccarẽt mortaliter. hoc de adultis: nam puero ſufficit baptiſmus. ſ. diſtin. prox. quæris. Ioan. de Fant.

10 Euſeb. Emiſſenus in hom. in die Pẽtecoſtes. Pol. l. 3. ti. 10 Anſ. l. 9. c. 31

Spiritus ſanctus.] Casvs. Dicitur in hoc cap. quòd pec cata remittuntur in baptiſmo, ſed in cõfirmatione homo recipit augmẽtum gratiæ. & quamuis baptiſmus ſufficiat ad ſalutem ſtatim morituris, cõfirmatio tamen victuris eſt neceſſaria vt cõfirmentur & corroborẽtur contra vitia & peccata, vt poſſint diabolo reſiſtere.

†al. alimur

b Vt ſ. dixi c. proxi. per aquam. &c. aliud. & ca. venit. Arc.

m ¶ *Deſcendit.*] conferendo vim regeneratiuam aquis. ſupra diſt. 4. numquam [b].

n ¶ *Ad innocentiam.*] vnde & datur puero veſtis candida poſt baptiſmum, vt ſ. diſt. prox. accepiſti. & cap. venit.

a ¶ *Armat*

Source : BIU Cujas

a ¶ *Armat.*] id est, instituit.
b ¶ *Et instruit.*] hic habes ad quid valeat confirmatio.
c ¶ *Non potest.*] in hac enim vita vel meritum comparamus, vel culpam. 13. q. 2. tempus.

DE *his vero.*] Casvs. Quæsitum fuit à Melchiade an maius sit sacramẽtum confirmationis, quàm baptismi? Et resp. ꝙ vtrũque sacramentum est magnum: sacramentũ tamẽ confirmationis in maiori veneratione est habẽdum, quia non potest conferri vel cõfici nisi à maioribus, ideſt, episcopis. d ¶ *A summis.*] i. episcopis: "qui summi dicũtur, quia vltra eos nullus est ordo. nam metropolitani, episcopi vocantur. 18. di. si episcopus. sed tamen Papa hodie summus Põtifex appellatur. Et dic vsq; adeo est accõmodatum, ꝙ non nisi à maiorib. &c. Et est hic argumentum aliquid dici maius ratione ipsius conferentis. arg. contra ſ. dist. 2. nihil ī sacrificio. de quo ibi notatur.

"Epi dicuntur summi.

1 Poly. ibid. Ans. l. 9. c. 33 Bur. l. 4. c. 61 Iuop. j. c. 235 Pã. l. 1. c. 114.

e ¶ *Perfici.*] i. Christianum facere plenum & perfectum, vt ſ. ea. dist. c. 1. Ioan. a

a Ad idẽ ī. e. vt ieiuni. vel dic, i. meritorie recipi altero cõtẽpto. Arc.

MAnus *quoque.*] Casvs. Dicitur hic, ꝙ tempore Apostolorum soli confirmabant Apostoli, & hodie successores eorum, i. episcopi debẽt confirmare: & si alius confirmauerit, sacramentum nõ tenebit.

f ¶ *Peractum.*] contra 95. dist. c. 2. fol. ibi. Vel hoc nõ inuenimus de iure communi factũ esse: secus ex dispensatione.

g ¶ *Tenent.*] "alibi monachi dicũtur tenere locum xij. Apostolorũm quo ad renuntiationem proprietatis. 16. q. 1. ex auctoritate. alibi sacerdotes quo ad confectionem Eucharistiæ. 11. q. 3. abſit.

"Monachi quo ad renũtiationẽ ꝓprietatis tenent locũ Apostolorũ 2 Poly. ibid. Bur. l. 4. c. 63 Iuo par. 1. c. 257. & 297. Pan. l. j. c. 115

h ¶ *Irritum.*] "tamen ex demandatione Papæ quilibet conferre potest quod habet. vnde ordinatus ordinẽ quem habet, conferre posset, & confirmatus cõfirmationem. ſ. dist. prox. nulla ratio. aliàs non b, vt ſ. 1. q. 1. gratia. & q. 7. Daibertũ. Vnde nota ꝙ cum collatio sacramenti competit alicui ratione ordinis & officij, etiã prohibitus conferre potest, vt 9. q. 1. ordinationes. 1. q. 1. ꝙ quidam. vbi vero ex adminiculo ordinis & demandatione, & vt confirmatio in fronte sacerdoti, vel collatio ordinis competit nõ episcopis, vt 95. di. peruenit. & 69. dist. c. 1. in eo casu prohibitus nihil agit, vt hic in cap. manus.

"ordinatus ordine quẽ habet, confert Papa delegante.

b De hoc ẽt not. 95. dist. puenit. Arc.

Item ex concilio Aurelianensi, c. 3.

¶ Ad confirmationem non nisi ieiuni veniant. C. VI.

3 VT ieiuni l ad confirmationem veniant perfectæ m ætatis, vt moneantur confessionẽ facere prius, vt mundi donum sancti spiritus valeant accipere: & quia nũquam erit Christianus n, nisi confirmatione o episcopali fuerit chrismatus.

Item ex concilio Meldensi, c. 6. 4

¶ Episcopi non nisi ieiuni baptizatos confirment. C. VII.

5 VT episcopi P non nisi ieiuni per impositionem manuum spiritum sanctum tradant, exceptis infirmis, & morte periclitãtibus q. Sicut autem duobus temporibus, Pascha videlicet, & Pentecoste à ieiunis celebrari debet baptismus, ita etiam traditionem spiritus sancti à ieiunis r pontificibus conuenit celebrari.

Item ex concilio Tarraconensi, c. 6.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant vt Gratianus. Habetur autem in Cabilonensi 2. c. 27. vsque ad ver.* Quia bis, *& in capitularibus adiectis. c. 53.*

¶ Secundo, vel tertio nullus confirmetur. C. VIII.

6 DIctum est nobis, quòd quidam de plebe bis, vel ter, vel eo amplius, episcopis ignorantibus tamen, ab eisdem episcopis confirmentur. Vnde visum est nobis eamdem confirmationem, sicut nec baptisma, iterari minime debere: quia bis, vel ter, vel amplius s baptizatos, aut confirmatos, non sæculo, sed soli Deo sub habitu regulari, vel clericali religiosissime famulari decretum est.

Item Gregorius tertius, epist. 4. ad Bonifacium.

¶ De eodem. C. IX.

DE homine, qui à pontifice confirmatus fuerit, denuo illi talis reiteratio prohibenda est.

Item Eusebius Papa epist. 3. ad episcopos Tusciæ, & Campaniæ.

¶ Non ab aliis, quam ab episcopis manus impositione sacramentum perfici potest. C. IIII.

2 MAnus quoque impositionis sacramentum magna veneratione tenendum est: quod ab aliis perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus, nec tempore Apostolorum ab aliis, quàm ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur peractum f esse: nec ab aliis, quàm ab illis, qui eorum tenẽt g locum, vmquam perfici potest, aut fieri debet. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum h habeatur, & vacuum: & inter ecclesiastica numquam reputabitur sacramenta.

Item Rabanus de institutione cleric. l. 1. cap. 30.

¶ Quare confirmationis sacramentum baptizato tradatur. C. V.

NOuissime à summo sacerdote per impositionem manus paracletus traditur baptizato, vt roboretur per spiritum sanctum ad prædicandum i aliis idem donũ, quod ipse in baptismate consecutus est per gratiam vitæ donatus æternæ. Signatur enim baptizatus cum chrismate per sacerdotem in capitis summitate: ꝑ pontificem vero in frõte, vt in priore vnctione significetur spiritus sancti super ipsum descensio ad habitationem k Deo consecrandam: in secunda quoque, vt eiusdem spiritus sancti septiformis gratia cum omni plenitudine sanctitatis & scientiæ, & virtutis venire in hominem declaretur.

Idem ibidem.

¶ Manus impositionis sacramentum diuinius est sacramento baptismi. C. III.

1 DE his vero, super quibus rogastis vos informari, id est, vtrum maius esset sacramentum, manus impositio episcoporum, aut baptismus, scitote vtrumque magnum esse sacramentum: & sicut vnum à maioribus fit, id est, à summis d põtificibus, quod à minoribus fieri non potest, ita & maiori veneratione venerandum, & tenendum est. Sed ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta, vt ab inuicem (nisi morte prẽueniente) nullatenus possint segregari: & vnum sine altero rite perfici e non potest.

a ¶ Pace beati.] *Sic est emendatum ex manu scriptis, originali, & Polycarpo. Antea legebatur* pace baptismi, vel sæculi.

NOuissime.] Casvs. Dicitur hic ꝙ spiritus sanctus traditur homini ab episcopo, vt confirmetur ad prædicandum aliis, i. ad donum prædicandi: quod per gratiam in baptismate habuit donatus vitæ æternæ. Secundo ostenditur quid significet ꝙ baptizatus inungitur chrismate à presbytero in vertice, & ab episcopo in frõte. Sequentia duo ca. patent, & supplentur in principio ca. ſe. statuimus, vel præcipimus, vt ieiuni, &c.

i ¶ *Ad prædicandum.*] ar. contra, 16. q. 1. adiicimus. extr. de her. ad abolendam. sed prædicare dici potest dando de se bonum exemplum aliis.

k ¶ *Ad habitationem.*] "bis enim descendit spiritus sanctus super Apostolos. primo quãdo insufflauit in eos dicens. Accipite spiritum sanctum. postea descendit de cælo sup eos in igneis linguis. ſ. dist. 4. proprie, &c. c

"Spũſſctũs quando descendit in Apostolos.

c ſc. die Pentecostes. ſ. dist. prox. ꝓprie. Arc.

l VT *ieiuni.*] Statutũ est supplem ¶ *Perfectæ.*] perfectam vocant forte xij. annorũ, quando promoueri potest ad ordines minores. 77. dist. c. 2. vel xxv. annorum. ff. de minor. l. 1.

3 Bur. l. 4. c. 60. Iuo p. 1. c. 254. Pann. l. 1. c. 119.

n ¶ *Christianus.*] plenus quo ad omnia sacramenta. ſ. e. omnes.

o ¶ *In confirmatione.*] "numquid minorem habebit gloriam paruulus non confirmatus quàm cõfirmatus? videtur ꝙ sic, quia in confirmatione datur augmentum gratiæ. ſ. e. c. 2. quod concedendum est, si dicatur ꝙ paruulo concedatur gratia in baptismo d.

"Paruulus ñ cõfirmat9 minorẽ habebit gloriã 4 in cap. adiect. c. 6. In conci. Paris. l. 1. c. 33.

P VT *episcopi.*] Supple, statutũ ẽ.

5 Pol. l. 3. tit. 10. Burc. l. 4. c. 67. Iuo p. 1 c. 261. Pann. l. 1. c. 120.

q ¶ *Periclitantibus.*] ſ. dist. 4. venerabilis.

d Hic vide qd̃ le. & no. ſ. & e. dist. 4 nihil. & qd̃ ibi dixi. Ar.

r ¶ *A ieiuniis.*] hoc etiam in aliis sacramẽtis obseruandum est. ſ. 22. q. 5. honestum. ſ. dist. 2. liquido.

DIctum *est.*] Casvs. Quidã ignorantib. episcopis fatebant se pluries cõfirmari. vnde statutũ fuit hic, ꝙ sicut baptismus non debet iterari, ita nec confirmatio: & ꝙ bis baptizati vel confirmati debẽt relinquere sæculum, & Deo seruire tantũ. Sequentia 4. c. patẽt. *Cruce*, ideſt, signo crucis. sed non remouet, quin aliter possint sanctificari, & valere ad remissionem peccatorum: sed refert factũ: nec aliter sit solennis baptismus.

6 Bur. l. 4. c. 50. Iuo p. 1. c. 244. Pann. l. 1. c. 121.

s ¶ *Amplius.*] ſ. distin. prox. qui bis. contra, sed hoc cum necessitas ecclesiæ exigit: aliàs de iure non posset, vt extra de apo. c. 2. Vel licet hic habeãt vestem clericalem, sci licet clausam, non tamen erunt clerici. ſ. 86. dist. dictum e.

e Et 50. dist. confirmandum. in fin. vbi de hoc.

Num

Source : BIU Cujas

Nvmquid.] Hæc est 2. pars dist. in qua dicitur, quòd omnia mysteria debemus facere cum signo crucis. Ioan.

a ¶*Chrismata.*]i. sacramenta, q̃ cum vnctione chrismatis prestãtur.

b ¶*Nisi cruce.*] non remouet quin aliter possit sacrificari, & valere ad remissionem peccatorum: sed refert factum, quia sic fit: quia in modum crucis fit solennis baptismus: nõ aliter. s̃. prox. dist. sal.

c ¶*Sine crucis.*] auctoritas illa docet nos facere signum crucis[a]. Egressus eius à patre, regressus eius ad patrẽ, excursus eius vsq; ad inferos, recursus, vsque ad sedem Dei. Per dexteram patrẽ, sedem Dei: per sinistrã inferos intellige.

1 Iuo p. 1. c. 114. & p. 2. c. 91.

† *al. charismata* †*al. ministerij*

a Vel dic vt not. 11. dist. ecclesiarũ.

Omni die.] Hæc est 3. pars di. in qua dicitur quid iuris sit de energumenis. s̃. c. di. man⁹. Io. de Fan. d ¶*Energumenis.*]s̃. 23. di. exorcista. "qui. sc. à dæmõib⁹ sunt obsessi. Vel energumenis, ab erge, qđ est labor: & mene, quod est defectus: quia. l. in defectu lunæ vel mẽsis, alienatiões mẽtis patiũtur.

2 Bur. l. 2. c. 223. Iuo p. 6. c. 298.

" Energumeni q sũt.

e *Neophyti.*] Quia nuper baptizatos dissolute viuentes solebant dæmones energumenos, i. arreptitios facere: ideo subiungit, à quib. neophyti debeant abstinere.

3 Bur. l. 4. c. 12. Iuo p. 1. c. 267.

Conuenit.] Hæc est 4. pars di. in qua dicitur ꝙ orationes & collectas debemus facere siue ꝓferre in ecclesia. Ioan.

Casvs. Incipit hic tractare de officiis ecclesiæ, & de ieiuniis. Dicitur ergo hic quem ordinem clerici debeant in diuinis officiis obseruare. Seq. c. patet.

†*al. collectiones*

f ¶*Conuenit.*] de officiis diuinis & ieiunio tractare incipit: & ponit tria capit.

† *al. & missarum* †*al. capitella*

g ¶ *Aequaliter.*] s̃. 12. dist. c. vlt.

h ¶*Collationes.*]i. collectę: & sunt quędam capitula quæ dicũtur ab episcopis[b].

b sc. illorũ dierũ: & leguntur sine Iube Dñe, ac absq; benedictione sacerdotali, scđm Hug.

i ¶*Collecta.*]i. expleta. nam tunc omnia colliguntur oratione dicta. vel plebs collecta ꝓoratione, ideſt, orationis causa.

k *ID semper.*] ¶*Profe ratur.*] i. dicatur silẽter. vel dic alta voce loco orationis: & hæc erat consuetudo in primitiua ecclẽsia secundum H.

4 Polyc. l. 3. tit. 18. Anſ. l. 6. c. 211.

†*al. noctem*

IN *die resurrectiõis*] Casvs. Ostendit in hoc c. quot psalmi & lectiones debeant dici quolibet die in matutinis: & reprehenduntur illi, qui in diebus quotidianis tantum tres psalmos & tres lectiones dicebãt in matutinis: & reprehẽdũtur hic Romani, qui mutauerunt morem solitum postquam regnum Italiæ Teutonicis fuit concessum.

Item Stephanus Papa quintus.

¶Omnis sacramenta crucis signaculo perficiuntur. C. X.

2[1] NVmquid nõ omnia chrismata† [a] sacerdotalis mysterij†, crucis figura perficiuntur? Numquid baptismatis vnda, nisi cruce [b] sanctificata, peccata relaxantur? Et, vt cetera prętereamus, sine crucis [c] signaculo quis sacerdotij gradus ascendit?

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 90. & sequentibus.

¶Energumeni omnibus diebus exorcizentur. C. XI.

3[2] OMni die exorcistę energumenis [d] manus imponãt. Energumeni vero pauimenta domorum Dei verrant. Quibus assidentibus in domo Dei victus quotidianus per exorcistas opportuno tempore ministretur.

Item ex eodem, c. 86.

¶A quibus neophyti abstinere debent. C. XII.

3 NEophyti [e] aliquando à lautioribus epulis, & spectaculis, & coniugibus abstineant.

Item ex concilio Agathensi, c. 30.

¶De ordine officiorum. C. XIII.

4 CONuenit [f] ordinem ecclesiæ ab omnibus ęqualiter [g] custodiri. Vnde studendum est, sicut vbique fit, vt post antiphonas collationes † [h] per ordinem ab episcopis, vel presbyteris dicãtur, & hymni matutini, vel vespertini diebus omnibus decantentur: & in conclusine matutinarum, vel vespertinarũm missarũ† post hymnos capitula† de psalmis dicãtur, & plebs collecta [i] oratione ad vesperam ab episcopo cum benedictione mittatur.

Item ex concilio Gerundensi, c. 10.

¶De eodem. C. XIIII.

ID semper placuit obseruari, vt omnibus diebus post matutinas, & vesperas oratio Dominica à sacerdote proferatur [k].

Item Gregorius V I I. in generali synodo residens statuit.

¶De eodem. C. XV.

4 IN die Resurrectionis vsque in sabbatum in albis, & in die Pentecostes vsque in sabbatum eiusdem tres [l] psalmos tantum ad nocturnas†, tresque lectiones antiquo more cãtamus, & legimus. Omnibus diebus aliis per totum annum, si festiuitas est, nouẽ psalmos, & nouem lectiones dicimus. Aliis vero diebus duodecim psalmos, & tres lectiones recitamus.

l ¶*Tres.*]" solet quæri quare diebus istis seruatur ternarius iste tam in lectionib. quàm in aliis? Potest dici ꝙ hoc fit quia per hoc notatur triduana Domini sepultura. vel hoc fit propter honorem Trinitatis. Vel ideo quia eo tempore per præcedens ieiunium sunt facti homines emacerati, & afflicti. vnde eis parcitur in illis temporib. & hęc sit causa quare expleto hoc volumine non compellantur magistri legere decretales.

"Psalmi iij. & lectiones totidẽ dñr i hebdomada Paschę & Pẽtecostes.

In Dominicis diebus xviij. psalmos, (excepto die Paschæ, & Pentecostes) & nouem lectiones dicimus. Illi autem, qui in quotidianis diebus tres tantummodo psalmos, & tres lectiones celebrare volunt, non ex regula sanctorum patrum, sed ex fastidio, & negligentia probantur hoc facere. Romani vero diuerso modo agere cœperũt, maxime à tempore quo Teutonicis concessum est regimen† nostræ ecclesiæ. Nos autem & ordinem Romanum [m] inuestigantes, & antiquum morem nostræ ecclesiæ, imitantes antiquos patres statuimus fieri, sicut superius prænotamuius.

¶*Iisdem verbis hoc habetur apud Rodulphũ propositione decima ex Gregorio vij. itemque magna ex parte in Micrologo, c. 54.*

Item ex homilia Gregorij Papæ.

¶De obseruatione Quadragesimæ. C. XVI.

5[5] QVadragesima summa obseruatione est obseruanda, vt ieiunium in ea (præter dies Dominicos, qui de abstinẽtia subtracti sunt) nisi quem infirmitas [n] impedierit, nullatenus soluatur: ꝙa ipsi dies decimæ sunt anni. A prima igitur Dominica Quadragesimæ vsque in Pascha Domini sex hebdomadæ computantur [o]: quarum videlicet dies quadraginta, & duo fiunt. Ex quibus dũ sex Dominici dies abstinentię subtrahuntur, non plus in abstinentia, quàm triginta, & sex dies remanent. Verbi gratia, si per cccixv. dies [p] annus voluitur†, & nos per triginta, & sex dies affligimur, quasi anni q decimas Deo damus. Sed vt sacer numer⁹ quadraginta dierum adimpleatur, quem Saluator noster suo sacro ieiunio consecrauit, quattuor dies prioris hebdomadæ ad supplementum quadraginta dierũ tolluntur [r], ideſt quarta feria, quæ caput ieiunij subnotatur, & quinta feria sequens, & sexta, & sabbatum. Nisi enim istos dies quattuor superioribus triginta sex adiũxerimus, quadraginta dies in abstinentia non habemus. iubemur [s] etiam ab omnipotenti Deo omnium bonorum [t] nostrorum decimas dare, &c.

¶*Caput hoc, quomodo à collectoribus refertur, sumptum quidem aliqua ex parte videri potest ex homilia 16. B. Gregorij. Sed multa hic sunt, quæ ibi non leguntur: & vicißim multa ibi, quæ hic non sunt.*

Item Eusebius† Papa.

m ¶*Romanum.*]arg. ꝙ per duo extrema colligitur medium, & reprobatur arg. 35. dist. ab exordio. arg. contra. 28. distinctio. quia sunt.

Qvadragesima.] Hæc est 5. pars dist. in qua ponuntur 5. c. de abstinentia ieiunij. Ioan.

¶ Primus est, quòd si presbyter fornicationem fecerit, pœnitentiam x. annorum faciat hoc modo: scilicet, quòd sit inclusus, siue à ceteris in aliquo loco remotus: sacco indutus & humi prostratus misericordiam Dei iugiter implorans. primis tribus mensibus continuis à vespere in vesperam pane & aqua vtatur, exceptis Dominicis diebus, & festis præcipuis, in quibus modico vino, piscibus & leguminibus recreetur. Elapsis autem sic tribus primis mensibus, de illo loco exeat, non tamen in publicum procedat ne populus in eum scãdalizetur. Et per hoc videtur, quòd in publico crimine loquatur. Post hoc resumptis viribus aliquantulũ, vnum annum & dimidium in pane & aqua expleat,

except

exceptis Dominicis & aliis præcipuis festis, in quibus vino, sagimine, ouis & caseo poterit vti. Finito sic primo anno & dimidio, particeps sit corporis Domini: & ad pacem veniat, & ad psalmos cum aliis fratribus canendos in choro vltimus recipitur. Ad cornu tamen altaris non accedat: sed minorum ordinum tantũ officia gerat, deinde vsque ad completionem septimi anni tres legitimas ferias, scilicet secundam, quartam & sextam exceptis diebus Paschalibus, qui sunt quinquaginta, in pane & aqua ieiunet. secundam tamen feriam vno psalterio vel denario si sit operarius redimere poterit. Et sic cum septimum annum compleuerit, potest eum episcopus ad gradum pristinum reuocare: ita tamen quòd in tribus annis sequentibus sine vlla redemptione omni sexta feria in pane & aqua ieiunet. Et eadem pœnitentia imponenda est presbytero de omnibus aliis peccatis, quæ depositionem inducunt. Probantur autem hæc omnia. 82. di. presbyter si fornicationem. quod intelligunt quidam de simplici fornicatione: alij forte melius secundum Rayn. de adulterio vel incestu: puta, quia cognouit coniugatam, consanguineam vel affinem.

Legitimæ feriæ sunt tres.

Secundus casus est, si presbyter cognouit filiam suam spiritualem, quam scilicet baptizauit, vel in baptismo vel in cõfirmatione tenuit: vel quæ sibi confessa fuit, debet pœnitentiam agere xij. annis. & etiam debet deponi, si crimẽ sit manifestum: & peregrinando xv. annis pœniteat. & postea monasterium intret tota vita sua moraturus ibidem. Episcopus vero qui talia commisit, pœniteat xv. an. Ipsa vero mulier debet omnia relinquere, & res suas pauperibus dare, & conuersa vsque ad mortem in monasterio Deo seruire. 30. q. 1. si quis sacerdos. & c. non debet.

Tertius est, quòd quicumque filiam suam spiritualem vel matrem cognoscit, septem annis pœniteat, & similiter ei consentientes. 30. q. 3. non oportet.

Quartus est, quòd qui contrahit cum aliqua alij desponsata per verba de præsenti: ipsa dimissa xl. diebus ieiunet in pane & aqua, & sequentibus septem annis pœniteat. ext. de spon. duo. accepisti.

Quintus est, quòd qui cognoscit duas commatres vel sorores, siue vxor viuat, siue non, ad minus vij. annis pœniteat, licet plus deberet. 30. q. 4. si presbyter.

Sextus est, quòd qui cognouerit monialem siue deuotam, x. ann. pœniteat. & similiter ipsa secundum formam traditam. 27. q. 1. de filia. & c. deuotam. In quorum j. c. dicitur, quòd si filia episcopi, vel presbyteri, vel diaconi post votum solenne contraxerit matrimonium, non admittitur ad communionem, nisi marito defuncto pœnitentiam egerit: si autem eo viuente decesserit, & pœnitentiam egerit, & communionem petierit, tantum in fine vitæ recipiet eam. In ij. cap. dicitur quòd deuota peccans non est recipienda in ecclesia, nisi peccare desierit: & desinens egerit pœnitentiam x. ann. postea recipiatur ad communionem, & antequam in ecclesia admittatur ad orationem: ad nullius conuiuium Christianæ mulieris accedat.

Septimus est, de eo qui ignoranter cognoscit duas sorores, vel matrem & filiam, vel amitam & neptem: pœniteat vij. annis. Si autem scienter, perpetuo priuetur coniugio. 34. q. 1. si quis cum duabus.

Octauus est, quòd qui duxit in vxorem eam quam polluit per adulterium, pœniteat v. ann. 31. q. 1. si qua vidua.

Nonus est, quòd qui contra naturam peccauit, si sit clericus debet deponi vel religioni tradi, si corrigibilis appareat ad perpetuam pœnitentiam peragendam. Si vero sit laicus à cœtu fidelium vsq; ad condignam satisfactionem debet fieri alienus. ext. de excess. prælat. clerici. Hoc enim vitium maius est, quàm cognoscere matrem. 32. q. 7. adulterij. & hęc Aug. Adulterij, inquit malum, vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu fornicatio. Peius enim est cũ matre, quàm cum aliena vxore concumbere: sed omnium horum pessimum est, quod contra naturam fit, vt si vir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit vti. hæc Augu. Quocumque autem modo tale factum exerceatur præterquam inter virum & feminam ordinate & in vase debito, vitium contra naturam & sodomiticum iudicatur, vt dicit Ray.

Decimus est, quòd qui coierit cum brutis, pœniteat plusquam vij. ann. & similiter pro incestu. 32. q. 2. hoc ipsum. & §. seq.

Vndecimus est, quòd presbyter qui interest clandestinis nuptiis triennio suspenditur: & si culpa exegerit, grauius puniatur. ext. de cland. desp. cum inhibitio.

Duodecimus est, quòd qui votum simplex violauerit, pœniteat iij. ann. 27. dist. si vir.

Decimustertius est, quòd qui excommunicatus celebrauerit, debet triennio pœnitere. & per ij. iiij. & vj. feriam à vino & carnibus abstinere. 11. q. 3. de his. De pœna vero degradati celebrantis habetur dist. 50. accedens.

Decimusquartus est, quòd homicida voluntarius sine spe restitutionis deponitur. & pœniteat vij. ann. 50. dist. miror.

Source : BIU Cujas

Decimusquintus eſt, quòd homicida caſualis pœniteat v.ann.& hoc ſecundùm Ray.ſi culpa caſum pręceſſit:aliter non,niſi forte ad cautelam.diſt.50.eos.& duob.c.ſeq.

Decimusſextus eſt, quòd ſi quis fecerit homicidium propter neceſſitatem euitabilem, pœniteat duob.ann. diſtin.50. c. de his clericis. quæ licet ſi ineuitabilis eſſet,in nullo ſibi imputaretur.50.diſt.quia te.Quod verum eſt quo ad culpam: ſed bonum eſſet,ꝙ pœniteret quo ad cautelam & innocentiam ſuam eccleſię oſtendendam. extr.de homic.c.2.§.vlt.Et ſecundùm Rayn.forte diſtingui poteſt in homicidio neceſſario ſicut in caſuali. & vtrum culpa præceſſerit neceſſitatem vel non. Arg.diſtin.50.de his not.ext.de homic.interfeciſti.Sed & ſi quis per inſaniam committat homicidium, non ei imputatur.3.q.4.iudicas. quin etiam qui intuitu diſciplinæ incaute percutiendo occiderit, deponitur.ext.de hom.preſbyterum.15.q.1.ſi quis non iratus. Sed qui ligatum latronem interficit,deponitur.ext.de homic.ſuſcepimus. Qui autem latronem occultũ occidit,quem viuum cõprehendere potuit,xl.dieb.non intret eccleſiam,& aliàs pœnitere debet,ext.e.ti.c.2.vbi de hoc dicitur.qui vero paganum vel iudęum occidit,pœniteat xl.dieb.diſt.50.c.qui vero odij.

Decimusſeptimus eſt, quòd matricida pœniteat x. annis ſecundùm formam ſatis aperte traditam 33.q.2.latorem. Vxoricidæ vero grauior pœnitentia debet imponi. Talis enim & qui dominum occidit, nunquam equitat, nec vehiculo portatur, nec matrimonium contrahit:vſque ad x.ann.carnes non comedit nec vinum bibit, & alia quæ habentur 33.q.2. admonere.& c.quicumque.Imponitur autem pœnitentia maior vxoricidæ, non quia illud peccatum ſit grauius iſto,ſed quia homines proniores ſunt ad occidendum vxores, quàm matres. Maius enim peccatum eſt occidere matrem, quàm vxorem occidere, vt dicit Bonauent. in 4.ſentent.& communiter omnes doct.Gul.vero Duran.tenet contrarium in repertor. pro eo quòd vxoricidæ imponitur pœnitentia maior. Mihi autem magis placet ſententia aliorum. Sed qualem pœnitentiam agere debent qui filios occidunt? Reſp. Aut eſt certum quòd ipſimet ſcienter interfecerunt, & ſic debet eis imponi pœnitentia maior quàm pro alio homicidio. Arg.ext.e.c.vlt.in text.& gl.& de homic. cum iuramento.de pœn.diſt.1.aut facta. In hoc tàmen caſu vir vxorem recuperat quam coactus abiurauerat,& ipſa pœnitentia agit ſecundum arbitrium epiſcopi:ita quòd ſi habet alios filios pacifice gubernare poſſit eos vxor.extr.e. intelleximus. quòd ſi virum non habet,induci debet vt intret religionem: ad quod ſi non poteſt induci, tutius eſt ei dare licẽtiam nubendi, vt ext.e.veniens.Et hoc quãdo timetur de continentia,aliàs non,vt patet 31.q.2.in adoleſcentia. Et ſi pater ſit clericus,ab officio altaris debet perpetuo abſtinere,& ei grauior quam laico:non tamẽ publica(niſi veniat in publicum) pœnitentia debet imponi,vt ext.de pœn.quæſitum.Aut certum eſt,quòd non interfecerunt ſponte, nec in culpa fuerunt, ſed caſu fortuito contingit: & ſic de ſtricto iure in nullo tenentur.Arg.ext.de homic.ex litteris.2.c.Ioannes.& c. vlt. Niſi velint ad cautelam pœnitere. In dubio tamen præſumitur, quòd non hoc ex certa ſcientia,ſed potius ex incuria prouenerit. extr. de pręſumpt.afferte.Aut certum eſt,quòd non exhibuerunt omnem diligẽtiam quam potuerunt & debuerunt:& ſic culpa præceſſit caſum. Et ſi ſit grauis culpa,vt ſi poſuit puerum in medio vtriuſque: ſecundum arbitrium pœnitentiarij imponitur pœnitentia v.vel vij.ann.50.diſtin. ſi qua femina. & c.ſeq. & c. ſi quis ſponte. occulta ſi ſit occultum.publica ſi ſit publicum. & maior ſi in lecto ſuffocetur quàm ſi in cunis. & maior preſbytero Græco quàm laico, vt habetur ext.de pœn.quæſitum. Et licet diſpenſetur quo ad pœnitentiam, quæ eſt arbitraria,vt dicitur ibidem:non tamen quo ad ordines propter homicidium quod eſt delictum enorme & indiſpenſabile,diſt.50.miror.Si autem culpa quæ præceſſit caſum ſit leuis,vt ſi poſuit puerũ in eodem lecto, longe tamen à ſe: imponitur pœnitentia iij.ann. Secundum hoc intellige illud ext.e.de infantibus.Monendi ergo ſunt parentes, quòd tam tenellos ſecum in vno non collocent lecto, ne qualibet negligentia interueniente opprimantur & ſuffocentur, vt 2.q.5. conſuluiſti. Et hoc modo diſtinguit Hoſt. & Ber.ext.de infant.Quid de illis qui filios vel ſeruos ſuos infantes, vel etiam adultos languidos relegata pietate exponũt,ideſt,extra ſe ponunt ante eccleſias, vt aliqui moti miſericordia colligant eos? Reſp. Tales grauiter peccant: quia cum ignoretur ſæpe conſanguinitas expoſitorum, contrahere poſſent matrimonium cum ſorore vel conſanguinea: ideo exponens tenetur de hoc peccato pœnitere, & eſt puniendus ſicut expoſitus,ſi ſcienter cum tali contraheret puniretur. ext.de pœn.officij. ſecundum Hoſt. Talis enim ſecundum Ray.eſt tanquam homicida iudicandus, qui hominem ſibi ita coniunctum periculo mortis exponit.Conſideratis tamen circumſtantiis & vtrum ob hoc mors ſecuta fuerit vel non fuerit:pœnitẽtia moderan-

da erit

Source : BIU Cujas

da erit. Erunt autem tales irregulares ſecũdum Ray. ſi mors inde ſit ſecuta: quia ſcilicet fuerũt in culpa eos exponendo, vel alimẽta negando. tamen ſecundum Ro. ſi in nulla culpa fuiſſent: quia forte nec eleemoſynas quęrendo, nec aliter eos alere poſſent, irregulares non eſſent, nec peccarent.

Decimusoctauus eſt, quod qui presbyterum interfecit, pæniteat xij. ann. ext. de pæn. & rem. c. 2. De pænitentia vero eius qui occidit monachum, vel clericum ſubdiaconum, vel diaconum, habetur 17. q. 4. qui occiderit. De pænitentia autem eius qui machinatur in mortem domini ſui, vel in regimen eius, habetur 23. q. vlt. §. ſi quis.

Decimusnonus eſt, quòd qui iniuſte alium ad mortem accuſat, xl. diebus in pane & aqua per vij. ann. ieiunet & pæniteat, & hoc ſi accuſatus ſit occiſus. Si autem tantum membrum perdiderit, triennio pæniteat. extr. de accuſ. accuſaſti. Hoſt. vero & Ioan. de Deo in ieiunando intellexerunt quod primus pęniteat per vij. annos, quolibet anno ieiunando xl. diebus in pane & aqua. ſecundus vero per iij. ann. G. vero Duran. intellexit prout littera magis ſonat, ſcilicet quòd primus ieiunabit xl. diebus in pane & aqua, ſiue continue, ſiue interpollate, & per vij. annos ieiunabit & pænitebit: non tamen in pane & aqua, ſed ad arbitrium preſbyteri. ſecundus vero per iij. Quadrageſimas, prima ante natalem Domini, ſecunda ante Paſcha, tertia ante ſanctum Ioannem. has enim inſtituit beatus Petrus, vt habetur in chronicis. Ieiunabit autem tunc in pane & aqua. probantur hęc ſecundum Hoſt. 22. q. 5. c. 1. 2. & 3.

Quadrageſimæ ſunt tres.

Vigeſimus eſt, quod periurus xl. diebus in pane & aqua ieiunet, & vij. annis ſequentibus pæniteat. & ſemper debet eſſe in pænitentia, ſcilicet interiori. 6. q. 1. quicumque.

Vigeſimusprimus eſt, quòd qui compulſus conditionaliter à domino ſcienter peierat, ſi liber ſit, xl. diebus in pane & aqua. & hoc ſecundum gl. intellige vel continue vel interpollate pæniteat vij. ann. ſequentib. non tamen in pane & aqua. vt dicit gl. Si vero ſeruus ſit eius qui eum coegerit trib. Quadrageſimis & legitimis feriis, ſcilicet, ij. iiij. & vj. 22. q. 5. qui compulſus.

Vigeſimusſecundus eſt, quòd qui peierat in manu epiſcopi vel in cruce cõſecrata, pæniteat iij. an. Si vero in cruce non conſecrata, vno anno. Qui vero coactus & ignorans ignorãtia iuris, & poſtea cognoſcit, pæniteat trib. Quadrageſimis. 22. q. 5. c. 2. Qui vero coactus pro vita redimenda vel qualibet cauſa vel neceſſitate peierat (quia corpus plus quã animam dilexit) tribus quadrageſimis pæniteat. ea. q. 5. c. ſi quis coactus. Alij inducunt tres annos: & vnum ex his in pane & aqua.

Vigeſimustertius eſt, quòd qui falſum ſcienter iurat, vel alium iurare cogit, diebus xl. pęniteat in pane & aqua, & vij. ſeq. annis numquam ſit ſine pænitentia, ſcilicet interiori. Alij etiam ſi conſcij fuerint ſimiliter pæniteant. 22. q. 5. ſi quis conuictus.

Vigeſimusquartus eſt, quod qui menſurat in falſa menſura, xxx. diebus in pane & aqua ieiunet. ext. de contrah. emp. vt menſuræ. De pæna vero falſarij litterarum, habetur extr. eo. ad audientiam. & c. dura. & c. ad falſariorum. & de verb. ſig. nouimus.

Vigeſimusquintus eſt, quòd qui frangunt pænitentiam ſolennem, ſiue redeundo ad crimina priora vel ſimilia: ſiue redeundo ad negotiationem vel militiam ſæcularem, quæ ſibi fuerant interdicta: ſola inter eccleſiam fidelib. oratione iunguntur, à communione ſuſpenduntur, à catholicorum conuiuiis ſeparantur, & pænitere debent x. ann. & communicent in fine vitæ. 33. q. 2. de his vero. & de pænit. diſt. 5. ſi quis vero.

Vigeſimusſextus eſt, quod qui canit miſſam & non communicat, debet vno anno pænitere, & interim miſſas non cantare. de conſ. diſt. 5. relatum.

Vigeſimusſeptimus eſt, quod preſbyter, qui mortuum clericum inuoluit in palla altaris, pæniteat x. annis, & menſibus v. diaconus vero triennio & dimidio. de conſ. diſtin. 1. nemo per ignorantiam.

Vigeſimusoctauus eſt, quod qui committit ſacrilegium eccleſiam violando, vel chriſma ſiue calicem ſacrum pollutis manibus accipit, vel ſimilia ſacrilegia committit, pæniteat vij. annis. Primo anno extra cæmeterium quod violauit, conſiſtat. ſecundo anno ante fores eccleſiæ. tertio in eccleſia. & in hoc triennio carnes non comedat: vinum non bibat niſi in Paſcha vel Natali, nõ offerat nec communionem accipiat. quarto anno communicabit: & in illo & in v. & vj. & in vij. tribus feriis à carnibus & vino abſtineat ieiunando. 12. q. 2. dæmon. Comburens autem eccleſiam, xv. annis pæniteat, & eam reſtituat. 17. q. 4. §. ſi quis. ver. maius. De pæna vero raptoris ſiue furis rei eccleſiaſticę, & de pæna furis & effractoris tam clerici quàm laici, habetur e. q. §. peccata. & c. ſi quis clericus.

Vigeſimusnonus eſt, quòd ſi parentes frangunt ſponſalia filiorum, à communione triennio ſeparentur: & ſimiliter filij ſi ſint in culpa: ſi tamen filij ſecundum promiſſionem factam

Source : BIU Cujas

contraxerint, excuſantur vtique, ſcilicet quo ad pœnam eccleſiæ: ſed non quo ad reatum ex quo dederunt operam in contrarium. 31. q.3. ſi qui parentes.arg.de pæn.diſt.1.ſi cui.

Trigeſimus eſt, quòd qui blaſphemauerit publice Deum vel aliquem Sanctorum:& maxime beatam Virginem, illi debet epiſcopus hanc pęnitentiam iniungere,ſcilicet vt vij.diebus Dominicis prę foribus eccleſiæ in manifeſto dum miſſa cantatur exiſtat, & vltimo illorum dierum dominicorum pallium & calciaméta deponat, & corrigiam ligatam circa collum habeat,& ſeptem pręcedentibus ſextis feriis in pane & aqua ieiunet eccleſiam nullatenus ingreſſurus: & quolibet prædictorum dierum tres pauperes vel duos vel ſaltem vnum reficiat ſi poteſt: & ſi non poteſt hæc pœna in aliam commutetur. quod ſi renuerit agere omnia ſupradicta, interdicatur ſibi eccleſia, & in morte priuetur eccleſiaſtica ſepultura. extra de maled.ſtatuimus.Item blaſphemus ſi diues fuerit,xl.alioquin xxx.vel xx. & ſi ad hoc non ſufficit,quinque ſolidorum vſualis monetæ pœna multetur,nullamque miſericordiam in hoc habiturus, vt dicitur ibidem, ſcilicet quin ſoluat quinque ſolidos, quos ſi non habet, currat per ciuitatem,vel cõmutetur in pœnam aliam temporalem.Hæc autem pœna ſoluetur ei,qui condemnat,id eſt poteſtati ſęculari.hanc enim pœnam temporalem præcepit Papa imponi per poteſtatem temporalem. quod ſi neglexerit, per epiſcopum præcipitur cogi. hæc Hoſt. habet autem prędicta pœna locum ſecundũ Gof. cum quis blaſphemat non ex irá vel ebrietate vel dementia: quia tunc cum eo mitius ageretur.2.q.3.ſi quis iratus.§.notandum. Secundum vero Hoſt. hæc pœna eſt ſpecialiter inducta contra eos,quiDeum blaſphemant ex ira.Non enim aliquis de leui blaſphematDeum niſi iratus.Tanta tamen poſſet eſſe iracundia,quod ęquiparatur dementiæ: & tunc illud quod dicit Gof.locum poſſet habere.hæc Hoſt.

Quid ſi quis iuret per caput,vel per ventrem vel per corpus, vel capillum? Reſp.Hoſt. quòd ſi faciat hoc affirmando vel iurãdo, non habet locũ hæc pœna. ſecus eſt ſi faciat hoc deteſtando vel vituperando,licet iratus. Item ſecũdum Gof. & Hoſt. hæc quæ dicuntur de pœna temporali,fiunt iudice pro tribunali ſedente.In iudicio autem animæ preſbyter diſcretus moliẽdo rigorẽ diſpenſare poterit ex cauſa circa pœnam ſpiritualem ſuperiorem.25.q.6.pœnitentibus.hæc Hoſt.Item blaſphemus clericus,maxime preſbyter,cogatur ad veniam poſtulãdam. quod ſi noluerit,degradetur.diſt.46.clericus.

Notandum vero quòd blaſphemus ſecundum leges eſt decapitandus, vt in auth. vt non lux.contra nat.cir.med.coll.6. Secundum vero canonem antiquum clericus erat degradãdus, & laicus excommunicandus. 22. q. 1. ſi quis per capillum.Hodie vero laicus aget pœnitentiam ſupradictam, ſcilicet illius canonis, ſtatuimus & hoc ſi publice blaſphemauit. Si enim occulte,non pœnitebit publice,vt puto.Clericus vero hodie eſt corrigendus pœna arbitraria & occulta, non illa quæ eſt publica. Clericus enim publice non debet pœnitere. Si autem rebellis fuerit,vel ſæpius hoc commiſerit,locum habet pœna legis,ſcilicet vt laicus decapitetur in foro ciuili, & in canonico anathematizetur, id eſt, eccleſiæ ingreſſus ſibi interdicatur,& in morte priuetur eccleſiaſtica ſepultura. Clericus vero degradetur.hæc Hoſt.tit.de maled.

Trigeſimusprimus eſt de preſbytero,qui reuelat confeſſionem, quòd de iure antiquo debet deponi, & omnibus diebus vitæ ſuæ ignominioſus peregrinari.de pœn.diſt.6.ſacerdos.

Trigeſimusſecundus eſt,quòd qui dicendis horis canonicis & aliis officiis diuinis diſcrepat à conſuetudine propriæ metropolitanæ eccleſiæ, vj.menſibus priuatur communione,ſi hoc accidat ex contemptu.17.diſt.de his.

Trigeſimustertius eſt, quòd epiſcopus, qui ordinat ſine iuſta cauſa clericum inuitum aut reclamantem vel penitus inuitum abſolute ſuſpenditur vno anno.74.diſt.c.1.

Trigeſimusquartus eſt,quòd epiſcopus,qui correctionem de venditione miniſteriorum diſſimulat,duobus mẽſibus, preſbyter iiij.diaconus iij.ſubdiaconus,&ceteri ad arbitrium iudicis pœnitere debẽt.1.q.1.quidquid inuiſibilis.

Trigeſimusquintus eſt, quòd ſortilegus xl. diebus pœniteat.extr.de ſortil.requiſiſti.

Trigeſimusſextus eſt, quòd qui videt in aſtrolabio pœniteat duobus ann.extra de ſortil. ex tuarum.

Trigeſimusſeptimus eſt, de ſtilla ſanguinis altaris cadentis ſuper terram, vel aliquid aliud propter negligentiam preſbyteri,debet preſbyter pœnitere xl. diebus. Si cecidit ſuper pallio altaris pœniteat iiij.diebus. de conſ.diſtin.2.c.ſi per negligentiam.

Trigeſimusoctauus eſt,quòd ſi aliquis euomit Euchariſtiam propter ebrietatem & voracitatem:ſi laicus,pœniteat xl.diebus.Si clericus vel monachus vel preſbyter vel diaconus, pœniteat lxx.diebus.Si epiſcopus,pœniteat nonaginta diebus: Et debet euomitura comburi, & iuxta altare collocari.Si vero cauſa infirmitatis euomuerit, ſeptem diebus pœniteat. de conſe.

diſt

Source : BIU Cujas

diſtinct.2.ſi qui propter ebrietatem.

Trigeſimusnonus eſt,quando mus corrodit vel comedit corpus Chriſti.de pœnitẽtia huius caſus inquire vbi ſit not. de conſ.diſt.2.circa fi.

Quadrageſimus eſt, quòd qui domum vel aream voluntarie ſuccendit,ſublata vel incenſa omnia reſtituat, & tribus annis pœniteat.extra de iniu.ſi quis domum. Canon tamen dicit quòd ſi ex odio vel iniuria hoc fecerit, excommunicari debet,nec abſolui donec ſatisfecerit, & iuraũerit quod ignem de cetero non apponet. Imponitur autem ſibi vt Hieroſolymam vel in Hiſpaniam vadat in Dei ſeruitio anno integro ibi moraturus. Si quis autem archiepiſcopus vel epiſcopus hoc relaxauerit,damnum reſtituat,&ab officio epiſcopali per annum abſtineat.23.q.8.peſſimam.Hodie autẽ poſtquam ſunt denuntiati non poſſunt citra ſedem Apoſtolicam abſolui.ext.de ſen.exc.tua nos.Immo text. loquitur de incendiariis indiſtincte poſtquam ſunt publicati.Et Ber.hoc idem dicit expreſſe,& Gratia.ext.de ſent.exc.quicumque. & Gof. licet Rom.contrarium dicat. Secundum autem leges, qui in ciuitate data opera incendium fecerit: ſi ſit humilis,ſubiicitur beſtiis: ſi ſit in aliquo gradu, decapitatur vel in inſulam relegatur.ff.de incen.rui.nau.l.ſi. Qui vero alibi vt in villis vel caſtris remiſſis ibidẽ ædes poſitas combuſſerit,ſi hoc dolo fecerit,comburitur. Et hoc intelligendum ſecundum Hoſt. ſi ſit humilis. Si autem hoc ex ſua negligentia contigerit,reſarciet damnum,vel ſi minus idoneus ſit,parum vel leuiter caſtigetur. Et nomine ædium omne ædificium continetur, vt ibidem dicitur.l.qui ædes.

Quadrageſimusprimus eſt,quòd qui dederitvel acceperit communionem ab hęretico,& neſcit hoc eſſe prohibitum ab eccleſia,& poſtea intelligit, pœniteat vno anno. Si autem ſciuit & neglexit,pœniteat x.annis:vel ſecundum quoſdam,vij. vel ſecundum alios, v. Qui vero permittit hæreticum miſſam celebrare in eccleſia catholica per ignorãtiam iuris, pœniteat xl.diebus.Si pro reuerentia eius,per annum pœniteat. Si pro damnatione eccleſiæ catholicæ, & pro conſuetudine Romanorum,proiiciatur ab eccleſia ſicut hęreticus,ſi ſit impœnitẽs:alioquin pœniteat x.annis.Si autem relicta eccleſia ad hæreticos tranſierit, & alios ad hoc induxerit,pœniteat xij.an. iij.extra eccleſiam,vij.inter audientes,ij.extra cõionẽ.&ſic xij.anno cõionẽ ſiue oblationẽ percipiat.24.q.1.ſi quis dederit.

Quadrageſimusſecundus eſt, quòd patronus,qui res eccleſiæ dilapidat,vno anno pœniteat.16.q.7.c.filiis.

Quadrageſimustertius eſt, q̃ qui domum ſuam magicis & incãtatoribus luſtrat,vel aliud facit, & qui ei hoc conſulit, annis v. pœniteat. 16.q.5.qui diuinatores.& c.non liceat.

Quadrageſimusquartus eſt, q̃ qui pacẽ cum proximo ſuo non facere iurat,anno vno pœniteat,& ad pacem redeat.22.q.2.qui ſacramento.

Quadrageſimusquintus eſt,q̃ pro periurio, adulterio, homicidio dãtur pro pœnitentia regulariter vij.anni,& ſimiliter pro fornicatione: licet non ita aſpera pœnitentia iniungatur. 22. q.1.prædicandum.33.q.1.hoc ipſum.& §.ſeq.

Quadrageſimusſextus eſt,q̃ qui ſcienter rebaptizatur, vij.an.pœniteat, & feria iiij.& vj.in pane & aqua ieiunando tres quadrageſimas facit.&hoc ſi fecit pro hęreſi introducenda.Si autẽ pro munditia,i.pro ſalute corporis obtinenda,vt extr.de apoſt.c.2.tribus ann.pœniteat. de conſ.di.4.qui bis. & talis qui bis baptizatur vel cõfirmatur,fit de foro eccleſiæ, & cogitur fieri irregularis.diſt.84.dictum eſt. De pœna autem talium habetur de conſ.di.4.eos.Cuius capituli ſententiam prætermitto gratia breuitatis.

Quadrageſimusſeptimus eſt,q̃ qui vxorem adulteram cognoſcit antequã pœniteat, iij.an. pęniteat.21.q.2.ſi quis.Qui vero cognoſcit eam pœnitentem ante pœnitentiam peractam,pęniteat ij.annis.e.q.ſi quis primo.Quomodo vero pęnitentia iniungenda ſit mulieri partum alterius ſupponenti,vel etiam dẽ non ſuo viro concipienti,habetur ext.de pœn.& rem.officij.

Ad regulas igitur prædictas inſpiciendo poteſt ſtudioſus indagator procedere ad pœnitentias pro diuerſis criminibus ſecũdum canones imponendas:& ex cauſa conſideratis circũſtantiis, vt dictũ eſt ſupra,moderari poterit eas.Et licet ab ipſo omnes circunſtantię ſint diligenter attendẽdæ:principaliter tamen qualitates perſonæ,& præcipue vtrũ ſit perſona obnoxia alicui aliquo vinculo ſeruitutis.Nã circa tales perſonas cauere debet pro poſſe preſbyter ne talẽ pœnitentiam eis imponat:per quam illis quib. ſunt adſtrictæ præiudicium fiat, maxime circa cõiugatos.vnde ſi ſeruus ſit & timore peccauerit,obediens domino ſuo in atrociorib. eſt mitius puniendus.22.q.5.qui cõpulſus.obedire tamen non tenebatur in talib. 11.q.3.ſi Dominus. Si autem voluntarie peccauerit,corpore punietur etiam acrius quã alius.24.q.1.qui contra pacem.Nec eſt ſeruo iniungẽda peregrinatio,per quã dominus eius,qui nõ eſt in culpa,illius ſeruitio defraudetur.ext.de ſen.exc.relatum. Si vero liber ſit,tota pœnitentia canonis,ſi poteſt facere, debet imponi.16.q.1.ſacerdotes pœnitentiã.Sed ex cauſa poterit eã preſbyter moderari.

Source : BIU Cujas

Conſiderandum etiam erit vtrum ſit perſona noua in fide: quia nouis in fide minor debet etiam pœnitentia imponi. extr. de pœn. & rem. Deus qui. Et ſimiliter conſiderandæ erunt aliæ perſonarum circumſtantiæ: de quibus ad præſens ſuperſedeo gratia breuitatis.

Sciendum autem quòd in foro pœnitentiali dicuntur legitimæ feriæ ij. iiij. & vj. diſt. 81. preſbyter. de conſ. diſt. 3. ieiunia. Aliqui tamen vt dicit Rom. pro ij. feria ponunt ſabbatum.

Inſuper notãdum eſt, quòd ſi pœnitentia in pane & aqua imponatur non habenti panem, poteſt loco panis leguminib. & piſciculis veſci: & etiam aliis, ſi neceſſitas illud requirat. ext. de pœn. & rem. licet. in text. & gl. aliàs non licet.

Notandum etiam ſecundum Ioan. ſi pœnitentia ſit impoſita à canone: liberatur quis à ieiunio dando denarium, vel legẽdo pſalterium propria auctoritate. Innoc. vero dicit, quòd ieiunia neceſſaria, vt quattuor temporum & huiuſmodi, non poſſunt redimi niſi ſubſit rationabilis cauſa: voluntaria vero redimi poſſunt, etiam ſine auctoritate ſuperioris. ieiunia an poſſint redimi.

Ad hoc ẽt nota, ꝙ vbi imponitur pœnitẽtia aliquot annorũ ſiue quadrageſimarũ, nec addi tur qũo quis debet pœnitere: hoc relinquitur arbit. preſbyteri, cum pœnitentiæ ſint arbitrariæ, vt dictum eſt ſupra. ipſe enim preſbyter arbitrabitur eam per ferias legitimas faciendam, ſecundũ can. 50. diſt. de his clericis. ext. de hom. c. 2. & in multis aliis iur. Et ſic intelligitur illud ext. de accuſ. accuſaſti. & de ſpon. dilectus. & ſi.

Expliciunt Canones Pœnitentiales.

CANONES SANCTORVM APOSTOLORVM,

Per Clementem à Petro apoſtolo Romæ ordinatum Epiſcopum, in vnum congeſti.

EPiſcopus à duobus aut tribus epiſcopis ordinator.

ij. ¶Presbyter ab vno epiſcopo ordinator: item diaconus, & reliqui clerici.

iij. ¶Si quis epiſcopus aut presbyter præter ordinationem Domini, quam de ſacrificio inſtituit, alia quæpiam, puta aut mel, aut lac, aut pro vino ſiceram, aut confecta quædam, aut aues, aut aliqua animalia, aut legumina ſupra altare obtulerit, vt qui contra ordinationem Domini faciat, deponitor: excepto nouo frumento & vua opportuno tempore. Præterea licitum non eſto aliud quidpiam admouere ad altare, quàm oleum in candelabrum, & incenſum oblationis tempore.

iiij. ¶Omnium aliorum pomorum primitiæ epiſcopo & presbyteris domum mittuntor, non ſuper altare. Manifeſtum eſt autem, quòd epiſcopus & presbyteri inter diaconos & reliquos clericos eas diuidunt.

v. ¶Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus vxorem ſuam prætextu religionis non abiicito: ſi abiicit, ſegregator à communione: ſi perſeuerat, deponitor.

vj. ¶Epiſcopus, aut presbyter aut diaconus ſæculares curas non ſuſcipito: alioquin deponitor.

vij. ¶Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ſanctum diem Paſchæ ante vernum æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, deponitor.

viij. ¶Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quicumque ex ſacerdotali conſortio, oblatione facta, non communicauerit, cauſam dicito. Et ſi bona ratiõe ſubnixa ſit, veniam promeretor. Sin minus dixerit, à communione excluditor, tãquam qui populo auctor offenſionis fuerit mota cõtra eũ ſuſpicione, qui obtulit.

ix. ¶Quicunq; fideles eccleſiam ingrediuntur, & ſcripturas audiunt, neque apud preces & ſanctam communionem permanent: eos tãquam qui ordinis in eccleſia perturbationem inducãt, à cõmunione arceri oportet.

x. ¶Si quis cum excommunicato, licet in domo, preces coniunxerit, iſte communione priuator.

xj. ¶Si quis cum depoſito clerico, vt cum clerico preces coniunxerit, deponitor & ipſe.

xij. ¶Si quis clericus, aut laicus à communione ſegregatus, ſeu nondum in communionem receptus, ad aliam profectus ciuitatem, ſine commendatitiis litteris receptus fuerit, à communione excluditor tam qui recepit, quàm qui receptus eſt. Si excommunicatus fuerit, in longius illi tempus excommunicatio protenditor.

xiij. ¶Epiſcopo, qui parochian ſuam dereliquerit, alteri inſilire nefas eſto, licet à pluribus ad hoc compellatur, niſi rationabilis aliqua cauſa ſubſit, quæ hoc ipſum facere vi adigat, nempe quod plus lucri & vtilitatis his, qui illic conſtituti ſint, verbo pietatis conferre poſſit. neque hoc tamen à ſeipſo, ſed multorum epiſcoporum iudicio, & exhortatione maxima.

xiiij. ¶Si quis presbyter, aut diaconus, aut quicunque tandem de clericorum conſortio, relicta parochia ſua, in aliam conceſſerit, & omnino tranſmigratione facta, præter voluntatem ſui epiſcopi in alia parochia moram traxerit: hunc iubemus, ne porro in miniſterio publico ſit eccleſiæ: maxime ſi accerſente ipſum epiſcopo eius redire contemnat, peruerſo illic ordine perſeuerans, vt laicus tamen ibi locorum in cõmunionem admittitor.

xv. ¶Quòd ſi epiſcopus, ad quem acceſſerint, pro nihilo reputata vacationis miniſterio eccleſiaſtico pœna, quæ contra eos definita eſt, ipſos vt clericos ſuſceperit, à cõmunione excluditor, vt peruerſi ordinis magiſter.

xvj. ¶Qui poſt baptiſmum duabus implicitus fuit nuptiis, aut concubinam habuit: is epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus, aut denique in conſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.

xvij. ¶Qui viduã duxit, aut diuortio ſeparatam à viro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam, quę publicis mãcipata ſit ſpectaculis: epiſcopus, presbyter, aut diaconus, aut deniq; ex conſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.

xviij. ¶Qui duas ſorores duxit, aut conſobrinam, clericus eſſe non poteſt.

xix. ¶Clericus, qui fideiuſſiones dat, deponitor.

xx. ¶Si quis humana violentia eunuchus factus eſt, aut in perſecutione amputata ei ſunt virilia, aut ita natus fuit, & dignus eſt: efficitor epiſcopus.

xxj. ¶Qui ſibiipſi virilia amputauit, clericus non efficitor: ſui. n. ipſius homicida eſt, & inimicus creationi Dei.

xxij. ¶Si quis, cum clericus eſſet, virilia ſibiipſi amputauerit, deponitor: homicida etenim ſui ipſius eſt.

xxiij. ¶Laicus, qui ſeipſum mutilauit, per iij. ann. à communione eiicitor: puta quia ipſe vitę ſuę poſuit inſidias.

xxiiij. ¶Ep

Source : BIU Cujas

xxiiij. ¶Episcopus,aut presbyter,aut diaconus in fornicatione,aut periurio,aut furto deprehensus,deponitor:non tamen à communione excluditor. Dicit enim scriptura: bis de eorum delicto vindictam non exiges. Eidē conditioni cōsimiliter & reliqui clerici subduntur.

xxv. ¶Ex his, qui cælibes in clerum peruenerunt:iubemus,vt lectores tantum & cantores(si velint)nuptias contrahant.

xxvj. ¶Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum, qui vel fideles delinquentes, vel infideles iniuriam inferentes percutit, & terrorem ipsis per huiusmodi vult incutere,deponi præcipimus.Nusquam enim Dominus hoc nos docuit. Immo vero contra, cùm ipse percuteretur, non repercutiebat: cum lacesseretur conuitiis, non regerebat conuitium: cum pateretur, non comminabatur.

xxvij. ¶Si quis episcopus,aut presbyter,aut diaconus ob certa crimina iuste depositus attingere ministerium quod aliquando tractauerat,præsumpserit:omnino hic ab ecclesia abscinditor.

xxviij. ¶Si quis episcopus,aut presbyter,aut diaconus pecuniæ interuentu hanc dignitatem nactus fuerit, deponitor,tam ipse,quàm qui eum ordinauit,& omnino à communione abscinditor, quemadmodum Simon magus à me Petro.

xxix. ¶Si quis episcopus sæcularium magistratuum familiaritate vsus, per ipsos ecclesiam nactus fuerit, deponitor,segregantor quoque à communione,quicunque cum ipso communionem habent.

xxx. ¶Si quis presbyter, proprium aspernatus episcopum,seorsum conuenticula egerit,& altare erexerit, cum de nullo crimine episcopum in pietate ac iustitia condemnarit, deponitor, quasi qui principatum ambiat: tyrannus enim est.Consimiliter & reliqui clerici, qui suum illi calculum apponunt.Laici vero à communione segregantor.Atque hæc post vnam,& item alteram,ac tertiam episcopi exhortationem fiunto.

xxxj. ¶Si quis presbyter,aut diaconus per episcopum à communione excluſus sit: hunc nevtiquam ab alio fas esto suscipi, quàm ab eo, qui ipsum à communione excluſit: nisi forte fortuna episcopus,qui ipsum à communione segregauit,defunctus sit.

xxxij. ¶Nemo peregrinorum episcoporum,aut presbyterorum, aut diaconorum sine commendaticiis suscipitor litteris: & si eas obtulerit, attentius in disquisitionem vocantor. Et quidem si prædicatores pietatis fuerint,suscipiuntor:sin minus, vbi necessaria ipsis suppeditaueritis, ad communionem & vlteriorem ipsos consuetudinem non admittitote. multa enim per obreptionem fiunt.

xxxiij. ¶ Cuiusque gentis episcopos oportet scire, quinam inter ipsos primus sit, habereque ipsum quodammodo pro capite,neque sine illius voluntate quidquam agere insolitum:illa autem sola quemque pro se tractare, quæ ad parochiam eius, & loca ipsi subdita attinent. Sed neque ille citra omnium voluntatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per Dominum in sancto spiritu.

xxxiiij. ¶Episcopus extrà terminos suos in ciuitatibus & regionibus sibi nō subiectis ordinationes facere non præsumito. Si vero præter voluntatem eorum,qui ciuitates illas aut regiones detinent,id fecisse conuictus fuerit,deponitor tam ipse quā etiam hi quos ordinauit.

xxxv. ¶Si quis ordinatus episcopus ministerium & curam populi sibi commissam non susceperit: hic à communione seiunctus esto tamdiu, donec susceperit, obedientiam accommodans. Similiter autem & presbyter & diaconus. Si vero non præ voluntate sua, sed præ malitia populi non susceperit,manebo ipse quidem episcopus:clerus vero eius ciuitatis à cōmunione segregator,eo quòd tam inobedientē populū non corripuerint.

xxxvj. ¶Bis in anno episcoporum celebrator synodus: ac pietatis inter se dogmata in disquisitionem vocanto, neque non in ecclesiis incidentes contradictiones dirimunto: semel quidem quarta feria †Pentecostes,secundo duodecima Hyperberetei†.

xxxvij. ¶Omnium rerum ecclesiasticarum curam episcopus gerito, & eas dispensato, quasi inspectante Deo. Non licitum autem ei esto quippiam ex iis sibi tamquam proprium assumere: aut cognatis suis elargiri,quæ Deo dedicata sunt. Quòd si pauperes illi sint, vt pauperibus submini ſtrato:non tamen horum prętextu res ecclesiæ venundato.

xxxviij. ¶Presbyteri,& diaconi absque voluntate epi nihil peragunto.ipsius enim fidei populus Domini commissus est,&pro eorū animabus ab ipso repetetur ratio.

xxxix. ¶Manifestæ sunto priuatæ res episcopi:si modo & priuatas habet: manifestæ item sunto dominicæ, vt priuatas quidem res episcopus,cum moritur, quibus vult, & quomodo vult, relinquendi facultatem habeat: neque occasione ecclesiasticarum rerum intercidant res episcopi, qui nonnumquam vxorem & liberos,aut cognatos,aut seruos habet.iustum enim est apud Deum pariter & homines,simul ne ecclesia per ignorationem rerū episcopi damni aliquid substineat,simul ne episcopus aut cognati eius prætextu ecclesiæ oblædantur, aut etiam qui illū generis proximitate cōtingunt, incidant in negotia,eiusque mors implicetur diffamationibus.

xl. ¶Præcipimus,vt episcopus res ecclesiæ in potestate habeat. Nam si pretiosæ hominum animæ fidei eius committendæ sunt: multo vtique magis oportuerit & de pecuniis mandatum dare, vt illius arbitratu dispensentur, neque non cum timore Dei summaque solicitudine per presbyteros ac diaconos erogentur in pauperes. Percipiat autem & ipse (si modo indiget) quantum ad necessarios suos & hospitio exemptorum fratrum vsus opus habet,ne quo modo ipse posteriore loco habeatur, quàm ceteri. Ordinauit enim lex Dei, vt qui altari inseruiunt, de altari nutriantur: quando nec milites vmquam suis annonis arma hostibus inferant.

xlj. ¶Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui vel aleæ,vel ebrietatib.indulget,vel desinito,vel deponitor.

xlij. ¶Subdiaconus, aut cantor, aut lector, qui consimilia facit,vel desinito, vel à communione seiungitor. Similiter & laici.

xliij. ¶Eps,aut presbyter,aut diaconus,qui vsuras à mutuum accipientibus exigit,vel desinito,vel deponitor.

xliiij. ¶Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui cum hæreticis preces coniunxerit:dumtaxat à communione suspenditor. Si vero etiam ipsos tamquam clericos aliquid agere permiserit,deponitor.

xlv. ¶Episcopum, aut presbyterum, qui hæreticorum baptisma aut sacrificium susceperit, deponi præcipimus. Quæ etenim conuentio inter Christum & Belial?aut quæ particula fideli cum infideli?

xlvj. ¶Episcopus,aut presbyter si eum,qui verum baptisma habeat, iterum baptizauerit, aut pollutum ab impiis non baptizauerit, deponitor, vt qui crucem & mortem Domini derideat:neque discernat veros sacerdotes à sacerdotibus impostoribus.

xlvij. ¶Si quis laicus,cū suam à se vxorē abiicit,alterā duxerit,aut ab alio dimissam,à cōmunione segregator.

xlviij. ¶Si quis episcopus, aut presbyter secundum ordinationem Domini non baptizauerit in Patrem & Filium,& Spiritum sanctum,sed in tres principio carentes,aut tres filios,aut tres paracletos,deponitor.

xlix. ¶Si quis episcopus, aut presbyter in vna initiatione non tres immersiones,sed vnam duntaxat,quę in mortem Domini detur, peregerit, deponitor. Non enim dixit Dominus, in mortem meam baptizate: sed profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris,& Filij,& Spiritus sancti.

l. ¶Si quis episcopus,aut presbyter,aut diaconus,aut quiuis omnino de sacerdotali consortio,nuptiis,& carnibus,& vino abstinuerit, non propterea quo mens ad cultum pietatis reddatur exercitatior,sed propter abominationem, oblitus, quòd omnia pulchra valde, & quòd masculum & feminam Deus creauit hominem, sed diffamationibus lacessens creationem Dei vocat ad calumniam:aut corrigitor,aut deponitor,& ex ecclesia reiicitor.Consimiliter & laicus.

lj. ¶Si quis episcopus, aut presbyter eum, qui à peccato reuertitur, non recipit, sed reiicit, deponitor, eo quòd Christum offendat, qui dixit, ob vnum peccatorem,qui resipiscat,gaudium oboriri in cælo.

lij. ¶Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus carnibus & vino festiuis diebus non vtatur idque per abominationem, non propter exercitationem ad cultum

†al.hebdomade.

†Hyperberetę apud Asiæ populos & Macedōes October Græce dictus.

Source : BIU Cujas

tum pietatis, deponitor, tãquam qui cauterio notatam habet conscientiam,& multis auctor sit offendiculi.

liij. ¶ Si quis clericus in caupona cibum capere deprehensus fuerit, à communione excluditor. excepto tamen eo,qui necessario in itinere in commune diuerterit hospitium.

liiij. ¶Si quis clericus episcopum contumelia affecerit,deponitor.principi enim populi tui non maledices.

lv. ¶Si quis clericus contumelia affecerit presbyterum,aut diaconum,à communione segregator.

lvj. ¶Si quis mancum,aut mutum,surdumve,aut cęcum, aut cum, cui vitiosus incessus est, subsannauerit, communione priuator.Consimiliter & laicus.

lvij. ¶Episcopus,aut presbyter,qui negligentius circa clerum vel populum agit, neque in pietate eos erudit, à communione segregator. Si vero in ea socordia perseuerauerit,deponitor.

lviij. ¶Si quis episcopus, aut presbyter,clerico ex inopia laboranti necessaria non suppeditauerit, à communione reiicitor:sin perseuerat,deponitor, vt qui fratrem suum necauerit.

lix. ¶Si quis falso inscriptos impiorum libros tamquam sacros in ecclesia ad populi&cleri corruptionem publicauerit,deponitor.

lx. ¶Si accusatio contra fidelem instituatur de fornicatione,aut adulterio,aut quacumque alia actione prohibita,& conuictus fuerit,in clerum non perducitor.

lxj. ¶Si quis clericus per metum humanum, vel Iudæi,vel Gręci,vel hæretici negauerit,si quidem nomen Christi, ab ecclesia reiicitor. si vero nomen clerici, deponitor.pœnitentia tamen ductus,vt laicus recipitor.

lxij. ¶Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicumque ex sacerdotali consortio comederit carnes in sanguine animæ eius, aut à bestiis abreptum,aut suffocatum,deponitor. hoc enim lex prohibuit.Sin vero laicus fuerit,à communione excluditor.

lxiij. ¶Si quis clericus,aut laicus,synagogam Iudæorum,aut hæreticorum conuenticulum ingressus fuerit, vt preces cum illis coniungat, deponitor,& à communione secluditor.

lxiiij. ¶Si quis clericus in concertatione aliquem pulsauerit,& vno ictu ac pulsatione interemerit,deponitor propter temeritatem suam.Sin vero laicus sit,arcetor à communione.

lxv. ¶Si quis dominicum diem,aut sabbatum,vno solo dempto,ieiunare deprehendatur,deponitor: sin laicus,à communione eiicitor.

lxvj. ¶Si quis virginem sibi non desponsatam admota vi detinet,à communione suspenditor. Non licitum autem esto ei aliam ducere: sed eam detineto, quam solicitauit,quamuis paupercula sit.

lxvij. ¶Si quis episcopus,aut presbyter,aut diaconus secundam ab aliquo ordinationem susceperit, deponitor tam ipse, quàm qui ipsum ordinauit:nisi forte constet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim à talibus baptizati, aut ordinati sunt: hi neque fideles, neque clerici esse possunt.

lxviij. ¶Si quis episcopus aut presbyter,aut diaconus, aut lector,aut cantor sacram Quadragesimam, Paschæ, aut quartam feriam, aut Parasceuen non ieiunauerit, deponitor,præterquam si imbecillitate impediatur corporis.Sin laicus sit,communione priuator.

lxix. ¶Si quis episcopus,aut presbyter,aut diaconus, aut omnino quicumque ex clericorum consortio cum Iudæis ieiunauerit, aut communem festum diem cum ipsis egerit, aut lautia festi, nempe azyma, aut aliud huius generis,ab eis susceperit,deponitor.si laicus,à communione segregator.

lxx. ¶Si quis Christianus oleum ad sacra gentilium, aut in synagogam Iudæorum in festis eorum detulerit, aut lucernas incenderit,à communione excluditor.

lxxj. ¶Si quis clericus,aut laicus ceram aut oleum ex sancta subripiat ecclesia,à communione seiungitor.

lxxij. ¶Vas aureum & argenteum sanctificatum, aut velamen linteumve,nemo amplius in suos vsus assumito.iniquum enim est.Ceterum si quis deprehensus fuerit,excommunicatione mulctator.

lxxiij. ¶Episcopum de aliquo per fide dignos accusatum homines,ab episcopis vocari necessarium est. Et si quidem comparuerit, & confessus conuictusve fuerit, censura irrogator ecclesiastica.si vero vocatus non obtemperauerit,secunda quoque vicevocator,missis duobus ad ipsum episcopis. Quòd si per contumaciam nec sic quidem comparuerit, synodus suam contra ipsum pronuntiato sententiam, ne quid tergiuersando detrectandoque iudicium lucri facere videatur.

lxxiiij. ¶Indictionem testimonij contra epm hæreticus non admittitor: sed neque fidelis, si solus sit. In ore enim duorum aut trium testium cõsistet omne dictum.

lxxv. ¶Item non oportet episcopum fratri, aut filio, aut alteri cognato humano gratificari affectu. Neque enim ecclesiam Dei conferre debet in heredes. Enimuero si quis id fecerit, irrita permaneto ordinatio. ipse autem excommunicatione percellitor.

lxxvj. ¶ Si quis oculo defectus, aut obtuso crure existat,& dignus sit, episcopus efficitor. non enim mutilatio corporis ipsum polluit,sed inquinatio animæ.

lxxvij. ¶ Qui vero mutus surduve,& cæcus est, episcopus non efficitor: non quia oblæso corpore est, sed ne ecclesiastica impediantur munia.

lxxviij. ¶Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor: sed neque cum fidelibus preces fundito. Mundatus vero recipitor:& si dignus fuerit,efficitor.

lxxix. ¶ Qui ex vita gentili aduenerit, & baptizatus est, aut ex conuersatione praua, eum iustum non est protinus promoueri in episcopum. Iniurium enim est, cum,qui non prius specimen & documentum de se prębuerit,aliorum doctorem existere,nisi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

lxxx. ¶Dicimus, quòd non oporteat episcopum, aut presbyterum publicis se administrationibus immittere: sed vacare, & commodum se exhibere vsibus ecclesiasticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponitor.Nemo enim potest duobus dominis seruire, iuxta præceptum dominicum.

lxxxj. ¶Serui si in clerum promoueantur citra dominorum voluntatem, hoc ipsum operatur redhibitionem. Si quando vero seruus quoque gradus ordinatione dignus videatur(qualis& noster Onesimus apparuit) & Domini consenserint, manuque emiserint, & domo sua ablegauerint,efficitor.

lxxxij. ¶ Episcopus,aut presbyter, aut diaconus, qui militiæ vacauerit,& simul vtrumque retinere voluerit, tam officium Romanum,quàm functionem sacerdotalem,deponitor. Quæ enim Cæsaris sunt,Cæsari: & quæ Dei,Deo.

lxxxiij. ¶Quisquis Imperatorem aut magistratũ contumelia affecerit,supplicium luito.& quidem si clericus sit,deponitor.si laicus,à communione remouetor.

lxxxiiij. ¶Sunto omnibus vobis,clericis simul & laicis, venerandi ac sacri libri, veteris quidem testamenti, Moysis quinque, Geneseis,Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu filij Naue vnus. Iudicum vnus. Ruth vnus. Regnorum quattuor. Derelictorum ex libro dierum,duo.Hester vnus.De Machabæorum gestis tres.Iob vnus.Psalterium vnus.Salomonis tres,Prouerbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum. Prophetarum duodecim. vnus Esaiæ. Hieremiæ vnus. Ezechiel vnus. Daniel vnus. Inquiritor autem à vobis extrinsecus, vt adolescentes vestri addiscant item Sapientiam eruditi Syrach.Nostra vero,hoc est noui testamenti,Euangelia quattuor,Matthæi,Marci,Lucæ,Ioannis. Pauli epistolæ quattuordecim. Petri epistolæ duæ.Ioannis tres. Iacobi vna.Iudæ vna.Clementis epistolæ duæ.& preceptiones, quæ vobis episcopis per me Clementem in libris octo nuncupatæ sunt,quas omnibus publicare non oportet ob quædam arcana, quæ in se continent. Et actiones nostras Apostolorum.

Finis Apostolicorum Canonum,Gregorio Holoandro interprete.

Excudit Ant.Blanc.

Source : BIU Cujas

MARGARITA DECRETI,

SEV TABVLA MARTINIANA,

Edita per F. Martinum ord. Prædicatorum D. Papæ Pœnitentiarium, & Capellanum.

Numeros columnarum vbi distinctiones, causæ quæstiones, & earum capitula sunt, suprà in tabula capitulorum inuenies.

INTER alia, quæ ad fidelium Christi doctrinã scripta sunt, magnam ipsis Decretorum liber consolationẽ præstat: huius enim doctrinis & Clerici & Laici reguntur. Et per ipsas tũ in sacramentis, tũ in scripturis repulsa falsitate, perfectam quilibet cognitionem habet deve ritate, nec frangitur in aduersis, nec dissoluitur in prosperis. Præteritorũ memores, & de futuris cauẽtes, quoslibet ad sanctã imitationẽ bonãque operationẽ Decretorũ lectio accẽdit. Sed quia tã salutaris doctrina videbatur diffusa. Ego frater Mar. ord. Prædicatorum, domini Papę pœnitẽtiarius, & capellanus, pro eius faciliori inuentione dictiones præcipuas per alphabetũ, non sine magno labore ad meã potissimè vtilitatẽ disposui. Non tamen decreui sententias determinare, sed ipsius libri materias intimare. Nec capitulorum ordinem in allegationib. obseruaui, multáque, ob prolixitatẽ omisi. In Christo ergo omniũ auctore bonorũ, per quem (teste Hiero. 35. dist. c. ab exordio.) ω, reuolauit ad α, spẽ ponendo, hoc opus à prima litera vsque ad extremũ deduxi, ipso adiuuante, qui est principium & finis.

AARON. Quod charitas Aaron multipliciter insinuatur, c. vt cognouerũt. de pœ. dist. 2. §. opponitur. ante medium.

Item ipsius sacerdotiũ approbatur. 22. dist. sacrosan.

Item quòd in suo sacerdotio status summi Pontificis repræsentatur. xxj. dist. ca. j. §. j.

Item ponitur in exemplum terroris contra vsurpantes prælaturas. 7. q. j. denique. post medium.

Item ponitur in exemplum, quòd nemo honorem prælationis assumat, nisi à Deo vocatus. 8. q. 1. in scripturis. in princ.

Item ponitur in exemplũ quòd nullus homo põt esse sine peccato. de pœ. di. 2. §. opponitur. circa med.

Item ponitur in exemplum lapsis post pœnitentiã ad prælaturæ restitutionẽ. 50. dist. si post ordinationẽ. §. econtra exemplis.

Item cũ filiis suis in exemplũ ponitur episcopis & clericis de mutua inuicem honoratione. 95. dist. esto.

Quod oblationes ecclesiarum solis sacerdotib. debẽtur, præfigurat. 10. q. 1. hanc.

Quod est in argumentum quod Deus dat gratiã subditis per orationem sacerdotum. 1. q. 1. dictum est. 1.

Quod virga Aaron deuorauit virgas magorũ. 26. q. 5. nec mirum, ante med.

ABBAS. Quod abbas non ab episcopo ponitur, sed à monachorũ congregatione eligitur. 18. q. abbas. & duob. c. seq.

Quod in abbatem eligi debet qui sit dignus moribus atque actib. monasticæ disciplinæ. 18. q. 2. abbatem cuilibet.

Quod in abbatẽ electus debet esse cautus in regimine, humilis, castus, misericors, discretus, & sobrius. 18. q. 2. si quis abbas.

Quod abbate exempto irrequisito nihil debet episcopus in monasterio eius exercere. 18. q. 2. lumino so.

Quod subest correctioni & dispositioni episcopi non exẽptus. 18. q. 2. abbates. & c. abbas pro. & c. si quis abbas.

Quod solus abbas habet potestatẽ in monasterio suo. 18. q. 2. nullam.

Quod potest cõsecrare duos ordines primo sacerdos existens. dist. 69. quoniam.

Quod nõ debet regere plures abbatias. 21. q. 1. clericº.

Quod dispensat cũ monacho vt habeat specialem cellam, 18. q. 2. nullus. 20. q. 2. monachum.

Quod sine suo consensu monachus vouere non potest. 20. q. 4. monacho.

Quod sine sua licentia non licet monachis aliquid habere, dare vel accipere. 12. q. 1. non dicatis.

Quod abbas criminosus potest deponi ab episcopo etiam inuito conuentu. 18. q. 2. si quis.

Quod non licet abbati alienare vel obligare res ecclesiæ absque consensu episcopi. 12. q. 2. abbatib.

Quod confessiones audire, vel pœnitentias iniungere non possunt, nisi suorum subditorum. 16. q. 1. peruenit, & duob. c. seq.

Quod non licet episcopis, & aliis regularib. aliter quã cathedralis ecclesia diuina officia decantare. 12. dis. de his.

De *hac materia habes vbi agitur de monachis.*

ABBATISSA. Quod in abbatissam non eligitur nisi sexagenaria. 20 q. 1. iuuenculas.

Quod nullã monialẽ velare potest. 20. q. 2. statuimus.

Quod volens loqui cum aliquo debet associari per vetulã monachã. 18. q. 2. diffinimus. col 2. &c. in deci.

ABEL. Quod Abel placuit Deo, & eius oblatio. 14. q. 5. scriptu. de pœ. di. 5. c. 1. §. sẽper offerat. vltra med.

Quod ponitur in exemplum patientiæ. 7. q. 1. aduersitas, circa med. §. cum autem a vitiis.

ABORTVS. Quod abortus procuratio æquiualet homicidio. 2. q. 3. consuluisti. 32. q. 2. quòd verò non & in c. seq. & c. sicut.

ABRAHAM. Quod Abraham ponitur in exemplũ quod sepultutæ prædecessorum suorum nisi ex causa non sunt relinquendæ. 13. q. 2. Ebron.

Item est in exemplum decimarum dandarum sacerdotib. 16. q. 7. decimas Deo.

Quod excusatur à mendacio. 22. q. 2. c. vtilẽ, in fi. & c. quæritur.

Item in filij prõpta immolatione ponitur in exẽplum obedientiæ. 23. q 5. si non licet, vltra mediũ, & c. lex æterna. & q. 8. occidit.

Item ponitur in exemplum sanctimonię coniugalis. de pœn. dist. 2 § opponitur. ante finem.

Quod ideo de pluralitate fœminarum non culpatur, quia tunc Dei populi multiplicatio quærebatur. 32. q. 4. recurrat. ante finem.

Item ponitur in exemplum quòd ex bonis patrib. mali filij generantur. 32. q. 4. recurrat. & 47. di. sicut hi. §. necesse. in fin. & c. seq.

Item quia in hospitalitate acceptor personarũ nõ fuit, angelos recipere meruit. 42 dist quiescamus.

Item quod lac non vinum Angelis hospitio acceptis, exhibuit. 15. dist. sexto die, in fine.

ABROGATIO. Quod abrogatio legum vel constitutionũ fit contraria consuetudine, 4. dis. in istis, & § proximo.

Item contraria constitutione, 31. distinct. ante triennium.

Item locorum varietate, 31. dis. aliter. §. proximo.

Item temporum dispariũ successione. 35. dis. fraternitatis.

Item malorum emergentium occasione. 63. dis. quia sancta Romana, §. verum Exemplum ibi de serpente æneo, quem Moyses in bona intentione fecit, Ezechias bona intentione destruxit.

ABSOLVTIO. Quid est absolutio peccatorum, 11. q 3. ipse ligandi, &c. seq. & c. plerunque.

Item quid excommunicati, 11. q. 3 debent, & tribus c. seq.

Item quid iuramenti illiciti, 15. q. 6. auctoritatem.

Quod solius papæ est à iuramẽto licito absoluere, 15. q. 6 alius, & c. seq.

Quod absolutio cum discretione est facienda, 23. qu. 4. si is qui.

Quod minor maiorem nec ligare, nec absoluere potest, 21. dis. inferior, 24. q. 1. audiuimus. in fi.

Quod hæreticus vel præcisus ab ecclesia nec ligare, nec absoluere potest, 1. q. 1. remissionem.

Quod malus sacerdos quandiu tolleratur absoluit, 1. q. 1. ita fit, & duobus c. se.

Quod episcopus, vel sacerdos pronior debet esse ad absoluendum, quàm ad ligandum, 26. q 7. alligant.

Quod non licet aliquid accipere pro absolutione, 1. q. 1. nullus episcopus.

Quod archiepiscopus potest absoluere excommunicatum ab episcopo, 2. q. 1. nemo.

Quod vera est absolutio sacerdotis quando fit claue non errante, 11. q. 3. tunc vera est, & c. plerumque.

Quod ligatus à canone, potest absolui ab infirmitate. 17. q. 1. si quis suadente.

Quod excõmunicatus sacerdos nec ligare potest nec soluere, 24. q. 1. audiuimus.

Quod mortuus in excommunicatione non debet absolui si viuus non pœnituit, 24 q 2. nec quisquam.

Quod debet fieri per manus impositionem. 26. q. 7. his qui, & c. sacerdos.

Quod absoluendus debet flectere genua. 26. q. 7. sacerdos.

Quod ille qui ligat, debet absoluere. 24. q. 1. si Petrº.

ABSTINENTIA. Quod abstinẽtia vera est à peccatis abstinere. de consec. dist. 5. ieiunium. c. nihil enim. & c. seq. de pœn. dist. 3. c. incassum. § sed verba. in fin.

Quod boni à licitis abstinent. 33. q. 4. christiano, & c. vir cum propria.

Quod duplici de causa boni à licitis abstinent, 27. q. 2. sunt qui. §. duobus enim modis.

Quod non sufficit à malo abstinere, nisi bonum fiat. 22. q. 5. de forma. 35. dist. ecclesiæ. in fi.

Quod abstinentia ciborum multipliciter commendatur, & persuadetur. 35. dist. sexto die. per totum. c. de consec. dist. 5. non dico. vsque ad c. legimus.

Quod errores gentilium in abstinentia sectantes, anathematizantur. 30. dis. si quis presbyter.

Quod abstinentia respicit personæ valetudinem, temporis opportunitatem, ciborum qualitatem, & quãtitatem. 41. dis. quod dicit.

Quod discreta commendatur. dist. 41. quisquis. de cõsec. dis. 5. non mediocriter.

Quod maximè conuenit episcopis, & prædicatoribus. 35. dist. ecclesiæ.

Quod non requirit nisi corporis sustentationem. 44. dis. conuiuia. de consec. di. 5. ne tales.

Quod auiditas ciborum quantumcunque vilium in abstinente arguitur. 41. dis. tin. deliciæ. & cap. quod dicit.

Quod tempore quadragesimæ maximè presbyteri & clerici abstinere debent à cibis. 4. dis. statuimus: cũ duobus. c. sequentibus.

Quod abstinentia morbos corporales curat. de cons. dis. 5. ne tales.

Quod cum à carnibus abstinemus, à sementinis etiã carnium abstinere debemus. 4. dist. denique.

Quod die sabbati abstinendum est à carnibus, nisi in infirmitate, & festis. de consec. dist. 5. quia dies.

Quod monachis præcipuè abstinentia carnis est apta, & vtilis. de cons. dis. 5. carnem.

ABOMINATIO. Quod abominatio est domino eleemosyna de rapina, vel simonia, vel de vsura. 1. q. 1. non est putanda. 14. q. 5. scriptum est.

ABLVTIO. Quod ablutio peccatorum fit per aquam lachrymarum. de pœn. dis. j. medicina.

Item per fidei feruorem. 24. q. 1. si Petrus.

ABVSVS. Quod abusus priuilegij punitur. dis. 74. vbi ista didicisti. 11. q. 3. priuilegium.

Quod abusus clauium sacerdotalium damnabilis est. 11. q. 3. ipse. & c. plerunque.

ACCELERATIO. Quod acceleratio reprobatur in episcopi & clericorum ordinatione. 28. dis. de Syracusanæ. 60. dis. miramur. 59. dis. si officia. & duob. c. seq.

Item in sententiæ prolatione. 2. q. 1. Deus.

Item in noui honoris collatione. 23. distinct. communis.

Item in baptismi dubia reiteratione. de consecr. dis. 4. cum itaque.

Item in clericorum qui lapsi sunt, condemnatione. 50. dis. ponderet.

Item in condemnatorum restitutione, quia properata nimis remedia, aliorum ruinæ non sunt profutura. 50. dis. abstit. & c. seq.

Quod acceleratio commendabilis est in malorum exercenda vltione. 33. q. 4. si ea.

Item in lucri animarũ promotione. 21. q. 1. relatio. de cons. dis. 4. ne quod absit.

Item in eleemosynarum pro defunctis oblatione, 13. q. 2. qui oblationes.

Item in ecclesiarum vacantium prouisione, 65. dis. de persona, & 50. dis. postquam.

Item in ecclesiasticarum rerum recuperatione, 12. q. 2. Augustino.

ACCEPTIO. Quod acceptio personarum non est apud Deum, 32. q. 4. sicut, de consec. dis. 4. nec quem quam, circa med.

Quod etiam non debet esse inter homines, 49. dist. c. vl. 63 dist. sacrorum. 21. q. 5. si quis cuiuslibet. 11. q. 3. summoperè.

Quod prohiberur acceptio personarum in pœnitentiæ impositione. 26. q. 7. sacerdos.

Item prohibetur in sententię diffinitione, 3. q. 9. necesse.

Source : BIU Cujas

Item in fidei prędicatione, de consec. dis. 1. nullus episcopus.
Item in hospitum receptione, dis. 42. quiescamus.
Item in facienda pro omnibus, & maximè pro defunctis, oratione, 13. q. 2. non existimemus.
Item in eleemosynarum largitione, 16. quæst. 1. si cupis.
Quod munerum acceptio pro oblatione orationum vel aliorum spiritualium damnabilis est, 1. q. 1. eos qui. & c. seq.
Quod regulares aduocati munera, quæ sæcularibus aduocatis licet accipere, non debent exigere, 15 q. 2. obseruandum.
Quod quandoque scelerate accipitur quod à volentibus datur, 14 q 5. non sane.
Quod gratuito & ex deuotionis causa munera oblata cuilibet, licet accipere, 15. q. 2. obseruandum.
ACHAB. Quod Achab sacerdotibus peccantibus ponitur in exemplum, quòd post humilem pœnitẽtiam remaneant in statu suo, de pœn. dis. 1. §. econtra. dis. 3. c. illud verò. §. ecce, & dis. 1. voluissent. §. ex his, & §. achab.
Item ponitur in exemplum quòd malo prælato quandiu sustinetur est obediendum. 1. q. 1. sicut Christus.
Quod quinquagenarios eius ad preces Heliæ ignis cœlestis consumpsit, 23. quæst. 4. si illic. §. sed obijcitur.
ACHOR. Quod Achor propter furtũ anathema incurrit, & Israel hostibus tradidit, 1. q. 4 ecclesia.
Quod quia non statim furtum licuit, innocens populus pro ipso punitus fuit, 23. q. 3. si ea.
ACOLYTHI. Quod acolythi Græcè Latinè cerofera rij dicuntur 21 dis. cleros. & clericos, circa fi.
Quod acolythi officium est prępparare luminaria, & ipsa coram ministris altaris deportare. dis. 25. perlectis. 33. dis. c. si quis. §. deseruientes.
Quod acolythi possunt cõtrahere matrimonium. 15. q. 3. sane. § seq.
ACTIVA. Quod actiua vita, & contemplatiua cõmendatur 7 q 1. in scripturis, &c. qui episcopatum.
Quod à rectoribus ecclesiarum, & maximè ab episcopis est exercenda. 88 dis. decreuit.
ACCVSATIO. Quod accusatio non debet admitti quæ non procedit ex charitate. 4. q. 4. nullus introducatur.
Quod eã debet præcedere admonitio charitatiua. 1. q. 1. si peccauerit, post mediũ, & q. 7. accusatio quoq;.
Quod accusationem contingit fieri vel criminaliter, vel ciuiliter, 2. q. 3. Euphemium, & §. seq. q. 11. non est credendum, per totum c.
Quod debet fieri in scriptis. 2. q. 1. legum. q. 3. si quis iratus, & q 8. accusatorum.
Quod debet fieri præmissa inscriptione, 3. q. 9. qui accusare. 4. q. 4. nullus introducatur.
Item in quibus casibus potest fieri sine inscriptione, notatur. 4 q. 4. § abacti.
Quod inscriptio accusatoris debet continere criminis magnitudinem, & tempus commissi criminis, 4. q 4. si quis se iniuriam ab aliquo. §. in alijs autẽ.
Quod in accusatoris libello nomen accusati est ponendum, 2. q 8 c. per scripta §. quæ verò.
Quod vtraque parte prętente debet fieri accusatio, 11. q 3. eorum.
Quod accusatio non admittitur contra absentem, nisi sit contumax. 3 q. 9 per totum.
Quod persona illustris in crimine iniuriarum per procuratorem potest accusare, 3. q. 9. absens per aliũ.
Quod tribus modis falsa accusatio detegitur, aut calumnia, aut prævaricatione, aut tergiuersatione. 2. q. 3 si quem pœnituerit. §. 1. versi. accusatorem.
Quod modus accusationis qualis esse debeat, ponitur. 2. q. 8. per totum.
Quod accusare non possunt hæretici, pagani, & 2. q. 7. alieni, & c. seq. & 4. q. 1. c. 1. & seq.
Item criminosi, 6. q. 1. qui crimen, & 3. q. 5. constituimus, & duobus, c. seq.
Item nec conspiratores, 3. q. 4. conspiratores.
Item nec incestuosi, 3. q. 4. consanguineorum.
Item nec malæ opinionis, 3. q. 5. suspectos.
Item nec litigiosi nec calumniatores. 3. q. 5. nullus.
Item nec inimici. 3. q. 4. detractores.
Item nec excommunicati, 3. q. 4. nullus, & c. omnis. 4. q. 1 per totum, 2. q. 7. in sancta Nicæna.
Item nec infames, 3. q. 5. nullus.
Item impuberes mulieres & pauperes, & huiusmodi personæ excluduntur ab accusatione, 2 q. 1. prohibentur. 12. q. 2. episcopus qui mancipium, & c. seq. 15. q. 3. §. 1. & tribus c seq.
Quod sortilegi, & diuinatores non possunt accusare, 5 q. 5. constituimus.
Quod qui sacerdotes fieri nequeũt, sacerdotes accusare non possunt. 2 q 7 ipsi apostoli. 6. q. 1. omnes verò, & c. sacerdotes.
Quod episcopum laici passim accusare non possunt, 2. c. 7. c. 1. & q. clericos, & c. laici.
Quod episcopus recusatus damnari non potest, nisi per duodecim episcopos, vel per lxxij. testes idoneos conuictus. 2. q. 5. nullam.
Quod nec clericos possunt laici passim accusare, 2. q 7. nullus laicus, & c. seq. & c. sicut.
Quod accusatus accusare non potest, nisi primo præcessisset purgatio, & nisi accusaret de maiori crimine, 3. q. 11. neganda. §. neganda.
Quod accusator debet esse bonæ vitæ, & liber genere, non seruus, 2. q 7 quærendum est.
Quod in accusatione requirenda sunt qua conscientia: quo merito: qua intentione, vtrum, scilicet pro Deo vel inani gloria accuset. 2. q. 7. si quis sunt. & c. si quis episcopus.
Quod nullius accusare vel se defendere potest in causa criminali per procuratorem, 5. quæst. 3. in criminalibus.
Quod episcopum clerici accusare possunt, 2. q. 7. Paulus Dyacline, & c. seq. 2. q. 7. quapropter, & c. si quid in ecclesia.
Quod etiam laici quantumcunque infames propter simoniã & hæresim accusare possunt, 6. q. 1. nos sequentes & c. seq.
Quod monachi ex charitate possunt episcopum accusare, 2. q 7 c. nullus monachus, §. sed aliud est.
Quod libertis licet accusare patronum in certis casibus, 12 q 2. episcopus qui mancipium.
Quod criminosus criminosum dominum potest accusare, 2. q 7. pagani, & §. seq.
Quod ad accusationem hæreticorum, etiam infames vtriusque sexus admittuntur: 2. q 7 præsumunt. §. seq.
Quod mulieri licet accusare simoniam, crimen læsæ maiestatis, & quodlibet crimen publicum, 15. quęst. 3. sane.
Quod secundum leges mulier non potest virum accusare de adulterio, 32. quæst. 5. apud. §. hoc in mulieribus.
Quod secundum canones vir & mulier mutuo se accusare possunt, licet non æqualiter, 32. q. 5. Christiana.
Quod gradus consanguinitatis vel affinitatis non debent accusare nisi propinqui vel antiqui, 35. q. 6. c. 1. & seq.
Quod qua forma debent iurare qui accusant parentelam habetur, 35. q. 6. c. de parentela, 1. & c. episcopus.
Quod accusator obligatur ad pœnam talionis, 2. q 8. quisquis, & c. qui crimen, 2. q. 3. calumniator, & qui non probauerit, 6. q. 6. qui calumniam.
Quod zelo iustitiæ accusans præmiatur, 6. q. 1. c. sunt plurimi. §. verum.
Quod accusans ex malitia punitur, 45. dist. accusatores, 2. q 3. si quem pœnituerit.
Quod accusans episcopum calumniosè infamis effici tur, 3 q 4. clericus verò qui, & c. hi qui episcopos, 2. q. 3. si quis episcopum.
Quod falso accusantes vel in probatione deficientes vlterius accusare alios prohibentur, 3. q. 10. placuit. & c. accusatorum, 4. q. 6. c. 1. & vlt.
Item à communione vsque ad exitum vitæ suspendũ tur, 3. q. 10. cos qui. 5. q. 6. Epiphanium, 2. q. 3. si quis episcopum.
Quod ab accusatione, pretio, vel promissione desistẽs punitur, 2. q. 3. si quem.
ADAM. Quod Adam propter peccatum à facie Dei se abscondit. de pœnit. dist. 1. c. & venit.
Quod in hoc, quòd ipse qui melior erat muliere, extra paradisum factus est, mulier intra, ponitur in exemplum quod non homo melioratur à loco, sed locus ab homine, 40. dist. illud. & c. seq.
Item in hoc quòd propter peccatum de paradiso electus est, ponitur in exemplum, quòd homo ignobilis effectus propter culpam meretur à loco dignitatis expelli, 40. dist. Adam.
Item qua non de terra, sed de ipsius costa facta est mulier, nituntur, quòd ab ipso sicut à principio tota deriuatur tota humani generis propagatio, 33. q. 5. nec illud otiosum.
Quod Adam virili ætate factus est, de pœnit. dist. 2. c tolle §. Adam verò.
Quod asserens ipsum mortalem creatum, siue peccaret, siue non, anathematizatur. de consec. dist. 4. placuit igitur.
Quod adam in paradiso charitatem, & alias virtutes habuit, de pœnit. dist. 2. tolle. §. colligitur.
Quod in hoc quamdiu solus erat non peccauit, solitaria, & contemplatiua vita commendatur, de pœnit. dist. 2 non est, §. Romanos, §. Adam verò.
Quod ideo Adam plus peccauit, quia omni bono plus abundauit. de pœnit. dis. 5. consideret. §. defleat.
ADINVENTIO. Quod adinuẽtio quæ ius nouũ impedit, vt est iudicium ferri candentis, vel aquæ feruentis, est superstitiosa, 2. q. 4 consuluisti.
Item quæ vetus ius male interpretatur, 37. dist. relatum.
Quod adinuentio quæ circa constitutionem aliquid mutat errorem corrigendo, est vtilis, 8. dist. veritate.
Item quæ detrahit nimio rigori, vt est dispẽsatio. 1. q. 7. exigunt
Item quæ addit vel religioni vel grauamini. 55. dist. nullus.
Item nouorum experimentorum & causarum est ne cessaria, 50. d. vt constitueretur.
ADIVTORIVM. Quod adiutorium non est ferẽdum maximè à sacerdotibus in alterius detrimentum, 14 q 5. denique.
Quod qui in fraudem alterius quemquam iuuat, socius est criminis 14. q. 6. c. 1. post medium.
Quod patriam vel socios ad defendendum iuuare iustitiæ est. 23. q. 3. fortitudo. & cap. non in ihferenda.
Quod viri ecclesiastici ne à maledicis calumniatoribus opprimantur, sunt adiuuandi, 3. q. 1. Deus.
Quod misericordius homini, ad peccandum adiutorium subtrahatur, quàm feratur, 14 q. 6. si res, & c. hi qui.
Quod prælati subditorum suorum præcipui debent esse adiutores & vltores, 23. q. 8. scire. 8. q. 1. clemẽs.

De qua materia habes vbi agitur. de Auxilio.

ADMONITIO. Quod admonitio debet præcedere accusationem vel excommunicationem, 16. q. 1. quidam, 2. q 7. accusatio post medium.
Item debet præcedere vindictam, 12 qu. 2. indigne.
Quod admonendi sunt primo hęretici ab errore discedere, quàm tradantur pœnæ. 23. q. 4. non inuenitur. in fi.
Quod administratores sæculariũ dignitatum admonendi sunt ab episcopis super pauperum & viduarum defensione, 23. q. 5. administratores.
Quod iudices admonendi sunt per prælatos ad opera pietatis, 14. q. 6. hi qui.
Quod viduæ admonendę sunt ad studia castitatis, 27. q 1 de viduis. sub nulla.
ADOLESCENTIA Quod adolescentia in malum prona est, 12. q. 1. c. 1.
Quod adolescentes monachi vel clerici ab approbatissimo magistro debent informari, 12. q. 1. c. 1.
Quod nil incertius quàm vita adolescentium, 12. qu. 1. cap. 1.

De hac materia habes vbi agitur. de Aetate.

ADORARE. Quod adorare cogebantur iusti simulachrum à Rege Nabuchodonosor, & recusatores mittebantur in ignem, 23. q. 4. non inuenitur.
Quod adorando imagines, non picturam, sed picturę repræsentationem veneramur, de consec. dist. 3. per latum.
ADRIANVS. Quod Hadrianus Papa primus Carolum magnum pro defensione ecclesiæ de Francia in Italiam vocauit, 13 dist. c. Hadrianus.
Quod Hadrianus Papa secundus octauam synodum vniuersalem procurauit celebrari, 63. dist. c. Hadrianus.
ADVENTVS. Quod aduentus spiritussancti per Petri Apostoli prædicationem multorum hominũ corda sacrauit. de consec. dist. 4 propriè.
Quod ab aduentu domini vsque ad octauam epiphaniæ non est iurandum, 22. q 5. decreuit.
Quod nec eo tempore nuptiæ sunt celebrandæ. 33. q. 4. non oportet.
ADVERSITAS. Quod aduersitas iustorum non est signum reprobationis, sed exercitiũ virtutis, 7. q. 1. aduersitas.
Quod pie aduersatur qui corripit vitiosum, 25. q. 5. c. 1. circa medium.
Quod vtiliter latroni membra præcidit qui ipsum ex hoc à malo retrahit, 23. q. 3. si quis fortitudinem.
Quod malum malo reddit qui inimicum suum ad prę cipitium euntem non impedit, 23. q. 4. nimium. §. 1.
Quod piè molestat medicus lethargicum excitando, & phreneticum ligando, 23. q. 4. quid faciet.
Quod amicus vtiliter verberans præponitur amico inutiliter blandienti, 23. q. 4. nimium, circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Correctione

ADVLATIO, Quod adulatio peccatori exhibita dat audaciam peccata augmentandi, 46. dist. sunt nonnulli. 50. dist. si quis diaconus, & duobus 6. seq.
Quod adulator qui alicui tribuit bonum quod non habet, hoc est mortale quando ex certa sciẽtia fit. 22. q. 2. primum est. ver. 5.
Item adulatur qui superiorẽ vt ei placeat in eo quod habet extollit, hoc est veniale, 25. dist. c. vnum orarium.
Item adulatur qui approbat malũ quod est in aliquo, & hoc est mortale, 46 dist. clericus qui.
Quod parietem linire dicitur qui peccantibus adulatur, 46 dist. sunt nonnulli.
Quod pastor qui suporum quærit laudes, oues negligit, 83. dist. nihil.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod clericus adulationibus vacãs debet degradari, 46.dist.clericus qui.
Quod melius est proveritate suppliciũ quàm pro adulatione beneficium. 11.q.3.nemo peritorum.
Quod insidiator alienarum hæreditatum adulatur regib. 37.dist.nonne.
ADVLTERIVM. Quod adulterium propriè est vbi celebrati coniugij iura temerantur. 32.q.4.nemo.
Quod adulterium est alieni thori, violatio. 36.q.1 lex. §.cum ergo.versic.adulterium verò.
Quod grauius puniẽdi sunt viri quã fœminæ pro adulterio. 32.q.6.indignantur.
Quod adulter vxorem adulteram non potest dimittere nec accusare, 32.q.6 per totum.
Quod plus peccat qui vxorem habens cũ alterius nupta adulterat: quàm solutus alterius vxorem violãdo. 32.q.7. quemadmodum.§. sunt.
Quod permittitur potius adulteriũ quàm vxoris adulteræ homicidium. 33.q.2.si quod verius.
Quod violenter oppressæ non potest opponi adulterium. 32.q.5.puto.
Quod secundũ canones vir & mulier pari ratione in adulterio condemnantur. 35.q.5.Christiana.
Quod vir vxorem de adulterio accusare non potest, si ipse pariter fuerit fornicatus. 32.q.7.c.1.
Item si dedit ei adulterandi occasionem. 27.quæst.2. si tu.
Quod si credebat ipsa virum mortuum cũ adultero contrahendo. 34.q.2 si virgo.
Item si fuerit vi oppressa. 32.q.5.proposito.
Item si alius sub mariti specie concubuit cum ea, 34.q.2.in lectum.
Item si post adulterium commissum eam ex cõsensu retinuit. 32.q.1.si quis vxorem.
Quod suæ vxoris amator ardentior, fœdus adulterium dicatur. 32.q.4.origo.
Quod patronus est turpitudinis qui adulterium celat vxoris, 32 q.1.apud.& c.1.
Quod vir innocens adulterã recipere non cogitur. 32.q.1.de benedicto.
Quod qui post adulterium vxorem suam cognouit, impeditur ab ordinum promotione. 34. distinct.si cuius.
Quod Abraham & Iacob excusantur ab adulterio cognoscendo ancillas. 32.quæst.4.dixit Sara.& c.obiiciuntur.
Quod potest esse matrimonium cum persona quam polluit per adulterium. 31.q.1.denique.
Quod transgressor voti castitatis peior adultero iudicatur. 27.1.c.& per totum.
Quod sacerdoti adulteranti cũ sua filia spirituali, grauior &perpetua pœnitẽtia imponitur. 30.q.1.si quis sacerdos.
Quod sicut vir dimittens vxorem suam efficitur adulter, sic episcopus relinquens ecclesiam suã. 7.q.1.sicut vir.
Quod nasci de adulterio non est culpa nascentis, sed ipsius qui generat. 56.dist.nasci.
Quod nati de adulterio nec sunt in fide stabiles, nec bello sæculari constantes. 56. distin.si gens Anglorum.
Quod virgo non reputatur adultera quæ ignoranter viro nubit alieno. 34.q.2.si virgo.
Quod adulterium committens presbyter aut diacon⁹ si in eo deprehensi fuerint, reparari nõ possunt. 50. dist.si quis diaconus.
Quod clericus de adulterio conuictus aut confessus ab officio depositus communione concessa toto tẽpore vitę suæ in monasterio retrudatur. 81. distin.si quis clericus.
Quod adulteræ & incestæ sunt virgines, quæ post cõsecrationem nupserunt. 37.dist.c.vlt.
ADVOCATVS. Quod non debet ex suo sensu scripturæ aliquid proponere. 37.dist.relatum.
Quod non debet opprobriis, sed rationeallegare. 3.q.7.infames.§.si quis adeo procax.
Quod mihi relatione non tumultuosa voce factũ debet proponere. 5.q.4 duodecim.in fine,& ca.seq.§. debet ergo.
Quod non debet lucro sed iustitiæ intendere. 3.q.7. infames.circa med.& §.apud vrbem Romanam.
Quod aduocatus sæcularis potest vendere iustum patrocinium,& iurisperitus consilium. 14.quæ.5.non sane.
Quod regularib.aduocatis non licet pro aduocatione minima accipere. 15.q.2.obseruandum. §.hoc autem.
Quod monachi possunt esse aduocati de abbatũ suorũ licentia in causis monasterij. 16.q.1. monachi à monasterio.
Quod ob verecundiam sexus mulieri non licet corã iudice aduocare. 13.q.3.§.1.ver.legib.
Quod clerico in causa criminali non licet aduocare coram iudice sæculari. 23.q.vlt.c.his à quib.
Quod clericus aduocans contra ecclesiã suã, vel episcopũ, vel patronũ, amittere meretur beneficia. 15. q.6. nos sanctorum, 22.q.5.de forma, 96.dist. si imperator.
Quod contra inhibitoinem ecclesiasticam aduocans non solum rerum amissione, sed etiam exilij relegatione punitur, de pœn.dist.quicunque ausus.
Quod princeps,& quilibet illustris potest litigare per aduocatum in crimine iniuriarum, 3.q.9.absens per alium.
Quod Christus est aduocatus noster apud patrẽ, de pœnit.dist 2.c.si enim inquit.ante medium.
AFFECTVS. Quod affectus plus placet Deo offerentis, quàm munus oblationis, 3.q.7.in grauibus, 24.q.1.odi, & proieci.
Quod, illa oratione flectitur Deus, quæ non consistit in multitudine verborum, sed in affectu cordis, de conse.dist.5.non mediocriter.
Quod oratio quæcunque cum barbarismis, & solœcismis verborum proferatur, Deo placet, si ex affectu animi procedit, 38.dist.sedulo.
Quod qui Deo perfectè seruire desiderat, oportet q̃ carnalem affectionem consanguineorum postponat, 12.q.1.cui portio.
Quod qui nihil affectat, perfectior est illo qui multa possidens auare dispensat, 1.q.2.si quis propter.
AFFINIS. Quod affinis in testem contra affinem non accipitur, 3.q.9.absens per alium.
Quod nec ad accusationem aliorum admittitur, quia affinis affinem accusare non potest, 3.q.5.similiter.
Quod vno coniugum defuncto, in superstite affinitas non deletur, nec alia copula affinitatem prioris copulæ soluere potest, 35.q.vl.fraternitatis, post med. & q.3.per totum.
Quod qualiter affinitas sit computanda, habetur, 35. q.3.porro duorum.
Quod affines in quinto gradu copulari possunt defuncto viro, velvxore, in quarto si iuncti fuerint, nõ separentur. In tertio autem nõ licet, 35.q.3.de propinquis.
AGATHO. Quod Agatho papa quis fuerit, qua natione,& quid fecit habetur, 63.dist.c.Agatho.
AGNVS. Quod per agnum Christus Iesus repręsentatur, non tamen debet agnus in cruce depingi, sed secundum imaginem humanam, de conse. distin.3. sextam.
Quod agni sanguis quid sit, an non audiendo sed bibendo didicimus, qui supervtrunque postem ponitur quando non solum ore corporis, sed etiam ore Cordis hauritur, de conse.dist.3.quid sit.
ALCHIMIA. Quod alchimia videtur esse ars reprobata, quia qui credit vnam speciem posse trãsferri in aliam, vel similem nisi ab ipso creatore infidelis est, &pagano deterior, 26.q.5.episcopi.circa finem.
Quod alchimistæ sunt discentes, & ad veritatem scientiæ nunquam peruenientes. eadem cau.&quæst.nec mirum, circa med.
Quod multæ virtutes insitæ sunt in herbis & lapidibus, 21.q.vlt.c.fi.
Quod insunt in rebus corporeis per omnia elementa quædam occultæ seu manifestæ rationes, quibus cum data fuerit opportunitas temporalis & causalis prorumpunt in species debitas suis modis, & finibus. 26.q.5.nec mirum circa finem.
ALEA. Quod alea ludere si non dimiserit episcopus vel presbyter, &etiam inferioris gradus clerici, graiter punitur, 35.dist.episcopus.
ALIENATIO. Quod alienatio rerum ecclesiasticarum potest fieri per episcopum tempore necessitatis vel melioratione causã, 12.q.2.placuit,& c.sine exceptione, ibid.& c.terrulas.
Item pro redemptione captiuorum. 12.q.2.apostolicos,& tribus c.seq.
Quod abbatibus non licet res monasterij sui sine episcopi sui licentia alienare, 12.q.2.abbatibus.
Quod in alienatione rei parochialis sufficit consensus episcopi,& pastoris, 12.q.2.abbatibus.
Quod etiam consentiente episcopo abbas nisi sit per pro fabrica monasterij, nõ potest res ecclesię alienare, 17.q.4.in venditionibus.§.etiam.
Quod cum res ecclesiæ non sint episcopi, sed communes, non licet ei sine consensu capituli res notabiles alienare, 12.q.2.fine.& c.seq.
Quod serui ecclesiæ qui retineri non possunt, ab episcopo alienari possunt, 12.q.2.fugitiui.
Quod ecclesię alienas res non debent inuadere, 12. q.2.sicut ecclesia.
Quod alienum non est quod iure possidetur, 14.q.4. quid dicam.§.hæc enim certè.
Quod peccatum non dimittitur nisi res ablata restituatur, 14.q.6.si res.de pœn.dist.5.falsas.
Quod alienas res inuadunt qui decimas, quæ pauperibus sunt, auferunt, 16.q.1.decimæ.
Quod omnis alienæ rei illicita vsurpatio, nomine furti in decalogo prohibetur, 32.q.4.meretrices.
Quod episcopus dicitur aliena rapere cum totum sibi retinens egenis clericis nihil impertitur, 93.distin.diaconi sunt, post medium.1.q.2. si quis propter.
Quod alienans res ecclesię compellitur restituere, 12. q.2.monemus.
Quod episcopus vel presbyter contra constitutũ alienans res ecclesiæ, deiicitur de honore, 17.q.4.quicunque episcoporum.
Quod moriente episcopo nõ licet metropolitano res defuncti, quæ sunt successoris, occupare vel alienare, 12.q.2.non liceat alicui metropolitano.
Quod cuiuscunque gradus clericis, qui defuncti episcopi res, quæ sunt successoris occupauerint vel alienauerint, anathema & proprij gradus periculum incurrunt, 12.qu.2.hæc huius placiti,&c.non liceat. clericis.

De hac materia habes infra de Ecclesia.

ALIMEMTA. Quod alimenta olerum & leguminum plus prosunt corpori &animæ quàm deliciosa, de consecra.dist.5.ne tales accipiamus.
Quod episcopus vel presbyter si vxorem habet superstitem tenetur ipsi in alimentis prouidere, 31.dist. omnino.
Quod clerici vxorati ecclesiæ deseruientes, ab ea alimenta percipiant, 32.dist.si qui verò.
Quod ecclesia tenetur illi in alimentis prouidere qui sua quæ habuit dedit ecclesiæ, 16.qu.7. quicunque fidelium.
Quod matri &alijs propinquis non obstante iuramento tenetur quilibet in alimentis prouidere, 22.q.4. inter cetera.
ALTARE. Quod altare nisi sit lapideum, non consecratur, de consec.dist.1.altaria si non.
Quod altare non debet erigi sine licẽtia episcopi, de conse.dist.1.nullus presbyter.
Quod consecrari debet chrismate & benedictione, de conse.dist.1.altaria placuit.
Quod presbyter consecrare altare non potest. 26.q. 6.ministrare.
Quod altaria inutilia, quæ consecrata non sunt vel in locis indebitis facta: debent dirui. de cõse. dist.1. placuit.
Quod oblatio & fructus altaris vendi prohibentur. 1. q.2.audiuimus.
Quod altare ad cuius honorem ecclesia est cõsecrata si motum fuerit, cum ecclesia debet consecrari, de conse.dist.1.si motum.
Quod in altari in quo celebrauit episcopus, nõ debet eodem die celebrare. c.presbyter.de conse.d.2.c.vl.
AMOR DEI. Quod amare Deum debemus plus quàm nostros proximos, 12.q.1.cui portio.
Quod si Deum amaremus, omnia difficilia & aspera perficeremus, de pœn d.2.charitas est.§.ergo si.
Quod amor Dei nutritur per verbum Dei,& omniũ cupiditatum ligna cõsumit. de pœn.dist. 2.si sermo meus.
Quod illi Deũ amant plus quàm se, qui pro eius amore saluti suæ non parcunt: & ipsam mortem corporis libenter accipiunt. de pœn.dist.2.c. charitas.§.illi verò.in fine.
AMOR PROXIMI. Quod amamus proximum sicut nos quando non propter aliud sed propter naturæ participationem eum tantũ diligimus. de pœn. dist.2.charitas.§.proximos.
Quod non omnis qui parcit, est amicus, nec omnis qui verberat, inimicus. 5.q.5.nõ omnis,&c.se.23. q. 4.quid faciet.
Quod amor proximi habet plagas suas, quæ dulciores sunt cum amarissimè inferuntur, 5.q.5.nõ osculatur, 23.q.1.paratus.in fi.& q.5.non putes.
Quod proximum sicut nos amamus cum ad bonos mores & ad vitam æternam consequendam sicut nobis eius saluti cõsulimus, de pœn. dist.2.charitas est.§.proinde.
Quod sic debemus affici charitatis affectu ad proximos, vt velimus omnes saluos fieri, 24.q.3.corripiatur, in fin.
Quod melius est proximum cum seueritate diligere, quàm cum leuitate decipere, 5.q.5.non omnis.
Quod non est amor, sed languor vbi mali mores nõ corriguntur, 23.q.5.non putes.
AMBITIO. Quod ambitio est ad honores mundi sine suffragio, & temporis sine merito laboris velle promoueri, 41.dist.miramur.in fi.
Quod quæ per ambitionem malo inchoantur principio, etiam si mores & actus boni fuerint, difficile est vt bono peragantur exitu. 1.quæst. 1. principatus,&c.nullus itaque.
Quod ad honoris suffragia non ambitiosi, sed probatæ vitæ sunt assumendi. 1.q.7.per illicitam.§. seq. 40.dist.multi, 49.dist.qui ecclesiasticis, & c.hoc ad nos.
Quod boni prælationis honorem non ambiunt, sed alios sibi tanquam digniores præponunt, 8.q.1.illud, 16.q.1.vos autem.
Quod episcopus vel presbyter, qui ambiens celebriorem sedem suam deserit, vtranque sedem perdit, 7.quæst.1, si quis episcopus, & c.seq. 8.quæst.1. apostolica.

Source : BIU Cujas

Quod casum quærit qui per ambitionem ad honoris fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum, 48.dist sicut, 1.q 1.sicut is.

Quod obedientiæ meritum non præcipit, qui in hoc obedit ad quod libido ambitionis trahit, 8.q.1.c. sciendum.

AMBROSIVS. Quod ambrosius hortatu Valentiniani Imperatoris in Mediolan. episcopum eligitur, 43.dist. Valentinianus.

Item de constantia eius respectu Imperatoris, & de patientia respectu aduersitatis habes, 23.quæst.8.conuenior.

AMENS. Quod amens qui in furiam versus est vel diabolica afflictione vexatus est, non debet promoueri, 33.dist. maritum, & c.seq.

Quod malum ex dementia factum & tempore demētiæ non imputatur, 15.q.1.aliquos, & duobus capit.seq.

Quod mala non sunt quæ nec crimine mentem implicant, nec conscientiam ligant, sicut est in dementibus, 15.q.1.illa.

Quod an peccata, quę dementes committunt, quia nolentes & non scientes committunt, excusentur, 15.q.1.merito.

AMPLEXVS. Quod amplexus personæ indebitæ præsumptionē inducit lasciuię, 27.q. 1. nec aliqua, 31.dist. omnino.

ANGELVS. Quod angelus creatus in gratuitis, de pœn. dist. 2. §. principium enim.

Quod principium eius est dissimile principio hominis propter infirmitatem humanæ conditionis, de pœn. dist. 2. §. principium, ante med.

Quod in nouem ordinibus angelorum quantæ sint distinctiones ciuium supernorum ostenditur, de pœnit. dist. 2. §. principium, circa med.

Quod diuersitas angelorum ordinum Deo obsequētium exemplar est hominibus, vt secundum diuersitatem graduum gereretur administratio singulorum, dist. 89. ad hoc.

Quod ab angelis, qui præsentes sunt nostris operib⁹, defuncti quandoque aliqua insinuantur, 13.q. viti. fatendum. 50.dist. de his verò.

Quod angelus de cœlo quantumcunque de securo loco peccando cecidit, 40.dist. quælibet.

Quod homini elato in terra timor incutitur, quia angelus aliorum angelorum prælatus in cœlo prosternitur, de pœ dist. 2. circa prin. §. quod ergo.

Quod boni angeli ex casu malorū quasi territi à laude perfecta impediti fuerunt, de conse. distin. 1 hi duo.

Quod ad reparandum angelorum ordinem Deus hominem formauit, de conse. dist. 1, hi duo.

Quod angeli omnes in creatione æquales fuerunt, de pœnit. dist. 2 §. quod autem, aliàs quòd vero.

Quod angeli nisi essent in gratia firmati, peccare possent, ibid.

Quod angeli nec primus nec alij sunt in gratia creati, de pœ. dist. 2. citius, post med.

Quod angelus primus nō ad Dei similitudinem, sicut homo, sed figuraculum similitudinis Dei creatus asseritur, de pœn dist. 2. iuxta fin.

Quod angeli tam boni, quàm mali per cœlum figurātur, de pœ. dist. 2. circa fin.

Quod angeli in cœlis gaudent super vno peccatore pœnitentiam agente, magis quàm super nonaginta nouem iustis, quia fortius homo resurgit post pœnitentiam, 50.dist. quia sanctitas tua.

Quod angelorum prædicatio, & dæmonum confessio de Christi aduentu multum distant, dist. 37.dist. si quid veteri.

ANANIAS. Quod Ananias propter defraudationem pecuniæ grauiter punitus fuit, ponitur in exēplum his qui vouendo seipsos *D*eo retrocedunt, 17.q 1. Ananias, 12 q.1. dilectissimis, circa med. 23. q.4. quod Christus, §. potest. 22. dist. quod interrogasti, in fin.

ANASTASIVS. Quod *A*nastasius Papa secundus propter fauorem hæreticis exhibitum diuino nutu percussus est, 19.dist. Anastasius, 1.q. 1. dictum est in fine, & vide adnot ad c. *A*nastasius.

ANATHEMA. Quod anathema nihil aliud est quàm separatio à Deo, & ponitur pro excommunicatione, 24.q.2. certum est.

Quod anathema sit qui canonicę electioni romani Pōtificis contradicere & resistere, aut ecclesiam Romanam inuadere, & in gradum filiorum eius prorumpere præsumpserit, 78.dist. si quis ex episcopis, & c. si quis ex sacerdotibus.

Quod anathema danti, & anathema accipienti, hoc est simoniaca hæresis, 1.q.1. quicunque sacros ordines, & c placuit.

Quod anathema non solum à fraterna societate, sed etiam à corpore Christi, quod est ecclesia, & à cōsortio fidelium repellit, 3.q.4.c.vlt.

*I*tem à sacramentorum perceptione, & sic est maior excommunicatio, 5.q.2. præsenti, 17.q.4. quisquis, §. si quis.

Quod anathema sit si quis omnem traditionem ecclesiasticam violat, 1 q.7. si quis omnem.

Quod anathematizatus clericos accusare non potest, 2.q 7. in sanctæ. & 3.q 4. nulli, & 6.qu. 1. illi qui. & c. omnes.

ANIMA. Quod anima corpori præponitur, 38.dist. sedulo, 12.q.1. præcipimus.

Quod anima sine corpore corporaliter non viuit, 1. q.3. si quis obiecerit.

Quod anima non potest in eo corpore dici quod sensu caret, 31.q.3. quod verò non formatum.

Quod non infunditur nisi formato corpori, 22.q 2. quòd vero non.

Quod non ex traduce, neque cum semine anima infunditur, 32.q 2. quod vero non.

Quod vt non credatur anima esse in corpore sicut spiritus in idolo: non dicitur in sicco esse, sed in sanguine hominis habitare, 22. quæstio. 2.c. Moyses. in fine.

Quod sicut anima est vita corporis, sic Deus est vita animæ, de pœ distin. 1. resuscitatus. §. item si antequam.

Quod anima corpori vnita si baptismate lota non fuerit, æternaliter perit. 24.q.3 si habes. in fine.

Quod magna quæstio est de anima, 32. q. 2. quod verò non formatum.

Quod anima quę peccauerit, ipsa morietur, 34. quæst. 3. si habes.

Quod animarum saluti episcopus studere debet, 38. dist. petrus.

Quod animæ salus est aliquādo mutare locum, cum enim mutatur locus mutatur mentis affectus, 81. dist. valet.

Quod illa anima decora dicitur, in qua virtutum gratia, & diuinæ operationis effigies relucet. de pœn. dist. 2. illa anima.

Quod animę defunctorum quatuor modis saluantur. 13.q 2. animæ defunctorum.

ANNVS. Quod annus per quatuor voluitur tempora, 76.dist. c. 1. & 2.

Quod annus nomine fati aliquando appellatur, 2.q 5. ei qui, §. appellatore.

*I*tem pro anno dies ponitur, 33.q.2. hoc ipsum.

Item pro anno ponitur tempus, de conf. dist. 4. si tempore.

ANTIOCHVS. Quod Antiocho vendente Iasoni sacerdotium, ignis qui septuaginta annis Babyloni cæ captiuitatis vixerat, in detestationem simoniæ extinctus est, 1.q.1. sicut eunuchus.

ANTIQVITAS. Quod antiquitas à sanctis patribus accepta, in modernis est obseruanda, 12. dist. ridiculum.

Quod antiquitati defertur in multis, scilicet in libris corrigendis, 9. dist. vt veterum.

Itē in consuetudinibus sequendis, 12. dist. consuetudo.

*I*tem in dubijs determinandis, 50. dist. domino sancto. & 20. dist. de quibus.

Item in prælatis eligendis, 61. dist. statuimus.

Item in testificatione, 35.q.6. notificamus.

Item in eleemosynis largiendis, 86. dist. consideranda.

Item in suspicionis remotione, 34. dist. fraternitatis.

Item in excusationis administratione, 18. dist. placuit.

Item in pœnæ relaxatione, vel mitigatione, 86. dist. tāta, 26.q.3. tempora.

Quod antiquitas naturæ ducit ad defectum, 13.q.1. illud, 86. dist. tanta.

Quod antiquitas gratiæ ducit ad profectum, 32.q. 2. ancillam. 20. dist de quibus.

Quod antiquitas culpæ ducit ad interitum, 23. qu. 1. schisma. 2.q 7. Paulus.

Quod antiquitas gloriæ ducit ad thalamum spōsi. 61. dist. sponsus.

Quod antiquitas æternitatis ducit ad perpetuos amplexus, de conse. dist. 4. non ex quo.

Quod antiquitas diaboli ducit ad pronosticandum, multa enim dæmones sciunt ex antiquitate, 26.q. 4. sciendum.

ANTICHRISTVS. Quod antichristus vt facilius Christianos & *I*udæos ad ritum suum attrahat, diem dominicum in fauorem Christianorum. & in fauorem *I*udæorum sabbatū custodire faciet. de conse. dist. 3. peruenit.

ANNVLVS. Quod spōsus sponsam annulo debet desponsare, 30.q. 5. nostrates.

Quod annulus sponsæ à sponso & ecōtra datur in signū mutuæ dilectionis & fidei coniugalis, 30.q.5. fœminæ. circa finem.

Quod ideo annulus quarto digito à sponso sponsæ inseritur, vt sicut vena in illo digito cordi coniungitur, sic eorum corda coniungantur, 30.q. 5. fœminæ. in fine.

APPELLATIO. Quod appellatio est remedium quo causa vitiata subleuatur, 2.q.7.c.1.

Quod appellatur à minori ad maiorem gradatim. di. 99 prouinciæ, 2.q.6 omnes, & c. si quis putauerit, c. placuit, c. decreto. & c. anteriorum. § illo. q.3. conquestus.

Quod ad Romanam sedē indistinctè appellatur, 2.q. 6. si quis vestrum, & sex c. seq. & c. quoties episcop.

Quod appellationi ad sedem apostolicam interpositæ ab omnibus est deferendum, 2.qu. 6. decreto, & c. quoties episcopi.

Quod appellationis tempus decē dierum assignatur, 2.q 6. interiorum. c. omnino.

Quod tempus exequendi appellationem est annus, vel ex causa biennium, 2.q. si quando. §. tempus.

Quod appellari potest post datam vel ante datam sententiam, 2.q.6. qui scit. §. patet. c. quoties episcopi, &c. si quis iudicem.

Quod ab eo à quo appellatum est, debent dari litterę dimissorię, quę dicuntur apostoli, ei qui appellauit, 2.q.6. post appellationem.

Quod ea pendente nihil innouatur, 2 q. 6. appellatione interposita. & c. seq.

Quod appellationi non deferens punitur, 2.q.6. decreto, & c. quoties episcopi.

Quod processus post appellationem factus eneruatur. 2.q.6. quoties episcopi.

Quod post secundam appellationem tertio appellās super eadem causa non auditur, 2.q.6. si autem prouocatum, §. si quis in quacunque.

Quod appellationi licet renuntiare, 2.q. 6. si quando. §. verò is.

Quod forma vel modus appellationis ante vel post sententiam ponitur, 2 q.6. appellatione. §. forma.

Quod appellare possunt quorum interest, vel qui negotium gerunt, vel quibus mandatum est, 2. qu. 6. non solent.

Quod si vnus appellat, prodest aliis in eodem crimine cum eodem condemnatis, 2.q.6.c. si quando, §. quandoque.

Quod iudex à quo appellatur, non potest esse testis in causa appellationis, 2.q.6. statuimus.

Quod ab executore sententiæ non potest appellari nisi modum excedat executor, 2.qu.6. si quando. ab executore.

Quod posse ssore appellante bona sequestrantur, 2.q. 6. quoties post auditam.

Quod qui per appellationem non quærit nisi tempus redimere, non est audiendus, 2.q.6. quicunque.

Quod à iudicibus de communi consensu electis non licet appellare, 2.q.6. à iudicibus.

Quod iniustè & frustra appellans punitur in quadruplum expensarum, 2.q.6. omnino.

Quod nullius debito modo citati, & per contumaciā se absentantis appellatio recipitur, 2.q.6. si quando. §. sunt etiam.

Quod nec notorij malefactoris de crimine conuicti vel confessi appellatio admittitur, 2.q. 6. si quando. §. sunt etiam. ver nullus etiam.

Quod propter plura facinora condemnatus, si à maiori appellauerit prętermissis aliis, est audiendus, 2.q. 6. appellatione, §. si quis ex.

APOCRYPHA. Quod apocrypha scripta, dicuntur, id est, secreta, quia in secreto & non in publico sunt legenda, 15. dist. & 17 per totum.

Quod apocrypha sunt quorum auctor secretus est, & quandoque si non ignoratur, tamen ab ecclesia nō recipitur. ibid.

Quod apocrypha dicūtur quæ in ecclesia recipiūtur, sed in canone scripturarum non cōputantur. ibid.

APOSTATA. Quod apostata est transgressor legis suę cuiusque violator, 3.q.4. beatus.

Quod obseruans diuinationes & sortilegia, sciat se à fide Christi apostatam, id est, retro abeuntem, 26. q. vlt. non obseruetis.

Quod fideles sub Iuliano apostata constituti obediebant sibi in his quæ erant pro republica, non contra fidem, 11.q.3. Iulianus.

Quod enormitas criminis huius apostasiæ innuitur ex pœna Ananiæ, 17.q.1. Ananias, 32 q. 7. quid in omnibus.

Quod apostata à fide non admittitur in testimonium contra aliquem, 2.q.4. non potest, 3. q.4 alieni. & duobus c. seq.

Quod talis omnibus infamibus, & in infamia præponitur, 6.q. 1. infames, 3.q.4. alieni, & c. si quis.

Quod apostasia religionis fit in postpositione tonsurę & sęcularis vestis assumptione, 20. quęst. 2. si in qua libet.

Quod canonicus regularis si animi leuitate motus sine sui superioris licentia monachus efficitur, tanquam apostata redire compellitur, & punitur, 19.q. 3. mandamus.

Quod vouere Deo religionem & castitatem, & retrocedere damnabile est, 17.q.1. qui bona, 27. dist. virgines, 20. qu. 1. puellæ. 32. qu. 6. si Paulus, post medium.

Quod tales apostatæ peiores efficiuntur aliis peccatoribus, 47. distin. quantumlibet, 16. quæstio. 1. quidam.

Quod apostaticis qui professi sunt, non redduntur bona quæ ad ordinem portauerunt, 27.q.vlt. quicunque vult §. vlt.

Quod

Source : BIU Cujas

Quo lapostatæ cogendi sunt ad reddendum, 27. distin. quod interrogasti, 20. q. 1. quem progenitores, & q. 2. si in qualibet, & q. 3. procliuus.
Quod reuersus in habitu & stallo, & in alijs punitur, 9. q. 3. mandamus.
Quod redire contemnentes excommunicantur. 20. q. 2. si in qualibet.
Item incarcerantur, 45. dist. cum beatus, §. Salomon.

De hac materia habes vbi ponitur vagatio.

APOSTOLICA. Quod apostolica sedes prælata est omnibus ecclesijs, 21. dist. quanto.
Quod ipsa est prima auctoritate & dignitate, licet Antiochena sit prior tempore, 21. dis. nunc autem, 24. q. 1. rogamus.
Quod apostolicæ sedi Constantinopolitana ecclesia subsit, nemo dubitare debet, 22. dist. de Constantinopolita.
Quod ipsius in iudicijs est maior auctoritas, 9. q. 3. patet, & c. ipsi sunt.
Quod nulli permittitur de eius iudicio iudicare, 17. q. 4. nemini, 21. dist. nunc autem.
Quod immediatè apostolicæ sedi subiecti, maximè qui propinqui sunt annue se debent præsentare circa idus Maij, 93. distin. iuxta, & §. præcedenti.
Quod in apostolicam sedem neuter illorum quiex cõcertantium temeritate fuerit ordinatus, est permittendus permansurus, 79. dist. si duo.
Quod apostolica sedes peccatores, & contumaces ad salutem quoquo modo attrahere debet, 17. distin. nec licuit.
Quod sine apostolicæ sedis licentia compagis, id est, sandalibus diaconis, & clericis mappulis, vti non licet, 93. distinctio. peruenit, 2. & §. præcedenti, & c. illud.
Quod apostolicæ sedis auctoritate concilia vniuersalia sunt congreganda, 17. dist. multis, & c. regula, & c. concilia.
Quod ad apostolicam sedem sunt dubia, & ardua referenda, 17. di. nec licuit, 19. q. 1. frater, 24. q. 1. rogamus, & duobus c. seq.
Quod apostolica auctoritate doctorum opuscula approbantur, 19. dist. si Romanorum.
Quod apostolicę sedi specialiter reseruatur iudicium episcoporum, 3. q. 6. dudum.
Item restitutio depositorum, 2. q. 6. ideo huic.
Item congregatio conciliorum, ibid.
Item restitutio hæreticorum, 1. q. 7. conuenientibus, circa principium.
Item exemptio episcoporum, 16. q. 1. frater.
Itẽ determinatio quæstionum in fide, 24. q. 1. quoties.
Item mutatio episcoporum, 7. q. 1. mutationes.
Item diuisio & vnio episcopatuum, 16, quæst. 1. & temporis.
Item absolutio excommunicatorum ab eodem, 21. dist. inferior.
Item interpretatio antiquorum canonum, & scripturarum, 17. dist. nec licuit.
Item pallij datio, 100. dist. quoniam.
Item simoniacorum dispensatio, 2. q. 3. Paulum.
Item nouarum & difficilium quæstionum diffinitio, 17. dist. multis.
Item famæ restitutio, 2. q. 3. Euphemium, §. hinc colligitur.
Quod Christianis peccatum infidelitatis seu paganitatis incurrit qui sedi apostolicæ obedire contẽnit, 81. dist. si qui sunt presbyteri, in fi. 93. dist. cathedram, 22. dist. omnes siue.
Quod apostolicis nolens obedire præceptis, à pontificalibus sit alienus officijs, & sit ruinæ suæ dolo prostratus, 19. dist. nulli fas, 22. dist. c. 1. & 19. distin. ita cominus.
Quod apostolicis præceptis nõ est superbe resistendũ, sed eius iugum est pie tolerandum, 12. dist. præceptis apostolicis, 19. dis. in memoriam.
Quod ab apostolicis nõ licet institutis recedere, 11. dis. hoc, & c. consequens.
Quod apostolica sedes ab omnibus est honoranda, & ei obediendum est in memoriam beati Petri apostoli. Et quamuis iniustum videatur quod mandat & intolerabile: tamen pia deuotione tolerandum est, 19. dist. in memoriam, & 13. dist. ante. 23. q. 1. quid culpatur.
Quod ex apostolica tuba sonora prædicatione salus omnium vniuerso mũdo exiuit, 19. dis. in memoriã. 43. dis. si rector.
Quod quæcunque emanant ab apostolica sede, aut dicuntur, decretales epistolæ, 19. dist. c. 1. & c. in canonicis.
Aut sanctiones, eadem dis. c. sic omnes.
Aut iugum vocatur, eadem dist. in memoriam.
Aut institutа, & constitutiones eadem dis. enimuero, & 20. dis. de liberis.
Aut præcepta, 19. dis. nulli fas est.
Aut concilium, 27. dis. regula.
Aut synodus, eadem dis. nec licuit, & c. multis.

De hac materia vide vbi agitur de Ecclesia Romana, & de papa, & de Dispensatione, & de sede Apostolica.

APOSTOLVS. Quod apostolos, id est episcopos, & presbyteros dominus elegit: diaconos autẽ post ascensum domini in cœlum apostoli sibi constituerunt episcopatus sui ministros, 93. dis. dominus noster, cap. pe.
Quod apostoli prius docti sunt à Christo, & postea ab ipso ad prędicandum missi, in exemplum quòd prędicatores prius sacris literis debent insistere, ne tũc quærant discere, cum ex officio alios debent docere, 36. dis. § ecce.
Quod apostoli fuerunt pares Petro in apostolatu, sed non in administratione: & ipsum primum principẽ voluerunt: & septuaginta duos discipulos elegerũt loco quorum successerunt episcopi, 21 dist. in nouo, & 22. dis. sacrosancta.
Quod apostolorum princeps Petrus factus est post peccatũ in exemplum quòd quantumcumque magnus peccator post pœnitentiam non est repellendus à dignitate, 50. dis. considerandum.
Quod apostoli patres ecclesiæ fuerunt pro quibus nati sunt eis filij, scilicet episcopi, 68. dis. quorum.
Quod apostolorum tempore spiritus sanctus visibiliter operabatur in sacramentis, 1. q. 1. multæ.
Quod apostolorum tempore multitudinis credentiũ erat cor vnum, & nihil erat eis proprium, sed erant eis omnia communia, & omnia ante eorum pedes ponebantur, quia instante persecutione ea possidere eis non licebat, 12. q. 1. dilectissimis.
Quod apostoli vxores suas quas ante apostolatum duxerant, sine carnali commistione circunducebant, vt mercede prædicationis sustentarẽtur ab eis. 31. dist. omnino.
Quod Apostoli prædia in Iudæa minimè possederũt, sed vendiderunt, & pretia eorum tantummodo ad fouendum egentes seruabant, quia futuram ecclesiam in gentibus præuidebant, 12. quæ. 1. futuram, & c. seq.
Quod apostolos dominus ad prædicandum misit sine auro, & virga, vt ab eis incentiua litis, & instrumẽta tolleret vltionis, 11. q. 3. ita sæpè.
Quod ipsi omnibus sacramentorum dispensationẽ commisit, 19. dist. ita dominus.
Quod Christus ipsis vindictam prohibuit, quoniam eos volentes Samaritanos per ignem consumere, compescuit, 23. q. 4. quòd Christus.
Quod regulares imitatores Apostolorum sunt quantum ad proprietatum abdicationem, nec debent dicere, meum vel tuum est. 12. q. 1. dilectissimis, 16. q. 1. ex auctoritate.
Quod episcopi & superiores quantum ad dignitatem, & omnis presbyter quantum ad eucharistiæ confectionem, & ligandi, & soluendi potestatem habent, dis. 21. in nouo, 11. q. 3. absit, vt quicquam.
AQVA. Quod aqua cum sale omnibus sacerdotibus benedici præcipitur, de consec. dis. 3. aquam.
Quod in sabbato sancto ante chrismatis immissionẽ propter aspersionem debet accipi, de consec. dis. 4. in sabbato sancto.
De hac materia habes vbi agitur de Iuramento.

CREDERE. Quod credere in Deum eſt amando in eum tendere. de pœ. d. ſt. 2. charitas eſt.

Quod qui diuinationibus & incantationibus, credit, fidẽ Chriſti perdit, 26. q. 5. epiſcopi. ante medium. & duobus cap. ſeq.

Quod qui credit ſe cum Diana vel alijs mulieribus in noctis ſilentio ſuper beſtias vel aliter multa terrarũ ſpatia tranſire: fidem Chriſti euacuat, 26. q. 5. epiſcopi. ante medium.

Quod in teſtimonio quandoque credendum eſt paucioribus numero 4. q. 3. per totum.

Quod innocens ſemper bene credit & bene iudicat de alijs, 22. q. 4. innocens.

Quod mala de alijs nõ cito neque de facili debemus credere, 89 diſt. ſi quid.

Quod malum de proximo nullus debet credere ante quam probetur, 2. q. 1. Deus. 30. q. 5. iudicantẽ, 11. q. 3. in cunctis. & c. quamuis.

CREDITOR. Quod creditor non eſt dicendus vſurarius, 10. q. 2. caſellas, §. hoc ius.

CRIMEN. Quod crimen eſt graue peccatum accuſatione & damnatione digniſſimum, 81. diſt. apoſtolus.

Quod crimen vocatur criminale peccatum, vel criminalis infamia, 25. diſt. vnum orarium.

Quod crimen quandoque ponitur pro omni delicto ſiue mortali ſiue veniali, 25. diſt. vnum orarium. §. nomine autem.

Quod manifeſta crimina accuſatione nõ indigẽt, 2. q. 1. quæ Lotharius. §. in manifeſtis, & c. ſeq.

Quod magis nocet qui crimen celat, quàm qui illud amicabiliter ad corrigendũ indicat, 5. q. 5. non vos, & quatuor c. ſeq.

Quod fraudulentus reputatur qui cauſa diffamationis vel vindictæ occultum crimen reuelat, 5. qu. 5. qui ambulat, 6. q. 1. ſumma.

Quod grauiter peccat qui crimen quod ſolus nouit, publicat, 2. q. 1. ſi peccauerit.

Quod meritorium eſt ibi crimẽ publicare vbi poſſit prodeſſe, 22. q. 5. hoc videtur. in fi

Quod nullum crimen maculat neſcientem, 23. q 4. nimium ſunt.

Quod crimen paternum nullam maculam poteſt infligere ſucceſſori: niſi committat vel conſentiat, 1. q. 4. crimen.

Quod nemini præterquàm de crimine læſæ maieſtatis de ſe confeſſo contra alium creditur, 15. quæ. 3. nemini.

Quod graui punitur pœna crimen læſæ maieſtatis, 6. q. 1. quæro. § ſi quis.

Quod crimen læſæ maieſtatis & vitium ſimoniæ pari pœna punitur, 15 q. 3. ſane.

CHRISMA. Quòd chriſma in cœna domini quolibet anno eſt conficiendum, & vetus intra eccleſiã eſt exurendum. de conſecra. diſt. 3. ſirteris.

Quod ſolius epiſcopi eſt chriſma cõficere, 95. diſt. illud, 26 q. 6. ſi iubet.

Quod archiepiſcopi ab epiſcopis ſuis, & alij clerici ab archipreſbyteris chriſma debent petere, 95. d. ſt. preſbyteri. de conſe. diſt. 4. preſbyteri

Quod clericus vendens chriſma ſimoniã committit, 1. q. 3. ſi quis præbendas, 1. quæſt. 1. dictum eſt in quibuſdam.

Quod preſbyteri chriſma accepturi nil debent dare epiſcopis, 1. q 1. ſtatuimus.

Quod omnis preſbyter ad baptizandum vadens, cũ chriſmate debet progredi, de conſe. diſtin. 4. nullus miniſtrorum.

Quod ſignare in fronte cum chriſmate eſt tantũ epiſcoporum. de cõſe. diſt. 4. preſbyteri. 95. diſt. preſbyteros.

Quod cum veteri chriſmate non licet inungere niſi in neceſſitate. de conſe. diſt. 4. ſi quis de alio.

Quod qui in neceſſitate à preſbytero non fuit in baptiſmo chriſmatus in vertice, debet per preſbyterũ ſuppleri. de conſe. diſt. 4. nullus miniſtrorum.

CRVDELITAS. Quod crudelitas non eſt crimina punire, ſed pietas, 23. q. 8. leg. &c. ſeq.

Quod falſa manſuetudo eſt crudelitas, quãdo ſcilicet delinquens non corripitur, 23. q. 4. ipſa pietas.

Quod iudex nõ eſt crudelis qui crudeles iugulat, licet patientibus crudelis eſſe videatur, 23. quæſt. 5. non eſt crudelis.

Quod proximi vulnus crudeliter fileturꝝ & vt ſanetur miſericorditer indicatur, 5. q. 5. non vos.

Quod crudelis eſt qui famam ſuã negligit, 12. qu. 1. nolo.

Quod vleiſcendi crudelitas iure culpatur, 23. q. 1. quid culpatur.

Quod libidinoſa crudelitas eſt venena ſterilitatis procurare. 32. q. 2. aliquando.

Quod crudelitatem omnium prædonum. ſuperat qui res eccleſię quæ pauperum ſunt. defraudat, 12. q. 2. gloria. circa med.

Quod qui pauperem fœnore trucidat, & qui diuiti aliqua rapit, æquales ſunt in crudelitate, 14. q. 4. quid dicam.

Source : BIU Cujas

Margarita

CRVX. Quod crux à cruciatu dicitur, & magnum cruciatū ſubſtinet qui vim patitur,3.q.1.nulli,in fine.
Quod qui diuitias mundi lutū reputat, crucē Chriſti portat,12.q.2.gloria.circa mediū.12.qu.1.clericus.
Quod ſacerdotalis gradus & alia ſacramēta crucis figura perficiuntur,de conſecra.diſt.5.nunquid.
Quod ſalubre eſt fideles crucis ſignaculo inſigniri. 11. diſt.eccleſiaſticarum.
Quod ideo cruce ſignantur baptizandi & alij,vt diabolus per interemptionis ſuæ ſignum vas ſuum priſtinum ſciat deinceps ſibi eſſe alienum, de conſe. diſt. 4.poſtea ſignatur.
Quod ignominia eſt Chriſtum crucifixum pauperem fartis prædicare corporibus,trigeſimaquinta diſtin. eccleſiæ.
Quod dominum crucifigunt qui eum in ſacerdotibus ſuis perſequuntur.3.q.1.nulli.
Quod feſtum inuentionis crucis eſt celebrādum quinto nonas Maij,de conſe.diſt.3.crucis.
CVPIDITAS.Quod cupiditas eſt mater vſurarū, 47.diſt.virum.
Quod cupidi ordinari prohibentur, quia tales de facili à vero deuiant,47.diſt 10.virū.8 q.2.dilectiſſimi.
Quod bonorum auctoritati inhærere non valet qui cupiditatem animæ quæ radix eſt omnium malorū, non abſcindit.47.diſt.bonorum.& c.ſeq.
Quod gratius intuetur cupidus aurum quàm ſolem. 47.diſt.ſicut.
Quod quantumcunque aurum auro cumuletur,ſatietas nunquam aderit cupiditati.47.diſt.ſicut.
Quod nemo cupiditati damnandi inflammatus deſiderat habere conſortem,23.q.7.quod autem.
Quod cupidi breuem in præſenti poſſident fructum, & poſt æternum incurrunt ſupplicium,1.q.1.cum ordinaretur.&c.cito.
CVRATOR.Quod curator propter infirmitatem datur,3.q.7.infames.
CVRIALIS.Quod curialis dicitur qui nexibus curię ligatus principibus adulatur, 37.diſt nonne. & 51.diſt.qui in aliquo.
Quod curiales non ſunt ad ordines admittendi, nec etiam ad religionem, niſi cum magna diſcuſſione, 53.diſtin.legem.
Quod curialis non debet in epiſcopum ordinari, 50. diſt.non confidant.51.diſt.qui in aliquo.
Quod curialis qui in ciuilibus cauſis vel pecuniariis officium impendit, poteſt in epiſcopum poſtulari. 61.diſt.Oſius.& §.ſed aliud eſt.
CVRIOSITAS. Quod curioſitas eſt poſtpoſitis diuino& ſanctorum eloquiis ſcriptis Philoſophorū & poetarum ratione vanitatis vel delectationis intē dere,37.diſt.ſacerdotes.&c.ſeq.
Quod curioſitas dicitur cum diuina ſcriptura non ſecundum ſanctorum expoſitionem, ſed ſecundum ſæcularem ſapientiam & ſenſus ſui vanitatem expo nitur.37.diſt.vino.
Quod curioſi dicuntur clerici qui filios ſuos eccleſiaſticis ſumptibus potius ſæcularibus ſcientiis quàm ſalubribus erudiunt,37.diſt.legant.
CVSTODIRE.Quod cuſtodire tenetur Romana ſedes ſtatuta conciliorum quæ ſua auctoritate cōfirmauit.25.q.1.cap.1.
Quod ſi iuriſdictio epiſcopi à ſuperiore non ſeruatur, ordo eccleſiaſticus,quē ſuperior cuſtodire tenetur, confunditur,11.q.1.peruenit.
Quod prelati bona eccleſiæ non debent dare potentibus,ſed diligenter cuſtodire.23.q.7.conuenior.
Quod nemo per exteriorem violentiam corrumpitur, ſi intetior innocentia cuſtodiatur,11.q.3. cuſtodi.
DALMATICA.Quod dalmatica nec epiſcopis, nec archidiaconis antiquitus ſine conceſſione Papæ licebat vti,23.diſt.communis.
Quod licet modo omnes diaconi vtantur dalmaticis ex conſuetudine, non tamen debent ipſis vti niſi in ſolennitate.76.diſt.de ieiunio.
DAMASVS.Quod Damaſus *Papa* primus accuſatus de adulterio cum 42.epiſcopis ſe purgauit,2.q. 7.nos ſi incompetenter.in fine.
DAMNVM.Quod damnum morum multum diſtat à dāno temporalium.6.q.1.ſunt plurimi.in fine.
Quod deteriores ſunt qui vitam moteſque bonorum detrahendo corrumpunt,his qui ſubſtantias aliorū prędiąque diripiunt.6.q.1.ex merito.
Quod nulli in alterius damnum eſt ſubueniēdum.14. q.5.denique.22.q.2.primum.
Quod dominus per damnum temporale nos cogit ad bonum 32.q.6.quod errauerat.
Quod piiſſimi rectores reputantur qui in graui ſcelere conſtitutos damnotum admonitionibus ad bonum redire cogunt 23.q.5.ſi vos.
Quod qui confugientibus ad eccleſiam vel ad cœmeteria aliquod damnum inferunt,ſunt excommunicati.17.q.4.diffiniuit.
Quod inferens damnum nō eſt abſoluēdus niſi dāno ſecundū arbitrium læſi reſtituto.23.q.vlt.peſſimam.
DATVM. Quod datū aliquod ex pietate præcipuè eccleſiæ,nō poteſt reuocari.12.q.2.ſacrorū.14.q.6. cōperimus.16.q.2.viſis.& q 6.illud.17.q.3.ſunt qui.
Quod dare eccleſiæ propter defectū hæredis,laudabiliter danti redduntur habito hærede.17.q.vlt.c.vlt.
Quod qui res eccleſiis vel monaſterijs in teſtamēto datas detinēt pauperū ſunt necatores.12.q.2.clerici.
Quod nō ſufficit oratio & electio niſi aſſit & eleemoſynæ datio.86.diſt. fratrem.& duodecim cap.ſeq.
Quod habenti dari nil aliud eſt quàm perdere.1.q.3. paſtor.
Quod epiſcopus de bonis eccleſię religioſis poteſt dare.12.q.2.ſi epiſcopus.& c.ſeq.
Quod qui honorem non habet,honorem dare nō poteſt,1 q.1.qui perfectionem.&c.ſeq.
DAVID. Quod Dauid qui ex compaſſione omnes refugas recipiebat,ponitur in exemplum quòd patientibus eſt compatiendum.7.q.1.omnis.
Quod ex eo quòd doluit mali regis chlamydē ſe præciduiſſe,ponitur in exemplum quòd ſubditus quantumcunque ſanctus in malū prælatum quandiu ſuſtinetur nō debet inſurgere,2.q 7.plerunque.§.itē. de pœn.diſt 2.§.opponitur.
Quod Dauid plenus fuit charitate,per multos effectꝰ inſinuatur.de pœ.diſt.2.§.opponitur.poſt medium.
Quod inter duo mala minus eligens potius voluit iuramentum frangere,quàm ſanguinem humanū fundere,22.q.4.quod Dauid.& cap.ſeq.
Quod in eo quòd Saul deprauatū honorauit propter vnctionē,innuitur quòd ſacramenta in deprauato non annihilantur,1.q.1.ſacramenta.
Quod Dauid prohibitus fuit templum ędificare propter ſanguinem quem effuderat,de conſec.diſtin.1. §.1.in prin.
Quod in hoc quòd propter adulterium,& homicidiū per parabolam diuitis ſententiam cōtra ſeipſum dedit,innuitur quòd malus prælatus per ſententiam quam profert in ſubditum ſeipſum condemnat.3. q.7.ſacerdos.
Quod per pœnitentiam de adulterij & homicidij peccato conſecutus eſt veniā.de pœn.diſt.3.§. Dauid.
Quod in eo quòd poſt peccatum ſpiritum ſanctū rehabuit,& in honore permāſit, innuitur quòd lapſi per pœnitentiam in priſtinum ſtatum reparātur.50. diſt.ſi poſt.§ econtra.& cap.ponderet.
Quod occiſo Vria propter adulterium Bethſabeæ ipſam duxit in vxorem,modo non trahitur in conſequētiā,31.q.1.c.ſi qua fuerit vidua §. ſed obiicitur.
Quod dominus ei qui tot bellis interfuit,tā magnum præbuit teſtimoniū,innuitur quòd & plerique bella exercentes Deo placere poſſunt,23.q.1.noli.
DECANVS.Quod decanus non debet fieri niſi primum fuerit preſbyter ordinatus,60.diſt.c.1.& duobus.c.ſeq.
Quod diaconus in decanum electus niſi ſtatim preſbyter efficiatur,honore ſuſcepto priuetur, 60.diſt.innouamus.
Quod nemo in decanum debet eligi niſi qui ętate & moribus eſt maturus, diſt.60.innouamus.
DECIMAE.Quod decimę ſunt vota fidelium,pretia peccatorum,patrimonia pauperum,16.q.1.quia.
Quod decimæ ſunt tributa egentium animarum, 16. q.1.decimæ.
Quod decimæ iubentur dari lege naturali,ſicut patet de Abraham & Iacob,16.q.7.decimas *Deo*.
Itē iubēt dari lege *Moſaica*,16.q.1. decimas à populo.
Item iubentur dari ſcriptura prophetica,16.q.1.reuertimini.& ſeq.7.c.1.
Itē iubētur dari lege canonica,16.q.7.c.1.& c.quicūq;.
Quod decimæ ſunt dandæ de grano & de vino,de fructibus arborum,de pecoribus.de horto,de negotiatione,&venatione,16.q.7.quicunque.& c.ſeq.
Quod à laicis fideliter ſunt dandę,& ab epiſcopis miniſtris eccleſiarum diſcrete diſtribuendæ.32.di.præter hoc.16.q.7.nullus.
Quod fideliter decimas dare,eſt nec plus nec minus ferre,16.q.7.quicunque.
Quod dandæ ſunt illi eccleſiæ vbi baptiſma & alia ſacramenta præcipiuntur.16.q.1.quicunque.c.de decimis.& c.in ſacris.13.q.1.eccleſias.§ de decimis.
Quod aliis eccleſiis non ſunt dandæ præter cōſenſum epiſcopi.16.q.1.ſtatuimus & c.ſeq.
Quod propter nouas eccleſias priori eccleſiæ nō ſunt ſubtrahendæ,16.q 1.ſi quis laicus.& de decimis.§. ſi ergo.
Quod decimæ concedi poſſunt monaſteriis & hoſpitalibus,16.q.1.quoniam.
Quod monachis,de territoriis, quę propriis manibus excolunt,conceſſæ ſunt decimæ,16.q.6. cunctis §. de his.& c.quęſt.
Quod per donationem prædiorum monachis factam nō priuantur eccleſiæ decimis,ſuis.16.qu.1. cunctis de his,in fi.
Quod non fructus ſed ius decimæ vendere vel emere ſimoniacum eſt,1.q.1.preſbyter.
Quod decimæ à laicis(quia pauperum ſunt)poſſideri non poſſunt,17.q.1.c.vlt.& q 7.c.1.
Quod non ſunt à laicis aliquo munere redimēdæ,16. q.7. decimas quas.
Quod propter malitiam ſacerdotis decimæ(quia eccleſię ſunt)non ſunt retinendæ,16.q.6.ſi epiſcopum.
Quod non dantes decimas poſt admonitionem ſunt excommunicandi,16 q.7.omnes decimæ.
Quod qui decimas non tribuit,ſacrilegium committit,& æternę dānatiōis periculū incurrit,16.q.7.c.1.
Quod frequenter in rebus temporalibus damna patiūtur,qui decimas dare negligūt.16.q.1.reuertimini.
Quod quāti pauperes mortui fame fuerint.tot detētor decimarū reus eſt homicidiorum,16.q.1. decimæ.
Quod qui decimas diligenter dat,non ſolum ſanitatem corporis,ſed etiam cum temporali fructu cœleſtia promeretur,16.q.1.decimæ.
Quod quadrageſima diligenter in ieiunio obſeruata ſoluuntur Deo decimæ pro tempore totius anni, de conſe.diſt.5.quadrageſima.
DECRETALES. Quod decretales ſummorum *Pontificum* ſunt eiuſdem auctoritatis ſicut decreta,quę ſunt in corpore canonum,19.diſt.per totum.
Quod decretalis epiſtola alia eſt ſpecialis, videlicet q̄ dirigitur advnam prouinciā,35.q.3.§ quod ſcripſi.
Itē quę dirigitur ad vnā eccleſiā,16.q.1. hinc eſt etiā.
Item quæ dirigitur ad vnam perſonam,7.q.1. petiſti. & hæc non trahitur ad conſequentiā,ſicut habes in prædictis cap.
Alia eſt generalis,quæ omnibus dirigitur.25.q.1.omnia.& c.ſeq. & hæc quia diffinit,trahitur ad conſequentiam,25.q.1.hac conſona.
Si imperat vel prohibet,neceſſitatem infert,14. qu.1. quiſquis.
Si indulgetur nō trahitur ad cōſequētiā,14.q. 5.dixit.
Si permittit vel conſulit,liberam habet obſeruantiam, 14.q.1.quiſquis.
DEDICATIO. Quod dedicatio eccleſiæ debet fieri ab epiſcopo ſine aliqua pactione,1.q.1,ſtatuimus.
Quod epiſcopi dedicaturi eccleſias oblata ex deuotione poſſunt accipere,ſed nihil debent exigere,2. q.2.placuit.
Quod prius eſt eccleſia dotanda quàm dedicāda,ibi.
Quod loca ſemel dedicata non poſſunt fieri habitacula ſæcularia,19.q.3.quæ ſemel.
Quod ſingulis annis celebranda eſt ſolennitas dedicationis,de conſec.diſt.1.ſolennitates.

De hac materia require de Conſecratione Eccleſiæ.

DEFENSIO.Quod defenſio poteſt peti à principe cō tra hoſtes eccleſiæ,23.q 3.Maximianus. & quęſt. 2.per totum.
Quod eccleſia pro malefactoribus debet intercedere non eos defendere,14.q.6.hi qui,12.q.5.ſi quis cuiuslibet,& c.ſeq.
Quod lex virtutis eſt patriam & ſocios defendere ab iniuria,23.q.3.non in inferenda,& c.fortitudo.
Quod execrabile eſt non tueri quos ſuſcipit defendēdos,87.diſt.irreligioſum.
Quod qui poteſt & non repellit à ſocio iniuriam,tam eſt in vitio quàm ille qui facit.23.q.3.non in inferē da,& c.ſeq.
Quod qui peccantem defendit, acrius arcendus eſt quàm qui peccauit,11.q.3.qui conſentit.
Quod qui deſinit obuiare cum poteſt,conſentit, 23. q.3.oſtendit.
Quod pfectꝰ iniuriā propriā & ſuorū nō debet defendere,ſed diuino examini reſeruare.23.q.1.§.1.&c.ſeq.
Quod defenſio cuiq; cōceditur in neceſſitate,23.q.3. per totum,&q.5.de occidendis.vſque ad fin. quæſt.
Quod qui non defendit veritatem,proditor eſt veritatis,13.q 3.nolite.
Quod quilibet ſemper tenetur ad fidei defenſionem, 23.q.8.quicunque.§.his ita.
Quod qui pro fide vel fidelium defenſione moritur, cœleſte premium conſequitur,23.q.8.omni.
DEGRADATIO.Quod degradatio&deponere de ordine,pro eodem accipiuntur,81.diſt.ſacerdos. & c. ſeq.

De hac materia inuenies vbi agitur de Depoſitione.

DELEGATIO. Quod delegatio dicitur quando prælati cum præſentes eſſe non poſſunt,per alium reputantur præſentes,94.diſt.valde.
Quod delegatus ſicut ille cuius tenet locum, eſt honorandus.93.diſt.præcipimus.97. diſtin. nobiliſſimus.
Quod debet litteras commiſſionis illis ad quos delegatus eſt,demonſtrare.97.diſt.nobiliſſimus.
Quod iudex delegatus debet dari ad arbitrium illius qui impetitur auctoritate ſuperioris,11.q.1. iudices.
DELIBERATIO. Quod deliberatio omnibus eſt neceſſaria, quæ indiſcuſſos hominum calores poteſt refrænare,2.q.6.anteriorum.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod laudabilis est cautela deliberationis, cum qua totum ratio regit,& furor sibi nihil vendicat,11 q. 3.illa præpositorum,& c.seq.
Quod non sunt præcipitanda consilia & opera.tempore enim indigemus ad deliberãdũ,vt maturius agamus,50.d.ſt.ponderet.circa principium.
Quod maximè ecclesiæ negotia cum deliberatione excipienda,45.dist.licet,1.
Quod iudices diffinitiuam sententiam cum magna deliberatione debent proferre,11.q.3. cum apud. & c.seq.
Quod intra decem dierum spatium appellatione facta vtrum quis escendum sit ab ea,est deliberãdũ,2. q.6.anteriorum.
Quod qui ex deliberatione ad meliora nõ proficiũt, etiam ab eis bonis quæ videntur habere caduut, 17.q.1.qu.bona.
Quod intantum quidam morã deliberationis extendunt,quod bonum quod consequi intendebant, perdunt,17.q.1 qui bona.
Quod pro conuitio non est habendum quod sine deliberatione est illatum,2.q.3.si quis ratus.
DELICIAE.Quod deliciæ absque desiderio perceptæ non officiunt.41.dist.deliciæ.
Quod deliciæ ciborum cõputrescere faciunt corpus humanum.de consecra.dist.5.nihil.& cap.seq.
Quod diuites dolere debent si propter consuetudinem non aliter quàm delicatè possunt viuere , 41. dist.non cogantur.
Quod in rebus prætereuntibus non vsus , sed libido culpatur,41.dist.quisquis.
Quod aliquando sine voracitatis vitio pretiosissimo sapiens vtitur cibo,& insipiens vilissimũ cum gulę flamma exardescit cibum,41.dist.quisquis.
Quod ignominiosum est prælatis & prædicatoribus deliciis affluere , qui Christum pauperem debent prædicare,35.dist.ecclesiæ.
Quod episcopalis auctoritas plus debet vigere in delicijs meritorum quàm mensarum,41.dist.episcopus.
Quod detestabile est in tugurio rusticano natũ & milio nutritum in religione similam & mella fastidire,12.q.2 gloria episcopi.
DEMENTIA.Quod dementia si est perseuerans excusat à culpa in ipsa commissa,5.qu.1.aliquos, 32.q.7.quemadmodum.
Quod si euenit ex propria culpa:postquam ad sanam mentem redierint , imponenda est ei pro cõmissa, licet minor quàm alijs pœnitentia,15.q.1.si quis insaniens.
Quod non debet promoueri ad ordines maximè in sacerdotem qui aliquando insanuit,33.dist.cõmuniter.& duobus cap.seq.15.q.1.c.vlt.§.sicut.
Quod si sacerdos ex propria culpa demens effectus hominem occiderit,& postea ad sanitatem redierit, celebrare non potest,15.q.1.si quis insaniẽs in fi.& c.seq.
Quod dementes vel furiosi cõtinuè,nec matrimonio nec religioni possunt oblig.3.q.7.neque furiosus.
Quod qui sani contrahunt,postea dementes effecti non separantur,32.q.7.hi qui.
DAEMON.Quod dæmones acumine sensus & claritate mentis omnia quęcunque animalia excedũt, 26 q.4.sciendum.
Quod propter longum tempus vitæ,eorum maior est experientia quàm hominum,26.q.4.sciendum.
Quod ex tribus præmissis multo ante cogitata prænũtiantes ab hominibus propter terreni sensus tarditatẽ videntur futura prædicere,26.qu.4.sciendum, per totum cap.
Quod dæmones futura de quibus nullum vestigium haberi potest,cognoscere non possunt,26.q 4.sc.ẽdum,post medium.
Quod quasi modo fiant quæ per ipsos fiunt cum non sint,hominibus videntur signa & miracula,26.q.5. nec mirum à medio vsque in finem ea.
Quod in arte magica & in omni alia diuinatione per dæmonum fallaciam deducitur curiositas humana dum appetit scire quod non conuenit inuestigate, 26.q.5.nec mirum.ante medium.
Quod necromãtia,& auguria,& omnis ars magorũ, & diuinationes arte dæmonum est inuenta,vt faciãt eos suæ dãnationis participes,26.q.2.qui sine.
Quod an illusionibus dæmonum quædam mulieres sceleratæ credãt se in corpore multa terratum spatia transire,vel hoc solum spiritus infidelis patiatur,26.q.5.episcopi.
Quod dæmones vt frequenter sunt ministri & vltores iræ Dei,23.q.5.non solum.
Quod qui per dæmonem aliquando vexatur, non debet ad sacros ordines promoueri,33 dist maritum. ttibus c.seq.
Quod dæmones per signa exteriora citissimè cogitationes hominum cognoscunt,26.q.4. sciendum.in fi.& c.quodam loco.
Quod dæmon cum mentem alicuius per infidelitatẽ subiicit,illi siue dormienti siue vigilanti in diuersis speciebus se ostendit,& per illas animam hominis deludit,26.q.5.episcopi,post medium.
Quod dæmones hominibus illud re nõ possunt nisi Deo permittente,26.q.5 nec mirum.circa med ũ.

De hac materia require vbi agitur de Diabolo,& vbi agitur de Diuinatione.

DEPOSITIO. Quod deponuntur vel degradantur prælati vel clerici domicilia fœminarum etiã post ad monitionem frequentantes, 81. dist clericus, & cap.arch diaconum.
item alios & inhonestis ludis & ebrietatibus sine cessatione deseruientes,35.dist.episcopus,34 dist quorumdam.in fi.
item tabernas & alia inhonesta tenentes & mercimonia exercentes,44.dist.nulli.14 q 4.c.1.& 3.
item vsuras exercentes,48.d.ſt.c.1.& seq. 14.qu. 4. si quis oblatus.
item cum moniali vel incarcerata vel filia spirituali fornicantes,17.q.1. si quis episcopus.& cap. si quis rapuerit.30 q.1.omnes.& duobus cap. seq.
item publica incontinentia laborantes,50 dist qui semel, 81.dist Maximianus,& c.si quis clericus.& duobus.c.seq & c.si quis amodo.& tribus cap.seq.& 83. dist.in propositis.15.q.8.hi qui altario.
Item qui sine examinatione promouetur,24. dist.n.si quis presbyter,81.d.ſt si qui sine.
Item qui ante promotionem criminosi fuerunt , 24. dist.si quis presbyter, 81.dist.tantis.& cap.seq.15.q. 8.si quis.
Item qui scienter criminosos ordinauerit,81.dist.tantis, & 41. dist.aliquantos,in fi
Item qui ad pinguiores ecclesias sine licentia superiorum transeunt,7.q 1. si quis presbyter, & c. si quis episcopus.& cap.seq.
Item qui in ecclesiam os ponentes contra suos superiores contumaciter,insurgunt 21.dist.intantũ.11. q.1.si quis sacerdotum,& c. conuratiõũ, & c. seq.
Item deponitur qui peierauit, aut in homicidio aut in alio magno crimine inuentus fuerit,81.dist.presbyter,& c.seq.
Item qui publicè crimen in apostolicę totius ecclesiæ scandalum fouerit,2. quæst. 1. scelus.11. quæst 3. Teugualdum.
Item qui alium in ecclesia per pecuniam vel alio modo supplantauerit,7.quæst.1 præsentium. & ca. factus.&c.seq.
Item qui aliena diœcesi vel ecclesia officia exercere vsurpauerit.9.q.2 nullum.
Item qui dilapidator rerum ecclesiasticarum fuerit, 10.q.2.si quis episcopus,12.q.2.diaconi.& cap.abbatibus,17 q.4.quicunque episcoporum.
Item qui ecclesiam per manum laicam intrauerit, 16. q.7 si quis deinceps.
Quod episcopus solus potest deponere de beneficio, de ordine verò quem solus dedit, solus non potest deponere, 15.q.7.cap.1.& vlt.
Quod deponendorum ab ordine causa si diaconus est,à tribus episcopis,si presbyter , à sex , si episcopus,à duodecim est discutienda 15.q 7.si quis.
Quod episcopus depositio ab ordine vt non viuat sæculariter,locum vbi agat pœnitentiam debet assignare,81.dist.sacerdos.50 dist.accedens.circa finẽ.
Quod depositus ex culpa ab ordine,si humiliter decẽ nalem pœnitentiam expleuerit, potest restitui. 32. dist.presbyter.
Quod siue iustè siue iniustè depositus in restitutione sua debet recipere ea successiuè quæ cum ordinare tur perceperat, 11 q.3.episcopus.
Quod nullus propter infirmitatem corporis deponitur,sed datur coadiutor sibi,7.quæst.1.cap.1.& tribus cap.seq.
Quod deponuntur reges non solum ex crimine , sed propter insufficientiam 15.q.6.alius.
DERISIO.Quod derisio prælatorum à subditis facta damnatur,2.q.7.sententia.15.q.5.c.1.in fi.de pœn. distin.2.§. opponitur. vbi agitur de David, quem Micholderisit,propter quod sterilis facta est.
Quod humilis habitus pie viuentium deridetur à perversis,21.q.4.omnis.
DESPERATIO.Quod desperatio de Dei pietate est horrenda impietas,26 q 6 agnouimus
Quod nemo est desperandus quandiu est in hoc corpore constitutus,24.q.3.corripiantur,32.q.2.ancillam.de pœn.dist.7.nemo.
Quod plerunque cum peccator propter culpam cõtemitur,in desperationem labitur,45.dist.recedite.
Quod pœnitentia à confessore est temperãda,ne peccator propter desperationem cogatur facere deteriora,26.q.7 de his.& cap. alligant.
DETRACTIO. Quod detractor dicitur non solum ille qui aliis detrahit,sed etiam qui detrahentes audit,6.q.1.ex merito. 11.q.3.non solum.
Quod bonum est à detractione linguam custodire, quia tales cuncta quę de aliis loquuntur, sua sentẽtia iudicabuntur,6.q.1.ex merito.
Quod deteriores sunt qui detrahendo aliorum viram orésque corrumpunt,his qui substantias aliorum furripiunt,6.q.1.deteriores.
Quod summa iniquitas est detrahere,quia omnis qui detrahit fratri suo,homicida est,6 qu.1.summa.de pœn.dist.3 homicidiorum.
Quod nemo puteat minus periculum esse alicui detrahendo mentiri,quàm sanguinem fundi.,1.q.3 nemo peritorum.
Quod sacerdotibus qui populo benedicunt, non est detrahendum.6.q.1.sacerdotes.
Quod permittit quandoque *Deus* de bonis detractionem fieri.vt si qua culpa ab ore laudantium in eo.de nascitur,ab ore viruperantium suffocetur, 6. q 1.oues.§ ipsa & c.sunt plurimi.
Quod detractores nihil aliud faciunt, nisi in puluerẽ sufflant,& in oculos suos terram excitant, vt vnde plus detractionis perflant,inde magis nihil veritatis videant,11.q.3.inter.
Quod nihil prodest ieiunare. vel orare , vel alia bona facere,nisi mens prius à detractione reuocetur , de consd.dist.5.nihil enim prodest.
Quod qui facilis est ad detrahendum, non admittitur ad accusandum vel ad testificandum,3.q.4. detractores.& q.9.nullus.
Quod detractor nisi se correxerit, à vindictibus flammis exuretur,2.q.7.accusatio.
DEVS. Quod Deus vnus est,licet tres sint personę in deitate.de consecra.dist.3 cap.vlt.
Quod licet tres personę sint vna deitas & vna essentia, tamẽ aliquid est quod soli patri attribuitur, aliquid quod soli filio,aliquid quod soli spiritui sancto. de consc.dist.3.cap.vit.
Quod *Deus* animę & corporis dicitur creator, & continuus operator 56.dist.nasci.
Quod occulta opera Dei iudicio sunt seruanda, 6.q. 1.si omnia.
Quod quando scriptura aliquid attribuit Deo quod est hominis vel alterius creaturæ,per similitudinem loquitur.non per proprietatem, 24.q 1.odi.
Quod Deus specialius dicitur pater Christianorum, quàm aliorum,11 q.3.ad mensam.
DIABOLVS.Quod diabolus non fuit malus creatus, sed in veritate & charitate.de pœn.dist 2.citius.§. quod verò vbi inuenies pro &contra.
Quod propter superbiam & præsumptionem de sui status excellentia cecidit,de pœn.dist.2. §. quod vero,ferè per totum.
Quod diabolus post casum suum conatur vnitatẽ ecclesiæ scindere,& humanum genus euertere,16.q. 2.visis.
Quod ardentiores in Dei seruitio & Deo familiares magis impugnat,3.q.1.nulli.
Quod versutus hostis dicitur, quia mille modos nocendi habet,16.q.2.visis.
Quod ex subtiliare naturę hoc perpendit de homine quod ipse homo nõ perpendit,26.q.5. nec mirum. post med.
Quod vt melius decipiat,in angelũ lucis se transformat,26 q.5.nec mirum.
Quod diabolus adeo debilis est,quòd neminem possidere potest nisi se prius peccatorum ære vendiderit,15.q.1.non est.
Quod ipse potestatem exercet in malis tanquam in suo pecore,24.q.1.miramur.

De hac materia require, vbi agitur de Dæmonibus.

DIACONVS.Quod Diaconus Græce, Latine minister dicitur,21.dist.cleros.
Quod Apostoli post ascensionem Domini diaconos sibi statuerunt in ministros,93.dist.Dominus.
Quod commendantur diaconi respectu præfiguratio nis pacis, & vitæ actiuæ & contemplatiuæ quam debent exercere.13.dist.diaconi sunt quos.
Quod diaconi sunt tanquam oculi episcopi oberrantes & circum lustrantes,93. dist. diaconi ecclesiæ.
Quod diaconi debent assistere episcopo prædicanti, ne ab æmulis infestetur,vel verbo *Dei* detrahatur, 93.dist.diaconi qui.
Quod non debent præsente episcopo vel presbytero nisi de eorum mandato sacramenta conferre, 93. dist.peruenit,& c.diaconi.
Quod officium diaconorum inuenitur,25.dist.perlectis,ante medium,93 dist.diaconi ecclesiæ.
Quod episcopus sine diacono non debet solemniter celebrare,nec calicem nisi prius porrigatur per diaconum debet auferre 93.dist.diaconi sunt.
Quod absurdum est auditu diaconum extolli super episcopum & presbyterum,93.dist.legimus.
Quod diaconus in quacunque dignitate constitutus, excepta legatione,si se præfert,à proprio gradu cadere debet,53.d ſt c.vlt.
Quod diaconi debent corporalia & pallas lauare. de consc.d ſt.nemo per ignorantiam.
DIALECTICA. Quod qui dialectica arte diebus & noctib tolquentur,in obscuritate mentis gradiuntur,37.dist.nonne.

Quod

Source : BIU Cujas

Margarita

Quod dialecticorum ridicula sunt quædam phantasmata & vmbræ quę cito resoluuntur.37. di. vino.
Quod garrulitas ranarum quibus percussa est Aegyptus, garrulitatem dialecticorũ & sophistica argumenta designat.37.di.legimus.
Quod non in dialectica placuit Deo saluare populũ suum,quia regnum Dei in simplicitate fidei est,nõ in contentione.37.dist.omnem.
DIES. Quod dies festiuandi exprimuntur,de consec. dist.3.§ 1.
Quod qui dies sunt à iudicijs & placitis custodiendi. 15 q.4. placita.
Quod die dominico nil est agendum nisi *Deo* vacandum,de conse.dist.3.ieiunia.
Quod ideo dies dominicus magis est ,venerãdus,quia in ipso mundus sumpsit exordiũ,& per resurrectionẽ Christi vita accepit principium.75.d. quod die.
Quod die dominico consecrantur episcopi.ibid.
Quod episcopus die dominico non debet abesse suę ecclesiæ, de conse.dist.3 episcopus.
Quod die dominico,& in festis non debent flecti genua orationis causa.de conse.dist.3.quoniam sunt. 30.dist.si quis presbyter.
Quod die dominico missa ab omnibus vsque ad finẽ est audienda.de conse.dist.1.missas.
Quod nullus episcopus vel infra positus die dominico causas audire præsumat.15.q.4. per totum. de conse.dist 3 c1.
Quod die dominico nullus super sancta Dei Euangelia debet iurare 22.q.5.decreuit.
Quod die dominico non est ieiunandum.de cõse. di. 3.ieiunium.& cap.sequen. 30. di si quis presbyter.
Quod die dominico plus solito homines carnis delicijs solent intendere.4.dist.denique.
Quod Antichristus diem dominicum & diem sabbati facier custodiri,vt ex hoc sibi Iudæos & Christianos cautius attrahat.de consecr.dist.3.peruenit.
Quod die sabbati abstinendum est à carnibus. de consecr.dist.5.quia dies.
Quod die Iouis ne sequamur errores Gentilium,non est ieiunandum.de consecra.dist.3.ieiunium.
DIFFINITIO. Quod diffinitum rationabiliter non debet aliquatenus violari.25.q 2.cum pię.
Quod diffinitiua sententia quæ condemnationem vel absolutionem non continet pro nulla habetur.2.q. 6 ei qui.§ diffinitiua.
DILAPIDATIO. Quod dilapidatio quando sit bona & quando non.require in verbo ,Liberalitas.
Quod dilapidatione rerum ecclesiasticarum solũ suspectus submouetur,& vsque ad discussionem facti detrahetur.3.q.2.si episcopus §.quod si.& c.seq.
Quod in crimine dilapidationis speciale est , quòd sequestratur possessio à possessore,antequã conuictus sit.3.q 2 quia.
Quod si episcopus vel presbyter,qui res ecclesiæ quæ sunt pro necessitatibus pauperum & pro redẽptione captiuorum dilapidauerit,est deponendus.12.q. 2.apostolicos.17 q. . nullus res.
DILECTIO.Quod dilectio Dei est perfecta quando ipsum diligimus ex toto corde,& ex tota anima,& ex totis viribus.de pœniten.dist.2.si quis semel. §. charitas est.
Quod Deum diligere est illi copulari animo, concipere fruendę visionis eius affectum,peccati odiũ,mũdi fastidium.ibid.
Quod ordinem dilectionis peruertunt qui aut mundum qui contemnendus est diligunt , aut corpora sua minus diligenda plus diligunt , aut proximos suos non sicut seipsos,aut Deum plusquam seipsos non diligunt. ibidem.
Quod dilectio Dei facit peccato facilè resistere, bonis operibus abundare, sęcularia blandimenta contemnere,& omnia quæ humanæ fragilitati sunt difficilia perficere de pœnit.dist.2.§.charitas est.
Quod si Deum toto corde diligimus, nihil erit in nobis vnde peccati desideriis seruiamus. de pœ. di. 2.§ charitas est.
Quod illi *Deum* plusquã se diligunt,qui pro eius amore saluti suæ non parcunt, de pœ d.2.§ charitas est.
Quod homo proximum sicut seipsum diligit,quando quantum potest laborat vt eum adducat ad Deum colendum.23.q 4 debet homo.
Quod tunc proximos diligimus sicut nos quando nõ propter sperata beneficia,vel propter consanguinitatẽ,sed propter hoc tantũ quod nostrę naturę sunt participes diligimus.de pœ.dist.2.§.charitas est.
Quod in hoc proximos tenemur diligere , vt de eorũ perditione doleamus , & ad eorum correctionem quot die laboremus.23.q.4 non potest. §.seq.
Quod non est signum verędilectionis ad proximum quando dimittitur peccatum impunitum. 23. q.4. quid crudele.

De hac materia require vbi agitur de Amore.

DIOECESIS. Quod diœcesis dicitur vbi episcopus vel episcopatus habetur.16.q.1.cũ pro vtilitate.& q. 1.licet.

Quod quædam sunt diœceses quę certis limitibus distinguntur,quædam verò non.16.qu.3.licet.§.hoc multipliciter.
Quod extra suam diœcesim nullus debet sacramenta aliis participare.26.q.3.licet in fine.
Quod duæ diœceses in vnam redigi possunt auctoritate apostolica,16.q.1.& remporis.& ca.sequen.
Quod quando excreuerit fidelium multitudo,diœceses diuidi,& episcopi multiplicari auctoritate apostolica possunt 16.q.1.præcipimus.
Quod quædam diœceses per præscriptionem tolli possunt,quædam vero non.16.q.3.licet.§ hoc multipliciter.
DISCERE. Quod discere debet quilibet antequam doceat.23.dist.his.16.q.1.sic viue.
Quod qui discere aut agere bona recusat, magis diaboli quàm Christi membrum esse ostenditur. 38. dist.nullus.
Quod debet esse discipulus quisquis doctor esse desiderat,vt possit docere quã didicit.16.q 1. si clericat⁹.
Quod discere debemus triplici de causa,aut ne ignorem⁹ aut negligam⁹,aut vt repudiem⁹.37.d.legim⁹.
Quod tales laudabiliter scientias sęculares addiscunt, qui quod vtile inuenerint,ad vtum sacræ eruditionis conuertunt. 37.dist.turbat.
Quod clerici sacris litteris semper debẽt insistere, ne tũc quęrant discere,cum ex officio alios debent docere.36.dist.qui ecclesiasticis.§. ecce.
Quod qui sacram scripturam discere contemnunt, magistri erroris existunt,quia veritatis discipuli nõ fuerunt.24.q.3.quid autem.
Quod discendum est à minoribus licentiata verecundia.38.dist.nullus.24 q.3.si habes.
Quod stultus est qui se in eo quã primũ existimat, bona quæ viderit discere contemnit.22.di. de Constãtinopolitana.84 dist.peruenit.24.q.3.si habes.

De hac materia require in verbo, Studio.

DISCIPLINA.Quod disciplina vitrix est malæ vitę.23. q.4.ad finem.& c.non putes.
Quod mali vt ad bonam disciplinam perueniant, per flagella sunt corrigendi.23.quęst.4. displicet.circa med.&c.vlt.
Quod filius non diligitur,qui non disciplinatur.23.q. 5.non putes.
Quod qui peccantem coercet aliqua disciplina, eleemosynam facit.45.dist.& qui.
Quod huic officio hominis inuigilet disciplina,videlicet episcopo regẽti plebẽ suã, pauperi regẽti domũ suam,diuiti regenti familiam suam,marito regenti cõiugem suam,patri regenti prolem suam , iudici regenti prouinciam suam,regi regenti gentem suã. 23.q 4.duo.
Quod disciplina vel misericordia multũ destituitur, si vna sine altera teneatur,45.dist.disciplina.

De hac materia require in Correctione & Asperitate.

DISCIPVLVS. Quod discipulus non debet esse super magistrum.6.q.1.sacerdotes.
Quod miserum est eum fieri magistrum, qui nedum didicit esse discipulus,48.dist.prohibẽtur. 61.dist. miserum.16.q.1.si clericatus.
Quod 72.discipuli ab Apostolis sunt electi.21.dist. in nouo.in fin.
DISCORDIA.Quod discordia mẽtium tã inter fratres carnales quàm spirituales inducit frequẽter separationem corporis.56.dist.Ismael.
Quod disciplina perditur desidia,cum prælatus negligit conuitia.23.q.3.iustum.
Quod diuersitas cultus plurimum est materia discordiæ 90.dist.perlatum
Quod qui societatem fraternitatis discordiæ peste commaculat,Deum qui charitas est,tãquam Iudas prodit.11.q.3.abiit.
Quod ideo litigiosi ordinari prohibentur:quia tales ad concordiam non valent prouocare.90.dist.c.1.
Quod prælatorum interest discordantes ad cõcordiã reuocare.61.dist.c.vlt.90.dist.discordantes.
Quod discordantiã munera vel oblationes nec Deus suscipit,nec à sacerdotibus sunt suscipiendæ. 90. dist.oblationes.3.q.7.in grauibus.

De hac materia habes vbi agitur de Concordia.

DISCRETIO.Quod discretio est mater virtutũ omnium.1.q.5.præsentium.
Quod discretio necessaria est prælato in corrigendo. 50.dist ponderet.
Quod correctio quãdoque habere debet plus de asperitate quã de benignitate,quandoque debet esse mista cum vtroque.45 dist.disciplina.

De hac materia require de Correctione.

Quod necessaria est prædicatori in docendo.43.dist. dispensatio.§.pariter.in fi.
Quod debet esse doctor discretus,vt ne tacenda proferat,aut proferenda reticescat.43.dist.sit rector.

Item debet esse discretus,vt secundum capacitatẽ auditoris moderetur sermo prędicationis 8.q.1.oportet.
Quod necessaria est discretio confessori in ligãdo & soluẽdo.23.q.4.si is quĩ.de pœ.d.1.§. quẽ pœnitet.
Quod necessaria est discretio omnibus in viuẽdo, vt scilicet virtutes eligamus,& vitia reprobemus.49. dist.hinc etenim.
DISPENSATIO.Quod dispensatio non potest fieri contra ius naturale nisi forte ad maius malũ vitandum.13 dist.§.1.
Quod necessitas inducit dispensationem.34.disti.fraternitatis.& c.lector
Quod non debet fieri dispensatio nisi vrgente magna angustia.55 dist.priscis.
Quod non est pro regula assumendum quod ex dispensatione specialiter est concessum.56.dist.Cenomanen.1.q.7.& si illa 9.q.1 ordinationes.
Quod pro necessitate temporum fit quandoque dispẽsatio cõtra decreta.1.q.7.requiritis.& tribus c.seq. & cap.& si illa.32.q.4.recurrat.§.his itaque.
Quod multa tolerantur ex dispensatione,quæ canonis rigor condemnat,34.dist.fraternitatis.
Quod sicut in procellis merces de nauibus iactãtur propter maius bonum,sic dispensatio quandoque fit propter maius lucrum.1.q.7.dispensationes.
Quod secũdũ diuersitatem excessus dispensatio quãdoque protrahitur,quãdoque acceleratur.15.q.8. hi qui.
Quod dispensatur,quandoque ratione multitudinis. 50.dist.vt constitueretur.9.q.1.ordinationes.in fi.
Quandoque ratione temporis & vtilitatis, 1.q.7.dispẽsationes
Quandoque ratione personæ,1.q.7.didici.& cap.tali.
Quandoque ratione meriti,& prærogatiuæ scientiæ, 1.q 7.tali.
Quãdoque ratione religionis,50 d.si quis diaconus.
Quod quandoque dispensatur ad vnum ordinem,& non ad alios,34.dist.lector.9.q.1.ab excommunicatis.
Quod in casuali homicidio cum clerico dispensatur, vt in suscepto ordine maneat,50 dist.clerico.
Quod cum directe homicida nõ dispẽsatur ad sacerdotium.50.dist.miror.& duobus c seq.
Quod cũ illo dispensatur,qui flagellando aliquando præter intentionẽ seipsum occiderit.50.di.studeat.
Quod an dispensat Papa cõtra Apostolum,vt in bigama.34.dist.lector.& vide quæ ibi notantur.
Item dispensat contra canones apostolorum cum presbytero fornicante,vt post decennalem pœnitentiã ad pristinum redeat honorem,81.dist.presbyter.
Item solus Papa dispensat in gradu consanguinitatis & affinitatis,35.q.3 quædam.§.quod scripsi.
Item solus Papa restituit episcopos,& dispensat cum eisdem,2.q.6.ideo.
Itẽ solus Papa dispẽsat cum simoniaco in simonia sciẽter commissa,vel ratum habente siue sit in ordine, siue in beneficio,1.q.1.erga.
Item solus Papa dispensat contra canones qui præcipiũt pœnitentiam vel satisfactionẽ pro enormibus criminibus,12.q.2.de viro.
Item solus Papa dispensat cum illo qui excõmunicatus exequitur officium,vel recipit beneficium,11. q.3.si quis episcopus damnatur,& cap.seq.
Item solus Papa dispensat cum illegitimè natis ad beneficia, quæ sunt cum cura.56. dist.Cœnomanen.
Quod Papa nõ inuenitur dispensasse cum his qui ab hæreticis ad subuersionem ecclesiæ ordinantur,11. q.7.conuenentibus.circa finem.
Item cum eo qui scienter à simoniaco simoniacè est promotus,9.q.1.ab excommunicatis.
Item nec cum eo qui scienter est rebaptizatus vel reordinatus.1.q.7.salubertimum,in fine,de cõsecra. dist.4.quis bis.
Item nec cum eo qui ordinatus est ab inuasore sedis alterius episcopatus,8.q.1.ordinationes.
Quod dispensat episcopus cum illo pro quo ignorãte parẽtes,vt promoueretur ad ordines vel ad beneficiũ,pecuniam dederunt.1.q.1.præsentium. & cap. quicunque.
Quod dispensat episcopus cum clerico vel presbytero sacrilego vel hæretico vel schismatico,ne desperent,50.dist.si quis presbyter,& c.presbyteros,& c. vt constitueretur.
Item dispẽsat episcopus in fornicatione clerici,furto, periurio,& alijs capitalibus criminibus,dummodo sint occulta,quia si sunt publica debet deponi.10. dist.de his vero.
Item dispensat episcopus in pœnitẽtijs,quas canones statuerunt,26.q.7.pœnitentibus.& capit. tempora pœnitudinis.& duobus cap.seq.
Item dispensat episcopus cum eo qui prætermisso subdiaconatu diaconus vel presbyter efficitur, supplẽdo ordinem prætermissum,32.dist.solic tudo.
Quod varia dispensatio quæ episcopis conceditur eo episcopis prohibetur,68 dist.quamuis,& cap.seq.
Quod dispensat Abbas cũ monacho vt extra monasterium

Source : BIU Cujas

ſterium, tamen ſub ſua obedientia ſpecialem cellã habere poſſit, 10.q.4.monachum.
Item diſpenſat cum monacho, vt carnes comedere poſſit de conſ.diſ.5.carnem.

DIVITIÆ. Quod diuitiæ temporales ſi ſunt cum ſtudio & affectu ſingulari, ignominioſæ ſunt. 22.q.2.gloria.
Quod dilectores diuitiarũ fortes ſunt in terrenis, debiles in cœleſtibus, 47.diſ.omnes.
Quod diues cupidus gratius intuetur aurum quàm ſolem, 47.diſt.ſicut hi.
Quod iniuſte poſſidet diuitias qui ipſis male vtitur. 14.q.4.quid dicam.
Quod nihil facit diuitias ſic contemni ſicut recordatio pauperis finis, & principij. 48.diſ.ſic hi.
Quod fideli homini totus mundus eſt diuitiarum, in fideli autem nec obolus. 14.q.4.quid dicam.
Quod diuites in rebus temporalibus ſi abundant iuſtitia, & operibus bonis non ſunt abijciendi. 30.diſ. hæc autem ſcripſimus. in fi.
Quod diuitiæ eccleſiarum ſunt bona pauperum, redemptio captiuorum. 12.q.2.aurum.
Quod diuinatio à Perſis eſt inuenta. 26.q.4.igitur. circa finem.
Quod ſecundum quoſdam quatuor ſunt genera diuinationis, videlicet ex terra, aqua, igni, aere. 26.q.4.c. igitur.
Quod diuini dicuntur qui ex coniectura mentis ſuæ incerta futurorum quaſi vera pronuntiant. 37.diſt. vino.
Quod multi modi ſunt & multa genera per quæ diuinatores futura inueſtigant, quæ ponuntur. 2.q.4.igitur. per totum, & q.5.nec mirum.
Quod dominus per diuinatores illudi hominibus permittit, vt probentur boni vtrum in Dei dilectione ſint firmi. 26.q.5.nec. in fi.
Quod diuinatores propter deteſtationem criminis in accuſatione non admittuntur. 2.q.8. quiſquis.
Item ſunt excommunicandi, 26.q.1.§.1.
Item ſi clerici fuerint, & ſe corrigere noluerint ſunt deponendi. 26.q.5.ſi quis epiſcopus.

De hac materia habes vbi agitur de Incantatione.

DIVORTIVM. Quod diuortium propriè dicitur inter carnaliter commiſcentes, vel commiſceri appetentes, vnde inter Maria, & Ioſeph non dicitur diuortium quando Ioanni fuit commendata. 7.q.2. quod autem. §.item ſi coniuges.
Quod quos *Deus* coniunxit homo non debet ſeparare, ſubaudi violenter, vel ſine ratione, 33.q.2.quos Deus.
Quod frigiditas viri verè probata cauſat diuortium, 2.q.4.conſuluiſti, §.hoc autem, 27.q.2.quod autem, 33.q.1.§.1.
Quod affinitas poſt contractum matrimonium ſuperueniens non accuſat diuortium, 27.q.2.quod autẽ. §.proxi.
Quod conuerſus ad fidem poteſt diuortiari ab vxore non conuerſa quæ ipſum nititur à fide Chriſti deducere, 28.q.1.idolatria, & ſex c.ſeq.
Quod fornicatio carnalis, & ſpiritualis cauſat diuortium, 28.q.1.idolatria, c.ſeq.
Quod machinatio in mortem cum effectu propter contrahendum matrimonium cauſat diuortiũ, 31.q.1.ſi qua, & §.ſeq.
Quod diuortium non debet fieri pro quacunque infirmitate, vel deformitate, vel ſenio, vel ſterilitate, 32.q.5.ſi vxorem, & q.7.tantum.
Quod cauſa conſanguinitatis non licet quem dimittere vxorem niſi prius conſanguinitas eorum coram epiſcopo approbata fuerit, 35.quæſtio.6.multorum.
Quod adulter vel adultera ab adultero diuortiari nõ poteſt, 32.q.6.§.1.
Quod extraordinaria pollutio naturaliter facta etiã frequentius iterata non inducit diuortium ſine iudicio, 35.q.3.extraordinaria.
Quod diuortium ſine iudicio & ſine conſenſu epiſcopi non debet fieri, 27.q.2.ſi vir, 33.q.2. ſeculares, 35.q.6.multorum.
Quod vxor ſine iudicio eccleſiæ dimiſſa primo reſtituenda eſt antequam de diuortio agatur, 33.q.2.hiſtoria, & c.ſeq.
Quod vir & mulier quantum ad cauſas diuortij æqualiter iudicantur, 32.q,5.Chriſtiana.
Quod ſi poſt diuortium propter fragilitatem vir aliã nouerit propter doli præſumptionem compellendus eſt redire ad primam. 33.q.1.quod autem. in fin.

De hac materia habes vbi agitur de Matrimonio infrà.

DOMINIVM Quod dominium rei transfertur ratione ordinis, videlicet ſi quis ſeruus alterius in preſbyterum ordinatur, 34.diſt.frequens.
Item ratione conſecrationis vt ſi res conſecrata ab aliquo repetitur nõ ipſa redditur, ſed compenſatur. 14.q.6.comperimus.
Item propter religionem, cum ſcilicet per religionis ingreſſum contigerit vacare beneficium. 37.q.2. Conſaldus.
Itẽ ratione Chriſtianitatis, vt ſcilicet cum ſeruus Iudæi, vel pagani Chriſtianus efficitur, 54.diſt fraternitatem.
Item ratione dignitatis, ſicut ſedes Conſtantinopolitana licet poſterior ſit quàm Alexandrina, tamen prior in numero debet poni, 22.diſt.renouantes.
Item auctoritate ſuperioris, ſicut quando iubente domino *Iudæi* theſauros *Aegyptiorum* deportauerunt, 14.q.5.dixit dominus.

DONVM *De dono require vbi agitur de dato.*

DVBIVM. Quod dubium de ordinatore an fuerit epiſcopus, an non facit ordinator reordinari, 68.diſtin.presbyteri.
Quod in re dubia auctoritas eccleſiæ eſt requirenda 1.diſt.palam.
Quod in rebus dubijs abſolutè non debet ferri ſententia, 33.diſt.habuiſſe.
Quod quando emergit dubitatio in perſona in facto & in iure, tunc nullo modo procedẽdum eſt in ſententia, 30.q.5. iudicantem, & §.ſeq.
Cum emergit in perſona tantum vbi certum eſt ius, & factum, tunc certa datur ſententia, 5.q.1.quidam.
Cum in facto emergit dubitatio vbi certum eſt ius, & perſona, tunc non poteſt certa ferri ſententia, 5.q.1.quidam.
Cum iure emergit dubitatio, vbi certum eſt factum, & perſona, tunc conſulenda eſt ſacra ſcriptura, & ſeniores prouinciæ & papa. 20.diſt.de diebus, 24.q.4.quoties.
Quod qui dubitat ſe baptizatum, debet baptizari. de conſ.diſ.4.paruulos, & c.ſeq.placuit.
Quod ſi dubium eſt de conſecratione eccleſiæ vel altaris debent conſectari, de conſ.di.1.eccleſię.

DVPLICITAS. Quod dũplex monaſterium pro monachis & monialibus fieri in vno prohibetur, 18.q.2.diffinimus.
Quod monachus duplex officium ſuæ profeſſioni contrarium non debet exercere, 16.q.1 nemo, & c. de præſentium, & c.presbyteros.
Quod nemo poteſt eſſe accuſator & teſtis, 4.q.4.nullus.
Quod nullus clericus ad duas eccleſias intitulari debet. 21.q.1.c.1.2.& 3.& 16.q.7.per laicos, in fi.
Quod nulla eccleſia parochialis duos paſtores debet habere. 21.q.2.ſicuti.
Quod qui bene præſunt, duplici honore honorandi ſunt, 95.diſt.ecce.
Quod ille duplex cor non habet, qui propter varium euentum verba ſua mutat, 22.q.2.ne quis, in fine.
Quod duplex tribulatio non conſurget ſuper illos qui inter flagella egerunt pœnitentiam, de pç. diſ.3. hac auctoritate, 23.q.5.quid ergo, poſt med.

De duplicitate habes vbi agitur de ſimulatione & Hypocriſi.

DVRITIA. Quod duritia obſtinationis eſt quãdo quis bonitatem Dei contemnens vſque ad mortẽ in peccatis perdurat, 93.diſt.diaconi ſunt, in fi.
Quod duto collo ſtamus ſi ſpreta longa Dei pietate in peccatis vſque ad mortem perduramus, 93.diſt. diaconi ſunt, in fi.

De duritia require in aſperitate, in auſteritate, & correctione.

EBRIETAS. Quod ebrietas ĩ principio generis humani ante diluuium ignorabatur, 35.diſtin. ſexto die.
Quod ebrietas à Noe inuenta eſt, qui primam vineã plantauit, 35.diſt.6.die.
Quod ebrietas eſt fomes & nutrix omnium vitiorũ, 35.diſt.ante omnia, & 15.q.1.ſane.
Quod Loth quem Sodoma non vicit, vina vicerunt, 35.diſ.§.1.
Quod ebrietas ſuadet ad iurgia & maledicta, ſicut patet in Noe qui obiurgando filium eum maledixit, 35.diſt.ſexto die.
Quod tumultuoſa eſt ebrietas, 35.diſt.luxurioſa.
Quod vbi ebrietas, ibi libido, & furor, 35.diſtinctio. venter.
Quod ebrietas obcæcat conſcientiam, & ſepelit rationem, 15.q.1.ſane.
Quod proprium eſt ebrietatis fœmora denudare, & ad luxuriam incitare, 35.diſt.ſexto.
Quod ebriatas pronum facit ad promittendum, poſt triſtem ad exſoluendum. Exemplum de Herode, & Ioanne baptiſta, 22.q.3.vnuſquiſque.
Quod ebrietas excuſat culpam à tanto, ſed non à toto, 15.q.1.ſane, & c.inebriarunt.
Quod ebrietas aſſuefacta eſt mortale peccatum, 25.diſt.vnum, §.criminis appellatio, aliàs 35.diſtinct. epiſcopus.
Quod cum ebrioſis non ſolum cibus non eſt ſumẽdum, ſed etiam ſunt vitandi, 11.q.3.ad menſam.
Quod clerici quorũ ſenſus vigere debet, maxime ab ebrietate debent abſtinere, 35.diſt.§.1.& c.ſeq.
Quod epiſcopus aut preſbyter ebrioſus deponitur, inferiores clerici corona priuantur, 35.diſtin.epiſcopus.

ECCLESIA Quod eccleſia catholica dicitur fidelis multitudo fide & charitate vnita. 93.d.legimus. circa med. 1.q.1.multæ, in fi. 24.q.1.loquitur.
Quod omnes epiſcopi & omnes fideles ſunt vna eccleſia, 93.d.legimus, in fi.
Quod ipſa non ſolum ratione virginitatis, ſed etiam ratione omnium fidelium tota virgo dicitur, 27.q.1.nuptiarum, ante finem.
Quod ſponſa Chriſti dicitur pudica & incorrupta, quę adulterari non poteſt, 24.q.1.loquitur. in fine. & c. omnibus.
Quod ipſa habet veraciter dominica ſacramenta. 1.q.1.ex catholica, 24.q.1.quia ex ſola.
Quod extra eam ſalus non habetur, 24.qu.1.alienus, & c.quicunque, & c.quia ea.
Quod ſicut præciſus ramus ab arbore non viuit, ita præciſi ab eccleſia, 23.qu.4 ipſa pietas. Notent hoc membra arida per excommunicationem in contumacia obſtinata.
Quod ritus ipſius à ſcriptura & à traditione apoſtolica, & à conſuetudine ſancta pullulauerunt, 11.d.eccleſiaſticarum, & c.catholica.
Quod ſtatus eius alter fuit tempore apoſtolorum & martyrum, alter modo, 12.q.1.futuram, 23.q.4.non inuenitur, poſt prin.
Quod ipſa malos, quibus iuxta eſt, tanquam zizania in medio tritici æquanimiter tolerat, 12.q.1.exemplũ, 23.q.4.quantus, & cap.ſeq.& cap.quidam, de conſecra, diſt.4.eſt vnitas.
Quod ipſa propter malorum opera quæ ſunt in ipſa, ipelunca latronũ dicitur, 16.qu.7.& hoc circa me.
Quod licite poſſidet facultates temporales, quas non reputat proprias, ſed communes, 12.q.1.exemplũ, & c.ſeq.& c habebat.
Quod quandoque ſoluit ſæculari poteſtati tributa, 23.q.8.conuenior, & cap.tributum.
Quod ad principes ſpectat ſingulares ſchiſmaticos eccleſiæ comprimere, 23.q.5.non vos.
Quod eccleſia Romana mater eſt & caput omnium eccleſiarum, 12.diſt.cap.1.& ſeq.3.q.6. dudum.
Quod ipſa eſt prima ſedes non habens maculam, neque rugam, 21.diſt.quamuis.
Quod ipſa tãquam magiſtra eſt in omnibus ſequẽda. 11.diſt.quis, in fine. 12.diſt.cap.1.& ſequ.22. diſtin. omnes.
Quod ipſa eſt in ſpeculũ omnibus, 19 diſt.enim vero.
Quod qui derogando ei contra ipſam loquitur hæreticus reputatur, 22.diſtinct.omnes, Notẽt hoc peruerſi qui continuo ſacrilego ore eccleſiam lacerãt.
Quod ipſa habet plenitudinem poteſtatis, aliæ eccleſię vocatæ ſunt per ipſam in partem ſolicitudinis, 3.q.6, multum,
Quod ipſa à tramite apoſtolicæ traditionis nunquam errauit, 24.q.1.à recta. c.in fede. c.hæc eſt. & c. cum beatiſſimus.
Quod cuſtodit ſtatuta conciliorum quę ipſa confirmauit, 25.q.1.de conſe.diſt.1.baſilicas.
Quod ipſa ſtatuta conciliorum ſecundum euentum temporum vel in toto vel in parte mutat, 25.q.vlt. poſtea, § his ita.
Quod ſententias quandoque reuocat, quandoque in melius commutat, 35.q.9.ſententiam, & c.ſeq.
Quod ad Romanam eccleſiam omnibus ſine exceptione licet appellare, & ab ea nemini appellare permittitur, 2.q.6 & ad Romanam, & tribus cap.ſeq.9. quæſt.3.cuncta.
Quòd ipſa valet omnes iudicare, & de ea iudicare nulli permittitur. 9.q.3.epiſcopo. § ſola. 17.q.4.nemini.
Quod in dubiis & arduis ad ipſam eſt recurrendum. 11.diſt.palam. 12.diſt.præceptis.
Quod qui in eccleſia Romana ſacrum ordinem acceperit, ad ſeruiendum remanebit, 1.quæſt. 1. filium.

De hac materia require vbi agitur de Papa, & vbi agitur de Apoſtolica ſede.

Quod eccleſia materialis non debet conſtrui ſine cõſenſu epiſcopi, 16.q.1.quicunque, & q.5.lator, 18.q.2.quidam, de conſec.diſt.1.nemo.
Quod propter nullius ſomnia conſtruendæ ſunt eccleſiæ vel altaria, de conſec.diſt.1.placuit.
Quod propter nouarum eccleſiarum conſtructionẽ, priores eccleſiæ nõ debent decimas amittere, 16.q.1.quicunque.
Quod ſecundum exigentiam populi epiſcopus de eccleſiarũ pluralitate, & quantitate debet prouidere, de conſecrat.diſt.1.omnes baſilicæ.
Quod eccleſia maior debet habere 40. paſſus in circuitu, minor 30. 17.q.4, ſicut antiquitus.

Source : BIU Cujas

Quod consecrari debent à diœcesano, & nõ nisi prius dotentur, 16.q 7.præ. & duobus c.seq.
Quod pro consecratione ecclesiæ episcopus nil debet exquirere, 1.q.2.placuit.

De *consecratione plura inuenies in titulo consecrationis.*

Quod in ecclesijs nihil congruum vel inhonestum agi debet, 42.dist.nulli. & duobus c.seq. 16.q.7. & hoc diximus.
Quod ecclesiæ debent seruari mundæ, adeò vt resplẽdeant 86.dist.pulchra.
Quod ecclesiæ non debent transferri nisi tribus de causis, videlicet, ratione necessitatis, difficultatis, & grauaminis. de const.dist.1 tribus.
Quod non debent à laicis incastellari, 10.q.1. sanctorum.
Quod debent ecclesiæ ab episcopis annuis vicibus visitari, & indigentes reparatione ipsius sollicitudine debent reparari. 10.q.1. decreuimus, & duobus c. seq.
Quod ecclesia materialis tunc honoratur, quando cõfugientibus ad ipsam immunitas obseruatur, 17. q.4.reum
Quod reus ad ecclesiam confugiens non restituitur nisi de securitate vitæ membrorum recepta cautione. 17.q.4.reum. 23.q.5.reos. 36.q. 1. de raptorib.
Quod seruus ad ecclesiam confugiens redditur cum cautione. 17.q 4.metuentes. & c. id constituimus.
Quod præter publicum latronem nullus trahi debet de ecclesia. 17.q.4.sicut.
Quod ille etiam frustra implorat ecclesiæ auxilium, qui in ipsam deliquit. 17.q.4.ad episcopos.
Quod confugienti ad ecclesias licet exire ad 30. passus ad requisita naturæ. 17.q.4 d finiuit.
Quod violatores ecclesiasticæ immunitatis puniuntur excommunicatione, & pœna pecuniaria. 17. q. 4 sicut antiquitus, & quinque c.seq & c. nullus. cũ pluribus ièq.
Quod mulier eadem hora qua genuit, & qua hora patitur mestrua, ecclesiam intrare non est prohibenda. 5 dist cũ enixa. §. nam si mulier. & c.ad eius verò.
Quod ecclesia materialis ad exemplar triumphalis ecclesiæ decoratur officiorum ac ministrorum sibi subseruientium diuersitate. 89.dist.ad hoc, & c. singula.
De diuersitate ministrorum ecclesię ac officiorum eorum. 25.dist.perlectis.
Quod quicunque de ministris ecclesiæ, siue sit episcopus, siue alter, per laicum intrat ecclesiam tanquam sacrilegus debet deponi. 16.q.7. si quis deinceps, & 12.c.seq.
Quod vna ecclesia non debet habere duos pastores, 7.q 1. in apibus. 16 q 7. si plures.
Quod vbi duos rectores sunt in vna ecclesia, non est ipousa sed scortum. 21.q.2. sicut.
Quod duo parioni vnius ecclesiæ compellendi sunt ad vnum presbyterum habẽdum, 16 q 7 si plures.
Quod vno rectore ecclesiæ viuente alter non substituitur. 7.q.1. in apibus. § seq.
Quod sicut inter virum & mulierem est inseparabile matrimonium, sic est spirituale inter ecclesiam, & ipsius rectorem, 7.q.1. sicut alterius.
Quod qui beneficiatus est in ecclesia, tenetur officia re eam. 10.q.3. vnio.
Quod nullus debet esse præbendatus in duabus ecclesijs nisi ex dispensatione, 70. dist sanctorum, 10. q.3. vnio, in fin. 21.q.1.c.1.
Quod incongruum est quòd cum officium vnum prosui magnitudine diligenter quis non potest explere, ad duo videatur idoneus, 16.q.1 presbyteros.
Quod nullus presbyter debet habere duas ecclesias, 16.q.7. per laicos.
Quod cadit à priori ecclesia qui sede altera intromisit. 12.q.2.placuit.
Quod vnus potest habere plures ecclesias, vnam intitulatam, & aliam commendatã, 21.q.1.qui plures.
Quod quis potest habere duas ex priuilegio, 16.q.1. & temporis, 12.q.1 relatio clericorum.
Item possunt habere duas propter multitudinem ecclesiarum, & paucitatem clericorum, 21 q.1.c.1.in fi. 55.dist.priscis.
Item possunt haberi duæ propter paucitatem parochianorum, vt si pauciores essent quàm decem homines, 10.q.3.vnio.
Quod in parochiali ecclesia inuestiri debet presbyter per episcopum, 16.q.2.sanè. in fi. & q.7 si plures, §. vt ergo,
Quod pastor non est qui sine consensu episcopi gubernat ecclesiam, 16.q.7.nullus omnino, & c.laicis, & c.seq.
Quod sacerdos non potest dimittere ecclesiam sibi cõmissam sine consensu episcopi, 71. dist.clericos.
Quod ecclesiæ cõductitijs presbyteris sub annuo cẽsu sunt committendæ, 21 q.2 præcipimus
Quod præsumitur ecclesia ecclesiæ subiecta, si solnat ei cathedraticum, 10.q.3.illud magnitudinem.
Item si in eius territorio est sita, 16.q. 7.oẽs basilicæ.
Item si decimam, vel quartam in eadem percipit, 10. q 3. priscis, & c.seq.
Item si ab ea pro officio conuiuium accipit, 10. q.3. illud magnitudinem.
Item si eius infantes baptizauerit, 10. q.3. relatum.
Item si aliquando sententia lata ab ea in aliquem illius ecclesiæ seruata fuerit. 9 q.2.c.1.
Item si mortuos eius sepelierit. 23.q 5 placuit.
DE REBVS ECCLESIÆ. Quod ecclesiæ vestimenta sacrata, & vasa vetustate consumpta debent exuri, & pulueres in baptisterio, vel alio loco vbi pedibus non possunt conculcari, sunt ponendi, de const.dist.1.altaris.
Quod ligna ecclesiæ non vsibus laicorum, sed religiosorũ possunt adaptari, vel exuri, de const.dist.1.ligna.
Quod vestes sacræ & vasa nec mortuis, neque viuis sæcularibus sunt commodandæ, de const.dist.1. nemo per ignorantiam, & duobus c.seq.
Quod vestes sacræ & vasa nec contingi, nec lauari debent per laicos, sed per clericos, & in specialibus vasis. de const.dist.1.nemo per ignorantiam, & c.seq. 4.dist omnis presbyter.
Quod sicut anima sine corpore nõ viuit corporaliter sic & ecclesia sine temporalibus in nullo proficit, 1.q 3.si quis obiecerit.
Quod res ecclesiæ diligenter sunt seruandæ, & per episcopos inter pauperes clericos sunt dispensandæ, 10.q.1.quęcũque, & q 2.c.1. 12.q.1.expedit, vsque in finem quæstionis, & q 2.placuit.
Quod pro earum conseruatione œconomus est habẽdus, 89.dist.qui, & c.seq. 12.q.2.vobis.
Quod sunt expendendæ pro indigentia pauperum. & redemptione captiuorum, 12.q.4.res. & quatuor c. seq 22.q.4.episcopus.
Quod res ecclesię sunt per episcopum in quatuor, vel tres partes diuidendæ, ita vt vna pars sit pro fabrica ecclesiæ, secunda pars episcopi, tertia clericorũ obsequentium ecclesiæ, quarta pro pauperibus, & peregrinis debet obseruari, 12.q.2.vobis, & c. concessio, & quatuor c.seq. 16. q. 1. cõstitutũ, c.ad hoc.
Quod cauetur ecclesiæ quantum ad res in episcoporum promotione, 18 dist.de Syracusanæ.
Item in clericorum & religiosorum prouisione, 12.q. 2. statuimus, & duobus c.seq. c.sæpè, & duobus c. seq. 16.q.1. possessiones.
Item nouarum ecclesiarum constructione, 16.q.1. si quis laicus, & duobus c.seq.
Quod non debent res ecclesiæ illicitè alienari, 12.q. 2. nulli liceat, & c. diaconi, & duobus c.seq.
Quod episcopo de rebus ecclesiæ & prędialib. sine cõsensu clericorum non licet vendere, 12.q.2. placuit.
Quod episcopus de censibus ecclesiæ quinquagesimã monasteriorum cõstructione & aliarum ecclesiarũ regulariũ centesimã potest dare, 12.q.2. bonæ rei.
Quod res minores potest per se episcopus alienare, 12.q.2.terrulas.
Quod episcopus res ecclesiæ illicitè suis propinquis non debet committere, 89.dist.dicentes, 10.q.2.episcopus.
Quod nec laicis nec sæcularibus sunt committendæ personis, 89.dist indicatum.
Quod non licet abbatibus & alijs personis sine consensu episcopi rese ecclesię alienare, 18.q.2. abbatib.
Quod res ecclesiæ nõvi manuum, sed iudiciõ sunt repetendæ, 16.q.6.consuetudo.
Quod res ecclesię alienatæ malè ipso iure sunt reuocatæ, 11.q.2 monemus, c.quisquis, & c.vobis.
Item debent restitui, 12.q.2. Augustino, & duob. c.seq. c.in legibus, & c.statuimus, & quatuor c.seq.
Quod contractus indebiti, & scripturæ factæ de rebº ecclesiæ rescinduntur, 12.q.2.apostolicos, 15. q.6. auctoritatem, 15.q. 1.si quis laicus.
Quod prælatus alienans res ecclesiæ indebitè, tanquam dilapidator deponitur, 10.q 2.quis, 12.q.2. apostolicos, c.monemus, & c.seq.
Quod minores prælati excommunicantur, 12.q.statuimus, & c.seq.
Quod inuasor ecclesiæ vel defraudator à Christo iudice homicida iudicabitur, 12.q.2.qui Christi.
Itẽ sacrilegus iudicat', 12.q.2.nulli liceat, & c.idigne.
Quod septena pœnitentia puniãtur qui res ecclesiæ diripiunt, 16.q.1.similiter.

De hac materia habes vbi agitur suprà de Alienatione.

EDICTVM. Quod edictum est quod vt teneatur Rex vel Imperator edidit, 2.dist constitutio.
ELEEMOSYNA. Quod eleemosynæ tria sunt genera, videlicet dare egenti, dimittere lędenti, & corrigere delinquentem, 45.dist tria, & c seq.
Quod eleemosynæ datio, quæ in pauperes exercetur, beatificatur, 41 d.s. parsimoniam.
Quod Deus in eleemosyna plus pensat animũ benignum quàm datum, 42.dist.quiescamus, in fin. 45. dist duę. 3 q.7.in grauibus, de pœn.dist.5.§. dolendum, post med.
Quod facta eleemosyna ex fide, causa, loco & tempore commendatur, 86 dist.non satis.
Quod eleemosyna habet promissionem præsentis vitæ & futuræ, 42.dist.§.1. 3, q.5. secundum, in fin.
Quod plerunque ex Dei ira, mũdus, fame, & penuria premitur quia pauperibus eleemosynæ subtrahuntur, 16.q.1, reuertimini. circa med.
Quod Deo nõ placet eleemosyna cum scelere mista, 14.q 5. scriptum.
Quod nemo de eleemosyna facienda excusatur, 36.d. in singulis.
Quod prælatis non prodest lectio & oratio nisi adsit eleemosynæ largitio, 86.dist.fratrem.
Quod diuites ieiunia quæ nõ possunt seruare, eleemosynis debent recompensare, 41.dist.non cogantur.
Quod qui sua timidè conseruando eleemosynã procrastinat, aliena nunquam fideliter sparget, 12.q.2. gloria episcopi. §. Socrates
Quod eleemosyna nõ debet fieri de male acquisitis. 1.quæsti.1.non est putanda, 14 quę.5. per totum.
Quod de turpi lucro cuius non competit repetitio, potest fieri eleemosyna, 14 q 5. qui habetis, & c.seq.
Quod eleemosyna cõsanguineis & propinquis citius est danda quàm alijs, tamen cum prudentia, 86. dist fratrem, §. in ipsa, & c.in singulis.
Quod in necessitate primum est danda iustis, demum peccatoribus, non quia peccatores, sed quia homines, 36, dist.fratrem, § in ipsa.
Quod qui fame morientem pascere potuit & noluit, ipsum occidit, 86 dist. pasce.
Quod qui negant eleemosynam fugientibus, & necessitatem patientibus, ipsum Christum, qui est miseri cordia, negant, 7.q 1. omnis qui.
Quod minus peccatum est auferri habenti, quàm denegare indigenti, 47.dist.sicut 2.
Quod non sunt examinandi petentes eleemosynam vel hospitium, 42.dist.quiescamus.
Quod pauperibus vel peregrinis dare delicatam eleemosynam vel superfluam peccatum est, 25. distin. vnum, §. alias, 86.dist.pulchra. circa medium, 41.d. non cogantur.
Quod nou vni omnia, sed diuersis secundum exigentiam personarum distribuenda est eleemosyna, 86. dist.fratrem, & cap dominus.
Quod malo homini tutius eleemosyna subtrahitur, si de cibo securus iustitiam negligit, 5.quæst. quinta, non omnis.
Quod eleemosyna vtiliter datur pro defunctis, 13.q. 2.non existimemus, & cap.animæ, & cap. tempus, 24.q.2.sane quod, 26 q.7.ab infirmis, de pœn.dist. 6.§.1 ante medium.
ELECTIO. Quod electio spectat ad collegium, etiam si duo vel tres fuerint in congregatione, 63. dist.Hadrianus. & cap.nosse. & cap.non licet, §.his, 6.q.7.cap.vlt. 18.quæ.2. & ca.abbatem, & duobus cap.sequen.
Quod electio ab hæreticis facta non valet. 9. quęsti. 1.nos.
Quod electio non debet fieri nisi post tertium diem sepulturæ, siue Papæ, siue alterius prælati defuncti, 89.dist.nullus pontifice.
Quod electio clandestina omnino reprobatur, 79. di. si quis.
Quod electio potius debet fieri de gremio, quàm de extraneis, 61.distinct nec emeritis. & quatuor cap. seq. 18 quæst.2.abbatem monasterio, & ca.seq. & c. abbas.
Quod si de gremio non potest eligi, tunc primum de eiusdem ciuitatis clericis, & tandem de tota diœcesi electio debet fieri. 61. distinctione nullus, & 63. distinctione, sacrorum.
Quod electio prælati ex certa causa potest fieri extra cathedralem ecclesiam vel ciuitatem, 23. distinct. in nomine, 63.distinctione, quanto, 79.distinctione, si quis pecunia.
Quod in electionibus consideranda est maior dignitas vel grauitas personarum, & bonus zelus, 19. di. in canonicis.
Quod in electione habendus est consensus electi. 7. q.1.sicut alterius.
Quod nullus propriam vtilitatem, sed communem debet prospicere, 8.q.2.dilectissimi.
Quod in electione non debent intervenire munera vel patrocinia laicorum. 8. quæstione 2. illud.
Quod electioni prælati non debent se ingerere principes vel quicumque laici. 61.distinctione. capitul. nullus.
Quod electio prælati debet fieri cum concilio religiosorum ibidem assidentium, 63 distinctione sacrorum, §. ex his, & cap.obeuntibus, 79. distinct. §. 1. & c.seq.
Quod cum in duos diuiditur æqualiter electio, melior & vtilior est præponendus, 63. distin. si fortè.
Quod electio post publicationem ab eligentibus non potest nisi per superiorem mutari, 61 distinct. episcopus, 7.quæstio. 1. qualiter, in fin. 8.qu. 3. talia.
Quod electio non vitiatur, si ignorante electo pecunia datur, 1.q 6.§. vlt.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod non est confirmanda antequam diligenter discutiatur electi conditio, 61. di. miramur, 85. di. archidiaconum Florentinum, 1. q. 6. ego, 38. dist. oēs.
Quod electio ex elatione auide non est suscipienda nec ex desidia respuenda, 16. q 1. vos autem.
Quod electione celebrata cōsensus principis est requirendus, 63. dist Reatina.
Quod in electione prælatorum vocatur populus non ad eligendū, sed ad consentiendum, 63. dist. nosse.
Quod electionem papæ licet dominus sacerdotibus contulerit, sibi tamen specialiter reseruauit, 79. distin. c. vlt.
Quod olim electiones Romanorum Pontificum propter schismaticorum, & hæreticorum dissentiones fuerunt Imperatoribus traditæ, 63. dist. vota, §. principibus.
Quod Hadrianus Papa, & Leo in concilio tradiderūt Carolo Imperatori potestatem eligendi summum Pontificem, & inuestituras episcoporum, 63. distin. Hadrianus.
Item Leo papa octauus propter insolentiā Romanorum, quam exercebant circa electionē papæ, Ottoni primo Imperatori confirmauit, & suis successoribus electionem Papæ, & inuestituras episcoporum, 63. dist. in synodo, & c. cum longe, §. electiones.
Quod tunc electus in Romanum Pontificem non consecrabatur, nisi primum decretum Imperatori præsentaretur, & consensus haberetur, 63. dist. Agatho, & sex c. seq.
Quod Lodouicus Imperator, & primus Henricus, & primus Otto renunciauerunt priuilegio super prouisione papæ, volentes vt canonicè eligeretur à Romanis, 73. dist. sacrorum, §. ex his.
Quod qualiter, & à quibus debet fieri electio papalis, habetur, 23. dist. in nomine, 79. dist. per totum, 7. q. 1. factus.
Quod nemo eligendus est in papam pecunia aut gratia humana, aut militari tumultu, 79. dist. si quis pecunia.
Quod electus canonicè in Papam ante consecrationem habet plenitudinem potestatis, 23. dist. in nomine. post med. 79. dist. si quis pecunia.
Quod ille qui non canonicè electum gerit se pro papa, non apostolicus, sed apostaticus dicitur, 79. dist. si quis apostolicæ, & c. si duo, §. hoc autem, & c. seq.
Quod Cardinalibus, & alijs clericis, & etiam laicis cōceditur apostaticum Papam anathematizare, 79. dist. si quis pecunia.
Quod in electione metropolitani omnes prouinciales episcopi debēt interesse, 63. dist. Metropolitano.
Quod nemo in prælatum seipsum eligere potest, 24. q. 1. didicimus, 8. q. 1. in scripturis, & c. si ergo.
Quod in prælatum eligi debet magis idoneus, non cō sanguineus vel amicus, 8. q. 1. Moses, & trib⁹ c. seq.
Quod si ad sæcularia officia sumendi diligenter examinantur, multo fortius examinentur qui ad præla turas assumuntur, 59. dist. si officia.
Quod propter malitiam tēporis aut tumultum popularem indignus nō est eligendus, 61. dist. miramur.
Quod eligendus in episcopum longa probatione debet vitam suam notificare, 61. dist. in sacerdotibus, 8. q 1. oportet.
Quod in prælatum nō debet eligi aliquis criminosus, 25. dist. primum, 6. q. 1. c. 1.
Item nec ille qui de incontinentia notatus est, 28. dist. priusquam, & c. de Syracusanæ.
Item nec ille cuius vxor, & filij adhuc sunt super terrā, 61. dist. Catinensis.
Item nec nimium simplex vel vsurarius, 46. distinctione de Petro.
Item nec ille qui non est in sacris, 60. dist. c. vlt. & 61. dist. §. 1.
Quod antiquitus subdiaconus, quia tunc non reputabatur sacerdos non eligebatur in episcopum nisi necessitate cogente, 28. dist. de Syracusanæ, §. ecce, 40. dist. c. vlt. & vide ibi notata.
Quod nouus in religione non statim debet eligi in prælatum, 16. q. 1. si clericatus, 19. q. 3. monasterijs.
Quod videtur quòd exemplo Petri eligendus potius est in prælatum qui post casum pœnituit, quàm qui nunquam cecidit, quia talis per casum suum aliorū infirmitatibus compati nouit, 50. dist. considerandū, & c. seq.
Quod laici in prælatos non possunt eligi, nec religiosis sunt præficiendi, 61. di. statuimus, § his omnibus. 19. q. 3. monasterijs.
Quod electus in episcopum per suum metropolitanū præsentibus suffraganeis episcopis debet ordinari, 24. dist. episcopi.
Quod electus in episcopum intra tres menses debet consecrari, 75. dist quoniam quidam, 63. dist. obeūtibus, 50. dist. postquam.
Quod metropolitanus debet illi ecclesiæ prouidere cuius electus intra quinque menses negligit consecrari, 10. dist. quoniam quidam, in fi.
Quod clericus infamatus antequam consecretur debet se expurgare, 23. dist. illud.
Quod electus per consensum sponsus ecclesiæ efficitur, 7. q. 1. sicut alterius.
Quod electus cassatur propter auaritiam, & psalmorū imperitiam, 85. dist. archi. Flo.
Quod electus qui teste prole longam continētiam cō uincitur non habere, cassatur, 28. dist. priusquam.
Quod si post electionem quis iuret seruare statuta ecclesiæ & alia, non est simoniacus, 8. q. 3. per totum.
Quod differens consecrare electum cōpelli debet per superiorem, 9. q. 3 nunc vero, 8. q 3. Artaldus.
Quod vbi bona mista sunt malis, naso discretionis virtutes debemus eligere, vitia reprobare, 49. dist. hinc etenim, §. paruo.
Quod inter duo mala id debemus eligere quod minori nexu nosci tur obligari, 13. dist. duo, & c. nerui, 22. q. 4. si aliquid, & c. seq.
Quod sicut homo necessitate compulsus ibi se præcipitat vbi breuior murus ingeritur, sic inter ineuitabilia peccata minora semper eligantur, 13. dist. nerui, ante fin.
Quod inter duo bona maius bonum mediocri bono est præferendum, de conse. dist. 5. non mediocriter.
EMPHYTEVSIS. Quod emphyteusis quæ in Græco dicitur locatio. in rebus ecclesiæ in casu permittitur, 10. q. 2. casella, §. hoc ius.
Quod vbi absolutè periculum de rebus ecclesiæ timetur, prohibetur, 12. q. 2. apostolicos.

De *hac materia habes vbi agitur de Precariis.*

DE STATV EPISCOPI. Quod episcopus, sicut dicit Augustinus, nomen est operis, nō honoris, 8. q. 1. qui episcopatum.
Quod episcopus qui Græcè dicitur superintendens, debet illis superintendere quibus præficitur, 8. q. 1. qui episcopatum, 21. dist. cleros.
Quod ordo episcopalis quadripartitur, videlicet in patriarchas, archiepiscopos, metropolitanos, & episcopos, 21. dist. cleros.
Quod episcopi in locum apostolorum surrexerunt, & tenent vices eorum, 31. dist. in nouo, 35. dist. ecclesię. 78. dist. quorum vices.
Quod episcopi nō sunt qui minus quàm à tribus sunt consecrati, 68. distin. chorepiscopi, §. quodautem.
Quod viuenti episcopo alter non substituitur temerariè, & si substituitur, ab oī ministerio ecclesiastico destituitur, 1. q. 1. in primis, post med. 3. q. 6. accusatus, & c. dudum, 7. q. 1. factus, & pluribus c. seq.
Quod intrusus per laicam potestatem à principalibus episcopis non est recipiendus, 63. dist. si per ordinationem.
Quod inconsulto Romano pontifice nemo potest episcopum deponere, 3. q. 6. accusatus, & c. seq.
Quod nulli episcopo licet sine consensu Romani pontificis suam ecclesiam relinquere, vel ad aliam transire, 7. q. 1. non oportet, & multis c. seq vsque ad finem quæstionis.
Quod exigente vtilitate vel necessitate auctoritate apostolica de sede ad sedem mutari possunt episcopi, 7. q. 1. mutationes, & duobus c. seq.
Quod episcopus propter infirmitatem vel senium nō destituitur, sed datur ei coadiutor, 7. q. 1. scripsit, vsque ad c. sicut vir, §. ecce, & c. qualiter, & c quāuis sit.
Quod episcopus quandoque ad propriam instāt ā absolui tur ab episcopatu, 7. q. 1. nihil, §. ecce, & c. qualiter, & c. quamuis.
Quod neophitus prohibetur promoueri in episcopū propter inconuenientiam vitæ, quæ contrariatur officio pontificali, 48. dist prohibetur.
Quod episcopus debet esse sine crimine, vt alios possit liberius arguere, 25. dist. primum.
Quod criminosus episcopus magis est dicendus canis impudicus quàm episcopus, 2. q. 7. qui nec.
Quod non omnis episcopus qui dicit, Pax vobis, est sicut columba, sed potius sicut coruus audiendus, 2. q 7. non omnis.
Quod episcopi debeant esse ætate antiqui, fide integri in pressura probati, & qui magis velint rerum suarū proscriptionem pati, quàm ecclesiam suam deserere, 7. q. 1. Nouatianus.
Quod episcopus propter aduersitatem non debet gregem relinquere, 7. quæst. 1. suggestum, & duobus c. seq.
Quod episcopo non licet monachum fieri sine cōsensu papæ, 7. q. 1. temporis, §. item.
Quod episcopus intrans religionē non resumitur ad episcopatum, 7. q. 1. hoc, & c. seq.
Quod quandoque sub nomine presbyteri episcopi designantur, 93. dist. legimus, in fi. 95 dist. ecce ego, ante finem.
Quod episcopi debent se scire presbyteros, non dominos, nec debent in clero dominari, 95. dist. esto, & tribus c. seq.
Quod episcopi nouerint se magis cōsuetudine, quàm dispēsatione maiores presbyteris, 95. dist. olim, in fi. & duobus c. seq.
Quod episcopus in ecclesia sit sublimior, in domo sit collega sacerdotum. 95. dist. episcopus in ecclesia.
Quod episcopus sedente presbyterum non permittat stare. dist. 95. episcopus in quolibet.
Quod episcopo non sufficit æqualem cum subditis gerere vitā: sed sicut est honore super illos: sic & vita debet esse præstantior, 8. quæst. 1. nec. sufficere.
Quod episcopus in eo quod alijs præficitur, non debet se præsumere alijs sanctiorem, 8. q. 1. illud inferendum.
Quod plus laudatur patiētia episcopi in aduersitate quàm quies in religione, 7 q. 1. suggestum.
Quod episcopus debet habere maturos viros tam ex clericis quàm ex religiosis, tā in cubiculo quàm in monasterio socios propter bonum testimonium, 2. q. 7. cum pastoris & duobus cap. seq. de conse. dist. 1. episcopus deo. & c. seq.
Quod domus episcopi debet esse circa ecclesiam, vt aptior sit contemplationi, 41. dist. episcopus.
Quod episcopus in mensa non debet resplendere vasis aureis, & argenteis, sed fidei meritis, 41 di. episc.
Quod in mensa episcopi non debent esse fabulæ, sed lectio sacræ scripturæ, 14. distinct. pro reuerentia.
Quod non licet episcopo intendere venationi, nec cō sanguinearum familiaritati, 34 distin. quorundam.
Quod primitiua ecclesia propter paupertatem accipiebant medietatem oblationum, 10 q. 1. antiquos. Post successiuè tertiam partem. 10. quæstione, de his. Tandem habuerunt quartam, 12. q. 2. quatuor. Modo verò de oblationibus nihil debent habere, sed alijs contenti esse, 10. q. 3. placuit.
Quod episcopus in multis debet requirere cōsilium clericorum, videlicet in facienda clericorum ordinatione, 24. dist. episcopus fine,
Item in causarū diffinitione, 15. quæstione, 7. si quid. & capitulo episcopus nullius, 86. distin. si quidem.
Item in ecclesiasticarum rerum alienatione, 12. q. 2. sine exceptione.
Item in dignitatū collatione, 93. dist. legimus, 12. q. 1. alienationes.
Item ecclesiasticarum rerum dispensatione, 12. q. 1. episcopus ecclesiasticarum.

De *Monachis & religiosis episcopis factis. qualiter debeant se habere, habes vbi agitur de Monachis.*

DE POSTESTATE EPISCOPI. quod sine licentia episcopi nullus presbyter in sua diœcesi potest missam cantare vel baptizare, vel aliud consimile facere, 16. q 1. cunctis, & c. multis.
Quod sine consensu eius non debet ædificari monasterium vel oratorium, 18. q. 2. quidam, & cap. seq.
Quod iurisdictionem habet in religiosorum monaste rijs, 18 q. 2. c. 1.
Quod presbyteri & clerici religiosi suæ diœcesis ipsius subiacent potestati. 18. q 2. quidam.
Quod episcopi est, in omnibus parochialib⁹ ecclesijs presbyteros inuestire, 16. q 7. sane. & ca. nullus. & c. constitutiones, & duobus c. seq.
Quod episcopi est monialibus & aliis religiosis fœminis prælatum præficere cum diligenti ipsius examinatione, 18. q. 2. qui religiosis, & duobus c. seq.
Quod iudices vel officiales Papæ de iurisdictione episcopi ideo se non debent intromittere ne ecclesiasticus ordo confundatur, 11. q. 1. peruenit.
Quod episcopus omnem principem excommunicare potest, 11. q. 3. si autem.
Quod potest falsarium Papæ cuiuscunque ordinis sit vsque ad mandatum domini Papæ incarcerare, 19. dist. in memoriam.
Quod non potest episcopus in aliena diœcesi sine cō sensu diœcesani pontificalia exercere. 92. disti. non liceat, §. de episcopis, & quinque c. seq.
Quod nolens episcopus ire ad ecclesiam suam, potest cogi per concilium prouinciale, 92. dist. si quis episcopus.
Quod episcopus solus sacerdoti honorē dare potest. solus auferre non potest, 67. dist. episcopus, 15. q. 7. fœlix, & c. seq.
Quod auctoritate episcopi prælati inferiores possunt ad alias ecclesias trāsferri, 7. q. 1. episcopus de loco.
Quod accusati episcopi causam archiepiscopus cum suffraganeis perquirere potest, sed sine Papa determinare non potest, 3. q. c. accusatus.
Quod cum multa discussione contra episcopum debet proferri iudicium, 2. qu. 7. accusatio quoque, & quinque c. seq.
Quod episcopi sunt oculi Dei: ideo à subditis non sunt iudicandi 6. q. 1. oues.
Quod episcopum subditi nec arguere nec accusare possunt, 2. q. 7 oues, & duobus c. seq.
Quod episcopus inutilis est deponendus, nec est ei dandus coadiutor, 15. q. 6. alius, § quod etiam.
Quod sine licentia sui episcopi clerici non debent peregrinari, de conse. dist. 5. non oportet.

Source : BIU Cujas

Quod episcopus alterius diœcesis clericum nec recipere nec ordinare potest sine consensu sui episcopi, & litteris dimissorijs, 71.dist. per totum, 9 q.2.per totum.

Quod an episcopus potest compellere aliquem clericum ad suscipiendum ordinem vel dignitatem, 74. dist per totum.

Quod clericus non tenetur episcopo seruire in opere seruili, 10.q. 3 placuit.

Quod episcopus de consensu cleticorum potest diuidere parochiales ecclesias & vnire, 16. q 1.præcipimus.§.sicut.

Quod episcopus in dando ecclesiam debet requirere cõsensum patroni, 16.q.7.filijs vel nepotibus, & c. monasterium,& c.seq.

Quod episcopus inconsulto papa ad bellum non debet proficisci, 23.q 8.quo ausu.

Quod eo die quo episcopus celebrauit in eodem altari sacerdos non debet celebrare, de cons.dist.2.c.vlt.

Quod presente episcopo sacerdos nisi de suo mandato non debet benedicere nec signare, de conse. dist. 1. cum ad.

Vtrum potest episcopus successorem sibi ex testamento instituere, 7.q. 1.petisti.

Quod de rebus proprijs vel acquisitis potest episcopus testamentum facere, de alijs verò non, quia cedunt ecclesiæ, 12 q.1.episcopi,& c.seq.& q.3.pontifices,& q.5. per totum.

Quod morientis episcopi res pro futuro pontifice conseruari debent, ditipientes illas anathema incurrũt, 12.q. 2.hæc huius,& c.non liceat charitatẽ, & c.de laicis illud.

Quod duo episcopatus per papam in vnum coniungũtur, 16. q 1.postquam.

Quod in duos per eundem diuiditur, 16.q.1.præcipimus,§.sicut.

DE OFFICIO EPISCOPI. Quod officiũ episcopi est virgines, altaria, & ecclesias consecrare, chrisma conficere, & cum ipso confirmare, 68. dist.quàmuis.

Quod ideo inungitur episcopus, vt procurator animarum & distributor spiritualium existat, 11. q.1.clericum, §.ex his omnibus.

Quod episcopus debet esse sciens & doctus, qui alios tenetur docere, 86 dist.§.1.36. dist. qui ecclesiasticis,& c.si quis.

Quod multa sunt, quæ episcopus tenetur scire, 38. dist.omnes.

Quod nullus episcopus propter opprobrium senectutis vel nobilitatem generis etiã à minus peritis discere negligat, 38.dist.nullus episcopus, 14.q.3.si habes, circa med.

Quod episcopo non sufficit innocens vita nisi adsit, & doctrina, 43.dist.§.1.& c.seq.

Quod episcopus debet docere populum sacram scripturam, non grammaticam, vel philosophiam, 86. dist.cum multa, 38.dist.ignorantia.

Quod episcopus debet intendere lectioni, & orationi,& prædicationi, 88.dist.episcopus nullam, 3.q 1.

Quod episcopo non sufficit lectio vel oratio nisi adsit eleemosynæ largitio, 86.dist.fratrem.

Quod officium episcopi est discordantes concordare. 90.dist.per totum.

Quod episcopus vigilanter & solicitè debet regere sibi commissos, 100.dist.rationis, 7.q 1. suggeitum.& c.seq.

Quod ibi non licet aliquem proprijs manibus cedere vel flagellare, 86.dist.non liceat.

Quod non debet prælatus petere veniam à subditis, 86.dist.quando necessitas.

Quod episcopi est locum assignare degradato in quo pœniteat, 81.dist.sacerdos.

Quod episcopus in ordinatione clericorum statuta cõciliorũ debet ordinandis pronuntiare, 38.di.placuit.

Quod episcopi est etiam ordinare vt in ecclesiis baptismalibus sint doctores & magistri, qui pueros in liberalibus,& in alijs vtilibus doceant, 37.di. de quibusdam.

Quod inter ecclesiam & episcopum est spirituale matrimonium, 7.q.1 sicut alterius.

Quod episcopus possidet res ecclesiæ ad dispensandũ non ad inuiscandum, 12.q.1.episcopus,& c.expetit, & c.res ecclesiæ, cum duobus c.seq.

Quod ipse debet occupationes sæculares abijcere, ne præfocatus curis negotiorũ Dei verbo non possit vacare, 11 q.1.te quidem.

Quod non debet esse aduocatus vel tutor, 88.dist.episcopus tuitionem, & quatuor c.seq.11.q 1.te quidẽ.

Quod nec per se, nec per laicum sed per œconomum clericum debet temporalia gerere, 16. q.7. quoniã in quibusdam, c.seq 88.dist.volumus,& tribus c.seq. 8.q.1.si Petrus.

Quod officia canonica non debent propinquis cõmittere, 89.dist decenter.

Quod episcopus debet esse hospitalis, 42.dist.§.hospitalem, vbi decem causæ hospitalitatis tanguntur.

Quod de rebus ecclesiæ debet primum sibi postea misistris, demum alijs fidelibus prouidere, 12. q.1. nulli episcoporum.

Quod episcopus non debet in suam, vel suorum proprietatem conuertere res ecclesiæ, 12.q.1.res ecclesiæ.

Quod raptores rerum episcopi debent excommunicari, sicut raptores rerum ecclesiasticarum, 2.q.7.ac cusatoquoque, 16.q.1.similiter.

Quod reddatur episcopo ratio de rebus ecclesiæ, 10. q 3 c.1.

Quod episcopus debet pauperibus & oppressis prouidere solicitè,& eos defendere, 82.di. episcopus, 84. dist.pernenit, 86 dist.fratrem, 87 dist. per totum, 12. q.1.videntes,& c.ex his,& duobus c.seq.

Quod nihil est laboriosius & periculosius officio episcopi, sed nihil beatius apud Deum si bene agatur, 40.dist.ante omnia.

De episcopi electione vel de electo, habes in titulo de electione.

Et de consecratione episcopi habes in titulo consecrationis.

Et de dispensatione in titulo dispensationis.

Et si qua sunt talia, in suis titulis inuenies.

De episcoporum sede vbi agitur de sedibus.

Quod chorepiscopi officium in plurib⁹ cum officio episcopi conueniebat, 68.dist.quamuis.

Quod quia in præiudicium episcoporum fuit illud officium est ab ecclesia extirpatum, 68.dist. chorepiscopi.

ERMAPHRODITVS. Quod ermaphroditus habens vtrumque sexum an ad testimonium adhiberi possit, qualitas sexus incalescentis demonstrabit, quia si calore prædominante proviro se gesserit, recipitur in testem, alias non. 4 q.3.c.1.post med.

Quod ermaphroditus inter infames ponitur, & non potest esse aduocatus, 3.q.7.infames.§.item, in digesto.

ERROR. Quod error cui non resistitur approbatur, 83.dist.error.

Quod errare est aliud pro alio putare, 22.q. 5. in quibus 38 dist.quamuis.

Quod non est consequens vt erret continuo quisquis aliquid nescit, sed si quis existimat se scire quod nescit, 38.dist.quamuis.

Quod non mediocriter errat qui magno bono mediocre bonum præfert, de cons.dist 5.non mediocriter.

Quod errorem suum licet cuilibet corrigere, & illicite cõmissa in melius reuocare, 35.q.9.loci,& §.seq.

Quor error fortunæ,& qualitatis coniugium non excludit, error vero personæ & conditionis excludit, 29.q.1.per totum.

ESAV. Quod Esau lenticulam nimium appetens ponitur in exemplum quòd non cibus, sed auiditas cibi imputatur, 41.dist quisquis,& c.seq.

Quod multi de semine Esau saluati sunt, 1.q. 4. ecclesia, quæ,§.his ita, in fi.

ÆTAS. Quod ætas certa & à canone examinata seruanda est in omnibus clericis ordinandis, 77. dist. per totum.

Quod ante 25.annum ætatis, nec diaconus debet ordinari, nec virgo in monacham consecrari, 2.q.1. placuit.

Quod puella intra, 12.annum ætatis suæ, & masculus intra, 14.ad religionem non obligatur, 20.q. 1.puellæ,§.cum ergo,& q.2.si in qualibet,& c.puella.

Qđ in pueris ætas discretiõis est, 14.an. 22.q.5.pueri.

Quod ante annos discretionis nemo cogendus est iurare, nec testis esse, 22.q.5.honestum 2.q.7.testes.

Quod sex ætatibus mundus,&status hominis finitur, 35.q.4.c.1.

Quælibet ætas distinguitur per certa tempora propter magnalia, quę illis temporibus contingerunt.

Prima ætas ab Adam propter creationem mundi,& durat vsque ad Noe.

Secunda à Noe propter aquæ diluuium,& durat vsque ad Abraham.

Tertia ab Abraham propter circunciſionem, & durat vsque ad Dauid.

Quarta à Dauid propter regalem vnctionem,& durat vsque ad Babylonis tranſmigrationem.

Quinta à traſnmigratione Babylonis propter filiorũ Iſrael liberationem, & durat vsque ad aduentum domini Christi.

Sexta ab aduẽtu Christi propter humani generis liberationem,& durat vsque ad finem sæculi.

Septima est in sepulchris quiescentium.

Octaua est ad vitam resurgentium.

EVANGELIVM. Quod Euangelium Christi est audiendum ſtando,& cum reuerentia. de cons. dist. 1.apostolica.

Quod sine custodia euangelij non habetur spiritussanctus. 1.q.1.marchion.

Quod euangelij custodia non consistit in verborum folijs, sed in sensu &medulla cordis, 1.q 1.marchiõ.

Quod quantum ad perfectionem magna & multa est differentia euangelij ad legem Moysi. 23.q.4 hic autem,§.ex his.

Quod lex Moysi incœpit à terrore, Christi euangeliũ à mansuetudine.

Item sub lege peccãtibus pœna corporalis statuitur, in euangelio pœnitentibus venia promittitur.

Item in lege dicebatur qui fecit hoc vel illud, morte moriatur, In euangelio, Gaudeo super vno peccatore pœnitentiam agente.

Item in lege populus seruili timore ad bonum cogebatur, in euangelio, populus gratiæ liber effectus filiali amore operatur.

Quod non repugnat euangelio malos ad bonum cõpelli, 23.q.4.displicet.circa finem.

Quod Papa potest euangeliũ interpretari, 2.q. 5.§.1, 33 q.2.quos Deus.

EVCHARISTIA. Quod eucharistia Græcè, Latinè bona gratia interpretatur, 1.q. 1.multi.

Item dicitur mysterium, eo q; secretam & recõditam habeat dispensationem, ante med.

Item dicitur sacramentum, quia sub tegumentum corporalium rerum diuina virtus secretius veri corporis & sanguinis Christi operatur effectum. de cõse. dist. 2. ego Berengarius.

Quod eucharistia propter corporis & sanguinis Christi existentiam excellentior est omnibus & oblationibus & sacramentis, de conse dist. 2. nihil.

Quod ex pane & vino cum aqua misto efficitur eucharistia de conse. dist. 2. cum omne, in fin.

Quod forma verborum prolata fit transubstantiatio eucharistiæ virtute diuina, de cõs.d. 2. quia corpus, & c.panis,& c.reuera. ante finem.

Quod de forma verborum non est plus nisi, Hoc est corpus meum. & Hic est sanguis meus. de consec. dist. 2. quia corpus.

Quod licet vno & eodem tempore in diuersis immoletur, tamen sicut est vna diuinitas cui vnitur, sic nõ diuersum, sed vnum idemque corpus conficitur, de conse dist. 2. quid sit. post med. & c. vtrum.

Quod in hora consecrationis ima summis sociantur ad vocem sacerdotis de conse. dist. 2 quid sit.

Quod eucharistia sit oblatio benedicta, asscripta, & rata. de conse. dist. 2. vtrum post med.

Quod tres partes de eucharistia factæ, triformem statum corporis Christi, videlicet peregrinationis, sepulturæ, & resurrectionis designãt, de conse. d. 2. singuli.

Quod licet in eucharistia Christus per partes mandu cetur, tamẽ manet integer vbique totus, de conse. dist 2. qui manducat.

Quod in singulis portionibus specierum singuli Christum accipiunt, de conse. dist. 2. singuli.

Quod eucharistia est idem corpus quod sumptũ est de virgine, quod passum est, quod sepultũ est, quod resurrexit. & in cœlũ ascendit, de consec. distin. 2. omnia, in fi.

Quod corpus quod Christus dedit in cœna, idẽ fuit quod passum est in cruce tãquam ad naturam, sed diuersum quãtum ad formam. de cons. d. 21. & c.seq.

Quod cum eucharistia nõ sunt vuæ nec aliqua grauа leguminis benedicenda. de conse dist. 2. d dicimus.

Quod intincta hostia populo nõ detur, nec lac pro vino offeratur,& ne ex intincto pane, vinum ad offerendum exprimatur, prohibetur. de conse. distin. 2. cum omne.

Quod eucharistia offertur,& datur sub aliena specie, ne abhorreamus cruoris & carnis sumptionem. de conse. dist. 2 fortè,& c.panis.

Item vt vitatemus paganorum & infidelium derisionem, de consecra d.st. 2. vtrum ante finem.

Quod eucharistia est pura conscientia offerenda,& pura mente, de consec. dist. 2. nihil.

Quod nec bonorum dispensatorum meritis ampliatur, nec malorũ attenuatur, 1.q.1.multi post med.

Quod non consecrationi eucharistiæ, sed affectui, bona vita sacerdotis necessaria intelligenda est, 1.q.1. interrogo.§.cum vita.

Quod sacerdoti pransо non licet celebrare, 7 q.1.nihil post medium. de consecr. dist. 1. sacramenta.

Quod sacerdos hostiam consecrans,& non communicans, per annum à celebratione suspenditur. de conse. dist. 2. relatum.

Quod sacerdos corpus Christi sumens,& non sanguinem, grande sacrilegium committit. de cõsec. di. 2. comperimus.

Quod officium est sacerdotis eucharistiam distribuere, 93.dist. diaconi c. peruenit. & c. præsente.

Quod à laicis personis nullatenus debet contrectari, de conse. dist. 2 peruenit.

Quod sacerdos semper eucharistiam paratam debet habere, propter infirmãtes. de cõse. d. 2. presbyter.

Quod sacerdos qui à mure vel ab aliquo animali eucharistiam non custodierit, 40. diebus pœnitebit, de conse. dist. 2. qui bene.

Quod si per negligentiam de sanguine aliquid super terram stillauerit, 40. diebus pœnitebit. de consec. di. 2. si per negligentiam.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod tabula lignea super quam sanguis Christi stillauerit est radenda,& rasura per ignem cinis effectus intra altare est recondenda,panni propter idē ter sunt super calicem lauandi, & aqua circa altare fundenda;de conse.dis.2.si per negligentiam.

Quod melius est mori sine eucharistia, quàm de manu hæretici sacerdotis communicari,24.q.1.cępit.

Quod qualem pœnitentiam ferre debeāt qui scienter vel ignoranter de manu hæretici sumit eucharistiā, 24.q.1.si quis dederit.

Quod eucharistiæ digna sumptio est pœnarum relaxatio,de conse.dis.2.cum omne,& c. panē de altari.

Quod quia quotidie ex humana fragilitate peccatur, quotidie eucharistia iteratur,de conse.dis.2.vtrum. & c.iteratur.

Quod quandiu eucharistia non recipitur, cor non recipientis induratur,82.dist.presbyter, circa med.

Quod in tribus festis præcipuis,scilicet, in Pascha, & Pentecoste,& in Natiuitate domini omnibus fidelibus communicandum est,de conse.dist.2.& si non frequentius.

Quod si quis in prædictis tribus festis non communicauerit,à cœtu fidelium est separandus. de conse.di. 2.si quis intrat,& c.seq.

Quod in cœna dominiest etiam à fidelibus Christi eucharistia percipienda.de conse.dis.2.in cœna.

Quod excepta necessitate eucharistia ieiuno stomacho est sumenda,de conse,dist. 2. liquido,26.q.6.si quis de corpore,& octo c.seq.

Quod ante eucharistiæ susceptionem tribus,quatuor aut octo diebus,ab vxore propria est abstinendum, de conse.dis.2.omnis homo,q.4.sciatis.

Quod ab illis qui in vnione ecclesiæ sunt, accipitur sacramentaliter, de conse.dis.2. quia passus,in fi.& c. quid est,& c.seq.& c.dupliciter.

Quod licet eucharistia sit bona,tamen in malum conuertitur indignè sumenti,de conse.dis.2. & sancta, & c.sicut Iudas,& c.quid est,& c.qui manducant.

Quod indignè sumens eucharistiam plus polluitur, quàm purificatur,de conse.dis.2.quotidie, & c.qui sceleratè,& c.qui discordat.

Quod homo quantum in se est,eucharistiam polluit, cum ad ipsam sumendam indignè accedit, 1.q.1. multi,ante fi.

Quod in hoc quod Christus eucharistiam Iudę dedit, innuit,quod occultis peccatoribus cum eam exigūt, non est neganda,de conse.dis.2.non prohibeat,& c. sicut Iudas,& 7.q.1.aduersitas,in fin. 1. quæstio.1. Christus.

Quod illis qui enormiter publicè deliquerunt, eucharistia non statim est danda.de conse.dis. 3. pro dilectione.de pęn.dis. 1.in actionem.

Item nec raptoribus rerum ecclesiæ,12. q. 2.indigne. & c. de viro.

Quod propter pollutionem nocturnam ex præcedenti crapula,vel cogitatione immunda,ab eucharistia abstineat,6.dis.testamentum,& c.non est.

Quod tempore menstrui, & ante purificationem partus fęminę possunt communicare,5.dis. ad eius vero concubitum.

Quod pœnitentibus in morte eucharistia non est neganda,50.dis.pœnitentes,27.q.1.virgines,1.q.1.si quis hæreticę,§.ecce,2.q.1.in primis,post med.46. dist.accusatores,26.q.6.si quis de corpore, & 4.ca. seq.

Quod excommunicatis satisfacientibus in morte nō est deneganda eucharistia,86.dis.tanta.

Quod his qui in patibulis suspenduntur, si pœnituerint,non est eis deneganda eucharistia, nec sepultura.13.q.2.c.quæsitum est.

Quod abstinens se quandoque ab eucharistia propter sacramenti reuerentiam,non est arguendus, neque frequenter sumens est iudicandus,5.dis.ad eius verò concubitum,in fi.12.dis.illa,de conse.di.2. quoti die.

Quod communio eucharistię dabatur antiquitus pro vulgari purgatione,2. q. 5.sæpè.

Quod post susceptionē eucharistiæ, corporalis cibus non statim sumendus est,de consec.distin.2. tribus gradibus.

Quod qui propter ebrietatem vomit eucharistiam, grauiter punitur,propter infirmitatem, minus,quia infirmus si nauseam se habere sciuit, sumere non debuit,de conse.dis.2.si quis per ebrietatem.

Quod non minus reus est qui negligenter verbū *Dei* audiuit, quàm qui reuerendum corpus Christi per negligentiam in terram cadere permittit, 1.q.1.in terrogo.

EVNVCHVS. Quod Eunuchus si per insidias hominum factus est,vel si in persecutione eius amputata sunt virilia,vel per ægritudinem, vel sic natus est,& est dignus, potest promoueri etiam ad episcopatum,55.dis.Eunuchus, & c.seq.

Quod non requiritur vt Eunuchus carnem illius vel puluerem semper secum portet,55 dis Eunuchus.

Quod nō potest promoueri qui vt carnis lubricum vitaret seipsum castrauit,55.dis.si quis absciderit,& quatuor c.seq.

Quod illi Eunuchi placent Deo,quos non castrat necessitas,sed voluntas,33.q.5.tunc saluabitur,§.qui sitit.

EXACTIO.Quod exactio licitè potest fieri in subditū,vt ab obstinatione indebita compescatur,23. q.6.iam verò.

Quod episcopi propter iura sua clericos exactionibus grauare non debent,10.q.3.per totum,16.q.1.prædicator.

Quod illi qui Romipetas, vel alios peregrinos pedagiorum exactionibus grauant,anathema incurrūt. 24.q.3.si quis Romipetas.

Quod illi qui nouas exactiones in pauperes faciunt, per excommunicationem sunt reprimendi,24.q.3. illi qui.

EXAMINATIO.Quod examinatio conscientię, & bonæ vitæ debet consecrationem episcopi præcedere,23.dis.qui episcopus,24.dis.episcopi.

Quod examinandus est de fide quantum ad ea quæ in diuinis Trinitatem & vnitatem personarum consequuntur,23.dis.qui episcopus.

Item examinari debet de Christi incarnatione, & de multis alijs articulis, qui in symbolo continentur, 23.dis.qui episcopus,post med.

Quod nullus clericus sine examinatione est ordinandus,24.dis.nullus.

Quod episcopus de latere suo bonos, & discretos viros debet eligere,qui ordinandos clericos invita,& scientia debent examinare,24.dis.quando.

Quod sine examinatione ordinati à clero penitus abiiciendi sunt,81.dis.si qui sine.

EXCEPTIO.Quod exceptio fori dilatoria in principio litis debet opponi,& probari,3.q.6.si quis episcoporum,& §.seq.

Quod peremptorias exceptiones sufficit in principio litis contestari.3.q.6.si quis episcoporum, & capit. sequ.

EXCOMMVNICATIO.Quod excommunicatio dicitur extra communionem ecclesię separatio, 11.q.3.nihil,& c.canonica,27.q.1. viduas,24. q.3. tam sacerdotes.

Quod omnis impius si non ab ecclesia, tamen à Deo est separatus,24.q.4.certum.

Quod excommunicationem ecclesia traxit ab apostolo,qui Corinthium satanæ tradidit,24.q.3.apostolicæ,11.q.3.omnis.

Quod tunc traduntur peccatores satanæ, cum per excommunicationem à corpore Christi separantur, 11.q.3.audi, & c.omnis.

Quod sicut putridæ carnes sunt resecande,& ouis scabiosa, ne ceteras inficiat à caulis est repellenda, sic mali ne bonos inficiant per sententiam extra ecclesiam sunt ponendi,24.q.3 resecandæ,&octo c.seq.

Quod nulla pœna maior est in ecclesia quàm excommunicatio,24.q.3.corripiantur,11.q.3.absit.

Quod multiplex est damnum quod excommunicatio inducit,videlicet qui à Deo separat,24.quęstione 3. certum.

Item satanæ tradit,11.q.3.audi.

Item peccatorum absolutionem impedit,24.q.1.qui cunque.

Item ab ecclesia fidelium remouet,11.q.3. omnis.ca. seq.

Item à fidelitate iuramenti absoluit,15.q.6. nos sanctorum,& c.seq.

Item omnia bona opera in ea facta mortificat,23q.4. si quis,& q.7.quemadmodum.

Item suffragia ecclesiæ siue in vita, siue post mortem tollit,11.q.3.quicūque intra,24.q.2.de communione,& c.seq.

Itē ęternā dānationē īducit,11.q.3 nemo episcoporū.

Quod excōmunicatio non debet ferri pro leuib. excessibus,sed pro grauibus,11.q.3.nemo episcoporū.

Quod non debet esse mortalis,sed medicinalis,2.q.1. multi,in prin.11.q.3.audi,34.q.3.certum,& c.corripiantur.

Quod excommunicatio non est propria propter iniuriam ferenda,13.q.4. inter querelas.

Qđ nō debet deferri cū īpetu,sed cū deliberatione & causæ cognitione,11.q.3.si qs episcop⁹,& c.seruet.

Quod excommunicationem trina monitio debet prę cedere,2.q.1.*Deus* omnipotens,§.quando autem. 12.q.2.indignè.

Quod excommunicatio debet ferri in scriptis,2.q.legum,& 4.q.4.nullus.

Quod ferri debet ad episcopo specialiter, vnde & mucro episcopi dicitur,16.q.2.visis,in fi.24.q. 3. corripiantur.

Quod excommunicatio non est contemnenda, 11.q. 3.nemo contemnat,& duobus c.seq.

Quod ideo non est contemnenda,quia non homo ligat,sed Christus,11.q.3.nemo contemnat.

Quod quando non contemnitur, non est eradicatio, sed disciplina,24.q 3.notandum.

Quod excommunicatio iusta, vel iniusta est timēda. 11.q3.c.1 & c.qui iustus.

Quod etiam cum iniusta contemnitur,incurritur,11 q 3.qui iustus.

Quod iniustæ excommunicationi est parendū vsque ad causæ cognitionem,11.q.3.si episcopus,§. præmissis,& c.iustus,& §.seq.

Quod iniusta excōmunicatio dicitur quæ fit timore terreno.9.q 3.fratres.

Item iniusta dicitur ex ordine,quando videlicet ordine non seruato in sententia proceditur,11.q.3.seruetur.§.item sententia.

Item iniusta dicitur ex causa,quando scilicet nullum subest crimen,sed solum propter odium iudicis vel aliquem alium fauorem iustum, iustus damnatur, 11.q.3.non solum.§.aliquando,& c.aliquādo.& c. quatuor cum quinque ca.seq.

Item iniusta dicitur quæ non lædit eum in quem fertur,sed à quo fertur,24.q.3.certum,& cap.de illicita.& cap.si habes,§.vbi ergo in fine.

Quod iniusta excommunicatio corā Deo non ligat. 11.q 3.quomodo.& nouem cap.seq.

Quod qui patienter fert iniustam excommunicationem ecclesiæ meretur coronam,11.q.3.& si.

Quod plures sunt species excommunicationis.

Quædam enim arcet à liminibus ecclesiæ,& ab Eucharistiæ perceptione,& hæc dicitur minor. Alia vero non solum ab his,sed etiam separat ab omni fidelium communione,& hæc dicitur maior,11.q. 3.ad mensam,§.euidenter,3.qu.4.Engeltrudam,5. q.2.præsenti.

Quod excommunicatio lata ab episcopo morte super ueniēte nō remittitur à successore,35.q.9.quod qs.

Quod etiam roboratur à successore,35.qu.9. loci.

Quod excōmunicati sunt ipso iure à canone qui sorti legijs & diuinationibus intendunt,26.qu.5.si quis atioles.& c.non oportet.& cap. aliquanti.c.sortes, c.si quis clericus,& cap.auguriis.

Item qui manus violentas in clericum vel aliam personam religiosam vel ecclesiasticam iniecerit, 17. q 4 si quis suadente,24.q.3.si quis.

Item violatores ecclesiarum & raptores rerum ecclesiasticarum,11.q.3.canon ca.17.q.4. omnes ecclesiæ,& cap.frater.24.q.3.si quis de.

Item noua telonia imponentes & clericos siue Romipetas spoliātes,24.q 3.si quis Romipetas,& c. seq.

Item literas Papæ falsificantes,50.distin.si episcopus.

Item omnis hæreticus ipso iure excommunicatus est, 4.q.1.quod autem.

Item omnis mortaliter peccans est extra communionem ecclesiæ donec pœnituerit sexta qu.1.illi qui.

Item ipso iure excommunicatus est,qui mortui episcopi res,quæ pro successore integraliter reseruari debent diripere præsumit.12.q.2.illud,& c.sequ.& c.hæc huius placiti.

Quod excommunicandi sunt episcopi qui ad concilium aduocati non veniunt,vel qui concilium impediunt,18.dist.quoniam,& c.si quis,& 4.q 5.c.1. 11.q 3.certum.

Item excommunicandi sunt,qui præcepta apostolicę sedis non custodiunt,19.dist.nulli.

Item qui ecclesiastica priuilegia contemnunt,12. qu. 2.qui & diuinis & humanis.

Item episcopi & clerici dissolutè viuentes,35.distinct. episcopus.

Item imperatores & Reges delinquentes,96.di.duo. 11.q.3.cum apud.

Quod non potest excommunicari nisi Christianus, 24.q.1 audiuimus,post med.

Quod aliquis episcopus potest excommunicare sub ditum alterius episcopi ratione criminis quod in eius episcopatu commisit,6 q.3.placuit,3. qu.6.ibi enim.& cap.vltimo.

Quod negligenter testamenta exequentes sunt excō municandi,13.quæst.2.qui oblationes, & duobus cap.sequen.

Item contumax est excommunicādus,17.q.4.si quis deinceps,in fine.

Item incendiarij sunt excommunicandi,& pro pœnitentia per annum vltra mare transmittendi, 23.qu. vltima pessimam.

Item homicidæ & falsi testes,24.q.3.itaque.

Item hæretici,& schismatici,& quorū scripta hæresim cōtinent,etiam post mortem sunt excommunicandi.24.q.2 saltē pro.

Quod excommunicatur clericus mortuus in ludis gentilium,23.q.8.quicunque clericus.

Item excommunicatur post mortem qui hæreticum constituit hæredē,24.q.2.sane profertur.ante med.

Item excommunicantur post mortem qui se volūtariè occidunt,23 q.5.placuit.

Quod sacerdos missam inchoatā ex temeritate nō finiēs,est excommunicandus,7.quæ.1. nihil in fine.

Quod non vitantes excommunicatos sunt excommunicandi.11.q.3,sanctis.

Quod nemo est nominatim excommunicandus nisi de crimine sic conuictus vel confessus,2.q.1 multi.

Quod nullus est excommunicandus antequam causa probetur,24.q 3.de illicita.

Source : BIU Cujas

Quod nomina publicè excommunicatorum debent ignorantibus intimari, ne per ignorantiam se possint excusare, 11.q.3.curæ sit.

Quod qui propter facinus ab hæreticis excommunicantur, à fidelibus propter detestationem etiam.nis non sunt recipiendi, 24.q.1.quisquis,& c.seq.

Quod indebitè excommunicans per 30. dies à sacra communione suspenditur, 11.q.3.audi.

Quod excommunicatus non potest esse iudex aliorũ, 24.q.1.miramur.

Quod excommunicati non admittuntur ad denuntiandum, vel ad accusandum, 3.q.4. conspiratores, & duobus c.seq.4.q.1.per totum, 24. q.1.miramur, §.his auctoritatibus, in fi

Item infames sunt, 6 q.1.infames.

Quod excommunicatus si intra annum se purgare cõtempserit si post annum, tanquam reus non est audiendus, 11 q.3.rursus,& c.seq.

Quod excommunicati non possunt alios excommunicare, vel iudicare, 24.q.1.audiuimus,& c.ait, & c. seq.& c.miramur.

Quod episcopus excommunicatus non dicitur ordinare quantum ad executionem, quia quod non habet, dare non potest, 1.q. 1.quicunque sacros,c.qui perfectionem,& c. ventum est.

Quod excommunicati celebrantes triennij pœnitentia puniuntur, 11.q.3.de illis.

Quod excommunicati in sacris constituti, officio interesse non debent, 11.q.3 si quis episcopus, in fine.

Quod excommunicati omnino sunt vitandi, d.s. 93.si inimicus,& c.seq.6.q.1.illi qui, 11.q 3.ad mensam, & c togo,& quatuor c seq.

Quod non est communicandum excommunicato maiori excommunicatione in oratione, cibo, potu, osculo, aut salutatione, 11.q.3. excomunicatos, & c.cum excommunicatio,& c.antecessor.

Quod non licet clericis communicare episcopo, 93. d.s.miratus.

Quod nominatim excõmunicato non est communicandum, ne sententia transeat in tertiam personam, 11.q.3.si quis laicus, & c. excellentissimus, 24.q.2.sane quod.

Quod ideo non est communicandum excommunicato, vt confusus cit us laboret reconciliari, 93. dist.si inimicus,& 11.q.3.audi.

Quod cum pagano magis licet communicare quàm cum excommunicato, 11.q.3.ad mensam.

Quod quilibet prælatus debet alterius episcopi subditum excommunicatum vitare,& facere, vt a suis vitetur, 11.q.3.curæ sit.

Quod sine culpa communicat excommuunicatis vxor, filius, seruus ignorans, & necessitatem patiens. 11.q.3 quoniam multos,& c.excellentissimus.

Item qui communicat propter ipem correctionis, 11.q 3.ant.cessor. Vnde versus,

Vtile, lex, humile res ignorata, necesse.
Hæc anathema quidem faciunt ne possit obesse.

Quod viatori, vel peregrino transeunti in terra excommunicatorum emere,& pauperi mendicare conceditur, 11.q.3.quoniam multos.

Quod occultum excommunicatum tantum sciens tenetur vitare, ac si sciret publicè eum excommunicatum, 6.q.2.si tantum,& c.seq.

Quod publicè excommunicatio intrante ecclesiã, omnes debent exire, 24.q.1.omnis qui,& 11.q.3. sicut apostoli.

Quod presbyter si canonem inchoauit, propter superuenientem excommunicatum, missam non debet relinquere imperfectam, 7 q.1.nihil.

Quod mortuo suffragia à viuis non debent exhiberi, qui propter excommunicationem viuis non communicauit, 11.q.3 quicunque intra.

Quod tali excommunicato possumus communicare mortuo qui viuens petiuit absolui, 22 q.2.de communione,& c.nec quicquam.

Quod communicans excommunicato indebitè, excõmunicationẽ incurrit 11.q.2. præcipue, & c. quis episcopus,& c.seq.& c sicut apostoli, & c.episcopi, & c placuit.

Quod episcopi communicantes excommunicatis in crimine, deponantur, 11.q.3.Teugualdum, & c.quicunque contristauerit.

Quod episcopus communione priuatur, qui soli sibi cognitum publicat excommunicatum, 6.qu.2 placuit.

Quod excommunicatus antequam absoluatur debet spondere emendam de præterito,& cautelam de futuro, 11.q 3.cum aliquis,& 12.q.2.de viro, in fine.

Quod absolvitur quis ab excommunicatione absens per litteras, 24 q 3.comperimus.

Quod absolvitur post mortem, si viuens hoc petiuit, 24.q.2.nec quisquam.

Quod de excommunicatione Papæ quam sibi reseruauit nullus nisi in morte potest absoluere, 16.q.1 frater noster.

Quod solennis excommunicationis & absolutionis forma ponitur, 11.q 3.debent.

EXCVSATIO. Quod excusatio inferioris nonvalet, vbi de rebus ecclesiæ quas illicitè possident, vel principes, vel parentes, se excusant, 16.q.1.in canonibus ante fin.

Quod auctoritas & præceptũ superiorum excusant in quibusdam facta inferiorum, 14.q.5 dixit dñs.

Quod auctoritas superioris non excusat inferiores in delictis, 11.q.3.si dominus,& c.seq.

Quod Iudæi furto excusantur Aegyptiorum, quia iubente Deo paruerunt, 14.q.5.dixit dominus.

Quod ebrietas excusat culpam à tanto, sed nõ à toto, 15.q.1.sane,& c.inebriauerunt.

EXECVTIO. Quod executio sentẽtiæ iudicis debet differri vsque ad 30. dies propter deliberationẽ, 11.q.3 cum apud.

Quod ab executoris sententia appellare non licet, nisi ipse modum executionis excedat, 2. q.6. si quando,§ ab executore.

Quod licet ab executore appellare si ipsa sententia excommunicationis opponatur, 11.q. 3. cum excommunicato.

Quod executores testamentorum propter negligentiam debent excommunicari, 13 q.2.clerici.

EXEMPLVM. Quod exempla sanctorum tam in scriptis quàm in factis perspicaciter sunt recordanda, 20.d.de quibus, 23.q.6.vides.

Quod ratio sana est exemplis ponenda, 9.d.s.sana.

Quod superiores inferioribus exemplum bonum tenentur dare, 8.q 1.qualis, 12.q.1.nolo.

Quod vita pastoris in exemplum debet esse discipulis, 2.q.7.cum pastoris, 81.dist nemo.

Quod prælati tot mortibus digni sunt quot vitiosa exempla ad subditos transmittunt. 11.q 3 præcipue.

Quod senior ibi stricta increpatione est feriendus vbi iuuenibus exemplum ad interitum præbet, 2.q.7. Paulus dicit, 93.dist.peruenit ad nos, in fin.

Quod in exemplum culpa vehementer extenditur quando pro reuerentia status peccator honoratur, 83 dist nemo.

Quod quilibet quantumcumque magnus, subditos & minores se paratus sit in bono imitari, 22.dist.de Cõstantinopolitana.

Quod casus perfectorum suo exemplo multos retrahit à statu perfectionis quem aggredi intendebãt, 17.q.1.qui bona.

Quod mali qui emendari despiciunt: ne sanctos suæ perditionis exemplo inficiant, tanquam morbida caro ab omnibus sunt præscindendi, 24.q. 3. ecce.

Quod ad exemplum domini gratiarũ actio post mensam debet dici, 44.dist.quando autem.

De hac materia habes vbi agitur, de Imitatione.

EXEMPTIO. Quod exemptio episcopi vel abbatis à suo superiori non potest fieri nisi per solum papam, 16.q.1.frater, 18.q.2 luminoso.

Quod exemptus non potest iudicari nisi à solo Papa, 16 q.1.frater.

Quod in monasterijs exemptis nullus prælatus sine cõsensu abbatis valet exercere aliquam potestatem, 18.q.2.luminoso.

Quod prælatus qui exemptioni Papæ insurgere conatur communione vsque ad extremum vitæ suæ priuatur, 16.q.1.frater ante med.

EXEQVIÆ. Quod exequiæ põpaticæ plus sunt solatia viuorũ, quàm subsidia mortuorũ, 13.q.2. aiæ.

Quod apud Deum non perit quidquid pro mortuis in exequijs diligentia hominum persoluit, 12. quæst. 2.animæ.

Quod quia ignoramus quibus mortuis prosunt vel non prosunt exequiæ, ideo pro nullo debemus eas omittere, q.2.existimemus.

EXHÆREDATIO. Quod exheredatio aliorum non debet fieri propter ecclesiæ promotionem, 17. q.vlt.c.vlt.

Quod successor qui non adimpleuit voluntatem defuncti, debet exhæredari, 11.q.1.Syluester.

De hac materia habes vbi agitur de Hæreditate.

EXILIVM. Quod exilium est canonica pœne quam ecclesia imponit in malitia obstinatis, 16.q.1.Probinum, 2 q.1.in primis.

Quod sacrilegorum pœna est carcer, vel exilium, 17. q.4.attendendum.

Quod ignobiles pacem ecclesiæ turbantes in perpetuum exilium relegantur, 24.q.1.qui contra.

EXITVS. Quod exitus malitiæ virtutis operatur ingressum, eodémque studio quo crimen excluditur, innocentia copulatur, 32.quæstio.1.cum renũtiatur.

Quod tunc quis ab vnitate ecclesiæ exit, quando à fide & charitate recedit, 24.q.3.cum aliquis.

Quod tunc boni à malis exire dicuntur, quando etiã cum ipsis corporaliter cõuersantur, mente à factis eorum recedunt, 23.q.4.tolerandi sunt,& c.ecce,& c.à malis.

Quod à malis exire est facta eorum detestando ipsos de malo corripere, 23.q 4.recedite.

Quod difficile est vt bono peragantur exitu, quæ malo inchoata sunt principio. 1.qu. 1.principatus,&c. fertur,§.cum ergo.in fine.

EXPOSITIO. Quod expositus cuiuscunque miseratione collectus, post decem dies à domino non potest repeti, 87.dist.sit expositus.

Quod expositio scripturarum accipienda est secundum proprietatem linguarum, de quibus sunt trãslatæ, 38 dist.locutio.

Quod exponenda est scriptura secundum varietatem causarum, personarum, temporum,& locorum, 29. dist.per totum.

De expositione Scripturarum require vbi agitur de Scriptura.

EXORCISTA. Quod exorcistæ in Græco in Latino adiurantes vocantur, 21.dist.clericos.

Quod exorcistæ est officium manus super energumenos & cathecumenos in exorcizando imponere, 25.d.st.perfectis.

FABVLA. Quod fabulas sæcularium negotiorum non decet in mensa clerici, sed verba sacræ lectionis recitare. 44.dist.conuiuia,& c.seq.

Quod in mensis clericorum lectio diuinarum scripturarum haberi præcipitur, vt fabulosa & otiosa vitẽ tur 44.dist.pro reuerentia.

Quod quia oblectamenta fabulatum nimirum excitant ad incendia libidinum, prohibet Christianis legere figmenta poetarum, 37.dist.ideo.

FACILITAS. Quod facilitas veniæ incentiuũ tribuit delinquendi, 23.q 4.est iniusta.in fine.

FALLACIA. Quod fallacia ex voluntate procedens grauior est, quàm quæ de infirmitate vel tenuitate procedit, 22.q.2 beatus,§.ille ergo.

Quod non mentitur qui animum fallendi non habet, sicut patet de Petro & Paulo, 22.q.2.beatus.

Quod ille falsum iurat, qui scit falsum esse quod iurat, 22.q 2.beatus,§.ille ergo.

Quod falli in illis quæ non sunt ad salutem, vel nullũ, vel leuissimum est peccatum, 22.q.2.in quibus.

Quod minus malum est fallere aliquem in contractibus, quàm falli in articulis fidei, 22.q.2.in ipsarum.

Quod falsum testimonium nemo contra se vel proximum dicere debet, 23.q.4.si non.ante medium.

Quod falsi testes commutione priuãtur, si clerici fuerint, in monasterio perpetuo detruduntur, 24. q.3 itaque, 50.dist.si episcopus.

Quod sicut veritas persequitur falsitatem, sic boni in malis non persequuntur nisi malum, 23.quæstio.4. qui peccat.

FALSARIVS. Quod falsarius dicitur qui litteras defert, quæ licet veræ fuerint, tamen de conscientia Papæ non emanarunt, 17.dist.in memoriam.vbi nota glo.quæ innuit diuersos modos falsandi.

Item falsarius dicitur, qui chartam vel bullam radẽdo vel mutando falsificat, 50.dist.si episcopus.

Item falsarius dicitur, qui falsa suggestione, vel precibus falsis impetrat, 25.q.2.dicenti.

Quod charta super beneficijs personalibus si non habet datã, falsa iudicatur, 25.q.2.§.si qua beneficia.

Quod licet episcopo falsarium domini Papę incarcerare, 19.dist.in memoriam.

Quod falsarius litterarum domini Papæ si est clericus, est ab ordine deponendus, & in monasterium perpetuò detrudendus, 50.dist.si episcopus.

FALX. Quod falx in alienam messem mittitur, quãdo fructus ecclesiæ non à vero sed alieno pastore tollitur, 13.quæst.1.cap.primo,§.in diœcesi. ante medium.

Quod Deus falcem in messem mittit, cum vniuscuiuscunque vitam temporalem per mortis sententiam incidit, de pœ.dist.1.cum sanctum.circa medium.

FAMA. Quod fama bona necessaria est nobis propter alios, vndecima quæstio.3.non sunt audiendi, 12.quæst.1.nolo.& quæst.2.quatuor.in fine.

Quod quisquis custodit famam suam, etiam in aliis est misericors. 11.q.3.non sunt audiendi.

Quod clericus de quo mala fama crebrescit, etiam si conuinci non potest coram episcopo, etiam præsentibus presbyteris expurgatur, 15.q.5.c.1.

Quod prædicator bonus officium suum nõ debet negligere, etiam si currat inter infamiam,& bonam famam, 6.q.2.sunt plurimi.

De hac materia require vbi agitur de Infamia.

FAMES Quod fames quandoque ex ira Dei in mũdum mittitur, quando pauperibus eleemosynæ subtrahuntur, 16.q.reuertimini.post med.

Quod qui fame laboranti non succurrit, graue peccatum incurrit, 86.dist.non satis.

Quod qui fame morientẽ non pauit, quasi ipsum propria manu occidit, 86 dist pasce.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod iudex eccleſiæ licet teneatur ſedare panis famem, & ſitim aquæ, magis tamen famem audiendi verbum Dei, 8.q.2.audacter, in fi.
Quod fames priſtina ſermonis domini præſentia doctrinarum eius & cœleſtis panis ſaturitate compẽ ſabitur, 76.diſt.ieiunium, in fi.
Quod fames curat morbos, quos gula infert, de conſ. diſ.5.nullus.
FAMILIA. Quod familia debet per dominum ſuũ de malo corrigi, & ad bonum incitari, 47. diſt. ſicut hi, §. neceſſe.
Quod non culpatur paterfamilias faciens quod debet, ſi aliquis in familia manet incorrigibilis, 47.diſt.quã tumlibet.
Quod epiſcopus debet cauere ne aliquem in familia habeat indiſciplinatum, 47.diſt.ſicut hi §.neceſſe.
Quod à principio in omni familia bona fuit aliquis malus incorrigibilis, 47.diſt.quantumlibet.
Quod propter culpam familiæ negligẽs paterfamilas punitur tam temporaliter quàm ęternaliter ſicut patet de Hely, 47.diſt.ſicut hi, §.neceſſe.
Quod domino excommunicato, indebitè fertur ſententia contra familiam, 24.q.3.ſi habes, §.vt ergo.
FAMILIARITAS. Quod familiaritas contra extraneos repellit teſtẽ, 3.q.5.conſanguinei, & c.ſeq.
Quod familiaritas mulierum nimia omnibus clericis, & religioſis prohiberur, 82.diſ.interdicit, & duobus c.ſeq. 34.diſt.quorundam, 81.diſt.clericos, vſque ad fin.diſ.18.q.2.cognouimus, & c.ſeq.
Quod vbi nimia familiaritas eſt mulierum, ſtimuli antiqui hoſtis non deſunt, 81.diſ.oportet.
Quod monachi ſacrarum virginum cuſtodes, ne propter familiaritatẽ ſuſpecti habeantur, à frequenti earum acceſſu, & colloquio arceantur,, 18.q.2. in decima, & c.ſeq.
FATVM. Quod fatum eſt genus diuinationis, cui qui intendit, damnationem animæ ſuæ incurrit, 26. q.vlt.non obſeruetis.
FAVOR. Quod fauor ſingularis non debet attendi in electione prælati. 63.diſt.porro.
Quod nec indigni debent propter fauorem ad ſacros ordines promoueri, 1.q.1.pueri.
Quod illi qui eccleſias indignis ex fauore conferunt, ſacrilegi reputantur, 1.q.1.ſunt quidam.
Quod non corrigere peruerſos nihil aliud eſt quàm fauere, 83.diſt.nemo, & c.ſeq. 13.q.6.ſi res, poſt med. 23.q.4.quiſquis.
Quod fauere impietati eſt non turbare cũ poſſit quis peruerſos, 23.q.3.qui poteſt, & c.oſtendit.
Quod prælatus qui fauet in malo peccatoribus, vel qui piger eſt in corrigendo, ipſe eis in malitia ſocia tur, 23.q.5.ita, & c.à multis, & c.ſeq.
Quod qui conſentit peccantibus, & defendit delinquẽtes, apud Deum, & homines eſt maledictus, 11.q.3. qui conſentit.
Quod fauorem dantes maleficijs ſunt excommunicãdi, 21.q.5.placuit, & tribus c.ſeq.

De hac materia require vbi agitur de Conſenſu.

FAX. Quod ſicut fax accenſa ſibi detrimentum præſtat, alijs verò lumen in tenebris adminiſtrat, ſic malus prælatus vel prædicator, 15.q. 8.ſciſcitantibus.
Quod ſicut ſuperuacuis laborat impendijs qui ſolem certat faſcibus adiuuare, ſic qui zelum *Dei* dicit ſe habere, & in corrigendo exequitur indebitè, 6.q.1. ſi omnia.
FOELICITAS. Quod fœlicitate peccantium nihil eſt infœlicius, 23.q.1.paratus.
FOEMINA. Quod fœmina non debet eſſe iudex, 3.q.7.infamis, §.tria.
Quod fœmina propter verecundiam ſexus niſi in ſua & ſuorum cauſa non permittitur pro aliquo aduocare, 15.q.3.§.1.& quatuor c.ſeq.
Quod fœmina niſi in crimine læſæ maieſtatis, & in hęreſi, & in ſimonia non permittitur accuſare, 15.q.3. certis de cauſis, & tribus c.ſeq.
Quod fœmina quantuncunque docta, & ſancta in conuentu virorum non debet prædicare, 23.diſ.mulier, 33.q.vlt.c.vlt.de conſ.diſ.3.mulier.
Quod monachæ vel quantuncunque ſanctæ fœminę non licet pallas altaris, vel ſacra vaſa cõtingere, 23. diſ.ſacratas.
An fœmina poſſit ordinem & characterem ordinis recipere, 27.q.1.diaconiſſam.
Quod fœmina ſancta mente eſt diligenda, non corporali frequentia, 32.diſ..hoſpitiolum.
Quod fœmina extranea non deber clerico cohabitare, 81.diſ.cum omnibus, & c.ſeq.
Quod non poſſunt Deo pleno corde coniungi qui fęminarum acceſſibus copulantur. 32. diſt.hoſpitiolum.
Quod clerico prohibetur cohabitatio fœminarum, niſi ſortè ſint mater, vel ſoror, vel conſimilis perſona carens ſuſpicione, 32.diſ.interdicit, 23. diſ. his igitur, 81.diſ.clericos. & c.ſeq.
Quod beatus Auguſtinus etiam cum ſorore habitare noluit propter coniunctarum perſonarum ſocietatem, 81.diſ.legitur.
Quod religio non permittit vt ſolus cum ſola loquatur, 81.diſ.in omnibus.
Quod vt excludatur mala ſuſpicio, nullus clericus, niſi certis locis, & temporibus debet loqui cum fœmina, 81.diſ.in omnibus.
Quod confabulatio clerici cum fœmina, debet eſſe per modica, & compendioſa verba, 18.q.2.diffinimus, & c.ſeq.
Quod etiam abbati non licet loqui cum fœminis, niſi ſub duorum vel trium monachorum teſtimonijs, 18.q.2.in decima.
Quod monachi, & monachæ in vno monaſterio non debent cohabitare, 18.q.2.diffinimus.
Quod abbatiſſa volens loqui cum aliquo, debet aſſociari per vetulam monacham, 18.q.2.diffinimus.
Quod non licet clericis, & alijs Chriſtianis baineare ſecum fœminis, diſ.81.non oportet.
Quod de formis fœminarum non eſt.diſputandũ, 42. diſ.hoſpitiolum.
Quod fœmina in ſignum ſubiectionis, & verecundiæ peccati quod induxit, debet velare caput, 15.q 3.§. j.verſ his itaque, 33.q.vlt.& c.vlt.& c.hæc imago.
Quod fœmina nec comam amputare, nec veſte virili propter luxum vti debet, 30.diſ.ſi qua mulier ſuo, & c.quæcunque.
Quod enixæ vel menſtruatæ fœminæ non debet prohiberi introitus eccleſiæ, 5.diſ.§.1 & c.ſeq.
Quod deterior eſt conditio mulieris quàm viri quantum ad ſubiectionem, 33.q.5.hæc imago, & c. ſeq.
Item quantum ad voti fractionem, quia vir votum eius reuocare poteſt, ſed nõ cõtrario, 33.q.5.noluit.
Item quantum ad ordinis ſuſceptionem, 32.diſ. mulieres, 15.q.3.§.j.
Item quantũ ad accuſationem & teſtificationem, 15. q.3.§.j.
FERIAE. Quod feriæ legitimæ ad feſtiuandum, & non ad placita ſæculatia exercenda ponuntur, 15. q.4.per totum.
Quod feriæ legitimæ ad ieiunandum ſunt ſecunda feria, quarta, & ſexta, 82.diſ.presbyteri, 11.q.vlt. de illis, 22.q.5.qui compulſus. de conſ.diſ.3. ieiunia.
Quod ab aduentu domini vſque ad octauam Epiphaniæ, & alia tẽpora feriata ſunt quo ad celebrationẽ nuptiarum, 33.q.4.non oportet, & tribus c.ſeq. Vide quod ſanciuit concil. Tridentin. de hac re.
Quod qui dies, vel quæ tempora ferianda ſunt per anni circuitum, de conſe.diſ.3.§.1.
FESTIVITAS. Quod feſtiuitas ſanctorum quando ſit feſtiuanda, laicis eſt pronuntiandum, de conſe.diſ.3.§.1.
Quod feſtiuitates per anni circulũ ſunt celebrandę, innuitur, de conſ.diſ.3. pronuntiandum, & c.rogationes.
Quod in ſanctorum feſtiuitatibus maximè ſolent homines vacare comeſſationibus, 44. diſ.comeſſationes.
Quod maximè clerici feſtiuitates ſanctorum cum deuotione tenentur peragere, 44.diſ.nullus, 15. q.4. per totum, 36.q.7.& hoc diximus.
Quod in feſtiuitatibus prohibendi ſunt laici per ſacerdotes à corearum ſaltationibus, de conſ. diſ.3.irreligioſa.

De hac materia habes vbi agiur de die Dominico.

FESTINANTIA. Quod feſtinantia in quibus ſit bona, & in quibus mala, habes vbi agitur de accelerationc.
FINGERE. Quod decuplex inuenitur de canone fictio conſona cum decem prædicamentis, nam quãdoque fingitur eſſe qui non eſt, vt Iacob finxit ſe eſſe Eſau, 22.q.2.quæritur, §.item opponitur, vbi nota prædicamentum ſubſtantiæ.
Item quandoque fingitur eſſe quis minor quàm ſit, 2. q.7.quanquam. Exemplum de *Auguſtino*, & Hieronimo, vbi nota prædicamentum quantitatis.
Item quandoque fingitur quis talis eſſe qualis nõ eſt, 29.q.1.§ j.vbi nota prædicamentum qualitatis.
Item quandoque quis fingitur eſſe pater qui non eſt, 27.q.2.inſtitutum, §.iuxta vbi Ioſeph dicitur pater Chriſti, vbi nota prædicamentum relationis.
Item quandoque fingitur quis agere quod non agit, 22.q.2.cum humilitatis, vbi nota prædicamentum actionis,
Item quandoque fingitur quis pati qui non patitur, 32.queſt.5.propoſito, vbi nota prædicamentum paſſionis.
Item quandoque fingitur quis eſſe eo tempore quo non eſt, de pœn.diſ.1.periculosè, vbi nota prædicamentum.
Item quandoque fingitur ſitum eſſe, quod non eſt, 13. diſ.duo, & c.nerui, vbi nota prædicamentum ſitus.
Item quandoque fingitur nõ habere quod habet, 31. diſt.lex continentiæ, vbi nota prædicamentum habitus.
Item quandoque fingitur eſſe in loco vbi non eſt, 7.q. 1.mutationes. vbi nota prædicamentum, vbi.
FIDES. Quod fides eſt de non viſis, & ideo habet meritum. de pœn. diſt.4. in domo.
Quod fides eſt quæ per dilectionem operatur, de pœn. diſt.2.firmum Dei fundamentum.
Quod fides quandoque accipitur pro fidei ſacramento, aliquando pro habitu mentis, de conſec. diſt.4. nihil.
Quod illud apoſtoli, Quidquid non eſt ex fide, peccatum eſt: ſic accipitur quòd quidquid fit contra conſciẽtiã, ædificat ad gehennam, 28.q.1.omnes, §. ex his.
Quod fides non tantùm eſt liberi arbitrij, ſed donum Dei. de conſe. diſt.4.gratia.
Quod fides ſine operibus non valet, 1.q.1.ſicut vrgeri. & cap. ſertur. de pœ. diſt.2.§.non eſt mirum.
Quod fides meritorum ſuorum gradibus proficit & creſcit. de pœn. diſt.1.§.hæc quæ.
Quod articuli fidei, quos firmiter credere debemus, ponuntur, 33.diſt qui epiſcopus. de conſec. diſt.4.1
Quod ſymbolum fidei eſt in eccleſia publicè laicis prædicandum. de conſe. diſt.4. ſymbolum.
Quod ſymbolum fidei ab electo in archiepiſcopum ante acceptionem pallij eſt profitendum, 100. diſt. optatum.
Quod eſt multiplex effectus fidei, nam fides in vnũ connectit quos diuerſitas meritorum tenet, 43. di. ſit rector. poſt med.
Item fides omnia purgat, 15.q.vlt.c.vlt. 24.q. 1. ſi Petrus.
Item omnes procellas militantis eccleſiæ ſuperat, 24. q.1.non turbatur, in fin.
Item fides rempublicam magis quàm ſudores corporales gubernat, 23.q.8. tributum, §. quanuis.
Item vbi humana ratio non poteſt attingere, fides cõprehendit, 24.q.1.non turbatur. in fine.
Quod fides ſupplet vbi baptiſmus vel aliud ſacramẽtũ haberi non poteſt. de conſec. diſt.4. baptiſmi.
Item in baptiſmo prodeſt paruulis fides offerentium. de conſe. diſt.4 illud.
Item niſi quis ſoliditatẽ fidei tenuerit. Deum cognoſcere non poterit. 20.q.1.quia.
Item vbi ſana fides non eſt, nõ poteſt eſſe iuſtitia, 24. q.1.vbi.
Quod ſine fide falſa eſt virtus etiam in optimis mortibus, 28.q 1.omnes, §. ex his.
Quod prelatorum eſt confirmare fidem ſubditorum. 21.diſt.§.1.in fin.
Quod cum circa fidem in aliquo dubitatur, ad ſedẽ apoſtolicam tanquam ad magiſtram recurritur, 11. diſt.palam, 22.diſt.omnes.
Quod omnes Chriſtiani tenẽtur fidem Chriſti defendere, 96.diſt.nos. & c.vbinam.
Quod non habet fidem Chriſti qui corpus ipſius, id-eſt, membra eccleſiæ nititur diſtrahere, 24.q.1.aduocat.
Quod illis non eſt credendum qui fidem veritatis abiecerunt, 2.q.7.non poteſt, 61.diſt.epiſcopum.
Quod qui diuinationib. & magicis illuſionibus credit fidem perdit, 26.q.5.epiſcopi.
Quod ideo permittit Deus magicis artib. illudi hominibus, vt ipſorum erga Deum fides probetur, 26. q.5.nec mirum. in fine.
Quod fides cum promittitur, etiam hoſti eſt ſeruanda, 23.q.1.noli.
Quod in promiſſione ſtultè facta vel vi extorta fides non eſt ſeruanda, 22.qu.4.in malis, 15.quæſti. 6.c. 1.& ſeq.
Quod non eſt fides quæ promittitur pro crimine adimplendo, 22 q.4.ſi ad peccatum.
Quod ad fidem ſuſcipiendã nullus eſt cogendus, 35. diſt.quid.c.qui ſyncera. & c.de Iudæis.
Quod ad ſuſceptam fidem cogitur quis redire, & eã ſeruare, 45.di.de Iudæis, 23.q.5.ad fidem.
FIDELITAS. Quod fidelitas ſeruanda eſt domino temporali, 24.quæſt.5.ſi apud.
Quod propter præceptum eccleſiæ quandoque diſcolis dominis fidelitas nõ ſeruatur, 15.q.6.nos ſanctorum, & c.ſeq.
Quod Papa propter exceſſum Domini abſoluit ſubditos à iuramento fidelitatis, 15.q.6.alius.
Quod Imperator tenetur Papæ iurare fidelitatẽ, 63. diſt.tibi Domino.
Quod fidelitatis forma ſex requirit ſeruanda, videlicet incolume, tutum, honeſtum, vtile, facile, poſſibile, 22.q.5.de forma.
Quod inter fideles & infideles multa debet eſſe diſcretio. 2.q.4.alieni.
Quod debet inter eos eſſe diſcretio in accuſatione & teſtificatione, 2.q.7.pagani.
Item in matrimonij contractione, 28.q.1. iam nunc. & c.ſeq. & c.Iudæi. & §.ſeq.
Item in ciborum perceptione, 28.qu.1.nullus, & c.ſeq.
Item in mutua cohabitatione, 28.q.1.Iudęi. & c.ſeq

Source : BIU Cujas

Item in ieiuniorum obſeruatione, de conſ. diſt. 3. ieiunium.
Item in temporis præſcriptione, 16. q. 3. porro.
Quod non poteſt homini eſſe fidelis, qui Deo extitit infidelis, 2 q 7 non poteſt.
Quod fidelis maius licet ſit numero intra eccleſiã, merito eſt extra, 1. q 1. vt euidẽter, 24. q. vl. de illis. in fi.
Quod talis plus nocmus eſt eccleſiæ, quàm dirẽtè in fidelis. 11. q 3. nolite, in fi.
Item peior eſt infideli, 6. q. 1. quæro.
Quod talis Chriſtiani peccatum grauius eſt peccato infidelis, 32. q. 4. in eo.
Quod pœna ipſius pro peccato grauior erit quàm pęna infidelis, 12. q 1. ſcimus, 1. q. 1. nonne.
Quod talis tolerandus eſt, non imitandus quandiu ab eccleſia per ſententiam non præſcinditur, 23. q 4. fortè, & c. infidelis.
FILIVS Quod filius dicitur per carnis propagationem per morum imitationem, 22. q. 2. quæritur, §. item opponitur.
Quod filij Dei dicuntur tripliciter, vel prædeſtinatione tantum, vel prædeſtinatione & ſpe beatitudinis æternæ, vel merito fidei & præſentis iuſtitiæ, de pę. d. 4. ſi ex bono.
Quod filij ſpirituales dicuntur tripliciter, videlicet aut per baptiſmi immerſionem, aut à baptiſmo per leuationem, aut per confeſſionem, 30 q. 1. omnes, & c. ad limina.
Quod filij diaboli dicuntur, non per carnis propagationem, ſed per crimin s ſucceſſionem, 1 q. 1. cito.
Quod filij liberi dicuntur qui ex libero matrimonio ſunt orti. Naturales autem concubinarij filij, quos ſola natura genuit, nõ honeſtas cõtugij, 33 q 4 c. vl.
Quod illi non reputantur filij, nec debent in bonis ſuccedere patris, qui nati ſunt de inceſtu, 35. q. 7. per totum.
Quod filij legitimi dicuntur, qui vel ante baptiſmum, vel poſt de matrimonio nati ſunt, 28. q. 1. nunquid.
Quod filij ſequuntur conditionem ventris, 32. q. 4. c. vlt. 28. q. 1. Iudæi.
Quod parer carnalis de filijs temporalem curam debet habere, 30. di ſi quis reliquerit.
Quod tenetur filios ſuos verbo, & exemplo à vitijs ad virtutum ſtudia prouocare, 47. diſ. ſicut hi, §. neceſſe, vſque in finem.
Quod non debet ſemper eos oſculari, ſed quandoque propter diſciplinam caſtigare, 5. q. 5. non oſculatur.
Quod gloria patris eſt filius ſapiens, 95. diſtin. eſto, in fine.
Quod tunc pro patribus nati ſunt filij, quando pro apoſtolis ſurrexerunt epiſcopi, 68 diſ. quorum.
Quod filij presbyterorum ſi paternæ incontinentiæ ſunt imitatores, ad ſacros ordines non ſunt promouendi, 36. diſ. presbyterorum.
Quod quandoque filius peccata parentum imputantur, quandoque non, 61. diſ. per totum.
Quod filij illegitimi puniuntur propter incontinentiam parentum, 15. q. 3 cum multæ.
FISCVS. Quod fiſcus tollit quod non accipit Chriſtus, 16. q. v. maiores, & q. 1. decimæ, circa med.
Quod res conuictorum, & vnitati pertinaciter reſiſtentium, fiſco vendicantur, 23 q. 4. nimium, in fi.
FLAGELLVM. Quod flagellum domini quandoque eſt ad vindictam, quandoque ad hominis purgationem, 7. q 1. cum percuſſio.
Quod ſicut paſtor errantia pecora flagello reducit, ſic homines errantes per flagella ſunt reducendi, 23. q. 4. nimium, poſt medium, & c. diſplicet, per totum, & c. debet.
Quod flagellato non eſt addenda affli ctio, 7. q. 1. cũ percuſſio.
Quod flagellatio vt proficiat, debet eſſe diſcreta, 45. diſ. cum beatus.

De hac materia require vbi agitur de Correctione diſciplinæ, & vbi agitur de Percuſſione.

FLAMINES. Quod flamines dicebantur ſacerdotes Gentilium, à filo quo in capite vtebãtur, pro quo dicebantur flamines, quaſi filamines, 21. diſ. cleros, circa med.
Quod apoſtoli in locis, vbi Gẽtiles primos habuerũt flamines, conſtituerunt patriarchas, vbi verò archiflamines, conſtituerunt archiepiſcopos: & vbi flamines, poſuerunt epiſcopos, 80. diſ. in illis.
FLETVS. Quod fletus immoderatus non debet fieri pro morte amicorum, quia ipſos per mortem nõ amittimus, ſed præmittimus, 13. quæſt. 1. quam præpoſterum.
Quod flere mortuum indebitè, prouenit ex deſperatione futuræ reſurrectionis, & ex puſillanimitate plus quàm ex pietate, 13. q. 2. vbicunque, & §. ſequen
Quod dominus nõ fleuit Lazarum mortuum, ſed ad mundi huius ærumnas reſuſcitandum, 13. q. 2. qui diuina.
Quod Petrus fleuit, & flendo peccata deleuit, de pœn. diſ. 1. circa prin.
Quod peccator flere debet cogitãdo quia iniuſtè peccando Deum ſuum offendit. de pęn. diſtinctio. 5. §. deſ. eat.
Item fleat qui peccatis ſe vltro obtulit, & in ipſis perſeuerauit de pęn. diſ. 1. §. 1. circa prin.
Item fleat non ſolum quia peccauit, ſed quia interim virtute ſe priuauit, de pœn. 5. §. 1. ver. dolendum.
Item fleat quod proximum ſuum malo exẽplo corrupit de pęn. diſ. 5. §. 1. vel animaduertere.

De hac materia habes vbi agitur de Lachrymis, & vbi agitur de Luctu.

FOMES Quod fomes eſt languor naturæ, qui carnis concupiſcentia appellatur, 15. q 1. § itaque.
Quod fomes carnis concupiſcentia appellatur, quæ verius animæ infirmitas dici poteſt, ſed ideo infirmitas carnis dicitur, quia accidit animæ ex coniunctę carnis correptione, 15. q. 1. itaque.
Quod fomes non eſt peccatum, ſed pœna peccati, 15. q. §. 1.
Quod fomes in baptiſmo nõ deletur, ſed debilitatur, de conſ. diſ. 4 per baptiſmum, & c. non ex quo.
Quod fomes ſemper repugnat legi mentis, etiã in perfectis, 32 q. 5 ſi Paulus.
FONS Quod fons ſignatus, & puteus aquæ viuæ dicitur eccleſia, 24. q. 1. omnibus, & c. quoniam.
Quod à fonte præcipuus riuus aſcit, ſic vnuſquiſque ab vnitate eccleſię ſeparatus, 24. q. 1. loquit, ante fi.
Quod ſcientia ſacræ ſcripturæ magis de fonte, quàm de riuulis eſt quærenda, 76. diſ. ieiunium, circa prin.
Quod prælati noui vtilia ſaluti prædicantes, dicuntur fontes ſine aqua, 2. q 7 § ſicuti, in fin.
Quod charitas dicitur fons, 8 q. 1. in ſcripturis ante fi.
Quod dicitur fons baptiſmi, 82 q 2 pridem.
FORMA Quod forma & exemplum dicuntur eſſe prælati ſubditorum, 94 diſ. dictum, 95. diſ. eſto, 19. q 1. prædicatores, 21. q 4. præcipimus.
Quod forma eccleſiaſticæ vitæ eſt in clericorum caſtitate, 82. diſt. propoſuiſti, in fi.
Quod forma perfecta eſt, vt non totum ſibi arripiat, ſed quod habet, cum pauperibus partiatur, 86. diſt. in ſingulis.
Quod forma appellationis & apoſtolorum habetur, 2. q. 6. poſt appellationem, §. forma.
Item forma reconciliationis excommunicati, 11 q. vlt. quod prædeceſſor, § excommunicationis, & c. ſeq.
Item forma fidelitatis iuratur, 22. q 5. de forma.
Item forma verborum qua tranſubſtantiatur corpus, & ſanguis Chriſti, de conſ. diſ. 2. quia corpus, & c. qui manducat.
Item forma ſeparationis & reconciliationis coniugũ, 35 q 6. ab iſto, & c. ſeq.
FORNICATIO. Quod fornicatio eſt duplex, ſcilicet, ſpiritualis, & corporalis, ſeu carnalis, 28. q. 1. idololatria, 32. q 7 non ſolum.
Quod omnis pollutio immunda, eſt carnalis fornicatio 32. q 7. per totum.
Quod fornicatio licet videatur eſſe genus cuiuslibet coitus, tamen ſpecialiter intelligitur in vſu viduarum, meretricum, vel concubinarum, 36 q. 1. lex illa, § cum ergo.
Quod fornicatio carnalis nulli impunè conceditur, 27. q. 1. nubendi.
Quod ſimplex fornicatio, quæ eſt ſoluti cum ſoluta, prohibetur, 32. q. 4. dicat, & c. mererrices.
Quod propter maius malũ vitandum, non eſt multũ exaggeranda, 32. q. 2. ancillam.
Quod fornicatio non eſt diuerſa, ſiue pulchra ſit, ſiue turpis quam quis cognoſcit, 14 q. vlt. c. vlt.
Quod fornicatio maximum peccatum eſt propter tẽpli Dei violationem, 32 q 4. in eo, & q. 7. non ſolũ.
Quod fœminæ fornicantes cum clericis, debent in ſeruitutem redigi, 32. diſ. eos qui.

De materia clericorum inuenies vbi agitur de Clericis.

Quod epiſcopus, vel presbyter fornicans cum ſua filia ſpirituali, ſi publicum eſt, debet deponi, ſi occultũ, epiſcopus, 15. annis & presbyter, 12. debet pœnitere, 30. q 1. omnes, & duobus, c ſeq.
Quod maritus ſic continere debet vt non de vxori occaſionem fornicandi, 27 q. 1. nubendi.
Quod propter ſolã cauſam fornicationis vxor dimittitur quantum ad cohabitationem, 32. q 1. dixit dominus.
Quod fornicatio ſpiritualis eſt idololatria, quam ſequuntur infideles, & quęlibet noxia ſuperſtitio, 28. q. 1. idololatria.
Quod fornicatio animi eſt ſeruitus idolorum, 32. q. 7. non ſolum.
Quod auaritia quæ eſt idolorum ſeruitus, fornicatio ſpiritualis dicitur, 28. q. 1. idololatria.
Quod fornicatio ſpiritualis dicitur conſenſus mentis ad fornicandum, iuxtà illud, Qui viderit mulierem, & c. 32. q. 7. non ſolum,

FORTITVDO. Quod fortitudo corporalis ſi pro afflictiõe in malignãtes exercetur, bona & laudabilis eſt, 23 q. 3. fortitudo. Exemplum de Moyſe, qui Ægyptium malignantem occidit, 23. q. 3. non in inferenda.
Quod ille prodeſt furi vel piratæ qui fortitudinẽ mẽbrorum ſuorum ne peius agat, debilitat, 23. q. 3. ſi quis.
Quod dilectores huius ſæculi fortes ſunt in iis quæ ſunt ad mundũ, & debiles in his quæ ſunt ad Deũ, 47 diſt. omnes
FORVS Quod forus eſt exercendarũ litium locus, ſicut innuitur, 11. q. 1. clericus ſiue.
Quod actor debet ſequi forũ pulſati, 11. qu. 1. ſi quiſquam.
Quod ſiue clericus, ſiue laicus, pro crimine pulſatus non niſi in foro ſuo debet audiri, 11. q. 1. clericus, & c. ſeq.
Quod clericis pulſatis in epiſcopali iudicio forum cõpetit, 11 q. 1. ſi quiſquam.
Quod excepta ſede apoſtolica nemo poteſt trahi extra ſuam diœceſim vel prouinciã pro cauſę litigio, 6. q 3. & 12. q. 4. ferè per totum.
Quod ratione criminis commiſſi efficitur quis de foro alieno, 3 q 6. c. vlt.
Quod ibi cauſa agenda eſt, vbi crimen committitur, 3. q. 6. peregrina, & ſex c. ſeq.
Quod ſi quis mutat domicilium, ibi forum iudicij ſortiatur vbi habitationem elegit, 15. q. 2. vbicunque, § quia ergo
Quod quicauſam, ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam ad alterius fidei iudicis forum euocat, eſt excommunicandus, 2. q. 6. catholicus.
Quod clericus ab epiſcopo depoſitus ſi principem ſęcularem adeat, amplius non auditur, ſed ſpem recipiẽdi gradus in futurum amittit, 21. q. 5. c. 1. & c. vlt.
Quod clericus ſi extra prouinciam (excepta ſede apoſtolica) iudicia expectat, eſt deponendus, 3 q. 6. nõ liceat, 11 q. 1. ſi quis clericus, & c. ſeq & cap. inolita, & c. de diuerſis.
FRATER. Quod dicitur quis frater fide, 2. q. 1. multi. circa medium, 11 q. 3. ad menſam.
Item frater dicitur cõſanguinitate, 35. q. 3. quædã lex.
Item dicitur frater iuris interpretatione, 28. quæſt. 1. nunquid.
Item dicitur frater dignitatis communione, 51. diſt. præterea. de pœn. diſt. 5. fratres noſtros.
Item dicitur frater religione, 16. q 1. vos autem.
Item dicitur frater religionis profeſſione, 10. q. 2. epiſcopus habeat.
Item dicitur frater nomine naturæ, 6. q. 1. ex merito.
Item dicitur frater ſimilitudine, de conſe. diſt. 1. Iacobus frater Domini.
Item dicitur frater facti comparatione, 14. q. 5. immolans, in fi.
FRAVS. Quod fraus propriè committitur quando res ad ſpeciales vſus miſſa retinetur, vel indebitè expenditur, 16. q. 1. reuertimini.
Quod amico rapere furtum eſt, eccleſiã que defraudare ſacrilegium eſt, 12. q. 1. gloria, in fi. 13. q. 2. qui oblationes, in fin.
Quod cum pauperibus eleemoſyna ſubtrahitur, Deus qui res ad hoc cõtulit, de ſua parte defraudari conqueritur, 16. q. 1. reuertimini.
Quod qui defraudat panem egentiũ, homo ſanguinis eſt, 13. q. 5. immolans.
Quod qui legata morientium retinent, egenos & mortuos conſolatione defraudant, 13. q. 2. qui oblationes.
Quod qui defraudat eccleſiæ res, in quadruplum debet reſtituere, 12. q. 2. in antiquis.
Quod clericus qui res eccleſiæ, quæ ſunt pauperum defraudat, eſt corripiendus, ſi verò epiſcopus eſt, deponendus eſt, 10. q. 2. epiſcopus, & c. ſeq.
Quod qui furem & latronem vel raptorem aliena cũ poſſit vi reſtituat non compellit, eſt ſocius fraudis vel criminis, 14 q. vlt. ſi res.

De hac materia require vbi agitur. de Diuortio.

FRVCTVS Quod fructus digni pœnitentiæ ſunt incipientium, videlicet de peccatis dolere, & de futuris malis cauere, de pœn. diſt. 5. circa fi 50. diſt. quia ſanctitas.
Quod fructus virtutum ſunt proficientium, quorum eſt de virtute in virtutem progredi, de pę. d 5. in fi.
Quod fructus ſpiritus ſunt perfectorum, quorum eſt beatitudinibus inſiſtere, videlicet voluntariam paupertatem diligere, manſuetudinem tenere, pro ętetno deſiderio lugere, iuſtitiam eſurire & ſitire, miſericordiam & munditiam ad tranquillitatem pacis amplecti, & pro obſeruatiõe iuſtitiæ perſecutionẽ pati, & cæteris fructibus ſpiritus inſiſtere. de pœn. diſt. 2 ſi quis ſemel.
FVGA. Quod fuga peccatorum eſt elongare ſe à terrenis & propinquis, 12. q. 1. c. cui portio.
Quod fugiendi ſunt honores, & fugientibus offerendi. 8. q. 1. in ſcripturis.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod si à persecutoribus prælati persona quæritur, debet fugere: si autē fides vel grex quæritur, se obij cere, 7.q.1.aduersitas, §.hoc etiam tunc.
Quod qui iudicium fugit, constat illum de iustitia dif fidere, 11.q.1.Christianis, in fine.
Quod hæretici & schismatici in prouincia permanen tes sunt fugiendi, 24.q.1.omnis.
Quod ad ecclesiam fugientes sunt ab ecclesia prote gendi, 87 dist.eos.
FVROR. Quod furor commotionis tempore iustū putat omne quod facit, 11. quæst.3.illa.
Quod laudabile est in præpositis si non furent, sed ra tio dominetur in ipsis, 11.q.3.illa.
Quod furor in sapiente talia facit, de quibus post mul tum solet pœnitere, 11.q.3.cum apud.
Quod rectores aliorum non cum leuitate vel furore debent præcipitare sentētiam, 11.q.3.summopere.
Quod qui post sacerdotium furere incœperit, sacerdo tio non carebit, nisi in furia sit perseuerans, 15.q.1. si quis non.in fin.
FVRTVM. Quod furtum est omnis illicita alienæ rei alienatio, 14.q.5.pœnale, 32.q.4.meretrices.cir ca fin.
Quod fur reputatur qui volens furari propter timo rem humanum non furatur, de pœn.distin.1.si pro pterea.
Quod non permisit rapinam qui furtum prohibuit, 32.q.4.meretrices.
Quod furti nomine rapina, & quidquid proximo au fertur illicitè, in prohibitione decalogi continetur, 14.q.5.pœnale.
Quod quantumcunque parum quis abstulerit, furti nomen incurrit, 14.quæstione 6.c.vlti.de pœ.dist. 1.vulgaris.
Quod non furtum sed mens furantis attenditur, 14. quæ.vlt.c.vlt.
Quod furtum non facit necessitas, sed voluntas. de cō se.dist.5.discipulos.
Quod cum pro necessitate vitæ alienum tollitur, quia tunc omnia sunt communia, furtū non committi tur.ibid.
Quod qui vt eleemosynam faciat alienum accipit, fur tū committit, 14.q.5 fortè, 32.q.4 sic non sunt.
Quod non est furtum accipere ab inuito sibi debitū, 14.q.5.non sanè.
Quod res Aegyptiorum asportando furtum non cō miserunt filij Israel, quia Domino omniū iubente paruerunt, 14.q.5.dixit Dominus.
Quod furem vel raptorem nullus debet defendere, sed humanitatis causa potest pro ipso intercedere, 14.q.6.c.si res, & ibi qui.
Quod fures vel latrones, quia infames sunt, nec accu sare, nec testes esse possunt, 3.q.5 constituimus.
Quod furtū ex auaritia commissum grauius punitur quàm quod fit ex inopia, 12.q.2.fraternitas.
Quod episcopus rerum ecclesiæ dilapidator tanquā fur à suo honore est deponendus, 10.q.2.c.vlti.12. q.2.in legibus.
Quod presbyter in furto deprehensus, ab omni hono re deponitur, 82.dist.presbyter.
Quod prælatus est fur, qui non curat de ouibus, vel non intrat per ostium in officium prælaturæ, 23.q. 4.tres personas.
Quod furtiua vsurpatio præiudicium non generat, 93.dist.illud.
FVTVRVM. Quod futura scire expedit, & modo debito sunt inquirenda, 1.quæst.7.conuenientibus, in prin.
Quod futura non sunt per sortilegia inuestiganda, 26.q.2.non statim, & duobus c.seq.
Quod curiositas est per cōstellationes futura inuesti gare, 26.q.7.sors, §.his ita.
Quod futura non sunt inuestiganda per auguria vel per aliarum artium magicarum documenta, 26.q. 2.illud.
Quod omnia prædicta futura inquirere est idololattrię deseruire, 26.q.2.sed & illud.
Quod aruspicia & augurationes, oracula & necroma tia per quæ homines futura inquirunt, inualuerunt ex arte dæmoniaca, 26.quæstione 2.qui sine Salua tore.
Quod ex inspectione scripturarum futura non sunt quærenda, 26.q.5 aliquanti.
Quod dæmones cum ex acumine sensus & celeritate motus & ex diuturnitate temporis ipsis ante cogni ta hominibus aliqua prænunciant, futura videntur prædicere, 26.quæstio.4.sciendum.per totum capi tulum.

GENERATIO. Quod generatio est duplex, vi delicet carnalis, quæ est à patribus per succes sionem, & spiritualis, quæ fit per baptismi gene rationē, 32.q.4.recurrat, de consec.d.4.regenerante.
Quod in generatione carnali quādoque de malis na scuntur boni, quando de bonis nascuntur mali, quandoque de bonis boni, & de malis mali, 32.qu. 4, recurrat, 47.distin quantumlibet, 56.dist. nasci. ante fin.
Quod nasci de adultetio non est culpa nascentis, sed eius qui generauit. 56.d.ist.nasci.
Quod vndecunque generētur homines, honesti & sal ui erunt, si parentum vitia non sectantur, 56.di.vn decunque, &c. Dominus noster.
Quod multi summi pontifices & episcopi sunt ex pres byteris generati, 56.dist.c.1.Osius.
Quod ideo quidam vsquo ad quartam generationem ecclesiam Dei intrare prohibētur, donec culpam au ctorū multipliciter successio generationis aboleat. 1.q.1.cito.
Quod generatio spiritualis quæ est per baptismum, fa cit remissionem omnium peccatorum. de conse.di. 4 regenerante.
Quod baptismus Ioannis non erat sufficiens ad spiri tualem generationem. de cons.dist.4. non regene rabantur.
Quod Christus suo baptismo homines ad spiritualē generationem prouocauit. de cons dist.4 non rege nerabantur.
GENVA. Quod genua à festo Paschę, vsque ad festū Pentecostes, inclusiuè in signum resurrectionis do minicæ ad horas non sunt flectenda, 76 dist.c.ieiu nium.§.non autem.& cap.scire, 30.dist.si quis pres byter.§.similiter.
Quod nec die dominico, nec in alio festo sanctorum genua flectenda sunt orando, 30.dist.si quis presby ter. de conse.dist.3, quoniam sunt.
Quod in diebus ieiuniorum genua flectere peccato res debent, 26.q.7.sacerdos.
GESTVS. Quod gestus exterior corporis qualitatem ind cat mentis, 41.dist clericus.§.sicut ergo.
Quod gestus reprehensibilis si dissolutus vel mollis est ind cat lasciuiam, si fractus, indicat superbiam, si citus, indicat impetuositatem, si tardus, indicat pi gritiam, 42.dist.parsimoniam.& ca.clericus.§.sicut ergo.
GLADIVS. Quod gladius est duplex, scilicet, ma terialis & spiritualis, 23.q.8.§.1.15.q 6.auctorita tem.circa fin.
Quod Christus non venit in terram mittere gladium materialem, sed spiritualem, 33.q.2 interfectores. §.in hoc.
Quod ecclesia non habet nisi spiritualem gladium, quia non occidit sed viuificat, 33.q.2.inter hæc.16. q.2 visis.in fi.24.q.1.si Petrus.
Quod materialis gladius prælatis in exemplum patię tiæ inhibetur, spiritualis verò qui est verbum Dei exerceri præcipitur, 23.q.1.§.1.& q.8.§.1.
Quod ecclesia criminosos non materiali sed spiritua li gladio feriri iubet, 33.q.2.interfectores.§.in hoc.
Quod prælati ecclesiæ de mandato Papę possunt res ecclesię materiali gladio defendere, 13.q.6. auctori tatem, circa finem.
Quod potestates sęculares ideo non sine causa gladiū materialem portāt, qui in malefactores iræ Dei exi stunt ministri, 23.q.5.non solum.&c.sunt quędam, & q.4.quęsitum, & c.sicut.in fi.
Quod sæcularis potestas cum gladium vindictæ res puit, occasionem peccandi tribuit, 23.q.quarta, est iniusta.
Quod ille gladium materialem cum culpa accipit, qui sine potestate concessa à superiore in sanguinem al terius armatur, 23.q.4.ille gladium.
GLORIA. Quod gloria episcopi est pauperib. sub uenire, 12.q.2 gloria.
Quod prædicator gloriam suam euacuat, quando nō pro æterno, sed pro fructu temporali laborat, 1.qu. 2 sacerdos.in fi.
Quod in lata gente est gloria regis, in diminutione plebis, est contritio principis, 1.q.4.ecclesiæ.§. item Dauid post medium.
Quod nihil est illo pastore deterius, qui luporum lau dibus gloriatur, 83.dist nihil.6.q.1.sunt plurimi.
Quod melior est in malefactis humilis cōfessio, quàm in bonis superba gloriatio, 11.q.3 iniustum.
GRATIA. Quod gratia dicitur eo quòd gratis da tur vel recipitur, gratia aliter non est, 1.q.1.c.1.
Quod gratia non generis nobilitate, sed virtute para tur, 40.dist.illud.
Quod nullus nisi purgetur à vitiis, gratiā Dei potest accipere, de pœn. dist.1.non potest quisquam.
Quod sicut sol æquali luce super omnes radiat, sic gra tia Dei sine acceptione personarum æqualiter om nibus infunditur, de consec. distinct. 4. nec quan quam.
Quod gratiæ plenitudo adiectione non indiget, nec vlla requirit commēdationis augmenta, 6.q 1.si om nia.
Quod quantumcunque occulta loca animam sine gra tia saluare non possunt, quia de paradiso homo, & angelus de cœlo peccando cecidit, 40. dist.quæli bet.
Quod gratia Dei dat fidem, & facit remissionem pec catorum, de consec.dist.4 gratia quę.
Quod gratia Christi non solum facit malum vitare, sed etiam bonum facere, de consec.dist. 3. placuit. & cap.sequen.
Quod gratias Deo & hominibus pro beneficiis age re debemus, 16.q.1.reuertimini.
Quod de aduersitatibus & passionibus Deo gratias re ferre debemus, 21 q.vlt.c.vlt.
Quod sine gratia mandata Dei adimpleri nō possunt. de consecr.dist.4.c.vlt.
GRADVS. Quod gradus in ecclesia diuersi, & sta tus vnitatem ecclesiæ conseruant, distinctione 89. ad hoc, 93.dist. à subdiacono, 50.distinctione in ca pite.
Quod in singulis gradibus ordinum conferendis, di lationis tempora sunt obseruanda, 77.dist. in singu lis, & c.seq.
Quod ad singulos gradus ordinem recipiētium ętas est seruanda 77.dist.per totum.
Quod ad gradum diaconatus & supra nemo est pro mouendus, nisi præeunte continentia fuerit appro batus, 77.dist.quicunque.
Quod ad superiorem gradum sacerdotij nullus de bet exponi, nisi ab inferiori ordine gradatim ascē dendo. 59.dist.per totum,
Quod apud Deum non gradus altior, sed vitę melio ris actio comprobatur, 23.q.4.sicut excellentiam.
Quod gradus sunt non solum inter virtutem & virtu tem, sed etiam in vna eademque virtute, de pœn. distin.1.§.ego sum panis §. hæc quę & c.cum san ctam.
Quod non solum sunt in virtute gradus, sed etiam in peccato. de pœn.distin.2.sicut tribus.§.non est mi rum.
Quod tribus gradibus ad peccatum peruenitur, sug gestione, delectatione, & consensu. de pœn.distin. 2. iciendum, & c.sicut tribus.
Quod olim vsque ad septimum gradum consanguini tatis & affinitatis matrimonium contrahi impedie batur, 45.q.1.contradicimus.& q.8.per totum.

De computatione consanguinitatis & affinitatis habes 35.q.3.contradicimus.& q.4.& q.5. per totum.

GRAMMATICA. Quod grammatica ad meliores vsus assumpta animæ salutī non infert detrimentū, 37.d.ist.si quis autem.
Quod episcopo vel alij prælato est reprehensibile omisso Euangelio vel alia sacra scriptura populo gra maticam exponere, 37.dist.turbat.§.cum ergo. 86. dist.cum multa.
Quod episcopi vel presbyteri si cadunt in grammati cam non sunt à sapientibus irridēdi, quia plus sunt pensanda vitia morum, quàm verborum, 38.disti. quamuis.§.sed licet, &c.sedulo.
Quod si aliquando sancti viri loquuntur per barbaris mos & solœcismos, non sunt propter hoc despi ciendi, 38.dist.sedulo, & c.seq. de consec.dist.4.recu lerunt.
Quod indignum est verba cœlestis oraculi restringi sub regulis Donati, 38.dist.indignum.1.qu.1. mar chion.
GREX. Quod sicut grex ex vna morbida oue pollui tur, sic ex prælato immundo plures inficiuntur, 45. dist.sed illud, in fin.
Quod prælati tanquam arietes ducatum gregi præbe re debent, 7.q.1.sciscitatis.
Quod languente pastore grex insidiatorum dentibus laniandus exponitur, 7.q.1.quamuis.
GVERRA. Quod guerra quandoque immittitur propter populi peccata, 23.q 5.remittuntur. per to tum, 56.dist.si gens.

De hac materia require vbi agitur de Bello.

GVLA. Quod gula est mater luxurię, quia venter & genitalia sunt vicina membra, 44.d.ist.§.1.cum autem. de cons.dist.5.nihil.
Quod gula sic in vilibus vt in pretiosis attenditur, 41. dist.quisquis.& c.deliciæ.
Quod quinque sunt species gulæ, videlicet accuratius cibo intendere, vel lautioria excogitare, in cibo rē pus præuenire, ad cibum nimium æstuare, de cibo plus sumere. de cons.dist.5.quinque.
Quod gula de paradiso primū hominē expulit, 35.di.
Quod gula grossum sensum generat. 44. dist.non li ceat.§.si ergo.
Quod gula morbos facit, molestias ingerit, & ægritu dines generat. de cons.dist.5.nihil. & c. ne tales.
Quod gulosi non aliter festa sanctorum putant cele brare, nisi guiæ deseruiant, 44.dist.§.1.in fi.
Quod ęgritudines quas gula infert, fames curat. de cons.dist.5, legimus.

HABERE. Quod habere potest ecclesia propriū exemplo Domini, 12 q 1.exemplum.& c. seq. Quod perfecti proprium non habent nec ha bere concupiscunt qui nō suorum sed communiū sunt possessores, 1.q 2.sacerdos.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod religionem professi proprium habere non debēt, 12.q.1.scimus.& tribus c.seq.& c.habebat, & c.seq.18.q.2 quàm sit,§.nullus.

Quod habētibus eleemosynā dare nihil aliud est quā perdere, 1,q.2.pastor.

HABITATIO. Quod habitatio vera Christi est ecclesia, quę fidē ipsius seruat, 24.q.1 quæ dignior.

Quod *Deus* non habitat in illis qui per superbię singulatitatem se à melioribus diuidunt, 24.q.audiuimus.ante med.

Quod sicut filij Israel dispersi non potuerunt Iebuſæos, quin in medio ipsorum habitarēt, sic boni nō possunt euadere falsos Christianos, 11.qu.3.nolite recedere, per totum cap.

Quod nō habitant cum Deo toto corde habitare qui fœminarū accessib. copulātur, 32. di.hospitiosum.

Quod nullus clericus cū extranea fœmina debet habitare, 81.dist.clericos.& 2 c.seq.

Quod monachi cum monialibus in vno loco non debent habitare, 18.q.2.in nullo loco,&quatuor c.ſq.

Quod habitatores præponūtur extraneis in pluribus in constitutione archidiaconi, 93.dist.legimus.

Item in constitutione œconomi, 89.dist.quia.

Item in episcopo eligendo, 7.q.1.remoto.

Item in abbatis electione, 17.q.2.quàm sit.

Item in episcopi accusatione, 2.q.7.quærendum.

Item in defuncti episcopi rerum conseruatione, 12.q.2.non liceat alicui.

HABITVS. Quod habitus clerici non in vestibus nec in calceamentis decorem debet prætēdere, 41.dist.clericus,& §.seq & c.parsimoniam.

Quod clerici in habitu suo nec sericis nec aureis intexturis, nec in summitate vestimentorum variorum colorum ornamentis vti debent, 21.q.4.omnis iactura.& quatuor c.seq.

Quod religiosorum habitus non debent esse notabiles, nec diuersi coloris, sed conuenientes, pœnitentiæ & deuotioni, 20.q.1.vidua.

Quod religiosus habitum professionis suæ, tam in lecto quàm in alijs locis debet deferre. 20.q.1.vidua.

Quod mulier quæ propter ludum habitum hominis virilem assumit, anathema incurrit, 30.distin.si qua mulier.

HELI. Quod Heli sacerdos sanctus fuit, sed quia filios non erudiuit, supinus cecidit, 37.d.legant.

Quod sicuti propter filiorum *Heli* peccatum homines à sacrificio Dei detrahebantur, sic prauis exemplis prælatorum quotidie peiores fiunt, 50.dist.de his verò.

Quod sicut ex peccato filiorum Heli in manu hostiū populus corruit, sic plebs peccata prælatorum luit. 1.q.4.ecclesia.

HELIAS. Quod Helias vt ostenderet illum verum Deū esse quem colebat, orauit igne cęlesti quinquagenarios consumi. 83.q.4.si illic,§ sed obijcitur,& cap.quod Christus,& c.ea vindicta.

Quod precibus Heliæ cælum clausum fuit annis tribus & sex mensibus, 23.q.4.si illic,§.quod tunc.

Quod Helias culturam Baal vindicauit, sacerdotes eius occidendo, 23.q.4.Guilisarius, circa finem.

HELISAEVS. Quod Heliseus asperſione salis sterilitatem aquæ sanauit. de consec.dist.3.aquā sale.

Quod in exemplum perfectis ad prophetandum vadens, boues & omnem curam domesticam reliquit, 86.dist.dominus.

Quod misit lignum in aquam, & ferrum securis cōtra naturam natauit, de consecra.dist.2.reuera.post medium.

HEREDITAS. Quod hereditas secundum leges ab indignis successoribus potest auferri, 11.quæ.1. Syluester.

Quod heredi nō licet sine causa venire cōtra factum sui prædecessoris, 12 q.1.Syluester, 16 quę.6.illud.

Quod nullus exheredato filio ecclesiam debet facere hæredem, 17.q.vlt.c.vlt.23.q.2.si qui irascitur.

Quod episcopus res quas habuit hereditatio iure, liberè potest conferre, 12.q.1.episcopi.

Quod clerici sunt funiculi hereditatis Christi, 12.q.1. clericus.

HEREMITA. Quod sunt heremitę qui verè & purè solitariam vitam dicunt, 16.q.qui verè.

Quod Ioannes Baptista fuit de vita eremitica, 2. q.7. c.vlt.§.item Ioannes.

Quod eremitica vera ac pura digna honore iudicatur, 16.q.qui vere.

Quod eremitæ ne videantur esse acephali, debent subesse episcopis, 93.d.nulla.& c.seq.11.qu.3.si autē.

Quod eremitæ vtuntur priuilegio clericali sicut alij religiosi. 16.q.1.qui vere.

Quod eremita potest habere proprium,& condere testamentum, 19.q.3.perlatum,§.econtra.

Quod eremitæ ratiōe propriį imperfectiores sūt monachis, quibus propriū nō licet habere, 19.q.3.perlatum,§.econtra.

HAERESIS. Quod hæresis Græcè ab electione dicitur, quod scilicet eam disciplinam quam sibi vnusquisque legit, putat esse meliorem, 23.q.3.hæresis.

Quod prima hæresis occasione corporis Christi & sanguinis orta est in discipulis, de consec.di.2.prima.

Quod post illa Ariana quæ ponebat maioritatem gradus in personis, orta est in clericis, 16.di.sexta synodus.§.prima.

Quod tunc Christianitas in diuersas hæreses scissa est quando propter fidei persecutores episcopi ad concilia celebranda in vnum non poterant conuenire, 15 dist.canones.

Diuersitatem hæresum & multiplicitatem earum, habes. 24.q.3.quidam autem hæretici per totum.

Quod inter hęresim & schisma est illa differentia, videlicet quòd hęresis est in peruersa doctrina, sed schisma in separatione ab ecclesia, 24.q.tertia. inter hæresim.

Quod largo modo simoniaca prauitas dicitur impia hæresis, 1.q.1.quisquis.c.cum liqueat.& c. eos.

Quod simoniaca hæresis ortum habuit tempore apostolorum, 1.q.1.fertur.

Quod diuina prouidentia diuersi erroris hæreses esse permittit, vt fideles astutiores reddantur, 24.q. vlt. c.vlt.

Quod nullum peccatum est grauius hæresi, 32.qu.7. quid in omnibus, 24.q.4.quid autem, 22. quæstione.2.primum.

Quod an grauius peccat qui hæresim incurrit ignorans, an qui sciens auaritiæ deseruit, 6.q 1.quæro.

Quod pro nullo alio quàm pro Papa potest cōueniri, 40.dist.si Papa.

HAERETICVS. Quod hæreticus est qui falsas ac nouas opiniones gignit vel sequitur, 24.q.3.hæreticus.

Item hęreticus est qui aliter scripturam sacram intelligit, quàm sensus spiritus sancti flagitat, 24.q.3.hæresis, 38.dist.quamuis.

Item hæreticus est qui pręcisus est abvnitate ecclesię, 4.q.3.c.1.& seq.

Item hæreticus est qui in vnam hæresim damnatā incidit, 24.q.1.Achatius.

Item hæreticus dicitur non qui errat, sed qui errorem contumaciter defendit, 24.q.3 qui in ecclesia.

Item largè simoniacus dicitur hęreticus, 1. q.1. quisquis.

Item qui Romanam ecclesiam negat esse caput ecclesiarum,& qui auctoritati eius derogat, est hæreticus, 22.dist.omnes, circa fi.

Item ille qui hæreticos defendit, non solum hæreticus, sed hæresiarcha dicendus est, 24.q.vlt. qui alio turn.

Quod præsumptio sensus proprij via est ad hæresim, 24.q.3.quid autem.

Quod qui in expositione scripturæ locū, tempus, & personam non attendit, de facili in erroris labyrinthum cadit, 29.dist.sciendum.

Quod non sunt inter hæreticos computandi qui errorem, ab aliis recipientes parati sunt postponere, 24.q.3.dixit.

Quod sicut ipsi hæretici damnati sunt ab ecclesia, sic & scripturæ eorum, 15.dist.in primis.§. montanus.

Quod hæretici excommunicati sunt ipso iure, 24.qu. 1. Achatius.& duobus c.seq.

Item post mortem excōmunicantur, 24.q.2.sanè profertur.per totum cap.

Quod consortium & communio hæreticorū sunt fugienda, 24.q.1.aduocauit,& c.seq.& q.3. clericus.

Quod hæreticorum conuenticula, conciliabula sunt appellanda, 24 q.3.clericus.

Quod sacramenta hęreticorum in forma ecclesiæ tradita sunt bona, quia non sunt humana, sed diuina, 23.q.4.quid facit.

Quod scienter non debent ab ipsis (etiam in necessitate) sacramenta recipi, 24.q.1.si quem forte.& duob. c.seq.

Quod nec dāda sunt ipsis à catholicis sacramenta, 24. q.2.nec quisquam.

Quod hæretici non habēt salutem in se, nec potestatem in alios, 24.q.1.quodcunque.& c.vbi.

Item quòd non possunt contra fideles testificari, 2.q. 7.non potest.& c.pagani.

Item nec ipsos accusare possunt, nec iudicare, 4.q.1.c. 1.25.q.omne.

Item nec excommunicare possunt, nec condemnare, 24.q.1.ait.& duobus c.seq.

Quod hæreticos accusare etiam infames personæ possunt, 6.q.1.nos.§.sed licet.& c.seq.

Quod hæreticus hæreticum excommunicare potest, non catholicum, 24.q.1.miramur.§.1.

Quod hæreticus excommunicatus ab hæretico propter crimen à catholicis, propter detestationem culpæ non est recipiendus, 24.q.1.quisquis.& c. seq.

Quod reges & principes terræ debent hæreticos persequi,& habēt ecclesiam tueri, 23.q.4. non inuenitur,& c.sicut excellentia.

Quod hæretici sunt cogendi & compellendi ad fidei quam reliquerunt receptionem, 23.q.4.nimium.vsque ad finem quęstionis.

Item possunt compelli per rerum temporalium spoliationem, 8.dist.quo iure, post medium, 23.q.4 sa pietas,& c.qui peccat.

Item sunt cogendi vel domandi per corporalem punitionem, 23.q.4.displicet.& c.seq.& q 5.c.1,&duobus c.sequen.

Quod in persecutione eorum non ad res eorum, sed ad salutem respectus est habendus, 23.q.4. ipsa pietas.in fi.

Quod inuentor hæresis,& imitator pari damnatione plectuntur, 24.q 1 c.1.

Quod redeuntes debent recipi cum scriptura, quę cōtinet detestationem præteriti erroris, & veræ fidei confessionem, 1.q 7.si qui voluerint c.quoties,& c. maximum,& c seq.26.q.6.his qui tēpore. in fin.de consc dist.2.ego Berengarius.

Quod redeuntes, ad pristinam dignitatem non admittuntur de iuris rigore, 1.q.7.c.1.

Quod humiliter redeuntes, ad pristinam dignitatem restituuntur de benignitate ecclesiæ, 1.q 7.conuenientibus & c.didici. & c.maximum, 25. qu.4.ipsa pietas.

Quod redeuntes non promouentur ad maiorem dignitatem, 12.dist.1.q.7.saluberrimum.

HENRICVS. Quod Henricus primus imperator priuilegio renuntiauit quod Romani pontifices propter schismaticos & hæreticos contulerant imperatoribus super prouisione & super inuestituris episcoporum, 63.dist.constitutio.

HISTRIO. Quod histrio ad accusandum non admittitur, quia infamis est, 4.q.1.diffinimus.

Quod clerici maximè in sacris constituti in conuiuijs vbi histriones sunt, non debent interesse, 34.distin. presbyteri.

Quod histriones prohibētur ad ordines promoueri, 34.dist.maritum.

Quod nec eucharistia in tali statu manēntibus dari debet, de consc.dist.2.pro dilectione.

Quod histrionibus propter suum officium res suas dare, peccatum est immane, 86.dist.donare.

HOLOCAVSTVM. Quod holocaustū spirituale est ieiunare, eleemosynam dare, pudicitiam politi ceri, 14.q.1.odi.& proieci.

HOMICIDIVM. Quod homicidium tres habet species, sunt etenim homicidæ interfectores, detractores, & odium habentes, de pœnitentia, dist.5.homicidiorum. & quatuor c.seq.

Quod primæ speciei homicida est, quia non tantum de facto, sed etiam de concilio vel fraude aliquem occidit, de pœn dist.1.periculosè.& c.noli.

Quod omnes vulnerantes tandem mortuum, vel consilium, vel auxilium præbentes, homicidæ iudicantur, 23.q.8.c.vlt.32.q.2.aliquando.

Quod non habens publicam administrationem, maleficium vel qualemcunque criminosum inferrit, homicida iudicabitur, 23.q.vlt. quicunque percutit.& q.4.ille gladium.

Quod ille minister est homicida qui sponte sua illum occidit, quem scit etiam à iudice occidendum, 23. q.5.cum minister.

Quod homicida est qui abortum viuentis animę procurat, 32.q.2.quod vero.

Item qui sibi voluntariè membrum virile absciderit, 55.dist.si quis absciderit.

Quod quicunque qualicunque modo se occiderit, homicida iudicatur, 23.q.4.displicet, post med. q.5.si non licet.per totum cap.

Quod videtur quòd propter periculum castitatis licet se ipsum occidere, 23.q.5.non est.

Quod Sāson qui seipsum occidit cum aliis per instinctū spiritus sancti, de crimine excusatur, 23.q. 5.si non licet.ante fi.

Quod pro illis qui sui ipsius homicidę sunt, nō est orādum, nec sunt cum fidelibus sepeliendi, 23.q.5.placuit vt hi.

Quod ad homicidium miscere se cum aliis quilibet debet formidare, 23.quæst. 8. si in morte Longobardorum.

Quod nulla lex innocentem occidere concedit, 23.q. 5.c non licet.

Quod homicidia maximè clericorum per iudices sæculares sunt vindicanda, 23. quæstion.5.sunt quædam.

Quod principi vel iudici iustè officium exercenti, homicidium ad culpā non imputatur, 23.q. 1.noli.& c.seq.q 5.de occidendis,& c.miles.& quatuor c. se.& c.non frustra,& quinque c.seq.

Quod reum non iudex sed lex occidit, & si parcit, cō tempore est legis, 23.quæst.5.miles.& cap.iudex, & c.seq.

Quod perimere malos auctoritate principis, non est committere homicidium, 23.q.vlt.quicunque percutit,& q.5.miles.

Quod sancti patres zelo iustitiæ occidendo merebātur, 23 q.4.§.ea vindicta.q.5.remittūtur.& q. 8. legi.& c. seq.

Quod cū impius interficitur, Christus dilatatur, quia abominatio aboletur, 15.q.1.nec is qui.

Quod

Quod excommunicatos zelo iustitiæ occidendo homicidium non incurritur, 25.quæst.5.excommunicatorum.

Quod ad depressionem inimicorum Christi licet clerico hortari laicos, nec ex hoc homicida reputatur, 23.q.8.igitur,& nouem c.seq.

Quod clericus non debet esse iudex in causa sanguinis, quia ex hoc efficitur irregularis, 50.dist.mitor, & quattuor seq.& c.de his, clericis,& c.studeat.

Quod furioso vel mente alienato homicidium ad pœnã non imputatur, 15.qu.1.illud,§.itaque, in fin.& cap.aliquos,& c.si quis insaniens.

Quod nec casuale imputatur homicidium ad irregularitatem, 50.dist.clerico,& c.seq.& c. eum qui.& c.hi qui arborem.

Quod pro homicidio inuoluntario vbi sufficiens cautela non adhibetur, secundum magis & minus, leuior tamen quàm pro alio homicidio pœnitentia est imponenda, 50.dist.studeat,& quattuor c.sequ. 15.q.1.si quis non.

Quod vbi per culpam quis in necessitatem homicidij venit, de homicidio non excusatur, 15.q.1.illud, §. itaque.

Quod vbi sine culpa quis ad necessitatẽ peruenit homicidij, non imputatur. 50.dist.sæpè.

Item si dedit operam rei licitæ,& omnem cautelam adhibuit, non imputatur, 50.dist.hi qui.

Quod cũ quis defendendo se vel sociũ homicidiũ cõmittit, minus imputatur, 23.q.5.non est iniquitatis.

Quod interpretatiuè homicida dicitur qui cũ possit fame morientibus non succurrit, 86 dist. pasce, 6. q.1.decimæ.in fi.

Quod pastor cum delinquentes non arguit, ipsos tacendo occidit, 43.dist.ephesiis.

Quod qui res episcopi vel ecclesiæ rapit, homicida iudicabitur, 12 q.2.qui Christi,& c.qui abstulerit.

Quod negans pœnitentiam morienti homicida dicitur, 16.q.6.cognouimus.

Quod ille qui aliquem ad peierandum scienter cõpulerit, dupliciter est homicida, idest sui ipsius,& alterius, 22.q.5.ille.

Quod qui alium occidit,& qui alij detrahit, seipsum occidit.de pœn.dist.1.homicidiorum.

Quod homicidæ per ecclesiam cogendi sunt ad pœnitentiam agendam, 24.q.3.itaque.

Quod quia diuersi sunt modi homicidij, iuxta hoc & diuersitas culpæ debet pensari, 23.q.5.cum homo.

Quod voluntariè vel furore laicum occidens septem annorum pœnitentia est puniendus, 50.dist.si qua.

Quod clericum vel religiosum occidens punitur pœnitentia grauiori, 17.q.4.qui occiderit.

Quod occisor patris vel matris pœnitẽtia punitur ampliori, 33.q.2.latorem.

Quod pro vxoris homicidio pœna grauissima imponitur, 33.q.2.admonere.

Quod occidẽs vxorem absque lege vel sine causa, nõ debet nubere: tamen cum adolescente potest dispẽsari, 33.q.2.interfectores,& duob.c.seq.

HONOR. Quod honor non est suscipiendus nisi prius is qui adipisci desiderat, vires suas cum onere metiatur, 1.q.1.non est putanda.& c.fertur, in fin.

Quod si ad honores mundi sine merito laboris non peruenitur, multo fortius ad honores cœlestium dignitatum, 61.dist, mitamur.in fi.

Quod honor etiam à digno cum metu est suscipiendus, 1.q.1.non est.in fine.63.dist.Valentinianus.

Quod nemo debet sibi honorem assumere nisi à Deo vocatus, 8.q.1.in scripturis.

Quod honor contemnenti & fugienti est offerendus. ibidem.

Quod honor per ambitionẽ susceptus vergit ad culpã & ad pœnam, 40.dist.multi, 1.quæst.6.sicut, 8.q. 1.sunt.

Quod prælatus non suum sed honorem ecclesiæ debet cupere, 99.dist.ecce.

Quod qui honore est maior, in sanctitate & in solicitudine debet esse perfectior, 100.distinct.rationis, 1.q.1.vilissimus.

Quod non qui maior fuerit in honore, est iustior, sed qui iustior est, ille est maior, 40.distinctione multi, in fine.

Quod tunc prælatus honoratur quando à suis subditis honor quilibet debitus non negatur, 99. dist.ecce.in fine.& c.nullus.

Quod quanto quis in maiori honore constitutus peccat, tanto plus est puniendus, 5.quæst.6.quia, §.presbyteri.

Quod honor indebitè oblatus est respuendus, 99.dist. nullus.

Quod honor sic singulis exhibendus est, vt ex hoc nulli derogetur, 99.dist.ecce, 11.q.3.qui resistit, 25. q.2.de ecclesiasticis.

Quod sacerdos in persona Dei cuius minister est, honoratur, 2.q.4.habet, in fine.

Quod sacerdotes sunt honorandi.quos Deus dicens ipsos Deos & angelos honorauit, 11.q.1.sacerdotibus.

Quod dilectores huius sæculi pro honore terreno multa tolerant, pro honore cælesti pauca, 47.dist. omnes, in princ.

HOSPITALITAS. Quod hospitalitas per ipsum Christum commendatur, 42 dist. §.1.

Quod hospitalitas exercenda est ad omnes indifferenter. 42.dist.quiescamus

Quod hospitalitas omnibus exemplo sanctorum patrum persuadetur, 42.dist.§.1.

Quod zelandum est pro hospitibus, quia hospitalitas etiam apud barbaros inuiolabilis custoditur, 32.q. 7.offerebat.

Quod res clericorum debent esse communes, maximè in susceptionem peregrinorum & hospitum, 16. q.1.quoniam quidquid.

Quod hospitalitas maxime à prælatis & religiosis est seruanda, 89.dist.volumus, 12.q.1.quia.circa finem. & q.2.mos.

Quod prælatus domum suam hospitibus claudens nõ potest esse hospitalitatis exhortator, 32.dist.§.1.

Quod electus in episcopum, à confirmatione repellitur propter inhospitalitatem, 86.dist. archidiaconũ Florentinum.

Quod mali hospites, qui res exportant hospitantium, sunt sicut mus in pera, ignis in sinu,& serpens ingremio, qui male suos remunerant hospites, 23.q.1.ecclesias.§.ad hęc.post medium.

Quod hospitalium constructio & gubernatio spectat ad curam episcopi, 18.q.2.quidam.

HOSTIARIVS. Quod hostiarij in veteri testamẽto iidem sunt quod ianitores, 21.dist.cleros.

Quod hostiarij effectus claues ecclesię tenere, & omnia quæ sunt intus & extra custodire, 25. dist.nct. perlectis.

HOSTIS. Quod hostis interior est mala voluntas, 23.q.1.paratus.in fi.

Quod exterius hostem pugnantem necessitas debet præmere, non voluntas, 23.q.1.noli.

Quod capto hosti misericorda debetur, nisi pacis perturbatio timeatur, 24.q.1.noli.in fine.

Quod hosti fides si promittitur, est seruanda, 23.quęs. 1.noli.

Quod in iusto bello nihil refert vtrum hostis apertè vel insidijs expugnetur, 23.q.2.dominus.

HVMILITAS. Quod humilitas est pœnitentię fundamentum, de pœn.dist.2.c.1.in prin.

Quod humilitatis exercitia sunt vtilioribus officiis se subdere,& ministeriis indignioribus se tradere. de pœn.dist.2.§.1.

Quod humilitas prælatis est commendabilis, 99.d.2.

Quod nihil fulget in episcopali ceruice splendidius quã humilitas, 100 dist.contra morem, ante finem.

Quod humilitas docendis & discendis persuadetur, 38.dist.sedulo,&c.nullus, 40.di.multi.in fi.24. q.3. si habes.

Quod virginitas cum humilitate est admiranda, 30. dist.hæc autem scripsimus.

Quod Christus verbis & factis exemplum dedit humilitatis, 93.dist.dominus, 9 q.3.nullus, ante fi.

Quod neophyti & totius humilitatis ignari ad regimen ecclesiæ non sunt assumendi, 61.distin. statuimus.& §.1.

Quod boni pastores potiꝰ per humilitatis mãsuetudinẽ studẽt peccãtes reuocare, quàm per austeritatẽ in foueam perditionis propellere, 45. dist. recedite.

Quod qui sibi vult ab aliis humiliter obediri & ipse suo superiori obediat, 2.q.6.qui se scit.

Quod cum culpa non exigit, omnes secũdum rationem humilitatis æquales sumus, 22.dist de Cõstantinopolitana.

Quod humilitatis causa non est in confessione mentiendum, 22.q.2.cum humilitatis.

Quod humilitas non est vbi est falsitas, 22. q.1. cum humilitatis,& c.incauti.

Quod ficta humilitas est cum superbia mista, 8.q.1.in scripturis.in fi.

Quod nemo prælatis suis sic humilitate debet subiici, vt cogatur ipsorum vitia venerari, 2.q.7.admonẽdi.

IACOB Quod Iacob dicendo se primogenitum nõ est mẽtitus, quia non ad natiuitatem, sed ad ius primogenituræ respectum habuit, 22.q.2.quæritur.§. proxi.

Quod nõ præcedens, sed subsequens cõsensus Iacob in Liam fecit eos coniuges, 29 q.1.§. sed obiicitur.

Quod Iacob licet in se esset bonus, tamen filios aliquos malos, aliquos bonos habuit, 32 q. 4. recurrat.

Quod in hoc quod vidit Angelos ascendentes & descendentes, vitam prælatorum actiuam & contemplatiuam designat, 88.dist.d. creuit.

IACTARE. Quod iactare non debet se quis de statu perfectionis iuæ, quia & Petrus post iactantiam cecidit, 6.q.1.imitare.

Quod omni ornatu qui possit iactantiam inferre, debent carere clerici, 21.q.4.c.1.23.dist. his igitur.

IDOLOLATRIA. Quod idololatria quam ieiunantur infideles,& quæ libet noxia superititio est forocatio spiritualis, 28.q.1.idololatria.

Quod idolorum cultura subtilitas dæmonum adinuenit, 26.q.4 sciendum.per totum cap.

Quod ille princeps est idololatriæ qui res suas quas prohibere potest, permittit idolis immolari, 26.qu. 2.si de area.

Quod eligendũ est potius fame mori quàm ob reuerẽtiã idolorum idolothytas vesci, 32.q.4.sicut satius.

Quod Salomõ qui Deo tẽplum construxerat, excæcatus luxuria tẽplũ idolis fabricauit, 32. q.4. Salomõ.

Quod idololatra fit quis interpretatiuè multipliciter videlicet per eucharistię perceptionem indignã, 32. dist.præter hoc.§.porro.

Item per rebellem obedientiam, 8.q.1.sciendũ. in fin.

Item per æstuantem auaritiam, 6.q.1.quęro.

Item per sortilegiorum, & diuinationum obseruantiam, 26.q.2.sors § seq.& c.sed & illud.& qu.5.§.1.

IEIVNIVM. Quod ieiunium est duplex, spirituale & corporale, de conse dist.5.ieiunium.

Quod magnum & præcipuum est ieiunium spirituale, videlicet à peccatis abstinere. de conse.di.5.ieiuniũ, &c.nihil.

Quod ieiunium corporale, quod est à cibis abstinere, est auctorizabile, quia primo à Deo in paradiso est præceptum, 3 . dist. sexto.

Quod à sanctis patribus & ab ecclesia est institutum. de conse dist.5.ieiunia in ecclesia.& tribus c.seq.

Quod ieiunium de quo non est præceptum, vt scandalum vitetur, secundum morem patriæ est seruandũ, 12.dist.illa, 76.dist.vtinam.

Quod ieiunium ab ecclesia institutum, sine causa nõ est violandum, de conse.dist.5.ieiunia in ecclesia.

Quod ieiunium quadragesimale, quod est pro decima temporis anni, est diligenter seruandum, 76.dist. statuimus.& duobus c.seq.de conse.dist.1.solent,& 5.dist.quadragesima & c.ieiunium.

Quod ieiunium quatuor temporũ est omnino ab omnibus seruandum, 76.dist.ieiunium & sex.c.seq.

Quod quib.mensib.& quibus de causis seruanda sunt & in veteri lege seruata sunt ieiunia quatuor tẽporum, habes, 76.dist.statuimus.& duobus,c. seq.

Quod antiquitus primus mensis anni Martius cõputabatur, & de omni alio tempore quando quatuor tẽpora ieiunabantur, 76.dist.statuimus,& c.seq.

Quod à modernis hoc ieiunium fit quarta proxima feria post diem cinerum, secundum in hebdomada Pentecostes, tertium in Septembri post exaltationẽ sanctæ Crucis, quartum in Decembri post festum sanctæ Lucię, 79 dist statuimus. Vnde versus

Dat Crux Lucia, Cinerũ quoque chrismata dia,
Vt fit in angaria quarta sequens feria.

Quod dies tres rogationum ante ascensionem Domini sunt ieiunand .de conse.dist.3.rogationes.

Quod sicut in memoriam passionis sexta feria ieiunatur, sic & sabbatum in memoriam sepulturæ est ieiunandum, de conse.dist.5.in sabbato.

Quod de ieiunio sabbati videtur mos patrię seruãdus, 12.dist.illa.

Quod die sabbati est à carnibus abstinendum.de cõs. dist.5.quia dies.

Quod in cœna domini non est soluendum ieiunium. de conse.dist.3.non liceat.& c.seq.

Quod die dominico ne sequamur errores infidelium non est ieiunandum, 30.dist.si quis tanquam.& c.si quis presbyter, 76.dist.ieiunium.de conse.dist.3.ieiunium.& c.ne quis.

Quod nec ieiunandum est tempore paschali vsque ad Pentecost. 76.dist.in ieiunium.§. non autem.& ca. seq.

Quod ieiunantes illo tempore ex deuotione, nõ sunt arguendi, 76.dist.post.& c.vtinam.

Quod hora meridiana in ieiuniis est comedendum.de consec.dist.1.solent.

Quod in quadragesima ieiunium soluit qui antequã vesperas dicit, vel audit, comedit. de consec. distin. 1.solent.

Quod in ieiuniis quatuor temporum, & in vigilia Paschæ circa vesperam horam est celebrandũ, & postea comedendum de consec.distinctio.1.solent.

Quod ordinans,& ordinandus debent esse ieiuni. 75. dist.quod à populus.& c.seq.

Quod excepta causa infirmitatis non debent cõmunicare ieiuni.de cõse.dist.2.liquido, 50.di.presbyteros, 26.q.6.si qui de corpore, 4.dist.denique in fin.

Quod moderatio est in ieiuniis habenda. de conse.dist.5 non dico.& c.seq.

Quod in ieiuniis (maxime quadragesimæ) est à magnis piscibus & cibis salsitiis & potibus abstinendũ, 3.dist denique.

Quod ieiunium debet esse mundum, 18.dist.habeatur, 86.dist.quod prodest.

Quod

Quod primo homini firmitatis virtus fuit in ieiunio, cognitio infirmitatis in cibo, 35. dist. sexto.
Quod ieiunium delinquentis vulnera curat, & curatos sanctificat. de conse dist. 5. sint tibi ieiunia.
Item satisfacit pro commissis, 76. dist. igitur.
Quod viuentium ieiunia sunt defunctorum auxilia, 13. q. 2. animæ.
Quod ieiunium ex causa redimitur elee mosyna, 82 dist. presbyter. ante finem.
Quod duorum vel plurium dierum absque cibo ieiunia prohibentur. de conse. di. 5. nõ dico. & duobus c. seq.
Quod an melius ieiunat qui sæpius parum, quàm qui ingurgitando lautius rarius comedit. de conse. dist. 5. non dico. & duobus c. seq.

De hac materia require vbi agitur de Abstinentia.

IEZABEL. Quod Iezabel nonnullos prouocat stupro sui corporis ad immolandum idolis, 23. q. 4 si illic, §. quod tunc.
IGNIS. Quod est ignis intensæ deuotionis, qui inflammat sacrificia deprecantium, 1. qu. 1. cum scriptura.
Quod est ignis veræ contritionis, quo igne decoquuntur & purificantur pœnitentes, 27. qu. 1. impudicas.
Quod est ignis indebitæ vltionis, à quo prohibiti sunt apostoli ne exurerent Samaritanos, 23. qu. 4. quid faciet. in fin. & c. seq.
Quod est ignis carnalis voluptatis, in quo igne bonus cõiugatus positus nescit ardere, 33. q. 4. vir cũ propria. in fine.
Quod est ignis ambitionis & cupiditatis: qui tanquã ignis alienus exurit, & non mundat. de pœn. dist. 2. inter hæc.
Quod est ignis diuinæ consolationis, qui culpam exurit, non hominem, & sanat purè confitentes. de pę. dist. 3. inter hęc.
Quod est ignis futuræ purgationis, qui excedit omnẽ præsentem pœnam, 26. dist. qui in aliud. de pœ. dist. 7 nullus expectet.
Quod ignis purgatorius post hanc vitam credendus sit, 25 di. qualis, in fin. 33. q. 2. admonere, circa med. 1. q. 3. peruenit. de pœn. dist. vlt. nullus expectet.
IGNORANTIA. Quod ignorantia est triplex, videlicet bona, mala, & indifferens, 38. dist. quamuis, & §. sequen.
Quod bona est ignorantia eorum qui dant occasionem ad peccandum, quæ nescire melius est quàm scire. 38. dist. quamuis.
Quod mala est ignorantia quando ea quæ Dei sunt ignorantur, quia talis ignorans ignorabitur, 38. di. qui ea.
Quod indifferens ignorãtia est in his in quibus nihil interest ad regnum Dei vtrum sciantur an non, 22. qu. 2 in quibus.
Quod alia est ignorantia facti, alia iuris, 1. q. 4. turbatur, §. notandum, 22. q. 4. innocens.
Item ignorantia facti alia simplex, alia probabilis, alia crassa & supina.
Ignorantia simplex est vera & non simulata, in qua peccantibus est parcendũ, 11. q. 3. excellentissimus, & c. seq. 26. q. 2. c. vlt. 1. q. 4. §. vlt. vbi agitur de idolothytis.
Ignorantia probabilis est quæ probari potest ex hoc quod excusabilis est pro tanto. 1. q. 1. si qui à simoniacis.
Ignorantia crassa & supina est quando factum omnibus publicum ignoratur, quæ neminem excusat, sicut Iudæi non excusantur, quia Christũ aduenisse ignorant. 1. q. 4. c. vlt, 12. q. 2. qui & diuinis, 23. quę. paratur, circa med. 11. q. 3. curæ, 8. qu. 1. licet ergo, 20. dist, si decreta. 16. dist. quod dicitis.
Ignorãtia iuris alia est iuris naturalis, quæ omnibus adultis & discernentibus est damnabilis, alia est iuris ciuilis & canonici, quæ quibusdã permittitur ignorare, quibusdam non, 1. q. 4. §. vlt. in fine.
Quod ignorantia iuris ciuilis vel canonici excusat à tanto, 34. q. 1. si quis dederit, 32. qu. 6 quemadmodum, 6. q. 1. quæro.
Quod ignorantia iuris ciuilis vel canonici non excusat à toto, 1. q. 4. § vlt. ante fi. 28. dist. presbyterum.
Quod filij Israel circa promissionem Gabaonitarum habuerunt ignorantiam facti, sed non iuris, 22. q. 3. innocens, 9. 1.
Quod ignorantia inuincibilis, quæ est ex furore vel dementia si est ex casu, non imputatur: si autem venit ex culpa, noxia est, 15 q. 1. si quis insaniens, & ca. proxi. & c. illud, relatum, §. itaque.
Quod ignorantia vincibilis procedẽs ex negligentia excusat à tanto, sed non à toto, 32. q. 7. quemadmodum.
Quod affectata ignorãtia est quando quis non vult intelligere vt bene agat, 37. dist. c. vlt.
Quod ignorantia est mala & periculosa, quia mater est cunctorum errorum, 38. dist. ignorantia.
Quod licet laicis sit noxia, sacerdotibus tamen qui ducatum prębere debent aliis, est periculosior, 37. dist. cap. vlt. §. itaque. & 38. dist. c. 1. & sex. c. seq.
Quod ignorans non semper errat, 38. dist. quamuis.
Quod dicitur quis ignorare quando non cognoscit illud esse peccatum quod facit, vel non tantum quãtum est talis excusatur pro tanto, sed non pro toto, 8. dist. consuetudo.
Quod qui ignorat modum & qualitatem facti ipse tunc peccat quando ignorantia iuris laborat, 8. dist. consuetudo. exemplum de Paulo, sed tunc non peccat quando facti ignorantiã habet, 34. q. 1. in lectũ.
Quod qui dando operam rei licitæ ignoràs quid ex facto suo sit secuturum, vt ille qui volens patrem suũ à leone liberare, sagittam mittit, & patrem occidit, non peccat, 23. q. 5. de occidendis. 50. dist. læpè.
Quod licet aliquis ignoret se debere continere recipiendo ordinem, ex eo quòd recipit ordinem tenetur continere, 28. dist. presbyterum.
Quod licet quis ignoranter rebaptizetur, ad sacros tamen ordines non potest promoueri, de conse. dist. 4. qui bis.
Quod qui patre procurante ecclesiam simoniacè licet ignoranter adeptus fuerit, crimine careat, fructum tamen paternæ emptionis reportare non poterit, 1. q. 5. eos qui. §. ex hac.
IMITATIO. Quod imitatio Christi necessaria est nobis, ne ab ipsius corpore separemur, 56. dist. Dominus, 82. di. proposuisti.
Quod filij Dei sumus, & ipsum imitari debemus, 56. dist. Dominus.
Quod Christus dedit exemplum imitationis in patiẽtia & humilitate, 93. dist. Dominus.
Quod superiores nostros in bono imitari parati esse debemus, 22. dist. de Constantinopolitana, 63. dist. Valentinianus.
IMITATOR. Quod imitator debet se totius virtutis imitatorem ostendere, 63. dist. Valentinianus.
IMAGO. Quod imago ponitur circa finem, in littera y.
IMPERATOR. Quod Imperator catholicus filius est non præsul ecclesiæ, 96. dist. si Imperator.
Quod nihil honorificentius quàm quòd Imperator filius ecclesiæ dicatur, 23. quæst. octaua, conuenior. ante fin.
Quod Imperator Constantinopolitanus Papæ coronam omnémque regiam dignitatem in vrbe Romana & in Italia & in partibus occidentalibus concessit, 96. dist. Constantinus.
Quod nulli Imperatori licet decernere de electione summi pontificis, & de rebus ecclesiasticis, 96. dist. §. 1.
Quod Imperator, aduocatus, & defensor debet esse ecclesiæ, 97. dist. ecclesiæ meæ.
Quod Imperator debet iurare fidelitatem Papę, & bona ecclesiæ defendere, 63. distinctione tibi Domino.
Quod nec Imperator iura pontificatus, nec pontifex nomen Imperatoris debet vsurpare, 96. distin. cum ad verum.
Quod Imperator pendet ex Papæ iudicio, non Papa ex Imperatoris, 50. dist. Domino sancto.
Quod Imperator debet pontificibus caput inclinare, 93. dist. Valentinianus, 96. dist. duo sunt.
Quod Imperator potest interesse concilio pontificis confirmatione fidei, alius non, 96. dist. nos ad fidei alias ca. vbinam. & c. satis.
Quod nec spectat ad Imperatorem prælatos ecclesiæ iudicare, 96. dist. si Imperator. & cap. in scripturis.
Quod Imperiali iudicio nõ possunt ecclesiastica iura dissolui, quia Imperator subest ecclesiæ, 10. distin. per totum.
Quod ab Imperatore nõ potest peti cognitio publicorũ iudiciorũ clericorũ, sed episcopale potest peti, 11. q. 1. placuit vt quicũque. 21. q. 5. si quis à proprio.
Quod Papa potest imperatorem excõmunicare, quia Gelasius Papa Anastasium Imperatorem excommunicauit, 96. di. duo sunt, Vide quod ibi not.
Quod Papa Zacharias deposito rege Francorum tradidit regnum Pipino patri Caroli Imperatoris, 15. q. 6. alius.
Quod Lodouicus Imperator, & primus Henricus, & primus Otto renuntiauerunt priuilegio super prosione Papę, quod summi pontifices propter schismaticos contulerant Imperatoribus, 63. dist. per totum & c. præcipue. §. ex his.

De hac materia habes vbi agitur de rege.

IMPOSITIO. Quod impositio manus quia non est aliud quàm oratio super hominẽ repeti potest, 1. q. 1. manus.
Quod hi qui baptismum ab hæreticis susceperint, nõ sunt rebaptizandi, sed tantum per impositionem manus sunt confirmandi, 1. q. 1. hi qui baptisma.
Quod cum episcopo benedicto super caput funditur omnes episcopi præsentes manus imponendo debent ipsius caput tangere, 23 di. episcopus.
Quod episcopo presbyterum ordinante, & manũ super caput eius ponente omnes præsentes presbyteri debent manus suas iuxta amnũ episcopi tenere, 23. dist. presbyter.
Quod diaconus & sacerdos quando ordinantur, accipiunt manus impositionem, 5. q. 6. quia iuxta. 23. dist. diaconus.
Quod episcopo manus imponente super ordinandũ, & alio orationem dicente nihil agitur, 23. dist. quorumdam.
Quod subdiaconus quia in ordinatione sua impositionem manus non accipit, loco eius calicem & patenam vacuum accipit, 23. dist. subdiaconus.
Quod absque impositione manus episcopi, etiam si tonsuram clericalem quis ab eo habeat, non licet publicè in ecclesia legere, 69. dist. quoniam.
Quod abbati cui imposita est manus per episcopum, & est presbyter, licet in proprio monasterio conferre duos minores ordines, 69. dist. quoniam.
INCANTATIO. Quod incantatio ex magicis artib. siue ex characterib. proueniens, siue ex consultationibus dęmonum, damnabilis est, 23. q. 3. illud.
Quod attendere inanem signorum in cœlo fallaciam in coniugiis sociandis, in domibus ędificandis, & in arboribus plantandis incantatio illicita est, 26. quæst 5. non liceat.
Quod infideles reputantur matres, quæ pueris suis capita dolentibus vel alia infirmitate laborantibus præter pater noster & Credo in Deum, quærunt ligaturas sacrilegas & incantationes, 88. dist, quoniã non. ante med.
Quod incantationes infirmitatibus hominum nihil remedij præstant, 26. q. vlt. admoneant.
Quod gemmæ vel herbæ ad infirmos possunt portari sine incantatione, 26. q. vlt. c. vlt.
Quod incantationes ab ecclesia sunt reiiciendæ, 26. q 5. non oportet. & cap. auguriis. & cap. vltimo, admoueant.
Quod incantatores sunt infames, 9. quæ. 1. infames.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinatione, & vbi agitur de Sortilegio.

INCENDIARIVS. Quod incendiarius dicitur non solum qui facit, sed qui iubet & consentit, 23. q. vlt. si quis membrorum.
Quod incendiarij nocturni pręcipue rerum ecclesiasticarum sunt grauius puniendi, 12. quæst. 2. cum deuotissimam.
Quod incendiarij sunt à communione fideliũ quousque satisfaciãt separandi, 23. q. vlt. si quis mẽbrorũ.
Quod incendia in ex odio vel palitia & ipsis consentientes sunt excommunicandi, 23. q. vlt. pessimam.
Quod incendiarij cum satisfactione præteritorum, & iuramento de vltra non committendo, debent absolui, 33. q. vlt. pessimam.
Quod quia forma absolutionis incendiariorum consors est cum forma absolutionis excommunicatorum, videtur, quòd à canone ipso facto sunt excommunicati. 23. q. vlt. pessimam.
Quod episcopus qui pœnitentiam incendiariorum, quæ est per annum esse vltra mare, relaxauerit, ab officio episcopali per annum abstinebit, 23. qu. vlt. pessimam.
Quod incendiarius si sine satisfactione & pœnitentia mortuus fuerit, carebit ecclesiastica sepultura, 23. q. vlt. pessimam.
INCEPTIO. Quod inceptio siue inchoatio bonę vitæ non potest fieri nisi cum charitate. de pœ. dist. 2. §. non autem.
Quod multi bene incipiunt qui in malo vitam finiũt. de pœn. dist. 2. si enim inquit. §. multi.
INCESTVS. Quod incestus est consanguineorum vel affinium abusus, 36 q. 1. lex. illa. §. cum ergo.
Quod virgines quæ post cõsecrationem nupserint nõ tam adulteræ quàm incestę sunt, 27. dist. virgines.
Quod incestum committit qui sponsam fratris sui, licet ab eo non cognitam, duxit in vxorem, 27. q. 2. si quis desponsauerit.
Quę sunt personæ consanguineæ vel affines cum quibus incestus cõmittitur, habes, 35. q. 3. de incestis, & c. nec eam.
Quod incestus quantum ad peccatum grauior est adulterio, 32. q. 7. adulterij.
Quod incestuosus nec testificari, nec accusare, potest, quia infamis, 3. q. 4 cõsanguineorũ, 6. q. 1. infames.
Item incestuosi à communione fidelium sunt separãdi, 25 q. 8. c. vlt.
Item incestuosi nõ debent matrimoniũ contrahere, 32 q. 7. quædã. & quinque c. seq 34. q. vlt in lectum.
Quod incestum committens ex sua culpa, post mortẽ viri non debet cõtrahere, 34. q. vlt. in lectũ. & c. seq.
Quod possunt contrahere matrimonium quorum incestum excusat ignorãtia, 34. q. vlt. in lectũ, & c. seq.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod ſi ipſi inceſtu procreati non reputantur ſi, quantum ad paternam ſucceſſionem, 35 q 7. c. 1.

INCONSTANTIA. Quod inconſtantia animi perpenditur quando epiſcopus vel preſbyter dimiſſa ſua eccleſia propria temeritate, ſine cauſa alibi vagatur, 7. q. quæſti. 1. non oportet, vſque ad §. quòd verò.

Quod inconſtans prælatus iudicatur, qui propter tribulationem à grege ſibi commiſſo ſe elongat, 7. q. 1. ſuggeſtum, & duobus cap. ſeq.

Quod conſtantia in vouentibus caſtitatem & non ſeruantibus reprobatur. 17 q. 1. vouentibus.

Item à monachis à profeſſione ſui nominis & religionis, & à religione recedentibus, 16. q. 1. ſi cupis, & c. placuit, & c. iuxta.

Quod inconſtantes ſunt qui bona facere deliberant, & effectui non mancipant, 17. q. 1. qui bona.

INCORRIGIBILITAS. Quod incorrigibilitas in epiſcopo eſt deteſtabilis, 34. di. quorum dam.

Quod qui ſacerdotali admonitione de malis non corriguntur, ab eccleſia ſunt ſeparandi, 16. qu. 1. in canonibus. in fi.

De hac materia habes, vbi agitur de Correctione.

INDVLGENTIA. Quod indulgentia peccatorum fit per pœnitentiam, 1. q. 7. ſi quis omnem.

Quod bonus eſt Dominus in omnibus, & aperta viſcera eius omni homini pœnitenti, 1. qu. 7. ſi quis omnem. poſt medium.

Quod Deus peccatori conuertenti ſe præſtat indulgentiam, de pœnit. diſt. 1. facilius, §. hoc idem.

INDVCIAE. Quod inducię tam actori quàm reo dandę ſunt à iure, ne à quacumque parte propere agitur, vel per ſurreptionem, 3. q. 3. induciæ.

Quod inducarum tempus quantum ad teſtium vel inſtrumentorum productionem, ſi in eadem prouincia lis agitur, tres menſes, ſi verò in alia vicina, tãtum ſex, ſi verò in vltra marina, nouem menſes indulgentur, 3. q. 3. induciæ. §. 1.

De aliarum rerum inducijs habes 3. qu. 3. induciæ accuſatis.

De hac materia habes vbi agitur de Deliberatione, & vbi agitur de Acceleratione.

INFAMIA. Quod infamia non de facili debet credi, ſed probata citius vlciſci, 11. quæſtio. 3. in cunctis.

Quod duplex eſt infamia, videlicet iuris canonici, quę eſt crimen mortalis peccati vel excommunicationis, hæc tollitur quantum ad culpam per pœnitentiam & abſolutionem, 6. qu. 1. illi qui. ſed quantum ad infamiæ notã, ſi ſunt clerici, non tollitur niſi per Papam, 2. q 3. Euphemium, §. hinc autem.

Alia eſt infamia iuris ciuilis, quæ multipliciter irrogatur. Aliquando enim contrahitur genere delicti. Aliquando genere pœnæ Aliquando genere vtriuſque. Aliquando genere facti, 3. q 7. infames, in fi. & §. porro. huius infamiæ notam non poteſt delere niſi ciuilis iudex, cuius intereſt legem condere, 2. qu. 3. Euphemium. §, proximo.

Quod infamiam quandoque incurrũt boni ex diuina diſpoſitione, vt purgentur vel probẽtur, 6. q. 1. ſunt plurimi.

Quod in infamia ad conſtantiã recurrendum eſt, & ſi nõ inuenitur malum quod dicitur in lætitiam debemus proſilire, 11. q. 3. inter verba.

Quod in infamia ſi nobis teſtis eſt in cœlo, & teſtis in corde, dimittendi ſunt ſtulti foris loqui quod volũt, 11. q. 3. inter verba, & c. ſeq.

Quod non omnes lege canonum ſunt infames quos leges ſæculi infames pronuntiãt, 2. q 3. Euphemiũ, §. proximo.

Quod licet illa quę intra tempus luctus nubit, ſecundum leges ſæculi ſit infamis, ſecũdum canones nõ eſt infamis, 2 q. 3. Euphemium, §. proximo.

Quod multa & varia ſunt crimina quæ reddunt homines infames, quæ ponuntur, 3. q. 5. conſtituimus, & 6. q. 1. infames.

Quod fidei Chriſtianæ & auctoritatis apoſtolicæ ſtatu prævaricatores ſunt infames, 2. q. 7. alieni.

Item omnis hæreticus & infidelis eſt infamis, 2. qu. 7. alieni. 6 q. 1. infames.

Item ſimoniacus, 15. q. 3. ſane.

Item omnis apoſtata qui à tramite propoſiti ſui receſſit, 2. q. 7. alieni. 3. q. 4. ſi quis à vero.

Item omnis inceſtus macula pollutus 3. q 4. conſanguineorum.

Item infamis eſt clericus qui ex ſua culpa irregularis efficitur. 6. q 1. omnes verò.

Item infames ſunt qui ſuperiores ſuos calumnioſe impetunt, 3 q 4. conſanguineorum.

Item omnes patrum inuaſores, 3 q. 5. omnes.

Item omnes epiſcoporum vel abbatum calumnioſi accuſatores vel conſpiratores, 3 q. 4. clericus, & c. ſeq. 11. q. 1 conſpirationum

Item omnes qui malitioſe aduerſus ſacerdotes armã tur, 6 q. 1. ſacerdotes.

Item hiſtriones & omnes turpitudinibus deſeruientes, 4 q. 1. d ffinimus.

Item ſepulchrorum violatores, 6. q 1. infames

Item eccleſiaſticorum prædiorum direptores, 17. q. 4. attendendum.

Quod non eſt communicandum malis, ne infamiam male agentium in nos transferamus, 14. qu. vlt hi qui.

Quod infamis nec aduocatus nec procurator eſſe poteſt, 3 q 7. infamis.

Item nec accuſator nec teſtis eſſe poteſt, 3 q. 4. nulli, & q 5. omnes, 4 q. 1. diffinimus, 6 q. 1. beatus, & c. ſeq.

Quod infamia maximè clericorũ propter ſcandalum aliorum inducit purgationem, 2. q. 4. preſbyter, & duobus cap. ſeq.

Quod accuſans de crimine & probare non valens, infamis efficitur, 2 q. 4. c. 1. & 5 q. vlt. omnis qui.

Quod infamatores hominum ſunt peiores direptoribus rerum, 6. q 1. ex merito. & c. deteriores.

Quod infamatores hominum ſunt etiam corporaliter affligendi, 5. q. 1. c. 1. & q. 6. delatori & c. ſi quis.

Item infamatores ſunt excommunicandi, 5. q. 1. quidã.

Quod infamis dicitur locus vbi crimen committitur, 31. q. 5. tolerabilius.

Quod lupanaria non infamant caſtitatem, ſed caſtitas etiam loci abolet infamiam.

INFIDELITAS. Quod an infidelitas eſt credere ſe cum multitudine mulierum per multa terrarum ſpacia noctis tempore ſuper quaſdam beſtias equitare, vel huiuſmod. phantaſmata à malignis ſpiritibus mentibus & non corporibus irrogentur, 26. q. 5. epiſcop.

Quod ſacerdotes populum ab hac infidelitate remouere debent, quia non talia patitur corpus, ſed infidelis animus. 26 q 5. epiſcopi.

De Infidelitate habes vbi agitur de Fide & fidelitate.

INFIRMITAS. Quod infirmitas duplex eſt, videlicet corporis & animæ, 15 q 5 § 1. & c. illud. §. itaque, 49 diſt. hinc etenim per totum.

Quod mentis ſine animæ infirmitas duplicatur, vna eſt quæ vitium appellatur, qua infirmitate anima à Deo ſeparatur, vt eſt ira & odium & huiuſmodi.

Alia autem infirmitas animę non eſt peccatum, ſed pœna peccati, vt oblitio & ignorantia, 15, q 1. illud. §. itaque.

Quod infirmitas corporis duplicatur. Eſt enim vt languor naturæ, quæ carnis concupiſcentia ſiue fomes dicitur. Alia eſt quæ propriè corporis infirmitas appellatur, qua elementorum ſeu humorum concordia rurbata caro ipſa afficitur, & tandem diſſoluitur 15. q. 1. illud. §. itaque.

Quod infirmitas ſine cauſa à Deo non immittitur, licet ab homine ea ignoretur, 7. q. 1. cum percuſſio, 15. q. 1 illud. §. itaque.

Quod infirmitas corporalis excuſat à pœna iudicis, 17. diſt placuit vt quotieſcunque.

Quod non poſſe comparere reputatur qui infirmitate detinetur, 5. q. 3. ſi ægrotans, 18 diſt ſi epiſcopus.

Quod infirmitas mentis, quæ eſt dementia, excuſat à culpa in ipſa perpetrata & pœna, 15. q. 1. illud. §. itaque in fi. 3 qu 9. indicas.

Quod epiſcopus propter infirmitatem corporalẽ non priuatur epiſcopatu, ſed datur ei coadiutor, 7. qu. 1. fere per totum.

Quod propter infirmitatem mentis ſeu dementiam poteſt alteri ei ſubſtitui, 7 q. 1 quamuis.

Quod epiſcopus vel preſbyter laborans morbo caduco ſuſpenditur à ſacrificio miſſæ, 7 q. 2. in litteris.

Quod ceſſante infirmitate debet reſtitui qui propter infirmitatem eſt deſtitutus vel ſuſpenſus, 7. q. 2 litteras.

Quod vrgente infirmitate reſignans beneficium, vouens intrare monaſterium, & vltra non proceſſit, ſi non intrat, reſtituitur ad beneficium, 17. q. 2. c. 1.

Quod proprium debet eſſe prælatorum compati infirmitatibus ſubditorum, 24. quæſt. 1 quæ digniori. in fin.

Quod infirmis non eſt pœnitentia iniungenda, ſed in note ſcenda, & amicorum orationibus, & eleemoſynis ſubleuanda. 26 q 7. ab infirmis

INGRATITVDO. Quod ingratitudo eſt reddere malum pro bonis, 23. q. 3. ſex.

Quod hoc vitium incurrunt qui pleni virtutibus in peccatum cadentes à Deo recedunt, de pœn. diſt. 5. conſideret. §. dolendum.

Quod ingratitudo auctoritate canonum & legum culpatur, 11 q. 2. octaua.

Quod ingratitudo retrudit manum. ſum in ſeruitutẽ, 12. q. 1. epiſcopus qui mancipium, c. liberti eccleſię. & c. ſeq.

Quod pro ingratitudine poteſt quis à ſuo domino priuari beneficio, 22. q 5. de forma. circa finem.

INIVRIA. Quod iniuria penſanda eſt non ex opere, ſed ex voluntate, 15. q. 1. ſi quis non iratus.

Quod bonis diſpenſatione diuina infertur iniuria, vt purgentur 1 q 1. ſunt plurimi.

Quod iniuria propria patienter ſit ſuſtinẽda, ſed Dei, vel vlciſcenda, 33. q. 4 inter querelas, & § ſeq.

Quod tempore Heliæ ignis non fuit pro iniuria prophetæ, ſed Domini, cuius cultus ſpernebatur, 23 q. 4. ſi illic. § ſed obiicitur, & c. Guillarius.

Quod noſtras & noſtrorum patienter exemplo ſanctorum debemus tolerare iniurias, 23. q. 1. per totũ. & q 4. qui ſecundum, & q 5. non eſt noſtrum.

Quod iuſtus patienter tolerans iniuriam cœleſtem meretur coronam, 11 q. 3. & ñ. & c. qui iuſtus.

Quod à perfectis bene nõ verberibus, ſed verbis moderatis iniuria propulſatur, 23. q. 1 paratus.

Quod prælatorum iniuriæ degradatione puniuntur, 21. q. 1. ſi quis ſacerdotum.

Quod iniuria epiſcoporum eſt iniuria Chriſti, cuius legatione funguntur, 2. q 7. accuſatio quoque in fi.

Quod ſpecies eleemoſynæ eſt iniuriam dimittere, 45 diſt. & qui. & duobus c. ſeq.

Quod iniuria ſemel dimiſſa non debet amplius ad animum reuocari, 23. q. 4. ſi illic.

Quod iniurians ſatisfacere tenetur læſo, nec cogitur quis ſuperbo indulgere priuſquàm humiliatus, 23. q 4. ſi illic.

Quod nolens pro iniuria ſatisfactionem accipere inulta punitur 95. diſt. ſi quis contriſtatus.

Quod ſecundum varietatem iniuriarum debet eſſe reſpectus pœnarum, de pœn. diſt. 2. vulgaris, & c. pœnę. 50 diſt quia.

Quod qui aufert ſua ab inuito, non iniuriam infert, 14. q. 5. non ſane.

Quod cum alterius iniuria nulli eſt ſubueniendum, 14. q. 1. forte. & c. denique.

Quod nec Deo gratum eſt obſequium cum iniuria aliorum, 14 q. 5. c. 1. & 2.

INIVSTITIA. Quod iniuſtitia iniquitate culpatur commiſſa in rebus proximorum, 14. q. 5. immolans, & tribus c. ſeq.

Quod culpatur iniuſtitia prælatorum commiſſa reſpectu ſubditorum, 23. q. 4. ſi quos. poſt med.

Quod inculpatur iniuſtitia ſubditum commiſſa reſpectu paupertum, 42 diſt. ſi quis. ante ſi

De iniuſtitia habes vbi agitur de Iuſtitia.

INNOCENTIA. Quod quem innocentia adiuuat, dignum eſt, vt aliæ caſtigatio non affligat, 2. q. 4. Mennam. 3 q. 9 dignum.

Quod innocens de omnibus bene iudicat, qui fidem in omnibus eſſe arbitratur, 22. q. 4. innocens.

Quod ad officium innocentis pertinet non ſolũ malum non inferre, ſed etiam mala cohibere, 23. q. 5. non eſt innocentiæ.

Quod qui non ex odio ſed amore corripit delinquentẽ nõ ſolũ caſtiſſimæ innocentiæ, ſed diligentiſſimę ſeueritatis impleuit officium, 23. q. 4. ita plane.

Quod an innocentes debent præferri in prælaturis lapſis pœnitentibus, 12 diſt. nos conſuetudinem, 16. q 1. legi. circa princ.

Quod vetatur quòd exemplo Petri lapſus pœnitens innocentibus in prælaturis debet preferri, quia talis ſubditis nouit compati, 50. diſt. conſiderandum, & c. fideliot.

INOBEDIENTIA. Quod inobedientia eſt peccatũ ariolandi, & ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere. 81 diſt. ſi qui ſunt, 32. diſt. præter hoc. § porro.

Quod qui præcepto Papę non obedit, peccatum idololatriæ incurrit. 81 diſt. ſi qui ſunt.

Quod omnes clerici qui non ſunt ſub obedientia epiſcopi, ſunt acephali. 93 diſt nulla. & c. ſeq.

Quod vbi duo ſuperiores mandant oppoſita, inferiori non eſt obediendum. 11. q 3 qui reſiſtit, & c. ſeq.

Quod inobedientes paternis iuſſionibus, ſæuioribus debent corrigi vindictis. 23. q. 3. iuſtum eſt.

Quod inobedientia punitur per excommunicationẽ, 18. diſt. decernimus, 34. diſt. quorundã. in fi. 11. q. 3 ſi autem. & tribus c. ſeq.

Item punitur per depoſitionem vel degradationem. 11 q 1. ſi quis ſacerdotum. q. 3. abſit, 34. diſt. quorũ dam. in fi.

Item punitur per corporalem afflictionem, 11. qu. 1. ſi quis ſacerdotum. 7 q 1. den que.

Quod propheta d ſchiſmaticos miſſus propter inobedientiam à leone occiditur, 7 q 1. den que.

IMPOTENTIA. Quod impotentia coeundi ſi poſt carnalem copulam ſuperuenerit, non ſoluit matrimonium, ſi ante venit, liberum facit alterum matrimonio alij copulari, 27. quæſtio. 2. quod autem. §. ecce impoſſibilitas, 33 quæſti. 1. quod autem.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod propter impotentiam à copula coniugali ſe paratus, liberè poteſt ad ordines promoueri, 27.qu.2. quod autem §.1

Quod naturalis ſiue perpetua impotentia ſoluit matrimonium, accidentalis vero quæ fit per maleficiũ, ſi ceſſauerit, ſolutum reſtituit, 33.q.1 quod autem. in fi.& duobus c ſeq.

Quod impotens coram iudice apparere non cogitur qui infirmitate detinetur, 5.q.3.ſi ægrotans.

IMPVNITAS. Quod impunitas culpę viam facit aliis delinquendi, 35.q 9.loci.& 2.q 7.quapropter, 93.d ſt pertinent.

De hoc materia habes vbi agitur de Correctione & de Pœna.

INQVISITIO. Quod inquiſitio facienda eſt de conditione clericorum priuſquam confirmentur, 47.diſt.de Petro, 23.diſt.illud.

Item facienda eſt de infamiis ſubditorum antequam credatur, 2.q.1. Deus omnipotens, 30.q.vl. nullum.

Item facienda eſt de culpa puniendorum priuſquam puniantur, 28.diſt.quia ſunt, 86.diſt.ſi quid,& cap. tanta.

Item faciẽda eſt inquiſitio tam ſuper ſtatu clerici quã populi ab epiſcopo, bis in anno concilium celebrãdo, 18.diſt.quoniam.

Quod epiſcopus in ſynodis ſub iuramento debet pericula inquirere animarum,& inquirenda committere, 35.q.6.epiſcopus.

Quod epiſcopi viſitando parochias plus debent inquirere de lucro animarum, quàm de lucro temporalium rerum, 18.q.3.cauendum eſt.

Quod inquiſitio ad veritatem facti non poteſt peruenire, niſi diligenter circunſtantiæ inquirantur, 23. qu.8.occidit.

Quod iudicantem oportet cuncta rimari:& ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, 30.q.vlt.c.vlt.

Quod confeſſor debet eſſe ſapiens & diligens inquiſitor de loco, tempore,& de aliis circunſtantiis peccatorum, de pœ.diſt.6.§.1.poſt medium.

Quod veritas diligentius inquiſita magis ſplendeſcit in lucem, 35.q.9.c.graue.

Quod iudici magis neceſſaria eſt leuis inquiſitio, quã atrox punitio. 23.q.5.c in fin.

INSANIA. Quod inſania continuè laborãs ſi quid cõmiſerit, non imputatur, 15.q.1.ſi quis inſaniẽs & c.illud,§.cum itaque.in fine.

Quod ſicut inſani mente non res ſed phantaſtica rerum vident, ſic mens auari ſemper aurum & ſimilia videt, 47.diſt.ſicut.

Quod qui infirmitate vel feruore paſſionis preſſus ſi quid vouerit vel promiſerit, niſi ratum poſtea habeat, non tenebit, 17.q.2.Gonſaldus.

Quod ſacerdos tempore inſanię occidens hominem, licet quantum ad culpam innocens ſit, ab executione tamen officij abſtinebit, 15.q.1.ſi quis nõ iratus.

Quod ad ſacros ordines non promouetur qui aliquã do inſaniuit, ſed promotus poſt inſaniam ſanatus celebrabit, 5.q.1.ſi quis non.in fin.& 33.diſt.maritum.

Quod epiſcopus inſanus renuntiare non poteſt niſi habeat lucida interualla, 7.q.1 quamuis.

De materia habes vbi agitur de Dementia.

INSPIRATIO. Quod inſpiratio ſpiritus ſancti ſoluit à lege ſtatutum, 19.q.2.duæ.

Quod vbi ſpiritus ſpirat, etiam prælato ſuo contradicente ad meliorem vitam poteſt quis tranſire, 19.q. 2.duæ.

Quod ſancti patres ea quæ videntur irreprehẽſibilia, inſpiratione diuina fecerunt, 23.qu.5.ſi non liceat, per totum c.

Quod dominus per occultam inſpirationem reuocat à malo, 23.q.6.quod errauerat.

Quod inſpiratione diuina caſtitas habetur, 28.diſtin. de his.

Quod pręſens eccleſia inſpiratione diuina inſtituitur, 8.diſt.qui contempta.

Quod qui poſt inſpirationem diuinam & reuelationẽ in quo errauerat perſeuerat, obſtinatus eſt, 8.di.cõſuetudo, 21.diſt.nunc.

INSTRVMENTVM. Quod inſtrumenta chartarũ debent ſacerdotes cõficere de rebus propriis & eccleſiarum quas de nouo intrant, 12.q.4.c.1.

Quod quia ſæpè proprietati originis obſiſtit longinquitas temporis ſtipendia de rebus eccleſiarũ quæ recipiuntur ab epiſcopus, debent reddi in inſtrumẽtis, 12.q.2.ſæpe,& c.longinquitate.

Quod defuncto epiſcopo omnes res ipſius, ne ab eccleſia alienentur, à canonicis debent conſcribi, 12. q.5.ſicubi.

Quod inſtrumenta vi extorta maximè à clericis, nullius ſunt vigoris, 15.q.6.c.1.& c.auctoritatem.

Quod ſeruus non poteſt inſtrumentum condere teſtamenti, 13.q 2.illud etiam.

Quod vbi tabellio ſiue manus publica ad inſtrumẽti ſubſcriptionem nõ habetur, trium teſtiũ ſufficit ſubſcriptio, 16.q.3.placuit.& §.is autem.

Quod ſacerdotes pro negotiis ſæcularib.non debent poni in inſtrumentis pro teſtibus, 14.q.2.quanquã.

INTENTIO. Quod intẽto operi indifferenti finem imponit, 41.diſt.quiſquis.c.deliciæ.& c. quod dicit.

Quod bona intentio non excuſat opus malum, 1.q. 1.non eſt per totum.

Quod mala intentio facit opus bonum nõ valere, 23. q.5 cum miniſter.

Quod Deus plus reſpicit intentionem & voluntatẽ quàm actus, 15.q. 6 ſi quandoque à ſacerdotibus, in fi.22.q.5.qui peierare.

Quod iuramenta ſecundum intentionem præſtantis non recipientis à Deo iudicantur, 12.q.5.humanę, §.1.

Quod nemo debet conſiderare verba, non enim intentio verbis, ſed verba intentioni debent deſeruire, 22.q 5.humanę.

Quod ream linguam non facit niſi rea intentio, 22.q. 2.homines,& duobus c.ſeq.

Quod ea quæ poſt intentionem contingunt, non imputantur, 23.q.5.de occidendis,& c.cum homo.

Quod officij vindictæ poſſunt implere boni bona intentione, 23.q.5.officia.

Quod qui hac intentione male accipit, vt bene diſpẽſet, aggrauatur potiùs quàm iuuatur, 1.q.1. non eſt. & 14.q.5.forte. 32.4.ſic non ſunt.

INTERCESSIO. Quod interceſſio bonorũ, quæ eſt pro ſalute proximorum eſt ſuperiori porrigenda, 23.q.5.prodeſt.

Quod cum qui diſplicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur, 3.q.7.in grauibus, 49.diſt.§.1.

Quod ſacerdotes in præiudicium aliorum non debẽt intercedere, quia qui vincitur, interceſſoris beneficio ſe victum arbitratur, 14.q.5.denique.

Quod clericis proprium eſt pro confugientibus ad eccleſiam intercedere, quia hoc non eſt malos defendere, ſed humanam ſæuitiam reprimere, 14.q. 6.ſi res. 17.q.4.reum. 23.q.5.reos. 14.q.vlt.hi qui.

INTERPRETATIO. Quod interpretatio canonum ſpectat ad eum qui habet ius condendi eos, 25.q.1.ideo.§.his ita.

Quod Romana eccleſia ſic canones cõdidit, quod ipſorum interpretationem ſibi retinuit, 25. q.1. ideo. §.his ita.

Quod ſi in canonicis libris aliquid veritati contrariũ inuenimus, vel mendoſum Codicem debemus credere vel nos interpretem non intelligere. 9.di. ego.

Quod eccleſiæ interpretatio ſi habet eloquentiæ venuſtatem eſt diſſimulanda & fugienda, 38.diſt. eccleſiaſtica.

Quod omnis lingua habet quædam propria locutionum genera quæ cum in aliam transferuntur videtur abſurda, 37.diſt.locutio.

Quod qui ſcripturam ſacram aliter interpretatur quàm ſpiritus ſanctus flagitat, hæreticus eſt, 23.q.3. hæreſis, 37.diſt.vnio.

INTRVSIO. Quod intruſus epiſcopus non eſt habendus pro epiſcopo, nec habet executionem, 62. diſt.c.1.& 63.diſt.ſi per.

Quod intruſi pręlati vel ſchiſmatici temporaliter & ęternaliter à domino puniuntur, 7.q.1.denique. per totum c.

Quod intruſus priuatur dignitate, 63.diſt.omnis.

De hac materia habes infra de Inuaſore.

INVASOR. Quod inuaſor ſedis apoſtolicę anathematizatur, 79.diſt, ſi quis ex epiſcopis,& c.ſi quis pecuniam.

Quod inuaſor alterius eccleſiæ epiſcopus non eſt dicendus ſecundus, ſed nullus epiſcopus, 7. quæſt. 1. factus.

Quod inuaſor alterius ſedis ſcienter à miniſterio eccleſiaſtico eſt repellendus & incarcerandus, 2.q.1. in primis.circa principium,& 7.q.1.præſentium.

Quod pręlati ſuis eccleſiis poſtpoſitis alias inuadentes ſunt adulteri & infames, 3.q.2.audiuimus.

Quod ſi inuaſor alterius eccleſię ſi admonitus dimittere contempſerit, ſęculari brachio eſt excludendus, 11.q.1.petimus.

De hac materia habes vbi agitur de Eccleſia materiali, in fine, & ſupra, de Intruſo.

INVENTARIVM. Quod inuentariũ dicitur ſcriptura vbi omnia quę inuenta fuerint, diligenter conſcribuntur, 12.q.2.charitatem.

Quod decedente epiſcopo omnes œconomi & canonici eccleſiæ illius in mutua præſentia de omnibus rebus debent inuentarium facere, 12.q.2. charitatem,& 12.q.5.ſicubi.

INVIDIA. Quod inuidia eſt mortale ſiue capitale peccatum, 25.diſt.vnum.§.alias.

Quod inuidia perſeuerans habet radicem in interioribus medullis reconditam, de pœnitent. diſtincti. 2.cap.1.

Quod propter prælationis inuidiam Cain fratrem occidit, 35.diſt.ſexto.

Quod peius malum non eſt quàm Chriſtianos ſuis ſacerdotibus inuidere, 6.q.1.ſunt.§. verum hac.

Quod qui bonos ex leui ſuſpicione accuſat, hic non charitatis ſed inuidiæ ſtimulis exagitatur, 6. q.1. ſi omnia.

Quod clericis pręcipuè conuenit inuidiam non habere, 23.diſt.his igitur.

Quod qui potius conſuetudinem quàm veritatem fratribus reuelatam præſumit ſequi, inuidus eſt, 8. diſ. qui contempta.

Quod inuidia curatur per ſuum cõtrarium, videlicet per humilitatis exercitium inferioribus ſe ſeruiendo, de pœ.diſt.2 c.1.

INVITVS. Quod inuitis multa bona præſtantur quando eorum conſulitur vtilitati, 45.diſtin.& qui. 23.q.4 nimium.per totum.c.diſciplicet.per totum.

Quod interdum quis vel metu flagellorum, vel inductu diſputationũ de nolente efficitur volens, 23. q. 6.vides.

Quod Iudęus non eſt cogendus fidem accipere inuitus, 45.diſt.de Iudæis.

Quod à fide recedens cogitur inuitus ad fidem redire, 23.q.4.diſplicet.per totũ.& qu.6. per totum. 45. diſt.de Iudæis.

Quod qui inuitum ad bonum cogit, non ipſum perſequitur, ſed diligit, 23.queſt.5.non vos.& quæ.4.ipſa pietas.

Quod nemo poteſt eſſe bonus inuitus, 23.quæſt.ſexta, vides.

Quod licet epiſcopus inuitos non poſſet ordinare, poteſt tamen inferiores ordinatos ipſis contemptoribus præferre, 74.diſt.conſuluit.

De hac materia habes vbi agitur de Beneficio, & vbi agitur de Coactione.

IOANNES. Quod Ioannes Baptiſta Herodem ab inceſtu prohibens oſtendit coniugia fuiſſe inter infideles, 26.diſt.vna tantum.§. Ioannes.

Quod Ioannes Euangeliſta verbo & facto ſchiſmaticos & hæreticos docuit vitare, 24.q.1.omnis qui.

IOSEPH. Quod Ioſeph qui non cognouerat Mariam conceptum ſentiens in ea, ex benignitate voluit eam occultè dimittere, 2.q.1.ſi peccauerit.

Quod inter Ioſeph & Mariam quando commendata fuit Ioanni, non videtur fuiſſe diuortium, quia Ioſeph non cognouerat eam, 27.q.2. quod autem.& §.ſeq poſt medium.

Quod an inter Ioſeph & Mariam fuerit coniugium cum ipſa carnalem non ſenſerit copulam, 27.q.2. §.1.&c.inſtitutum.§.poteſt.c.quod autem.§.proxi. & c.priuſquam.& cap.inuenta.

Quod Ioſeph venditus à fratribus in Aegypto abeunucho comparatus fuit, ſignificat quòd qui gratiã ſpiritus ſancti mercatur, viuum ſemen nõ habet ſic cis genitatibus, 1.q.1.ſicut eunuchus.

Quod Ioſeph non tam per creaturam quàm per auctorem creaturarum iurauit, 22.q.1.mouet. §. ſicut etiam cum.

IPOCRISIS. De ipocriſi require vbi agitur de y littera circa finem.

IRA. Quod ira Dei eſt tranquilla iuſti ſupplicij conſtitutio.de pœ.diſt.3 §.1.productior.

Quod dæmones appellantur ira & furor, 23.q.5.non ſolum.

Quod propter malitiam hominum ex ira Dei mundus fame & penuria quandoque opprimitur, 16.q. 1.reuertimini, poſt med.

Quod vno peccante ira Dei ſuper multos venit, 45. diſt.ſed illud, 23.q.5 ſi audieris.

Quod ab ira peccati, qua naturaliter ſumus filij iræ, non liberatur quis niſi per fidem Chriſti.de conſe. diſt.4.firmiſſimè.

Quod ira hominis eſt concitati animi perturbatio, de pœn.diſt 3 productior.

Quod ira hominis ſi longo tempore teneatur, eſt mortale peccatum, 25.diſtinct.vnum orarium. §.aliàs.

Quod apoſtolus prohibuit vindictam perſonæ proprię dicens, non vos defendentes, ſed date locũ iræ, 23.q. 1.§.1.

Quod ira talia facit committere de quibus poſt multum ſolet homo dolere, 11. quæſtio.3.cum apud.

Quod quidquid calore iracundæ fit vel dicitur, non eſt imputandum, niſi adſit iteratio vel perſeuerantia, 2.q. 3.ſi quis iratus.de pœn.diſt.1.vulgaris.§. cogitatio.

Quod præſidens iudicio ab ira debet cauere, quia ira viri iuſtitiam Dei non operatur, 11.qu. 3. epiſcopus presbyter.in fi.

Quod iratus commotionis tempore iuſtum putat omne quod facit, 11.q.3.ira.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod in præpositis laudabile est, vt nihil agant priusquã mens cõcitata per iram, ad tranquillitatem redeat. 11.q 3.illa, 5.q.2.relatum, in fi.

Quod rectores aliorum non debent ex leuitate vel furore præcipitare sententiam, 11.q.3.summopere, 5.q.2.relatum.

Quod ira rectorum sæpè innocentes ad peccatũ deducit, quia dum iusto amplius irascuntur, & volunt aliena coercere peccata, grauiora committũt, 11.q.3.ira.

IRREGVLARITAS. Quod irregularitas non nomen accepit à regula quam statuit apostolus seruandam circa ordinandos & ordinatos, & contrarium eius dicitur irregulare, id est, contra regulam. 48.dist.quoniam, dist.25.vnum oratium, §.nunc autem.

Quod irregularitas multipliciter contrahitur, 33.di. maritum, 33.dist.præcipimus, & c.seq.

Quod irregularitas incurritur contrahendo cum corrupta. 30.dist.seriatim.

Item sibi ipsi abscindens quodlibet membrum ex indignatione, vel iusto vel iniusto timore trũcans, irregularis est, 33.dist.maritum.

Item qui naturalium membrorum aliquem defectum patitur, 51.dist.qui in aliquo.

Item qui adulteram vxorem cognouit, 34.di.si cuius, & c.seq.

Item bigamus, 33.dist.maritum.

Item simoniacus, 33.dist.maritum, in fi.

Item hæreticus, 51.dist.qui in aliquo.

Item qui publicam vel solennem pœnitentiam egit, 33.dist.maritum, 50.dist.ex pœnitentibus, 51. dist. qui in aliquo.

Item rebaptizatus, 51.dist.qui in aliquo.

Item filij presbyterorum, vel aliàs illegitimè nati, 56. dist.prebyterorum.

Quod irregularis non debet ad ordines sine dispensatione promoueri, 34.dist.præcipimus.

De hac materia habes vbi agitur de Dispensatione & vbi agitur de Ordine.

IRRELIGIOSITAS. De hac materia habes vbi agitur de religione.

IRREVERENTIA. Quod irreuerentia ecclesia rum & oratoriorum prohibetur, 42.dist.non oportet.& trib.c.seq.

Quod si quis ex irreuerentia ecclesias docet contemnẽdas, anathematizatur, 30.di.si quis per superbiã, & duobus c.seq.

Quod irreuerentia superiorũ reprobatur, 2.q.2.oues, 7.q.1.scire, & 23.q.5.si apud carnales.

Quod irreuerentia prælatorum punitur degradatione, 11.q.1.si quis sacerdotum, & cap.coniurationũ, & quatuor c.seq.

ITERATIO. Quod iteratio culpæ inducit aggrauationem pœnæ, 15 q.8.hi qui.

Quod illud quod non ostenditur gestum, nulla ratione videatur iteratum. de consec.dist.4.si nulla. & 4. capitulis præcedentibus.

Quod iterari oportet illud quod male factum est. 1. q.vlt. Daibertum.

Quod iteratur ordo, si de ordinante vtrum episcopus fuerit dubitatur, 68.dist.presbyteri.

Quod iteratur ecclesiæ consecratio, si igne exusta aut sanguinis effusione aut fornicatione polluta fuerit, 68.dist.ecclesijs.

Quod nec baptismus nec confirmatio debent iterari, nisi de receptione vtriusque dubitetur, vel non fuerit forma debita tenta, 68.dist.ecclesijs.

Quod iterato baptizatus scienter, iterato dominum crucifigit, & non potest promoueri. de consec.dist. 4.qui bis.

Quod quotidianum sacrificium eucharistiæ non est iteratio passionis, sed commemoratio, de consec.d. 2.iteratur.

Quod solennis pœnitentia apud quasdam ecclesias nõ iteratur. de pœn.dist.3.nihil prodest, §.ex persona.

Quod de hæresi redeuntes permanent in suis ordinibus si tamẽ ab hæreticis iterata vnctione baptismi vel ordinis non fuerint maculati, 1.qu.7. saluberrimum.

Quod ab hæreticis in forma ecclesiæ ordinari non debẽt iterato ordinari, sed per manus impositionem reconciliari, 1.q.1.manus impositio.

Quod sacramenta ab hæreticis in forma ecclesiç data iterari non debent, 1.q.7.& si illa, §.seq.circa med. & 1.q.1.quod quidam.

IVDAS. Quod Iudas licet fuerit proditor & damnatus quidquid tamen inter apostolos egit pro dignitate offic j, ratum fuit, 19.dist.secundum ecclesiæ, 7.q.1.aduersitas.in fi.

Quod propter Iudæ perfidiam nauis in qua ipse erat & apostoli, fluctibus agitabatur, 24.qu.1. non turbatur.

Quod Iudas in cœna Domini cum alijs apostolis corpus Christi sumpsit, 7.q.1.aduersitas, in fi.de consec. dist.2.sicut Iudas.

Quod Iudas à venia exclusus non fuisset, si pœnitentiam à Christo postulasset, de pœ.di.1.potestatis.

Quod nihil profuit Iudæ eg isse pœnitentiã per quam scelus corrigere non potuit. de pœ.di.3.in sacrib.

Quod Iudas male pœnituit, quia laqueo se suspẽdit. de pœn.dist.3.inter hæc hircum.

Quod Iudas fuit infelicior omni pœnitente, quem pœnitentia non reuocauit ad dominum, sed traxit ad laqueum. de pœn.dist.3.in felicibus.

Quod Iudas magis peccauit desperando, quàm Christum tradendo, 23.q.5.si non licet.

Quod qui seipsos occidunt, cum Iuda proditore perpetuæ damnationis exitum incurrunt, 23.q.5.non licet, & c.seq.

Quod cum spiritus sanctus consubstantialis sit filio, nimoniaci spiritus sancti gratiam vendentes, Iudæ qui Christum vendidit, comparantur, 1.q.1 eos

Quod clerici res sacras substrahentes Iudæ scarioti similes æstimantur, 17.q.4.si forte. 23 qu.4 quid ergo.in fi.

IVDAEVS. Quod Iudæi obedientes non sunt à Christianis molestandi, 23.q.8.dispar.

Quod Iudęis permittitur festa eorum colore, dummodo ea non exerceant in contemptum ecclesię, 45.dist.qui syncera.in fi.

Quod sacrilegium faciunt qui Iudæis publica officia committunt, 17.q.4.constituit, 54.dist.nulla.

Quod fideles non debent cum Iudæis habitare nec, manducare, nec medicinas ab eis recipere, nec consilũ requirere in infirmitate, 28 q.1.nullus.&c. seq.

Quod ne religio Christiana à Iudęis polluatur, empti ab eis Christiani à seruitute liberãntur, 54.dist.mãcipia, & c.seq. de consecra.dist.4.plerique.

Quod Iudæi non sunt per vim ad fidem compellendi, 45.dist.qui syncera.& c.de Iudæis.

Quod Iudæi qui de facili ad vomitum perfidiæ redeunt, cum multa deliberatione, & cum octo mensium instructione sunt ad baptismum suscipiendi, de consec.dist.4.Iudæi, 28.q.1.lapè.

Quod die dominico vel alio die solenni debent Iudęi baptizari. de consec.dist.4.ne quod absit.

Quod si Iudęus vel paganꝰ seruus, Christianꝰ fieri voluerit, à seruitute liberatur, 54 disti. fraternitatem.

Quod Iudęorum baptizatorum pueri ne parentum in uoluantur erroribus, sunt eis auferendi, & monasteriis aut Christi fidelibus ad conuiuendum tradẽdi, 28.q.1.Iudæorum, de consec.dist.4.plerique.

Quod vno parente conuerso, & altero in iudaismo permanente, pueri sequi debent illum qui factus est Christianus, 28 q.1.Iudæi.

Quod ex Iudæis conuersi, quia ad vitia proni sunt, non debent aliis Iudæis cohabitare, ne eorum participatione subuertantur. 28.q.1.sçpè.

Quod Iudęi à fide apostatantes coguntur ad eam redire, 45.dist.de Iudæis.de consec.dist.4.plerique.

Quod Iudæi præuaricatores fidei quantacunque pœna damnati fuerint, perfidia parentum etiam quo ad res filiis non oberit. 1.q.4.Iudæi.

Quod si Christianus vel Christiana iudaice præuaricãti carnaliter coniungatur, à communione ecclesiæ segregentur, 28 q.1.caue.& cap.si quis iudaicè.

IVDEX. Quod iudex dictus est eo quod ius dicat, siue quòd iure discepter, 23.q.2.cap.1.

Quod iudex alius est ordinarius, alius est arbitrarius, 2.q.6.à iudicibus.

Quod ordinarius iudex est, qui ab apostolico, vel Imperator legitimam potestatem accipit, 2.q.6.à iudicibus, 11.q 1.iudices.

Quod arbitrarius est qui nullam potestatem habens cũ consensu litigantium eligitur, 2.q 6.à iudicibus.

Quod ad arbitriũ rei iudices dãdi sunt, 11.q 1.iudices.

Quod quidam sunt qui iudices non possunt fieri, etãsi petantur, videlicet surdus, mutus, perpetuo furiosus, fęminę, serui impuberes, infames, 3.q.7 infamis.

Quod ille debet esse alterius iudex, qui non habet in seipso quod condemnet, 3.q.7.iudicet.

Quod verus iudex nec pretio, nec stupore, nec odio, nec fauore iudicat, 11.q.3.episcopus.§.si ergo.

Quod iudex munera non debet accipere, quia munerũ acceptatio veritatis est præuaricatio, 11.q.3. qui recte.& cap.non licet, 14.q.5.non sane.

Quod iudex etiam rectè iudicando, si temporale præmium expectat, fraudem in duobus perpetrat, 11. q.3.qui rectè.

Quod laudabiles sunt iudices in quibus nec ira nec furor, sed ratio dominatur, 11.qu.3.illa.& tribus c. seq.

Quod Papa est iudex omnium, sed nemo ipsius, 9.qu. 3.patet.& c.seq.

Quod bonus iudex nihil arbitrio suo facit, sed iuxta leges & iura pronuntiat, 3.q.7.iudicet.

In quo capitulo pronuntur plura quę debet habere bonus iudex, 30.q.vlt.iudicantem.

Quod non est iudex in quo non est iustitia, 23.q.2.iustum.

Quod criminosus iudex cum sententiam in alterius crimen profert, seipsum cõdemnat, 3.q.7.sacerdos, §.item in euangelio.

Quod iudex cuius vita cum loco iudicij non concordat, sæpè immeritos damnat, 11.q.3.plerunque.

Quod iudex cupidus cito vendit iudicium, 11.quæst. 3.pauper.

Quod naturale est suspectorum iudicum insidias declinare, 3.q 5.quòd suspecti.

Quod iudex labyrinthum impingit qui ante iudicat quàm intelligat, 29.dist.secundum.

Quod iudex circunstantias debet rimari, & ordinem rerum inquirere, 30.q.5.iudicantem.1.qu.1.in primis.de pœ.dist.5 §.1.post med.

Quod iudex nec debet esse facilis ad credendum, nec ad vindictam ferendam, 86.dist.si quid, 11. qu.4. quamuis, 15.q.7.si quid.

Quod iudex sine accusatione damnare nõ debet, 23. q.4.si quis potestatem.

Quod idem non debet esse iudex & accusator vel testis, 2.q.1.multi.4.q 4.c.1.

Quod iudex non debet esse suspectus, 3.quæstio 5.c. vltim.

Quod iniquum est velle iudicare, & non iudicari, 32. q 6.iniquum.

Quod iudex plus legibus quàm suæ voluntati obtemperare debet, 3 q.7.iudicet.

Quod iudex in loco iudicij debet conscientiam quã de domo portauit deponere, & secundum allegata & probata procedere, 3 q 7.iudicet.

Quod nullus iudicũ sine licentia superioris debet aliquem clericum condemnare, 11. q.1.nullus iudicũ.

Quod iudex reum puniendo reddit bonũ pro malo, 23 q.3.sex differentiæ.

Quod iudex secundum leges damnando iniquum nõ peccat, quia non ipse damnat, sed lex, 23.q.5.iudex, & cap.seq.

Quod humanum est illum vereri iudicem, qui deprimere & erigere potest, 16.q.1.c.1.circa medium.

Quod nemo debet dedignari iudicem habere contra se cuius approbauit arbitrium, 2.q 8.accusatores.§. cuius.

Quod inferior iudex non potest superiorem iudicare, nec debet, 21.dist.inferior.& quinque c.seq.

Quod ad sæcularem iudicem non licet clerico confugere, 11.q.5.placuit.

Quod iudex laicus non debet se intromittere de clerico præcipuè de sacerdote iudicando, 96.dist.in scripturis.& c.seq. 16.q.7.in nona actione.

Quod licet iudici subditum alterum defensare & fouere, sed non iudicare, 6.q 5.scriptum.

Quod iudex potest alterius subditum iudicare ratione criminis cõmissi in sua potestate, 6.q.3. placuit. & c seq.

Quod causam suam amittit qui rem etiam sibi debitam præter iudicis sententiam inuadit, 16.q.6. c. 1. in fin.

Quod iudex spiritualis, scilicet confessor debet habere munus scientiæ, vt sciat cognoscere quidquid debet iudicare, de pœn.dist 6.c. 1.post medium.

IVDICIVM. Quod iudicium duplex est, videlicet diuinum, & humanũ, 6.q.1.si omnia. 15.q.6.si quãdoque à sacerdotibus.circa med.

Quod diuinum iudicium valde est timendum, quia ipse iudex est & testis, 9.q.3.aliorum.

Quod diuinum iudicium vsurpat qui incerta & dubia iudicat, 2.q.1.nomen presbyteri.

Quod secretorum cognitor & iudex est Deus, 32.di. erubescant.

Quod solius Dei est iudicare de occultis, qui solus nouit corda hominum, 2.qu.4.consuluisti. post med.

Quod homines multa de Dei iudicio ignorant, quia forsitan quæ nos laudamus, ipse reprehendit, & quę nos reprehendimus, ipse laudabit, 11.q.1.sacerdotibus.in fine.

Quod homines Dei iudicio per peiores se flagellantur, 56 dist.si gens.in fine.

Quod Dei iudicio homines in præsenti vita flagellantur, vt in futuro non puniantur, 23. q.4. quid ergo. per totum cap.

Quod Dei iudicio aduersa bonis eueniunt, vt ex hoc magis humilientur & mereantur, 6.quæst. 1. §.ipsa.

Quod iudicio Dei agitur quando ex flagellis vnus corrigitur, & alius obduratur, 23.q.4. Nabuchodonosor.

Quod non potest humano condẽnari examine quod Deus suo reseruauit iudicio, 15.q.6.si quandoque à sacerdotibus

Quod facta Papę à solo Deo iudicantur, 9. quæstio 3. facta.

Quod Deus aliorum causas voluit per homines terminari, sed summi pontificis causam sibi ipsi examinandam & terminandã reseruauit. 9.q.3 aliorũ.

Quod nemo scit qualis in iudicio Dei futurus sit, 11. q.1.sacerdotibus.in fin.

Quod qualiscunque hinc quis egreditur, talis in iudicio Dei reptæsentatur, 15 dist.qualis.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod qualem inuenit dominus cum vocat, talem pariter & iudicat, de pœn. d. 1. nunquid Cain.
Item in futuro Dei iudicium locum nõ haberet si in hoc sęculo omnia iudicanda essent, 6. q. 1. si omnia. 15. q. 6. si quandoque à sacerdotibus.
Quod quẽ sacerdos iudicat, Deus iudicat, cuius personam gerit, de pœ. di. 3. in falsicibus, §. his auctoritatibus, ver. sed quem.
Quod qui semel à sacerdote pro peccato punitur, nõ iterum à Deo pro peccato iudicabitur, ibid.
Quod Deus nõ bis iudicat in idipsum quod iustè in præsenti est punitum. de pœn. dist. 2. sunt plures, §. auctoritas.
Quod humanum iudicium est dup ex, videlicet priuatũ & publicũ, siue contentiosum, 3. q. 7. postulatus.
Quod priuatum iudicium exercet quando seipsum iudicat, de pœ. dist. 1. in actionem.
Quod verum iudicium est iudicare prius conscientiã propriam, demum culpam alienam, 3. q. 7. postulatus, &c. seq.
Quod non est curandum iudicium hominum vbi est bona conscientia, quia tale iudicium est temerarium, 11. q. 3. temerarium, & duobus cap. seq.
Quod temerarium iudicium est quod procedit ex suspicione, 2. q. 1. multi. ante fin.
Quod lapsi à baptismi innocentia proprio iudicio se accusantes per pœnitentiam restituuntur, de pœn. dist. 1. c. multiplex.
Quod homo debet seipsum iudicare dum potest in melius mores commutando, ne cum posse amiserit, à domino iudicetur, de pœniten. dist. 1. in actionem, §. seq.
Quod publicum iudicium sine cõtentiosum institutum est vt innocentia protegatur, & culpa puniatur, 2. q. 1. quæ Lotharius.
Quod hoc iudicium integrum est, quod plurimorum sententiis confirmatur, 64. dist. extra.
Item debet secundum auctoritatem decretorum, & sanctorum patrum diffiniri, 20. dist. de libellis.
Item debet esse sine tumultu contentionũ, 5. quæst. 4. in loco.
Item hoc iudicium debet poni in loco tuto & communi, 3. q. 9. hortamur, 33. q. 2. siue.
Quod in omni tali iudicio debent esse quatuor personæ, videlicet iudex, accusator, defensor, & testis, 4. qu. 4. c. nullus vnquam. & c. nullus introducatur.
Quod illi qui citatur in iudicium debet offerri conuentionalis libellus, 3. q. 3. induciæ, §. offeratur.
Quod spoliati nõ debent ad iudicium trahi nisi prius in integrum restituantur, 2. q. 2. nullus episcoporũ. & tribus c. seq. 3. q. 2. ciectis, & c. seq. 5. quæ. 2. si primates.
Quod de suspicione vel extorta confessione pessimũ est iudicium, 15. q. 6. si quandoque à sacerdotibus.
Quod ordo iudiciarius in publico iudicio est seruandus nisi forte adeo culpa sit notoria, quòd se omnium oculis ingerat, 2. qu. 1. quæ Lotharius, & duobus cap. seq.
Quod an in manifestis sit ordo iudiciarius seruandus, 2. q. 1. per totum.
Quod absente reo in iudicio non est procedendum, 3. q. 9. accusatori, vsque ad finem quæstionis.
Quod diuinæ & humanæ leges prohibent vt absens quis iudicetur, 3. q. 8. accusatores.
Quod contumax absens iudicatur, 3. q. 9. c. decreuimus.
Quod iudicium refugit qui de iustitia diffidit, 11. q. 1. Christianis.
Quodquatuor modis humanum peruertitur iudiciũ, videlicet timore, cupiditate, odio, & amore, 11. quę. 3. quattuor, & duobus c. seq 3. q. 5. accusatores. 2.
Quod iudicium non debet propter lachrymas quorumcunque peruerti, 23 q 4. est iniusta.
Quod candentis ferri & aquę feruẽtis iudicium à sanctis est prohibitum, 2. q. 4. consuluisti.
Quod in dubium absolutum non debet esse iudiciũ, 33. dist. habuisse, 2. q. 4. consuluisti.
Quod iudicium mistum debet esse rigore & lenitate, 45 dist. d. disciplina c. omnis, & c. sunt.
Quod libertini possunt trahere dominos suos ad iudicium. 12. q. 2. episcopus, §. si sine venia.
Quod ecclesia non iudicat nisi de publicis in ordine iudiciario probatis, 2. q. 4. consuluisti. & q. vlt. nec illud, §. is itaque, & c. seq. 2 q. 1. multi. in fine.
Quod an ecclesia quãdoque in suo iudicio decipitur, vt ille qui intra ipsam est, per eam excludatur, & qui foris est, intromittitur, 24. q 3. si quis, & c. cũ aliquis,
Quod monachi & monachę spectant ad iudicium episcopi, 11. q. 1. de persona.
Quod clerici sunm episcopum contemnentes tradantur iudici sæculari, 11. q. 1. si quis sacerdotum, & duobus cap. seq.
Quod clericis prohibetur iudicium sanguinis, 23. q. 8. sæpe. & c. seq.
Quod diebus feriatis & die dominico non sunt exercenda iudicia, 15. q. 4. placita, 22. qu. 5 decreuit. de conse. dist. 3. §. 1.

De hac materia habes vbi agitur. de Senten ia.

IVRAMENTV *M.* Quod iuramẽtum legitur Deus crebro fecisse, 22. q. 4. incommutabilis.
Quod iuramentum homini non prohibetur tãquam malum, sed eius assuefactio vel libido prohibetur, 22. q. 1. non est contra.
Quod iurare Dei est à seipso ordinata nullatenus conuellere, 22. q 4. incommutabilis.
Quod dum vsus iuramenti habetur de facili periuriũ incurritur, 22. q. 1. non est contra.
Quod iuramentum non dicitur malum esse, sed à malo esse, scilicet infirmitatis eorum quibus aliquid suadetur, 22. q 1. ita ergo.
Quod in scripturis non est prohibitum ab alio recipere iuramentum, 22. q 1. quamuis.
Quod iurare non est peccatum, 22. q. 1. §. 1. & cap. vt noueritis,
Quod iuramentum non est institutum vt esset iniquitatis vinculum, vel cuiuscunque criminis, 22. qu. 4. inter cetera.
Quod hęc est causa institutionis iuramenti, vt omnis iurans ad hoc iuret, vt quod verum est loquatur, 22. q 5. iuramenti.
Item alia causa est iuramenti institutionis infirmitas dubitantis cum non vult credere, 22. qu. 1. si peccatum.
Item est alia causa, detestatio idolorum, nam ideo conceditur per Deum iurare, ne per idola iuretur, 22. q. 1. considera.
Quod in iuramento nõ debet intentio verbis, sed verba intentioni deseruire, 22. q. 5. humanæ.
Quod iuramentum debet habere tres comites, videlicet veritatem, iudicium, & iustitiam, 22. q. 1. & iurabunt, & q 2. animaduertendum.
Quod iuramentum veritatem habet vbi non aliter corde quàm ore iuratur, 22. quæst. 5. iuramenti, & c. quacunque.
Quod iustitiam habet quando licitum & iustum est quod iuratur, non tendens ad mortale peccatum, 22. q. 4. innocens. §. illicitum.
Quod iudicio iuratur quando cum discretione & cautela iuratur etiam in licitis, 2. q. 4. sacramẽtum. 22. q. 4. innocens. §. illicitum. circa med.
Quod iuramentum fit dupliciter, videlicet per creatorem, & per ea quæ habent respectum ad creatorem, vel per creaturas, 22. q. 1. considera. & duobus c. seq.
Quod per creatoris capillum vel caput iurare est blasphemare. 22. q. 1. siquis per capillum.
Quod minus peccatum est per falsos Deos iurare verum quàm per verum Deum iurare falsum, 22. q. 1. mouet. circa med.
Quod per ea quæ respectum habent ad creatorem, sicut est Crux, Euangelia, & sanctorum reliquię & similia, falsum iurare est peierare, 22. q. vlt. qui compulsus, & c. seq.
Quod electus in episcopum repellitur à confirmatione, quia publice iurauerat super Euangelia Dei, 85. dist. archidiaconum Florentinum.
Quod sacerdotes ex leui causa iurare non debent, 2. q. 5. si quis presbyter.
Quod qui per lapidem vel aliam creaturam iurat falsum periurus est, 22. q. vlt. ecce
Quod an qui iurans super lapidem putans super Euangelia iurare obligatur, 22. q. 5. humanæ. §. proximo.
Quod periurium est nequiter decipere credẽtem, 22. q. 2. c. 1.
Quod sophisticè iurans, periurus est, 22. q. 5. quacumque, & duobus c. seq.
Quod Deus accipit iuramentum sicut ille cui iuratur intelligit, 22. q. 5. quacumque.
Quod qui paratus est ad peierandum, antequam iuret periurus est, 22. q. 5 qui peierare.
Quod qui dicit iurando pluit, & scit non pluisse, periurus est, 22. q. 2. homines.
Quod Saul quia de morte Ionathæ quam iurauerat sententiam tulit, quia eam propter populum exequi non potuit, periurus non fuit. 22. q. 2. c. vlt. §. item opponitur. ante fi.
Quod non peierat qui compulsus iuramentum non impleuit, 11. q. 3. antecessor.
Quod qui alium cogit peierare, etiam si dominus iurantis sit reus sit periurij, 22. q. 4. inter cetera. & q. 5. qui conpulsus, & c. si coactus. & quatuor c. seq.
Quod illud est defiendum quod quis commisit illicitè per iuramentum coactum, 22. q 4. inter cetera.
Quod ille qui alium cogit scienter ad periurium, vincit homicidam, scilicet quantum ad damnum, quia ille damnificat animam, iste corpus, 22. q. 5. ille.
Quod illicitum iuramentum magis peccatum est adimplere, quàm periurium incurrere, 22. q. 4. vnusquisque.
Quod iuramentum factum contra præceptum domini culpatur, & non tenet, 22. q. 4. inter cetera.
Quod omne iuramentum est seruandum nisi in peiorem vergat exitum, & salutis detrimentum, 22. qu. 4 quod Dauid & ferè vsque ad finem quæstionis.
Quod nemo ante ætatem legitimam, id est, ante annos quatuordecim cogendus est iurare, 22. q. 5. paruuli. & duobus c. seq.
Quod in diebus dominicis à septuagesima vsque ad octauam Paschæ, & ab aduentu vsque ad octauam epiphanię, & in quatuor temporibus, & in litania maiori, & in diebus rogationum nisi pro concordia & pace nullus solenniter iurare præsumat, 22. q. 5. decreuit.
Quod decens est vt iuramentum à ieiunis præstetur, 22. q. 5. honestum.
Quod forma iuramenti inuenitur secundum diuersorum status temporum & hominum.
Quod in tempore veteris legis iurabant, viuit dominus, viuit anima mea, 22. q. 1. & iurabunt.
Quod in primitiua ecclesia iurabant, testis est mihi Deus, & testis est mihi conscientia mea, 22. qu. 1. si peccatum.
Quod modernorum est iuramentum, sic me vel te Deus adiuuet, & istæ reliquiæ sanctorum, vel consimile, 32. q. 6. de parentela. & quatuor c. seque. 1. q. 7. quoties. 22. quæstio. 1. habemus.
Quod forma iuramenti ab hæresi vel à schismate reuentium est specialis, 1. q 7. quoties. de consec. di. 2. ego Berengarius.
Quod in forma iuramenti fidelitatis sex requiruntur. de hoc habes vbi agitur de fidelitate.
Quod ab episcopo vel presbytero non exigitur communis forma iuramenti, sed per sanctam consecrationẽ tantũ interrogari debẽt, q. 4. si quis presbyter.
Quod infideles & idololatræ iurant per creaturas, 22. q 1. & iurabunt.
Quod ideo Christus non prohibuit iurare per Deum, sed per creaturas, ne videlicet per contẽptum creaturarum deieraretur, vel aliquod numen deitatis in creaturis crederetur, 22. qu. 1. mouet. §. item Christus.
Quod illicitum iuramentum non est complendum, 13. dist. duo. & c. seq.
Quod pluribus modis iuramentum dicitur illicitum, videlicet ex persona iurantis, vt sunt impuberes, quorum iuramentum non tenet, 12. q. 5. paruuli. & c. seq.
Item est illicitum ex persona cui iuratur, vt cum clericus laico iurat quod non licet, 22. quæstione 5. capitu. nullus.
Item ex re est illicitum iuramentum, vt si res per quã iuratur, non est sacra, 22. q. 1. clericum.
Item ex fine est illicitum, vt si iuratur propter electionem & ante electionem, 8. q. 3. Artaldus.
Item ex causa, scilicet obligatoria, ad hoc impellente, exemplum de Herode & saltatrice, 22. qu. 4. vnusquisque.
Item ex modo est illicitum, vt si temerè vel indiscretè vel sine necessitate. exemplum de Iepte qui indiscretè iurauit, 22. q. 4. vnusquisque, & q 1. ita ergo.
Item ex tempore est illicitum vt si dominicis diebus vel aliis prohibitis iuratur, 22. q. 5. decreuit. Vnde versus de omnibus supradictis.

Quis, quid, cui, per quid, ad quid, cui, quo modo, quando.

Quod licitum iuramentum fit in sex casibus, videlicet pro pace, vel amoris coniunctione, 22 q 1. c. 1.
Item pro infamiæ expurgatione, 2. q. 4. presbyter. & tribus c. seq.
Item pro fide & fidelitate. de conse. dist. 2. ego Berengarius, 15. q. 6. alius.
Item pro obedientia siue reuerentia, 23. distin. quamquam.
Item pro veritate inquirenda, siue in testibus, siue in alius, 14 q 2. quamquam. 22. q. 1. omne.
Item pro damno dato vel dãdo, 2. q. 1. in primis. circa medium. Vnde versus,

Pax, fama, fides, reuerentia, cautio damni,
Defectus verbi sibi posc unt sacra tueri.

Quod ab his iuramenta irritari possunt, videlicet à Papa, 15. q. 6. auctoritatem.
Item seruorum à domino suo, 54. distin. si seruus sciente.
Item vxoris à marito suo, 33. q. 5. manifestum.
Item monachi iuramentum à suo abbate, 20. q. 4. monachum.
Quod solus Papa à iuramento licito absoluit, 15. qu. 6. alius.
Quod absoluit subditos excommunicatorum excommunicationem contemnentium à iuramento fidelitatis, 15. q. 6. nos.
Quod antequam incendiarij absoluantur, cautio iuratoria requiritur, 23 q. vlt. pessimam.
Quod grauior infligitur pœna peieranti, quàm consentienti, 21. q. 5. si quis conuictus.
Quod eadem pœna est pro periurio & homicidio, 22. q. 1. prædicandum.

De

Source : BIU Cujas

De hac materia require vbi agitur de Mendacio.

IVRISDICTIO. Quod iurisdictio clericorum, & episcoporum quæ est circa curam animarum, ab abbatibus non est vsurpanda, 16.q.1.interdicimus.

Quod nec metropolitanus vel episcopus intromittere se debet de iurisdictione alterius episcopi sine scire ipsius, 9.q.3.nullus primas.

Quod primas vel patriarcha non habet iurisdictionē in episcopos, sed tantum in archiepiscopos, 9.q.3. conquęstus.

Quod extra propriam iurisdictionem nullus debet iudicari, 3.q.6.peregrina, & quatuor c.seq.

Quod crimen commissum inducit iurisdictionem in extraneum, 3.q.6.ibi semper, & c.vlt.6.q.3. placuit, & c.seq.

Quod qui canonicam habet prælaturam electionem habet & iurisdictionem, 11.q.1.experientiæ tuæ.

Quod laici habuerunt quandoque, & habent intra ecclesiam de ecclesiasticis iurisdictionem, habuerunt enim electionem summorum pontificum, & inuestituras episcoporum, 63.dist.Hadrianus, & §.principibus, & c.in synodo.

Quod possunt in concilio interesse præcipuè vbi agitur de fide, 96.dis.nos ad fidē, & c.vbi nā, & c.satis.

Item datur eis iurisdictio personas incorrigibiles corrigendi, 32.dis.eos qui.

Item datur eis iurisdictio in fidei vel episcoporum cō temptores morte affligendi, 23.q.5.principes, 16. dis.nec licuit, 11.q.1.si quis sacerdotum.

Item in eos qui schisma faciunt vel excommunicationem contemnunt, 23.q.5.de liguribus.

Item datur eis iurisdictio vbicunque ecclesiastica potestas nō valet exercere disciplinā, 23.q.5.principes.

IVS. Quod ius generale nomen est, quod iustum requirit, & inde ius dictum est, 1.dis. ius generale. Isidorus lib.Etym.c.3.

Quod ius in duo, scilicet in ius naturale, & ius positiuum diuersificatur, 1.dis.humanum genus.

Quod ius naturale innuitur in Euangelio vbi dicitur, Quæcunque vultis vt vobis faciant homines, & vos facite illis, & econuerso, ibid.

Quod ius naturale iuri positiuo antefertur, videlicet quia prius, & dignius, 5.dis.§.1.8.di.quo iure, §.dignitate vero.

Item quia eis cedit omnis consuetudo, vel cōstitutio, 9. dis. per totum.

Item quia contra ius naturale non admittitur dispensatio nisi ad maius malum vitandum, 13.dis.§.1.& 7.dis.non est peccatum, §.his itaque.

Item quod ius naturale vult omnia esse cōmunia, positiuum verò restringit ad meum & tuum, 7.di.1.& c.seq.

Quod ius positiuum siue humanum diuersas habet species, quia aut est ius ciuile, aut gentium, aut militare, aut publicum, aut Quiritum, id est Romanorum, de quibus 1.dis.per totum.

Quod iure diuino, & humano res possidentur, sed differenter, 23.q.7.c.1.

Quod iure poli reguntur matrimonia, nō iure fori, id est ciuili.

Quod mulierem reddit infamem si mortuo viro intra tempus determinatum ducat alium, 2.q.3.Euphemium, §.seq.

Quod ius interpretandi canones habet qui potestatē habet condendi, 11.q.1.sicut enim, §.ex his omnib.

Quod iudex dictus est ex eo quòd ius dicat populo, siue de iure disceptet. 23.q 2.c.1.

Quod qui ecclesiæ ius suum detrahit, iniustitiam cōmittit, 22.dis.omnes.

IVSTITIA. Quod iustitia est summum bonum cōlere ac vnicuique iura seruare, 12.q.2. cum deuotissimam, post med.

Quod iustitia est æquitas tolerandi inopiam, & temperantiam habere in abundantia, 41.distinctio.quod dicit.

Quod iustitia est patriam, & socios defendere, 23.q.3.fortitudo.

Quod vbi fides & charitas deest, iustitia esse non potest, 24.q.1.vbi.

Quod iustus miseris compatitur, 45.dis.vera iustitia.

Item non odio sed bono zelo est exercenda, 23.q.3.sex.

Quod semper est misericordia temperanda, 45.dis.disciplina, c.omnis, & c.vera, & c.seq

Quod iustitiam aurum & munus violant, 11.q.3.qui recte. 1.q.3.vendentes.

Quod cultum suum iustitia perdit quando filētia iudicij ostrepentium turbo confundit, 5.q.4. in loco.

Quod iustus quoties cadit toties resurgit, de pœn.di. 3. septies.

Kalendę. Quod Kalendæ Ianuarij iuxta ritum gentilium prohibētur Christianis obseruari, 26.q.vlt.nō licet, c.non seruetis, & c.si quis Kalendas Ianuarij.

Quod presbyteri cum per kalendas conueniunt, quasi semiplenum ventrem habeant, & lucris honestioribus intendant, 45.dis.quoniam presbiteri, & c.nullus presbyterorum.

De hac materia habes vbi ponitur C.

LABIA. Quod labia sacerdotis debent scientiam custodire, 11.q.1.sacerdotibus, 43.di.sit rector, ante med.

LABOR. Quod labor bonus est in virtutibus & spiritualibus exercitijs, 23.q.4.quis nos potest.

Quod labor malus est in mundi delectabilibus & peccatis, 23.q.7.quemadmodum.

Quod labor indifferens est in necessitatibus corporis, de'conf.dis.5.nunquam.

Quod merces felicitatis non acquiritur nisi per laborem virtutis, de conf.dis.5.ieiunium.

Quod sæculi dilectores fortes sunt in labore malo, debiles in labore bono, dis.47.omnes,

Quod apostolus ne quemquam grauaret proprijs manibus laborabat, 1.q.2.sacerdos.

Quod boni laboris sui non in præsenti, sed in futuro quærunt fructum recipere, 1.q.2.sacerdos.

Quod cum prælatus vel prædicator in aliquibus sine fructu laborat, ad alios vt proficiat se transferat, 7.q.1.c.vlt.8.q.1.olim.

Quod iustum est vt illi consequantur stipendium qui laboris impendunt obsequium. 1.q 2. sacerdos, in fin. 12.q.2.charitatem.

Quod laborantes pro ecclesia stipendia debēt accipere ab ecclesia, 12.q.2.ecclesiasticis.

LAC. Quod lac Abraham non vina angelis hospitio receptis propinauit, 35.dis sexta die, in fin.

Quod sicut incongruum est, non pascentem gregem, lac gregis vsurpare, sic est militantiū stipendia non militando subripere, 13.q.1.c.1.ante fin.

LACHRYMA. Quod lachryma amarissima Petri peccatum deleuit negationis, 50. dis. ponderet.

Quod in peccato negationis Petri lachrymæ eius, & non alia satisfactio legitur, de pœn.dist.1.Petrus doluit.

Quod lachrymæ lauant delictum quod pudor est confiteri, quod non est intelligendum sine confessione, sed peccatum si adeo graue est vt cum pudore confiteatur, non ideo est desperandum, quia lachrymæ lauant, de pœn.dis.1.mensuram, §.proximo.

Quod non est mundus, qui post lachrymas repetit ea, quæ defleuit, de pœ. dis.3.irrisor est, & tribus c.seq.

Quod non excusatur, qui lachrymas habuit pro temporali damno, & non potest habere pro peccato de flendo, de pœn.dis.3.sunt plures.

Quod lachrymas multi indesinenter fundunt, & tamē peccare non desinunt, de pę.dis.3.irrisor est.ante fi.

Quod lachrymæ debent esse arma clericorum, 23.q.8.conuenior.

De hac materia habes vbi agitur de Fletu.

LAICVS. Quod laicus de rebus ecclesiæ non debet se intromittere, nec sibi sunt committendæ, 89. dis.iudicatum.

Quod episcopus qui decimas & alias res ecclesiæ consanguineis vel alijs laicis distribuit, tanquam simoniacus, & inter præcipuos hæreticos vt antichristus habeatur, 1.q.3.peruenit.

De hac materia habes vbi agitur de Electione, & vbi agitur de Imperatoribus, & vbi agitur de Iurisdictione, & vbi agitur de Iudicio.

LAPSVS. Quod lapsus duplex inuenitur, videlicet à fide, qui fit per hæresim, & à morib⁹, qui fit per mortale peccatum, 1.q.7.si quis omnem.

An episcopus vel clericus per hæresim lapsus post reuersionem possit restitui, & qualiter, 1.q.7.ferè per totum.

Vtrum episcopus vel clericus post peccati lapsum per dignam pœnitentiam reparari possit, & qualiter, 50. dis.per totum, vsque ad §.quod verò.

Quod cum magna discretione & consilio lapsi sunt restituendi, 50.dis.de eo autem.

LARVA. Quod laruas dæmonum ante se ferri presbyteri non consentiāt, 44.dis.nullus presbyterorū, de conf.dis.5.nullus.

LATRO. Quod latro vnius momenti pœnitētia, meruit esse in paradiso, 26.q.6.presbyter.

Item idem latro in Cruce pendens præmium æternū amisisset, si ipsum vnius horæ pœnitentia non iuuasset, 36.q.6.agnouimus.

Quod latro non est pro nomine Christi, sed pro suis facinoribus crucifixus, sed dum patitur, credit, de conf.dis.4.baptismi.

Quod latronis pœnitentia, quæ sera fuit, innuit quod vera conuersio in vltimis positorum mente potius æstimanda est, quàm tempore, 26. quæstione 6.agnouimus.

Quod sicut ī latrōe defectū baptismi benignitas Christi suppleuit, ita supplet fidē in pueris tēpore baptismi, quam profiteri non possunt. de conse.dist.4.baptismi.per totum c.

Quod episcopus rerum ecclesiasticarum dilapidator tanquam fur & latro degradatur, 10.q.2.c.vlt.

Quod licet latro suspendendus crudelem iudicē putet, non propter hoc est crudelis, quia crudelem iugulat, 23.q.5.non est crudelis.

Quod qui latronem in mēbris debilitat, prodest latroni, quia ipsius malitiam pro tanto compescit, 23.q.3.si quis fortitudinem.

Quod latroni ad latrocinia aspiranti parcere non est misericordia, sed iniustitia, 23.q.4.est iniusta.

LAVACRVM. Quod lauacrum commune Christianum & præcipuè clericum non conuenit habere cum mulieribus, 81.dist.non oportet.

Quod sicut lixiuium per cinerem fluens lauat & non lauatur, sic doctrina per doctorem animas credentium lauat à sordibus peccatorum, 83.dist.nihil illo pastore, §.quanquam.

Quod exemplo Ioannis Euangelistæ possumus vti lauacro corporali, 24.q.1.omnis.

Quod corporalia & pallæ à diaconis & ministris debent lauari, de consec.dist.1.nemo per ignorantiā.

LAVS. Quod laus Deo pro suis beneficijs à nobis est impendenda, 16.q.1. reuertimini.circa fi.

Quod non bene conueniunt in vno ore laus Christi, & laudes Iouis, 86.dist.cum multa.

Quod de verbis laudantium nos non multum debemus curare, 11.q.3.inter verba.

Quod velle laudari & dare histrionib⁹ vt laudemur vitium est, 86.dist.donare.

Quod sunt aliqui qui non nisi pro humana laude largiuntur, & solummodo de hoc retributionem quęrunt, 11.q.1.sunt nonnulli, & q.3.non solum.

Quod nihil illo pastore miserabilius qui luporum gloriatur laudibus, 83.dist.nihil.

Quod periculum est indignum laudare, quia dū male facta laudibus efferuntur, augmentantur, 46.di. sunt nonnulli.

Quod qui scienter indignum laudat, Christum cuius mēbra fumus violat, 11.q.3.si quis hominem, & c. sequen.

Quod Deus bonos vltra meritum laudatos ab aliis permittit in accusationem venire, vt culpa ex laude contracta suffocetur, 6.q.1.sunt plurimi.

LECTIO. Quod lectio diuinarum scripturarum non fabulæ debēt inseri in mensis clericorum, 44. dist.pro reuerentia, & cap.conuiuia.

Quod clerici & prælati debent insistere lectioni, 38. dist.qui ecclesiasticis, §.ecce.

Quod episcopus debet intendere lectioni, orationi & doctrinæ, quia sibi non sufficit sanctitas vitæ, nisi assit & scientia doctrinæ, 36.dist.qui ecclesiasticis, §.ecce, & 87.dist.c.1.

Quod sicut stellam non obscurat nox, sic inhærentes firmamento sacræ scripturæ non obscurat mundana iniquitas, 38.dist.sicut.

Quod qui amat scientiam sanctarum scripturarum, carnis vitia non ambit. de conse.dist.vlt.nunquam.

Qui libri sunt in quibus episcopus præcipuè & sacerdotes legere debent, habes, 38.di.nulli, & quatuor c.seq. de conse.dist.vlt.nunquam.

Quod libri & quæ lectiones & homiliæ in ecclesia legi debent, habes, 15.dist.sancta Romana, & §.seq.

Quod clerici & præcipuè episcopi in gentilū libris, & maximè qui ad luxuriam & vanitatem prouocant non debent legere, 37.di.per totum, & 86.di. cum multa.

Quod cum beatus Hieronymus libros gentiliū legeret, ab angelo est durissimè correptus, 37.dist.legimus.

LECTOR. Quod lectores dicti sunt à legēdo, 21. dist.cleros.

Quod lectorum officium est lectiones pronuntiare, 25.dist.perlectis.

LEGATVS. Quod legatus honorandus est loco illius cuius legatione fungitur, 92.dist.c.vlt.

Quod legatus siue sedis apostolicę siue cuiuscunque, litteras debet secum portare legationis suæ, 97.d. nobilissimus.

Quod legatus Papæ iurisdictionem episcopi non debet eneruare, 11.q.1.peruenit.

Quod legatus à latere Papæ missus inter terminos legationis suæ potest causas ad se per appellationē deuolutas audire & terminare, 2.q.6.decreto.

Quod an legatus Papæ possit generale concilium celebrare, 17.dist.synodum.

Quod plura concilia generalia per legatos Papæ mādante Papa sunt celebrata, 63.dist.Hadrianus, & 1. q.7.conuenientibus.

Quod subdiaconi possunt esse legati domini Papæ à latere missi ad omnia negotia perpetranda, 10.qu. 3.relatum.

Quod omnes episcopi & sacerdotes sunt honorādi, quia legatione Christi funguntur, 7.q.1.omnis.

Quod legatus secundum locorum legationis suæ exigentiam debet in expensis esse contentus, 10.qu. 3.relatum.

Source : BIU Cujas

LEPRA. Quod lepra cutis, lepra vestis, lepra domus iubentur sacerdotibus ostendi, quia peccata sacerdotibus debent reuelari, de pœn. dis. 1. §. Moysi.

Quod leprosum qui descendit de monte Christus sanauit, & priusquam sanaretur clamauit, significatur quòd in sanatione spirituali confessio non debet cõtemni, de pœn. dis. 1. §. Christus quoque.

Quod in hoc quòd Christus leprosos mundatos ad sacerdotes misit, legalia approbauit, 1 q. 1. nonne.

Quod in hoc quòd leprosi antequã ad sacerdotes peruenirent mundati sunt, innuitur quòd peccator in sola contritione mundatur, vbi confessionem necessitatis articulus excludit, de pœn. dis. 1. §. hoc idem.

Quod confessor debet habere scientiam discernendi inter lepram, & lepram, 20. dis. §. 1.

Quod in hoc quòd Maria soror Aaron pro peccato lepra percutitur, & post per pœnitentiam restituitur, fiducia veniæ pœnitentibus datur, 50. dis. si post. §. econtra.

Quod in hoc quòd Maria propter murmur in Mosen leprã incurrit, innuitur quòd insurgens contra prælatum grauiter delinquit, 2. q. 7. plerunque, §. itẽ obijcitur. Et de accusatione prælatorum ibi tractatur.

Quod in hoc quòd rex Osias sacerdotum officia vsurpans lepra in templo percutitur, sacrilegorum culpa & pœna exaggeratur, 2. q. 7. nos si, §. sed notandum.

Quod qui simoniacè aliquem ordinat, lepram non officium confert, 1. q. 1. cum ordinaretur.

Quod sicut Giezi propter pecuniam lepram incurrit, sic pecunia male conquisita corpus & animam commaculat, 1. q. 1. cito.

LEVITA. Quod leuitæ ex nomine auctoris vocati sunt, de Leui enim exorti sunt, hi Græcè diaconi. Latinè ministri dicuntur, 21 dis. cleros.

De purificatione leuitarum & domus purificatione, habes, de cons. dis. 4. nec quenquam.

Quod in leuitis sacerdotalis dignitas quandoque intelligitur, 50. dis. & purgabit.

LEX. Quod lex multiplex est, videlicet diuina, quæ natura constat, dis. 1. omnes leges, Isi. l. 2. ety. c. 5.

Item lex humana est quæ moribus constat, dis. 1. omnes leges, Isidorus ibid.

Item lex vetus, quæ dicitur testamentum, 6. dist. testamentum.

Item lex naturæ quæ facit omnia communia, quæ lex humana facit singularia, dicens meum & tuum, 8. dis. quo iure, & 12. q. dilectissimis.

Item lex spiritus, quæ instinctu spiritus sancti cordi inscribitur, 19. q. 2. duæ.

Item lex carnis, quæ absque culpa est in corpore non consentientis, 16. q. 1. si concupiscentia, 32. qu. 5. si Paulus.

Item lex priuata, quæ idem est quòd lex spiritus, 19. q. 2. duæ.

Item lex publica, quæ à sanctis patribus est tradita, vt est lex canonum, 19. q. 2. duæ.

Item lex coniugij, quæ in baptismo non soluitur, 26. dis. vna.

Item lex est constitutio scripta, 7. dis. *Moyses*, Isid. lib. 5. Etym. 3. Iuo. q 4. c. 20.

Itẽ lex est omne quod ratione constat, duntaxat quod religioni congruat quod disciplinæ conueniat, & quod saluti proficiat, 1. dis consuetudo.

Item lex est cõstitutio populi, quam maiores natu sanxerunt, 2. dis lex.

Quod leges humanæ vel publicæ secundum dispositiones terrarum variantur, 1. dis. omnes. & 31. di. alter.

Quod diuersæ diuersis temporibus emanarunt, quæ nomina à suis auctoribus traxerunt, 2. dis. quędam.

Quod diuersi inuentores legum & nomina eorum pronuntur, 7. dis. Moyses.

Quod leges factæ sunt vt humana coerceatur audacia, & tuta sit inter improbos innocentia, 4. dis. factę sunt, 23. q. 5. non frustra, & c. ad fidem.

Quod lex, aut permittit, aut vetat, aut punit, aut præcipit, 3. dis. omnis autem.

Quod lex non debet statui pro priuato cõmodo, sed pro vtilitate communi, 4. dis. erit autem.

Quod leges instituuntur cum promulgantur, confirmantur dum approbantur, 4. dis. in istis, §. proxi.

Quod lex debet esse honesta, iusta, possibilis, vtilis, loco temporique conueniens, dis. 4. erit autem lex.

Quod licet conditor legis solutus sit à legibus, tamen honestum vt præ ceteris secundum leges quas statuit viuat, 25. q. 1. confidimus, & c. ideo.

Quod Christus qui legem dedit, legem impleuit, 25. q. 1. ideo, §. his itaque.

Quod sancta ecclesia non constringitur legibus, 11. dis. catholica.

Quod leges sęculi non dedignantur canones sequi, 2. q. 3. Euphemium, §. j. in fi.

Quod lex, quæ obuiat sacræ scripturæ & decretis papæ, & bonis moribus, nullius debet esse momenti, 11. dis. nõ licet, & quatuor c. seq.

Quod lex diuina & canonica superior est lege ciuili, 10. dis. lege.

Quod illud quod legibus præcipuè ecclesiasticis est diffinitum, in iudicijs est tenẽdũ, 6. q. 4. si inter, 11. q. 3. summopere.

Quod non conuenit iudicare de legibus, 4. dis. erit, §. proxi. & c. seq.

Quod illa quę contra legem facta sunt, pro infectis debent haberi, 15. q. 2. imperiali.

Quod lex statuit pœnam malis, & præmia bonis, 23. q. 5. non vos.

Quod qui lege priuata ducitur nulla ratio exigit, vt à publica lege constringatur, 19. q. 2. duæ.

Quod lex est à domino, prævaricatio legis à diabolo, 35. dis. sexto.

LIBELLVS. Quod libellus famosus est qui in infamiam alicuius conscribitur, 5. q. 1. c. 1. & 2.

Quod libellum famosum quicunque scripserit, & publicauerit, anathemazitandus est, 5. q. 1. si qui, & c. præcedenti.

Quod secundum leges imperatoris famosum libellũ inueniens, & non statim eum deuastans, sed publicans, tanquam auctor capite punitur, 5. q. §. si quis.

Quod libellus cõuentionalis debet offerri ei qui prouocatur ad iudicium, 3. q. 3. inducię, § offeratur.

LIBER. Quod liber vitæ quid sit, & quid sit scribi in ipso, habes infra vbi agitur de scriptura.

LIBERALITAS. Quod liberalitas pro sancta fide tam loco quàm tempore commendatur, 86. dis. non satis.

Quod approbanda est liberalitas, quę circa proximos & consanguineos pro necessitate exercetur, 86. dis. non satis, §. est etiam.

Item liberalitas pulchra est, quæ indigentibus temperatè, & non superfluè impẽditur, 86. dis. non satis, § item perfecta, & supra. § dominus.

Quod episcopꝰ debet esse liberalis, alioquin in vacuũ portabit nomen episcopi, 86. dis. nũ satis, §. liberalẽ.

Quod date histrionibus & prohibitis venatoribus, & personis turpibus non est largitas, sed vitium, 86. di. donare, & c. seq.

LIBERTAS. Quod libertas remanebat inconcussa antequam vinum inueniretur, quia hãc Noe primus per ebrietatem violauit, 35. dis. sexto.

Quod pium est & meritorium Christianos suæ libertati restituere, quos Christus suo redemit sanguine, 11. q. 2. cum redemptor.

Quod bonum propositum non est prohibendũ, quia vbi spiritus sanctus est ibi libertas, 19. q. 2. duæ, in fi.

Quod mala voluntas non est permittenda suæ libertati vbi potest prohiberi, 23. q. 4. displicet.

Exemplum de Paulo.

Quod nemo ex praua consuetudine libertatem ecclesiæ debet infringere, 12. dis. omnia.

Quod serui ecclesiæ nõ debent ordinari nisi prius per episcopum habeant libertatem, 54. di. admittuntur, §. de seruis.

Quod abbas vel monachus seruum monasterij liberum facere non potest, qui enim proprium non habet, rei alienę libertatẽ dare nõ potest, 54. di. abbati.

De hac materia habes vbi agitur de Manumissione.

LIBERTVS. Quod libertus est qui ex seruili statu traditus est libertati, 12 q. 2. de libertis.

Quod libertus manumissus à principali patrono non singulis debet reuerentiam exhibere, 12. q. 2. episcopus qui, §. si vero.

Quod libertus sine licentia superioris patronum accusare non potest, 12. q. 2. episcopus qui, §. libertus, & §. in patronos.

Quod liberti ecclesiæ tempore suę manumissionis debent per scriptum profiteri se esse de familia ecclesiæ, & de obsequijs eius nunquam velle recedere, 12. q. 2. de libertis, §. ne vero.

Quod nouo episcopo surgente liberti ecclesiæ, & ab eis geniti suam conditionem præsente episcopo in chartulis debent protestari, 12. q. 2. lõginquitate.

Quod liberti ecclesiæ ad sacros ordines promoti, à seruitijs ecclesiæ nõ debẽt separari, 12. q. 2. de libertis.

Quod liberti ecclesiæ si negotia ipsius facere contẽpserint, vel contra ecclesiam insurrexerint, in pristinam seruitutem reuocãtur, 12. q. 2. diaconi. & c. episcopus qui mancipium, & c. liberti, & octo c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Manumissione.

LICENTIA. Quod est licentia præsumptionis, vt cum quis propria auctoritate à superiore commissa dimittit, 11. q. 2 placuit.

Quod est licentia dispensationis, vt quando simoniacus ignoranter ordinem recepit, exequendi officiũ sibi licentia datur, 1. q. 5. c. vlt.

Item est licentia occasionis, vt cum ex continentia viri vxori datur licentia fornicandi, 27. q. 2. si tu abstines.

Item est licentia permissionis, vt quando iudæis celebrãdi cæremonias licẽtia datur, 45. di. qui syncera.

Item est licentia approbationis, sicut est licentia nubẽdi data ab apostolo, 28. dis. de his, in fin.

LIGNVM. Quod de lignis ecclesiæ habes vbi agitur de ecclesia materiali.

LINGVA. Quod lingua quælibet habet quædam locutionum propria genera, quæ eum in aliam trãsferuntur, videntur absurda, 38. di. locutio.

Quod super apostolos spiritus sanctus in linguarum specie sedit, quia quos replet, de se loqui facit, 38. dist. locutio.

Quod opera sacerdotis siue prædicatoris cum linguę sonitu concordare debent, 43. dist. sit rector. post medium.

Quod in cœlum os ponere, & linguam in terra trãsire est prælatis suis derogare, 21 dist. intantum.

Quod propter detrahentes linguas correctio peccantis à prælato non debet omitti, 45. di. sed illud, 50. dist. si quis diaconus. ante fin.

Quod nihil prodest ieiunare vel orare nisi lingua à detractionibus cohibeatur, de consecr. dist. 5. nihil enim.

Quod non refrænans linguam suam, huius vana est religio, 5. q. 4. in loco.

Quod cuicunque non sufficit oculos castos seruare, sed & linguam, quia qui de aliis loquuntur sua sententia indicabuntur, 6. q. 1. ex merito.

Quod in condemnatione personæ non minus periculosa est lingua in verbis mentiẽs, quàm manus sanguinem fundens, 11. q. 3. nemo peritorum.

De hac materia habes vbi agitur de Locutione.

LIS. Quod lis ex ignorantia prouenit, & garrulitatẽ nutrit, 41. dist. §. 1.

Quod litigiosus ideo ordinari prohibetur, quia talis seminare discordiam nũquam cessat, 46. distin. hoc habet, §. ecce.

Quod episcopus pro rebus transitorijs nõ per se, sed per alium in iudicio litigare debet, 14. q. 1. cap. 1.

Quod lite pendente res litigiosa in nulla parte transferri debet ante causæ cognitionem, 11. q. 1. c. vlti, 92. dist. si quis ordinatus, &c. seq.

Quod sacerdotum officium est Item habentes ad pacem reuocare, 90. dist, placuit.

Quod lis iudicialis debet contestari, 3. q. 3. inducię, §. libellum.

De lite iudiciali habes vbi agitur de Contentioso.

LITTERAE. Quod cõmendatitiæ litteræ vocãtur 73. dist. §. 1.

Quod non de facili episcopus dimissorias litteras clerico dare debet, 72. dist. episcopus, 19. q. 2. duæ.

Quod clericus vnius episcopi ab alio episcopo propter hospitalitatis causam non est suscipiẽdus, nec ordinandus, nec in beneficio est instituendus, 71. dist. per totum.

Quod extraneo clerico sine commendatitiis literis sui episcopi non licet ministrare, 81. dist. extraneo.

Quod nullus peregrinus clericus absque formata in alia diœceſi suscipi debet, 71. dist. nullum.

Quod iuxta statuta Nicæni concilij, olim formatæ habebant interpositas græcas litteras, ne de facili falsificarentur, 73. dist. sanctissimo.

Quod exemplar litteræ dimissoriæ vel formatæ ponitur, 73. dist. in nomine, §. 1. & c. seq.

LOCVTIO. Quod locutio est duplex, videlicet *Dei*, & hominis, de cons. dist. 5 cap. vlt.

Quod locutio Dei non est secundum modum locutionis hominis, sed inspiratio qua voluntatem suã ingerit in corde credentium, de cons. dist. 5. c. vlt.

Quod locutio hominis ideo est instituta, vt cogitationes suas in alterius notitiã proferat, 22. q. 2. is autẽ.

Quod locutio hominis debet esse sana, vt fidem consolidet, 45. dist. c. vlt.

Item debet esse cauta, vt ordinatè loquens vulnere erroris corda audientium non feriat, 43 dist. sit rector. circa medium.

Item debet esse discreta, ne tacenda proferat, & proferenda reticescat, 43. dist. in sit rector, 22. quę. vlt. quoties.

Item debet esse ponderosa, vt loquendo nullũ lædat, 50. dist. ponderet.

Item debet esse vera, vt sicut gerit mẽte, sic loquatur ore, 22. q. 5. iuramenti.

Item non debet esse otiosa, quia de omni verbo otioso reddenda est ratio, 22. q. vlt. quoties.

Item non debet esse maledicta, quia sæpe maledictio reuertitur in illum qui eam mittit, 11. q. 3. illud, in fi. 24. q. 3. qui negligunt.

Item non debet esse detractoria 6 q. 1. sunt plurimi, & duobus c. seq.

LOCVS. Quod locus non sanctificat hominem, sed homo locum, 40. dist. multi.

Quod non sanctorum filij sunt qui tenent loca sanctorũ, sed qui imitantur opera eorum, 40. d. nõ est.

Quod qui præsunt nõ ex locorũ dignitate, sed honoris nobilitate innotescere debent, 40. dist. nos qui.

Quod non loca homines Deo proximos faciunt, sed bona merita, 40. dist. non loca.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod miſerabilis eſt rector qui gubernaculi locũ occupauit,& temum tenere non nouit,40.diſtin.ante omnia.
Quod qui locis, & temporibus conueniat diligenter eſt attendendum,41.diſ.quiſquis.
Quod nõ ideo approbanda eſt conſuetudo mala,quia locus bonus eſt,quia non pro locis res, ſed pro rebus loca amanda ſunt,12.diſ.uouit.
Quod quantumcumque ſunt occulta loca ſine gratia ſaluare non poſſunt,40.diſ.quælibet. Vbi nota exemplum de angelo,& de cœlo,&de Adam & paradiſo, de Loth,& de monte.
Quod in hoc quòd Adam propter peccatum de paradiſo electus eſt, innuitur quòd propter peccatũ metetur quis nobili loco primari,40.diſ.Adam.
Quod quandoque prodeſt conuerſis mutatio loci, quia plerumque dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus,86.diſ.fratrem,& 81.diſ.valet.
Quod non expedit locum viſitare in quo quis peccauit,ne facti memoria reuocetur,81.diſ.valet, 15.q. 1.mulier.
Quod loca in nomine domini ædificata ſunt honorãda,41.diſ.parſimoniam.
Quod locus tutus pro diſcuſſione cauſæ debeat aſſignari,33.q.2.ſiue,& 3.q.9 hortamur.
Quod his qui in peccato mortali decedunt,ſacra loca pro ſepultura non proſunt, 13.q.2 quibus.
Quod qui in peccato mortali moriuntur, ad maiorẽ cumulum damnationis in ſacris locis ſepeliuntur, 13.q.2.cum grauia,in fi.
Quod in pœnitentia vel cum leuibus peccatis decedẽtib. prodeſt in ſacris locis ſepeliri,13.q.2.cũ grauia.
LOCVLVS. Quod loculus eſt diminutiuum à loco, & quandoque ponitur pro parua burſa, quam & Chriſtus habuit pro expenſis reponendis,12.q.1. exemplum.
Quod Chriſtus loculos ſuos opibus aliorum implebat vt indigentibus diſtribueret,23.q.4.duo iſta.
Item ideo loculos habuit, vt innueret eccleſiam ſuã loculos habituram,12.q.1.exemplum.
LODOVICVS. Quod Lodouicus imperator primus confirmauit Paſchali Papæ donationem Romanæ ciuitatis cum pertinentijs, & totum patrimonium ſancti Petri,& electionem ſummi pontificis liberam fieri à Romanis,63.diſ.ego Lodouicus.
Item quod nullus poſſeſſor de agro eccleſiæ debet cẽſum perſoluere,23.q.8 ſecundum.
LOTH. Quod quia Loth per hoſpitalitatis opera Deo placuit, angelos recipere meruit,42.diſ.§.1.
Quod Loth ideo filias ſuas pro angelis ſodomitis obtulit vt hoſpitalitas non violaretur,& maius peccatum vitaretur,32.q.7.offerebat.
Quod filiæ ipſius Loth, patrem inebriauerunt, vt eis commiſceretur,35.diſ.ſexto die.
Quod ideo Loth filiæ ipſius accubuerunt, quia totũ genus humanum ſubmerſum, & ſe cauſa propagationis ſeruatas crediderant,32.q.4.dixit.
Quod nõ ſemper ſolitaria loca proſunt, quia Loth in ciuitate iuſtus fuit,in monte ſolitarius peccauit,40. diſ.quælibet.
LVCRVM. Quod lucrum non debet eccleſia quærere cum damno aliorum,12.q.2.fraternitas,& q.5.c. pen.
Quod Chriſtus deflet eccleſiam,quæ facta fuerat domus orationis, & propter turpia lucra facta eſt domus latronum,16.q.7.& hoc diximus,poſt med.
Quod ſimonia eſt ſacramenta pro lucro temporali cõferre,1.q.1.ſi quis epiſcopus.
Quod qui ſeruit Deo amore lucri temporalis,mercenarius eſt,8.q.1.ſunt in eccleſia.
Quod nemo in electione prælati ſpeciale ſuerum, ſed bonum commune debet proſpicere,8.q.2.dilectiſſimi.
Quod Chriſtus prælatos oues paſcere docuit,non terrenis lucris delectari,16.q.1.nulli,& c.ſeq.
Quod prælati debent lucris intendere animarum nõ temporalium rerum,16.q.1.prædicator.
Quod exceptis Iudæis ſi aliorum infideliũ colloquia, & menſam vitamus, Chriſto eos lucrari non poſſumus,23.q.4.infideles.
Quod clericus turpia lucra exercens debet deponi,13. q.4.ſi quis oblitus,& 6.c.ſeq.
Quod an quæſtus honeſtus vel inhoneſtus, ſit qualitas lucri,negotiantem aut excuſat, aut accuſat,de pœ. diſ. 5.qualitas.
Quod res reſtituuntur hæredibus quando quis ex circunuentione lucri ad religionem recipitur, 16.q 7. conſtituit.
Quod turpe lucrum ſequitur qui minus emit vt plus vendat,14.q 4.quicunque tempore.
Quod cum peccatis homines aliqua lucrantur ea pauperibus iuſte eroganturi, ſicut mathematicus futura prædicando,vel meretrix turpia exercendo,14.q. 5.qui habetis.
Quod de malo lucrovbi competit repetitio,eleemoſyna vel oblatio fieri non debet,14 q 5.per totum.
Quod medicus vel ſeruus lucrum ſuum ab inuito detentore non iniurioſe recipit,14.q 5.non ſano.

De hac materia habes vbi agitur de Mercatione.

LVCIFER. Quod lucifer dicitur principium viarũ Dei,de pœn.diſt.2.c.principium.
Item dicitur Beemoth.
Item dicitur Cherub,quaſi plenitudo ſapientiæ.
Quod lucifer non ad Dei ſimilitudinem ſicut homo, ſed ſignaculum ſimilitudinis Dei creatus aſſeritur, quaſi magis ei aliquid tributum ſit,vt quo ſubtilior eſt natura,eo in illum ſimilitudo Dei plenius creda tur expreſſa,de pœ.diſ.2.iuxta fi.c.multi, §. hinc enim reſponſum.
Quod Deus fecit eum eminentiorem ceteris angelis.
Item fecit eum ſpecioſum in multis condenſis firmib.
Quod cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo Dei.
Quod omne lignum pretioſum paradiſi Dei non eſt aſſimilatum ei,& pulchritudini eius.
Quod protegens & extentus in mõte ſancto Dei fuiſſe perhibetur.
Quod omnis lapis pretioſus operimentum eius fuit.
Quod omnes angelos quaſi veſtem, & ornamentum ſuum habuit
Quod in medio lapidũ ignitorũ perfectus ambulauit.
Quod lucifer quia magnus ſine comparatione creatus eſt,ideo peccans ſine venia damnatus eſt,de pœ. diſ.2.principium.
LVCTVS. Quod tempus luctus legis tempore,alij vſque ad triceſimum diem,alij vſque ad quadrageſimum obſeruabant,13.q.2.quia.
Quod fœmina intra tempus luctus nubens ſecundum leges ciuiles infamis eſt,ſed non ſecundum canones,2 q 3.Euphemium,§ proximo,in fin.
Quod fideles mortui non ſunt lugendi, cum ſciamus eos nõ amitti,ſed præmitti,13.q 2.q̃ præpoſterum.
Quod lugere mortuos non prohibemur ex pietate, ſed ex reſurrectionis deſperatione,13.q.vlt.vbicũque.& duobus c.ſeq.
Quod doctrina ſchiſmatici panis luctus dicitur, 1.q. 1 dominus declarauit.
LVDVS. Quod ludus & ſaltatio in ſanctorum ſolemnibus præcipue diuina officia obſtrepens eſt irreligioſus,de conſ.diſ.3.irreligioſa.
Quod verè pœnitens debet ſe cohibere à ludis ſæculi & à ſpectaculis.,de pœn.diſ.5.§.j.in fin.
Quod ad ordines non debẽt promoueri qui ludis turpibus deſeruiunt,33.diſ.mantuam.
Quod epiſcopus vel presbyter,vel diaconus ludo deſeruiens niſi deſinat,eſt deponendus,35.diſ.epiſcopus,& 46.diſ.clericum.
Quod an ludendo ſub certa forma baptizati debeant proverè baptizatis haberi,1.q.1.ſpiritus,§.ecce,de conſ.diſ.4.ſolet quæri.
LVPVS. Quod lupus dicitur paſtor mercenarius cui non eſt cura de ouibus,23.q 4.tres.
Quod lupi dicuntur laici ſubditi, quia aliquando dicuntur oues,83.diſ.nihil,2.q 7.oues.
Quod lupi dicuntur dæmones,hæretici,81.diſ.oportet,& 43.diſ.§.1.& c.ſeq.
Quod lupi arcendi ſunt latratu canum, & baculo paſtorum, 43.diſ §.1.
Quod qui propter timorem recta loqui pertimeſcit, hic velut mercenarius veniẽte lupo fugit, 42.diſt.ſi rector
Qđ nullꝰ paſtor placere lupis,&ouib.põt,83.di.nihil.
Quod illo paſtore nihil eſt miſerabilius qui luporum gloriatur laudibus,83.diſ.nihil.
Quod ſicut lupus fruſtatim comedit agnum, ſic mali paſtores ſucceſſiuè cõſumũt bona eccleſiaſtica,12. q.1.c.1.ante med.
Quod ideo ad ſedem apoſtolicam eſt recurrendũ per appellationem,ne lupi,qui ſub ſpecie ouium intrãt, beſtiali ſæuitia quoſdam lacerare præſumant, 2.q. 6.decreto,in fin.
LVX Quod lux diuina animæ tenebras fugat, quia nulla participatio lucis ad tenebras,de pœ.di. 1.reſuſcitatus,§.ſi autem.
Quod lux mundi ſunt ſacerdotes.63. diſ ſacerdotes.
Quod lux veritatis illi ſubtrahitur qui arrogantia ſapietiæ ſeu iuſtitiæ velut albugine oculi excæcatur, 49.diſ.hinc etenim,circa med.
Quod licet omnis qui male agit odit lucem, & quærit tenebras,Dei tamen oculos cuncta perſpicientes latere nõ poteſt,18.q 2.pernicioſam,de pœ.di.1.por ro,§.ſi ante.
Quod cum factum notorium inculpatur, luce clariꝰ conſtare dicitur,2.q.1. ſciſcitaris.
LVXVRIA. Quod luxuria inter alia peccata maximè templum Dei (ideſt corpus humanum) polluit. 32.q.7.non ſolum.
Quod luxuria fomentum recipit à vino, ideo dicitur, Nolite inebriari vino,in quo eſt luxuria,35.di.vinolentum,& duobus c.ſeq
Quod pauci inueniuntur ſine carnis luxuria, 50.diſt. quia ſanctitas tua,ante fi.
Quod luxuria,ſapiẽtes inſtituat exemplum de Salomone,32.q 4.Salomon,3.q.7.ſacerdos.
Item ſanctos proſternit.Exemplum de Dauid. de pœ. diſti.3.ſepties,§.Dauid quoque,3.q.7.ſacerdos, §. Item Dauid.
Item fortes vincit Exemplum de Samſone,23. q.5.ſi non,ante fin.
Item iugem ſcabiem habet cui carnis luxuria ſine ceſſatione dominatur,49.d.hinc etenim.poſt med.
Quod delectationi luxuriæ diuerſæ turpitudinis voluptates iunguntur,32.q.7 non ſolum.
Quod nomine luxuriæ omnis inordinata pollutio intelligitur,32.q.4.in eo.
De diuerſis modis & gradibus luxuriæ,22.qu.7.quẽ admodum,§.1.27.q 1.nec aliqua.
Quod ſolo conſenſu mentis ſine tactu corporis luxuria exercetur,32.q.5.nec ſolo.
Quod cum luxuria in cognitione non reprimitur,etiam in actione dominatur, 46. diſtinctione,hinc etenim,poſt med.
Quod excellẽtia epiſcopi vel presbyteri vilificatur dũ voluptatibus luxuriç coinquinatur,32.diſt.ca.1.in fine
Quod epiſcopus vel ſacerdos luxurioſus dignitate officij eſt puniendus,15.q.8 hi qui.
Quod abuſus luxuriæ grauior eſt cum propria vxore quàm cum meretrice,32.q.4.origo, & quæſt.7. adulterij.
Quod fœmina præter coitũ debitum ex diuerſis partibus corporis corrũpi poteſt,ſicut per oſcula,& ſimilia,27 q 1.nec aliqua.
Quod aliquæ excedunt pecora in libidine,quia pecora poſt conceptum coitum non admittunt,32.qu. 7.non ſolum,& q 4 origo.in fi.
Quod crudelis libido reputatur vbi propter luxuriã ſterilitatis venena procurarunt,32. q. 2.aliquãdo.
Quod luxuria plus iuris habet aliquando quàm caſtitas.34 diſt.fraternitatis.

De hac materia habes vbi agitur de Fornicatione,& Caſtitate,& Pollutione.

MACERATIO. Quod maceratio carnis vt eius concupiſcentia compeſcatur, conſiſtit in ieiuniis & vigiliis,& laboribus,& caſtigationibus,32.q.5.ſi Paulus.

De materia habes vbi agitur de Abſtinentia & de Ieiuniis.

MACVLA. Quod macula corporis notabilis remouet à miniſterio altaris,49.diſt.hinc etenim, 1.q.1. ſacerdotes.
Quod eccleſia Chriſti eſt ſine ruga & macula, 32.q. 4.recurrat.in fin.& 24.q.1.omnib.
Quod ſicut per vnũ membrum macula in omne corpus diffunditur,ſic in omnẽ eccleſiam videtur diffundere qui corpus ſuũ maculat,26.q.2.ſed&illud.
Quod ſacramenta eccleſiæ per malos miniſtros maculari non poſſunt,1.q.1.ſic autem.
Quod ſedes Romana ſemper manſit extra maculam hæreticæ prauitatis,24.q.1.in ſede.
Quod macula diſcordiæ vel odij perſeuerans nec paſſione nec morte pro nomine Chriſti ſuſcepta purgatur,nec ſanguine abluitur,90.diſt.neque.
MAGISTER. Quod magiſter nullus debet eſſe prius,quàm diſcipulus,16.q.1.ſi clericatus,61.diſ. miſerunt.
Quod ideo neophyti prohibentur ordinari,ne fiant magiſtri antequam fuerint diſcipuli,48.diſt.§.1.

De hac materia habes vbi agitur de Diſcipulis.

Quod magiſtros &doctores epiſcopi congruis conſtituãt locis,qui ſtudia litterarum,liberalẽmque artium dogmata aſſiduè doceãt,quia in his maximè diuina manifeſtantur atque declarantur mandata, 37.diſt.de quibuſdam.
Quod magiſtri imperiti iniuriam faciunt cathedræ, 40.d.ſt.multi.
Quod magiſtris imperiti nõ ſunt præferendi, 61.di. ſtatuimus.
Quod magiſtro impunitas debetur, ſi cauſa correctionis diſcipulum verberet,de pœ.diſt. 1.§.3.& c. aut facta.
MAGVS. Quod magi ſunt qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur, 16.qu.5. nec mirum.
Quod magi tria munera obtulerunt domino,in quibus tres partes philoſophiæ intelliguntur, videlicet,moralis,naturalis,& rationalis,37. d.legimus, §.hinc etiam filius.
Quod ars magorum inuenta eſt ex traditione malorum angelorum,26.q.2.qui ſine.
Quod præſtigia magorum non poſſunt turbare mentes bonorum,quitalia nõ credunt,ſed mentes infidelium,26.q.5.nec mirum.
Quod & in nouarum formarum & in conſimilium repræſentatione fictionem habent,& non veritatem, 26.q.5.nec mirum.

Source : BIU Cujas

Quod magi facere plus nõ possunt nisi quantũ Deus permittit, 26.q.5.nec mirum, ante med.

Quod ideo hanc artem permittit Deus vt homines qui in fide firmi sunt, probentur, & mali qui mendacio credunt, per sua desideria seducantur, 26.q.5. mirum.

Quod cum hęc ars prohibita sit, qui ipsam sectantur, vel qui credunt talibus, perpetuæ damnationis interitum incurrunt, 26.q.2.qui sine.

Quod absurdum est Samuelem tam sanctum virũ credere magica arte per pythonissam suscitatum, sed potius Saul exigentibus peccatis per diabolum fallaciam illusum, 26.q.5.nec mirum.

De hac materia habes vbi agitur de Dæmonibus, & Incantationibus, & vbi agitur de diuinationibus.

MAIOR. Quod maior apud Deum est ille qui est iustior, 40.dist.multi, in fin.

Quod maioritas inter homines attenditur diuersis respectibus, videlicet inferior ad superiores in obsequio & honore exhibendo, sicut acolythi subdiaconibus, vt supra dist.93 à subdiacono.

Itẽ in obediendo, quia nullꝰ est qui nõ tencatur alicui obedire, alioquin acephalꝰ esset, 93.di.nulla, & c.se.

Itẽ in sedendo & stando, quia in talibus presbytero diaconus, nisi sit legatus, non debet se præferre, 35. dist.c.vlt. & supra eo.c.peruenit, in fin.c seq & c.non nulli, & c.legimus, in fi.

Item in benedicendo, quia minor à maiore benedicitur, 21.dist.denique.

Item in sacramenta conferendo, quia præsente presbytero diaconus nõ debet sacramenta conferre, 93. dist.diaconi, & c.peruenit, & c.præsente.

Item in reuerentiam impendendo, sicut tenetur filius patri, & vxor viro, 33 q.5.est ordo.

Quod est maioris respectu dignitatis officij, & sanctitatis meriti, 2.q.7.Paulus Petrum.

Quod Petrus inter apostolos dignitate officij maior fuit, 2.q.7.Paulus, § hoc, & c.puto.

Quod Cyprianus martyr quantum ad martyrium Petro comparatur, 2.q.7 puto.

Quod licet episcopus iuxta vocabulum sit maior presbytero, Augustinus tamen minorem se Hieronymo profitetur, 2.q.7.quanquam.

Quod seruus Christi nõ quærit quõ alijs maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur, 40. dist.multi, 93.dist.diaconi sunt.ante medium.

Qđ iustitia ẽvt maior seruiat minori, 35.q.5.est ordo.

MALEDICTIO. Quod maledictio est duplex, scilicet Dei, & hominis, 3.q.7.Deus quando.

Quod Dei maledictio designat meritum eius cui maledicitur, 24.q.4, Deus quando.

Quod solus Deus iustè maledicit, quod ipsum nõ fallit peccati qualitas nec peccati affectus, 24.quæst.3. Deus quando.

Quod exemplo angeli qui diabolum maledicere noluit, homines à maledictis puri esse debent, 24.q.3. si igitur.

Quod maledictio in ore clerici vituperatur, & punitur. 46.dist.clericus maledictus.

Qđ illa maledictio prohibet quę procedit in zelo vitiõis, nõ ex zelo iustitiæ, 24.q.3.cum ergo, §.proxi.

Quod criminosus sententia maledictionis est feriendus, 24.q.3.certum, & c.seq.

Quod qui negligunt oris maledici consuetudinem resecare, etiam si non corde maledicant, inquinamẽtum oris sui incurrunt, 24.q.3.qui negligunt.

Quod maledictum frustra prolatum frequẽter in maledicentem reuertitur, 11.q.3.illud, in fin.

Quod maledici regnum Dei non possidebunt, 24.q.3. certum.

Quod sancti cum maledicunt, non maledicunt zelovltionis, sed iustitiæ, 24.q.3.cum sancti.

Quod cum maledicimur de quo conscientiam nõ habemus, non tristari sed potius lętari debemus, 11. q.3.inter verba, & duobus c.seq.

MALEFICI. Quod malefici, & magi, & incantatores, & diuinatores pro eodem accipiuntur, 26.q.4. igitur, & q.5.si quis episcopus.

Quod vbi per maleficium Deo permittente occulto iudicio, & diabolo præparante concubitus non sequitur, ad Deum per humilem confessionem est recurrendum, 33.q.1.c.vlt.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinationibus, & vbi agitur de Incantationibus, & de Magis.

MALVM. Quod malum est duplex, videlicet pœnæ, & culpæ, 15.q.1.illa.

Quod malum pœnæ non propriè malum dicitur, mala enim non sunt quæ nec crimine mẽtem implicant, nec cõscientiam ligant, sicut paupertas, ęgritudo, & aliæ pœnalitates, 15.q.1.illa.

Quod ideo Deus malum pœnæ homini reliquit, vt ex hoc humiliaretur, & materiam haberet exercitij, de pœ.dist, 1.medicina, in fi.

Quod de malo pœnæ bonum fit, cum pauperibus distribuitur, quod cum laboribus & sudoribus acquiritur, 14.q.5.qui habetis.

De hac materia require infrà, vbi agitur de Pœna.

Quod malum culpæ propriè dicitur malum, videlicet peccatum voluntariè commissum, 15.q.1.illa.

Quod mala culpæ non sunt facienda, vt bona sequantur, 14.q.5.per totum, 22.q.2.is autem, & c.nec quis, & c.faciat.

Quod malo culpæ bonum fit quando de turpi lucro vbi non competit repentio, fit eleemosyna, 14.q.5. qui habetis.

Quod inter duo mala culpæ minus eligendum est, vbi necessitas vnum perpetrare compulit, 13.dist.duo. & c.seq.in fi. 22.q.4.quod Dauid, & c.si aliquid, & duobus c.seq.

Quod innocẽs nec facit malum, nec approbat factũ, 23 q.4.ita, & c.seq.

Quod sic sunt in ecclesia homines mali, sicut sunt humores mali in corpore, de conse.dist. 4. est vnius.

Quod duobus modis non te maculat malus, videlicet si non consentis, & redarguis. 23 q.4. à malis.

Quod sicut zizaniam à fromento difficile est segregare, sic in hac vita malos à bonis, 23 q.4.quantus.

Quod quandiu mali per iudicium ecclesiæ non publicantur, tolerari debent, 1.q.1.multi, circa prin, 15. q.vlt.c.vlt.

Item tolerandi sunt & associandi quandiu de ipsorum correctione non desperatur, 23.q.4.c.1.

Item tolerandi sunt quorum peccata manifesta non sunt ne forte eradicando zizaniam, eradicetur & triticum, 11.q.3.nolite, 2.q.1.multi.in prin.

Item tolerandi sunt, ne exturbet one ipsorum pax generalis ecclesiæ concutiatur, 23.q.4.tolerandi, & c. quid ergo, & c.quisquis.

Quod bonus malum tolerare debet, quia & Christus Iudam malum tolerauit, 23.q.4.tu bonis.

Quod qui malũ non tolerat, ipse sibi testis est, quia bonus non est, 23.q.4.hæc autem vita.

Quod si malos Christo lucrifacere volumus, exemplo Christi cum ipsis habitare debemus, 2.q.1.multi.

Quod propter malos boni non sunt deserend, 7.q.1. aduersitas.

Quod ideo propter bonos mali non sunt deserendi, quia propter paleam area non est relinquenda, nec propter pisces malos retia sunt rũpenda, nec propter hœdos in fine separandos, grex domini est deserendus, 24.q.1 quisquis.

De malo culpæ habes vbi agitur de Peccato.

MANNA. Quod manna fuit figura corporis Christi, quia sicut illud elementum cęleste ęqualiter singuli colligebant, sic cœlestem gratiam postmodum secuturam æqualiter omnibus diuidi prefigurabat, de cons.dist.4.nec quenquam.

Quod sicut potior est lux quàm vmbra, veritas quàm figura, sic corpus Christi dignius est manna de cœlo, de cons.dist.1.reuera.

Quod manna fuit de cęlo, corpus Christi super cęlum, de conse.dist.2.reuera.

Quod manna fuit corruptioni obnoxium si in alterũ diem seruabatur, istud enim est ab omni corruptione alienũ, manẽs in æternum, de cons.dist.2. reuera.

MANVMISSIO. Quod manumissio dicitur quando hi qui sunt sub iugo seruitutis manumittẽtis beneficio libertati redduntur, 12.q.2.cũ redemptor.

Quod manumissio per episcopũ sic debet fieri, vt sem per manumissi patrocinium ecclesię recognoscant, 12.q.2.episcopus qui mancipium.

Quod successor episcopi prædecessoris sui manumissionem non debet infringere, 12 q.2.si quos.

Quod manumissus de collegio non tenetur ad reuerẽtiam singulis de collegio, sed vniuersitati, immo singulos potest in ius vocare, 12.q.2. episcopus qui, § si verò.

De hac materia habes vbi agitur de Libertate, & de Libertis.

MANVS IMPOSITIO. De manus impositione habes vbi agitur de impositione.

MARCVS. Quod Marcus euangelista discipulus beati Petri Alexandrinam fundauit, & erexit ecclesiã, 24.q.1.cum beatissimus, 22.dist.sacrosancta, 93. dist.legimus, post med.

MARGARITA. Quod margarita ante porcos mittitur, quando indignis verbum Dei proponitur, 11. q.3.nolite recedere, & c.seq.

Quod margaritæ ante porcos & canes mittuntur, quando detractoribus & immundis ecclesiastica sacramenta committuntur, 44.di.in mandatis, de pę. dist.1.nonnulli, §.item his.

MARIA. Quod Maria verè vouit virginitatẽ perpetuam, nisi Deus aliter reuelásset, 27.q.2. cap.sufficiat, post med um.

Quod Maria desponsata fuit Ioseph, sed nunquam ab eo cognita, 27.q.2 quod autem.circa fin.

Quod ideo desponsata fuit Ioseph, vt virginitas eius diabolo occultaretur, & virginitate sua falleret principem mundi, 27.q.2.inuenta, & 32.q.2.c.1.

Quod Maria virgo concepit, & virgo peperit, 27.q.1. nuptiarum; ante fi.

Quod Maria genuit Deum & hominem non tãtum hominẽ, sicut dicit Nestorius, quòd aliam personã fecit carnis aliam d.uinitatis, 16.dist.prima autem. §.tertia in Epheso.

Quod tempore passionis Maria cõmendata fuit Ioãni, 27.q.2.quod autem, §.seq.

Quod Maria & Ioseph in virginitate vterque permansit, 27.q.2.beata Maria.

MARTYRIVM. Quod martyrium pro Christo non à nobis, sed ab alijs libenter debemus suscipere, 2.5.q.5.non est nostrum, & quæst.8.conuenior. circa princip.

Quod an nulli in persecutionibus licet propria interire manu, nisi vbi castitas periclitaretur, 23.qu.5. non est nostrum.

Quod non computantur in numero martyrum qui seipsos qualicunque intentione voluntarè interimunt, 29.q.5.tu dixisti, & c.placuit.

Quod non pœna, sed causa facit martyrem. de conse. dist.4.baptismi.exemplum ibi de latrone.

Quod effectus martyrij pro nomine Iesu susceptus implet vicem baptismi. de conse.dist.3.baptismi, & c.cathecumenum.

Quod qui pro nomine Christi martyrizantur, absque dubio vitam æternam consequuntur, 15.q.1.merito, §.firmissimè.

Quod in seruis Christi etiam si affectus martyrij ad effectum non deducatur, ipsa sola voluntas coronatur. de pœ.dist.1.nunquid Cain.

MATRIMONIVM. Quod matrimoniũ est duplex, videlicet spirituale, & carnale, 26.quæ.2.cum societas.

Quod matrimonium carnale est viri mulieríque cõiũctio individuata vitæ consuetudinem retinens, 27.q.2.§.1.

Quod matrimonium fuit primo in paradiso institutũ. 32.q.2.sicut, §.1.& seq.

Quod fuit institutum ante peccatum in humani generis propagationem, post peccatũ in infirmitatis remedium, 32.q.2.quidquid.

Quod matrimonium est bonum, & sine peccato exercetur, quod Dei præceptõ perficitur, 26.di. deinde, in fi.

Quod consensus in carnalem copulã facit matrimonium, 27.q.1.§.1. & 5.c.seq.

Quod matrimonium aliud est legitimum & non ratum, aliud ratum & non legitimum, aliud legitimũ & ratum, 28 q.1.si quis Iudaicæ, § seq.

Legitimum matrimonium est quod legali cõstitutione vel prouinciæ moribus cõtrahitur, hoc est apud infideles, licet non sit ratum, quia soluitur quando placet, 28.q.1.si quis Iudaicæ, § seq.

Ratum matrimonium apud fideles est, quando sine solennitate solo affectu contrahitur, quorum matrimonium semel initum vlterius solui non potest, 28.q.1.si quis Iudaicæ, §.seq.

Legitimum & ratum est quando vxor à parentibus traditur, à sponso dotatur, & à sacerdote benedicitur, & mutuo consensu perficitur, 28.q.1.si quis, §. seq.in fin. 30.q.5.per totum, vique ad c.nullum.

Quod triplex est bonum matrimonij, fides, proles, & sacramentum, 27.q.2.omne, 32.q.2.sicut, in fin.

Hoc triplex bonum fuit in patrẽtibus Christi, proles fuit ipse Christus, fides quia nullum adulterium, sacramẽtum quia nullum diuortium, 27.q.2. omne.

Quod prima causa matrimonij debet esse intẽtio prolis, 32.q.2.pudor.

Item alia causa vitatio fornicationis, 32.q.2.sicut, §. seq.& c.quidquid.

Quod propter intentionem prolis coitus excusatur, & propter bonum matrimonij, 32.q.2.solet quæri.

Quod an in matrimonio dum contrahitur vel exercetur, non cõfertur gratia, & propter hoc in ipsius contractu pretia intercueniunt, 32.q.2. connubia.

Quod ipse Deus est defensor & custos matrimonij, 32.q.4.nemo.in fine.

Quod damnans matrimoniũ anathematizatur, 30 d. si qua mulier, & duobus c.seq.& c.si quis nuptias.

Quod secundæ nuptiæ dissuadentur, 31.q.1.de his, & duobus c.seq.

Quod secundæ, tertiæ & vltimæ nuptię non condemnantur, 31.q.1.aperiant.

Quod secundæ nuptiæ non debent benedici, 31.qu. 1.de his.

Quod olim licuit sacerdotibus in matrimonio ante cõtracto stare, sicut & modo apud Græcos stant, & filij eorum reputabantur legitimi, 56.distin. Cæno manensem.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod ordinatis in matrimonio contracto non licuit, nec apud *Græcos* licet secundas nuptias facere propter notam bigamiæ,33.dist.si quis post.
Quod puellam quæ per verba de præsenti alteri contraxit,alter ducere non potest,27.q.vlt.c.vlt.
Quod modus contrahendi matrimonium ponitur,30. q.5.aliter.
Quod multa sunt quæ in contractu matrimonij sunt attendenda.30.q.vlt.aliter,& c.qualis,& c.seq.
Quod velum,annulum,& alia quæ exhibentur dū fœminæ maritantur,singula specialem habent significationem,30.q.5 fœminæ.
Quod sine dote si potest haberi non debet contrahi matrimonium,30 q.5.nullum sine dote.
Quod clandestinè non debent matrimonia contrahi, & licet in foro conscientiæ ligent, in iudicio tamē ecclesiæ pro infectis habentur,30. q.5. per totum.
Quod matrimonium non potest contrahi ad tempus, 32.q.2.solus quæri,& c.seq.
Quod à septuagesima vsque ad octauam paschæ,& tribus hebdomadis ante festum Ioannis Baptistæ, & ab aduentu domini,matrimonia non debent solēniter contrahi.34.q 4.non oportet,Vide Conc.Tridē. de hac re.
Quod in matrimonio constituti certis temporibus debent à coitu abstinere,videlicet tempore communicationis,33.q.4 c.1.
Item in die Natiuitatis Christi,& in alijs festiuis diebus,33.q.4.quotiescunque.
Item in tempore ieiuniorum,33.q.4.si causa, & duob. c.seq.
Item tempore conceptus,& ablactationis pueri,5.dist. ad eius verò concubitum.
Item tempore menstruorum,ibi.
Quod tamen continentia non debet fieri ab vno sine consensu alterius,33.q.4.apostolus,& c.seq.
Quod matrimonium contrahendum impeditur per errorem personæ, vt si putatur esse Virgilius, & est Plato,29.q.1.§.j.
Item per errorem conditionis, vt quando putatur esse liber,& est seruus,29.q.1.§.j.
Item per iustitiam publicę honestatis,27.q.2.qui desponsatam, 35.q.3.porro.
Quod non debet cōtrahi cum hæretica,& infideli per sona,28.q.1.caue,& duobus c.seq.
Item nec cum consanguinea,3.q.4. consanguineorū, 35.q.1.c.1.§.his ita.
Item nec cum affine,27.q.2.qui desponsatam, in fi. & 35.q.2.nullum,& c.æqualiter,& pluribus c.seq.
Item nec cum moniali,27.q.1.hi ergo, & duobus ca. seq.36.q.2.raptores.
Item nec cum diaconissa,27.q.1.diaconissam.
Item nec cum religionem professis,vel in sacris ordinibus constitutis,27.q.1.vt lex,27.dist.presbyteris.
Item nec cum furiosis &demētibus nisi habeāt lucida intervalla,vel nisi furiosus, vel furiosa contraxerit, tales enimnō sunt separādi,23.q.7.neque furiosus.
Quod vno coniuge viuo quantocunque tempore absente alter contrahere non potest,34.q.vl.si quis necessitate.
Quod si credens mortuum contrahit, non adulteratur,sed redeuntem tenetur recipere,34.q.1.c.1.
Quod dubitans mortuum, si contrahit licet non debeat contrahere, debet tamen debitū reddere quousque certificetur,34.q.1.c.1.
Quod si non credens mortuum,& tamē est mortuus, contrahit, non separatur, sed pœnitentia tanquam pro adulterio imponitur,arg.22.q.2.homines.
Quod si post duorum fidelium coniunctionem in aliquo ipsorum hæresis superuenerit, alteri propter hoc non poterit copulari, 28.q.2.c.vl.§.vlt.
Quod separatus ob fornicationem viuente reliquo nō potest cum altera copulari,32.q.7.c.1.&octo c.seq. & c.hi verò.
Quod nemo cogendus est ad matrimonium, & coactus separatur,31.q.2.si verū,& c.seq.32.q.2.c.vlt.
Quod presbyter vxorem ducens,ab ordine debet deponi,28.dist.presbyter.
Quod nec Latini nec Græci in sacris ordinibus possunt contrahere,sed volentes Græci vxores habere, in minoribus constituti contrahunt,& sic in matrimonio vlterius promouentur,31.dist.Nicæna.
Quod ducens in vxorem quam prius habuit concubinam etiam virginem,non videtur posse promoueri, 32.di.maritū,& 34.di.præcipimus,&30.q.5.qualis.
Quod vxor promoti ad sacros ordines ipsa consentiēte non potest etiam ipso mortuo matrimonium cōtrahere,28.dist.quia sunt.
Quod error fortunæ vt cum putatur diues qui pauper est,non impedit matrimoninm,29.q.1.§.j.
Item nec error qualitatis, vt cum putatur quis bonus qui malus est,29.q.1.§.j.
Quod post pœnitentiam cum illa potest contrahere quā prius polluit per adulterium, nisi in morte viri machinatio,vel fides adulteræ data fuit cum effectu,31.q.1.c.1.& c.denique,& quatuor c.seq.
Quod fidelis dimissus ab infideli nō baptizato nō impeditur contrahere cum alio,28.q.2.c.vlt.
Quod cū filio matris spiritualis potest contrahi matrimonium, & pater cum filia carnali filij spiritualis, sed filius cum filia patris sui non potest,quia cognatio spiritualis descendit à patre in filium,non ascendit à filio in patrem,30.q.3.c.vlt.
Quod filij possunt contrahere cum filiabus compatrum,excepta illa mediante qua contrahitur cognatio spiritualis,30.q.3.super quibus.
Quod propter incestum efficitur quis indignus ad matrimonium contrahendum, sed post pœnitentiā potest cum talibus dispensari,32.q.7.quædam,&quinque c.seq.33.q.2.si quis cum duabus,& c.seq.
Quod vxoricida sine dispensatione non potest contrahere,32.q.2.interfectores,c. admonere,& c.si quid. & c.seq.
Quod dispensatur in matrimonio circa gradus à canone prohibitos,35.q.3.quædam lex,& c.seq.& q. 8.de gradibus.
Quod de consanguinitate gradus distinguuntur, 35. q.5.per totum.
Quod gradus affinitatis exprimuntur,35.q 5. porro.

DE STATV CONIVGVM IN MATRIMONIO.

Quod prima nocte coniuges debent abstinere propter reuerentiam sacerdotalis benedictionis,23 dist. sponsus,30.q.5.sponsus.
Quod non debent se coniuges libidinosè diligere,32. q 4.origo.
Quod cum commiscetur quis in matrimonio causa prolis procreandæ,non est peccatum,25.di.vnum, § alias,ante fi.
Item causa reddendi debitum non est peccatum, 27. q.2.si tu.
Item causa fornicationis vitandæ,& est veniale peccatum,32.q.2.quidquid,33.q.2.in adolescentia,& q. 4.vir cum propria.
Item cum causa libidinis explendæ tanquam cū adultera vel cum meretrice est peccatum mortale,32.q. 4 origo,& c.liberorum Alleuiatur tamen pœnitentia propter bonum matrimonij,32 q.7.adulterij.
Quod abstinētia imputatur ad peccatū si propter hoc alter coniugum in peccatum labitur, 27. q. 2.si tu.
Quod vxor marito leproso,vel quocumque modo debilitato vel deformato reddere debitum tenetur, 32.q.5.horrendus,& c.seq.
Quod vnus sine alterius voluntate continentiam vouere non potest,33.q.5 2.c.1.& 5 c.seq.
Quod nec potest religionem ingredi nisi propter fornicationem vnus ab altero per sententiam episcopi sit separatus,27.q.2.sunt qui septem,& c. seq.
Quod consentiens vouenti,& non vouens, nō potest cum altera contrahere nisi post mortem vouentis, 27.q.2.si quis cōiugatus,33.q.5.quod Deo,& c.se.
Quod ante copulam carnalem vtrique coniugum licet intrare religionem altero inuito,27.q.2.scripsit nobis,§ ecce,& c seq.
Quod an dormiens cum sorore vxoris suæ potest reddere debitum,27.q.2.qui dormierit.
Quod vxorati non debent in ecclesia, & præcipue circa altare deseruire,27.q.2.multorum.
Quod ī veteri lege vxore sterili permanēte licitè ex ancillis liberos procreabant,23.q.4.§. j.& trib.c.seq.
Quod neuter coniugum potest alteri crimen obiicere,quando vtrumque crimen constringit,34.q.2.in lectum.
DE DIVORTIO.Quod diuortium matrimonij sine consensu episcopi non debet fieri,17.q 2.sivir.
Quod ante causæ cognitionem spoliatus vel spoliata primo debet restitui,33.q.2.historia,& duob.c.seq.
Quod matrimonium inter fratres spirituales vel adoptiuos dirimitur,30.q.3.c.1.& quatuor c.seq.
Item cum matre vel spirituali filia simile,30. quæst.1. de eo.
Quod diuortium factum propter maleficiū si cessat, restituitur,33.q.1.si per fortiarias
Quod affinitas remanet licet ille moriatur per quem contracta est,35.q.10.§.j.c.1.
Quod ante diuortium consanguinei vel propinqui debent citari,& testificari de matrimonio,vel senes& antiqui quibus nota potest esse consanguinitas,35. q.1.c.1.& duobus c.seq.
Quod forma iuramenti testificantium ponitur, 35.q. 6.de parentela,& 3.c.seq.
Item forma iuramenti separationis propter consanguinitatem,vel affinitatem,35.q.6.ab isto.
Item forma iuramenti illius qui recipit dimissam, 35. q.6.c.vlt.
Quod matrimonium non dirimitur per votū simplex antecedens,27.dist.c.1.& duobus c.seq.
Item nec propter compaternitatem vel propter cōmaternitatem superuenientem,30.qu.1.nosse, & quatuor c.seq.
Item nec propter seruitudinem dominis debitam,29. q.vlt.c.vlt.
Quod qui scienter contraxit cum persona seruilis cōditionis,ab ipsa dimitti non potest,29. quæ.2 si quis liber.
Quod cum vterque coniugum seruilis conditionis matrimonium contrahit,non separantur,29.quæ. vlti.cap.vlt.
Quod non separatur ab vxore qui ignoranter cognouit vxoris sororem,32.q.7.qui dormierit.
Quod extraordinaria pollutio quamuis sit criminosa non separat matrimonū,35.q.3.extraordinaria.
Quod sine propter adulterium sine propter aliud inter coniuges fiat diuortium,nō propter hoc rumpitur matrimonū,32 q 7.interuenīēte,& sex c.se. 33.q.5.quod Deo.

De hac materia habes, vbi agitur de diuortio.

Quod matrimonium spirituale est coniunctio Christi,& ecclesiæ,27.q.2.cum societas.
Quod matrimonium per carnalem copulam nō perfectum,non est sacramentum Christi & ecclesiæ, 27.q 2.cum societas.
Item spirituale matrimonium contrahitur inter prælatum ecclesiæ,& eius ecclesiam,7.q 1 sicut vir.
Item spirituale matrimonium est inter Christum & spiritualem animam,17.q.1.quæ Christo,& c.nuptiarum.
MOECHIA. Quod mœchia est duplex, videlicet spiritualis & carnalis,28.q.1.non solum.
Quod mœchia spiritualis est idola facere, vel idolis sacrificare.28.q.1.non solum.
Quod mœchatio est omnis illicitus cōcubitus,atque illorum membrorum non legitimus vsus,32.q.me retrices,in fi.
Quod strictè sumi mœchiam non nisi pro adulterio ponitur,32.q.4.meretrices.
Item pro consensu peccati,quia qui viderit mulierē ad concupiscendum eam iam mœchatus est eam in corde suo,32.q.7.non solum.
Quod mœchus dicitur,qui dimissa vxore ob causam fornicationis aliam duxit,32.q.7.quemadmodum.
MEDICINA.Quod medicina est duplex,spiritualis,& corporalis,29.dist.necesse.
Quod medicorum consilia diuinæ conditioni sunt cōtraria,quia nec ieiunare nec flere,nec cōsimilia sinunt,de consc.dist.5.contraria.
Quod medico corporali salarium non est negandū, 14.q.5.non sane.
Quod nec clerici nec religiosi pro medicina munera debent accipere,33.dist.his igitur.
Quod medicina spiritualis est pœnitentia,50.dist.vt constitueretur,33.q.1.si per fortiarias.
Item medicina spiritualis est omnia ecclesiastica sacramenta.de pœn.dist.1.in actione de cōsec.dist.2 si quotiescunque,23.dist.his igitur.
Item medicina spiritualis est misericordiæ opera. de pe.dist.1.medicina.
Quod Christus est spiritualis medicus, qui paratus est centies curare,si toties homo per peccatum infirmatus eum requirit,de pœnit.dist. 3.Naum prophetam.
Item prælati sunt spirituales medici,quia dant subditis correctionis medicinam,86.dist.inferiorum, & c.sequen.5.q.5.non vos,45.dist.recedite, 23. q.4. quid faciet.
Quod magis prælatus occidit quā curat,qui nec pro peccatis suis pœnitentiam agit,nec alios de peccatis reprehendit,50.dist.absit.
Quod sicut medicus peritus non vno collyrio omniū oculos curat,sic prælatus vel prædicator diuersorum nominum vulneribus diuersis doctrinis medetur,29.dist.necesse.
MEMORIA.Quod memoria vltionis diuinæ præteritæ in peccatores,terrorem futurum incutere debet,ne consimilia attentent,7.q.1.denique.
Quod quibusdam in memoriam excessus signa relinquuntur,19.q.3.mandamus,de consec. distin.2.& dixit.
Quod ideo quibusdam occasio peccati præteriti,vel per loci mutationem vel aliter est subtrahenda,ne culpa ad memoriam replicata incalescat,15.qu.1. mulier,81.dist.valet.
Quod nullum inuenitur delictorū tale remediū,sicut eorū cōtinua memoria,de pœ.d.3.Iudas pœnituit.
MENDACIVM.Quod mendaciū est falsæ vocis significatio,cū volūtate fallēdi,22.q.2.beat⁹,§.ille.
Quod octo sunt genera mendaciorū,quorū quia primū grauius est,tāto minus quisque mētiendo peccat,quanto à primo recedit,22.q.2.primum.
Quod primum genus mēdacij est in doctrina fidei cū intentione subuertendi.
Secundum est,quod prodest nulli &obest alicui,vt est mendaciū detractionis,& falsi testis in causa criminali.
Tertium est quod prodest vni,& obest alteri, vt est mendacium in causa pecuniaria.
Quartū est qđ solū mētiendi fallendique libidine fit.
Quintum est quod fit placendi cupiditate de suaui colloquio,quod est adulterorum.

Source : BIU Cujas

Sextum est, quod nulli obest & prodest alicui, vt cum quis se nescire mentiatur pecuniã esse alterius, quã scit in usũ tollendam.

Septimum est, quod nulli prodest, & obest alicui, vt cũ quis hominem vult prodere ad mortem.

Octauum est quod nulli obest, & prodest ad hoc vt castitas conseruetur.

Quod primum genus dicitur perniciosum, ad quod nulla conditione potest quis adduci.

Quod quodlibet aliorum est vel perniciosum vel officiosum, vel iocosum mendacium, quę post primum minorem secundum maius & minus culpam habẽt, 22.q.2. ne quis, & c. quod autem ait, & c. si quęlibet, 9. dist. ad scripturas.

Quod mẽdacium est graue peccatum, quia os quod mentitur, occidit animam, 22 q. 2. nec artificioso.

Quod omne mendacium cauendum est, maximè perfectis, 22.q.2. ne quis. c. omne. & c. si quis per vetus testamentum, & 22.q. 5 cauete fratres.

Quod perfectus pro nullius vita seruanda debet mentiri, 22.q.ne quis.

Quod nullus ducendus est ad salutem mendacio opitulante, 22.q. primum, in fi.

Quod Abraham dicendo vxorem sororem suam esse, & Iacob dicendo se primogenitum, excusantur de mendacio, 22.q.2. quæritur, §. proximo.

Quod mendacium est episcopum vel sacerdotem vel religiosum se profiteri, & contraria suo ordini operari, 22.q. cauete fratres.

Quod nemo causa humilitatis debet mentiri, quia si nõ erat peccator, ex hoc incurrit quod vitabat, 22. q.2 non ita.

Quod ille mentitur qui putans falsum dicit verum, vel econuerso, 22.q 2. homines, & c seq.

Quod non omnis falsum dicens mentitur, 22. q. 2. is autem, & c. beatus, & c. si quælibet, § Abraham.

Quod facere contra promissum, non semper est mentiri, 22 .q. beatus Paulus. & c. ne quis, in fi.

Quod aliquod iocosum mendacium non videtur esse graue peccatum. Exemplũ de Ioseph, 22.q.2. quod autem ait.

Quod mẽdacium præcipue in mercatoribus est quia mercator sine mendacio & periurio esse nõ potest. dist. 88. eijciens, & c. seq.

Quod qui veritatem celant, & mendacium dicunt, æqualiter peccant, quia ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat, 11.q 3. quisquis.

Quod mendacium etiam in præsenti inuenitur graui ter punitum, 12.q. 1. dilectissimus, post med. Exemplum, ibidem de Anania, & Saphira.

Quod mendax debet carere impetratis, & quibus scripsis, scripta diriguntur, sunt puniendi si precum mẽdacia non arguunt, 25.q. vlt. dicenti.

Quod circa impetrationem rescriptorum contingit mentiri tripliciter, 25.q. vlt. §. si legibus.

De hac materia habes vbi agitur de Iuramento.

MENDICITAS. Quod mẽdicitas clericorum est ignominia episcoporum, 93. dist. diaconi.

Quod in tantum excreuit anaritia quorundam episcoporum, vt omnia occupantes cogant clericos egentes mendicare.

Quod illi qui aliter habere possunt, grauiter peccant si mendicant, quia vnde pauper victurus erat accipiunt, 1.q.2. pastor.

Quod eleemosyna pánis egentium est, & qui defraudat eum, homo sanguinis est, 14.q.5. c. immolans.

MENSA. Quod mensa clericorum non debet abundare fabularum relatione, sed sacræ scripturæ locutione, 44. dist. pro reuerentia.

De hac materia habes vbi agitur de Cibo.

MENSTRVVM. Quod menstrua mulierũ sunt ex naturali superfluitate sanguinis, & ideo culpa carẽt, 5. dist. ad eius.

Quod menstrua patienti non debet ecclesiæ introitus denegari, 5. dist. ad eius.

Quod sicut mulier menstrua patiens, Christi vestimẽtum laudabiliter tetigit, ita ecclesiam menstruata laudabiliter intrare potest.

Quod ad mulierem menstruatam quisque accedere prohibetur, quia ex hoc partus deformatur, 5. dist. ad eius.

MENSVRA. Quod mensura misericordiæ Dei non potest extimari, de pœn. dist. 1. serpens, ante fi.

Quod apud Deum non valet tantum in pœnitentia mensura temporis, quantum dolotis, de pę. di. 1. mẽsuram, & c. præcedenti, & c. in actionem.

MERCATIO. Quod mercatio potest esse honesta & turpis, de pœn. dist 5, qualitas.

Quod quælibet mercatio est periculosa, quia difficile est inter vendentis, & ementis commercium non interuenire peccatum.

Quod mercator sine peccato & periurio esse non potest, 88 dist. eijciens, & c. seq.

Quod clericis omnino prohibetur mercatio, quia vilius emit vt carius vendat, 14.q.4. canonum, 16.q. 7. & hoc diximus.

Quod qui propter cupiditatem ante granum vilius emit vt carius vendat, turpe lucrum committit, 14.q. 4. quicumque.

Quod in sacro loco vbi est orationibus vacandũ, mercationes exerceri nõ debent, 16.q 7. & hoc diximus.

De hac materia habes vbi agitur de Lucro & Negotiatione.

MERCENARIVS. Quod mercenarius etiam si ab inuito detentore recipit mercedem suam, non committit iniuriam, 14.q. 5. non sanè.

Quod qui defraudat mercenarium mercede, reus est, ac si ipsius sanguinem funderet, 14.q.6. immolans.

Quod prælatus non diligens propter Deum, sed propter temporale lucrum, mercenarius est, 8.q. 1. sunt in ecclesia.

Quod ille rector non pascit, sed mercenarij vice deserit, qui gratiam humanam amittere formidans loqui recta pertimescit, 43. dist. sit rector.

Quod mercenarius est prælatus, qui plus diligens proprium commodum quam ouium, videns lupum omnes relinquit, 7.q. 1. aduersitas.

MERETRIX. Quod meretrix est quæ multorum libidini patet, 34. dist. vidua.

Quod meretrices esse, & ad meretrices accedere est diuinitus prohibitum, 32.q 4. meretrices.

Quod fornicator in eo est magis criminosus, quia tollit membra Christi, & facit ea membra meretricis, 32.q.4. in eo.

Quod indebitus modus luxuriæ execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in vxore, 32.q.7. adulterij.

Quod contrahens cum meretrice, ad sacros ordines non potest promoueri, 34. dist. si quis viduam.

METROPOLITANVS. Quod metropolitanus à mensura ciuitatum quibus præest, dictus est, 21. dist. c. cleros, post prin.

Quod metropolitanus debet decem vel vndecim ciuitates & totidem episcopos sub se habere, 6.q. 3. scitote.

Quod absque metropolitani licentia nullus episcopus curiã Imperatoris debet adire, 23.q. vl. si quis episcopus.

De hac materia habes vbi agitur de Archiepiscopo.

MICHAEL. Quod Michael qui noluit maledicere diabolo ponitur in exemplum vt à maledicto puri simus, 24.q.3. si igitur Michael.

MILITIA. Quod militia est duplex, videlicet sęcularis & spiritualis, 59. dist. officia, 23.q.8. reprehẽsibile.

Quod militia sæcularis non culpatur, sed abusus, 23. q. 1. per totum.

Quod militia instituta est propter duo, videlicet ad iniuriam propulsandam, & vindictam inferendã, 23. q 1. c. 1. in fi.

Quod ius militare in multis consistit, 1. dist. ius militare.

Quod in militia sæculari reprehenditur libido dominandi, crudelitas vlciscendi, & cupiditas nocẽdi, 23. q. 1. quid culpatur in bello.

Quod in hac intentione militia debet exerceri, vt mali coerceãtur, & boni subleuentur, 32.q. 1. apud. & c. seq.

Quod plerique sancti patres sæcularem militiam laudabiliter exercuerunt, 23.q. 1. noli existimare.

Quod summa laus est militiæ communi vtilitati intendere, 23.q. 1. summa.

Quod boni milites vltra stipendia sua nihil debẽt vsurpare, 23.q. 1. militare.

Quod miles nõ est reus homicidij, qui legitima auctoritate superioris hominem occidit, 23.q.5. miles.

Quod miles sæcularis grauius peccat simoniam committendo quàm clericus, 1.q.3. Saluator, circa med.

Quod miles sęcularis propter periculosum statũ quẽ habet, absque dispensatione papę ad sacros ordines non debet promoueri, 50. dist. si quis post.

Quod si in militia seculari gradatim quis promouetur ad honores, multo fortius in militia spirituali, 59. dist. si officia, & c. seq.

Quod non debet esse ligatus alijs qui spiritualis militiæ est aggregandus, 54. dist. nullus.

Quod Christus ad seruiendum voluntarium militem habere vult, 15.q 1. non est.

Quod nihil beatius quàm vt quomodo imperator noster Christus iussit militetur, 40. dist. ante omnia.

Quod militum Christi arma sunt lachrymæ, & orationes, 23.q 8. reprehẽsibile, & c. cõuenior, circa med.

MINISTER. Quod minister dicitur quidquid superior mãdat, exercet, 23.q.2. dominus noster, 23. q 5. non solum, & q. vlt quicunque percutit.

Quod minister iudicis etiam damnatũ, si ex libidine occidit, homicida est, q. 5 cum minister.

Quod minister Christi non debet esse superbus, quia talis diaboloco mparatur, 1. quęstionę 1. si iustus fuerit.

Quod Christus ministros suos docuit aliis ministrare, nõ temporalibus lucris intendere, 16.q.1. nulli.

Quod in ministris ecclesiæ sicut est in sacerdote ministrato, sic & in diacono sacramẽti dispensatio, 93. dist. diaconi.

Quod vbi paterfamilias largus est, minister non debet esse tenax. 26 q 7. alligant, in fin.

De ministris ecclesiæ habes vbi agitur de Clericis, & vbi agitur de ecclesia materiali, & vbi agitur de Ordinibus.

MIRACVLVM. Quod miraculum est opus arduum & insolitum supra spem & facultatem consistens admirantis sicut fuit maris rubri & Iordanis fluuij, diuisio, & alia plura quæ ponuntur de consec. dist. 2. reuera. circa me.

Quod miracula facere est speciale donum spiritus sancti, de pœn. dist. 2. si quis semel, §. quorundam.

Quod quantumcumque sunt aliqui sancti, miracula facere non possunt quãdo volunt, nisi quando speciali dono spiritus sancti perfunditur. de pœn. dist. 2. si quis semel, §. quærendum.

Quod miracula sanctorum sunt admiranda, nõ in exemplũ nostræ actionis trahenda, 2.q.7. nos si. post medium.

Quod quidam habent prophetiæ spiritum, qui non habent vitæ meritum, 1.q. 1. prophetauit, exemplũ ibi de Saul.

Quod multi faciunt miracula extra charitatem cõstituti, qui in charitate positi facere non possunt, 1.q. 1 teneamus.

Quod magi & dæmones non faciũt miracula, sed mira, quia nõ sunt supra naturã, sed sunt hominibus insolita, 26.q.4. sciendum.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinationibus, & vbi agitur de Incantationibus, & vbi agitur de Magis.

MISSA. Quod missa propriè dicitur eucharistię cõsecratio & confectio, reliqua omnia quæ sacerdos vel chorus cant gratiarum actiones sunt, vel certę obsecrationes. de consec. dist. 2. vtrum.

Quod Iacobus apostolus frater domini & Basilius Cęsarienſis tradiderunt modum Missam celebrandi, de consec. dist. 1. Iacobus.

Qui tamen modus nec alius in decreto per ordinem habetur, sed tamẽ ego pluta quæ in Missæ officio exercentur, propriis capitulis assignaui, vt infra pateb it.

Quod Missa sine sacratis vestibus non debet cantari. de consec. dist. 1. vestimenta.

Quod nullus debet Missam sine stola & manipulo cantare, 23. dist. ecclesiastica.

Quod in solenni Missa ministri & præcipuè diaconus & subdiaconus debent haberi, de cõsec. dist. 1. episcopus Deo. & duobus c. seq.

Quod in primitiua ecclesia in principio Missę psalmi legebãtur, sed post psalmi in cantum sunt cõuersi, vnde introitus Missæ, & gradualia, & offertoria, & communio quæ cãtantur, penè omnia de psalmis sunt sumpta, 92. dist. cantantes, § ab officio, & c. in sancta in fine.

Quod ille versiculus, Gloria patri, quem Damasus Papa ad preces Hieronymi instituit post psalmos repetendum, qui cantatur post introitum ponitur, de consec dist. 1 de hymnis.

Quod kyrie eleyson, & Pater noster ponitur, 11.q.3. cum aliquis.

Quod Gloria in excelsis, & Alleluia, qui duo hymni ab angelis sunt cantati, & à nobis in solẽnitatibus sunt decantandi, ponuntur de consec. di. 1. de hymnis, & c. hi duo.

Quod hi duo hymni à septuagesima quando lapsus primi hominis recitatur, intermittuntur vsque ad pascha, quando Christus resurgens ex mortuis tristitiam in gaudium vertens, Alleluia nobis reddidit. de consec. dist. 1. hi duo.

Quod episcopus in Missa ante collectam, vt ostẽdat se vicarium Christi, sicut Christus apostolos, sic salutat populum dicens, Pax vobis, 2.q.7. nõ omnes.

Item vt ostendat se de numero aliorum sacerdotum dicit Dominus vobiscum, quod ponitur de consec. dist. 1. hoc quoque.

De orationibus siue collectis dicendis habes de cõs. dist. 1. de hymnis. in fi.

Quod post orationes respondendum est Amen, habes 38. dist sedulo.

Quod epistola & Euangelia legenda sunt in Missa, habes de consec. dist. 1. omnes fideles.

De offertorio quod debet fieri in Missa, habes de consec. dist. 1. omnis Christianus.

Quod post offertur in calice vinum & aqua à sacerdote. de consec. dist. 2. in sacramento.

De

Source : BIU Cujas

De qua materia habes vbi agitur de Euchariſtia.

Quod ante præfationem, Surſum corda, dicere monemur, & tunc præcipuè mentem ad dominum dirigere debemus, de conſ. diſ. 1. quando autem.

De præfatione, quæ poſtea primo ſequitur, habes, de conſ. diſ. 1. inuenimus.

Quod pax debet dari ante communionem, habes de conſ. diſ. 2. pacem.

Quod poſt Miſſam, ſi non eſt epiſcopus ſacerdos qui cantauit debet dare benedictionem, de conſ diſ. 1 Miſſas.

Quod in Miſſa ſiue viui, ſiue mortui populo poſſunt recommendari, ſed in canone miſſæ vbi ſoli Deo loquimur, qui omnium nomina nouit tacitis nominibus, ſub generali commendatione orare debemus, de conſ. diſ. 1. viſum, & c. de nominibus.

Quod non niſi in ſacris locis, velvbi epiſcopus permiſerit, Miſſa debet celebrari, de conſ. diſ. 1. Miſſarum.

Quod ſub dio ſuper tabula conſecrata lapidea poteſt Miſſa cantari, de conſe. diſ. 2. concedimus.

Quod epiſcopus ne monachos in officio impediat nõ debet in monaſterio ſuo ſolenniter celebrare, 18. q. 2. luminoſo.

Quod nõ ſolum epiſcopus, ſed etiam populus dieb. dominicis, & ſolennibus ab eccleſia ſua non debet ſe ſubtrahere, de conſ. diſ. 3. epiſcopus, & c. ſeq.

Quod ſuper altari in quo epiſcopus cãtauit, eo die nõ debet presbyter celebrare, de conſ. diſ. 1. c. vlt.

Quod in natiuitate domini quando tres *Miſſæ* ſunt celebrandę, prima Miſſa in profunda nocte ſolẽniter eſt celebranda, de conſ. diſ. 1. nocte.

Quod in quadrageſima non debet quis mãducare niſi audita prius Miſſa, & velpertinis officijs, de conſ. diſ. 1. diſ. ſolent.

Quod propter populi deuotionem Miſſa poteſt in aurora cantari, de conſ. diſ. 1. ſolent plures, §. i.

Quod poſt clericorum ordinationes in ieiunijs quatuor tẽporũ poſt meridiem Miſſa debet cantari, & præcipuè in ſabbato ſancto, quia tuncverſus noctẽ debet cantari, de conſ. diſ. 1. ſolent, §. in ieiunijs.

Quod nemo pranſus *Miſſã* cantare debet, 7. q. 1. nihil.

Quod qui pro pecunijs vel hominum complacentijs vnam vel plures Miſſas celebrat, æternam ſibi damnationem comparat, de conſ. diſ. 1. ſufficit.

Quod excepta natiuitate Chriſti vnam *Miſſam* cantare ſufficit ſacerdoti.

Qđ valde felix eſt qui vnã Miſſã dignè põt celebrare.

Quod dominicis & feſtiuis dieb. laici Miſſam vſque ad finem debent audire, de conſ. diſ. 1. Miſſa, & c. ſeq. & c. & hoc.

Quod epiſcopus ſolenniter celebrando ſemper debet habere teſtes, de cõſ. di. 1. epiſcop⁹ Deo, & c. iubem⁹.

Quod presbyter niſi duobus ad minus præſentibus Miſſam non debet celebrare, vt competat ſibi dicere Dominus vobiſcum, & Orate pro me, de conſ. di. 1. quoque.

Quod ſacerdos propter euentus varios ſine adiutore qui poſſit eum ſubſtentare, non poſſit Miſſam cantare, 7. q. 1. illud.

Quod presbyter qui Miſſam incipit: niſi infirmitas impediat, debet eã finire, de cõſ. diſ. 1. nullus epiſcop⁹.

Quod ſi presbyter propter caſualem infirmitatẽ *Miſſam* inceptam finire non poterit, alter vbi dimiſit perficiat, 7. q. nihil.

Quod laborans morbo caduco vel conſimili, *Miſſam* non debet cantare, 7. q 2. in litteris.

Quod presbyter nunquam Miſſam cantet niſi communicet, de conſ. diſ. 2. relatum, & c. relatum.

Quod presbyter in Miſſa de mortali peccato habens conſcientiam, cum contritione, & propoſito confitendi poteſt communicare, de conſ. diſ. 2. quotidie.

Quod Miſſa mali ſacerdotis vel infamati non eſt reſpuenda, niſi ſit per ſententiam condemnatus. 15. q. 8. c. vlt. diſ. 32. c. nullus, & c. ſeq.

De hac materia habes vbi agitur de Celebratione & Sacerdote.

MISERICORDIA Quod miſericordia eſt plenitudo, & perfecta forma virtutũ, 86. diſ. in ſingulis.

Quod duplex eſt miſericordia, videlicet diuina & humana.

Quod multiplex eſt miſericordia Dei, quę lapſis hominibus ſubuenit, de pœn. diſ. 1. ſerpens.

Quod miſericordię Dei nec menſuras ponere poſſumus, nec tempora diffinire, apud quem nullas patitur moras veniæ cõuerſio, de pę. diſ. 1. ſerpẽs, ante fi.

Quod Deus ex miſericordia expectat peccatores vt conuertantur, 93. diſ diaconi ſunt, ante fi.

Quod aſſiduè peccare volentium nõ miſeretur Deus. 93. dist. diaconi ſunt, in fi. de pœn. diſ. 1. Deus, §. poteſt etiam, & diſ. 7. circa fin.

Quod miſericordia ad proximum eſt duplex, videlicet corporalis, & ſpiritualis, 45. diſ. tria.

Quod ſpiritualis eſt triplex, videlicet offenſas vel iniurias dimittere, 45. diſ. tria, & 50. diſ. conſiderandum.

Item delinquentes corrigere. 45. diſ. tria.

Item bona docere & iuſta conſulere, 45 diſ diſciplina.

Quod corporalis miſericordia conſiſtit in ſeptem operib. miſericordię, quæ in hoc verſu continentur.

Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo,

Quorum plura ex his ponuntur, 86. diſ. non ſatis.

De modo habendi vel exhibendi prædicta Officia miſericordiæ.

Quod miſericordia ſpiritualis ad proximum debet eſſe iuſta in corrigendo, vt ſcilicet non deſit vinum auſteritatis, nec oleum pietatis, 45. diſ diſciplina.

Item diſcreta in docendo vel conſuiendo, ne erudiẽdi in errorem deducantur, 43. di. ſit rector.

Item debet eſſe prompta offenſas relaxando, maximè quando pœnitent offendentes, 23. q. 4. non poteſt, §. proximo.

Quod miſericordia corporalis debet eſſe iuſta in exhibendo, quia debet eſſe de proprio, non de alieno, 1. q. 1. non eſt, 14. q. 5. per totum.

Quod debet eſſe diſcreta in ſubueniẽdo, quia vni omnia non ſunt danda, 68 diſ. non ſatis, & c. dominus.

Item ordinata in diſtribuendo, quia primo dandum eſt propinquis, & poſt alijs, 86. diſ. eſt probanda & c. in ſingulis, in fi. excepta neceſſitate, tunc potius dandum eſt iuſtis quàm peccatoribus, 86. diſ. fratrẽ noſtrum, §. in ipſa.

De hac materia habes vbi agitur de Eccleſia.

Quod miſericordiæ officia omnibus ſunt præcepta, 86. diſ. in ſingulis.

Quod qui negant miſericordiam faciendam, ipſum Chriſtum quieſt miſericordia negant, 7. q. 1. omnis.

Quod miſericordia maior eſt omnibus holocauſtomatibus, diſ. 50. ponderet, in fi.

Quod melius eſt in cauſis prætendere miſericordiam quàm in clementiã, 86. di. non ſatis, 26. q. vl. ailigãt.

Quod ſententia quæ miſericordiã vetat, eſt effugienda, 50. diſ. ponderet, in fin. 1. q. 7. exigunt.

Quod capto hoſti debetur miſericordia, niſi maior turbatio timeatur, 23. q. 1. noli.

Quod crudelis eſt miſericordia parcere vni in diſcrimen multorum, 45. diſ. ſed illud.

Quod non eſt miſericors qui parcit vitijs, vt non conturbet delinquentes, 23. q. 5. qui vitijs.

MYSTERIVM. Quod myſterium ex illo dicitur quòd ſecretam, & reconditam habet diſpenſationẽ. 1. q. 1. multi, circa med.

Quod eccleſiaſtica ſiue diuina ſacramenta propriè dicuntur myſteria, 1. q 1. multi, ante med.

Quod indignis, & non intelligentibus ſecreta myſteria non ſunt communicanda, 43. diſ. §. vlt. & c. in mãdatis.

MOYSES. Quod *Moyſes* qui congregauit omnem ſynagogam, repreſentat, quòd in fidei anima omnis multitudo ſenſuum & cogitationum ad meditandum de Deo intra ſacratium cordis debet conuenire, 8. q. 1. licet.

Quod in hoc ꝙ non fuit *Moyſi* permiſſum à Deo de ſucceſſore ordinare, datur intelligi quod ad Deum nõ ad homines ſpectat electio prælati, 8. q. 1. ſi ergo.

Quod *Moyſes* negauit ſe filium filiæ Pharaonis, & ꝙ Ægyptiũ fabulo obruit, & quòd Ægyptum⁹ detenquit, & quòd filios Iſrael de Aegypto eduxit, habes de pœn. diſ. 3. vt cognouerunt, §. opponitur.

Quod Moyſes ponitur in exemplum quòd prælati nõ armis, ſed orationibus contra aduerſarios debent pugnare, quomodo ipſe pugnauit contra Amalech, 36. diſ. ſi quis vult.

Quod ſicut inter Moyſen & Aaron fuit quædam maioritatis diſcretio, ſic fuit inter apoſtolos, 22. diſ. ſacroſancta, & 12. diſ. §. 1.

Quod Moyſes cũ pro peccato populi orauit nõ ſtatim veniã impetrauit, 50. diſ. ſi quis præpoſtera, in fine.

Quod Moyſes potius voluit de libro vitæ deleri, quàm noxam populo non dimitti. 23. q 4. quid crudele.

Quod quia Moyſes Aethiopiſſam duxit in vxorẽ, *Maria* murmurans lepra percuſſa fuit, 2. q. 7. plerũque, c. item obijcitur.

Quod Moyſes propter reuerentiam loci calceamentũ pedis ſoluit, de pœn. diſ. 1. ſunt qui arbitrantur.

Quod Moyſes quandoque Chriſtum ſignificat, de pę. diſ. 2. inter hæc hircum.

MONACHVS. Quod monachus dicitur à monos Græcè, quod Latinè dicitur ſolus, & achos quod Latinè dicitur triſtis, quaſi ſolitarius, & triſtis, 16. q 1. placuit.

Quod monachus ideo ſingularis dicitur, quia debet vitare hominum multitudines, 16 q. 1. ſi cupis.

Quod ſicut piſcis ſine aqua, ſic monachus ſine monaſterio vel cella caret vita, 16. q 1. placuit communi.

Quod monachus ad hoc debet intendere vt ſtatus eius concordet cum nomine, 16. q. 1. placuit.

Quod omnis monachus vel religioſus debet eſſe vel de regula Sancti Benedicti, vel de regula Baſilij, vel de regula Auguſtini, 18 q. 2. perniciоſam.

Quod etiam dicuntur monachi qui regulam Auguſtini ſunt profeſſi, 18 q. 2 perniciоſam.

Quod nullus ſeruus debet eſſe monachus niſi à domino ſuo licentiatus, 16. q. 1. qui verè.

Quod monachi & monachæ ſemper & vbique debẽt deferre veſtes profeſſionis ſuæ, 33. diſt ſanctimoniales, 20. q. 1. vidua.

Item excepta infirmitate nunquam debet carnes comedere. de conſe. d. ſt. 5 carnem.

Item debẽt abbatibus ſuis obedire, ac res laboribus ſuis acquiſitas vel qualeſcúmque ſine licentia abbatis non debent retinere, 18 q. 2 abbates.

Quod nullus debet monachus ſpe abbatiæ promiſſæ fieri, 16. q. 7 per laicos, 18. q. 2 peruenit.

Quod vltra tempus in monaſterio ſtantes & nolẽtes profiteri debent expelli, 16. q. 1. peruenit. ad nos.

Quod teſtamentum facere non poſſunt, 19. q. 3. quia, & c ſeq.

Quod ſine licentia abbatis vouere nõ poſſunt, 20. qu. 4. monacho.

Quod ad arctiorẽ vitã petita licentia trãſire poſſunt. 20. q. 4 c. 1. monachum.

Quod compulſus ſiue à parentibus, ſiue ab aliis fieri monachus, niſi prius cõſentiat, nõ tenetur, 20. q. 3. præſens.

Quod monachi de licentia abbatis ex cauſa legitima poſſunt ad ſolitarias cellas tranſire, 18. q. 2. nullus monachus, 20. q. vlt. c. vlt.

Quod non debent cauſas vel negotia ſæcularia agere niſi ex licentia abbatis pro monaſterio, 16. q. 1. adiicimus, in fi. & c. de præſentium, & c. ſunt nõnulli, & c. monachi.

Quod frequenter loquens de pecunia potius dicendus eſt inſtitor quàm monachus, 16. q. 1. ſi cupis.

Quod monachi nunquam debent vacare, ſed ſemper vel orationibus, vel lectionibus, vel exercitio operis debent intendere. de conſecr. diſt. 5. nunquam.

Quod debẽt ab omni familiaritate monialium & aliarum fœminarũ ſe alienare, 18. q. 2. peruãnit ad nos, & 3. c ſeq.

Quod nec in vno, nec in vicino monaſterio cum monialibus debẽt habitare, 28. q. 2. diffinimus, & duobus c. ſeq.

Quod nec ſudariolos, nec zonas, nec alia munuſcula à mulieribus debent accipere, 27. q. 1. monacho.

Quod monachi quamuis recipiendo ordinem recipiant officij poteſtatem, non tamen executionem, niſi occaſione populi de licentia epiſcopi, 16. q. 1. monachi, & c. ſeq. & c. ſic viue, & c. ſi clericatus, & c. ſeq.

Quod nec pœnitentiam aliis dare, nec prædicare niſi in clauſtro ſuo debent, 16. q. 1. placuit omnibus, & c. monachus, & c. iuxta, & c. admonemus.

Quod nec baptizare debent, nec fieri compatres, 18. q. 2. peruenit ad nos. de conſe. diſt. 4. non licet abbati, & c. ſeq.

Quod præter confratrem in clauſtro, & præter eũ qui elegerit, nullum debent ſepelire, 16. q. 1. c. 1. c. Agapitus. & c. placuit.

Quod monachi debent ſubeſſe epiſcopis inquãtum per Papam non ſunt exempti, 16. q. 1. peruenit, 18. q. 2. Abbas, & quatuor c. ſeq.

Quod vitandi ſunt per epiſcopos & corrigendi, 18. q. 2. viſitandi.

Quod iura epiſcopalia debent epiſcopis perſoluere, 18. q. 2. Eleutherius, & c. ſeq.

Quod non debent decimas vel eccleſias à laicis ſine conſenſu epiſcopi recipere, 16. q. 7. decimas.

Quod epiſcopos ex charitate poſſunt accuſare, 1. qu. 7. nullus, §. proximo.

Quod monachi bonorum operum in clericos & epiſcopos promoueri poſſunt, 16. q. 1. ſi clericatus, & 7. c. ſeq & tribus c. præcedentibus.

Quod non debent ſine abbatum licentia epiſcopatus recipere, 18. q. 2. quàm ſit, §. nullus, 16. qu. 1. ſi quis monachus, & c. legi. §. ſeq.

Quod facti epiſcopi abſoluũtur à iugo profeſſionis, 18. q. 1. c. 1.

Quod facti epiſcopi non debent mutare habitũ nec ordinis ſui ritum quo ad ſubſtantialia, 16. q. 1. de monachis, & §. ſeq.

Quod facti epiſcopi ſuccedũt in bonis paternis, & eccleſiæ ſuæ relinquunt, 18. q. 1. c. 1.

MONASTERIVM. Quod monaſteriũ duplex pro monachis & monialibus in vno loco fieri prohibetur, 8 q. 2 diffinimus.

Quod monaſteria conſtruenda ſunt in ſolitudine, ne populari acceſſu deuotio religionis impediatur, 18. q. 2. luminoſo.

Quod monachorum monaſteria ſubſunt epiſcopo in cuius territorio ſunt, 18. q 2. monaſteria.

Quod monaſterium exemptum eſt à lege diœceſana in pluribus videlicet quantum ad cathedratici præſentationẽ vel præſtationem, 10. q. 3. inter cetera.

Source : BIU Cujas

Item quantum ad quartæ partis dimissionem, 16.q.1. cum pro vtilitate.
Item quãtũ ad grauem exactionem, 17.q.2.quàm sit.
Item quantum ad publicę Missæ celebrationem, quia sine consensu abbatis episcopus non debet facere, 18.q.2.abbas,& c.luminoso.
Quod monasteria non debent fieri sine licentia episcoporum, 18.q.2.quidam,& 4 c.seq.
Quod mulieres monasteria religiosorum intrare non debent, 18.q.2.peruenit ad nos.
Quod monasteria religiosorum non debent cõuerti in habitacula sæcularium clericorum, nec debent regi per sæcularem, 18.q.2.peruenit ad nos,& c.dudum, 19.q.3.quæ semel,& c.seq.
Quod in parochialibus ecclesię monasteriorum de cõsensu episcopi debent presbyteri instituí, vel remoueri, 16 q.2.visis,& c.seq.
Quod abbas sine episcopo,& episcopus per se res monasterij alienare nõ possunt, 17.q.4.inventionib. 18.q.2 quàm sit.

De hac materia habes vbi agitur de Monachis,& vbi agitur de Religione.

MONIALIS.Quod monialis est quę professa est se velle viuere secundum regulam Benedicti,vel secũdum regulam Basilij,vel secundum regulam Sancti Augustini,18.q.2 pernicioſam.
Quod moniales non debent habere singularia domicilia,18.q.2.pernicioſam.
Quod puella duodecim annos habens si voluntariè monialis effecta est etiam ante cõsecrationem recedere non poterit, 20.q.1 puellæ.
Quod moniales subsunt ordinationi, & correctioni episcopi,28.q.2.cognouimus.
Quod præponendus monialibus primum est per episcopum examinandus, 18.q.2.qui religiosis.
Quod conuenientius reguntur per viros spirituales quàm sæculares,18.q.2.in decima.
Quod monasteria monialium non debent esse vicina monasterijs monachorum,18.q.2.diffinimus, & 4. c.seq.
Quod monialis nunquam debet loqui cum monacho vel alio viro sine bono testimonio, 18.q.2.diffinimus,& c.in decima.
Quod moniales in vno choro cum monachis vel alijs clericis cantare non debent,18.q.2.pernicioſam.
Quod nõ debent vasa sacra,& pallas,& cõporalia cõtingere,23.dist.sanctimoniales, §. vasa, c. sacratas.
Quod non possunt matrimonia contrahere, & contrahentes sunt per episcopum compellendæ ad votũ redire, 27.q.1,de viduis & puellis,vsque ad fi.
Quod moniales in vitium carnis prolapsæ grauiter puniuntur,17 q.1.impudicas,& ferè per totum.
Quod peccantes cum ipsis ipso facto videntur excommunicati,27.q.1.si qua virgo,& c.eos.

De consecratione monialium habes supra vbi agitur de consecratione.

MORS.Quod mors est triplex, videlicet corporalis, spiritualis,& gehennalis, de pœn.dist.vlt.
Quod mors corporalis omnibus,est communis,13.q.2.in ecclesiastico.
Quod in memoria ab oĩbus est semper habenda, ib.
Quod non videntur esse perfecti qui cũ à domino vocantur,non moriuntur voluntariè, sed inuiti,13.q.vlt. quàm præposterum.
Quod sacramenta morientibus cõcedi debent, 26.q.1. Aurelius,& c.seq.
Quod si volentem confiteri mors,antequam ad sacerdotem perueniat pręoccupauerit,non debet sibi denegari ecclesiastica sepultura, 26.q.6.si aliquis.
Quod q fame moriẽtẽ nõ pascit occidit,86.dist.pasce.
Quod mortem languentib. probatur infligere qui hanc cum possit non excludit,33.dist.§.j.
Quod qui mortui sunt,in Dei iudicio non ab hominibus sunt iudicandi,24 dist.quorundam.
Quod post hominum mortem animæ locantur secũdum quod meruerunt,13.q.2.tempus.
Quod mortui iuuãdi sunt oblationibus,eleemosynis, & orationibus,etiam si dubitatur de eorum salute, 13.q.2.non æstimemus,& pluribus c.seq.
Item quod fit pro omnibus mortuis tantum valet cuilibet,ac si pro vno solo fieret,de consdist.5 nõ mediocriter.
Quod indignus est in morte accipere solatium,qui se non cogitauit moriturum,de pœn.dist.7.§.vlt.
Quod morientibus in peccatis mortalibus,nec oblationes nec orationes viuorum nec mortuorum,nec sepulturæ sacrorum locorum prosunt. 13.q.2. quibus,& septem c.seq.
Quod nemo debet contristari de morte suorum charorum,cum ipsos non amittamus, sed præmittamus,13 q.vlt.quàm præposterum,& tribus c.seq.
Quod illi qui nimis tristantur de morte suorum,videtur desperare de felicitate futurorum bonorũ,13. q.vlt.habent.
Quod in hoc q Dominus fleuit Lazarum, non fleuit mortuum,sed ad huius vitæ miserias resuscitandũ, innuitur quod pro mortuis plus est gaudendum, quàm tristandum,13 q.vlt.qui diuina.
Quod mortui huius mundi facta possunt scirevel per decedentium relationem, vel per angelorum reuelationem:vel per specialem concessionem, quia ipsis quandoque conceditur,vt post mortem viuis appareant,33.q.2.fatendum.
Quod quandoque mortui ex diabolica illusione phãtastice creduntur apparere,26.q.5.nec mirũ,ante me.
Quod ecclesia nec ligare nec soluere potest mortuos de peccatis,quia nõ sunt de foro eius,24.q.2.ligat.
Quod iniustè excommunicatus etiam post mortẽ,potest absolui.24.q.2.sane quod.
Quod hæretici post mortem possunt excommunicari propter facti detestationem,24.q.2.sane profertur.
Quod fideles non debent communicare mortuis quibus non cõmunicauerunt viuis,24.q.2. de cõione.
Quod mors spiritualis est duplex,bona & mala,bona est quando quis siue per baptismum,siue per pœnitentiam moritur peccato,vt viuat Christo.de consdist.4.vt ostenderet & c.seq.
Quod species diuersæ huius mortis designantur per tres mortuos quos Christus suscitauit,de pœn.dist. 1.quem pœnitet.
Quod mors spiritualis mala est quando quis moritur per peccatũ mortale,sicut per peccatũ infidelitatis, 26.q.2.qui sine,11.q.3.non solum,§. idẽ timendo.
Item per hypocrisim,quia hypocrita viuens mortuus est,12.q.1.nolo,ante fi.
Item per auaritiam,14.q.4.si quis vsuram.
Item per quodlibet aliud mortale peccatum, de pœ. dist.4.§.dicens, §.intermittentes sermonem.
Quod mors gehennalis mors dicitur æternalis, quia ibi nunquam mors moritur,26.q.2.qui sine,de pę. dist.vlt.in fin.

De hac materia habes vbi agitur de Sepulturis.

MORES.Quod mos longa consuetudo est,de moribus tractatur, 1.dist.mos.
Quod legem mores faciunt,& commune ius legibus, & moribus constat,1.dist.omnes.
Quod plus facit famosum morum nobilitas,quàm generis dignitas,40.dist.nos,& c.seq.
Quod illud quod non est contra fidem & bonos mores indifferenter habendum est,12 dist.illa.
Quod multum distãt dãna morũ à damnis rerũ tẽporalium,6.q.1.sunt plurimi,§.verum,& c.deteriores.

De hac materia habes vbi agitur de Consuetudine.

MVLIER.De muliere habes suprà vbi agit de fęmina.
MVLVITVDO.Quod multitudo inutilium personarum maximè clericorum est vitãda,23.dist. tales,
Quod pompa multitudinis popularis reprehenditur maximè in prælatis,& clericis,59 dist.si officia.
Quod non potest esse salubris à multis correctio,nisi cum ille corripitur qui non habet multitudinem, 33.q.4.non potest.
Quod in correctione multitudinis cautè est incedendum,44.dist.comessationes.
Quod cum contagium peccandi multitudinem inuaserit,diuinæ disciplinæ seuera misericordia necessaria est,23.q.4.non potest.
Quod paucitas est asperè corrigẽda,sed multitudo leuissimis admoniti onibus frangenda,44.dist.comessationes.
Quod propter peccantium multitudinem detrahendum est seueritati, 44. dist.comessationes,50.dist.vt constitueretur,9.q.1.ordinationes.
Quod non debet deferri multitudini in mali prælati electione vel approbatione,18.q.2 si quis.
Quod multas medicinas inuenire cogunt multæ experientiæ morborum,50.dist.vt constitueretur.
Quod non minus ardet qui cum pluribus ardet, 2.q. 1.multi,in fin.
Quod tempore apostolorum multitudinis credentiũ erat cor vnum & anima vna in Deo,12.q.1.dilectissimis,8.dist.§.j.
Quando aliquando multitudo propter vnius delictũ punitur,45.dist.sed illud,24.q.1.non turbatur.
MVNDITIA.Quod munditia est duplex, scilicet corporalis,& spiritualis,31.dist.lex.
Quod munditia carnalis est quę inficitur per luxuriã, & ideo clericis in sacris prohibetur, vt competentius valeant diuinis vacare obsequijs & orationib. 31.dist.c.1.§ causa.
Quòd spiritualiter mundatur qui à sorde peccatorũ per pœnitentiam purgatur,50.dist.& purgabit.

De hac materia habes vbi agitur de Castitate, vbi agitur de Luxuria,& vbi agitur de Macula.

MVNVS.Quod munus est triplex, videlicet ab obsequijs,quod est seruitus indebitè impensa.
Item munus àmanu,quod est pecunia.
Item munus à lingua,quod est fauor,1.q.1.sunt non nulli.
Quod munera dantem & accipientem faciunt deuiare à iustitia,11.q.3.pauper.& c.qui rectè.
Quod ille manus ab omni munere excutit,qui nõ solum pecuniam vel obsequium, sed nec etiam humanum fauorem inquirit,1.q.1.sunt nonnulli,11. q.3 qui rectè.
Quod nõ timerur culpa,vbi redemptio speratur per munera,11.q.3.pauper.
Quod meritorũ trahitur quis ad fidem vel ad melioremstatum per munera,23 q.4.c.vlt.
Quod clericus ecclesiam fusc piens vel spiritualia dans,per munera destruitur,7.q 1.sanctum, 13.q. 1.obseruandum,12.q 2.questa.
MVRMVRATIO.Quod murmuratio dissuadetur,quia murmurans opus quod facit perdit,90.d. alienus.
Quod murmurans & contentiosus pari pœna puniũtur,90 dist.si quis monachus.
Quod filij Israel murmurãtes à serpentibus perierũt, 90.dist.alienus.
Quod Maria propter murmur cõtra Moysem lepram incurrit, 2.q.7 plerunque,§.item obiicitur
MVTATIO.Quod mutatio nõ debet in his fieri quæ rationabiliter & vtiliter sunt à patribus diffinita,25.q.2.cum piè,& c.ecclesiasticè.
Quod Deus mutabilitatem nescit,omnis autem creatura vitiosa est,quia mutabilis est.de pœn. dist. 2. circa fi.
Quod licet Deus sit incommutabilis,tamẽ sæpè mutat promissa,cum ex misericordia temperat sententiam. 22.q.4.incommutabilis,& c.non semper.
Quod Deus nouit mutare sententiam quando de malo in melius homines mutantur.de pœ.dist.1.si agamus,& §.seq.Exemplum de Ninive,& de Ezechia rege,cui quindecim annos addidit.
Quod Romana ecclesia statuta sua secundum temporis exigentiam quandoque mutat,25.q.vlt. postea quam, §.his ita.& §.vlt.& c.ita nos.
Quod illa quæ non sunt cõtra Euangelia aut sanctorum decreta,pro necessitate temporum quãdoque mutantur,44.dist.c.vlt.25.q.vlt.priuilegia,& c.amputato.
Quod mutantur reges propter negligentiam regiminis,15.q.6.alius.
Item episcopi vel alij prælati de loco ad locum propter exigentiã tẽporis mutantur,7.q.1.mutationes.
Quod sedes episcopales mutantur,vel duæ in vnam rediguntur causa hostilitatis vel paupertatis, 25.q. 2.§.humilitatis,& c.ita nos.
Quod priuilegia,quia pro necessitate corrigendorũ vitiorum dantur,& quandoque penitus immutantur,25.q 2.§.his,c.posteaquam.
Item mutantur incautè promissa,22.q 4.in malis, & c.seq.
Item mutantur in melius consilia & proposita, 12.q. 1.certè.vbi Augustinus mutauit consiliũ,22.q.2. beatus.vbi Paulus propositum eundi ad Hispaniã mutauit.
Item mutatur pœna in pœnam vel pœnitentiam, 22. q.4.innocens credit,ex his,vbi de Iosue & Gabaonitis,23.q.5.c.1.circa med.
Quod non sufficit peccatori mores in melius cõmutare,sed etiam debet de pręteritis satisfacere.de pę. dist.1.§.Christus.
Quod Nabuchodonosor rex non corporaliter sed mẽtaliter in bestiam mutatus est,quia credens se bestiam,ab hominibus secedens cum bestiis morabatur.23.q.5.remittuntur.
MVTILATIO.Quod mutilatio membrorum la tronũ proficit eis,quia debilitata mẽbra nequeunt exercere consueta.23.q.3.si quis fortitudinem.
Quod mutilatus vel abscisus per se vel per alium ex cluso decenti causa non potest promoueri,33.dist. maritum,& 36.dist.c.illiteratos.
Quod qui sibi ipsi virilia mutilauerit,non solum non promouetur,sed etiam suiipsius homicida reputatur,50.dist.si quis absciderit,& c.seq.
Quod qui volens partem digiti sui mutilauerit,ab ordinibus abstinebit,45.dist.qui partem.
Quod mutilator alterius non debet promoueri,55.d. c.vlti.
Quod si qui per medicos castrati vel mutilati essent propter infirmitatẽ,aut à Barbaris ppter infidelitatẽ,aut à dominis vt eunuchi fierẽt,si aliàs inueniuntur digni,possunt promoueri,55.di.si qs à medicis.
MVTVS.Quod mutus per signa baptismum &pœnitentiam & alia sacramenta petere potest,26.qu.6. qui recedunt,& c.seq.
Quod prælatus qui non redarguit vitia subditorum, canis mutus dicitur,43.dist.sit rector.
NABATH.Quod Nabath fuit pater Hieroboã. qui regnum appetens in populo Dei schisma fecit.7.q.1.denique.
Quod Nabath vineam suam in ortum olerum cõmutare noluit,23.q.8.conuenior.

NABVCHO

Source : BIU Cujas

NABVCHODONOSOR. Quod Nabuchodonosor Danielem de lacu leonum & persecutionibus liberauit, 23.q.5.si propter ea.

Quod Deus malos per Nabuchodonosor flagellauit, & post propter superbiam mutatus mẽte in bestiã, cũ bestiis vixit, 23.q.3.§.1.circa med & q.5 remittuntur.§.hinc, circa med.

Quod Nabuchodonosor propter superbiam in bouẽ ex homine est mutatus, 17.q.4.minor.

Quod quia Nabuchodonosor per flagella corrigitur, & Pharao per flagella induratur, innuitur quòd medicinæ salutis non operantur in singulis, 23.q.4.Nabuchodonosor.

NATIVITAS. Quod natiuitas est triplex, videlicet naturæ, gratiæ, & gloriæ.

Quod natiuitas naturæ prima est in vtero, iuxta illud, Quod enim in ea natũ est.de qua natiuitate, de cõse.dist.4.firmissimè.

Item alia est naturæ ex vtero, scilicet quando puer in notescit, iuxta illud. Natus est homo in mundũ, de qua de conse.dist.4.quisquis, c.qui in maternis.

Quod natiuitas gloriæ est quando deposita vetustate pœnæ nascitur homo ad gloriam, de conse.dist.4. post Baptismum. Sic mors sanctorũ natalis dicitur, 24.q.2.sanè quòd.

Quod natiuitas gratiæ est quando quis nascitur per baptismũ. iuxta illud, Oportet nasci denuo. de cõs. dist.4.qui in maternis.

NATVRA. Quod natura condidit omnibus nationibus ius commune, sicut est maris & fœminæ cõiunctio, puerorum successio & educatio. 1.dist.ius naturale.

Quod cõtra naturam coitus semper fuit illicitus & dãnabilis, 32.q.7 vsus. 35.q.3.nec eã, §.naturę, & c.se.

Quod violatur diuina societas cũ natura cuius ipse auctor est, libidinis peruersitate polluitur, 32.q 7. flagitia.

Quod naturali iure omnia sunt cõmunia. & quòd cõsuetudo induxit meum & tuum, 8.dist.differt.

Quod præscientia vel prædestinatio diuina nullã naturæ infert necessitatem, 23.q.4.Nabuchodonosor.

Quod in culpam cadere naturale est, doluisse virtutis. de pœ.dist.3.ille rex.

Quod natura dæmonum in pluribus subtilior & nobilior est quàm natura hominum, 26.q.4.sciendum.

Quod sancti cum ex naturæ fragilitate corruerint, acriores ad currendum cursum salutis resurgunt, de pœn.dist.3.ille rex.

NAVIS. Quod nauis quæ propter Ionæ fugam immergebatur, significat quòd propter excessus maiorũ cõtingit afflictio minorum, 1.q.4.ecclesia. §.his ita.post medium.

Item in hoc quòd multa merita apostolorũ nauigabãt, & proditoris perfidia nauis procellis agitabatur, innuitur quòd propter vnius malitiam multi boni puniuntur, 24.q.1.non turbatur.

Quod Paulo causa prædicationis in Italiam veniente nauis concutitur, innuitur, quòd aduersitas bonis votis obiicitur, 7.q.1.aduersitas.

Quod nauis cordis Pauli quæ in naufragio inconcussa stetit, constantiam prædicatoris in aduersitate inuit, 7.q.1.aduersitas.

Quod sicut nauigans multis periculis se exponit, sic qui vxorem ducit, 17.q.2.nos.

Quod sicut nil interest, vtrũ nauis vno grandi fluctu, aut per rimas paulatim aqua intrãte submergatur, sic parua peccata multiplicata tãtũ opprimunt vt vnũ grande. de pœn.dist.1.medicina. circa medium.

NECESSITAS. Quod necessitas est duplex, videlicet simplex, vt est necesse omnes homines mori, 23.q.4.Nabuchodonosor.

Alia est conditionis, vt cum quis scit aliquem ambulare necesse est eum ambulare. Sicut nulla necessitas cogit incedere volentem, tamen necesse est eum incedere, sic quæ ex nulla necessitate naturæ, sed ex libertate arbitrij proueniunt, Deus præuidet & necesse est ea esse, 23.q.4.Nabuchodonosor.

Quod necesse est prædestinata adimpleri, ibidem.

Quod nõ est culpabile quòd necessitas infert. 30.q.1.ad limina.

Quod necessitas non habet legem. q.1.remissionem.

Quod necessitas facit licitũ quòd aliàs nõ esset licitũ, vt patet in trãslationib' episcoporũ, 7.q.1.mutatiões.

Quod translatiões episcoporum vel cõmunis vtilitas vel necessitas debet pluadere, 7.q.1.scias, & 4.c.se.

Quod opera necessitate vrgente facta non sunt laudabilia, 57.dist.si quis.

Quod adultus necessitate cogente baptizatus non est ordinandus, ibid.

Quod id quod ex necessitate conceditur, cessante necessitate debet solui. de conse dist.5.quidquid.

Quod illud quod ex necessitate fit, non fit ex ordine legitimo, sed vsurpato: vnde cessante necessitate debet cessare & id quod pro necessitate statutũ est, 1. quæst. 7.quod pro remedio. & qui. ordinationes, in fin.

Quod in necessitate extrema pœnitentibus sacramenta non sunt neganda 26.q.7. tempora pœnitudinis.

Quod in necessitate patri siue matri fure omnib. aliis baptizare permittitur, 30.q.1.ad limina.

Quod necessitas facit aliena propria, quia tempore necessitatis omnia sunt cõmunia. 47.dist sicut in fine.

Quod olericus raptor est qui vltra necessaria pauperibus non erogat, 16.q.1.c.quoniam.

Quod tempore necessitatis prius subueniendum est propinquo quàm alieno, 86.dist non satis.

Item alieno prius iusto quàm peccatori, 86.dist.fratrẽ. §.in ipsa.& c.non satis.

De hac materia habes vbi agitur de Coactione.

NEGATIO. Quod negatio Christi non tantum fit in verbis, sed etiam in factis, 11.q.3.existimant.

Quod ille negat Christum qui (cum sit) se negat esse Christianum, 11.q.3.non solum.

Quod quoties vitiis vincimur & peccamus, toties Deũ negamus, 11.q.3. existimant.

Quod qui veritatem pro pecunia negant, Deum qui veritas est vendunt, 11 q.3.abnt.

Quod qui negant misericordiam faciendam patientibus, ipsum Christum qui misericordia est, negant, 7.quæ 1.omnis.

Quod quanta vita est confiteri Christum, tanta mors est negare ipsum, 11.q 3.non solũ, §. idem timẽdo.

Quod Petrus negauit Christum, cum se negauit eius discipulum, 11.q.3.non solum.

Quod illi errant qui Petrum de negatione Christi excusant, 11.q.3 non solum. §. idem timendo.

Quod de vno negatur, de pluribus conceditur. ibid.

Quod negatiua probari non potest, 6.q.5.§ vlt.

NEGLIGENTIA. Quod negligentia est eruditionis, nouerca, 83.dist.nihil.

Quod negligentia arguitur in excusatione boni operis, 84.dist.peruenit.

Item in subueniendo miseris, 12.qu.2.aurum, & cap. seq 86.dist.fratrem.

Item in corripiendis peruersis, 83.dist.error.2.q 7.sicut inquit, c.negligere.

Item in eruditione prædicationis, 83.dist.nihil, 43.dist rector.

Item in defensione pauperis, 84.dist.§.1.& c.peruenit. & c.seq.

Quod negligentia prælatorum cedit in discrimen subditorum, 40.dist.si Papa.

Quod negligentia correctionis perdit disciplinam in subditis, 23.q 3.iustum.

Quod negligentes rectores multas sæpe nutriunt pestilentias, dum dissimulant adhibere disciplinam, 86.dist.inferiorem, 45.dist.sed illud.

Quod negligere & non perturbare peruersos, nil aliud est quàm fouere, 83 dist.error.

Quod si negligẽter quæ male vsurpantur corrigũtur, excedendi via aliis aperitur, 93.di.peruen tad nos.

Quod non sufficit clericis turbis negligentibus adæquari, 8.q 1.c.vlt.

Quod desolatio debet esse prælato vbi clericos videt esse negligentiores in bono quàm laicos, 8. quæ. 1. quid autem, 25.q.1.nulli.

Quod prælati de negligentia arguuntur & puniuntur. 22.q.1.si quis, 27.q.1.si custos.

Quod negligentia post admonitionem aggrauatur quantum ad culpam & quantum ad pœnam, 11. q. 2.indigne.

Quod prælati pœna de negligentia est depositio, 81. dist.dictum, 11.q.3 placuit.

Quod negligentia inferiorum suppleri debet per superiores, 8.q.3. Artaldus, 9.q.3.cum simus.

NEGOTIATIO. Quod negotiatio non est in se mala, 88.di.quoniam non.

Quod duplex est negotiatio, videlicet licita & illicita, 88.dist.fornicari.

Quod negotiatio sine periculo minimè exerceri potest, de pœ dist.5 qualitas.

Quod negotiationem excusat velarguit qualitas negotij, de pœ.dist.5.qualitas.

Quod de substãtia mali negotiatoris nouissimè nõ remanet nisi solum peccatum, 88.dist.eiciens.

Quod negotiatio inhonesta clericis est interdicta 88. d.consequens. Nam nemo militans Deo, implicat se secularibus negotiis.

Quod negotiatorẽ clericum, & ex inope dinitẽ, & ex ignobili gloriosum, quasi quãdam pestem fuge, 88. dist.negotiatorem.

Quod negotiatio cupiditatis prohibetur clericis, 88. dist.decreuit, 14.q.4.cler.ci.& c.canonum.

Quod negotiatio pietatis vt inde subueniatur viduis & pupillis, permittitur clericis, 78 dist.decreuit.

NEGOTIVM. Quod negotia circa maiora cauris & diligentius sunt discutienda, 42.dist.quiescamus.

Quod pleraque sunt negotia quæ sine peccato aut vix aut nunquam exerceri possunt, de pœ.dist.5.negotium.

Quod perfectus non est peccatum repetere negotium quod ante sine peccato exercuerunt, de pœ. dist. 5. negotium.

NEOPHYTVS. Quod neophytus dicitur qui nouiter est in fide vel religione plantatus, 47.di.sicut.

Quod non debet in episcopũm ordinari, ne in superbiam erigatur, quia talis nescit humilitatem obseruare, 48 dist §.1.

Quod simonia neophytorum hæresis dicitur, quia aliquando dabant pecuniam vt citius promouerentur, 1 q.1.quisquis.

Quod neophytus expedit plusquã aliis cibis delicatis à vanitatibus abstinere, de conf.dist.5. neophyti.

NECROMANTIA. Quod necromantia est quãdo per incantationes videntur resuscitari mortui, diuinare, & ad interrogata respondere, 26. q.5. nec mirum.

Quod quando necromantia fit, cruor aquæ miscetur vt colore sanguinis dæmones inuocati facilius pro nocentur. ibid.

De hac materia habes vbi agitur. de dæmonibus.

NOBILITAS. Quod nobilitas morum plus ornat quàm genitorum, 40.distin.nos.

Quod nec loci nec generis nobilitate, sed virtute Christi acquiritur gratia, 40.dist.illud.& c.seq.

Quod qui a Adam nobilitatem Dei per peccatum abiecit nobilitate priuatus fuit, 40.dist.Adam.

Quod nobilitati defertur in pœnæ impositione pro excessu, 24.q.1.qui contra.

NOMEN. Quod nomen aliquando propter facti detestationem deprauatur, 17.dist.multis.

Quod nominis interpretatio vel diffinitio diligenter est aduertenda, 12.quæst.1.clericis qui, quæstion.1. c.1.

Quod à Christo Christiani nominantur, de conf. dist. 4.postquam ascendit.

Quod sola nominatio non sufficit ad condemnationem, quia sæpe innocentes in falso crimine nominãtur, 2.q.1.multi. in fin.

Quod sophisticatio nominum in matrimonij contractu, cum dicit se Virgilium cum sit Plato, ditimit matrimonium, 29.q.1. §.1.

NOTORIVM. Quod notorium nec accusationẽ nec probationem requirit, 2.q.1.de manifesta, &c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Iudicio publico.

NOVITIVS. Quod nouitij in fide siue in religione austeriores aliis debent viuere, de conf.distin.5. neophyti.

Quod in religionem intrans tẽpus probationis vnius anni debet habere, 17.q.2.Gonsaldus.

Quod incognitus ante triennium nõ debet recipi ad professionem, & intra hoc tempus si sit seruus aut vxoratus, debet repeti, 17.q.2.si quis, 19.q.3.monasteriis.

Quod nouitij intra tempus probationis non debent ad ordines promoueri, 48.dist.sicut.

Quod in multis deferendum est eis, ne ratione nimiæ austeritatis tanquam minus radicati retro cedant, 25 q 3.c.quædam lex § quod scripsi.

NVPTIAE. Quod nuptiæ dicuntur à nubẽdo, eo quòd puellę pudoris gratia caput obnubere vel velare soleant. 30.q.vlt.nec illud.

Quod nuptię terram implent, virginitas paradisum, 32.q.1.nuptiæ.

Quod velle nubere post votum castitatis damnabile est, 27.q.1.nuptiarum.

De hac materia habes vbi agitur de Matrimonio, *& vbi agitur de* Diuortio, *& vbi agitur de* Bigamia.

OBEDIENTIA. Quod obedientia est quidquid à superiore vtiliter imperatum fuerit obtẽperare, 33.q.1.summa.

Quod obedientia sola fide meritũ possidet, sine qua quisquis fidelis conuincitur, & infidelis esse iudicatur. 8.q 1.sciendum, in fi.

Quod obedientia in scriptis debet promitti, 23.disti. Quinquam.

Quod obediendo in desideratis, & obediendo in contrarijs præter voluntatem, nulla est obedientia, 8.q. 1.sciendum.

Quod obedientia propria voluntate mactatur, 8. q.1. sciendum.

Quod obedientia quia cogit esse sub aliena potestate, nihil debet habere proprium, 7. quæst.1. non dicatis.

Quod obedientia est fructuosa, quia per ipsam in præsenti meretur gratiam Dei, 93 distinct. nulla. & ca. seq.

Item futuram per ipsam meremur salutem, 93. dist. si inimicus, 11 q.3.quid ergo.

Quod sine ipsa incurrimus ęternam reprobationem, 83.dist.nulla.& c.seq.

Quod propter obedientiam est bonum omittẽdum, sed nunquam malum mortalis culpæ committendum, 21.q.3.quid ergo.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod aliis præpositus nō debet ferre molestè aliquē ubi prælatum esse,sed obedientiam quam exigit ab aliis,ipse impendat,23.dist.quanquam,2.qu.6. qui scit.

Quod vbi duo superiores mandant vel præcipiunt oppositа,nō est obediendū,1.q.3.ti is,8.d.quę cōtra.

Quod in dubiis semper est obediendum,23.q 1.qui culpatur,ante fi.

Quod non est semper malum non obedire quia cū præcipitur aliquid contra Deum, prælato non est obediendum,11.q 3,non semper.& 8.cap seq

Quod seruus obediens domino suo malo,excusatur pro tanto,quia seruus,sed nō pro toto,22.q.3.qui compulsus,86.dist.qui prodest.

Quod superioribus festinanter est obediendum,93. dist.si inimicus.

Quod Deo principaliter obediendum,8.dist.quæ cō tra,11.q.3 imperatores.

Item post *D*eum Romanæ ecclesiæ diligentius,12.d. præceptis,93.dist.obedientiam.

Item episcopis,7.q.1.quia frater.

Item sæcularibus potestatibus,8 dist.quæ contra.

Item abbatibus religiosis,18.q.2.abbates.

Item quilibet suo superiori,93 dist.à subdiacono.

Quod ideo Deo principaliter est obediendum , quia sicut potestas maioribus præponitur ad obediendū,sic Deus omnibus hominibus,8.di. quæ cōtra.

Quod post Deum ideo Romanę ecclesiæ est obediē dum,quia ipsa est caput &mater omnium ecclesiarum,12.di.non decet,& c.seq.93. dist. si inimicus.

Quod episcopo à clericis & sacerdotibus suæ dioeceseis est obediendum,& reuerentia debet eis exhiberi,7.q.1.quia.

Quod sæcularibus potestatibus sic est obediendū, vt Deus non offendatur,8,dist quæ contra, 15.qu.6. nos,& c.seq.

Quod abbatibus monachi & alij religiosi specialius suo prælato in his quæ spectant ad regulam,quàm episcopo tenentur obedire,sicut clericus tenetur plus suo episcopo obedire , quàm archiepiscopo, 18.q 2.quàm sit,§.nullus.& c.abbates,9.q.3.conquestus.

Quod omnibus superioribus,dummodo non sint hęretici,licet sint aliàs mali,quādiu tollerat eos ecclesia,est eis obediendum,2.q.7.sacerdotes.

Quod iudex obediendo potestati legitimæ si quem quam occiderit,non culpatur,23.qu.5. Miles,& c. cum homo.

OBLATIO.Quod oblatio est duplex,videlicet spiritualis,quæ est corpus & sanguis Christi,& tēporalis,quæ fit ex rebus mūdi.de consec.d.2.tribus.in fi.

Quod oblatio eucharistiæ quę propriè spiritualis est, omnem oblationem præcellit.de consec. di.2.nihil.

Quod ab omni sorde purgati debēt hanc oblationē offerre,50 d.st.& purgabit,81.dist.oportet.in fine.

Quod immundi ab hac oblatione prohibentur, 81. dist.proposuisti.

Quod licet hæc oblatio sancta sit,non tamē indignè offerens eam sanctificatur,sed plus polluitur, 1.q. 1.prophetauit.

Quod in oblatione rerum tēporalium Deus plus pensat voluntatē offerentium quàm oblatum,24 q.1. odi.14.q 5.scriptum,45.dist.duæ,15.q.6 c.1.§.seq.

Quod quilibet Christianus videtur teneri offerre in festiuitatibus.de consecra.d 1.omnis Christianus.

Quod oblatio ex iniquo est maculata,& ideo infructuosa,14.q.5.immolans.

Quod oblationes iniquorum nō respicit Deus,sicut ad munera Cain non respexit,3.q.7.in granibus.

Quod quidquid in sacrificio Dei ex scelere offertur, non placat ipsius iracūdiam,sed irritat,1.q.1.nō est putanda.

Quod oblationes discordantium,& pauperes opprimentium,non sunt recipiendę,90.dist.oblationes. & c.seq.7.q.4.c.miror.

Quod retinentes oblationes defunctorū , necatores sunt pauperū,13.q.2.qui oblatiōes,& duobus c se.

Quod laici oblationes altarium & præcipuè beati Petri & sanctæ Mariæ rotundæ accipere sub anathemate prohibētur,10.q.1.quia,& c.seq.12.q.1.nulli.

Quod olim de oblationibus fiebant quattuor partes, 12 q.2.vobis,& c.vulteranæ,& 7.c seq.

Quod voluntariè oblata possunt accipi sine peccato, 11.q 2.quæsta,& c.postquam,& cap.seque.18.dist. de eulog js.

Quod indignum est offerre Deo quod dedignatur homo,49.dist.c.vlt.in fi.

Quod illi oblationes non debent percipere, qui vix valent pro se nec pro alio orare,10.q 1.hanc.

OBLIGATIO.Quod obligatio fit propter futuram cautelam,1.q 7 quoties cordis.

Quod oblatio quādoq; fit sub pęna excōmunicationis,1.q.7.quotiescūq; de cōsec.d.2.ego Berēgarius.

Quod coram Deo tantum obligat simplex verbum quantum iuramentum,22.q 5 iuramenti.

Quod bona ecclesiarum laicis obligari non debent, 86.dist.peruenit.

Quod obligati ad ratiocinia non debent ad ordines promoueri,55.dist.priscis.

OBSTINATIO.Quod obstinatio est consiliis salutaribus nolle acquiescere,48. dist.quod ad.

Quod obstinatus est qui post inspirationem vel reuelationem sibi factam in eo quod errauerat, perseuerat,8.dist.consuetudo.

Quod obstinatio in malitia Deus nunquam miseratus fuit nec miserebitur,24.q 2.legatur,&c.damnationis.

Quod ideo obstinati indigni sunt venia,quia peccant ex certa malitia,8 di.consuetudo,82.dist.quia.in fi.

OCCASIO. Quod occasio non est danda alicui per malum exemplum,12.q.1.nolo.

Item nec per fauorem nec per auxilium,14.qu. 6.c.1. circa medium.

Quod sacerdos dat puero occasionem damnationis cum propter sui auaritiam moritur nō baptizatus, 1.q.1.placuit vt vnusquisque.

Quod non omnia quę bono animo fiunt, licet dēt alicui occasionem mala committendi,culpantur,23. q.5.de occidendis,& c non frustra.

Quod qui in ludo licito vel alio modo alterius fuerit prēter intentionem occasio mortis non culpatur, 50.dist.cum qui.& 4.c.seq

OTIVM.Quod otiū siue commodum propriū nemo vtilitati ecclesię debet pręponere, sed vocatus ad regimē miti corde debet obtēperare,16.q.1.vos.

Quod prælatus plus tenetur ouib. commissis quàm otio contemplationis intendere,7.q. 1.suggestum.

Quod nemo debet in loco orationis attendere fabulis otiosis,25 dist.vnum.§.aliàs.ante fi.

Quod de omni verbo otioso reddenda est ratio,22.q. 5.quoties.

Quod incōgruū est otiosum esse, & de alieno labore victū quærere,13.q.1.ecclesias.§.proximo. in fine.

Quod semper aliquid operis faciouete diabolus sem per inueniat occupatum.de consec.dist.5. nunquam.

Quod prodest malefactores truncare,quia ab insanavita ad sanandū otiū diriguntur,23.q.5.c.1.circa me.

Quod non licet Christianis in Calendis otiis vacare, & superstitionibus intendere,26.q.vlt. non licet.

OCCIDERE. Quod occiditur quis multipliciter, videlicet actu in corpore,de pœn.dist,1.homicidiū.

Item odio in corde.ibid.

Item detractione in ore,ibid.

Itē panis subtractione,86.dist.pasce.14.q.5.immolās.

Item in delinquentium non correctione,quia cum pastor delinquentes non arguit,tacendo, occidit, 43. dist.Ephesiis.

OCVLVS.Quod oculus impudicus impudici cordis est nuntius,32.q.5.nec solo.

Quod non tantum sufficit oculos castos custodire, sed etiam linguam,6.q.1.ex merito.in fi.

Quod præcipuè clerici non debent incedere vagi oculis nec lingua effræni,23.dist. his.circa medium.

Quod qui iniuriosè iustos tangit,velut pupillam domini tangit,2.q.7.accusatio quoque,

Quod episcopi sunt oculi Dei,6.q 1.oues.

Quod diaconi,qui non dicuntur archidiaconi , sunt oculi episcopi,quia vice ipsius debent totam dioecesim perlustrare,93.dist.diaconi ecclesię.

Quod priuatus oculo qualicumque ex causa priuatur sacerdotij iure,55.dist.si Euangelica.

ODIVM. Quod odium fraternum & homicidium pari culpa iudicantur,de pœn.distin. prima,homicidium.

Quod odio debent haberi peccata,non homines,85. dist.odio,23.q.4.duo,

Quod clerici maxime debent odium & æmulationes fugere,23.dist.his igitur.

Quod nemo potest veram pœnitentiam agere,nec gratiam baptismi recipere,nisi primum dimittat odiū in corde,de pœn.dist.5 falsas de cons.di.4. quomodo.in fi.

Quod qui diurnum odium non dimittit admonitione præmissa per presbyteros,à cœtu fidelium est expellendus,dist.90.placuit.

Quod probatur odisse vitia qui arguit delinquentes, 26.dist.inferiorum.

OFFICIVM.Quod officium aliud est sæculare , aliud diuinum siue ecclesiasticum,39.dist.si officia.

Quod officiū sæculare aliud est licitum, quod scilicet caret peccato,aliud illicitū,quod sine peccato exerceri non potest,de pœn.dist.5.falsas.

Quod officiū illicitum est deserendum, quia existēdo in ipso pœnitentia non potest agi,de pœ.d. 5.falsas.

Quod occupantes se illicitis officiis, ab ecclesiæ officiis sunt expellendi,88.dist.consequens est.

Quod clericis artificio licet victum quærere absque domini officij detrimento,91.di.clericus.& c.seq.

Quod officium diuinum siue ecclesiasticum est diligēter exequendum,12.dist.de iis,91.dist.presbyter.

Quod officium Metropolitanæ ecclesiæ obseruandū est per prouinciam,12.dist.de iis.de consec.dist.2.institutio.

Quod diuinum officium,præcipuè missa , securius cū pluribus exequitur,7.q.1.illud.

Quod ordinem officij in matutinis & in missa,& aliis horis conuenit omnibus clericis custodire, de cōsec.5 conuenit,& duob.c.seq.

Quod post matutinas & post vesperas , semper pater noster,est dicendum.de consec.dist.5. id semper.

Quod seruius est clericorum septem horarum officia qualibet die persoluere,91.dist.presbyter.

Quod septem horæ ibidem enumerantur.

Quod clerici in sacris & beneficiati tenentur ad horas canonicas,& ad officia diuina,92.dist.c.vlt.

Quod prælati officium diuinum aut per se aut per clericos debent explere,91.dist.presbyter.

Quod clericus diuinum officium non explens debet deponi,92.dist.c.vlt.

Quod officium diuinū plus corde quàm voce est exercendum & exequendum,92 dist.cantantes.

Quod publicus concubinarius missam & alia diuina officia exequi non debet,32.dist.prēter hoc.

Quod officium simoniacorum & in formicatione iacentium scientes nō est audiendum,32 dist.prēter hoc. §.verum.in fi.

Ministros officia ecclesiæ exercentes , sicut lectores, acolythos,subdiaconos,sacerdotes,& archiepiscopos,& episcopos,& alios , habes quos ibet in hoc opere in suo loco cum suo officio declaratos.

Quod officia ecclesiastica singula singulis personis sunt distribuenda,89.dist.c.1.

Quod quantūcunque exercitatę personę duo officia vno tempore non sunt committenda,89 d.singula.

Quod in ecclesiæ officiis vitanda est consanguinitatis successio,ne hęreditario iure credant se ea vendicare,8 q.1.apostolica.

Quod portus sunt danda extraneis bonis quàm propinquis malis,8.q.1.Moyses.

De officiis ecclesiæ habes vbi agitur de Beneficiis,& vbi agitur de Ecclesia,
De officio diuino habes,& vbi agitur de Cantu & celebratione,& vbi agitur de eucharistia,& vbi agitur de Missa & de ordine.

OMISSIO Quod omissio casu vel per errorem cōtingens caute est supplenda,1.q. 1.spiritus.§.proximo,7.q.1.nihil.52,dist.solicitudo.

Quod quando substantiale omittitur,non valet quod agitur,de cons.di.4.in synodo,22.q.2.animaduertēdum,de pœn.dist.5.fratres.

Quod quando aliquid propter maius bonum omittitur,non contemptus,sed prouidētia iudicatur, 63. dist.Hadrianus.

OPERA.Quod opera bona vigilanter sunt facienda,86.dist.fratrem.

Quod quotiescumque bonum agimus, Deum confitemur,sicut econtra malum faciendo ipsum negamus,12.q.3.æstimant.

Quod Deus in operib.bonū plus respicit animū quàm actum,15.q.6.quandoque à sacerdotibus, in fi.

Quod vbi Christus nō est fundamentū, nullius boni operis potest esse ædificium,1.q. 1. cum Paulus.

Quod Deus de malis actibus hominum bona operari consueuit,23.q.5.relegentes.

Quod opera non sunt præcipitanda, sicut nec consilia,50.dist.ponderet.

Quod non solum respicienda sunt opera,sed etiā circunstantiæ operū,videlicet tempus, causa,volūtas, personarum differentia,13.q.8.occidit.de pœ.dist. 2.vt cognouerunt,§.opponitur.in fin.

Quātum ad tempus respicienda sunt, quia multa permittebantur olim,quæ non modo,& modo,quæ nō olim,32 q 4.quis ignoret,& c.seq.35.q.1.cap.1.34. dist.fraternitas.

Quantum ad causam,sicut quia *P*hinees non occidit propter personæ odium,sed propter legis zelū,23. q.8.legi.& c.seq.& q 6.cum homo.

Quantum ad voluntatē,quia qui prēter voluntatē occidit,non sic culpatur sicut voluntatē habēs,50.di. eum qui,& 4.c.seq.15 q 1.non est.& tribus ca.seq.

Quantum ad personarum differentiam,videlicet vtrū sit persona nobilis vel ignobilis,vtrū sit sapiens vel stultus,40.dist.homo Christianus.

Quod sanctorum filij non dicūtur qui tenent loca eorum,sed qui eorum exercent opera,40 dist.non est.

Quod bona opera prosunt ad dignitatis sublimationem,56.dist quia.

Item ad irregularitatis dispensationem,1.q.7.tali.

Quod mediocre bonum opus maiori non est præferēdum,de cons.dist.5.non mediocriter.

Quod culpa pia operatione solet purgari,22.q.2.quæ libet.Exemplum ibi de obsequentibus.

Quod aliquando sunt facienda ad quæ non tenemur, & illa sunt gratiosiora,28 q.1 iam,post medium. Exemplum ibi de Christo qui tributum soluit cū non teneretur.

Quod bona opera mortificantur per peccatum mortale,de pœn.dist.4.§.finis circa med.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod reuiuiſcunt per pœnitentiam.
Quod per opera bona teguntur peccata, 45. diſt. ſed illud.
Quod opera facta extra fidem & charitatem non valent ad ſalutem, 24. q. 1. odi. & c. ſeq. de cõſe. diſt. 5. nihil enim.
Quod licet malis bona opera non proſint ad ſalutẽ, nõ tamen ſunt omittenda, quia proſunt ad alia, 14. q. 5. qui habet s, & § ſeq.
Quod licet quædam opera ſint indifferentia, tamẽ in ipſis quis demereri poteſt & mereri, 23. qu. 5. lex, & 4. c. ſeq.
Quod opus male inchoatum bonum finem habere non poteſt, 1. q 1. principatus.
Quod ſicut peccatum opus ſine voluntate non facit, ita & inſtitia ex opere non conſummatur niſi voluntas affuerit, 32. q. 5. ſicut enim.

De hac materia habes vbi agitur de eleemoſyna.

OPPRESSIO. Quod oppreſſio dicitur quæ fit in pauperes cõtra iuſtitiã & veritatem, 11. q. 3. pauper.
Quod omnis oppreſſio & iniuſtitia iudicium ſanguinis eſt. de pœn. diſt. 1. omnis.
Quod oblatio oppreſſorum pauperum non eſt recipienda, 90. diſt. oblationes, & c. eorum.
ORATIO. Quod oratio eſt pij animi affectus, omnia in Deum prætendens. de conſe. diſt. 1. quando autem ſtamus.
Quod non verbis tantum, ſed corde orandum eſt domino. de conſe. diſt. 5. non mediocriter.
Quod in oratione nil aliud debet cogitare animus, quàm id de quo deprecatur. de conſec. di. 1. quãdo.
Quod cum quolibet verbo orationis debet concors eſſe ſenſus cogitationis. de conſec. diſt. 4. nũquam.
Quod orationis voces ad aures Dei non diriguntur niſi cum animi affectu, 38. diſt. ſedulo.
Quod melius eſt quinque pſalmorum cantatio cum deuotione, quàm totius pſalterij modulatio cum anxietate, de conſe. diſt. 5. non mediocriter.
Quod verſus oriẽtem eſt orandum, & per conſequẽs oratoria ſunt facienda, 11. diſt. eccleſiaſticarum.
Quod in ſignum reſurrectionis Chriſti diebus dominicis & tempore paſchali non eſt orandum cũ proſtratione, 30. diſt. ſi quis presbyter.
Quod oratio dominica ſcilicet Pater noſter, poſt alias horas ſemper eſt dicenda. de cõſe. diſt. 5. id ſemper.
Quod orandum eſt ſine intermiſſione, de conſe. diſti. 5. nunquam.
Quod prælati præcipuè orationi debent eſſe intenti, quia non tantum pro ſe, ſed etiam pro ſubditis tenentur orare, 36. diſt. ſi quis vult.
Item clerici & religioſi, 12. q. 1. duo.
Quod prælatis non ſufficit oratio, niſi & aſſit eleemoſynæ largitio, 86. diſt. fratrem.
Quod oratio eſt peccatorum purgamentum, 1. q. 1. ipſi ſacerdotes.
Quod ideo ſacerdotes dicuntur peccata hominum comedere, quia ea ſuis orationibus delent atque conſumunt, 1. q. 1. ipſi.
Quod oratio eſt contra viſibiles & inuiſibiles hoſtes efficax iuuamentum, 36. diſt. ſi quis vult.
Quod per orationem diuina ſecreta reuelantur, 8 q. 1. ſi ergo.
Quod homines ſiue mortui, ſiue viui orationibus adiuuantur, 23. q. 2. non æſtimemus, & quattuor c. ſeq.
Quod quia à Papa ſalus dependet omnium, ab omnibus pro ipſo eſt orandum, 40. diſt. ſi Papa.
Quod pro illis qui ſeipſos interficiũt, vel pro illis qui pro ſuis ſceleribus interfecti ſine contritione decedunt, non eſt orandum, 23. q 5. placuit.
Quod quãdo oratio à meliori porrigitur, tanto citius exauditur, 1. q. 1. ipſi, 14. q. 5. ſcriptum.
Quod Deum prouocans propriis peccatis non bene poteſt intercedere pro alienis, 1. q. 1. fertur, §. vulnerato, & q. 6. ego, in fin. 3. q. 7. in grauibus.
Quod cum is qui diſplicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur, 3. q. 7. in grauibus.
Quod orationis tempore ab opere coniugali eſt abſtinendum. 33. q. 4. per totum.
Quod quia ſacerdotibus ſemper eſt orandum, ideo ipſis à mulieribus ſemper cauendũ, 31. di. ſi laicus.
Quod plus aliis ad orandum obligantur, qui aliorũ eleemoſynis vtuntur. 10. q. 1. quia.

De hac materia habes vbi agitur de Officio, & vbi agitur de Miſſa.

ORDO. Quod ordo eſt duplex, videlicet triumphãtis eccleſiæ, & militantis, 89. diſt. c. ad hoc.
Quod nullius vniuerſitatis gereretur adminiſtratio. qua ſubſiſtere poſſet niſi eam magnus differentiæ ordo ſeruaret, 89. diſt. ad hoc.
Quod triumphantis eccleſiæ nouem ſunt ordines angelorum ſub octo generibus lapidum deſignati, de pœ. di. 2. principium, §. omnis lapis.
Quod in militanti eccleſia nil debet eſſe inordinatũ, 61. diſt. miramur.
Quod ordo familiæ Dei nutabit ſi quod requiritur in corpore, non inuenitur in capite, 61. miramur.
Quod nouem ordinum gradus ſunt in eccleſia militãti, videlicet pſalmiſta, oſtiarius, lector exorciſta, acolythus ſubdiaconus, diaconus preſbyter, epiſcopus, quorum nominum derivationes & officia ipſis conſignificantia habes, 21. diſt. cleros. Et in hoc opere habes vnũquodque poſitum in loco ſuo ſecũdum ordinem alphabeti.
Quod ordo epiſcoporum quadripartitus eſt, vt habes ſupra vbi agitur de epiſcopis.
Quod omnes prædicti ordines dicuntur ſacri, præcipuè tres, videlicet ſubdiaconatus, diaconatus, & preſbyteratus, § 2. diſt. erubeſcant.
Quod antiquitus ſubdiaconatus non reputabatur ſacer ordo vnde in epiſcopum eligi non poterat niſi cum diſpenſatione, 40 diſt. nullus in epiſcopatum, 21. diſt. § 1. in fi. Vide quod ibi notatur.
Quod modo ordinandus in ſubdiaconum debet vouere caſtitatem, 27. di. diaconus, & 28. nullum, & c. decernimus, & c. de his.
Quod pueri nullatenus ad ſacros ordines ſunt promouendi, 1. q. 1. pueri.
Quod infantes videlicet ſeptem annos habentes poſſunt tonſurari in clericos, & beneficia eccleſiaſtica per conſequentias habere, 28. diſt. de his.
Quod ordinandus in lectorem vel exorciſtam, xij. annorum debet eſſe, 28. diſt. de his.
Item ordinandus in acolythum ad minus debet eſſe duodecim ann. 77. diſt. in ſingulis.
Quod nemo niſi 18. anno cõpleto & caſtitate promiſſa, debet in ſubdiaconum ordinari, 28. diſt. de his.
Quod in diaconum ordinandus, xxx. annos debet habere, 28. diſt. de his.
Quod excepta neceſſitate nec in preſbyterũ nec in epiſcopũ quis debet ordinari niſi tricesimo anno cõpleto, 77. d. c. epiſcopus, & c. ſeq. 78. diſt. per totum.
Quod à minoribus ordinibus incipiẽdo debet gradatim aſcendere in preſbyterum vel epiſcopum ordinandus, 77. diſt. c. 1. & c. ſeq.
Quod qui prætermiſſis aliquibus ordinibus epiſcopus efficitur, illos ordines quos non habet, aliis dare non poteſt, 1. q. 1. gratia, de conſ. diſt. 3. quando ab Hieroſolymis.
De modo ordinandi epiſcopũ habes, 23. d. epiſcopus.
De modo ordinandi preſbyterum habes, 2. diſt. preſbyter, & c. eccleſiaſtica.
Quod epiſcopus ordinando preſbyterum dicit hæc verba, Conſecrentur & ſanctificentur domine manus iſtæ, vt quidquid conſecrauerint, conſecratum ſit, & quæcunque benedixerint, benedicta ſint, 16. q. 1. generaliter, in fin.
De modo ordinandi diaconum habes, 23. diſt. diaconus. & c. ſeq.
De modo ordinandi ſubdiaconum habes, 23. diſt. ſubdiaconus,
De modo ordinãdi acolythum habes, 23. d. acolythus.
De modo ordinandi exorciſtã habes, 23. d. exorciſta.
De modo ordinandi oſtiarium habes, 23. d. oſtiarius.
De modo ordinandi lectorem habes, 23. diſt. lector.
De modo ordinandi pſalmiſtam habes, 23. di. pſalmiſta.
Quod in ordinando ſolum diacono & preſbytero ab epiſcopo manus imponuntur, 23. diſt. quorundam.
Quod ſi epiſcopus manum tantum ſuper ordinandos ponat, & alter verba conſecrationis proferat, nihil fit, 23. diſt. quorundam.
Quod duos primos ordines minores in ſuo monaſterio poſſunt conferre abbates, 69. diſt. quoniam.
Quod ordinandi ſiue ſint epiſcopi ſiue alij clerici, ſunt prius diligenter examinandi, 24. di. per totũ, 76. diſ. ſi quis & c. ſeq.
Quod ordinarius vel per ſe, vel corã ſe per fide dignos tribus diebus ante ordinationem ordinãdos debet in fide, moribus, & fama examinare, 24. diſt. quãdo epiſcopus, & c. ſeq. 77. diſt. monachus.
Quod ad ordinationem clerici ſufficit teſtimoniũ epiſcopi proprij ſine examinatione, 16. q. 1. ſi quis.
Quod in examinatione monachi teſtimonium ſufficit proprij abbatis ſine examinatione ordinantis, 16. q. 1. monachi.
Quod ſine examinatione ordinatus debet deponi, 24. diſtin. ſi quis preſbyter, 50. diſtin. ex pœnitentibus.
Quod tempus ordinationis ſacerdotum & aliorum clericorum eſt ſabbatum quatuor temporum, & ſabbatum præcedens dominicam paſſionis, & ſabbatum ſanctum, 63. diſt. litteras, 75. diſt. quoniam, §. cæterum. vſque ad finem. 76. diſt. per totum.
Quod mane dominici diei ſequentis continuato ieiunio poſſunt fieri ordinationes, 75. diſt. quòd à patribus. & cap. ſeq.
Quod epiſcopi die dominico, & alij clerici die ſabbati præter dominicam debent ordinari ſicut ab apoſtolis traditum inuenitur, 75. diſt. quod die.
Quod epiſcopus faciens ordines ſabbato, poſt nonã, miſſam decantare debet, quia officiũ ad dominicã ſpectat, 75. diſt. c. vlt.
Quod propter dignitatẽ diei dominicę ſtatutũ eſt ordines fieri illo die, quia Deus illam diem maximis operibus quę fecit, conſecrauit. 75. diſt. quod dic.
Quod ordinantes & ordinandi debẽt eſſe muni. 75. diſt. quod à patribus. & c. ſeq.
Quod ordinandi promiſſionem debent epiſcopo facere ſub iuratoria cautione de obedientia & aliis honeſtis, 23. diſt quanquam.
Quod nullus ſine certo titulo eſt ordinandus, & ſi ordinatus, vacua & irrita eſt quantum ad executionẽ eius ordinatio, 70. diſt. neminem, & c. ſeq.
Quod monachus etiam ſi non profeſſus fuit, vel quilibet alter religioſus ſub titulo monaſterij ordinatus ad ſeruiendum ibidem perpetuo obligatur.
Quod nemo debet coactus ordinari, quia, vt videtur, talis non recipit characterem, 74. diſt. per totum.
Quod nullus debet pretio vel fauore ſed ex vitæ merito ordinari, 1. q. 1. pueri.
Quod ordinandus debet eſſe ſõbrius, non vinolẽtus, 35. diſt per totum.
Item debet eſſe hoſpitalis, 42. diſt §. 1.
Item debet eſſe prudens in ſacra ſciẽtia, 36. di. vſque ad 38 diſt per totum.
Item debet eſſe domui benè præpoſitus, vt pote qui familiam ſuam bene educauerit, 47. diſt. ſicut hi. §. neceſſe, & c. ſeq.
Quod multi faciũt ſe ordinari nõ propter deuotionẽ, ſed propter ſuppliẽdam penuriã, 77. diſt. monachus.
Quod beneficiati vt ordinentur per epiſcopum ſunt compellendi, 60. diſt. innouamus.
Quod ſicut inuitus qui ordinari renuit, ſacris altaribus eſt amouendus, ſic ambiens vltro ſe offerens eſt repellendus. 1. q. 6. ſicut.
Quod nolentes ordinari ad illos ordines quos ſtatus requirit per epiſcopum, honore ſunt priuandi, 60. diſt. innouamus.
Quod nõ debet ordinari niſi diaconus in archidiaconũ, & preſbyter in archipreſbyterum, & in decanũ non niſi preſbyter, 60. diſt. §. 1. & tribus c. ſeq.
De multis generibus hominum non ordinandorum habes, 34. d. præcipimus. & quatuor c ſeq. 50. di. ex pœnitentibus, 51. diſt. per totum.
Item de bigamis non ordinandis habes, 33 di. per totum. & habes ſupra vbi agitur de Bigamia.
Quod habens vxorem ante baptiſmum & aliam poſt, ſiue vxorem ſiue concubinam, non eſt ordinandus, niſi cum diſpenſatione, 33. diſt. ſi quis & c. maritũ. & c. habuiſſe. & 34. diſt. c. fraternitatis.
Quod bigamus ad ſubdiaconatum & ſupra ordinari non poteſt, 32. diſt. ſeriatim.
Quod nemo coniugatus ordinari debet niſi vxore requiſita, & caſtitate pręſente epiſcopo promiſſa, 77. diſt. epiſcopus.
Quod in orientali eccleſia ordinandi etiam ad ſacros ordines licitè contrahunt, ſed non in occidentali, vbi ad continentiam obligantur, 31. diſt. aliter.
Quod corrumpens virginem & poſt contrahens cum eadem, videtur quòd non poſſit ordinari, 34. diſtin. curandum, & c. ſeq.
Quod an in ordine lapſus poſt peractam pœnitentiã in ſuo ordine valeat remanere, aut ad vlteriores ordines conſcendere, 50. diſt. per totum.
Quod vſurarij & cupidi, quia tales de facili à vero deuiant, ordinari prohibentur, 47. diſt. per totum.
Quod homicidiũ ſiue pagani, ſiue Chriſtiani, ſiue publicum, ſiue priuatum, etiam poſt peractam pœnitẽtiam impedit ordinandum, & ordinati officiũ exequendum, 50. diſt. miror. & c. ſeq.
Quod ſerui niſi libertati fuerint dati, non ſunt ordinãdi, 54. diſt. per totum.
Quod mulier non debet ordinari, 42. diſt. mulieres.
Item illegitimi, niſi ſint in religione, abſque diſpenſatione non debent ordinari, maximè ad curam animarum, 56. diſt. per totum.
Quod ordinandus debet recipere litteras ſuæ ordinationis, 2. q. 1. legum.
Quod non omnia, quæ ordinandum impediunt, ordinatum deliciunt, 15. q. 2. ſi quis.
Quod ordinatus in presbyterum prætermiſſo ordine vno de minoribus, non debet exequi officium, 59. diſt. ſi officia, & duobus c. ſeq.
Quod ordinati ab hęreticis ſuſpenſis & interdictis in forma eccleſiæ, recipiunt characterem, ſed irrita dicitur eorum ordinatio quantum ad executionem, qua carent, 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis.
Quod ordinatus ab hęretico non eſt reordinandus, 12. diſt. ſecundum.
Quod ordinati ab hæreticis, ſi aliàs digni ſunt, tolerãtur, niſi ſe fecerint reordinari ab ipſis, 1. qu. 7. ſalubertumum in fin.
Item niſi ſe ſimoniacè à ſimoniaco fecerint ordinari, 9 q 1. excommunicati.
Itẽ niſi ſe fecerint rebaptizari de conſ. diſ. 4. eos quos.
Item niſi in contemptum fidei, & eccleſiæ ſe fecerint ab hæreticis baptizari, 1. q. 7. conuenientibus.

Vide verſus.

Siue.

Source : BIU Cujas

Sine bis, ordo datur, seu baptiſmus repetatur,
Vel ſi præſtetur, vt vtrumque Simõ operetur,
Seu vt euertatur fidei ſtatus, ordo petatur,
Vt diſpenſetur, ſpes irrita prorſus habetur.

Quod qui coactus ab hæretico vel ſimoniaco ordinem receperit, conſequitur executionem, 1. quę. 1. conſtat.

Quod fictè ordinatus vel in mortali peccato, nõ eſt reordinandus, 68. diſt. ſicut.

Quod ordinari ad ſacros vxor poſt mortem eius nõ poteſt contrahere, 28. diſt. quia ſunt culpæ.

Quod epiſcopus ordinãs ſcienter indignum punitur, 34 diſt. quando. in fi. & 50. diſt. ex pœnitẽtibus, & 59. diſt. qui eccleſiaſticis.

Quod indignus dicitur ad ordines promoueri quis multipliciter, videlicet ratione conditionis, vt cum ſeruus alterius ordinatur, & tunc ordinans condẽnatur in duplum, 54. diſt. ſi ſeruus.

Item ratione ætatis, & tũc ordinatus deponitur, 77. diſt. ſubdiaconus.

Item ratione temporis, ſicut quattuor tẽpora, & quæ ſunt legitimè ordinata, & tunc ille ordinatus deponitur, & ordinandi poteſtate priuatur, 77, diſt. ſubdiaconus.

Item ratione carentiæ beneficij, & tunc ad iniuriam epiſcopi deponitur, 70. diſt. neminem.

Item ratione bigamiæ vel alterius irregularitatis, & tũc epiſcopus ordinandi poteſtate priuatur, & ordinatus ordine ſpoliatur, 50. diſt. ex pœnitentibus.

Item ratione publici criminis, & tam ordinator quàm ordinatus deponitur, 51. diſt. aliquantos.

Item ratione inſcientiæ, & tunc ordinator ordinandi poteſtate priuatur, & ordinatus ordine ſpoliatur, 36. diſt. qui eccleſiaſticis.

Quod ordinatus à non epiſcopo debet reordinari, 68. diſt. per totum.

Quod epiſcopus alterius diœceſis clericum ſine dimiſſoriis ordinare non debet, 9. q. 2. per totum, 71. diſt. clericos, 21. q. 2. quoniam.

Quod epiſcopus clericum ſuum ab alieno epiſcopo ſine conſenſu ſuo ordinatũ, ante executionem officij recipere poteſt, & ſecum diſpenſare, dummodo ſententiam cõtra tales non tulerit, 9. q. 2. Lugdunen. §. ſeq.

Quod illi furtiuè dicuntur ordinem recipere, qui abſq; cõſcientia epiſcopi & abſq; examinatione ordinãtur, 64. d. extra. conſcientiam, 24. diſt. quando.

Quod tales ipſo iure ſunt irregulares, & ſi prohibiti vel excõmunicati ſunt promoti, ſunt deponendi, 24. diſt. c. vlt.

Quod exceptis minoribus ordinibus, vt eſt cõſuetudo, nulli licet plures ordines vno die accipere, 77. diſt. monachus.

Quod accipiẽs duos ordines ſimul, maximè poſt examinationem, eſt deponendus, 77. diſt. ſubdiaconus.

ORNATVS. Quod ornatus hominis eſt duplex, videlicet interior, & exterior, 41. diſt. §. 1.

Quod ornatus Chriſtianorum verus eſt non in ſplẽdentia veſtimenti, ſed moris boni, de conſe. diſt. 5. fucare.

Quod nihil in corona epiſcopi ſplendidius eſt quàm humilitas, 100. diſt. contra mortem. poſt med.

Quod ornatus epiſcopi vel clerici exterior in multis cõſiſtit, videlicet vt comam non nutriat, 23. diſtin. clerici qui.

Item vt veſtes religioſas habeat, 21. qu. 4. omnis, 41. diſt. §. 1.

Item vt ſine operimento decenti non incedat, 21. q. 4. epiſcopi.

Item vt nunquam guttur vel fauces vel faciem vnguẽto liniat, 92. diſt. cantantes.

Item vt in religionis habitu & cibo cũ quibus viuit, conueniat, diſt. 41. §. vlt.

Item vt inceſſu graui maturitatem mentis oſtendat, 41. diſt. clericus.

Item in cibo & potu temperantiam & ſobrietatẽ prætendat, 41. diſt. §. vlt.

Quod in ornamẽto ſummi pontificis rationale deſignat, quia in pectore pontificis debet eſſe cognitio veritatis, 36. diſt. qui eccleſiaſticis, §. ecce.

Quod clerici debent eſſe ornati exterius, videlicet in ceſſu & habitu, vt non ſordidis vel fulgidis veſtibus ſe ornent, 40 diſt. §. 1.

Quod tunc inceſſus ſacerdotis ordinatus quãdo grauitatẽ itineris mentis maturitatem oſtendit, 41. d. parſimoniam.

Quod exterior ornatus tolerabilior eſt in fœminis quàm in viris, de conſec. diſt. 5. fucare.

Quod ornatus meretricius non eſt ad placendum hominibus, ſed ad placendum dæmonibus. de conſe. diſt. 5. fucare, in fine.

Quod prælati debẽt intendere vt templa Dei ornata reſplendeant, 86. diſt. non ſatis, §. item perfecta.

Quod nullus ornat' eccleſiæ ſic debet eſſe carus quin pro neceſſitate pauperũ & captiuorum ſit expẽdẽ dus, 86. d. diſt. non ſatis, §. item perfecta, 12. q. 2. aurũ, & c. gloria.

OSCVLVM. Quod oſculum pacis in miſſa ante cõmunionem eſt dandum, de conſe. diſt. 2. pacem.

Quod oſculum laſciuum libidinis eſt incitamentum, 27. q. 1. nec aliqua.

Quod quia monachi ſemper debent eſſe puri, fœminas non debent oſculari, de conſ. diſt. 4. monachi.

Quod excommunicatis non eſt communicandum in oſculo, 11. q. vlt.

OTTO. Quod Otto Imperator primus iurauit Ioanni Papæ fidelitatem, & omnia iura papalia defenſare, 63. diſt. tibi domino.

De hac materia habes vbi agitur de Imperatoribus.

OVIS. Quod oues Chriſti vocantur omnes Chriſtiani, 23. q. 4 diſplicet.

Quod is qui vult Chriſti oues & renuerit paſcere oſtendit ſe paſtorem ſuum minimè amare, 8. qu. 1. in ſcripturis, 16. q. 1. vos.

Quod ouis perdita, ſcilicet genus humanum per Chriſtum ad ouile cœleſtę eſt reportata, 12. q. 1. quia tua. ante fin. 16. q. 7. pœnitentem.

Quod vulnerato paſtore, id eſt, prælato, & oues infirmantur, 1. q. 1 fertur. §. vulnerato.

Quod oues contra paſtorem, niſi in fide errauerit inſurgere non debent, 2. q. 7. oues. 6. q. 1. oues.

Quod ſcabioſa ouis ne pecora & etiam ne tota domus inficiatur, eſt repellenda. 24. q. 3. referandæ.

Quod ſicut ab vna oue morbida vniuerſus grex inficitur, ſic ab vno peccatore populus inficitur, 45. diſt. ſed illud. in fine.

De hac materia habes vbi agitur de Grege.

PABVLVM. Quod pabulum à fure quandoque auertendis pecoribus ſpargitur, vt abigantur, 5 q. 5. non omnis, in fine.

PATIENTIA. Quod patientia eſt ſuas & ſuorũ iniurias æquanimiter tolerare, 23. q. 1. circa medium.

Quod nõ reddere mala pro bonis, ſed reddere bona promalis, ſigna ſunt perfectę patiẽtię, 23. q. 3. ſex differentiæ.

Quod iniuria propriè perſonæ cum patientia & gaudio eſt ſuſtinenda, ſed iniuria Dei vlciſcenda, 23. q. 4. quòd Chriſtus. §. proximo.

Quod vbi hoſtis non perſonã, ſed ſedem eccleſiæ quę rit, ſi ſibi non reſiſtitur, non patiẽtia ſed negligentia iudicatur, 23. q. 3. Maximianus, &c. pro membris.

Quod laudabilior eſt fraudis paſſio quam vindictæ actio, 23. q. 1. niſi. circa med. & c. ſeq.

Quod præcepta patientiæ non tam in oſtẽtatione corporis quàm in præparatione cordis ſunt ſeruanda, 23. q. 1. niſi. §. his.

Quod in aduerſitate in ſecreto ſeruanda eſt in animo patientia, in manifeſta exhibenda ſunt perſecutorum ſaluti expedientia, 23. q. 1. paratus.

Quod prælatorum eſt peſtifera patientia per quã nutriuntur in ſubditis vitia, 23. q. 3. iuſtum.

Quod vbi non timetur maius periculũ multitudo delinquentium per patientiam ad pœnitentiã eſt expectanda, 23. q. 4. quid faciet, poſt medium, & c. ſeq.

De hac materia habes vbi agitur de Tolerantia, & vbi agitur de Perſecutione.

PACTA. Quod pacta contra bonos mores vel leges vel contra honeſtas conſuetudines nullius ſunt momenti, 8. diſt. quæ contra.

Quod quæ pacta licita ſunt, 10. q. vlt. relatum.

Quod ardua pacta in ſcriptis ſunt redigenda propter formam pacti & temporis, 10. q. 2. caſellas. §. vltim.

Quod generale pactum eſt ſocietatis humanæ, regib. ſuis obtemperare, 8. diſt. quæ contra.

Quod pacta cum dæmonibus per magicarũ artium molimina fœderata ſunt ab omni Chriſtiano fugiẽda, 26. q. 3. igitur.

Quod mandatum Dei dicitur ſuper omne pactũ, nec contra ipſum poteſt fieri pactum, 8. diſt. quæ cõtra, 20. q. 1. puella. in fin.

Quod in ſpiritualibus videtur poſſe fieri pactio ſine peccato, 18. q. 2. Eleutherius, & 10. q. vlt. & cap. nec numerus. in fin. & c. ſeq.

Quod in ſpiritualibus nulla poteſt fieri pactio inhoneſta ſed ſi poſtmodum aliqua ſubſidij gratia conferũ tur, licitè recipiuntur, 1 q. 2. quàm pio in fi. & 100. diſt. in ea ſynodo.

PALLIVM. Quod pallium quod datur archiepiſcopis repręſentat ſpecialem dignitatem & honorem, 100. diſt. priſca. & c. contra. ante fi.

Quod perens pallium, antequam accipiat debet profiteri articulos fidei, & debet promittere ſe ſeruare ſtatuta conciliorum, & pontificum Romanorũ, 100. diſt. nouit. §. cauſarum. & c. optatum.

Quod confirmatus in archiepiſcopum intra tres mẽſes debet à ſede apoſtolica pallium quærere, 100. diſt. quoniam.

Quod antequam habeat pallium, licet ſit epiſcopus, non poteſt epiſcopos conſecrare, 100. diſt. quoniã.

Quod pro pallio nihil dari vel accipi debet, 100. diſt. nouit.

Quod pallium non debet negari vbi eſt petentis meritorum exigentia, & feruens inſtantia, 100. diſtin. priſca.

Quod cũ pallio ſemper cõceditur aliquod ſpeciale priuilegium, & renouatur antiquum, 100. di. rationis.

Quod in pallio ſignificatur quod archiepiſcopus cum augmento honoris debet excreſcere in ornamento actionis, 100. diſt. rationis.

Quod archiepiſcopus non debet vti pallio niſi intra ſuam prouinciam, & hoc non in proceſſionib. ſed tantum in miſſarum ſolemniis, 100. diſt. pallium tibi. & cap. contra.

Quod quia pallium ſigillatim traditur, innuitur quod eſt perſonale, & ideo alteri commodari non poteſt, nec in morte relinqui, ſed cũ habente ſepeliri, 100. diſt. ſcriptorum.

PALMA. Quod palma, quę in imo eſt ſtrictior, & quanto plus aſcẽdit eſt groſſior, deſignat perfectionem bonorum, qui inferius ſunt parui ſed ſurſum ſe erigendo in cœleſtibus deſideriis ſunt ampli, 47. diſt. omnes.

PANIS. Quod eſt panis eleemoſynæ, 86. diſt. paſce. & 5. q. 5. non omnis.

Item Euchariſtię, de conſ. diſt. 2. ferè per totum.

Item panis tribulationis ſiue pœnitentiæ, 25. q. 4. Guillarius.

Item panis doctrinæ, 8. q. 1. audacter. in fi.

PAPA. Quod Papa aut ſanctus eligitur, aut ex promotione clarus efficitur, 40. diſt. non nos.

Quod in cultu Dei maiorem zelũ debet habere quàm alij Chriſtiani, 23. q. 1. officij.

Quod propenſius eſt pro ipſo orandum quia ex ipſo dependet ſalus omnium, 46. diſt. ſi Papa.

Quod aliorum cauſas Deus commiſit hominibus terminandas, Papam verò ſuo iudicio reſeruauit, 9. q. 3. aliorum.

Quod non neceſſitate, ſed propria voluntate de obiectis ſe criminibus purgat, 2. q. 4. mandaſtis.
Exemplum ibi de Sixto Papa. & c. auditum.
Exemplum ibi de Leone Papa. q. 7. nos ſi. in fi.
Exemplum ibi de Damaſo Papa.

Quod Papa niſi à fide errauerit, à nemine eſt iudicandus, 40. diſt. ſi Papa.

Quod quia Papa eſt vicarius Petri, nõ de facili debet de eo haberi præſumptio mali, 40. diſt. non nos.

Quod non omnis Papa eſt ſanctus, ſed quandoque à Deo tanquam reprobatus, punitur, 19. diſt. Anaſtaſius. Vide quod ibi notatur.

Quod bonitas ipſius ſalus eſt omnium, & peruerſitas eius cedit in damnationem innumerabilium perſonarum, 40. diſt. ſi Papa.

Quod papa eſt iudex omnium etiam ſi non appellatus ad ipſum, 9 q. 3. conqueſtus.

Quod auctoritate eius conciliorum ſtatuta roborantur, 17. diſt. concilia.

Quod papa poteſt abſoluere quos concilium male damnauit, 6. q. 3. cuncta & quatuor c. ſeq.

Quod poteſt vbicunque iudices delegare, 2. q. 6. ideo.

Quod ſententiæ ipſius ab omnibus debent ſeruari, 93. diſt. ſi inimicus.

Quod ſic debet reputari ſtatutũ papæ, ac ſi de ore Dei vel beati Petri eſſet prolatum, 19. diſt. ſic omnes.

Quod non licet alicui de ipſius iudicio diſputare, 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

Quod adimplendum eſt eius mandatum, etiam ſi viderit vix ferendum, 19 diſt. in memoriam.

Quod omnis noua religio per ipſum debet cõfirmari, 12. diſt. præceptis.

Quod ſententia quę per ſe nõ tenet, per cõfirmationẽ papę efficitur valida, 3. q. 6. hæc quippe. ante finem.

Quod poteſt reſtituere famę infamatum, 3. q. 3. Eupheſium. §. proxi.

Quod papa licet de iure non ſit ligatus ad ea quæ ſtatuit, tamen honeſtum eſt vt ea præ cæteris ſeruet, 25. q. 1. confidimus, & c. ideo.

Quod ordo iuſtitię requirit vt papa anteceſſorũ ſtatuta cuſtodiat, qa ſua à ſucceſſorib. vult cuſtodiri, 25. q. 1. iuſtitiæ. & q. 2. in Galliarũ. c. ſi ea. & c. quod vero.

Quod non dat priuilegia eccleſię in dãnum alterius, 25. q. 2. de eccleſiaſticis priuilegiis.

Quod oli de ſacerdotib. ĩ matrimonio nati licitè, pmouebãtur in papatũ, 56. di. Cænomanen. § cum ergo.

De eccleſia habes vbi agitur de eccleſia Romana, & vbi agitur de Electione Papæ, & vbi agitur de Sede apoſtolica.

PARENS. Quod primos parentes princeps vitiorũ gratuitis expoliauit, de pœn. diſt. 2. §. Romanos.

Quod parentes carnales ſunt ex debito honorãdi, 30. diſt. ſi qui filij, 86. diſt. in ſingulis, in fin.

Quod ſi à Chriſto auertunt, ſunt omnino dimittendi. 28. q. 1. ſi infidelis.

Source : BIU Cujas

Quod tempore neceſſitatis magis ſuccurrendum eſt parentibus quàm alijs, 86. diſt. in ſingulis, in fin.
Quod deſpiciens parentes neceſſitatis tempore meretur mortem temporalem & æternam.
Quod potius debet quis parentibus egenis maximè fidelibus prouidere, quàm religionem intrare, 30. diſt. ſi qui filij.
Quod nec parẽtes debent deſerere filios egentes, 30. diſt. ſi quis reliquerit.
Quod illi qui aduerſus parentes armantur: vbique notam infamiæ incurrunt, 6. q. 1. infames.
Quod ex malis parentibus vt plurimum mala proles generatur, 56. diſt. ſi gens.
Quod de meretrice natus, ſi propria decoratur virtute, nõ debet parentum dedecorari opprobrijs, 51. diſt. nunquam, & c. ſeq.
Quod non parentum, ſed propria culpa quemque condemnat, 56. diſt. vndecunque, & 3. c. ſeq.
Quod frequenter leguntur filij pro peccatis parentũ puniri, etiam in quartam generationẽ, 24. q. 3. §. 1.
Quod parentes ſuos pueros ante ætatem legitimam religionem intrantes poſſunt reuocare, 20. quæſ. 2. puella.
Quod ſi à parentibus coacti religionis habitum ſuſceperint, niſi cõſenſerint, eum deſerere poſſunt, 20. q. 1. puellæ.

De hac materia habes vbi agitur de Filiis, & vbi agitur de Patre & Filiis.

PARENTELA. De hac materia habes vbi agitur de filiis.
PASCHA. Quod paſcha die dominico ſemper debet celebrari. de conſe. diſt. 3. noſſe. & c ſeq.
Quod quo menſe & quota luna debet celebrari, habes de conſe. diſt. 3. celebritatem.
Quod in hoc quòd quadraginta dies ante paſcha cũ labore peragimus, & poſt paſcha quinquaginta dies cũ lætitia, præſens labor, & futura lætitia deſignatur, de conſe. diſt. 3. ieiunium.
Quod paſcha intra 14. lunam, & 21. diẽ menſis Aprilis incluſiuè eſt celebrandum. de conſe. diſt. 3. celebritatem.
PASSIO. Quod paſſio Chriſti fuit multiplex & grauis, 7. q. 1 ſuggeſtum.
Quod Chriſti paſſio fuit præfigurata & prænuntiata in veteri teſtamento de conſe. di. 2. in calice.
Quod ipſius paſſiõis fuit multa efficacia, 7. q. 1. ſuggeſtum. de conſe. diſt. 4. propriè, in fine.
PASTOR. Quod paſtor dicitur Chriſtus, 7. q. 1. in ſcripturis, 2. q 7. textes, §. Chriſtus.
Quod paſtor dicitur cuiuſlibet eccleſiæ prælatus, 8. q. 1. ſciſcitaris.
Quod paſtor eccleſię niſi diligenter paſcat oues, Chriſtum paſtorem eorum non videtur amare, 8. quæſ. 1. in ſcripturis.
Quod paſtor debet oues paſcere inſtructionis verbo, 43. diſt. Epheſius, 18. q. 1. audacter. in fi.
Item conuerſationis exemplo, 11. q. 3. præcipuè.
Item euchariſtiæ ſacramento. de conſe. diſt. 2. nõ prohibeat.
Item temporali ſubſidio, 16. q. 1. nulli epiſcoporum.
Quod exemplo Chriſti opportuno tempore debet animam ſuam pro ouibus exponere, 7. q. 1. ſuggeſtum, & c. ſciſcitaris, & c. aduerſitas.
Quod languente paſtore grex inſidiatoris dentibus laniandus exponitur, 7 q. 1. quamuis.
Quod paſtoris ſententia gregi ſemper eſt timenda, 11. q. 3. non ſolum, & c. ſeq.

De hac materia habes vbi agitur de Grege.

PATER. Quod pater dicitur Deus creatione, 12. q. 2. qui abſtulerit, 24. q. 1. omnibus.
Item dicitur diabolus pater criminis imitatione, 1. q. 1. cum ordinaretur.
Item dicitur pater auctoritate, ſicut epiſcopi & prælati patres ſunt, 17. diſt. ſynodum, & quatuor c. ſeq.
Item dicitur pater temporis antiquitate. ſicut veteris teſtamenti dicuntur patres, 25. q 4. cum in lege.
Item dicitur pater ſpiritualis ſacramenti collatione, ſicut baptiſmi, vel confirmationis, vel pœnitentiæ, 30. q. 1. de his, & c. omnes.
Itẽ dicitur pater carnalis generis propagatione, 47. diſt. ſicut hi. § neceſſe.
Quod filius carnalis à patre non eſt ſemper oſculandus, ſed quãdoq; caſtigandus, 5. qu. 5 nõ oſculatur.
Quod illi dicũtur filij abominationum, ad quos carnalium patrum flagitia deſcendunt, 56. diſt. Cænomanenſem, §. cum ergo.
Quod plus videtur peccare patrem ſpiritualem cõtẽnens quàm carnalem, 2 q. 7. qualis.
PATRIARCHA. Quod patriarcha Græca lingua ſummus patrum interpretatur, 21. diſt. cleros.
Quod patriarcha eſt poſt Papam primus in dignitate & auctoritate. 80. diſt. vrbes, & c. ſeq.
Quod patriarchę & primates licet ſint diuerſa nomina, idem tamen ſunt quantum ad officium, 99. diſt. prouinciæ.
Quod patriarchæ primo ab apoſtolis præcipuè beato Petro vbi Gentiles conuerſi ad fidem Protoflaminες habuerãt, ſunt inſtituti, 80. diſt. vrbes, & c. ſeq.
Quod poſt papam quatuor ſunt patriarchæ principales, videlicet Conſtantinopolitanus Alexandrinus, Hieroſolimitanus, & Antiochenus, 22. diſt. renouãtes, §. proxi. & c. ſeq.
Quod patriarchis ſubſunt archiepiſcopi, & cauſas ab ipſis ad eos per appellationem deuolutas poſſunt diffinire, 9. q 5. conqueſtus.
Quod archiepiſcopus inconſulto patriarcha non debet aliquem in epiſcopum ordinare, & propter neceſſitatem ordinatum debet ipſum poſt cõſecrationem patriarchæ præſentare, 65. diſt. placet, & c. quoniam, & §. ſeq.

De patriarchis habes vbi agitur de ſedibus.

PATROCINIVM. Quod patrocinium viduis & orphanis epiſcopi in neceſſitate nõ debent negare, 87. diſt. §. 1. & duobus, c ſeq.
Quod qui in malo patrocinium dat malis, ſocius eſt criminis, 14. q. 1. circa medium.
PATRONATVS. Quod patronatus ius attẽditur per fundationem & ędificationem vel poſſeſſionem eccleſiæ, 16 q 7. piæ mentis, & c. ſeq. & 18 q. 2. abbatem.
Item in rebus eccleſiæ conferendis, & manumittendis, 16 q 7 filiis, & quatuor c. ſeq.
Item in perſonis quę præeſſe debent eccleſiis epiſcopo offerendis, 16 q. 7. decernimus. & duobus c. ſeq. & q 5. ſi quis epiſcoporum.
Item tempore neceſſitatis à ſua eccleſia in ſubſidiis recipiendis, 16 q 7. quicumque.
Item patroni habent ius in monaſteriis ſuis in electione abbatis, 18. q. 2. abbatem.
Item in monaſteriis habent ius aduocationis, 17 q. 2. Gonſaldus.
Quod patroni eccleſias vel monaſteria ſine conſenſu epiſcopi de loco ad locum mutare non poſſunt, 16. q. vlt. conſiderandum.
Item ab eis eccleſiæ (niſi de cõſenſu epiſcopi) nõ ſunt recipiendæ, 16 q. 7. ſi plures. & duobus c. ſeq.
Item patroni eccleſias nec auferre nec conferre poſſunt ſine conſenſu epiſcopi, 16 q. 7. inuentum.
Itẽ renuntiatio beneficij eccleſiaſtici in manu patroni nõ tenet ſine conſenſu epiſcopi, 17 q. 2. Gonſaldus.
Quod non patronus, ſed epiſcopus debet dotem eccleſiæ ordinare, 10. q. 1. nouerint.
Quod quem patronus præſentat, ſufficit ſi non probetur malus, & tenetur eum epiſcopus recipere, 16. q. 7. monaſterium.
Quod ſpreto patrono epiſcopus nullum debet ad eccleſiam ordinare, 16 q. 7. decernimus.
Quod vbi plures patroni ſuper conferendo contendẽrint, vt in vnum conſentiant, ſunt per epiſcopum compellendi, 16 q. vlt. ſi plures.
PAVLVS. Quod Paulus apoſtolus non ideo fefellit, quia melioribus negotijs occupatus ad Hiſpaniã quo ire promiſerat non fuit, 22. q. 2. beatus.
Quod Magum prædicationem ſuam impedientem ęcitate percuſſit, & Corinthium ſatanę tradidit, 23. q. 4 c. quod Chriſtus. §. poteſt.
Quod propter incentiua vitiorum corpus ſuum vigiliis, orationibus, & flagellis caſtigando in ſeruitutẽ redegit, 32. q. 5. ſi *Paulus*.
Quod aurum & argentum non concupiuit, 16. qu. 1. prædicator.
Quod quia flagellis fidẽ recepit, plus omnib. vocatis verbo laborauit, 23. q. 4. qs noſ poteſt & q. 6. c. 1.
Quod *Paulus* homicida non fuiſſet ſi armati quos ipſe impetrauerat, aliquos in ipſos inſilientes occidiſſent, 23. q. 5. de occidendis.
Quod in hoc ꝙ cum Chriſtianos perſequi vellet proſtratus fuit, innuitur ꝙ mala voluntas nõ eſt permittenda ſuę libertati, 23 q 4. diſplicet. circa medium.
Quod cum eccleſiam Dei perſequeretur, in itinere captus ad Deum conuerti coactus eſt, 23. q. 6. § 1.
Quod ſe abortiuo ſimilẽ teſtatus eſt dicẽs, nouiſſimè autẽ omnium tanquam abortiuo viſus eſt & mihi.
Quod ſicut primo fuit horrẽdus vaſtator eccleſiæ, ita poſtea magnus ædificator extitit, 13. qu. 4. qui nos.
Quod ad manus impoſitionẽ Ananiæ tanquam ſquamæ ab oculis eius (quibus clauſi erant) ceciderunt.
Quod poſtea *Paulus* vocatus eſt, qui primo Saulus dicebatur, 23. q. 4. nimium.
Quod Paulus proſtratus eſt vt cæcaretur, cæcatus vt mutaretur, mutatus vt mitteretur, miſſus vt qualia fecerit in errore, talia pro veritate pateretur, 43. q. 4. diſplicet.
Quod Paulus dicitur vas electionis, 21. diſt. quamuis, 22. diſt. ſacroſancta. 43. diſt. diſpenſatio, 32. qu. 5. ſi *Paulus*. & de pœn. diſt. 2 ſi enim inquit.
Quod prędicaturus ad Italiam veniẽs nauffragiũ paſſus eſt, 7 q. 1. § aduerſitas.
Quod arte & manibus victum quærebat, 10. q. 3. ca-

uendum, de conſ. diſt. 5. nunquam.
Quod à ſumptib. abſtinebat ne aliquod offendiculũ, Chriſti euangelio præſtaret, 23. q. 3. §. 1. ante finem.
PAVPERTAS. Quod paupertas non eſt contẽnenda, qa eã Chriſtꝰ dedicauit, 12. q. 2. gloria epiſcopi.
Quod dominus loculis quos habebat, neceſſitates pauperum ſubleuabat, 23. q. 4. duo ante finem.
Quod verus pauper nil quærit habere extra Chriſtũ, 12. q. 1. clericus.
Quod pauper dicitur, qui ſe amore paupertatis in numero pauperum conſtituit, vt ibi tanquam pauper voluntarius viuat, 1. q. 2. ſacerdos.
Quod paupertas rerũ nõ eſt mala reputãda, 15. q. 1. illa
Quod nimia paupertas religionis infringit quandoque robur conuerſationis, 12. q. 2. c. vlt.
Quod Deus paupertatem eſſe voluit, vt ſubſtinentes per patientiam coronarẽtur, & diuites in ipſis mererentur, 47 diſt. ſicut hi.
Quod perfectius eſt omnia propter Chriſtum relinquere, quàm pauperibus diſtribuenda ſeruare, 12. q 1. expedit. & q 2 §. Crates.
Quod oneratus pondere auri Chriſtum pauperem nõ poteſt ſequi, 12. q 2 § Crates.
Quod epiſcopus pauper debet eſſe victu, diues meritis. 51. diſt. epiſcopus.
Quod prædicatores pauperes eſſe debent, & alij tenẽtur ipſis neceſſaria miniſtrare, 1. q. 2. ſacerdos, 10. q. vlt. cauendum.
Quod gloria epiſcopi eſt pauperum opibus prouidere, ſed fraudare quod eſt pauperum, ſacrilegium eſt committere, 12. q. gloria epiſcopi.
Quod religioſus qui profeſſus eſt paupertatem, ſi epiſcopus efficitur, nõ frãgit votũ, quia fit rerum eccleſiæ diſpenſator, non vſurpator, 12. q. 1. expedit.
Quod bona eccleſiarum ſunt bona pauperum, 12. q. 2. indignè, in fi. 16. q. 1. c. vlt. 23. q. 7. quod autẽ, poſt medium.
Quod præcipuè pauperibus qui laborare nõ poſſunt, eſt ſubueniendum, 84. diſt. epiſcopus.
Itẽ nobilib. & diuitibus depauperatis qui mendicare erubeſcunt, 86. diſt. nõ ſatis, & ca. conſideranda.
Quod in pauperib. magis attẽdenda eſt religio quàm paupertas, 16. q. 1. c. vlt.
Quod nõ minus crudelis eſt qui à paupere vſuras exigit, quàm qui diuiti ſubtraxit, 14. qu. 4. quid dicam.
Quod pauper ſi non habet dare, non ſolum contemnitur, ſed etiam contra veritatem opprimitur, 11. q. 3. pauper.
Quod nemo pauperi in mala cauſa debet eſſe miſericors, 14. q. 6. ſi res.
Quod qui ea quæ pauperibus debentur accipiunt, grauiter delinquunt, 1. q 2. paſtor.
PAX. Quod pax humana ſi tam dulcis eſt pro temporali ſalute, quanto dulcior pax diuina pro æterna ſalute, 23. q 1. noli exiſtimare.
Quod Chriſtus veniens docuit pacem, dedit pacem, reliquit pacem, 23 q. 1. niſi bella.
Quod pax nõ quæritur vt bellum geratur, ſed bellum geritur, vt pax acquiratur, 23. q 1. noli.
Quod bonorum bella non crudelitate & cupiditate, ſed pacis ſtudio geruntur, 23. q. 1. apud.
Quod qui prædicat pacem, debet eam habere ſecum, 3. q. 6. hæc quippe. in fi.
Quod pax inter diſcordantes per epiſcopos debet reformari, 90. diſt. ſtudendum, & c præcipimus.
Quod mala quandoque ſunt toleranda pro pace ſeruãda, 23. q. 4. c. 1 & c. ecce inquiunt.
Quod pacificus dicitur qui corrigit quod poteſt, & quod ſaluo pacis vinculo corrigere nõ poteſt, æquanimiter ſupportat, 23. q 2. quiſquis.
Quod diuerſis pœnis ſunt puniendi pacẽ eccleſię perturbantes, 24. q. 1. qui contra.
Quod non omnis qui dicit pax vobis, eſt quaſi columba audiendus, 2 q 7. non omnis.
Quod qui dicit, pax vobis, plerunque quaſi non colũba, ſed coruus reputatur, 2. q. 7. ſecuti. §. quia ergo.
Quod ante communionem pax debet dari in miſſa, de conſe. diſt. 2. pacem.
PECCATVM. Quod peccatum eſt duplex, videlicet originale peccatum, & actuale, de pœn. diſt. 4. ſerè per totum.
Quod originale peccatum dicitur infirmitas carnis, languor naturæ, & concupiſcentia carnis, 15. q. 1. illud relatum §. itaque.
Quod omnis homo per concupitum cõceptus naſcitur cum originali peccato, de conſ. di. 4. firmiſſimè.
Quod in veteri lege contra originale valebat circunciſio, ſed baptiſmus in nouo teſtamento, de conſe. diſt. 4. ex quo.
Quod licet baptiſmus deleat peccatum originale, & omne aliud peccatum, tamen reatus ſiue fomes nõ tollitur, de conſ. diſt. 4 ex quo.
Quod cum originali peccato patris polluitur filius & non actuali quia in originali vnũ cũ patre fuit, ſed in actuali alter effectus non polluitur ſi non cõſentit, 2. q. 4. iam itaque. 24. q 3. §. 1. ante finem.
Quod actuale eſt duplex, videlicet mortale, & veniale, de pœn diſt. 1. medecina, §. tres ſunt.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod peccatum mortale est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat, 15.q.1.§.1.ante fi.
Quod nemo peccatum mortale committere appetit propter ipsum peccatum, sed propter illud quod ex eo consequitur, 15.q.1.merito.
Quod inter duo peccata vbi vtrunque vitari non potest minus est eligendum, 13.dist.duo.
Quod mortalia peccata dicuntur criminalia & capitalia, & quæ sunt illa habes, 25.dist.vnum orationū, §.aliàs.

De Criminali peccato habes vbi agitur de Crimine.

Quod tribus modis impletur omne peccatum mortale, videlicet suggestione, delectatione, & consensu, 6.dist.testamentum, post medium.
Quod aggrauatur ex circunstantiis, 40.distin.homo. 50.dist.quia tua. de pœ.dist.5 §.1.in prin.
Quod quandoque alleuiatur ex circunstātiis, 15.q.1. inebriauerunt. Exemplum ibi de Loth.
Quod habet gradus inæqualitatis, quia adulterium vincit fornicationem, incestus adulterium, vitium contra naturā incestum, & sic de similibus, 32.q.7. quemadmodum, & quatuor c.seq.
Quod quantitas ipsius pensatur secundum qualitatē peccantiū, 24.q.2.qui cōtra. 26.q.5.cōtra idolorū.
Item considerata qualitate pœnæ, 24.q.1.non afferamus, vbi dicitur sceleratius commissum quod grauius est punitum.
Item considerato exemplo quod inde sumitur, 11.q.3.præcipuè. vbi dicitur quòd prælati grauius peccant, quia subditos prauo exemplo occidunt.
Item cōsiderata qualitate peccati, 32.qu.7. quemadmodum, vbi dicitur quòd grauius peccat adulter quàm fornicator, & adulter vincitur ab incestu.
Item considerata diuturnitate & frequenti iteratione. de pœ.dist.5.§.1.vbi multa aggrauantia ponuntur.
Item in eodē genere peccati grauius peccat Christianus quàm paganus, 33 q.4.in eo.
Item aggrauatur ratiōe personæ vel in qua peccatur, 12.q.2.gloria, 22.q.1.monet, 27.q.1.nuptiarum.
Item ex temporis diuturnitate augetur, 24.q.1.schisma. de pę.dist.5.§.1.
Item voluntarium grauius est inuolūtario quod procedit ex infirmitate vel ignorantia, vel coactione, 15.q.1.§.1.& c.seq. vsque ad c.mulier.
Quod si non est voluntarium, non est peccatum, 30. q.1.§.1.32.q.5.sicut enim
Quod peccata scientium peccatis ignorantium præponuntur, 6.q.1.quęro.
Quod quæ ex ignorantia vel infirmitate committuntur facilè dimittuntur, 25.dist.vnum orarium, §.criminis.
Quod aliena peccata nemini præiudicāt, 23 q.4.si qs.
An minus malum committēdum sit ne aliter grauius peccet, 14.dist.quod ait. Exemplum ibi de Loth.
Quod peccata suos auctores tenere debent, 24.q.1. non turbatur, de pœ dist.1.qui puero.
Quod indecens videtur crimen suum alienis criminibus impendere, 46.dist.sicut non.
Item videtur quòd nec venialiter quis debet peccare, vt alter vitet mortale, 23.q.5.cum homo, in fi. 22. qu.2.faciat.
Quod peccatum vnius frequenter multi luunt, 24.q.1.non turbatur, 45.dist.sed illud.
Quod alterius peccatum non imputatur illi qui fecit quod debet, 47.dist.quod ad nos, 7.q.1.aduersitas post medium.
Quod nullus debet gaudere de multa societate peccantium, quia nō minus ardebit qui cum multis ardebit, 2.q.1.multi, in fi.
Quod occulta peccata non sunt publicè condemnanda, 2.q.1.si peccauerit, 23.qu.4 si quis potestatem exemplum ibi de Christo, & de Iuda, 15.q.5.c.vlt.
Quod occultum peccatum dicitur quod nec cōfessione, nec probatione publicatur, 15.q.5 c.vlt.
Quod publicum peccatum coram omnibus puniendum est, 2.q.2.si peccauerit.
Quod prælatorum peccatum vel religiosorū propter maius scandalum est celandum, 95.d.in scripturis.
Quod peccata incorrigibilium, licet nō possint probari, sunt prælatis denuntianda, 5.q.5.non vos, 12.qu. 5.hoc videtur.
Quod peccatum in spiritū sanctum committit qui ex proposito bonū deserit, & malū vsque ad mortē facit, de pœ.d.1.§.Deus qs similis. d.3.in er hęc.

De Peccato in spiritum sanctum habes vbi agitur de Spiritu sancto.

Quod in peccatis perseuerantes nec à Deo, nec ab homine absoluuntur, 24.q.2 legatur, & c.damnationis, de pę.dist.5.falsas.
Quod qui nūquam peccare desinunt dū viuunt, ostē dūt quia in peccato semper viuere cupiunt, de pœ. dist.1.voluissent, §.sine autem.
Quod assiduè peccantium non miseretur Deus, 93. dist, diaconi sunt, in fi.
Quod qui in vno peccato mortali offendit, sic vita æterna priuatur, ac si omnium esset reus, de pœ. dist. 5.fratres.
Quod pluribus modis peccata remittuntur, 23.qu.5. remittuntur, de cons.dist.4.ecclesiæ charitas, de pę. dist. 1, medicina. § tres sunt.
Quod sine pœna non dimittuntur, quia aut Deus punit, aut homo de pœ.dist. 1.medicina. §.proxi.
Quod dimissum vltra non punitur, de pœ.dist.3. sunt plures. §.auctoritas, 23.q.5.quid ergo.
Quod dimissa quandoque redire dicuntur, de pœn. dist. 4.ferè per totum.
Quod dimissa non sunt recogitanda ad delectationē, sed ad pœnitentiæ amaritudinem, de pœn.dist.in. 3. Iudas pœnituit.
Quod in pluribus peccatis manēs, de vno peccato pœnitentiam veram agere non potest, quia Deus partem condemnare non nouit, de pœn.dist.3.scelerati ot, §.is auctoritatibus. Vnde versus.

Summa Deipietas ventam non dimidiabit,
Aut totum, aut nihil pro certo propinabit.

Quod peccatoribus tamen consulendum est, vt in statu peccati bonum facere non omittant, de pœ. dist. 5.fallas in fi. Nam propter hoc Deus aut corporum ad pœnitentiam illustrat, de pœ. dist. 5. fallas, aut ipsos tēporaliter in præsenti remunerat, de pę. dist. 3.pium est credere, §.ex hoc sensu.
Aut ipsis æternum supplicium tolerabilius fiet. de pœ. dist. 3.quid ergo, §.potest etiam referri.
Vnde versus.

Quæ cum mortali bona fiunt, dant bona terræ,
Cor faciunt habile, minuunt tormenta gehennæ.

Quod Deus non obliuiscitur paucorum bonorum factorum in multitudinem peccatorum, de pœn.dist. 3.pium est credere, §.ex hoc sensu.

De mortali peccato habes vbi agitur de culpa.

Venialia peccata quæ sint, habetur, 25.dist.vnum orarium. §.aliàs.
Quod nemo mundus est à peccato veniali, de pœ. dist. 2.vt cognouerunt. §.opponitur circa med.um.
Quod venialia peccata non sunt contemptibiliter cō mittenda, quia nō refert siue naues per fluctus, siue per guttas paulatim subintrantes submergantur. de pœ dist. 1.medicina post medium.
Quod an nullum peccatum est adeo veniale quod nō fiat mortale dum placet, 25.dist.vnum orarium, §. criminis. & vide quod ibi notatur.
Quod quia venialia ex fragilitate humana committū tur, nullus homo ea vitare potest. de pœn.dist. 1.medicina. §.tres sunt. & dist. 3.incassum. §.sed verba.
Quod excepto Deo omnes peccare possunt, de pęn. d.st. 2.sic enim inquit. in fi.
Quod posse peccare non est posse, de pœ.dist. 2.ante fi 45.dist.sed illud.
Quod venialia delentur per dominicam orationem, per eleemosynæ largitionem, & pectoris tūsionem, & per ieiunij castigationem, de pœn.dist.1.medicina, §.proxi,
Item delentur per aquæ benedictæ aspersionem, de cons.dist. 3.aquam sale.
Item per eucharistiæ dignam sumptionem, de pœn. dist. 2. ante fi. & c.panem de altari.
Item per episcopi vel presbyteri benedictionem, 17. dist.presbyterum.

PECVNIA. Quod pecunia dicitur à pecorib. quia antiqui hoc quod habebant, ex pecoribus habebāt, 1 q.3.per totum.
Quod amor pecuniæ contrariatur iustitiæ, 11 q.3 qui rectè, & c.pauper.
Quod simonia non debet committi pro pecunia, 1.q. 3.per totum.

De hac materia habes vbi agitur de Diuitiis.

PEDAGIVM Quod pedagium nouum imponentes sunt excommunicandi, 24. quæst. 3.si quis tomipetas.
Quod maxime à peregrinis & à fidelibus mercatoribus non sunt pedagia accipienda, 24.q.4. si quis romipetas.

POENA. Quod pœna est duplex, videlicet temporalis, & æterna, de pœn.distin.3 sunt plures.§. auctoritas.
Quod pœna temporalis est duplex, vna in hac vita, alia post hanc vitam, 25.dist.qui in aliud.
Item in hac vita temporali aut infligitur à Deo, aut ab homine, 45 dist.sed illud.
Quod pœna in hac vita temporaliter à Deo inflicta pro peccato, sicut ægritudo, paupertas, mors, non est mala dicenda, 15.q.1.illa.
Quod pœna Aegyptiorum fuit à Deo in Correctionē eorum, 15.q.1.nec is qui.
Quod Deus temporaliter punit quandoque vt in æternum non crucier, 22 q.5 quid ergo. de pœ. dist. 3.sunt plures.§.auctoritas.
Quod Deus quandoque in præsenti grauiter & subito punit propter criminis detestationem, 19.dist. Anastasius. Vide quod ibi notatur.
Quod quandoque pœna temporalis transfertur in posteros. de pœn dist. 3. illud vero. §. ecce. Exemplum ibi de Achab.
Quod puniuntur quandoque multi propter vnū, 45. dist. sed illud 46.d.st.si gens. 23.q.4.si ea. 24.q.1.nō turbatur.
Quod nemo debet mirari de afflictione bonorum, & de prosperitate malorum in præsenti, quia afflictio est bonis in iudicium salutis, & prosperitas malis in iudicium reprobationis, de pœn dist. 5.si quādo.
Quod frequenter qui non meruerunt, sunt à Deo propter alios puniti, 42.dist §.1.
Quod punitur quis pro alio à Deo temporaliter, æternaliter nullus. Anima enim quę peccauerit, ipsa morietur, 24.q.3.§ 1.post medium.
Item punitur quis à Deo pro alio tēporaliter, iustus pro iniusto, vt Petrus pro Iuda, 24.q.1 nō turbatur.
Item punitur à Deo iustus propter iustum, sicut Maria murmurans pro Moyse lepra percussa est, 2.q.7. plerunque. §.hos etiam.
Quod punitur quis ab homine pro alio corporaliter, vt in crimine læsæ maiestatis vel hæresis, 6.q.1.quaro ergo. §.verum. & §.seq.
Item punitur quis spiritualiter pro alio, vt in excommunicatione, 17.q.4.miror.
Quod punitur quis pro alio spiritualiter, vt in priuatione diuinorum officiorum familia propter dominum priuatur, 11.q.3 si quis episcopus damnatur, & c.seq.
Quod illi non puniuntur à Deo bis in idipsum, qui in flagellis pœnitentiam egerunt. de pœn.di. 3.sunt plures. § auctoritas.
Quod pluribus de causis Deus flagellat homines temporaliter, de pœ.dist. 1.sunt plures §.auctoritas.
Quod qui in pœnis cruciores efficiuntur, tēporale supplicium hi eis ad æternæ damnationis supplicium, de pœn. dist. 3.sunt plures §.auctoritas.
Quod Deus quādoque punit paucos, vt ex hoc multitudo ad pœnitētiā prouocetur, 24 q.4 Gulliarius.
Quod pœna temporalis meritoriè infligitur ab homine, quia nisi sic fieret, multiplicarentur malefactores, 23.q 4.est iniusta.
Quod pœna criminis ex tempore legis est quę crimē inhibuit, 32.q 4.dixit Sara.
Quod culpa est non punire culpam, 28.dist.quia sunt.
Quod ad innocentis spectat officium non solum culpam cauere, sed etiam punire peccatum, 33.q.5.nō est innocentiæ.
Quod maximè prælatus grauiter offendit qui culpam impunitam dimittit, 23.q.4.si is qui.
Quod in eo quo quis peccat, est puniendus, 94. dist. si quis.
Quod pœna quandoque par debet esse in vno peccato delinquentium sicut in simonia, vbi accipiens & dans æqualiter punitur, 1.q.7.per illicitam, § sancimus. in fi.
Quod par pœna agentes & consentientes debet comprehendere, 17.q.4.omnes.
Quod quandoque in eodem peccato varietas personarum consequitur varietatem pœnarum, 12. qu.2. fraternitas, 14.q.6.c.in fin.
Quod pœnæ non sunt exasperandæ, de pę.dist. 2.hæc autem verba. §.pœnæ.
Quod pœna non est vlterius protrahenda quam delictum fuit in excedente repertum.
Quod pœnæ aggrauantur secundum qualitatem delicti, 24.q.1.non afferamus.
Quod quandoque aggrauātur, vt ceteris metus incutiatur 17.q.4.frater. in fi. 27.q.2.propter.
Quod ex causa variatur pœna, 29.dist.necesse.
Quod aliquis punitur sine culpa, sed nō sine causa, si quis contrahēs cum corrupta quam credit esse virginem, & bigamus, efficitur, 31.dist.qui in aliquo.
De tribus generibus hominū, quorum pœnæ dissimulandæ, & diuino iudicio reseruandæ, 24.q.4.cum in lege § his ita.
Quod iustus in culpa, sapiens sit in pœna, 38. di. qui ea, 27 q.1.si custos. circa finem.
Quod puniuntur animalia cū quib. homines peccauerunt, ne refricetur facti memoria, 15.q.1.mulier.
Quod rigor pœnarū canonicarū temperatur propter necessitatem tēporis & vtilitatem, 1.q.7.requiritis.
Quod vna pœna est maior altera diuersimode, videlicet ratione effectus, vt excommunicatio quæ maior est omnib. 24.q.3.corripiātur, occidit enim animam, 24 q.3.si habes, 11.q.3.nemo episcoporum.
Item ratione durationis, vt degradatio quæ maior est propter durationem quàm excommunicatio, 50. dist. si episcopus aut presbyter.
Item ratione asperitatis, vt pœna corporalis quę maior dicitur qa actualiter sentitur, 24. qu.3.si habes.
Item ratione opprobriositatis, vt pœna suspensionis in patibulis, verberationis per ciuitatem, 23.q 5.c.1.
Quod in inferēda pœna multa sunt cōsideranda, vt de licet dignitas, quia talis punitur per dignitatis subtractionem, 50.dist. contumaces, 2.q 8.quisquis.

Item

Source : BIU Cujas

Item diuitiæ ſiue nobilitas, quia talis plus punitur pœna pecuniaria quàm corporali, 24.q.1.qui contra.
Item paupertas, quia talis plus punitur pœna corporali quàm pecuniaria, 24.q.1.qui contra.
Item ordo, quia in ordine cõſtituti ſunt moderatè flagellandi, aliàs excommunicatio incurritur, 45. diſt. cum beatus.
Itẽ religio, quia regulares aliter ſunt puniendi, quàm alij, 18.q.2.quidam monachorum.
Item mentis inſania, quia talium exceſſus non imputatur ad pœnam, 15.q.1.ſi quis inſaniens.
Quod pœna eccleſiaſtica eſt dignitatibus priuare, 16.q.6 ſi epiſcopum.
Item in monaſteriis pro pœnitentia recludere, 16.q. de lapſis, & c.epiſcopo.
Item carceri vel exilio deputare, 17.q.4.attendendũ.
Item in pecunia & etiam in alijs rebus condemnare, 17.q.4.ſi quis contumax, & c.ſi quis deinceps, 21. q.5.ſi quis cuiuſlibet.
Item corporaliter flagellare, 23.q.5.c.1.poſt mediũ, 32.q.1.de benedicto.
Item excõmunicare, 17.q.4.nullus.c.ſi quis deinceps, & c.ſeq.& c.diſſiniuit.
Item contumacibus pœnam augere, 74.diſt.honoratur.in fi.23.q.5.de Liguribus, 31.diſt.quoniam, in fi.34.diſt.quorundam.
Quod pœna purgatorij & ſi non ſit æterna, tamẽ grauis eſt, excedens omnem pœnam præſentis vitæ, 25.diſt.qui in aliud.

De officiis Eccleſiæ, habes vbi agitur de Purgatorio.

Quod pœna æterna datur in peccato perſeuerãtibus & fidei tranſgreſſoribus, 12.q.1.ſcimus.
Quod iuſtè punit Deus malos æternaliter, vt qui in hac vita nunquam voluerunt peccato carere, nunquam careant ſupplicio, de pœn.diſt.1.ſi ſacerdos, §.poteſt etiam.
Quod grauius ibi puniũtur Chriſtiani quàm pagani, 12.q.1.ſcimus.
Quod in pœna æterna non minus ardebit qui cum pluribus ardebit, 2.q.1.multi.in fi.
Quod quidquid eſt contra conſcientiam, ſcilicet præcepti vel prohibitionis, ædificat ad gehennã, 28.q.1.omnes, §.ex his.

POENITENTIA. Quod pœnitẽtia eſt duplex, videlicet Dei, & hominis, 22.q.4. incommutabilis.
Quod pœnitentia Dei eſt à ſeipſo ordinata cum voluerit immutare. 22.q.4.incommutabilis.
Quod pœnitentia hominis eſt quædam dolentis vindicta, ſemper puniens in ſe quod dolet admiſiſſe, de pœn.diſt.3.quamuis cautè, §.hac auctoritate.
Quod pœnitentia eſt perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. de pœn.diſt.3.§.1.circa prin.
Quod pœnitere eſt quaſi ſemper pœnam tenere, de pœn.diſt.3.circa prin.
Quod pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragiũ. de pœn.diſt.1.§.ſecunda ante.c.medicina.
Quod pœnitentia alia eſt priuata, alia ſolennis ſiue publica, 50.diſt.ſi quis poſt, §.ſeq.
Quod priuata diuerſas habet ſpecies, de pœn.diſti.1. medicina.
Quod alia eſt incipientium, alia proficientium, alia perfectorum, de pœn.diſt.3.quamuis cautè, §. hac auctoritate.
Quod ante ipſam peccatori non datur à Deo miſericordia, 50.diſt.quia ſanctitas.
Quod pœnitentia alia vera, alia falſa. de pœn.diſt.3.in tantum, §.ſiue.
Quod ſicut vera pœnitentia veniam promeretur, ita falſa Deum irritat, de pœn.diſt.3.c.intantum, §. ſiue, in fine.c.inter hæc, 2.circa finem.
Quod falſa pœnitentia eſt cui nũquam venia promittitur.de pœ.diſt.3.intantum, §.ſiue.
Item falſa pœnitentia eſt cum res aliena per quam contractum eſt peccatum, non reſtituitur, 14.q.6.
Item falſa pœnitentia eſt, quando de pœnitentia agitur pœnitentia, 17.q.4.ſunt qui.
Item falſa dicitur quæ non ſecundum auctoritatem patrum iuxta qualitatem criminum imponitur, de pœn.diſt.5.falſas.
Item falſa eſt cum ſpretis alijs peccatis, de vno ſolo pœnitentia agitur.de pœ.diſt.5.fratres, & diſt.3.ſceleratior, § his auctoritatibus.
Nam de vno pœnitentiam & non alijs agere, eſt quaſi crudum lateré lauare, de pœ.d.3.§.ille pœnitẽtiã.
Quod vera pœnitentia eſt cui nunquam venia denegatur, de pœn.diſt.3.intantum, §.ſiue, 5.diſt. §.1. in fi.
Quod per ipſam omne peccatum deletur, de pœ.d.3. §.ſiue, c.inter hæc, 2.
Item opera per peccatũ ſordidata facit Deo accepta, 50.diſt.& purgabit, in fi.
Item facit ſurgere ad opera fortiora, 50.diſ quid eſt. in fi.& tribus c.ſeq.
Item reſtituit dignitatis officia, 50.diſt.quia ſanctitas tua.in fi.Exẽplũ ibi de Petro apoſtolo.2.q.5.quãto.
Quod Deus peccatores ad pœnitentiã expectat, 93. diſt.diaconi ſunt.
Quod Deus nunquam ſpernit pœnitentiam, etiam ſi ad ſummum quis malorum perueniat, de pœn.diſt. 3.illud.§.ecce.
Quod quantumcumque paruam pœnitentiam, & quãtocumque paruo tempore factam Deus non reſpuit de pœn.diſt.3.illud.§.ecce.
Item ſæpius iteratam Deus non contemnit.de pœ.di. 3.§.hac.& §.quod autem.& c.ſepties.
Quod pœnitentia in vltimo momento vitæ poteſt eſſe vtilis ad ſalutem, 26.q.6.ſi preſbyter, & c.ſeq.Exẽplum de latrone.
Quod dubia eſt pœnitentia ad vltimam neceſſitatem delata, de pœn.diſt.7 §.1.diſt.3.§.ſiue.
Quod facilius eſt inuenire qui rectè ſeruauerit innocentiam, quàm qui congruè egerit pœnitentiam. de pœn diſt.3.reperiuntur.§.at ergo.
Quod qui ſunt digni fructus pœnitentiæ, 50.diſ. quia tua de pœn.diſt.5.§.1.in fi.
Quod verè pœnitens ſemper dolet, & de dolore gaudet, de pœ.diſt.3.circa princ.ſi apoſtolus.
Quod qui pœnitet, non eſt dicendus peccator, 32.q. 1.quod autem.
Quod diſcretum debet quærere confeſſorem, de pœ. diſt.1.quem pœnitet.
Quod pœnitens debet conſiderare multa de quibus debet pœnitere, & quæ aggrauant peccata. de pœ. diſt 5.§.1.quæ his verſibus continentur.

Agrauat ordo, locus, peccata, ſcientia, tempus: Aetas, conditio, mora, motus, copia, ſtatus.

Quod pœnitens debet promittere, vlterius ſe talia nõ factutum, 12.q.2.de viro, 22 q.vlt.peſſimam.
Quod verè pœnitens omnia quæ imponuntur ſuſtinere debet libenter.de pœnit.diſt.2.circa prin.
Quod pœnitenti proſunt orationes, eleemoſynæ, & alia bona eccleſię de pœn.diſt.6.§.1.
Quod pœnitentia Nabuchodonoſor dicitur fructuoſa, 25.q.4.Nabuchodonoſor.
Quod nullus debet pœnitentiam alteri imponere vel abſolutionem facere ſine epiſcopali licentia, niſi ſit priuilegiatus auctoritate apoſtolica, 16.q.1. peruenit.
Quod confeſſor cum gaudio & pio affectu debet ſuſcipere pœnitentes exemplo Chriſti, 26.q. 7.pœnitentem.
Quod per pœnitentiam contrahitur filiatio ſpiritualis ſicut per baptiſmum, 30.q.1.omnes.
Quod nulli pœnitenti venia debet denegari, 2.quæſt. 5.quanto.
Quod pœnitentia ne homines deſperent quandoque eſt mitiganda quia melius eſt reddere rationem de miſericordia quàm de crudelitate, 26.q.7.de his.& c.alligant
Quod indiſcretè impoſita nocet, quia ex hoc præcedens contemnitur, & futura fugitur, 26.q.7.alligãt.
Quod in extremis nulli eſt deneganda, 26.q.6. ſi quis de corpore.& ſeptem c.ſeq.
Quod in articulo mortis ſi pœnitens loqui non valẽs per ſigna petit pœnitentiam debet abſolui, 16. q.6. qui recedunt.& tribus c.ſeq.
Quod clericis petentibus pœnitentiam non eſt negãda, 26.q.6. qui recedunt.
Quod clerici quidam peius agunt pœnitẽtiam quàm laici.de pœn.diſt.1.menſuram.
Quod clerici quidam prompti ſunt aliis pondus pœnitentiæ imponere, ſed ſuo digito non curant tangere, 36.q.7.alligant.
Quod imponenda eſt pœnitentia ſecundum qualitatẽ delicti, 15.q.1 ſi quis, 23.q.5.circa finem.
Item ſecundum qualitatem delinquentis, 26.q.7.tẽpora pœnitudinis, & quinque c.ſeq.de conſec.di. 4.de pœnitentibus.de pœn.diſt.1.in actionem.
Quod imponitur pœnitentia ad cautelam, 15.qu.1. ſi quis inſaniens, 23.q.5.excommunicatorum.
Quod criminoſi ſunt compellendi ad pœnitentiam agendam, 23.q.4.diſplicet.
Quod pœnitentia eſt arbitraria iuxta diſcretionẽ imponentis, 26.q.7.hoc ſit.de pœn.diſt.1.menſuram.
Item eſt arbitraria ſecundum exigentiã ætatis, ægritudinis, & neceſſitatis, 26.q.7. tempora pœnitudinis, & c.hoc ſit.
Quod licet pœnitentia ſit arbitraria, pro quibuſdam tamen culpis modi pœnitentiæ à canone ſunt impoſiti, de pœn.diſt.1.menſuram.
Quod epiſcopo ſiue preſbytero fornicanti cum filia ſpirituali eſt quindecim annorum pœnitentia imponenda, 30.q.1.ſi quis ſacerdos.
Quod decennis pro matricidio, 33.q.2.latorem.
Quod pro fornicatione religioſi vel religioſę, 27.q. 1. deuotam.
Quod ſeptennis imponitur pro eccleſiæ inuaſione. 11. q.2.de viro.
Item pro inceſtu, 30.q.4.ſi pater.
Item pro vxoricidio, 33.q.2.admonere.
Item pro homicidio adulterio, & periurio, ſed differẽter, 22.q.1.prædicandum.
Quod quandoque periurantis pœnitentia ſunt ſeptẽ anni, quandoque tres, quandoque vnus, quãdoque minus, ſecundum iuramenti differentiã. 22.q.5.qui compulſus.& tribus c.ſeq.
Quod eccleſia conſueuit pro quolibet peccato mortali ſeptennem pœnitentiam iniungere, ſed magis & minus aggrauare, 33.q.2.hoc ipſum.
Quod ab hæreticis ſacramenta recipientes diuerſimodè puniuntur, 54.q.1.ſi quis dederit.
Quod pœnitentia rebaptizatorum diuerſificatur, de conſ.diſt.4.qui bis.& c.eos quos.
Quod pœnitentia incendiariorum eſt quòd poſt damni reſtitutionem in terra ſancta per vnum annum demorentur, 23.q.vlt.peſſimam.
Quod qualiter pœnitentia ſolemnis & publica eſt imponenda & aſſumenda. 50.di.pœnitentes, & ca.ſeq.
Quod imponitur pro magnis criminibus. de pœ.diſt. 1.in actione.
Quod iuuenibus non eſt facile imponenda, 50. diſtin. pœnitentes.
Item nec clericos niſi prius à ſuis ordinibus degradatis, 50.diſt.confirmandum, & duobus c.ſeq.
Quod non debet iterari, 50.ſi quis poſt remiſſionem. § proxi.
Quod facientes eam non debent interim communicare niſi in articulo mortis, 26.q 6.ſi quis, & tribus c.ſeq.
Quod non debet militiam ſæcularem vel pompã exercere, de pœn.diſt.5.contrarium, 50.diſt.c.vlt.
Quod tales non poſſunt ad ſacros ordines promoueri, 50.diſt.ex pœnitentibus, & quatuor cap.ſeq.&c. illud & c.placuit.
Quod quamdiu ſunt in pœnitentia actu non poſſunt in curia ſeculari aliquem accuſare, 11.q.1.aliud.
Quod poſt pœnitentiam matrimonio poſſunt vti & de licentia contrahere, 33.q.2 audiuimus, vſque ad finem queſtionis.

De Pœnitentia habes vbi agitur de Contritione, & vbi agitur de Confeſſione, & vbi agitur de ſatisfactione.

PENTECOSTE. Quod Pẽtecoſte in eadẽ lętitia & reuerentia eſt ſicut feſtum Paſchæ, 76.diſt. noſſe.
Quod in vigilia Pentecoſtes diaconi propter aduentũ ſpiritus ſancti dalmaticis debent vti, & flectamus genua, non debet dici, 76 diſt.de ieiunio.
Quod à paſcha vſque ad pentecoſtẽ ſi qui ieiunare voluerint, non ſunt prohibendi, 76.diſt poſt paſcha.
PERCVSSIO. Quod percuſſio eſt duplex, videlicet ſpiritualis & corporalis. Spiritualis quæ fit verbo, Corporalis quę fit facto, 45.diſt.cum beatus.
Quod ſpiritualis percuſſio fit quando doctor inutili ſermone conſcientiã percutit infirmorũ, 45.d.c.vlt.
Quod corporalis percuſſio fit aut à Deo aut ab homine, 7.q.1.cum percuſſio.
Quod percutitur quis corporaliter diuino iudicio, 16. diſt.Anaſtaſius, 15.q.1.nec his.& c.ſeq.
Quod diuinæ percuſſioni percuſſio hominum non debet ſuperaddi, 7.q.1.cum percuſſio.
Quod percuſſio corporalis ab homine qui præeſt ad correctionem eſt meritoria, 45.diſtin. cum beatus. §.Salomon, & c.ſeq.
Nam qui emendat verbere in quem ei poteſtas datur, miſericordiam facit, 45.diſt.& qui emendat.
Quod beatus Benedictus percutiendo corporaliter quendam monachum ſanauit ſpiritualiter, 45. diſt. cum beatus.§.Salomon.
Quod percuſſio ex odio vel ira, mala eſt, 45. diſt.quid autem.
Quod prælati debent eſſe paſtores non percuſſores gregis, 45.diſt.c.1.
Quod prælati qui percuſſione non vitia corrigũt, ſed timeri quærunt, culpantur, 45.diſt.duæ.§.proxi.
Quod epiſcopus nullum ſuis manibus, ſed per alium debet percutere, 86.diſt.non liceat, & 5.q.5.illi qui.
Quod epiſcopus vel presbyter percuſſor debet deponi, 1.q.7.ſi quis omnem, in fin.45.di. duæ.§. ex his.
Quod minores clerici ab his qui proſunt, pro ipſorũ exceſſibus poſſunt percuti, 45. diſt. cum beatus.§. Salomon.
Quod illud, qui te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe ei, & alteram, nõ ad literam intelligitur, quia nec Chriſtus, nec Paulus apoſtolus hęc ad literam impleuerunt, 23.q.1.paratus.

De hac materia habes vbi agitur de Diſciplina, & vbi agitur de correctione, & vbi agitur de Flagellatione.

PEREGRINATIO. Quod peregrinatio ad loca ſanctorũ nõ eſt contẽnenda, quia à ſanctis patribus eſt approbata, 30 diſt.ſi quis per ſuperbiam.
Quod nulli religioſo vel clerico licet vouere peregrinationem, vel aſſumere ſine licentia ſui prælati, 20. q. 4.c.vlt.& §.ſeq.de conſe.diſt.5.non oportet.
Quod peregrini ſanctorum, & præcipuè apoſtolorũ vbicunque ſine pedagiis, & ſine aliis nocumentis debent tranſire, 23.q.5.ſi quis rompetas, & cap.illi qui.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod non eſt laudabile peregrinum fuiſſe Hieroſolymis,ſed ibi bene vixiſſe,12.q.2.§.Crates.
Quod peregrini clerici abſque formata in alia diœceſi non debent recipi,71.diſt.c.vlt.
Quod tranſmarini vel alij clerici peregrini non debent niſi cum quinque ſigillis epiſcoporum ad ordines recipi,98.diſt.per totum.
Quod peregrini epiſcopi vel presbyteri in via peregrinationum poſſunt occultè celebrare,7.q.1.epiſcopi vel presbyteri,9.q.2.per totum.
Quod poſſunt tabernas ingredi,44.diſt.clerici.
Item licet eis mutare habitum,21.q.4.epiſcopi.
Item licet eis excommunicatis in cibis communicare,11.q.3.quoniam.
PERFECTIO.Quod perfectio nõ admittit perſonalem rerum repetitionem,13.quæ.1. per totum, 11.q.1.te quidem.
Quod omnes epiſcopi debent eſſe in ſtatu perfectorum,14.q.1.epiſcopus, & §.ſeq.12.q.1.expedit.
Quod perfecti debent temporalia contemnere,12.q.1.clericis.
Item nil debent extra Chriſtum quærere,12.q.1.cui portio Deus eſt.
Item totaliter cõtẽplationi intendere,12.q.1.2.ſunt.
Itẽ iniurias patienter tolerare,14.q.1.quod debetur.
Quod perfectis nec mentiri,nec dicere falſum eſt permiſſum,22.q.2.ne quis.
Quod illi perfecti dicuntur in charitate qui pro fratrib.parati ſunt mortẽ ſubire,de pẽ.diſtin.2,§.hæc quæ.in fi.
Quod perfecta non videtur quæ perfectionis ordine nõ complentur,7.q.1.nihil.Exemplum ibi de Miſſa per alium complenda.
PERIVRIVM.Quod periurium eſt nequiter decipere credentem,22.q.2.c.1.
Item periurium eſt falſa iuratio ignoranter facta hoc non eſt peccatum,vbi non temerè iuratur,22.q.2. beatus.
Item periurium eſt falſa iuratio ſciẽter facta,id eſt,actus firmandi mendacium iuramento,hoc ſemper eſt mortale,22.q.2.homines.
Item periurium eſt indiſcretum iuramentum,licet nõ ſit mortale,22.q.4.qui ſacramento, 25.diſti.vnum orarium,§.aliàs.
Item periurium eſt tranſgreſſio iuramenti,hoc quãdoque eſt peccatum,quandoque nullum , 22.q.4. inter cætera.& cap.ſeq.
Quod vbi tres comites,videlicet veritas,iuſtitia & iudicium deſunt,non eſt iuramẽtum,ſed periurium, 22.q.2.animaduertendum.
Quod etiam ſi non iuretur ſuper ſacra, & iuratur in communi locutione,incurritur periurium, 22.qu. 1.habemus.
Quod minus malum eſt incurrere periurium quàm noxia promiſſa adimplere,13.d.duo.22.q.4.vnuſquiſque.
Quod periuriũ ſine deliberatione vel iocoſe,reputatur veniale peccatum,25.d.vnũ orariũ,§.quæ aũt.
Quod pœna periurij eſt ſicut homicidæ,22.q.4.inter cætera.circa medium.
Quod periurus eſt infamis,nec admittitur ad ordines ſacros,6.q.1.infames.
Item non admittitur ad teſtimonium ferendum,6. q.1.quicunque,22.q.5.ſi quis conuictus.

De periurio habes vbi agitur de Iuramento, & pœna periurij vbi agitur de Pœna.

PERMISSIO.Quod eſt permiſſio prouidæ conceſſionis,vt matrimonij contractus cauſa vitandæ fornica. 13.d.nerui. & hæc ex toto facta excuſat.
Item eſt permiſſio indifferentis actionis,quæ non præcipitur,nec prohibetur,vt dum vir fortis petit præmium,3 diſt.omnis.
Item eſt permiſſio rationis, vt cũ permittitur minus malum & illicitum ne committatur grauius,13.d. nerui.
Item eſt permiſſio obligationis,vt cum vir permittit vxorem aliquo voto ſe adſtringere, quod poſt de neceſſitate eſt implendum,33.q.5. manifeſtum.
PERMVTATIO. Quod permutatio eccleſiarum vel monaſteriorum poteſt fieri,ſed non per ſæculares,16.q.7.nemini.
Quod talis permutatio nõ debet fieri cauſa leuitatis, ſed cauſa meliorandi,16.q.7.ſi quis vult.
Quod permutatio eccleſiarum non debet fieri ſine conſenſu epiſcopi,16.q.7.ſi quis vult.

De hac materia habes vbi agitur de Mutatione.

PERSECVTIO.Quod perſecutio eſt duplex,videlicet carnalis,qua malus perſequitur bonum: & ſpiritualis,qua bonus malum propter bonum perſequitur,23.q.4.qui ſecundum,6.q.1.quieſcite.
Quod ſẽper mali bonos pſequũtur,3.q.1.nulli dubiũ.
Quod perſecutio ſit inuidia cordis, detractione oris, & inflictione operis,6.q.1,ſunt plurimi,§.verum,& 3.q.4.detractores.
Quod Deus permittit perſequi bonos,vt exceſſus eorum ex hoc ſuffocentur,6.q.1.ſunt plurimi.
Quod diabolus præcipuè prælatis perſecutionem à ſubditis procurat, vt capite langueſcente facilius membra ruant,6.quæſt.1.ſunt plurimi.§.verum.
Quod perſequi prælatum eſt perſequi Chriſtum,quia vicarius ſuus eſt,7.q.1.omnis.
Quod prælati exemplo Chriſti debent perſecutores patienter tolerare,7.q.1.ſuggeſtum. & duobus ca. ſeq.
Quod prælatorum eſt duplex perſecutio,vna exterior quæ reſpicit paſſionem , alia interior quæ reſpicit compaſſionem,7.q.1.aduerſitas.ante med.
Quod exterior perſecutio cumprælato infertur ratione perſonæ,eſt exemplo Chriſti fugienda ſed cum ratione gregis vel fidei eſt conſtanter ſubeunda, 7.q.1.aduerſitas.
Quod prẽlatos iniuſtè perſequentes ſunt infames , & exilio relegantur,3.q.4.clericus.& cap.ſeq.
Quod malos perſequi propter correctiones eorum non eſt malum,23.q.4.ille porro.vſque ad c.ſi non. §.breuiter.
Quod boni laudabiliter perſequuntur malos, & mali damnabiliter bonos,23.quæſt.4.ſi non.§.breuiter.
Quod Chriſtus non eſt iniuſtè perſecutus flagellando quos expulit de templo,23. quæſt.4.ille.§. porro.
Quod non eſt iniquitas,ſed potius pietas, criminis eſſe perſecutorem,23.q.5.non eſt iniquitatis, & c. ſi propterea,& c.non vos.
Quod hæreticos & alios infideles perſequi non ratione zeli ſed ratione vindictæ vel rapinæ , non eſt ſine crimine,23.q.4.remittuntur,& quæſt.7. quicunque.

De hac materia habes vbi agitur de Aduerſitate,& vbi agitur de Patientia.

PERSEVERANTIA.Quod perſeuerantia bona eſt ex virtute patientiæ,7.q.1.ſuggeſtum.
Quod perſeuerantia habenda eſt in bono propoſito conſeruando,16.q.1.vos autem.
Item mala prẽterita ne redeant ſolicitè cauendo , de pœn.diſt.2.c.quærendum.poſt med.
Item tribulationem vſque ad finem ſuſtinendo,7.qu. 1.ſuggeſtum.
Quod qui perſeuerauerit vſque in finem , hic ſaluus erit,7.quæſt.1.ſuggeſtum.de pœn.diſt.2. non reuerebantur.
Quod illud quod voluntate fit perſeuerat, quod neceſſitate,cito ſoluitur. de conſec.diſtinct.5. quidquid.
Quod retro poſt aratrum reſpicit qui in incepto bono non perſeuerat,de pœn.diſt.2. pennata animalia.
Quod perſeuerantia in bono eſt donum Dei,de pœn. diſt.3.ſi quis.circa finem.
Quod multis Deus dat dilectionem ſui,quibus non dat perſeuerantiam,de pœ.diſt.2.c.quærendum , in fi.& §.non autem,ante fi.
Quod incaſſum bonum agitur ſi ante vitæ terminum deſeratur,quia & fruſtra velociter currit qui prius quàm veniat ad metas,deficit.de pœn.diſtin.3.§.1. in fi.c.in caſſum.
PERSONA.Quod perſona vna tantum eſt in Chriſto licet diuerſę naturæ,15.diſt.canones, ante medium.
Quod Arius damnatus eſt quia ponebat inæqualitatem in diuinis perſonis,15.diſt. canones.ante medium.
Quod perſonarum acceptio non eſt apud Deum. 32. q.4.ſicut.de conſ.diſt.4.nec quenquam.
Item nec debet eſſe apud homines, videlicet in prælatorum electione,63.diſt.ſacrorum.
Quod perſonarum trinitas ſemper eſt exprimenda in baptiſmo,de conſ.diſt.4.de trina.& 5.c.ſeq.
Item in ſententiæ executione,2.q.ſi quis preſbyter,11. q.3.ſummopere.
Item in pœnitentiæ impoſitione,26.q.7.ſacerdos.

De hac materia habes vbi ponitur Accepta.

Quod vtrum plures perſonatus vnus poſſit tenere, 21.q.1.& 2.per totum.
PETITIO.Quod petitio eſt duplex,videlicet iuſta & iniuſta,23.q.3.ſex differentiæ.ante finem.
Quod iuſtè petitur à Deo & ab homine auxilium vt tribulatio remoueatur,ſed iniuſtè petitur vt voluptuoſus ſtatus conſeruetur,ibidem.
Quod Paulus vt conſeruaretur, non ad voluptatem ſed ad aliorum vtilitatem iuſtè petiuit auxilium armatorum.

De hac materia habes infra vbi ponitur Plus petitio.

PETRVS.Quod Petrus à petra Chriſto nomen accepit,21.diſt.§.decretis.ante finem.
Item dictus eſt cephas,id eſt,caput, quia principium tenebat apoſtolatus,22.diſt.ſacroſanct. 21. diſt. §. decretis.
Quod à Domino princeps apoſtolorum conſtituitur, vt ab ipſo velut à capite in membra , velut à fonte in riuos omnis vigor ſpiritualis deſcenderet, 19. diſtin.ita Dominus,21.diſtin.in nouo,80.diſtin.in illis,24.qu.1. loquitur.c.manet ergo,& tribus cap. ſeq.
Quod ſuper ipſum Dominus velut ſupra firmam petram totam eccleſiam omnino inſeparabiliter collocauit,19.diſt.ita Dominus,22.diſt.omnes,24.q. 1.non turbatur.
Quod in eo quòd aurem Malchi preſcidit, innuitur, quòd ſua profeſſione fidei,auditum infidelitatis amputauit,24.q.1.ſi Petrus.
Quod ipſum Dominus cadere permiſit, vt & fortior poſt caſum reſurgeret,& ex culpa ſua diſceret-qualiter cadentibus miſereri deberet,50.diſt. conſiderandum.& cap.ſeq.
Quod ter negauit,& ter confeſſus eſt ſe amare, innuitur quòd ſatisfactio debet fieri iuxta quantitatem delicti,6.q.1.imitare.
Quod in hoc quòd dictum eſt Petro , Conuerte gladium tuum in vaginam,prælatis & clericis vltro inhibetur,23.q.8 §.1.
Quod Tabitham ſuſcitauit,& Ananiam cum Sapphira morti tradidit,23.q.8 Petrus.
Quod in hoc & non repulit reprehenſionẽ ſubditorũ, exemplum dedit prælatis idem faciendi,2.q.7.Petrus.&c.ſeq.
Quod in hoc quòd Dominus Petrum poſt trinam negationem non ſtatim iudicauit,exemplum dat, & prælati non ſtatim ſunt iudicandi, ſed potius corrigendi,45.diſt.licet plerunque.
Quod Chriſtus reſpiciens Petrum fecit eum ſuum defiere peccatum,23 q.4.ſicut non eſt.
Quod Petrus Linum & Cletum in adminiſtrationem exteriorem aſſumpſit. Ipſe verò Petrus orationi & prædicationi vacauit,8.q.1.ſi Petrus.
Quod Petrus &Paulus fuerunt pares quoad meritum non quoad dignitatem,in qua præceſſit Petrus, 2. q.7.Paulus Petrum.
Quod ambo ſimul in vno die in vrbe Romana ſunt occiſi à Nerone,21.diſt.quamuis,22.diſt.ſacroſancta, 2.q.7.beati.
PHILOSOPHIA. Quod philoſophia liberalium artium non reprobatur , ſalubrior tamen eſt ſacra ſcriptura,37.diſt.ſi quis autem.
Quod ſcientia Philoſophica ſicut Aſtrologia & huiuſmodi non ducit ad ſalutem,ſed mittit in errorem, 37.diſt.legimus.§.ſed & contra.
Quod non in Dialectica placuit Deo ſaluare populũ ſuum,quia regnum Dei in ſimplicitate fidei eſt, 37. diſt.omnem.
Quod garrulitas Philoſophica garrulitati ranarum cõparatur,27.diſt.legimus.§.hinc etiam.
Quod in illis præcipuè Philoſophia vituperatur,quia ipſa vtuntur ad delectationem,non ad fidei vtilitatem,37.diſt.turbat.§.cum ergo.
Quod ſancti quandoque vſi ſunt Philoſophia,37.diſt. turbat.& c.qui de menſa,& 1.q.1.Dominus declarauit.
Quod dicta Sibyllæ & aliorum Philoſophorum valẽt ad conuincendum paganorum vanitatem,37.diſt. ſi quid.
Quod ſacra ſcriptura nec ſub venuſtate,nec ſub Philoſophicis terminis eſt proferenda,38.diſt.eccleſiaſtica.
PIETAS.Quod pietas eſt mater boni operis,22.q. 2.ſi quælibet.
Quod culpa purgatur pietate, 22.quæſt. 2.ſi quælibet.
Item meretur temporaliter & æternaliter remunerari.
Quod ſcientia eſt pietatis veteris & noui teſtamenti intelligentia,37.diſt.ſi quis autem.
Quod non eſt mentiendum in doctrina pietatis,22.q. 2.primum.
Quod ſub ſpecie pietatis peccatum mortale non eſt committendum,22.q.2.ne quis.
Quod crimina punire non eſt crudelitas, ſed pietas, 23 q 8 lege.

De hac materia habes vbi agitur de Eleemoſyna,& vbi agitur de Miſericordia.

PISCES. Quod piſces ad manducandum à carne abſtinentibus conceduntur,4 diſt.denique.
Quod pœnitentes non piſcibus ſed piſciculis vti debent,82.diſt.preſbyter.
Quod cum à carnibus abſtinetur , à cartioribus cibis piſcium eſt abſtinendum,4. diſt.denique.
Quod propter piſces malos retia prædicationis nõ rũpuntur,23.q.7 c.1.in fi.
PLACENTIA.Quod placentia malorum à prælatis non eſt appetenda,83.diſt.nihil.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod placendi causa hominibus veritas non est annuntianda, 22.q.2.primum.
Quod pastor quærens lupis placere, pernicies est ouiũ. 83.dist.nihil.
Quod sicut Abraham placuit in cõiugio, sic nunc placent virgines in castitate, de pœn.dis. 2. si enim inquit, vltra med.
Quod secundum carnem viuentes Deo placere nõ possunt, 82.dist.proposuisti, circa fin.
PLANCTVS. Quod planctus conuenit pœnitentib. qui debent mala perpetrata plangere, de pœ.di.3.§.j.
Item conuenit bene monachis, quia monachus non habet doctoris officium, sed plangentis, 16.q.1.monachus.
Item conuenit compatientibus, sed discretè: sicut quãdo mortui planguntur, 13.q.2.quàm præposterum, c.seq.§.hoc autem.

De hac materia habes vbi agitur de Fletu, & Lachrymis.

PLVSPETITIO. Quod plus petitur multipliciter, videlicet re, vt quando pro decem viginti petuntur, 14.q.1.quod debetur.
Item plus petitur tempore, quando ante tempus petitur, 78.dist.c.1.2.&3.
Item loco plus petitur quando non vbi soluere conuenit petitur, sed alibi, 33.q.2.siue, 7.q.1. si quis epis.
Item causa, vtvbi duo promittuntur sub alternatione, & alterum petitur quod fieri non potest, vel non debet, 13.dist.nerui, 22.q.4. vnusquisque. Exemplum ibi de Herode & saltatrice.
POLLVTIO. Quod pollutio carnalis lasciuiæ plus inquinat homines inter septem peccata mortalia, 32.q.6.non solum.
Quod dupliciter contingit pollutio carnalis, videlicet dormiendo, & vigilando, 6.dist.testamentum.
Quod dormienti quatuor de causis contingit aut ex crapula, aut ex naturæ superfluitate, aut ex infirmitate, aut ex cogitatione, 6.dist.testamentum.
Quod pollutio contingens ex crapula vel cogitatione mala, peccatum generat, sed differenter, 6.di.testamentum.
Quod an taliter pollutus debeat celebrare, vel communicare, habes vbi agitur de eucharistia.
Quod vigilando contingit pollutio ordinariè sicut cũ vxore propria, propter quã olim aqua lauabantur, nunc autem per aquam benedictam mũdantur, 33.q.4.vir cum propria.
Item extraordinariè, & hoc multipliciter, videlicet per concubinatum, 36.q.1.lex illa, §.cum ergo.
Item per adulterium, 32.q.5.puto.
Itẽ per incestum, 35.q.2.& 3.de incestis, & duob.c.se.
Quod extraordinaria dicitur pollutio quando fit extra vas debitum mulieris, quæ tamen non impedit matrimonium, 35.q.5.extraordinaria.
Item extraordinaria pollutio dicitur quãdo peccatur in eadẽ specie cõtra naturã. 32.q.7.flagitia, &c.vsus.
Item extraordinaria est quando peccatur contra naturã in alia specie, sicut cum brutis, 15.q.1.mulier.
Quod etiam quandoque polluitur sine mentis pollutione sicut contingit in oppressione, 32.q.5.illę.
Quod mens quandoque polluitur sine corporis inquinatione, 32.q.5.nec solo.
POPVLVS. Quod decem faciunt populum, 10.q.3.vnio, in fin.
Quod propter peccatum populi quandoque Deus dat malum prælatum, 8.q.1.audacter.
POSSESSIO. Quod possessio rerum multiplex reperitur, quia vel est de iure diuino, vel de iure humano, 23.q.7 c.1.
Quod possessio terrena non lege diuina, quæ vult omnia esse communia, distincta est, sed lege humana, quæ statuit meum, & tuum, 7.dist.quo iure.
Quod hæretici & infideles, nec iure diuino, nec iure humano res possident, 23.q.7.c.1.
Quod laici licitè possident temporalia, dummodo licitè vtantur, 12.q.1.duo, in fin.
Quod labores suos bene possidet, qui non dominat cupiditate, sed benevtendi pietate possidet, 23.q.7.
Quod iniustè possidentur male acquisita, & male detenta, 14.q.4.quid dicam.
Quod qui conquisitis vti nesciunt, aliena possidere cõuincuntur, 24.q.4.quid dicam.
Quod bonę fidei possessor dicitur quamdiu quis ignoranter possidet alienum, 34.q.2.si virgo.
Quod bona fides non ad tractum medij temporis, sed ad initium possessionis refertur, 16.q.3.placuit, §. potest.
Quod possessor deficiente actore titulum suæ possessionis probare non cogitur, 2.q.5.§.j.
Quod non possidẽt aliena fideles qui bona hæreticorum & infidelium exceptis Iudęis tenent, 23.q.7.si de rebus, & duobus c.seq.

DE POSSESSIONE PERFECTORVM.

Quod perfectorum non est possessio aurum & huiusmodi, sed ipse Deus, 12.q.1.clericus. & duob.c.seq.
Quod communi possidere non est contra statũ perfectionis, 12.q.1 expedit, & c.videntes, & c.habebat. Exemplum ibi de Christo, qui loculos habuit.
Quod cum Iuda cadit damnabiliter à statu perfectionis qui vsurpat possessionem proprietatis, 12.q.1. exemplum, & c.certe, & c.si priuatum.
Quod res in communi possessæ fideliter sunt dispensandæ, 12.q.2.res. & duobus c.seq.
Quod possessio ecclesiæ communi præscriptione non potest alienari, 16.q.4.possessiones, & §.seq. & c.seq.
Quod ecclesiæ non est danda sterilis possessio, 10.q.2. casellas, §.hoc ius.
POSSE. Quod posse peccare non est posse. de pœn. dis.2 ante fin.
Quod excepto Deo omnes peccare possunt, de pœ.di. 2.si enim inquit, dist.3 siue c.inter hæc 1
Quod Deus vocatur omnipotens, quia omnia potest quæ posse est aliquid posse, de pœn. dis.2.circa fin.
Quod lex non statuit aliquid contra posse humanum, 4.dist.erit, 14.q.6.si res.
Quod est posse iuris quando illud possumus quod de iure possumus, 2.q.1.nos in quemquam, 50.dist.si quis præpostera.
Item dicitur posse naturæ, vltra quod natura non potest, de conse.dis.4.nunquam.
Item dicitur posse facultatis, vbi illa deest repetitio nõ competit, 14.q.6.c.1.
Item dicitur posse officij, vbi quantum committitur tantum potest, 2.q 6.decreto.
Item est posse pietatis. quod prio salute aliorum impeditur, 22.q.2 faciat.
Item est posse diuinæ voluntatis, quod sanctorum patrum & omnium hominum statuta transcendit, 25.q.1.contra. Vnde versus.

Posse quidem rebus dant ius, natura, facultas,
Officium, pietas, sextum diuina voluntas.

De hac materia habes vbi agitur

De Potestate.

POSTVLATIO. Quod postulatio dupliciter accipitur, vel pro aduocatione vel pro petitione, 3.q.7. infames, 61.dist.Osius, §.sed alius.
Quod postulatio primo modo est desiderium suum vel amici sui in iure apud eum qui iurisdictione præest, exponere, 3.q.7.infames.
Quod quidam prohibẽtur omnino postulare, vel propter ætatem, vt minores, 17.annis vel propter causam, vt surdus, vel propter sexum, vt fœminæ, vel propter notam turpitudinis, vt hermaphroditi vel cæci qui suntvtroque lumine priuati, 3.q.7.infames.
Item nulli criminosi & infames nisi prius restituti non possunt postulare.
Quod in alieno negotio nunquam postulare siue aduocare debet episcopus, 14.q.1.c.1.
Quod episcopus pro pœnæ remissione miserorum postulare potest, 14.q.6.hi qui in furtis, & 23.q.5.c.1.
Item pro se & ecclesia sua & miserabilibus personis postulare potest, & hoc non sępè, ne vilescat dignitas, 88.dist.perlatum.
Quod alij clerici in causa criminali forensi postulare non debent nisi intercedendo pro reis, 23.q.5.c.1.
Quod in causa ciuili sæculari diaconus & superiores postulantes repelluntur, 11.q.1.te quidem.
Quod in ciuili ecclesiastica diaconus & superiores admittuntur, sed salarium nequeũt petere, 15.q.2.ob seruandum, 11.q.1 experientiæ, & c.seq.
Quod monachi vel claustrales non nisi pro domo sua, & hoc de licentia abbatis sui possunt postulare, 16.q.1.monachi à monasterio, & c.placuit communi.

De hoc habes vbi ponitur Aduocatus.

Quod postulatio sine petitio fit de laico vel alterius ecclesiæ clerico propter probitatem personæ, 61.dist. Osius, & §.seq. & c.nullus inuitus, 71.dist priuatur.
Quod aliud est postulari, aliud eligi, 61.dist.Osius.
Quod postulatur laicus vel alterius diœcesis clericus, sed eligitur clericus nullum habens impedimentũ, 61.dist.Osius, §.sed aliud est.
Quod postulatio fit simpliciter petitione vel electione cum solennitate decreti omnium subscriptione roborari, 61.dist.Osius, §.sed aliud est, & c.seq.
Quod laicus primo est postulandus, demum eligendus sed clericus primò eligendus demum postulãdus, 61.dist.Osius, §.sed aliud est.
Quod in postulatione omnium eligẽtium requiritur consensus, 61.dist.episcopus dum, 63.di.litteras, 76. dist.dilectionis.
Quod postulatus per suum prælatum debet concedi, 76.dist.dilectionis, 7.q.1.episcopus de loco.
Quod vacante ecclesia capitulum non potest concedere postulatum, 71.dist.fraternitatem, 24.dist.c.2. 3.&4.
Quod episcopus non potest compelli ad dandum clericum postulatum, 85.dist.archidiaconum Florentinum, in fine. 76 distinct.electionis, 63. distinctione litteras.
Quod episcopus videtur posse compelli ad dandum clericum postulatum per superiorem, 12 qu.1.omnis.in fin.
Quod postulatio non iuri sed gratiæ innititur, 63.di. litteras
Quod postulatio vitiatur si postulantes diffidunt de iure suo, nisi sit iam superiori præsentata, 28.di. de Syracusanæ.
POTESTAS. Quod potestas Dei præcedit omnium hominum potestatem, 8.dist.quæ contra.
Quod potestas non est nisi à Deo siue iubente siue sinente, 23.q.1.quid culpatur in bello.
Quod potestati Dei resistit qui ordinationi Dei resistit, 11.q.3.qui resistit.
Quod illud quis potest quod de iure potest, 2.q.1.nos in quemquam. 22.q.2.faciat.
Quod aliud est iniusta potestate iustè vti, & aliud iusta iniustè vti, 14.q.5.neque.in fin.
Quod meretur potestatem amittere qui sibi concessa abutitur potestate, 11.q.3.priuilegium.
Quod potestas est duplex, videlicet põtificalis & regalis, 96.dist.duo. 23.q.5.principes.
Quod Christus actibus suis officia potestatis tam põtificum quàm Imperatorum discreuit, 96.dist.cum ad verum.
Quod vtraque potestas se debet iuuare mutuo, 23. q.5.principes. & quattuor c.seq.
Quod sicut antecedũt diuina humana, & cœlestia terrena, & spiritus carnem, sic antecedit pontificalis potestas regalem, 10.dist.suscipitis.
Quod Imperator debet subesse potestati Papæ, 96.d. si impetator, & c.sicut, vsque ad finem.
Quod potestas Papæ in conciliis excipitur, & statuta conciliorum sua potestate confirmantur, 17.dist. per totum.
Quod potestas Imperialis siue regia non est vituperãda, 14.q.5.neque.
Quod personæ ecclesiasticæ ratione prædiorum tenẽtur potestatibus sæcularibus obedire, 23.q.8.cõuenior, & c.tributum. Exemplum ibi de Christo.
Quod potestas secularis non habet ius in spiritualibus, 23.q.8.tributum.
Quod cum præcipitur quod nõ licet, ibi potestas est contemnenda, 11.q.5 qui resistit.
Quod alia est potestas officij, alia executionis, 24.q. 1.miramur.§.proximo.
Quod suspensi habent potestatem, sed nõ executionẽ potestatis, 1.q.1.quod quidam, §.ex his, circa prin. 24.q.1.miramur, §.proximo.

De potestate Imperatoris habes vbi agitur de Imperatoribus & regibus & principibus, & de Potestate episcopi, vbi agitur de Episcopis, & sic de aliis vbi agitur de singulis.

PRAEBENDA. Quod præbendæ in duabus ecclesiis vni non sunt dandæ, 70.dist.sanctorum, 89. dist.singula.

De hac materia habes vbi agitur de Beneficiis, & vbi agitur de Officiis.

PRECARIAE. Quod precariæ dicuntur quædã precationes vsusfructus in recompensatione proprietatis, 10.q.2.precariæ, 12.q.2.precariæ.
Quod precarium vtendum conceditur quandiu patìtur qui concessit, 12.q.2.sæpè.
Quod precariæ cum fiunt, sunt in scriptis redigendę ne per retentionem diutinam præiudicium generetur, 21.q.2.sæpè.
Quod precariæ de quinquennio in quinquẽnium debent renouari, 10.q 2.precariæ.
Quod precariæ irrationabiliter factæ præcipuè ecclesiarũ successori nõpræiudicãt, 10.q.2.de precarijs.
Quod precariæ possidentes præscribere nõ possunt, 16.q.3.clerici. & c.seq.
PRAECAVERE. Quod præcauendum est futuris periculis, 23.dist.in nomine, circa prin. 51.d.desiignata, 28.dist.de Syracusanæ, 82.dist. proposuisti, circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Cautela.

PRAECEPTVM. Quod præceptũ Dei omnibus præceptis antefertur, 8.d.quæ contra, 11. qu.3.si is qui, & c seq.
Quod decem generalia sunt præcepta Dei, quæ decalogus dicuntur, 32.q 4 merettrices.

Vnde versus.

Idola sperne, Dei tibi non sit nomen inane,
Sabbata sanctifices, habeas in honore parẽtes.
Non occisor eris: fur: mœchus: testis iniquus.
Non alij nuptam, nec rem cupias alienam.

Quod præceptum Dei facit licitum vbi aliàs esset illicitum, 14 q 5.dixit.
Quod an Deus non vult vt semper fiat id quod præcipit, 22 q.1.non est.
Quod præcepta patientiæ non tam exhibitione corporis quàm præparatione cordis sunt retinẽda, 23. q 1.nisi.§.his ita, & c.paratus.

Source : BIU Cujas

Item quod præcipitur imperatur, & quod imperatur, necesse est fieri, 14.q.2.c.vlt.

Quod præceptum papę propter obedientiam beati Petri cuius successor est, diligenter est obseruandum, 19 dist.in memoriam.

Quod iniustum præceptum superiorum non est implendum, 14.q.3.si episcopus forte,& c.seq.

Quod præcepta etiam sanctorum prælatorum antequam impleantur sunt discutienda, videlicet si sunt iusta,& licita,si non sunt contra Deũ, 50.dist.si quis præpostera.

Quod nec Papa vult impleatur quod per surreptionẽ præcipit, 16.q.3 licet.

Quod qui iusti pręceptis non obtemperat, debitor est pœnæ, 14.q.1.quisquis, 50.dist.si quis præpostera.

PRECES. Quod preces hominum Deus non semper exaudit, 50.dist.si quis præpostera.

De hac materia habes vbi agitur de Oratione.

Quod preces canonicæ disciplinę contrariæ non sunt exaudiendæ, 60.dist.mitor, 14.q.6.c.1.

Quod rescripta expressam debent habere conditionẽ hanc, si preces veritate nitantur, 26.q.2. rescripta.

Quod iudices sunt puniendi qui precum mẽdacia nõ arguunt, 25.q.2.rescripta, vique ad c.vniuersa.

Quodvtrum per preces suas, vel aliorum possit quis sine simonia promoueri, habesvbi agitur de simonia.

De hac materia habes vbi agitur de Petitione.

PRÆCIPITATIO. Quod præcipitatio qualiter, & in quibus non sit bona, habes supra vbi ponitur Acceleratio.

PRÆCISVS. Quod præcisus de Christi corpore etiam si figuram membri teneat, vitæ spiritum non habet, 23.q.7.quemadmodum.

Quod de præcisis an sacramenta conferre possint, habes, 1.q.1 per totum.

De hac materia habes vbi agitur de Hæreticis & Schismaticis.

PRAEDA. Quod præda secundum militarem disciplinam regibus est seruanda, 23.q.5.dicat.

Quod propter prædam militare est peccatum, 23.q.1. militare.

Quod omnis illicita præda furti nomine in decalogo est prohibita cum dicitur nõ furaberis, 32.q.4.meretrices.

Quod prædones peregrinorũ & pauperum sunt excõmunicandi, 24.q.3.si quis Romipetas,& duob.c.seq.

PRAEDESTINATIO. Quod prædestinatio Dei semper in bono est, 23.q.4 Nabuchodonosor, ante med.

Quod prædestinatio ita est à Deo disposita, vt electi meritis,& precibus ad ipsam perueniant, ibid.

Quod nequaquã obtineri possunt quæ prædestinata non fuerunt, 23.q.4.obtineri.

Quod prædestinatio propriis meritis & sanctorũ precibus adimpletur, 3.q.4.obtineri.

Quod prædestinatus in quantum prædestinatus non potest damnari, de pœn.dist.4.peccatum, §.verum, post med.

Quod licet nemo possit saluari nisi prædestinatus, omni tamen delinquenti adhibẽda est correctio, sicut medicina adhibetur omni languenti, licet sciatur neminem vltra terminum à Deo præfixum victurũ, 23.q.4. Nabuchodonosor.

Quod prædestinatio multis est causa standi, sed nemini est causa labendi, 23.q.4.Nabuchodonosor, §.item qui.

Quod non inducit necessitatem correctionis vel obdurationis, cum boni per gratiam corrigantur, mali libero arbitrio pereant, 23.q.4. Nabuchodonosor, §.non ergo.

Quod licet prædestinatio Dei vel præscientia falli nõ potest, non ideo omnia prædestinata necessario eueniunt, sed quia bona absque eius gratia,& mala pręter eius scientiam euenire non possunt.

Quod multi videtur prædestinati merito præsentis iustitię, non autẽ prædestinatione claritatis æternę, de pœn.dist.4.§ hoc ergo.

PRAEDICATIO. Quod prædicatio verbi Dei nõ est contemnenda, 1.q.1.interrogo.

Quod non minus est reus qui prædicationem negligẽter adierit, quàm qui corpus Christi in terram cadere permiserit.

Quod ad prædicationem siue sit fidelis siue infidelis, etiam est in ecclesia admittendus, de cons,di.1.episcopus nullum.

Quod contemptoribus ne margaritæ spargantur ante porcos est subtrahenda, 43.dist.in mandatis.

Quod prædicationi præponenda est aliquando contẽplatio,& aliquando postponenda, 8.q.1, in scripturis. Exemplum ibi de Hieremia.

Quod sicut vtilius est habere prudentiores, quàm formosiores amicos, sic vtilior est sermo verior quàm disertior, 38.dist.sedulo.

Quod prędicatio suscitat spiritualiter mortuos, 8.q.1.olim.

Quod prędicator debet esse in vita & scientia irreprehensibilis, 8.q.1.oportet, 26.dist.§.j & §.ecce, 38.distin.c.1.

Quod prædicator purus debet esse à peccato, 50.dist. quid est hoc,& c.cum exaudiero, 35.q.6 in fin.

Quod fructum Christi non suum debet intendere, 8.q.1.olim,& c.in scripturis.

Quod secundum capacitatem audientium sermonẽ debet formare, 8.q.1.oportet.

Quod nec propter Christi cultum ampliandũ nec propter aliud vlla debet mentiri ratione, 22.q.2.primũ.

Quod prædicator debet esse actiuus & cõtemplatiuus & non de suo sensu, sed illa docere quę didicit in cõtemplatione, 36.dist.si quis vult.

Quod nec propter æmulationem vel detractionem aliorum à recta prædicationis intentione debet recedere, 44.dist.si quis.

Quod prædicator ad vtilitatem populi prædicans consequitur à Deo vberiorẽ gratiã, 18.q.1.reuertimini.

Quod nullus laicus vel rel giosus absque papæ vel episcopi licentia, nec mulier quantumcunque docta, & sancta sit, debent prædicare, 16.q.1.adijcimus, 23 dist.mulier.

Quod qui prædicatorem veritatis contristat in Christum peccat, 11.q.4.quicumque contristauerit.

Quod vitiosi sermo non est contemnendus, quia sicut lixiuium per cinerem humidum fluens lauat,& non lauatur, sic bona doctrina per malum sacerdotem credentes à peccatis lauat, 83.dist.§.vlt.

Quod infelix est prædicator qui alios illuminando ipse tenebrosus & reprobus efficitur, de pœn.dist.2. §.opponitur.

Quod prædicator bene dicendo& male viuẽdo Deũ instruit qualiter eum debeat condemnare, 40.dist. multi.

Quod prædicatores qui ab auditoribus non intelligũtur non audientium vtilitatem, sed suam ostentationem quærunt, 43.dist.dispensatio.

Quod incõuenienter prædicat qui pauperem Christũ pingui ventre & rubentibus buccis annunciat, 35. dist.ecclesiæ.

Item qui arroganter & cum fastũ annunciat, 46.dist. hoc habet.

Item qui fabulas immiscet, quia in vno ore cum Iouis laudibus se Christi laudes non compatiuntur, 86. dist.cum multa.

PRAEFATIO. Quod præfatio Beatæ Virginis nouem antiquioribus præfationibus per cõcilium addita est, 70.dist.sanctorum.in fi.

Quod excepta præfatione beatæ Mariæ nouem sunt quæ per circulum anni cantantur, de cons. dist. 1. in uenimus.

Quod ante præfationem ideo Sursum corda dicitur, vt tunc præcipuè ad Deum mentem erigere plebs moneatur, de cons.dist.1.quando autem.

PRAEIVDICIVM. Quod præiudicium committitur quando lite pendente pro altero sententiatur, 11.q.1.quia res.

Item præiudicium committitur quando vna parte absente altera auditur, 3.q.9.c.vlt.

Item præiudicium committitur quando quis contra iustitiam condemnatur, 2.q.1.in primis.

Item præiudicium generatur quando quid furtiuè vsurpatur, 93.dist.illud.

Item præiudicium dicitur quodlibet factum iniuriosum, 11.q.1.quia res.

PRAELATIO. Quod prælatio non est instituta cõtra bonos, sed ad coercendum malos, 22.dist.de Constantinopolitana.

Quod prælatio ecclesiastica quia est à Deo, nõ est cõtemnenda, 11.q.3.nemo contemnat.

Item nec auide suscipienda, nec propter desidiam respuenda, 16.q.1.vos autem, 8.q.1.olim, & tribus c. seq. 40.dist.multi.

Quod ambitiosus ad prælationem etiam si sanctus sit reprobatur, 1.q.1.principatus.

Quod fugientes eam magis sunt assumendi quàm se ingerentes, 1.q.6.sicut, 8.q.1.in scripturis.

Quod non consanguinitas, sed iuris & scientiæ congruitas est attendenda in ipsa, 8.q.1.& c.seq.

Quod non prælatio, sed bona conuersatio nos iungit Deo, 40.dist.non loca.

Quod omnis sanctitas præsumẽda est de prælato, 40. dist.non nos.

Quod ille prælatus dicitur maior, quivita est sanctior, 2.q.7.Paulus Petrũ,&duob.c.seq.40.di.multi,in fi.

Quod absurdum est prælatum peiorem esse populo, 1.q.1.vilissimus.

Quod prælati debent esse literati, 36. distinctione qui ecclesiasticis, & duobus capitul. sequen.& capitu.si quis vult.

Quod vita pastoris debet esse exemplar subditis, 2. q.5 cum pastoris.

Quod prælati debẽt esse duces gregis & pastores, 7.q. 1.scitaris.

Quod integritas prælatorum salus est subditorum,& ordo mutabit si quod inuenitur in corpore, non in ueniatur in capite, 41.dist. miramur.

Quod prælatus debet in conuersatione & sermone præire, 8.q.1,qualis, 40.dist.non nos,& tribus c.seq.

Quod minorum exempla ad imitandum,& doctrinã ad discendum spernere non debet, 22.dist.de Constantinopolitana 24 q.3.si habes.

Quod debet etiam erga subditos solitam curam gerere, 8.q.1.in scripturis.

Item nunc actioni nunc contemplationi vacare. 88. dist.decreuit.& cap.episcopus nullam, 2 q.7.episcopi, 8.q.1.in scripturis.

Item erga infirmos compatiens debet esse, 45.dist.recedite.

Item discordantes concordare, 90.dist.cap.1. & c.studendum.

Item de subditis non facile debet credere, 86.dist.si quid vero.

Itẽ nõ dẽt ex vindicta corrigere, 86.d.si quid,& c.se.

Item nec iuxta velle debet subditum punire, 45.di. cum beatus Paulus, 11.q.3.ipse.

Item prõptior debet esse ad miserendum quàm ad puniendũ, 45.dist.licet, quia tutius redditur ratio de misericordia, quàm de crudelitate, 25.q.7.alligant,

Item seuerus debet esse contumacibus, sed benignus pœnitentibus, 2.q.5.quando.

Quod si in corrigendo excesserit, à subditis veniam petere non tenetur, 86 dist.quanto.

Quod contra prælatum non de facili est pręsumendũ. 11.q.3.absit.

Quod prælati plus aliis aduersitatibus sunt exposiți, 3.q.1.nulli, 7.q 1.suggestum,& duobus cap.seq.

Quod peccata subditorum eis imputãtur, 1.q.1.quid quid, 9.q.3.episcopo.

Quod superbia & auaritia in ipsis pręceteris reprobãtur, 93.d.diaconi sunt.circa medium.

Quod prælatus sine temporalibus non proficit, sicut anima sine corpore nõ viuit, 1.q.3.si quis obiecerit.

Quod nihil in hac vita laboriosius & apud Deũ gratius, quàm esse bonum prælatum, 40.dist.ante omnia, 96.dist.duo.

Quod bonorum prælatorum Deus facilius orationes exaudit, 1.q.1.ipsi sacerdotes.

Quod malus prælatus quandoque datur propter peccata populi, 6.quæsti.2.ex merito, 8.q.1.audacter. Exemplum.ibi de Saule.

Quod toleratur quamdiu per sententiã nõ deiicitur, 15.q.8.c.vlt.23.q.4.tres.

Quod incongruè sanctorum locum tenet, si facta bonorum non sectatur, 40.dist.non est,& c.seq.

Item honor adeptus vel ei exhibitus cedit ei ad culpam & ad pœnam, 40.dist multi, 2.q.7. secuti, in fi.

Quod suo exẽplo multos trahit ad inferos, 40. dist.si papa.

Quod apud Deum nihil miserabilius quàm prælatus malus, 40.dist.ante omnia.

Quod mali prælati tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exẽpla transmittunt, 11. q.3.præcipuè.

Quod in eodem genere peccati grauius cadunt prælati quàm subditi, 40.dist.homo.

Quod non sunt ipsorum opera sed doctrina attendẽda, 1.q.1.non quales.

Quod licet prælati sint mali, tamen à subditis nõ sunt contemnendi, 1.q.1.multi,& duobus c.seq. 6.q.1. sacerdos,c.oues.

Quod Christus malis deferendo prælatis cum alapa daretur, Exemplum subditis & patientiæ erga prælatos reliquit, 93.dist.dominus.

Quod illi prælati sunt mercenarij, qui honores & tẽporalia quærunt, non ea quæ sunt Iesu Christi, 8.q. 1.sunt in ecclesia.

De hac materia habes vbi agitur de episcopis, & de Abbatibus, & de Possessione, & de Electione.

PRESBYTER. Quod presbyter Græcè Latine senior interpretatur, 21.dist.cleros.

Quod presbyteri seniores non propter ætatem, sed propter honorem & dignitatem nominantur.

Quod presbyteri ijdem sunt qui & sacerdotes.

Quod olim episcopi dicebantur presbyteri, 93.dist.legimus,& 94 dist.olim,& c.seq.

Quod præsente episcopo presbyter non debet signare infantes, 95.dist.presbyter.

De differentia episcopi,& presbyteri, habes 95. dist. per totum.

De presbytero habes vbi agitur de Sacerdote.

PRAESCRIPTIO. Quod præscriptio nõ fauore malæfidei possessoris sed odio rem suam prosequi negligẽtis introducta est, 16 q.3.placuit.§.põ etiã.

Quod præscriptio est vnius anni, 54.distin.per totam, vbi agitur de seruis(ignoratę domino) ordinatione.

Item est præscriptio vnius anni & diei, 20 quę.2.quel la, vbi agitur de professione.

Item

Item eſt præſcriptio vnius anni & dimidij, 3.q.5.de inducijs, vbi agitur de epiſcoporum excuſatione.
Item eſt præſcriptio biennij, 29.q. 3. monaſterijs, vbi agitur de incognitorum in monaſterijs ſuſceptione.
Item eſt præſcriptio triennij, 17.q. 2. ſi quis incognitus, vbi agitur de incognito ad profeſſionem ſuſcepto.
Item eſt præſcriptio quadriennij, 16.q.3.§.quas actiones, vbi agitur de vſucapione.
Item eſt præſcriptio ſex annorum, 7.diſ. § j. ſi emeris ſeruum, vbi agitur de ſerui manumiſſione.
Item decem annorum, 16.q 3. placuit, §. poteſt, ante med. vbi agitur de præſcriptionis diſpenſatione.
Item eſt præſcriptio duodecim annorum, 20.q.1.puellæ, vbi agitur de voti obligatione.
Item eſt præſcriptio quatuordecim annorum, 20.q. 2.ſi in qualibet, vbi agitur de maſculorum ad religionem obligatione.
Item eſt præſcriptio decem & octo annorum, 28.diſ. de his, vbi agitur de ſubdiaconorum ordinatione.
Item eſt præſcriptio viginti annorum, 16.q.3.placuit, §.poteſt, vbi agitur de præſcriptione.
Item eſt præſcriptio vigintiquinque annorum, 20.q. 1.placuit, vbi agitur de diaconorum ordinatione.
Itẽ eſt præſcriptio quadraginta annorum, 16.q.3.placuit, §.poteſt etiã poſt medium, vbi agitur de libertate quòd ei nullo tempore præſcribitur.
Item eſt præſcriptio centum annorum, 20.q.1. iuuenculas, vbi agitur de abbatiſſarum velatione.
Item eſt præſcriptio ſexaginta annorum, 16.q. 3. nemo, vbi agitur de Romanæ eccleſiæ præſcriptione.
Item eſt præſcriptio vnius menſis, 4.q.5.quiſquis.
Item eſt præſcriptio duorũ mẽſium, 5.q.3 ſi ęgrotãs.
Item eſt præſcriptio trium menſiũ, 54.di.fraternitatẽ.
Item eſt præſcriptio quatuor menſiũ, 76.diſ. ieiuniũ, §.non autem.
Item eſt præſcriptio ſex menſium, 3.q. 3. de inducijs.
Item eſt præſcriptio nouem menſium, 3.q.3.inducię. §.ſpatium.
Item præſcriptio eſt decennalis & vincennalis quę eccleſijs obijci non põt, 16 q 3.placuit, §. poteſt etiã.
Item præſcriptio communis eſt tricennaria, religioſorum quadragenaria, Romanę eccleſiæ centenaria, 23.q.2 §.j.& 16.q.3.placuit, §.poteſt etiam.
Quod quælibet prædictarum præſcriptionũ debet habere bonam fidem, & iuſtum titulum poſſeſſionis 16.q.3.placuit, §.poteſt etiam.
Quod non currit præſcriptio contra res eccleſiæ precarievel ratione hoſtilitatis poſſeſſas, 16.q.3.clerici, & duobus c.ſeq. 12.q ſępe.
Item non currit præſcriptio tempore prælati male alienantis, 16.q.3.ſi ſacerdotes.
Item non currit tempore captiuitatis & hoſtilitatis, 26.q.3.c.vlt.& c.porro.
Item non currit tempore pueritię, ſcilicet intra xiiij. annum, 16.q 3.placuit, §.ſi autem.
Item non currit in decimis à laicis detentis, 16.q.3. placuit vt, poſt med.
Item non currit contra libertatem, ibid.
Item non currit contra publicas functiones, §.porro, ibid.
Quod an vna eccleſia poſſit iura alterius eccleſiæ tollere per præſcriptionem, habes, 16.q.3.per totum.
Quod monaſteria contra eccleſias non poſſunt præſcribere, niſi ſpatio xl.annorum, 14.q.4. per totum.
Quod præſcriptio triennalis non præiudicat eccleſijs, 16.q.3.ſi ſacerdotes, & q.4.c.1.
Quod laici non poſſunt præſcribere decimas, 16.q.3. placuit, §.poteſt eriam.
Quod limites diœceſiũ vel parochiarum præſcribi nõ poſſunt, 16.q.3.licet, § hoc multipliciter, & c.ſeq.
Quod ius diœceſiũ præſcribi poteſt, 16.q.3.c.1.& tribus c.ſeq.
Quod in illis quę quis ſua auctoritate vſurpatiuè poſſidet, præſcribi non poteſt, 16.q.3.dilectio, §. poteſt etiam aliter.
Quod ille qui aſſerit ſe præſcripſiſſe, ſi dubitatur, debet iuratoriam præſtare cautionem, quòd bona fide & conſcientia bona poſſideat, 16.q.3.dilectio.
Quod interruptio præſcriptionis dat ius egendi, 16.q. 3.c.1.& q.4.volumus.
Quod interruptio fit dupliciter, videlicet naturaliter, id eſt, contra ius naturæ, quando ſcilicet contra cõſcientiam poſſidetur, 16.q.3.placuit, §.poteſt etiam.
Item ciuiliter fit vel per libelli oblationẽ, vel per litis conteſtationem, 16.q.3.placuit, §.poteſt, ante med. & c.quicunque.
Item fit per proteſtationem coram epiſcopis vel alijs bonis viris, 16.q.3.placuit vt, poſt med.
Item per ſynodalem proclamationem, 16.q.3.c.1.& tribus c.ſeq.
Item fit per interpellationem vel teſtium ſubſcriptionem, 16.q.2.placuit vt, §.is autem.
Quod longæua vſurpatio non facit præſcriptionem, 100.diſtinctione contra morem, 23.quæſtione prima, ſchiſma.

PRAESCIENTIA. Quod præſcientia Dei contineꝛ futura quę hominib. ex libertate, liberi arbitrij debent prouenire, 23.quæſt. 4. Nabuchodonoſor, circa fin.
Quod præſcientia ſolùm in malis operibus eſt intelligenda, ibid.
Quod præſcientia Dei nullam neceſſitatem infert libero arbitrio, ibid.
Quod ſecundum præſcientiam Dei ſcribuntur in libro vitæ quj præſciti ſunt iuſtificati, & delentur de libro vitæ qui præſciti ſunt damnati, de pœn.d.ſ.4. §.finis, vſque ad ſi.

PRAESVMPTIO. Quod præſumptio concipitur ex circunſtantia facti, 32.q.5.nec ſolo.
Quod præſumptio violenta oritur ex propinqua facti circunſtantia, 34.diſ.quorumdam.
Quod præſumptio eſt multiplex, videlicet vſurpatoria, quando ſcilicet alieni termini vel officium vſurpantur, 9.q.1.c.1.& q.2.nullus alterius, & quæſtione 3. ſi autem.
Item præſumptio diabolica cum bona eccleſiarum in uadunt, 22.q 2.de viro.
Item præſumptio ſacrilega quando Deo dicata humanis vſibus applicantur, 12.q.2.prędia.
Item præſumptio cõſpiratoria quę fit contra prælatos, 11 q.1.ſi qui clericorum.
Item præſumptio pernicioſa cum ſerui fugitiui ad ordines vel ad religionem recipiuntur, 55. diſtinctione generalis.
Item præſumptio nefanda quando eccleſię officia propinquis minus dignis committuntur, vel ab illegitimis perſonis pertractantur, 89.diſ.decenter, 16.q. 1.placuit communi.
Item præſumptio ambitioſa eſt quando minor præſumit exequi quod eſt ſuperioris, 7.q.1.pontifices, & c.nihil contra.
Item præſumptio faſtuoſa eſt cum prælati criminoſi nõ ſunt reprehendi, 2.q.7 præſumunt.
Item eſt præſumptio diſordinata cum vltra ſtatutum aliquid attentatur, 10.qu.3.inter cetera, 21.q.4 epiſcopi.
Item præſumptio negligentię quando prælatus ſubditos malos non coercet, 2.q.7.ſicut inquit.
Item præſumptio blaſphemię, ſicut cum canones ſanctorum patrum violantur, 25.q.1.violatores.
Quod præſumptio crudelitatis, hoc eſt prælatorum de ſæuientium in ſubditos, 10.q. 3. quia cognouimus.
Quod quantumcunque perfectus de ſuo ſtatu non debet præſumere, 6.q.1.imitare. Exemplum de apoſtolo Petro.
Quod Deus bonorum præſumptionem deprimit per aduerſitatem, 6.q.1.oues, §.ipſa.
Quod in dubia rebapt zatione non eſt temeritas præſumptionis, ſed diligentia pietatis, de conſ.diſt.4.ſi nulla.
Quod præſumitur quis citius mori quanto ſenior eſt. 7.q.1. petiſti, 86.diſ.tanta nequitia.
Quod præſumitur pro ſenectute, ſcilicet dignior probitas, 59.diſ.ſi officia.
Item in iuſtitia examinatio, 86.diſ.ſi quid verò.
Item præſumitur ſapientia, 84 diſ.porro.
Item morum grauitas, 12.q.1.c.1.
Item ſermo veracior, 35.q.6.conſanguineos.
Item eleemoſyna dignior, 35.diſ.non ſatis.
Quod quandoque præſumitur ex præſenti circa præteritum, 34.q.2.cum per bellicam.
Item quãdoque præſumitur ex præſenti circa præſens, 6.q.1.qui crimen.
Item præſumitur ex præſenti circa futurum, 47.diſ.ſicut hi, §.neceſſe, circa fin.
Quod quandoque præſumitur ex præterito circa præteritum, 28.di.quia ſunt. vbi præſumitur vxor diaconi non fuiſſe, quia virgo ad eum non peruenerat.
Item ex præterito circa præſens, 87.diſ.quicunque.
Item ex præterito circa futurum, 23.q 5.ſi apud.
Itẽ ex cauſa, 23.q.8.occidit, vbi ponitur qualiter ſancti patres ex cauſa meritoriè occiderunt.
Item ex perſona, 89.di.decenter, vbi præſumitur de epiſcopo, quòd ſi res eccleſiæ cõſanguineis cõmittit: quòd illis non eccleſiæ lucrum quærit.
Item ex loco, 17.quæſt 4. quiſquis, 1.vbi ſacrilegium præſumitur ratione ſacri loci.
Item ex tempore, 1.q.1.conſtat, vbi ex breuitate temporis præſumitur color excuſationis.
Item ex facti qualitate, 12.q.5.bonę rei.
Item ex dignitate, 11 q.3.abſit, vbi dicitur, quòd de ſacerdotibus eſt bonum præſumendum.
Item ex taciturnitate, 28.di.diaconi, vbi dicitur quod qui diaconatum recipit, etiam tacendo ſe ad caſtitatem adſtringit.

PRAEVARICATIO. Quod præuaricatio eſt vera crimina abſcondere, 2.q.3.ſi quem, §.notandum.
Item præuaricatio eſt votum caſtitatis vel religionis poſtponere, 20.q.1 puellæ.
Quod non eſt præuaricatio incauti, & temerarij iuramenti emendatio, 22 q.4.diffinitio.
Quod præuaricatio fidei ad teſtimonium non admittitur, 2.q.7.non poteſt.

PRIMAS. Quod primas eſt maior archiepiſcopo, 99.diſt.c.1.§.1.
Quod primatus officiũ ſumptũ eſt à Gentilibus, ad quos oppreſſi qui ad Imperatoris aulam venire nõ poterãt, tanquam ad primam iudiciarium poteſtatem confugiebant, 99 di.prouinciæ, & c.ſeq.

De Translatione habes vbi agitur de Patriarchis.

PRINCEPS. Quod princeps ſæcularis diuina ordinatione ad regedũ populũ inſtituit, 8.q.1. ſi ergo.
Quod debet eccleſias & prælatos earum defendere, 63.di.Valentinianus.in fi.23.q 5 principes.
Quod de electione epiſcopi & aliorum Prælatorũ nõ debet ſe intromittere, 63.di Hadrianus.
Quod princeps debet reuereri epiſcopos, qui principũ colla debent ſubmitti genibus ſacerdotum, 63 diſt.Valentinianus, 96 diſt.duo.in fi.
Item de bono ſtatu eccleſiæ debet prouidere, 96.di. boni, 23.q.5.principes, & c.inceſtuoſi.
Item debet intendere ad tuitionem viduarũ, & pupillorũ protectionem, & raptorum refrænationẽ, 23. q.5.adminſtratores.
Quod leges principum non poſſunt infringere ſtatu ta pontificum, 10.diſt.per totum.
Item iudicantur & excommunicantur ab epiſcopis, 96 diſt.duo & duobus c ſeq.

De hac materia habes vbi agitur de Imperatoribus, & de poteſtate, & De Regibus.

PRINCIPIVM. Quod principium malũ difficiliter bonum finem conſequitur, quia difficile eſt vt bono peragantur exitu, quæ malo inchoata ſunt principio, 1.q.1.principatus. & duobus c.ſeq.

De hac materia habes vbi agitur de Exitu.

PRIVILEGIVM. Quod priuilegium dictum eſt eo quòd in priuato feratur, 3.diſt.priuilegia.
Quod priuilegia ſunt leges priuatorum.
Quod priuilegium ſpeciale derogat generali, 25.q.1. ca.vit.circa finem.
Quod priuilegium quandoque cõceditur vni prouinciæ, 35.q.3.quædam lex, §.quod ſcripſi.
Item conceditur vni eccleſiæ, 16.q.1.hinc eſt.
Item quandoque vni perſonæ, 7 q.1 petiſti.
Quod perſonale priuilegium ad aliũ non extenditur, 7.q.1.petiſti.poſt med.
Quod priuilegium ſigillatim conceſſum omnibus nõ conuenit, 16 q.1.hinc eſt.
Quod priuilegia paucorum non faciunt legem communem, 25.q.1.c.vlt.poſt med.
Quod ſemper cum pallio conceditur priuilegium ſpeciale, 100.diſt.rationis.
Quod priuilegia conceſſa per ſuperiores per inferiores non poſſunt nec debent infringi, 9.q 3.conqueſtus, 12.q.2.vulteranæ, 25.q.2.priuilegia.
Quod eccleſia Romana a iarũ eccleſiarum priuilegia debet conſeruare, 25.q.2.per totum.
Quod an poſteriora priuilegia derogent prioribus, 25.q.vlt.priuilegia, & 6.ca.ſeq.
Quod Romana eccleſia poteſt aliis conceſſa vel mutate vel penit° reuocare, 25.q.vl.poſtea q̃, §.his ita.
Vtrum priuilegium valeat contra ſtatuta patrum, & dicta ſanctorum, 25 q.1.per totum, & q.2. poſtea.§. his ita.
Quod qui allegat priuilegiũ, debet monſtrare quod allegat, 100.diſt contra morem.
Quod priuilegium mereretur amittere qui conceſſa abutitur poteſtate, 11.q.3.priuilegium, 25.q.vlt.poſteaquàm.§.his ita.
Quod priuatur quis priuilegio propter ſcandalum, 3. q.6.hæc quippe.
Item propter fauorem alterius loci vel perſonæ, 22. di.renouantes.
Item propter atrocitatem criminis, 11.q.3.ta, 9.q.3. conqueſtus.
Item propter renunciationẽ expreſſam, 7.q. 1.quàm periculoſum.
Quod abutitur quis priuilegij poteſtate multipliciter videlicet quando quis ſuperior inferiorẽ totaliter inuitum compellit ad dignitatem, 74 .diſt.vbi.
Item qui eam exercent non ad ſubditorum vtilitatẽ, ſed ad ſuam voluntatem, 11.q.3.priuilegium.
Item qui eam non habet, ſed aſſumit propria temeritate, 25.q.2 poſtea, § his ita, in fi.& c.ſeq.

PROBATIO. Quod probatio eſt duplex, videlicet diuina & humana, 26.q.5.nec mirũ, ante me. & poſt.
Quod Deus permittit mala vt boni qui videt probẽtur vtrum verè ipſum diligant, 26.q.5.nec mirum, ante finem, & in fi.
Quod aduerſitas. quæ bonis viris obiicitur, probatio virtutis eſt, nõ idiciũ reprobatiõis, 7.q.1.aduerſitas.
Quod mortem probatur infligere qui hanc cum poſſit non excludit, 83.diſt.§.1.
Quod in humanis iudiciis onus probationis reo non incumbit, 6.q.5.quod autem.

Source : BIU Cujas

Quod si reus laborat infamia,& si non poteſt probari propter ſcandalum tenetur ſe purgare, 6.q.5.§.vlt.
Quod accuſatus non negationem ſed exceptionẽ probare debet,6.q 5.quod autem,§. item accuſatus.
Quod probatur crimen ſiue aliud factum multipliciter,videlicet per confeſſionem,15.q.5.presbyter.
Item per rei euidentiam,vt cum quis in crimine deprehenditur & comprobatur,vt 50. diſt. ſi quis diaconus,81.diſ.ſi quis clericus,& c presbyter.
Item cum quid ita notorium eſt vt nulla poſſit tergiuerſatione celari,2.q.1.de manifeſta,& duob.c.ſe.
Item per famam,4,q.3.placuit,§.item in criminali.
Item per præſcriptionem,18.diſ.peruenit, & 44.diſt. multis.
Item per iuramentum,16.q 3 dilectio.
Item per inſtrumentum,16.q.3.placuit,§.poteſt.
Quod per vnum teſtem nihil probatur niſi cum miraculo,4 q.3.in fi.§.ſed obijcitur. Exemplum ibi de ſancto Bricio.
Quod proponens calumniam &non probans punitur, 5.q 6.quia iuſta,& c.ſeq.
Quod probationis tempus,& religionis habes vbi agitur de profeſſione,& vbi agitur de monachis.

De *hac materia habes vbi agitur de Teſtibus.*

PROCVRATIO.Quod procuratio epiſcopi vel archidiaconi tempore viſitationis non debet eſſe grauis ſed modeſta,10.q.3.cauendum, & duob.c.ſeq.
Quod procuratio non debet fieri niſi vno die, & hoc cum moderata ſocietate,13.q.vlt.inter.
Quod ſi epiſcopus vel archidiaconus non viſitat nomine procurationis nil debet exigere,10.q.1.relata.
PROCVRATOR.Quod procurator dicitur defenſor eccleſiæ,1 q 3.Saluator,circa med.
Qđ infamis non poſſit eſſe procurator,3.q.7.infames.
Quod in capitali ſiue in criminali cauſa non per procuratorem,ſed per ſe agendum eſt,2.q. 6. ſi quis in quacunque,§.cum autem,& c.ſi quando.

De *hac materia habes vbi agitur de Aduocatis.*

PRODITIO. Quod proditio ad mortem mains peccatum eſt homicidio,de pœn.diſ. 1. periculoſè.
Quod qui veritatem non defendit vel pronuntiat,proditor eſt veritatis,11.q.3.noli timere.
Quod qui nulli cognitum peccatum publicat nõ coreptor,ſed proditor eſt,2.q.1.ſi peccauerit.
Quod qui hominem prodit ipſum interficit, de pœn. diſ.1.periculoſè.
Quod clericus proditionibus vacans degradatur, 46. diſ clericus
PROFESSIO.Quod profeſſio religionis facta infra annos diſcretionis nõ tenet , 20.q.1.c.1.& §. ſeq.
Quod profeſſio regularis fit per ſcripturam vel per aliquod ſignũ ſubſcriptũ,29.q.2.c vl.27.q 1.omnes.
Quod nemo debet recipi ante annum probationis ad profeſſionẽ,17.q.2.Gonſaldus,19.q.3.monaſterijs.
Quod laicus incognitus ante profeſſionem probari debet per trienniũ,ne forte ſit ſeruus, vel ratiocinijs obligatus,17.q.2.ſi quis incognitus, 53. diſ.legem.
Quod clericus incognitus probari debet per biẽniũ, 19.q.3.monaſterijs.
Quod noti eſt tempus probationis annus,vt 17.q. 2. Gonſaldus,& 20.q.2.puella.
Quod regularis ſemper & vbique profeſſionis veſtibus debet vti,20.q.1.c.vlt.27.q.1 omnes.
Quod religioſus ſi ordinatur ſub titulo monaſterij etiã ſi aliter non eſt profeſſus,hoc facto tanquam profeſſus illi monaſterio perpetuo obligatur,70.di.ſanctorum.
PROHIBITIO.Quod prohibitio Dei eſt diligentius ſeruanda quàm hominum,10.diſ.lege.
Quod prohibitio prælati ſi propter neceſſitatem rumpitur,non culpatur,11.q.3 anteceſſor.& c.ſeq.
Quod illud quod non eſt prohibitum,videtur eſſe cõceſſum.30.q.3.poſt vxoris.
Quod nõ omne quod non prohibetur cõceditur,30. q.4.quod autem.
Quod illud officium nõ eſt prohibitum pro quo licet accipere ſalarium,23.q.1.militare.
Quod prohibetur ſimpliciter bonum propter multa, videlicet propter lapſus cautelam,27.q.2 .ſunt qui. Nota ibi de matrimonio.& de religione.
Item propter vitandam iactantiam,21.di.denique,vbi prohibetur ſacerdos benedicere epiſcopo præſente.
Item propter mali occaſionem,ſicut frequenter iurare,quia talis peierat,22.q.1.non eſt,& c.ita ergo.
Item propter ſcandalum,27.q.2.ſi quis ſponſam.
Quod prohibentur Chriſtiani,ne figmenta poetarum legant,quia prouocant ad luxuriam,37.diſ. ideo.
PROMISSIO.Quod promiſſio eſt impia quę ſcelere adimpletur,vnde in malis promiſſis fides eſt reſcindenda,22.q.4.in malis.
Quod inhoneſtum non eſt promittendũ,22.q.4.vnuſquiſque.
Quod peius eſt adimplere illicitum promiſſum,quàm periurare,22.q.4.vnuſquiſque.
Exemplum ibi de Herode & ſaltatrice,12.diſ.duo.
Quod non eſt mendacium venire contra promiſſum, 22.q.2.beatus Paulus.
Quod cum noxia promiſſa complemus, Dei iuſſa cõtemnimus,13.diſ.duo.
Quod non eſt transgreſſor promiſſi qui vt ne impleat, neceſſitate prohibetur,11.q 3.anteceſſor, & c.ſeq.
Quod in promiſſis plus eſt ſubintelligendum quàm quod exprimatur,22.q.2.beatus Paulus,& 11.q.2. anteceſſor.
Quod à Deo nõ ſtatim conceditur quòd à ſanctis impetrandum promittitur,50. diſ. ſi quis præpoſtera. Exemplum ibi de *Moyſe*,qui orans pro populo nõ impetrauit.
PROMOTIO.Quod promotio eſt de minoribus ad maius,93.diſ.legimus,in fi.& 50.diſ.ſi officia, & c ordinatos.
Quod in ſpirituali promotione quandoque poſſunt interuenire pacta honeſta,18.q.2.Eleutherium, 10. q.vlt.c.vlt.
Quod in promotione inhoneſta pacta prohibentur, 1.q.2 quàm pio,in fin.

De *hac materia habes vbi agitur de Eccleſiis,& Ordinibus,& de Simonia.*

PROPHETA.Quod propheta largo nomine dicitur prædicator & doctor, 43.di.ſit rector.
Quod propheta dicitur qui futura denunciat,22.q.2. ſi quælibet,§. Abraham.
Quod propheta de futuris quandoque pronunciat quod ignorat,22.q.2.ſi quælibet.§.Abraham.
Quod quantumcunque ſit verus propheta, ſi annunciat aliquid quod eſt contra Deum, nõ eſt ei credẽdum,26.q.5.nec mirum,ante fin.
Quod mali quandoque prophetizant,1.q.1.prophetauit.Exemplum ibi de Saul.
Quod mali prophetæ habent ſpiritum prophetiæ,ſed non meritum.
Quod mali prophetæ donum prophetiæ vendebant, 1.q.1.iudices,& c.nunquam.
Quod veri prophetæ populum propter malitiam eius non deſerebant,ſed ipſum de malitia arguebãt,23. q 4.tolerandi ſunt.
PROPRIETAS.Quod proprietas inducta eſt propter iniquitatem hominum cum prius eſſent omnia communia ſicut aer,& lux,12.q.1.dilectiſſimis.
Quod proprietas perſonalis non dicitur eſſe in facultatibus eccleſiæ,quia ſunt communes,12.q.1.expedit,& c.res eccleſiæ.
Quod de rebus eccleſiæ nullus poteſt dicere,hæc res mea eſt,12.q.1.nulli,§.ſi ergo.
Quod an epiſcopi vel clerici dicantur proprium habere,12.q.1.per totum.
Quod ignominia eſt epiſcopi ſtudere proprietati,12. q 2.gloria.
Quod epiſcopi in rebus eccleſiæ ſunt pauperum diſpenſatores,12.q 1.expedit.
Quod clerici in rebus eccleſiaſticis nil habẽt proprietatis,12.q.1.duo ſunt.
Quod clerici facientes proprium de rebus eccleſię delendi ſunt de tabula clericali,12.q.1.nolo.
Quod regulares nil debent habere proprium, 12.q.1. nolo.
Quod qui nihil habent proprium non poſſunt facere teſtamentum.
Quod licet perfectis non conueniat habere propriũ, poſſunt tamen eſſe rerum eccleſiaſticarum diſpenſatores,12.q.1.expedit.
Quod regularis habens proprium viuẽs mortuus eſt.
PROSPERITAS. Quod proſperitas malorum reſultat in caput eorum,de pœn.diſ.3.§.quamquã, & c.quid ergo turbamur.
Quod boni nõ debent perturbari de proſperitate malorum ſicut nec de aduerſitate eorum.
Quod nihil infelicius proſperitate peccantium , 23.q. 1.paratus,in fi.
Quod mali propter bona quæ faciunt præſentẽ proſperitatem in retributionem recipiunt, de pœn. diſ. 3.§.quanquam,& c.quid ergo turbantur.
PROVINCIA.Quod prouincia dicitur quæ habet decem vel vndecim ciuitates,& vnum regem, 6. q.3.ſcitote.
Quod non licet habere iuditem alterius prouinciæ niſi detur per ſuperiorẽ,6.q.3.§.1.11.q.1.iudices.
Quod reus non debet trahi extra prouinciam niſi ratione rei quæ debet diſcuti vbi contingit,3.q.6 nemine.m.
Item ratione appellationis,3.q.6.peregrina,6.q.3.ſcitote,2.q.6.qui ſe ſcit.
Item ratione mandati maioris iudicis,3.q.6. vnaquæque.
Item ratione criminis,17.q.4 ſi quis ſuadente.
Item ratione quæſtionis & dubitationis circa fidem vbi recurritur ad Papam,24 q.1.quoties.
Item ratione perſonæ,ſicut eſt epiſcopus de quo nõ eſt diffiniendum ſine Papa,3.qu.6.quamuis, 11.qu.1. iudices.
PROXIMVS.Quod proximus diligitur cũ à malo retrahitur,& ad Deum colendũ perducitur,23. q.4.c.vlt.
Quod prælatus non debet ſecretum ſuum præponere vtilitati proximorum,8.qu 1. in ſcripturis,& c. qui epiſcopatum.
Quod nos proximos Deo loca non faciunt,ſed merita.40.diſt.non loca.

De *Proximo habes vbi agitur de Dilectione proximi.*

PRVDENTIA.Quod prudentia maxime debet eſſe in prælatis,36.diſt.§.1,
Quod prudentia prælatorum debet eſſe non ſolum in litterarum peritia,ſed etiam in negotiorũ ſęcularium ſolertia,ibidem.& 38.diſt.§.1.
PSALMISTA.Quod pſalmiſtæ pſalmis à canendis dicti ſunt,25.diſt.perlectis,21.diſt.clericos.
Quod pſalmiſtę officium eſt canere reſpõſoria,&quid quid pertinet ad cantandi peritiam,25.d.perlectis.
PVBERTAS.Quod pubertas maſculi ſunt, xiiij.anni,& fœminæ duodecim,20.q.8.puellæ,§.cũ ergo. & q 2.ſi in qualibet.
Quod infra pubertatis annos nec ad religionem nec ad matrimonium quis obligatur,20.q.1.addidiſtis. & q.2.ſi in qualibet & c.puella.
Quod propter publicam honeſtatẽ nemo poteſt ſpõſam alterius conſanguinei ducere,&ducens ſeparatur,35.q.1.§.porro.
PVDICITIA Quod pudicitia eſt animæ virtus, quæ plus vult quæcumque mala tolerare,quàm malo conſentire,32.q.5.ita ne.Exemplum ibi de Lucretia.
Quod nemo pudicitiam ſeruat in corpore niſi prius ſpiritui inſita caſtitate,32.q.5.ita ne.
Quod pudicitia ſi mente ſeruatur propter corporis violentiã nõ violatur,32.q.5.magis,& c.ille autem.
Quod animus pudicus nõ habet oculum impudicũ, 32.q.5.nec ſolo.
Quodpudici filij paternam verecundiam contegunt, 96.diſt in ſcripturis.Exemplum ibi de filijs Noe.

De *hac materia habes vbi agitur de Caſtitate.*

PVNITIO.Quod punitio parentum qui deliquerunt,in quartam generationem dilata,eſt ſignũ diuinæ clementiæ dum ſemper expectat ad pœnitentiam,1.q.4.homini qui,§.econtra.
Quod Deus punit peccata per neſcientes ſicut per Sẽnacherib.vnde propheta,Virga furoris mei Aſſur.
Quod quia non Deo ſed viribus ſuis attribuit, dictũ eſt ei,Nũquid gloriabitur ſecuris,& c.23.q.5.§.vlt.
Item per *Nabuchodonoſor*,vnde dominus , quid dabo ei qui ſeruiuit mihi apud tyrum?& tamen idem poſtea inde ſuperbiens factus eſt bos.
Item per *Antiochum*,qui ſuis viribus hæc aſcribẽs audiuit,Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt.
Item per Romanos qui necem Chriſti in Iudæos vindicauerunt,quod ga ſibi aſcripſerunt,dictũ eſt eis, Eleua manus tuas ſuper gẽtes quæ te nõ nouerũt.
Itẽ punit Deus per ſcientes,ſcilicet filios Iſrael qui ex mãdato occiderunt Amorrhæos. ibid.poſt mediũ.
Item punit per quoſcumque vbi iuſtum bellum geritur,& vires Deo aſcribuntur.ibi circa finem, & c. ſunt quædam,15.q.1.non eſt.
Quod punitur ſola attentatio,36.quæſtione 2.ſi quis virginem.
Quod punitur ſola voluntas,27.q.1. nuptiarum.
Item punitur ſola ſpes vel expectatio,14. quæſti.3.ſi fœneraueris.
Item punitur ſola cogitatio,47.diſt.quoniam multi.
Item punitur ſola aggreſſio,de pœn.diſt.1.ſi quis.
Item punitur ſola aggreſſio,de pę.d.1.ſi quis necãdi.
Item punitur ſolus auſus.de pœ.d 1.ſi quis pulſatus.
Item punitur ſola ſolicitatio,36.quæ.2.ſi quis non dicam.
PVRGATIO. Quod purgatio eſt quadruplex, videlicet ſpiritualis,canonica,vulgaris,& purgatorij ignis.
Quod ſpiritualis purgatio,quæ eſt à peccatis,fit per fidei feruorem,15.q.vlt.c.vlt.
Item fit per baptiſmum & pœnitentiam,de conſe.di. 4.non poteſt.
Item Euchariſtiæ & aliorum ſacramentorũ acceptionem.
Itẽ fit per quęlibet opera pietatis,22.q.2.ſi quælibet.
Item fit per aduerſitatem&tribulationum tolerantiã, 50.diſt.& purgabit.
Item in hoc quod Eſaias fuit purgatus calculo ante quàm miſſus,innuitur quòd non niſi purgatus dẽt ſecreta cœleſtia aliis nuntiare,8.q.1.in ſcripturis.
Quod canonica purgatio fit per iuramẽti ſacramentum,2 q.5 presbyter vel quilibet.
Item indicitur quando quis infamatur apud bonas& graues perſonas,ſiue per inimicos,ſiue per alios,2.

Source : BIU Cujas

q.5 presbyter ſi,& c.omnibus,6.q.vlt.per totum.
Quod non inducitur purgatio quando apud viles per ſonas quacumque preſumptione infamatus fuerit, 2.q.5.omnibus.
Quod cum certo numero manuũ debeat fieri purgatio,iudicis tamẽ arbitrio relinquitur,2.q.5.presbyter ſi,& c.omnibus.
Item debet fieri purgatio apud quos eſt infamatus vt ibi moriatur malum vbi contingit,de conſ.diſ.2.ego Berengarius,in fi.
Quod purgatio in manifeſtis &notorijs non requiritur,11.q.3.curæ ſit.
Quod canonica purgatio diuerſimode exercetur in clericis,2.q.5.per totum.
Quod ſummus pontifex propter ſcandalum ſedandum ſine præiudicio aliorum pontificum purgat quandoque ſemetipſum,2.q.5.auditum,& §.ſeq.
Quod Leo papa purgauit ſe cum duodecim epiſcopis. 2.q 5.omnibus,circa fi.
Quod Sixtus papa purgauit ſeipſum in cõcilio, 2.4.4. mandaſtis.
Item Damaſus papa cum quadraginta duobus epiſcopis in concilio ſe purgauit,2.q.7.nos,circa fi.
Quod epiſcopus vel electus infamatus cum quinque vel ſeptem epiſcopis debet ſe purgare,23.diſ.illud.
Quod epiſcop⁹ vel presbyter poteſt ſe purgare per iuramentũ ſuper altare vel euangelia,2.q.5. habet,& c.Mennam,& omnibus c.ſeq.
Quod purgatus coram ſuperiori ſine litteris expurgationis non debet redire,8.q.5.quilibet.
Quod clericus infamatus ſi non poteſt conuinci,tenetur ſe per iuramentum purgare,2.q.5. presbyter.c. omnibus,& c.ſeq.vſque ad fin.quæſ.
Quod clericorum purgatio debet fieri coram epiſcopo vel coram datis ab epiſcopo, 15.q.5.c.2.2.q.5. presbyteri ſi.
Quod ſuſpicio epiſcopi contra presbyterum vel clericum inducit purgationẽ,2.q.5.omnibus, poſt medium.
Quod presbyter cum ſeptem ſacerdotibus debet ſe purgare, 2.q.5.ſi legitimi,& duobus c.ſeq.
Quod epiſcopus numerum expurgantium poteſt minuere,vel augere,2.q.5.presbyter ſi,& c.oĩb.ante fi.
Quod purgatio religioſorum ſuper furtis,fiebat olim per Euchariſtiæ receptionem,2.q.5.ſæpe.
Quod purgatio vulgaris,quæ fit per aquam frigidam vel feruentem, vel ignitum ferrum,vel per duellũ, firmiter prohibetur, quia ibi tentatur Deus, 2.q.5. *Mennam*,& c.conſuluiſti,& c.monomachiam.
Quod purgatio zelotypiæ, quæ olim in lege veteri fiebat modo non obſeruatur.2.q.5.conſuluiſti.
Quod purgatorij pœna licet non ſit ęterna,excedit tamẽ omnem præſentem pœnam,25.di.qui in aliud. de pẽn.diſ.vlt.circa fin.
Quod venialia peccata,quæ deportantur illuc,ibi purgantur,25.diſ qualis.
Item de grauibus hic per pœnitentiã dimiſſis, ſed nõ plene ſatisfactis ibi grauiſſime purgantur, de pœn. diſ.vlt.circa fi.c.nullus.
PVRIFICATIO.Quod purificatio mulieris poſt partum in lege deſcripta ſeruabatur,5.di.§.1.
Quod modo ſi mulier non completo tempore purificationis vult intrare eccleſiam, non eſt prohibẽda. 5.diſ.cum enixa,& c.ſi mulier
QVADRAGESIMA. Quod quadrageſima eſt decima dierum totius anni:nam qui vnum diem vel plures frangit, decimam dierum non exſoluit,de conſ.diſ.5.quadrageſima.
Quod excepta cauſa neceſſitatis eſt ab omnibus ſeruanda,de conſ.diſ.3.non liceat,& duobus c. ſeq.
Quod quadrageſimam abſtinentiæ bene celebramus, cum bene viuimus.de conſ.diſ.5.ieiunium.
Quod in quadrageſima ſicut à cibis ita & ab alijs no ciuis animæ eſt abſtinendum,4.diſ.denique.
Quod clerici in obſeruatione eius laicos debent præcedere,4.diſ.ſtatuimus.
Quod non ſolum à carnibus,ſed etiam à caſeo &ouis eſt in ea abſtinendum,4.diſ.denique.
Quod ſumptuoſiora cibaria quàm carniũ in quadrageſima non ſunt præparanda,4.diſ.denique,in fin.
Quod in quadrageſima niſi dictis veſperis non eſt comedendum,de conſe.diſ.1.ſolent.
Quod nuptiæ conuiuia non ſunt in ea exercenda,33. q.4.nec vxorem,& tribus c.præcedentibus.
Quod in capite quadrageſimæ pœnitentes ſe debent epiſcopo preſentare,50.di.in capite.
Quod quatuor tempora quomodo olim ſeruabantur & quomodo nunc,habes vbi agitur de ieiunio,& de Miſſa.
QVÆSTIO.Quod quæſtio criminalis præiudicat ciuili,3.q.9.non eſt credendum.
Item criminalis quæſtio aliquando preiudicat ciuili, & etiam criminali.
Item vbi eſt perplexa queſtio de ſacra ſcriptura ad ſanctorum ſcripta vel ad plurium ſeniorum reſpõſum recurrendum eſt,20.q.de quibus.
Quod facilius inuenitur quod à pluribus ſenioribus quæritur.
QVAESTVS.Quod quæſtus eſt duplex, videlicet honeſtus & turpis,de pœ.diſ.1.qualitas.
Quod prelati quæſtum pietatem putant,qui pro ſtructuris eccleſiarum lucris illicitis vacant,16.q.7.& hoc diximus.
Quod promotio ad ordines principaliter non debet intendi propter quæſtum,74.diſ.conſuluit.
Quod illi ſunt ſua quærentes,qui non Deum propter Deum ſed propter temporalia quærunt,8. q. 1.ſunt in eccleſia.
QVIES.Quod quies, oratio,&labor manuũ debet eſſe in monaſterio,16.q.1.de præſentium.
Quod prælatus quies contemplationis corde eſt appetenda,& tamen pro lucro animarum,quandoque poſtponenda,8.q 1.in ſcripturis.
QVINQVAGESIMA.Quod quinquageſima pars cenſus eccleſiæ poteſt dari epiſcopo pro monaſterij cõſtructione, & centeſima pro eccleſia, 12.q. 1. bor.ę.
Quod ſacerdotes & clerici ante quadrageſimã à quinquageſima ieiunium debent inchoare,4. diſ. denique.
Quod à quinquageſima vſque ad octauas paſchę cauſæ non ſunt audiendæ, 15.q.4.placita.
RATIO.Quod ratio ſana exemplis eſt anteponẽda,9.diſ.ſana.
Quod rationem prælati tutius reddent de miſericordia quàm de credulitate,26.q.vlt.alligant.
Quod illud quod caret ratione,neceſſe eſt extirpare, 63.diſ.choreſcopi.
Item quod ratione conſtat lex eſt, 1.diſ. conſuetudo.
Quod ea quæ carent ratione de factis ſuis , non reddent rationem,15.q.1. firmiſſime,§.ex eo.
Quod homo qui rationalis eſt , de factis ſuis reddet Deo rationem.
Item de omni verbo otioſo,22.q.vlt.quoties.
Item de negligenter commiſſis , 23.q.4.quandoque
Quod à principibus ſæcularibus,& prælatis eccleſiaſticis grauis à Deo exigitur ratio,23.q.5.principes.
Quod inferiores ſuperioribus de cura commmiſſa tenentur reddere rationem,16.q.2.ſane.
RADIX.Quod radix arboris ſicut vigorem dat multis ramis,ſic eccleſia in beato Petro fundata ceteris apoſtolis,& alijs prælatis virtutem adminiſtrat ſpiritualem,24.q.1.loquitur, 23. q. 5. ipſa pietas poſt medium.
Quod radix omnium malorum eſt auaritia,47.diſ.bonorum.
Quod ſicut radix omnium malorum eſt cupiditas, ſic radix omnium bonorum eſt charitas , & ſimul ambæ eſſe non poſſunt.de pœn.diſ. 2. §. ex præmiſſis.
Quod niſi vna radix cuulſa fuerit, alia plantari non poteſt,quia fruſtrà ramus inciditur, ſi radix non euellatur.
RAPINA. Quod rapina dupliciter dicitur fieri,vel quando res rapitur,vel quando vſus rei violenter eripitur,36.q.1.c.vl.circa fin.§.ex hac.
Quod rapinam non permiſit qui furtum prohibuit, 14.q.5.pœnale.
Quod rapina prohibetur,14.q.5.pęnale.
Quod raptor propriè dicitur qui violenter & publicè tulit aliena.
Quod raptor eſt vſurarum fœnerator, 14.q.4.ſi quis vſuram.
Item raptor dicitur inuentarum rerum detentor. 14. q.5.ſi quid,& c.ſeq.
Item raptor eſt prælatus rerum eccleſiaſticarum dilapidator,11.q.2. ſi quis epiſcopus.
Quod raptor dicitur qui vltra ſibi neceſſaria retinere probatur,42.diſ.hoſpitalem,47.diſ.ſicut hi.
Item raptor dicitur famæ alterius deprauator, 6.q.1. deteriores.
Quod raptor magis delinquit q̃ fur, 14.q.5.pœnale.
Quod raptores ſunt infames,3.q.4.cõſanguineorum. & q.5.conſtituimus.
RAPTVS.Quod raptus dicitur vbi puella de cuius nuptijs nil ante conſtiterat,violenter abducitur,27. q.vlt.lex illa.
Item raptus eſt illicitus coitus à rapiendo, id eſt,corrumpendo dictus,27.q.vlt.raptus,& 36.q.1.c.1.
Item raptum committit qui florem virginitatis puellę violenter eripit,36.q.1.de raptoribus,§.ſeq.in fin.
Quod an raptum committat qui fœminam promiſſionibus abducit,36.q.1.per totum.
Quod an raptor raptam poteſt ducere vxorem. 36.q. 2.eos qui.
Quod ſi raptor cum rapta ad eccleſiam confugerit,ab ipſa debet tueri,36.q.1.lex.
Quod raptor publica pęnitentia punitur, 27. q. 2.raptor.
Quod ſi rapta non redditur excommunicatur, 27.q. 2.Agathoſa,26.q.2.per totum.
RARITAS.Quod raritas facit pretioſitatẽ,59. diſt. ſi officia,in fin.9 5.diſ.legimus.
Quod rarum dicitur omne quod magnum eſt, 2.q.7. in ſancta.
Quod omne quod eſt rarum plus appetitur, 93.diſti. legimus poſt medium, exemplum ibi de pulegio quod apud Indos carius eſt pipere.
RATIHABITIO.Quod ratihabitio confirmat malè poſſeſſa,16.q.1.quoniam quidquid,16.qu.3. placuit,§.poteſt etiam,3.q.6.hæc quippe.
RECESSVS.Quod receſſus bonorũ à malis mentę ſemper debet eſſe,licet quandoque non fiat corpore,23.q 4.tolerandi,& octo c.ſeq.
Quod quando prælatus debet recedere à malis ſubditis,& quando non,habes,7.q.1.aduerſitas.

De hac materia habes vbi agitur de Exitu.

RECIDIVATIO.Quod recidiuatio eſt de bono redire ad malum.de pęn.diſti.2.per totũ, & diſ. 3.per totum.
Quod poſt bonum caſtitatis vel religionis recidiuare eſt ſacrilegium committere,28.diſt.de his.
Quod recidiuare poſt votum caſtitatis eſt inceſtum committere,27.diſt.virgines.
Quod recidiuans comparatur illi qui manum mittit ad aratrum & retro aſpicit.de pœ.di.2. quærendũ.
Quod an aliquis verè pęnituit & recidiuauit,de pę. diſt.2. & 13 per totum.
Quod an recidiuanti poſt pœnitentiam iterato ſit pœnitentia iniungenda.de pœniten.diſt.3.ſceleratior, §.his auctoritatibus.
RECONCILIATIO.Quod reconciliatio eſt ad primum ſtatum reſtitutio,2.q.1.notum ſit.
Quod reconciliatio ſolennis in ſcriptis fieri debet,2. q.1.legum,1.q.7.ſi qui voluerint.
Quod epiſcopi officium eſt reconciliare pœnitentes, 26.q.6.c.1.& c.qui recedunt,& c.ſeq.
Quod excepta vltima neceſſitate preſbyter nõ debet reconciliare ſolenniter pœnitentes,ſed epiſcopus, 26.q.6.c.vlt.
Quod quem epiſcopus excõmunicat,preſbyter ſine conſenſu epiſcopi reconciliare non poteſt,26.q.6. miniſtrare,§.proxi.& omnibus c.ſeq. vſque ad fin.
De forma ſolenniter excommunicati habes, 11.q.vl, debent.& duobus c.ſeq.
Quod perſeuerans in malitia reconciliari non debet, 4.q.2.legatur,& c. damnationis.
Quod in extrema neceſſitate nulli pœnitenti recõciliatio eſt deneganda,26.q.6.his & c.ſeq.
Quod eccleſiæ per ſanguinem vel fornicationem polutæ ſunt reconciliandæ.de conſec.diſt.1.ſi motũ. c.ſeq.

De forma reconciliationis coniugum habes 35.q.6.cap. vlt.

RECONVENTIO.Quod reconuentio inhibetur accuſato,in pari crimine priuſquam ſe de crimine quo accuſat⁹ eſt,exuerit,3.q.11 negãda.& c.ſc.
Quod ſecundum canones condemnatus de crimine, amodo non poteſt conuenire nec ſuum nec extraneum,6.q.1.qui crimen.
Quod maiori crimine poteſt accuſatus reconuenire, puta accuſatus de fornicatiõe poteſt de homicidio vel ſimonia reconuenire,3.q.11.nõ eſt,§.hoc autẽ. vbi ponitur modus reconuentionis inter ciuilem & criminalem quæſtionem.
REDEMPTIO.Quod Chriſti paſſio fuit redemptio viuorum & mortuorum.de cõſe.diſt.2.ſemel.
Quod pro opera miſericordiæ peccata propria redimuntur,89.diſt.eſt probanda.
Quod multa ſunt alia bona,quibus poſſunt homines peccata redimere,de pœn.diſt.1.medicina,in prin.
Quod captiuos & oppreſſos tenemur redimere, 86. diſt.non ſatis.in fi.
Quod etiam ornatus eccleſiarum redemptio eſt captiuorum,12.q.2.aurum.
Quod vaſa eccleſiæ & res propriè ſpectant ad redẽptionem captiuorum.12.q.2.apoſtolicos,86.diſtin. pulchra.
REDDERE.Quod reddenda non ſunt mala pro bonis,23.q.3.differentiæ.
Quod debemus reddere pro malis bona,25.q.ſex differentiæ.
Qđ reddẽda eſt Deo ratio,15.q.1.firmiſſimè,§.ex eo.
Quod ſerui ſine cõſenſu domini clerici vel monachi facti,reddendi ſunt,54.diſt.generalis.
Quod pro rebus Deo cõſecratis,licet fuerint alienatę, non illæ ſed aliæ redduntur,14.q.6.comperimus.
Quod eccleſiæ ablata reddi debẽt,& ipſa fine augmẽto debent recipere,12.q.2.fraternitas.
Quod quandoque ſimpliciter,quandoque in quadruplum quandoque in amplius ablata redduntur,12. q.2.in antiquis,& tribus c.ſeq.
Quod res eccleſiæ propter delictum epiſcopi ablatę, reddendæ ſunt,16.q.6.ſi epiſcopum.
Quod eccleſia potiſſimè debet reddere aliena, quia nihil perire credimus eccleſiaſticis vtilitatibus ſi ea quæ ſunt aliena reddantur,54.diſt.generalis.
Quod nõ remittitur peccatũ,niſi reſtituatur ablatũ,
Quod fingitur pęnitentia vbi cum poſſit nõ redditur alienum,14.q.6.ſi res.

Source : BIU Cujas

Quod qui rem eccl'esiæ precariè possidet, si non reddit eam, repetitur, & anathema incurrit, 12.q.2.apostolicos.

Quod qui inuentam rem non reddit, fur & raptor existit. 14.q.5.si quid.

Quod commune ciuitatis tenetur cogere ciuem ad reddendum aliena, 23.q.2.dominus noster.

Quod nō habēs vnde reddat, nō tenet, 14.q.6.si res.

Quod qui non est reddendo, maior pro culpa imponenda est ei corporalis afflictio, 14.q.6.1.

Quod particeps est criminis qui fouet aliena non reddentem, 14.q.6.c.1.

De hac materia habes vbi agitur de Restitutione.

REDIRE. Quod pœnitens non debet redire ad peccatum, sicut & canis ad vomitum, & sus ad luti volutabrum, de pœn.d.3.irrisor est.

An peccata dimissa redeant propter peccatum aut nō. de pœn.dis.3.ferè per totum.

REGENERATIO. Quod regeneratio est duplex, videlicet carnalis, per quam peccatum originale contrahitur, & spiritualis, per quam non solum originale, verum etiam voluntarium peccatum deletur, de conse.dis.4 regenerante.

De hac materia habes vbi agitur de Generatione.

REGIMEN. Quod in creaturis sine regimine, recta nō potest cōsistere administratio, 89.di.ad hoc.

Quod cœlestis militia, in qua angelis archangeli præsunt, nobis etiam exemplificat, quod nulla alia vniuersitas sine regimine potest consistere.

Quod etiam bruta animalia sub regimine viuunt, 7.q.1.in apibus.

Quod etiam omnis ordo ecclesiasticus suis innititur rectoribus, sicut apibus & gruibus vnus rector est. 7.q.1.in apibus.

Quod qui non sunt alicuius regiminis, sunt acephali, 93.dis.nulla, 18.q.2.abbatibus.

Quod non solum necessarium est regimen episcopo regenti plebem suam, vel etiam pauperi regenti domum suam, sed diuiti gentem suam, & regi regenti gentem suam, 23.q.4.duo.

Quod episcopi maiores sunt presbyteris, tamen vtrique in communi regimine ecclesiæ debent intendere. 95.dis.olim, in fin.

Quod talis ponendus est in regimine, qui non solum de salute animarum, verum etiam de exterioribus sit solicitus. 39.dis.Petrus.

Item talis qui valetudinē habeat corporis ad exequē dum quod debet, 80.dis.archidiaconū Florentinū.

Quod regimini derogatur cum prælati ad subditos nimia humilitas monstratur, 86.dis.quando.

De hac materia habes vbi agitur de Prælatis.

REGVLA. Quod regula dicitur, eo quod recte agat vel rectam recte viuendi præbeat, 3.dis.regula.

Quod omnis ecclesia est regulanda secundum Romanam ecclesiam ex qua habet principium, 11.dis.cō sequens, & c.seq.

Quod iustum est vt vnusquisque sumat regulas magistri vnde honoris cōsecrationē accepit, 12.di.de ijs.

Quod ad regulam seruandam cogendi sunt subditi, 12.q.de ijs, in fi.

Quod regula apostoli quæ debet in ordinandis seruari, incipit, 25.dis.vnum otarium, §.nunc autem.

REX. Quod prauus rex non dicitur veraciter rex, 2.q.1.scelus.

Quod regis officium est iusta præcipere, & illicita prohibere, 23.q.4.si ecclesia, in fin.

Quod rex aliter seruit quia homo, aliter quia rex est, nam vt homo seruit fideliter viuendo, vt rex seruit leges iustas exequendo. 23.q.4.si ecclesia, in fi.

Quod regia potestas est instituta vt mali à malo coerceantur, & boni quiete inter malos viuant, 23.q.5.non frustra, & c.regum, & q.4.qui peccat, ante finē.

Quod Nabuchodosor, qui prius ad idololatriam compulit, & post idololatras puniuit, duplicem statum, videlicet ecclesiæ primitiuæ & modernæ repræsentat, 23.q.4.non inuenitur, & c.quando.

Quod regum est propriè facere iudicium, & iustitiā 24.q.4.regum officium est.

Item debet ecclesiā defendere, 23.q.3. Maximanus, & duobus c.seq.

Item personas ecclesiasticas, 11.q.1.Christianis.

Item debet hæreses repellere, 23.q.4.quando, & c.si ecclesiam, in fin.

Item debet oppressos releuare, 23.q.5.regum.

Quod generale pactum est societatis humanæ suis regibus obtemperare, 8.dis.quæ contra.

Item regibus debetur fidelitas, 23.q.5.si apud.

Item debetur eis subiectio, & tributi solutio, 11.q.1.si tributū, & c.magnum, & q.3.si dominus, & c.seq. 28.q.8.tributum.

Quod debent præcipuè Deum blasphemātes punire, 23.q.4.non inuenitur.

Quod salubre est eis episcopis & presbyteris sua colla subdere, 10.dis.certum est, 63.di.Valentinianus.

Quod reges dicuntur clerici se & alios bene regentes, 12.q.2.duo.

Quod peccatū dicitur regnare in homine, 32.q.7.nō solum.

RELIGIO. Quod intrantes religionem diligenter sunt examinandi super conditione generis, & super statu præterito, 55.dis.priscis.

Quod pro ingressa religionis nō licet pecuniā exigere, sed potest recipi voluntariè oblata, 1.q.1.§.j. & c. placuit vt nullus, & c.seq & c.placuit vt, de cōs di.1.

Quod intrans religionem vel monasterium si habet hæredes, & est illectus, totum suum datur hęredib. 20.q.3.constituit.

Item si habet hæredes & non est illectus, hæredes legitimam habebunt partem, & monasterio det tantum quantum vni ex filijs, 19.q.3.si qua.

Item si non habet hæredes & non est illectus totum cedit monasterio, 19.q.3.perlatum.

Quod non sufficit parentum oblatione religionem si in adulta ætate pueri non cōsenserint, 20.q.1.§.j.& q.2.si in qualibet.

Quod non licet pueris resilire ab oblatione parentū ad religionem postquam in ætate legitima mutuum adhibuerūt cōsensū, 20.q.1.firma, & quatuor c.se.

Quod quilibet intrans religionem absolutè intra annum & idem potest exire, 20.q.2.puella.

Quod coactus quando cumquevult potest recedere si postea suus non accesserit consensus, 20.q.1.sicut.

Quod adolescentes eam intrantes non possunt à parē tibus extrahi, 20.q.2.puella.

Quod promissionibus ad religionis ingressum illecti religiosi esse tenentur, licet res propinquis sit restituenda, 20.q.3.præsens, in fin.

Quod ante annos, xiiij. masculus, vel ante, xij puella, eam intrans potest à parentibus reuocari, 20.q.2.si in qualibet, & c.seq.

Quod nullus tenetur ad religionem ad cuius introitū nunquam consenserit, 20.q.3.præsens.

Quod vt non sequatur contradictio ipsam intrantes non furtiuè sed sub presbyterorū testimonio sunt recipiendi, 20.q.2.oportet.

Quod seruus sine consensu domini sui ad religionem non debet recipi, 16.q.1.qui verè.

Quod coniuges ad religionem intrare volentes sunt coram episcopo separandi, & in diuersis monasterijs ponendi, 27.q.2.si vir, 18.q.2.diffinimus.

Quod religio non liberat à iugo seruitutis inuito domino, 54.dis.generalis, & c.si seruus scient, 17.q.2.si quis incognitus.

Quod nulli licet aliam religionem, vel aliud monasterium, nisi petita licentia sui prælati intrare, 20.q.4.monachum.

Quod sine licentiā sui prelati canonicus regularis monachus effectus redire compellitur, & grauiter punitur, 19.q.3.nullus, & c.seq.

Quod ideo de religione ad religionem transeuntes licentiam debent petere, ne leuitas animi vel euagationis ausus eis imponatur, 20.q.4.§.vlt.

Quod religiosi ad austeriorem vitam primo petita à prælato licentia etiam non obtenta possunt transire, 20.q.4.monachum, & 19.q.2 duæ, in fi.

Quod canonici siue clerici etiam episcopo contradicente possunt religionem intrare, qui vbi spiritus Dei ibi libertas, 19.q.2.duæ.

Quod religiosi præ alijs diuinis officijs debent inuigilare, 12.q.1.quia tua.

Quod propter pecuniam receptus ad religionem tenetur quidem in ipsa remanere, res verò hæredibus sunt restituendæ, 20.q.3.constituit.

Quod intra tempus probationis potest quis probari in habitu laudabilis, 54.dis.multos, 17.q.2.si quis.

Quod post ingressum religionis & tempus probationis potest quis liberis suis, & propinquis bona diuidere, 19.q.vlt.si qua mulier.

Quod recedens à religione intra tempus religionis, omnia quæ ecclesiæ tradidit potest deportare, 17.q.2.si quis.

Quod clericus religionem intrans, & intra annum exiens pōt suū repetere bñficiū, 17.q.2.Gonsaldus.

Quod religio tollit proprietatem & propriam voluntatem, 12.q.1.nō dicatis, & c. expedit, & c.cui portio.

Item astringit ad castitatem, 27.q.1.impudicas.

Quod communem vitam debent habere, nec denarium nec aliquam rem priuatam debent possidere si cum Anania nolunt interire, 22.q.1.dilectissimis, & c.scimus, & c.nolo, in fi.

Item non debent assumi ad officia ecclesiastica, vel ad sacros ordines promoueri sine licentia prælati, 58.dis.per totum, & 16.q.1.si quis monachus, & 3.c.se.

Item nō licet eis sine prælato vouere, & vota talia per prælatos eorum franguntur, 20.q.4.monachos.

Item religioso sine licentia sui prælati non licet aliquid accipere, 12.q.non dicatis.

Quod religiosi testamentum facere non possunt, 12.q.1.nolo, in fin. 19.q.3.quia.

Quod fœmina in religione caput & faciem debet velare, 7.q.1.omnis.

Quod officia clamosa non conuenit eis exercere, 16.quæst.1.de præsentium.

Quod quantumcumque religiosa sit congregatio inueniuntur in ea mali, 47.dist.quantumlibet.

Qui qui in religione sæculariter viuit, non sæculum fugit sed imitatur, 53 di.legem.

Quod detestabile est pauperem in seculo delicatum esse in religione, & ibi mella fastidire, 12.q.2.gloria.

Quod mali religiosi quia nomen sanctitatis habent, per se agendo amplius nocēt in ecclesia quàm alij, 83.dist.nemo, 19.q.3.monasteriis.

Quod deficientes in religione sunt pessimi, & proficientes optimi, 47.dist.quantumlibet.

Quod quādoque mutatio loci prodest religiosis. quia plerumque dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus, 81.dist.valet.

Quod excessus religiosorū propter maius scandalū sunt occultandi, 96.dist.in scripturis.

Quod religiosi verè præ aliis sunt honorandi, 16.qu. qui verè.

Quod facilius dispensatur cū religiosa persona, quàm cum alia, 66.dist.monachus.

Quod in fauorem religionis potest quis sine interstitio ad ordines promoueri, ibidem.

Quod an alias ad ordinē indigni, propter religionem admittuntur, 56 dist.c.vlt.c.presbyterorum, 77.di.

Quod religiosi nisi per Papam fuerint exempti, tenentur episcopo subesse, 16.q.1 qui verè.

Quod locus religiosorum sine consensu episcopi nō debet mutari, 16.q.7.si quis vult.

Quod episcopi & alij prelati religiosos consilio & auxilio debent fauere, 12.q.2.religiosam.

De hac materia habes vbi agitur de monachis & de monasterio.

REMISSIO. Quod remissio peccati fit non tātum in presenti, sed etiam in futuro, 25.dist.qualis hinc. & c.seq.

Quod remissio peccati fit per auctoritatem, & sic fit à solo Deo, 1.q.1.ita fit. & c. vt euidenter, de pœ. dist.2 §.opponitur.

Item fit per officium, sic fit ab omni prælato tā bono quàm malo, 23.q.5.remittuntur.

Item fit per ministri meritum, sic fit tantum per bonū 1.q.1.remissionem de cons.dist.4.quomodo.

De remissione iniuriarum habes vbi agitur de Iniuria.

REMOTIO. Quod episcopus vel superior prælatus non remouetur de episcopatu nisi per solum Papam, 7.q.1.mutationes.

Item remouetur propter crimen, 50.dist.si episcopus, & c.seq.7.q.1.remoto.

Item remouetur propter vilitatē, 7.q.1.mutationes.

Item propter senectutem, 7 q.1.petisti.

Item propter necessitatem, 74.dist.episcoporum.

Quod remouet se quis de loco ad locū propter leuitatem, 7.q.1.non oportet. & pluribus capit.sequen.

Item propter ambitionē, 7.q.1.si quis de. & pluribus c.seq.

REMVNERATIO. Quod quilibet remuneratur à Deo secundum merita, 15.q.1. firmissimè, §. ex eo, in fin. 23.q.4.displicet. ante finem.

Quod Deus tēporaliter & æternaliter remunerat, 22.q.2.si quælibet.

Quod nemo debet quærere pro bono quod agit, tēporalem remunerationem, de pœn.disti.4.§ quanquam.

Quod qui pro bono quod agit temporaliter remunerari non quærit, illius Deus merces erit, 31.q.4.dicat. Exemplum ibi de Abraham. de conse.dist.5.ieiunium.

Quod indignus æterna remuneratione pro bono qđ agit, temporaliter remuneratur. de pœn.distin.3.§. ex hoc, & §.seq.

Quod mali qui pro paucis bonis quæ faciunt, in præsenti remunerantur, in futuro plenius punientur. de pœ.dist.3.§, quamquam.

RENVNCIATIO. Quod quilibet potest suo iuri renunciare, 7.q.1.quàm periculosum.

Quod furiosus nisi habeat lucida interualla, renūciare non potest, 7.q.1.quamuis sit triste.

Quod nō tenet renunciatio nisi illi fiat cuius est institutio, 17.q.2.Gonsaldus.

Quod prælati non possunt renuntiare nisi de licentia superioris, 7.q.1.si quis presbyter.

Quod renunciatio episcopatuum tantum debet fieri domino Papæ, 7.q.1.q̄ periculosum, & ca.qualiter.

Quod renunciatio prælaturæ non debet admitti de facili, 7.q.1.quàm periculosum, & cap.quamuis.

Quod quando renūciatio admittitur, debet fieri pro magna vtilitate vel infirmitate, 7.qu.1. qualiter, & c.seq.

Quod renunciatio prælationis fienda est in scriptis, 7.q.1.sicut, §.ecce.

Quod renūcians vlterius nō potest repetere illud qđ renun-

Source : BIU Cujas

renunciauit,7.q.1.quàm periculosum,& c. hoc ne quaquam,21.q.2.si quis.
Quod renuncians videtur posse repetere,22.q.4.magnæ.
Quod ecclesia vel superior potest repetere renunciantem,7.q.1.non oportet,& c.si qui vero,& c.seq.
REPETITIO.Quod debitum benignè remissum non iniquè repetitur,14.q.1.quod debetis.
Quod cum dominus dixit,si quis abstulerit tibi tunicam,non repetas,nõ præcipiendo sed exhortando dixit,14.q.1.episcopus,§.is ita,in fin.
Quod episcopus,vel alius prælatus res transitorias tumultuosè & litigiosè non debet repetere,14.q.1.c.1.& c seq.88 dist.inutile.
Quod prælati quantumcumque perfecti tenentur res ablatas modestè repetere,quia res pauperum sunt quas possident,& episcopi tantum sunt dispensatores,14.q.1.episcopus,§.his ita.
Quod vbi non potest esse redditio,supersedenda est repetitio,14.q.6.c.1.
Quod pro iudicio vel pro alio quod venale esse non debet pecunia iniustè repellitur,16.q.5.non sanè.
Quod res ecclesiæ pro captiuis & pauperibus erogatę non debent ab erogatore reperi,12.q.2.sacrorũ.
REPREHENSIO.Quod reprehensio tunc est iusta quando primo fit in se,& postea exercetur in alium,3.q.7.qui sine,& c.iudicet,c.& postulatus.
Quod est reprehensio auctoritatis,quæ solum maioribus conuenit,& hæc debet fieri cum benevolentia,45.dist.licet,86 dist.quando.
Item est reprehensio zeli,quæ minoribus conceditur in maiores,& hæc debet fieri cũ reuerentia. 21.dist. nolite,2.q.7.si quis super his,§.proximo.
Itẽ est reprehensio temeraria,quæ vergit ad infamiã, & hæc nec prælato ad subditum,nec subdito ad prælatum conceditur,21.dist.nolite,2.q.7.plerumque, & c.quæritur.

De hac materia habes vbi agitur de Accusatione,& correptione.

REPVLSIO.An repellere vim sit peccatum,23.q.1.§.1.
Quod perfectus debet patienter iniuriam sustinere ab his quos optat bonos esse,23.q.1.paratus,11.q.3. ita sæpè.
Quod perfectis licet iniuriam verbis,& non verberib. repellere,23.q.1.paratus.Exemplum ibi de Christo.
Quod qualiter cuilibet licet iniuriam repellere,& qualiter non,habes 23.q.3.sex differentiæ,§.sed.

De hac materia habes vbi agitur de Patientia, de Tolerantia,& de Inuidia.

RESCRIPTVM. Quod rescriptum principis quãuis præcipiat reprehensibile,dummodo non fiat cõtra fidem recipiendum,100.dist.contra morem,19. dist.in memoriam.
Quod rescriptum apostolicum contra euangelium,& contra apostolos admittitur,25.q.1.sunt quidam,& c.seq.
Quod rescriptum contra ius cõmune factum,ab omnibus est refutandum,25.q.2.rescripta.
Quod rescriptum posterius arctat eos quibus dirigitur,16.dist.in memoriam.
Quod in arduis non scripta,sed ipsa originalia manu principis subscripta debent monstrari, 15.q.2.sancimus.
Quod rescripta personalia sine die & consule facta carent auctoritate,25.q.2.§.si qua.
Quod rescriptum cassatur si à curia nõ emanauit, 19. dist.in memoriam.
Item cassatur si tacita veritate fuit impetratum,25.q.2.dicenti.
Item cassatur si nõ fuerit honestum, iustum,possibile, tempori & loco conueniens,4.dist.erit autem lex.
Item cassatur si non habet subscriptionẽ petitionis, 81.dist.Maximianus.
Item si expresse non continet in se, si preces veritate nitantur,25.q.2.§.vniuersa.
Item si non expresse continet nomen eius qui vult cõuenire, 2.q.8.quisquis,§.vlt.
Item si obscurum fuerit,ita vt plenè intelligi non possit,4.dist.erit autem.

De hac materia habes vbi agitur de Scriptura.

RESIDENTIA.Quod episcopi qui curam gregis debent gerere,præcipuè debent residere,7.q.1.pontifices.
Quod non licet beneficiato vltra tres hebdomadas abesse,7.q.1.si quis in clero.
Quod propter negotia ecclesiæ vel propter ægritudinẽ de residẽtia quilibet excusat,7.q.1.præsentium.
Quod in ecclesia sine legitima causa non residenti, iuste alter substituitur,7.q.1.præsentium.
RESISTENTIA. Quod posse resistere peruersis, & non facere,est ipsis consentire,23.q.3.qui potest.
Quod rusticitas sancta quantum ex vitę merito ecclesiam Dei ædificat, tãtum nocet si destruentibus nõ resistit,2.q.7.sancta quippe.
Quod resistere malis manu armata maximè perfectis sit peccatum,23.q.3 per totum.
Quod de prælatorum prouisione principes sæculi persecutoribus pauperum debent resistere, 23.q.3.ab Imperatoribus,& c.Maximianus.
Quod cum dicitur resistere malo, non mali coercitio, sed propriæ vindictæ executio prohibetur, 23.q.5. de occidendis.

De hac materia habes vbi agitur de Patientia, & vbi agitur de Iniuria,& vbi agitur de Tolerantia.

RESPONDERE. Quod bonum est quandocumque respondere auditoribus,ne æstiment nos respõsionis penuria declinare certamen,43.dist.in mandatis,& tribus c.seq.
Quod propter hoc nemo debet respondere, vt plus videatur scire quàm sciat,quia esset iactantia, 44.dist. dispensatio,§.pariter.
Quod garrulos & procuratores prudentia est responsionibus eludere,14.dist.in mandatis.
RESTITVTIO. Quod restitutio in integrum est quando quis honoribus,& ordinibus & ceteris restituitur,2.q.3.c.vlt.in fin.
Item cum princeps in integrum restituit,infamiam tollit,3.q.3.c.vl.in fin.
Quod ante litis ingressum spoliatus est in integrũ restituendus,2.q.2.per totum.
Quod etiam prædo est ante iudicium restituendus,3.q.1.Deus.
Quod antequam in causa iudicij procedatur mulier est primo restituenda,33.q.2.siue de coniugij.
Quod sex mensium dantur inducię restitutis antequã respondeant,3.q.2.electis.
Quod restitutio rerum quandoque fit in simplum, 14.q.5.non sanè.
Idem quandoque in duplum,89.dist.decenter,12.q.2.
Item quandoque in quadruplum,12.q.2.cum deuotissimam.
Item quandoque in nouem partibus,17.q.4.qui quis.
Item quandoque in decuplum,12.q.2.in legibus.
Quod nõ dimittitur peccatũ, nisi restituatur ablatũ, 14.q.6.si res.
Quod non verè pœnitet qui ablata non restituit cum potest,24.q.6.si res,25.q.9.pessimam.
Quod non est super restitutione molestandus,cui non est vnde soluat,14.q.6.si res.
Quod qui rem alienam Deo consecrat, non rem sed æstimationem restituat,14.q.vl.comperimus.
Quod de restitutione lapsorum habes,50.dist. ferè per totum.Et in hoc opere vbi agitur de Lapsis.
Quod in restitutione lapsorũ cõsiderãda est quantitas criminis vtrũ sit enorme,vel mediocre, quia quãto minus tãto facilius restituitur,50.di.quia sanctitas.
Item qualitas criminis,vtrum,scilicet sit publicum vel occultum,nam publicatio multis impedit restitutionem,50.dist.sacerdos si,& c.seq.
Item modus redeundi,scilicet vtrum sit cõuictus, vel sponte confessus,nam mitius agitur cum sponte cõfessis,50.dist.si quis præpostera.
Item modus satisfactionis,an scilicet sit verus vel fictus,nã verè contritis facilius parcitur,50.di.bene.
Quod restituitur quis vt possit ad omnia promoueri, 50.dist.considerandũ,vbi agitur quomodo Petrus apostolus post negationem restitutus fuit.
Item restituitur quis vt maneat tantum in susceptis,vt reuertẽtes ab hęreticorũ errore,1.q.7.saluberrimũ.
Item restituitur quis vt tantũ ministret in minoribus, vt scienter simoniaci,1.q.5.c.1.
Item restituitur quis vt laicam tantum habeat communionem,vt doctor & auctor hæreticorum,1.qu. 7.cap.1.
RESVRRECTIO. Quod ecclesia gaudium resurrectionis insinuet à pascha vsque ad pentecostẽ non reiuuat,30.dist.si quis presbyter,76.dist.in.scire debet.
Quod olim baptismus ideo tẽpore resurrectionis fiebat, vt sicut Christus resurrexit à mortuis, sic nos in nouitate vitæ ambulemus,de cons.distinct.4.propriè.
REVERENTIA. Quod reuerentia alicui exhibetur ratione dignitatis vel superioris potestatis,16.q.2.visis.
Quod inutili prælato quandiu sustinetur reuerentia est exhibenda,16.q.6.si fortassis.
Quod subditi debent prælatos reuereri cum affectu dilectionis,97. distinctione esto,2. quæstione 5.habet.
Item ipsis obediendo,93.dist.§.1.& c.seq.2.q.7.sacerdotes.
Item ipsis obsequendo,95.dist.non oportet.
Item eorum officium temerarie non vsurpando,95. dist.presbyter.
Item eorum statuta seruando,7.q.1.quia.
Item eos temerariè non arguendo vel iudicando,21. dist.nolite.
Item defectus eorũ non reuelando,sed potius cooperiendo,96.dist.in scripturis.
REVELATIO.Quod reuelatio diuina instruit in agendis,8.q.1.si ergo.
Item reuelatio diuina dirigit in scripturis,9 dist.noli.
Quod confessio peccati occulti nulli penitus est reuelanda,2.q.1.si peccauerit.
Quod fraudulentus est qui reuelat arcana,5.q.5.qui ambulat.

De reuelatione diuina habes vbi agitur de Inspiratione.

RIGOR.Quod ex consideratione temporum & ętatum rigor canonum quandoque temperatur,14.d. sicut quædam.
Item vbi strages multorum timetur,detrahẽdum est rigori,50.di.vt constitueretur,1.q.7.quoties à populis.
Quod multi canones cõstituti sunt in rigorem disciplinæ,50.dist.vt constitueretur.
ROGATIO.Quod rogationum tres dies ieiunandi sunt & seruandi.de consc.dist.3.pronuntiandũ, & c.rogationes.
Quod tribus diebus rogationum serui & ancillæ ab opere seruili debent esse liberi.de consc.dist.3.rogationes.
Quod in triduo rogationũ,quadragesimali cibo est vtendum.
ROMA. Quod roma caput & principatum obtinet nationum,2.q.7.beati.
Quod iura Romanorum aliis gentibus nõ cõueniũt. 1.dist.ius Quiritum.
Quod qui Romanam ecclesiam annihilat,ipse se hæreticum insinuat,22.dist.omnes.
Quod Romana ecclesia est principium omniũ ecclesiarum,21.dist.quamuis.

De Ecclesia Romana habes vbi agitur de Papa,& vbi agitur de Sedibus.

SABBATVM.Quod die sabbati non est festiuãdum,ne Iudaizare videamur,de consc.dist.3.per nenit.
Quod antichristus ideo faciet sabbatum & diẽ dominicũ obseruari,vt per obseruationẽ sabbati Iudęos & propter obseruationẽ dominicę Christianos sibi attrahat.de consc.dist.3.peruenit.
Quod sabbatum non vbique,sed secundum aliqua loca ieiunatur,12.dist.illa,Exemplũ ibi de matre Augustini.
Quod die sabbati nisi propter festiuitatẽ aut propter infirmitatem à carnibus est abstinendum,de cõsc. dist.5.quia.
SACERDOS.Quod sacerdos nomen habet compositum ex Græco & Latino,quasi sacrum dãs,21. dist.clericos,ante medium.
Quod sacerdotalis ordo incepit à sancto Petro,21.d. in nouo.
Quod maiores sacerdotes in apostolis,& minores in septuaginta duobus discipulis sunt designati,21.d. §.1.post med.
Quod sacerdotes angeli & dij nuncupantur, 11.q.1. sacerdotibus.
Quod ordo sacerdotalis præeminet dignitati regali, 96.dist.2.in principio.& in fi.
Quod ipse Christus eis reuerentiam exhibuit dũ ad eos leprosos remisit,1.q.1.nonne.
Quod etiam exempla gentilũ inducunt Christianos ad reuerentiam sacerdotum,11.q.1.sacerdotibus.
Quod ministerio sacerdotis & non alterius Christi corpus consecratur,95 di.ecce ego,circa medium.
Item benedictio populis & gratia diuina datur,1.q.1. dictum est,6.q.1 sacerdotes.
Item peccata delentur,1.q.1.ipsi sacerdotes.
Item meritо officij eorum futura reuelantur,1.q.1.dictum est à Domino.Exemplum ibi de Caipha.
Item sacerdotes sunt lumen mundi,92.di.sacerdotes.
Item sunt omnium patres & magistri,86.d.quis dubitet.
Quod debent esse corpore & mente mundi,quia diuino officio & sacrificio debent esse intẽti,1.q.1.necesse.3.q.7.in grauibus,& duobus ca sequen.
Item sobrij,35 di.vinolentum.
Item discreti & docti,47.dist.per totum,38.di.in pluribus capitulis.
Itẽ debent esse in officio suo cauti,14.q.6.ca.1.in fin.
Item in vestibus & gestu debent esse maturi,41.dist. clericus.
Quod sacerdotes instituuntur ad laudandum Deum &ad exẽplum bonę actionis,5.q.3.quia episcopus.
Quod sacerdotes ratione oblationum tenentur orare pro populo,1.q.1.sacerdotes.
Quod sacerdotes dicuntur comedere peccata populi pluribus modis,videlicet precibus & orationibus peccata consumendo,1.q.1.ipsi sacerdotes.
Item oblatis pro peccatis vtendo,1.q.2.pastor.
Itẽ aliena peccata per consensum incorporãdo,in fin.
Quod sacerdotes horas canonicas hospitalitatem & visitationes infirmorum solicitè exercere debent, 91.dist.presbyter.

Source : BIU Cujas

Quod non de facili est suspicandum malũ de sacerdotibus ex quo corpus Christi cõficiũt, 11 q.3. absit.
Quod ordo sacerdotalis non datur propter ordinatũ tantum, sed etiam propter alios quorum minister esse debet, & ideo mundius est suscipiendus quàm alij ordines, 1.q.1 si qui episcopi talem, §. proximo.
Quod sacerdos membrorum deformitatem notabilẽ habere non debet, 49 dis. § j.
Quod sacerdotes propter multitudinem sunt contemptibiles, 93.dis. legimus, in fin.
Quod multi sunt sacerdotes nomine, pauci opere, 40. dis. multi.
Quod non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram.
Quod nemo in ecclesia Dei nocet plus quàm qui per uersè agens nomen sacerdotis habet, 83. dis. nemo.
Quod malus sacerdos de ordine suo crimen & iudicium acquirit.
Quod multi sacerdotes nomen Dei in quantum in eis est, despiciunt, & panem pollutum offerunt, 49. dis. sacerdotes.
Quod magnum inconueniens est sacerdotem corpus Christi conficientem immundum esse, 1.q.1. sacrosancta, & c. seq.
Quod ignominiosus est sacerdos qui studet diuitijs, 12.q.2. gloria.
Quod sacerdos qui aliorum debet audire confessiones debet esse in scientia discretus, & in vita bonus, de pœn. dis. 6. § j.
Quod malus sacerdos comparatur simiæ, 1.q.1. si quis inquit.
Quod mali sacerdotes sunt audiendi, non imitandi, 1.q.1. significastis, & c. seq.
Quod an promotus in sacerdotem in mortali peccato possit exequi officium suum, 15.q.vl. per totum.
Quod peccatum est detrahere sacerdotibus, 6.q.1. sacerdotes.
Quod graue peccatum est inuidere sacerdotibus, 6.q.1. sunt plurimi, §. proximo.
Quod nemo debet audire Missam à sacerdote, quem scit indubitanter habere concubinam, 32 dis. nullus, vbi exponit gl. Ioan. quòd hoc est indubitanter scire, quod scitur scientia iuris, & non facti, & ad hoc expressè faciunt multa iura, vt 15.q.8. sciscitantibus, 83. dis. nihil. §. quanquam, 1.q.1. multi, 30.q.5. c. nec illud, § is ita. & c. nullum. Nam ante scientiam à nullo est recedendum, 8.q.4 nonne.
Quod autem sacramẽta à malis sacerdotibus tradita quandiu tolerantur non sunt contemnenda, plura docent capitula, qui ipsi non suis sed Christi verbis sacramenta conficiunt, de consec. dis. 2 panis est, 1.q.1. significastis, & c. Christus, & c. seq.
Quod sacramenta à Iuda proditore tradita non fuerunt reprobata. 1.q.1. dedit.
Quod sibi iudicium tantum manducant, & bibunt, 1.q.1. per Esaiam.
Quod sacramenta sicut nec sola locis immundis per quæ transit, ab ipsis non inquinantur, 19. dis. secundum ecclesiæ.
Quia ipsi sicut fax accensa alijs lucent, quamuis sibi noceant, 15.q.vlt. c. vlt.
Quod ipsi velut lixiuium lauant, & non lauantur, 83. dis. nihil. § seq.
Quod sacerdos licitè potest operas suas alijs locare, 10.q.2. precariæ, 1.
Quod sacerdos non debet alijs irrogare suppliciũ, 22. q.5. hoc videtur, 1.
Quod promotus in sacerdotem tenetur vxori de necessarijs prouidere, non tamẽ tenetur debitum reddere, 31. dis. omnino.

De Sacerdotibus habes vbi agitur de Clericis, & vbi agitur de Ordine.

SACRAMENTVM. Quod sacramentum inuisibilis gratiæ est visibilis forma, de cõs. d. 2. sacrificiũ.
Quod sacramenta dicuntur quia sub tegmento corporalium rerum diuina virtus eorumdẽ sacramẽtorum salutem operatur, vnde à secretis virtutibus vel sacris sacramenta dicuntur, 1.q.1. multi, circa med.
Quod inter septẽ sacramenta ecclesiæ quædã dicũtur necessitatis, vt baptismus, de cons. di. 4 nulla præter.
Item confirmatio, de cons. dis. 4 nullus ministrorum.
Item Eucharistia, de cons. dis. 1. omnis Christianus.
Item extrema vnctio, 26.q.7.c.1.
Item pœnitentia, de pœ. dis. 1. non potest.
Quod alia duo sacramenta sunt voluntatis, videlicet ordo, 74 dis. vbi ista.
Item matrimonium, 30 q.2. vbi non est.
Quod baptismus est sacramentum intrantiũ, de cons. dis. 4 nulla præter. §. porro, ante fin.
Quod confirmatio est sacramentum pugnantium, de cons. dis. 5 spiritus sanctus.
Quod Eucharistia est sacramentum progredientium, propter quod & viaticum dicitur, 26.q.6. qui recedunt, & c. de his.
Quod pœnitentia est sacramentum redeuntium, 26. q.7. his qui, de pœn. dis. 3. c. 2.
Quod extrema vnctio est sacramẽtum exeuntium, 26. q.7. c. b infirmis.
Item subiecto, vt Eucharistia, 95. dis. ecce.
Item significatione, vt matrimonium, 27.q.2. cum societas.
Item ministri dignitate, vt confirmatio, de cons. dis. 5. de his, & duob. c. seq. 68. dis. quamuis.

Vnde versus.

Maior in effectu baptismus, corpus in esse.
Coniugium signo, maiori chrisma ministro.

Quod sacramenta à suis parochianis sunt recipienda. 16.q.1. interdicimus.
Quod per presbyterum non per minorem clericum debent sacramenta exhiberi, de cons. dis. 4. presbyteri qui.
Quod spiritus sanctus dat sacramentis efficaciam per quoscunque ministrentur, 1.q.1. multæ, & c. ita fit, & quatuor c. seq. & c. non nocet.
Quod sacramenta ab immundis ministris coinquinari non possunt, 1.q.1. remissionem.
Quod hominum malitia sacramenta non profanat, 1. q.1. nonne.
Quod sacramenta à malis ministris sunt accipienda quandiu tolerantur, 1.q.1. neque, & c. omnia, & c. multi, & c. per Esaiam, 15.q.vlt. c. vlt.
Quod sacramenta ab hæretico scienter non sunt recipienda, 23.q.1. c. vlt.
Quod ab ipsis in forma ecclesiæ data sacramenta virtutem habent, 19. dis. secundum, 1.q.1. si autem, & tribus c. seq. & c. sicut, & c. quod pro.
Quod sacramenta ab ipsis in forma ecclesiæ non data virtute carent, 1.q.1. qui, § sed notandum.
Quod virtutem amittunt si per malum ministrum in forma ecclesiæ exhibẽtur, 32. dis. præter hoc, §. verũ.
Quod sacramenta collata in forma ecclesiæ ab hæreticis, & schismaticis, simoniacis, & depositis, interdictis, excommunicatis, rata sunt quoad characterem, sed non quoad executionem, 32. dis. c. præter hoc, §. porro, 1.q.1. si quis à simoniacis.
Quod sacramentum datum ab hæreticis non est iterãdum, sed virtus sacramenti dabitur per manus impositionem, 32. dis. § ad hoc vero. & § porro, 24.q.1. miramur, §. his auctoritatibus.
Quod Deus in administratione sacramentorum non pensat merita administrantiũ, 1 q.1 cum scriptura.
Quod sacramenta affectum suscipientium, & mentis deuotionem exigunt, 8.q.1. licet. post med.
Quod sacramenta contra interdictum prælatorũ suorũ accepta, dãnosa sunt, 32. dis. ad hoc verò, §. porro.
Quod non sunt danda impœnitentibus, 26 q.7 ferè per totum.
Item non sunt dãda à grauibus peccatis subito reuertentibus, de pœn. dis. 1. in actionem.
Item non sunt danda illis qui non subsunt alicui, 18. q.2. abbatibus.
Quod non est vera conuersio ad Deum vbi sacramenta ecclesiæ cõmittuntur, de cons. dis. 4. baptismi vicẽ.
Quod sacramentum quod in se bonum est, cedit malo in malum, 1.q.1. quod quidam, § opponitur, ante med. vbi de exemplum de Iuda.
Quod sacramenta Christi pretiosum extrinsecum ornatum non requirunt, 12.q.2. aurum, ante med.

De sacramentis habes supra vbi agitur de Sacerdotibus, & de quolibet Sacramento habes specialiter positum secundum ordinem alphabeti.

SACRIFICIVM. Quod sacrificium altaris oratio num, & eleemosynarum est, 13.q.2. nõ æstimemus.
Item est sacrificium cordis contribulati, de pœ. di. 1. in actionem, post med.
Quod magnum Deo sacrificium offertur cum mali, qui in sua & aliorum pernicie dilatantur, compescũtur, 23.q.5. quali.
Quod omnia sacrificia præcellit corpus & sanguis Christi, de cons. dis. 2 nihil.
Quod non sacrificiorum magnitudinem, sed merita offerentium Deus diiudicat, 24.q.1. odi.
Quod illud sacrificium solum Deus acceptat quod in tra ecclesiam catholicam sibi offertur, 24. q.1. quia ex sola.
Quod mortui multiplici sacrificio iuuari possunt, videlicet altaris, orationum, & eleemosynarum, 13 q. 2. non æstimemus, & c. pro obeuntibus, & c. animę.

De hac materia habes vbi ponitur Oblatio.

SACRILEGIVM. Quod sacrilegium committitur auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, 17.q.4. quisquis.
Quod sacrilegium est inuadere aut auferre res ecclesiæ, 12.q.2. prædia, & c. indigne, & c. hæc, 13. qu.2. qui oblationes, 16.q.1. in canonibus, 17.q.4. qui rapit, & c. quisquis.
Quod sacrilegium committit qui in clericum manus violentas mittit, 17 q.4. si quis contumax.
Quod sacrilegium est si quis quod venerabilibus locis datur, honestauit retinere, 17.q.4. sacrilegium.
SACRILEGVS. Quod sacrilegus dicitur qui res ecclesiæ indebitè vendit, 50. dist. si quis presbyter.
Item qui habens sufficiens patrimonium res ecclesię ad superfluitatem recipit, 16.q.1. quoniam. in fin.
Item sacrilegus dicitur qui personam ecclesiasticam lędit, 37.q.4. sicut, & c. quisquis.
Item qui fugientem violenter de ecclesia trahit, 17.q. 4. nullus, & c. si quis contumax.
Item qui cõstitutiones sanctorum patrum infringit, 17.q.4. si quis suadente, §. qui autem.
Item qui arti magicæ intendit, 26.q.1. illud, in fi.
Item qui alios temerariè rebaptizat, 23.q.5. si vos.
Item qui infringit ecclesiam, 16.q.4. quisquis.
Quod vendere & comparare spiritualia sacrilegium est q.3. audiuimus.
Quod dubitare de illo quẽ princeps elegit an dignus sit, sacrileg ũ est, 17 q.4. si quis suadẽte, §. proximo.
Quod sacrilegium Christiani cõmittunt cum Iudęorum cibis vtuntur, 28 q.1. omnes.
Quod sacrilegium committit qui Iudæis publica officia committit, 17 q.4. constituit.
Quod sacerdos sacrilegium committit qui pro matrimonio adulterium benedicit, 27.q.vlt. de cõiugali.
Quod qui cum ea quę castitatem vouit contrahit, vel coitum facit, sacrilegium incurrit, 27.q.1. impudicas.
Quod sacrilegus in rebus ecclesiæ Iudæ proditori cõparatur, 23.q.4. quid ergo.
Quod sacrilegi pœna est infamia, 6.q.1. infames.
Item excommunicatio minor, 17.q.4. quisquis.
Item anathematizatio, 12.q.2. indignè.
Itẽ depositio, 12.q.4. si quis deinceps, 13.q.2. indignè.
Item publica pœnitentia, 17.q.4. si quis contumax.
Quod imponitur sacrilego pœna legalis, scilicet decapitatio, 17.q.4. si quis autem.
Quod aliquando imponitur sacrilego pœna legalis & canonica, scilicet pœna pecuniaria & infamia, 17. q.4. attendendum, & c. si quis.
SACRISTA. Quod sacrista idem est quod thesaurarius, cuius officium exprimitur, 25. dist. perlectis.
SAL. Quod Christus dicens Salem habete in vobis, sapientiam verbi designauit, 44 dist. sit rector. post med.
Quod prælati & sacerdotes dicuntur sal terræ, 93. di. sacerdotes.
Quod malus prælatus dicitur sal infatuatum, 3.q.7. sacerdos. § item in euangelio, 1.q.7. non omne.
Quod sal infatuatum à porcis conculcatur, 2.q.7. secuti, §. quia.
Quod sal sapientiæ in cunctis nostris sacrificijs offerri debet. de cons. dist. 4. sal.
Quod aqua sale aspersa, & per sacerdotem cõsecrata sanctificat populum de cons. dist. 3. æqualem.
SALOMON. Quod Salomon Rex templum domino construxit, & illud consecrando magnum festũ fecit, de consec. dist. 1 § 1.
Quod non diuitias, non longa tempora vitæ, sed sapiẽtiam à Deo petiit, 36. dist. qui, §. ecce.
Quod regina venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, 8.q.1. vereor.
Quod Salomon ad expellendum dæmones de corporibus, quosdam exorcismos inuenit, 21. dist. § 1.
Quod Salomon amore mulierum Deos gentilium coluit, & idolis templa construxit, 3.q.7. §. vlt. 32. qu. 4 Salomon.
SAMVEL. Quod Samuel qui sanctè vixit, & sanctus de hac vita exiuit, non sic potuit esse sub diaboli potestate vt arte diabolica per pythonissam suscitaretur. 26.q.5. nec mirum post med.
SANCTITAS. Quod est sanctitas innocentię quę tantum bonis conuenit, & sanctitas sacramentalis quę quandoque malis cõuenit, 1.q.1. dominus. post med. Exemplum ibi de Saul.
Quod non ex generis nobilitate vel dignitate sanctitas innotescit, sed ex fidei puritate, & morum honestate, 40 dist. nos qui.
Quod vbi Christus per boni operationẽ infunditur, & abominatio peccati aboletur, sanctitas cõsecratur. 15.q.1 nec is qui.
Quod sanctum illum credere qui non est sanctus, periculosum est, 11.q.3 si quis hominem.
Quod sanctus non debet dubitari quem apex papalis dignitatis attollit, 40 dist non nos.
Quod omnis sanctificatio est in spiritu sancto, 75. d. ordinationes.
SANITAS. Quod sanitatem corporis efficit moderata refectio. de consecr. dist. 5 nihil.
Quod excessus ciborum putrescere faciunt corpus, ibid.
Quod impossibile est illos sanos esse & diu viuere q carnium adipibus cõtinuè inuoluũtur. de cons. dist. 5 ne tales.
Quod abstinentia sanat morbos quos superfluitas cibo

Source : BIU Cujas

ciborum contraxit,de consecra.distin.5.legimus.
SAPIENTIA.Quod si sine vera sapiẽtia quis ẽsti mat se prudentem posse fieri,non prudens sed stultus est,3.q.7.qui sine.
Quod sapientia cum sobrietate est habenda,quia nõ oportet plus sapere quàm sapere ad sobrietatẽ,43. dist.sit rector.post medium.
Quod tunc iustificatur sapientia à filijs hominũ quã do ostendit nec in manducando nec in abstinendo esse iustitiam,sed in æquanimitate tolerãdi inopiã, 41.dist quod dicit.
Quod sapiens nulli nocere intendit,6.q.1.sapiens.
Quod sapiens sine peccato pretiosis vti cognouit,41. di.quisquis.
Quod sapiens prælationi & gubernationi competit, 84.dist.porro.
Quod stultus in culpa sapiens erit in pœna,38.dist. qui ea.
SATISFACTIO. Quod satisfactio pœnitẽtiæ est peccatorum causas excidere,nec earum suggestionibus aditum indulgere.de pœ.d.3.circa principiũ.
Quod satisfactio est,vade,&amplius noli peccare. de pœ.dist.3.quamuis canrè,§.hac auctoritate.
Quod peccator tunc satisfacit,dum pœnam iudicio ecclesiæ impositam factis exequitur.de pœn.dist.1. c.facilius,§.hoc idem.
Quod tres sunt partes satisfactionis,eleemosyna,ieiunij,& oratio.de pœn.dist.6.§.1. de quibus tribus habes in suis locis.
Quod secundum quantitatẽ delicti satisfactio debet imponi,12.q.2.fraternitas.de pœn.dist. 5.falsas.
Quod publicè peccantes publicè satisfacere debent, 11.q.vlt.canonica.
Quod an quis possit satisfacere de vno peccato sine satisfactione aliorum,de pœn.dist.3.sceleratior,§. his auctoritatibus.
Quod an sola cõtritione sine confessione quis possit Deo satisfacere.de pœn.dist.1.si cui etiam,& multis,§.sequentibus.

De hac materia habes vbi agitur de Pœnitentia.

SAVL.Quod Saul,licet fuerit à Domino reprobatus tamen Dauid sanctus reuerebatur eum,2.q.7.plerunque,§ de his.
Quod per Saulem intelliguntur prælati,& per Dauid subditi,2.q.7.cap.plerumque,§.item per Saulem.
Quod in hoc quòd Saul reprobatus populum iudicabat,innuitur quòd prælatus malus nõ est contẽnendus quamdiu toleratur,3.q.7.cap.vlt.
SCANDALVM.Quod propter scandalum cõsuetudines terrarum[dummodo non sint cõtra animę salutem) sunt seruandæ,12.dist.illa.Exemplum ibi de matre Augustini.
Quod Christus soluit tributum propter scandalum, 11.q.3.inter verba.
Quod aliquando aliquid conceditur propter scandalum.
Quod aliquid aliquãdo cõceditur propter scandalũ, quod aliàs nõ cõcederetur,95.distin. presbyteros.
Quod propter scandalum quandoque aliquid omittitur,quod de iure esset faciendũ,51.dist.aliquãtos.
Quod scandalum quãdoque surgit ex doctrina sana, 11.q.3.inter verba.
Quod potius est à qualibet esca abstinendum,quàm cũ aliorum scandalo edendum,23 quæst. tertia,§. 1.ante fi.
Quod quandoque propter scandalum inconsueta tolerantur,95.dist.peruenit.
Quod grauiter peccat qui proximum indebitè scãdalizat,10.q.3.cauendum.
Quod qui prælatum suum scandalizat, Deum cuius vicarius est scandalizat,93.dist.ille proculdubio.
Quod dantes occasionẽ scandali sunt rei eorum qui pereunt scandalo,1.q.1.hi quoscunque.
Quod mysticè loquendo membrum scandalizans sicut vxor vel propinquus,est amputandum,24.qu. 3.illud,28.q.1.vxor
Quod peruersus prædicator & doctor in Deum scandalizatur,95.dist.ille proculdubio.
Quod infames prælati sunt propter populi scandalũ remouendi,50.dist.de his verò.
Quod an perfectis liceat repetere sua propter scandalum,23.q.5.§.1.ante fi.
SCIENTIA Quod vera scientia est per quã Christus inuenitur & noscitur,37.dist.legimus.
Quod omnis ratio supernæ scientiæ vel terrenæ creaturæ in Deo est,qui earum caput & auctor,qui hũc inuenit,nihil vltra quærat,quia quidquid alibi quęritur,in ipso perfectè inuenitur,37.distin.legimus, post med.um.
Quod scientia pietatis est scire & intelligere nouum & vetus testamentum,37.dist.si quis artem.
Quod quia sacerdotes sunt duces aliorum,eis scientia summè necessaria est,& quæ sunt,quæ præcipuè scire debent,habes.38.dist.quæ ipsis.
Quod scientiæ quæ curam animę nõ habẽt,mittũt in errorẽ,& nõ valent ad salutẽ,37.dist.legimus,in fi.
Quod licet scientia triuij & quadriuij habeat in se veritatem,non tamen est scientia pietatis,27.di. quis artem.
Quod in vanitate sensus ambulant qui scientiis sæcularibus tantũ intendunt,37.dist.c.nõne. circa med.
Quod scientia liberalium artium valet ad sacram scripturam intelligendam,37.dist de quibusdam,& caturbat.
Quod scientia philosophorum & poetarum non est legenda propter delectationem vel ornatum verborum,37.dist.turbat,§. cur ergo.
Quod illud dicitur quis verè scire quod audiuit vel vidit vel aliàs conscius fuit, & talis potest ferre testimonium,22.q.5.hoc videtur.

De hac materia habes vbi agitur de Scriptura.

SCHISMA.Quod schisma nomen Græcum est, & scisuram sonat,24.q.1.schisma.
Quod si quis ab apostolica sede diuisus est, schismaticus est,23.q.5.non vos.ante medium.
Quod schismatici ecclesiam Dei lacerant,23.q.5.de Liguribus,24.q.1.reduouit,& c.vbi.
Quod schismaticus indissũam domini tunicã in frusta dirumpit,23.q.1.quoniam.
Quod hæc est differentia inter schisma & hæresim, quia schisma ab ecclesia recedit,sed hęresis peruersum dogma defendit,24.q.3.inter hęresim.
Quod schismatici sunt equales paganis & etiam peiores,7.q.1.denique,post med,24.q.1.nõ afferamus, 7.q.1.denique,post med,24.q.1.non afferamus.
Item sunt in statu perditionis,24.q.1.quicunque.
Item sunt extra ecclesiam & corpus Christi, 7.quæst. 1.scire.
Quod schismatici nõ habent sui officij executionem, quia non habẽt ecclesiæ vnitatem 7.q.1.factus, & duobus cap.seq.24.q.1.didicimus.
Quod schismatici infructuosè sibi corpus Christi conficiunt,24.q.1.schisma,& c pudenda.
Quod schismatici quia spiritum sanctum non habẽt, remissionem peccatorum dare non possunt,24.qu. 1.didicimus.
Quod schismatici sunt damnãdi & excommunicandi, 23.q.5 de Liguribus,
Item per principes sęculares coerceri debent,23.q.5. non vos.
Item vt ad vnitatem ecclesiæ reuertantur sunt cogendi,23.q.4.ipsa.in fi.
Quod de schismate reuertentes non sunt ad ordines promouendi,sed in susceptis tolerãdi,.q. 1.omnis.
Quod schismatici dignitate & officio priuantur,11.q. 3.si quis presbyter,23.q 5.non vos,circa medium.
Item temporalibus spoliantur,23.q.1.qui contra,23. q.5.de Liguribus.
Item pœnis corporalibus puniuntur, 7. q.1. denique, circa fi.23.q.5.de Liguribus.
Item in exilium relegantur,23.q.5. de Liguribus.
Item non est eis communicandum,,24 q.1.omnis, & c.seq.7.q.1.denique,1.q.1.si quis inquit.
Quod vnitati non communicat qui schismaticis communicat,24.q 1.schisma.
Quod fautores schismaticorum eadem pœna qua & ipsi sunt plectendi,24.q.1.didicimus.
SCRIPTVRA.Quod scriptura sacra est nouum& vetus testamentum,9.dist.quis nesciat.
Quod in ea nil est iprobãdũ vel respuẽdũ.45.d.deniq;.
Quod non est trahenda ad eũ sensum ad quem sibi quisque præsumit, sed ex ipsa scriptura sensum oportet capere veritatis,37.dist.relatum,& c.vino.
Quod scripturam sacrã debet quis intelligere ex causa,ex persona,ex loco,& ex tempore,si non vult in labyrinthum impingere,29.dist.sciendum,& c.seq.
Quod distinguenda sunt tempora vt concordetur scriptura,2.q.1.si peccauerit
Quod scriptura qua quis scribitur in libro vitæ,fit secundum præsentem iustitiam vel præscientiam, de pœ dist.in.4.§ finis.
Quod secundum præscientiam scribi est ad vitam æternam præordinari,ibid.
Quod secundum iustitiam scribi est ea operari quorũ merito fit dignus æterna salute,de pœ.di.4.§.porro.
Quod scriptura sacra accipienda est & exponenda,secundum proprietatem linguarum in qua est edita, 38.dist.locutio.
Quod non arctatur sub regulis grammaticæ artis, 38.dist.locutio.
Quod non semper ad litteram,sed quandoque est mysticè intelligenda,23.q.1.nisi.
Quod scripturę sensus est quadruplex, videlicet historicus,quando scriptura intelligitur sicut littera sonat,sicut sunt Iudæorum historiæ,23.q 1.n.si.
Item allegoricus,quando per id quod dicitur significatur quod iam factum est vel futurum est. ibid.
Item tropologicus vel moralis quando scriptura ad mores conuertitur,37.dist.vino.
Item allegoricus,quando scriptura ad superiora & ad cęlestia reducitur,76.dist.iciunium circa finem.
Quod scriptura conciliorum & Romanorum Pontificum pro authentica est habenda,15.dist.sancti,19. dist per totum.
Quod multa seruat vsus ecclesiæ licet in scriptura nõ inueniantur,11.dist.ecclesiast carum.
Quod Deus quandoque reuelat.aliter quàm scriptura sanctorum trad dit 9 dist.noli.in fi.
Quod amans scripturas sactas,earu suitia nõ amabit, de conse.dist 5.nunquàm.
Quod omnis splendor rhetoricæ eloquentiæ, omnes modi poeticæ elocutionis,quęlibet varietas decore pronunciationis ornata,à diuinis scripturis sumpsit exordium,37.dist.legimus,§ 2.
Quod an licet clericis studere in scripturis philosophorum & poetarum,37.dist. per totum.
Quod qui aliter sacram scripturam intelligit quàm spiritus sanctus flagitat,hæreticus est,24.q.3 hæresis.
Itẽ ipsam maiè exponentes dicũtur falsi prophetę,37. dist vino.
Quod secundum eam grauia vel leuia pensantur,quia est statera,24 q.1 non afferamus.
Quod scriptura requiritur in multis,videlicet,in hæreticis abiuratione,de cons.di.2.ego Berengarius, 2.q. 1.legum.
Item in legatione,vbi requiritur scriptura missionis, 97.dist.nobilissimus.
Item in electione quæ debet fieri in scriptis & proferri,63.dist.quanto,2.q.1 legum.
Item in excõmunicatione,quæ debet fieri in scriptis, 11.q.curæ,2.q.1 legum.
Item in sententiæ prolatione,quia aliter sententia nõ habet vigorem,2.q 1.in primis,§.si quis,in fi.& ca. statutis,& c.legum.
Item in publici criminis accusatione,1 qu.8.quisquis & q.1.legum.
Item in ciuili conuentione,3.q 3.offeratur.
Item in appellatione,2 q.6.post appellationem.
Item in extraneorum clericorum susceptione,98 dis. nullus,& c.transmarinos.
Item in rerum ecclesiasticarum venditione,12.qu. 2. sine exceptione,10.q.1.casellas.
Item baptizandorum susceptione,vbi nomen in scriptis dari debet,2.quæst.legum,de cons.dist. 4. baptizandi.
Item in regularis voti professione,27.q.1.omnes fœminæ,20.q.1.vidua.
Item in expositorũ puerorum collectione,87.distin.si positus.
Item in pœnitentiæ datione,30 q.5.qualis, in fine.
Item in prælatorum ad synodum non venientiũ excusatione,18.d.placuit.
Item in illorum qui impetuntur citatione,5.quęst. 2. §.1.& c.1.
Itẽ in prelaturę renuntiatione,7.qu 1.sicut vir.§.ecce.
Item in seruorum ordinatione,54.dist.nulli.
Item in reconciliatione,2 q.1.legum.
Item in ordinatione,quia ordinati debent scripturam quæ formata dicitur,ab ordinatore accipere,73.di. per totum.
Item in constitutionis promulgatione,35.q 9. quod quis,96.dist.bene quidem,circa med.
Item in seruorum ab episcopo manumissione,12.q.2. episcopus qui mancipium.

De scriptura habes vbi agitur de Sententia, & de Subscriptione.

SCRVTINIVM.De scrutinio habes vbi agitur de examinatione.
SECVRITAS.Quod vbi est perfecta dilectio, ibi est securitas,24 q 1.non turbatur.
Quod securitas conscientiæ in tribulationibus relenquat,24.q 1.non turbatur.
Quod in vltimo fine pœnitentibus de consecutione æternæ fœlicitatis securitatem dare nõ possumus, de pœn.dist.7.circa prin.
SEDES.Quod sedes apostolica est prima auctoritate & dignitate,licet Antiochena sit prior tempore, 21.dist.hunc autem,24 q.1.rogamus,9.q.3.nemo, & c.seq.
Quod ipsa est maior in iudiciis auctoritate,9.q 3.pater.&c.ipsi sunt.
Quod cõstitutiones huius sedis ab omnibus sunt seruandę,11.dist.consequens
Quod nulli permittitur de eius iudicio iudicare, 17. q 4 nemini,21 dist,nunc autem.
Quod Christianus peccatum infidelitatis incurrit,qui sedi apostolicę obedire contemnit,81.dist.si qui,in fine,93.dist.qui cathedram.
Quod in dubiis & arduis ad sedem apostolicam est recurrendum,17.dist.nec licuit,& duobus c. seq 16. q.1.frater,post med,24.q.1 rogamus
Quod in libris & opusculis quidquid approbauit sedes apostolica est tenendum,19 di. si Romanorũ, vsque ad c.ita.
Quod sine auctoritate sedis ipsius generale non celebrater,concilium,17.dist.per totum.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod immediatè ſedi apoſtolicę ſubiecti (maximè q propinqui ſunt) annue ſe debent præſentare, 93 d. iuxta, & § præcedenti.
Quod ſine ſedis huiuſmodi iudicio epiſcopi nō poſſunt condemnari, 3. q. 6. accuſatus, & c. ſeq. 9. q. 3. antiquis.
Quod male dānati per ipſam reſtituuntur, 9. q. 3. fuit, & c. fratres.
Quod ſine ſedis apoſtolicæ auctoritate nullus epiſcopus ſedem ſuam audet mutare, 7. q. 1. mutationes.

De hac materia habes vbi agitur de Eccleſia Romana, de papa, & Apoſtolica ſede.

Item hæc ſunt quæ reſeruantur eccleſiæ Romanæ, & Apoſtolicæ ſedi.
Iudicium epiſcoporum, 3. q. 6. dudum.
Item reſtitutio depoſitorum, 2. qu. 6. ideo huic.
Item congregatio conciliorum, 3. q. 6. dudum.
Item reſtitutio clericorum. 1. q 7. conuenientibus.
Item exemptio epiſcoporum, 16. q. 1. frater, 18. qu. 2. luminoſo.
Item quæſtio fidei, 23. q. 1. quoties.
Item abrenunciatio epiſcopatus, 6. q 3. denique.
Item mutatio epiſcoporum, 7. q. 1. mutationes.
Item epiſcopatuum diuiſio & vnio, 16. q. 1. & tēporis.
Item pallij datio, 100. diſt. quoniam.
Item abſolutio excommunicationis factę ex ſede, 21. diſt. inferior, 16. q. 1. frater.
Item antiquorum canonum & ſcripturarum interpretatio, 17. diſt. nec licuit.
Itē famæ reſtitutio, 2. q. 3. Paulū, §. hinc antē colligit.
Item cum ſimoniacis diſpenſatio, 2. q 3. Paulum.
Item maiorum & difficilium quæſtionū diſcuſſio, 17. diſt. multis.

De hac materia habes vbi agitur de Eccleſia Romana, & de Papa, & de Diſpenſatione.

Quod ſedes quatuor patriarchalium eccleſiarū ſunt iſtæ. Conſtantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, & Hieroſolymitana, 22. diſt. renouantes.
Quod Conſtantinopolitana ſedes licet vltima fuerit tēpore, tamē propter dignitatem tranſlati imperij ex ſtatuto concilij poſt Romanam ſedem primum obtinet locum, 22. diſt. ſacroſanctam, §. hac, & cap. ſeq. §. hinc, & § diffinimus.
Quod Alexandrina ſedes, quam beatus Marcus euangeliſta ad honorem ſanct. Petri inſtituit, olim poſt Romanam prior fuit, & poſt illam ſecunda fuit Antiochena, in qua reſederat beatus Petrus antequam Romam veniſſet, 22 diſt. ſacroſancto.
Quod ſedes epiſcopales non in villis vel caſtellis, ſed in maioribus locis debent conſtitui. 80. diſtin. per totum.
Quod beatus Petrus apoſtolus vbi pagani habebant archiflamines, fecit inſtitui archiepiſcopos, 80. diſt. in illis.
Quod ſedes epiſcoporum nō longo interuallo debēt diſtare, vt ad conſecrationem archiepiſcopi citius poſſint venire, 80. d. non debere, §. ſedes, & c. ſeq.
Quod vbi non fuit ſedes epiſcopalis de nouo non debet inſtitui, niſi fidelium excreuerit multitudo, 16. q. 1. præcipimus, & c. felix.
Itē niſi gens noua ad fidem cōuertatur, 99 diſt. nulli.
Quod epiſcopales ſedes ex cauſa auctoritate apoſtolica mutantur de loco ad locum, videlicet propter Barbaricam incurſionem, 7. q 1 temporis.
Item ex cauſa vniuntur, videlicet propter alterius loci deſolationem, 16. q. 1. & temporis, & cap. ſeq.
Item ex culpa auferuntur, videlicet propter epiſcopi occiſionem, 25. q. 2. c. vlt.

SENES. Quod ſenes in ſcriptura ſacra dicuntur ſapientes, 84. diſt. porro.
Quod primū, Abrahā dic⁹ eſt preſbyter, id eſt ſenior.
Quod non propter ſenectutem vel decrepitam ætatē ſed propter ſapientiam presbyteri dicuntur ſenes.
Quod gloria ſenum eſt canities, & canities ſapientiā deſignat.
Quod quadruplex eſt ſenium, videlicet naturæ, & tendit ad defectum 86. diſt. tanta, 13 q. 2. illud.
Item ſenium gratiæ. 84 diſt. porro. vbi dicitur, quòd canities ſenum prudentia eſt, & hoc ſenium ad perfectum ducit, 20. diſt. de quibus, 32. q. 2. ancillam.
Item eſt ſenium culpæ, & hoc ducit ad interitum, 2. q. 7. Paulus dicit.
Item eſt ſenium æternæ gloriæ, & hoc ducit ad ęternū præmium de quo dicitur, Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui.
Quod ſenes quanto morti viciniores, tanto debēt eſſe puriores, 89. diſt. tanta nequitia.
Quod mali ſenes à ſuis prælatis ſunt durius arguēdi. 86 diſt. tanta.
Quod præſumendum eſt de ſene bonum, 18. q. 2. diffinimus.
Quod ſenectus aufert incōpinentię ſuſpicionem, 34. diſt. fraternitatis.
Quod ſenectus decrepita reddit ad epiſcopatū inhabilem, 85. diſt. archidiaconum Florentinum.

De Senio & Senectute habes vbi agitur de Antiquitate.

SENTENTIA. Quod ſententiam Papa cū magna deliberatione debet proferre, 35. q. 9 apoſtolicæ.
Quod ſententia aut pro conſideratione teporum, vel ætatum, vel propter ſubreptionem, vel grauem neceſſitatem poteſt in melius commutari, 35. q. 9. ſententiam, & c. veniam.
Item Papa ſententiam ſuorum prædeceſſorum poteſt in melius commutare, 35. qu. 9. loco § hoc ita. in fin.
Quod ſententia quæ in ſe non valet, confirmata per ſuperiorem valet, 16. q. 6. ſi epiſcopum.
Quod ſententia debet dari in ſcriptis, 2. q. 1. in primis, in fine. & c legum.
Quod ad ſententiam dandam pro modicis cauſis nō requiritur ſcriptura, 11. q. 1. ſi quis cum
Quod non ſecundum propriam voluntatem, ſed ſecūdum leges eſt proferenda, 11. q 3. ſummopere.
Quod etiam præſentibus partibus ante plenā negotij diſcuſſionē nō eſt ſententia ferēda, 30. q. vlt. iud cātē.
Quod in re dubia non debet dari certa ſententia, 11. q. 3. graue.
Quod non eſt danda ſententia niſi poſt plenam inueſtigationem veritatis, 11. q 3. ſummopere, & c. graue. & quatuor cap. ſeq.
Quod ſententia rite data ab omnibus eſt tenenda, 6. q. 4. ſi Metropolitanus, §. ſed &. c ſi quis epiſcopus, 35. q. 9. c. 1. 11 q. 3. nemo contemnat.
Quod iudex debet eam ferre cum mentis tranquilitate, non in furore, 11. q. 3. illa. & tribus cap. ſeq.
Quod ſententia ſub conditione non eſt proferenda, 2. q. 6. biduum.
Quod ſentētia diffinitiua obtinet auctoritatem rei iudicatę, 2. q. 6. biduum, ante finem.
Quod ſententia plurium debet prævalere, 76. di. ſi trā ctus.
Quod ſententia quandoque eſt iniuſta ex animo proferentis, ſed iuſta eſt ordine & cauſa, & aliquando iuſta eſt ex animo, ſed non ordine vel cauſa, & aliquando eſt iuſta ex animo & ordine, ſed nō ex cauſa, 11 q. 3. epiſcopus presbyter. § ſeq.
Quod ſententia lata quandoque non tenet, videlicet quando per appellationem intra certum tempus releuatur, 35. q. 9. loci, §. ſeq.
Item quando in arduis cauſis in ſcriptis non datur, 2. q 1. in primis. in fin.
Itē quando à non ſuo iudice fertur, 3. q. 8. accuſatores, 9. q. 2. c. 1. & c. epiſcopum, 11. q. 1. in clericorum.
Item quando ab vno ſo o iudicum, cum duo fuerint delegati, fertur, 2. q. 6. ſi quando, §. diffinitiua.
Item ſi contra ius ſcriptum fertur.
Item ſi iudices fines ſtatuti vel mandati excedunt.
Item ſi contra prius iudicata lata fuerit.
Item ſi iudex pretio corruptus eam tulerit.
Item ſi parte non contumaciter abſente lata fuerit, 3. q 9. per totum.
Quod non debet ſuſtinere pœnā canonicam in quem nō eſt prolata canonica ſententia, 21. q. 3. nō debet.
Quod iniqua ſententia eſt reuocanda, 24. qu. 2. ſane profertur.
Item ſi per falſas probationes & per ſurreptionem lata eſt, eſt retrahenda, 35. q. 9. veniam, & trib. ca. ſeq.
Quod ſententia excōmunicationis ſiue iuſta ſiue iniuſta timenda eſt, 11. q. 3. quibus, & c. epiſcopus, & §. ſi ergo.
Quod iniuſta nocet potius ferenti quàm patienti, 11. q. 3. illud, 24. q. vlt. ſi quis non. & quatuor c. ſeq
Quod non eſt ferenda ſententia quādo multitudo eſt in cauſa, 23. q. 4. c. ſi quis poteſtatem, § ſi mulier.
Quod eſt ſententia ſuſpenſionis quantum ad officium & beneficium, 7. q 1. ſi quis in.

De hac materia habes vbi agitur de Suſpenſione.

Quod differtur ſententia & executio per triginta dies cum princeps vel aliquis alter aliquem ad mortem condemnant, 11. q. 3. cum apud.
Item differtur per decē dies quoties appellatio admittitur, 2. q. 6. anteriorum.
Item quouſque grauida ad mortem condemnata pariat, quia aliter committeretur homicidium, 2. q. 4. conſuluiſti, in fi. 32. quæſt. 2. quòd vero non formatum.
Itē quouſque princeps aſſignauerit inſulam illi qui in exilium debet relegari, 2. q. 6 biduum. poſt med.
Item quouſque condemnatus ſeruus reddat Domino ſuo de peculio rationem, 54 diſt. generalis.
Quod Deus nouit mutare ſententiā, 22 q. 4. vnuſquiſque.
Quod Deus non mutat ſententiam in homines ſed in opera, quibus hominibus non iraſcitur, ſed vitiis, de pœn. diſt. 1. ſi agamus.

De hac ſententia habes vbi agitur de Excommunicatione, & de Iudicio.

SEPARATIO. Quod hæretici & ſchiſmatici ab eccleſia ſunt ſeparati, & ideo non habent ſpiritū ſanctum, 24. q. 3. de illis.
Quod mali Chriſtiani corporaliter ſunt in eccleſia, ſed per peſſimam vitam ſeparantur.
Quod tunc peccatores à Chriſti corpore ſeparātur cū per excommunicationem traduntur Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit, 11. q. 3. audi.
Item aliqui ſeparantur ab eccleſia per ſententiam, qui ſunt extra, 24. q. vlt. cum aliquis.
Quod ſic debent formidare Chriſtiani quàm ſeparari à corpore Chriſti, quia hoc non eſt membrum eius, 11. q. 3. nihil.
Quod ſeparati à corpore Chriſti ſicut membrum præciſum virtutem ſpiritualem non habent, 1. q. 1. corporalia. Notent hoc obſtinati in malitia.
Quod nos debemus ſeparari à malis præcepto Domini, qui dicit. Sit tibi ſicut ethnicus & publicanus, 2. q. 1. ſi peccauerit.
Item mandato apoſtoli qui dixit, hęreticū poſt primā & ſecundam correctionem deuita, 24. q. 3. dixit.
Itē conſilio Moyſi qui dixit, Separamini à tabernaculis impiorū, ne pereatis, 1. qæu. 1. ſi quis inquit, ante ſi.
Item ſtatuto concilij quod ſeparat iudæos à Chriſtianis, 28. q. 1. iudæi.
Item exemplo Cypriani, qui ſeparatus fuit à Lucifero hæretico, 24 q 1. aduocauit.
Item exemplo Polycarpi martyris, qui à Cherintho & Marchione ſeparatus fuit, 24. q. 1. omnis qui.

De hac materia habes vbi agitur de Excommunicatione.

SEPVLTVRA. Quod nomine ſepulturæ aliquando ſignificatur terra pro ampliatione cœmeterij & ſepulturę, & licet pro ea accipere, 12. qu. 2. aurum, 24 q 8. ſecundum canonicam.
Item nomine ſepulturæ quandoque ſignificatur officium ſepelendi, & non licet aliquid accipere, 13. q. 2. præcipiendum.
Item nomine ſepulturæ quandoque ſignificatur terra cæmeterij, & pro illo non licet aliquid accipere, 13. q 2. quæſta. & tribus cap. ſeq. 1. q. 1. dictum eſt ſolere in quibuſdam.
Quod ius ſepulturę eſt ius competens eccleſię ad ſepeliendū in cæmiterio ſuo, & prouenit ex epiſcopi aſſignatione, 11. q. 1. eccleſias.
Item hoc ſpectat parochialibus eccleſiis, vel quib. iure vel priuilegio eſt conceſſum, 13. q. 1. eccleſias.
Quod vbicumque ſepeliatur, domini eſt terra & plenitudo eius, 13. q. vlt. vbicumque.
Quod officiū deuotę ſepulturæ, bonæ fidei eſt teſtimonium, 13. q. 2. non æſtimemus, ante ſi.
Quod in ſepulturis Chriſtianorum requies eſt defunctorum, 13. q. 2. ante finem.
Quod prodeſt mortuis habere ſigna ſepulturæ ſuæ quæ inſpiciētes amici pro eis preces effundāt domino, 13. q. 2. cum grauia.
Quod intra eccleſiam & maxime iuxta altare vbi corpus Chriſti conficitur, nullus eſt ſepeliendus, 13. q. 2. præcipiendum.
Quod poſſunt in eccleſia epiſcopi ſepeliri, vel abbates vel eminentis vitæ presbyteri vel laici, 13. q. 2. null⁹.
Quod prodeſt homini inter bonos & iuſtos defunctos, ſepeliri, 13. q. 2. cum grauia, & c. animę, & cap. non æſtimemus, in fin.
Quod peccatoribus plus obeſt ſepeliri in ſacris locis quàm prodeſt, 13. q. 2. quibus, & c. cum grauia.
Quod quocumque modo ſeipſos occidentes non ſolum carēt eccleſiaſtica ſepultura, ſed etiam nec in pſalmis nec in aliis debet eis aliqua ſolennitas exhiberi, 13. q. 2. placuit.
Item ſimiliter debet pro illis fieri qui ſine pœnitentia pro ſuis ſceleribus occiduntur, ca. fatendum.
Item vſurarius excommunicatus etiam minori excōmunicatione, ſi abſolutionem viuens non petiuit, 14 q. ſane.
Item prædones manifeſti etiam ſi pœnitentes moriantur, ſi habent vnde ſatisfacere poſſunt, nec ipſi nec hæredes ſatisfacere pro eis volunt, 24 q. 2. ſane.
Quod quilibet in peccato mortali moriens, in cœmeterio non eſt ſepeliendus, 13. q. 2. quibus.
Quod in patibulo mortis, ſi pœnituerint, non eſt negāda ſepultura, 13. q. vlt. c. vlt.
Quod ſepultura poteſt eligi, 12. q. 2. bonæ.
Quod ad eligendam ſepulturam locus debet inducere ſolennitatem, ſicut eſt epiſcopatus, vel religioſorum monaſterium, 13. q 2. vbicumque temporum.
Quod epiſcopus etiam in minori & minus religioſa eccleſia poteſt eligere ſepulturam, 12. q. 2. bonę.
Quod nullus debet ſepulturam parentum ſuperbia vel odio deſerere, 13. q. 2. placuit.
Quod filij emancipati à patribus liberè eligunt ſepulturam, 13 q 2 §. econtra.
Quod an eccleſia in qua parentes ſepulti ſunt, poſſet vendicare corpora filiorum, 13. queſt. 2. Ebron. & c. ſeq.
Quod conſugati (vt videtur) in vno ſepulchro debent ſepeliri, 13. q. 2. c. 1. §. nunc. & c. Ebron.
Quod vxor mortua ſi non elegerit ſepulturam, cum marito debet ſepeliri, 13. quæ. 2. ca. 1. §. nūc autem

quæ-

Source : BIU Cujas

quæritur,& cap.Ebron.& cap.vnaquæ.
Quod mulier si plures viros habuit,& sepulturam nõ elegerit,videtur quòd cũ vltimo viro debeat sepeliri,13.q.2.vnaquæque.
Quod extraneus quilibet vbi elegerit,ibi sepelietur, 13.q.2.vbicumque,§.quia.
Quod extraneus si non elegerit,in episcopatu vel parochia sepelietur,13.q.2.vbicumque.
Quod indigena si elegit locum magis religiosum,ibi sepelietur,13.q.2.illud,§ quia,& cap.vbicumque.
Item si elegit minus religiosum,quia videtur hoc facere ex odio vel superbia,non habebit,13.q.2.placuit.
Quod indigena si de corpore nõ disposuit,sepelietur cum propinquis,vel vbi decimas persoluebat,13.q 2.Ebron.& c.vbicumque.
Quod violãs sepulturã infamis efficit.6.q.1.infames.
Quod qui sepelit corpus alienum,non solum sepultũ sed omnia quæ consequenter habuit,tenetur restituere,2.q.2.omnes.
Quod ecclesia parochialis vbi sacramẽta participauit de mortuo alibi sepulto debet ius suum habere,id est canonicã portionem,13.q.1.ecclesias,per totũ.
Quod canonica portio est dãda secundum cõsuetudinem terrarum,vt vitetur scandalum,arg.12.dist.illa,76.dist.vtinam.
SEQVESTRATIO.Quod lite pendẽte fructus sequestrantur,2.q.6.quoties post,11,q.1.quia res.
Quod sequestrantur res cum appellatur ab executione,2.q.quoties post.
Item cũ aduersarius fructus dilapidat,3.q.2. quia ea,
Item legitimè appellanti,2.q.6.biduum.
Item de adulterio accusanti,4.q 4.§.aliquando.
SERVITVS.Quod duplex est seruitus , videlicet corporalis & spiritualis,12.q.2.cum redemptor.
Quod seruitus inducta est ex iure gentium,& 1.di.ius gentium.
Item de iure diuino,35.dist.vinolentiam.
Item iure constitutionis,7.d.§.1.vbi de seruo empto agitur,de quo statutum fuit quòd sex annis seruire debuit,& in septimo anno liber exire.
Itẽ iure canonico est approbata,17.q.4.id constituimus.
Quod ante diluuium inconcussa fuit libertas,nec obsequia seruitutis à consortibus exigebantur,35.di. 6.post med.
Quod seruitus nõ esset si ebrietas nõ fuisset.ibidem.
Quod clericus episcopo suo insidias vel iniurias in rebus,in seruitutem perpetuam curiæ est tradẽdus, 11.q.1.statuimus,3.q.4.clericus.
Quod concubina diaconi vel sacerdotis à principe in seruitutem est redigenda,32.dist eos qui.
Quod meritoriũ est libertatem dare seruis,12.q.2.cũ redemptor.
Quod serui ecclesiæ angariis sæcularium iudicũ molestari non debent,12.q.2.ecclesiarum.
Quod ecclesiæ serui etiam benemerenti sine compensatione non debent dari libertati,12.q.2.si quis,& cap.episcopus qui.
Quod serui ministris eiusdẽ ecclesiæ gratis possunt dari,12.q.2.ecclesiasticis.
Quod libertati dati si non fuerint grati , in seruitutẽ redigantur,12.q.2.episcopus qui.
Quod frequẽti9 fugitiui possunt vẽdi,12.q 2.fugitiui.
Quod si seruus promouetur sciente domino & nõ cõtradicente,remanebit in ordine promotus.sed episcopus vel qui eum præsentauit,duplum restituet, 54.dist.si seruus absente.
Item si præsens est Dominus &cõsentit,eoipso seruus liber efficitur,54.dist.si seruus sciente
Item si Dominus est absens siue præsens,& scit &tacet,videtur consentire,ibid.
Quod si Dominus nescit promotionem serui intra annum poterit reclamare & reuocare.ibidem.
Quod seruus indebitè promotus si infra diaconatum fuerit degradatus,ad pristinum statum reducitur, 54.dist.nullus,& c.seq.& c.si quis obligatus,& c.de rebus.§.cęterum.
Quod seruus monachus factus inscio Domino,intra trienniũ non debet proficeri.intra quod tempus si non requiritur,liberè monachus remanebit,54.d. si seruus sciente.

De hac materia habes vbi agitur de Ordine,& de Clericis.

De *Seruitute habes vbi agitur de Libertate,& de Libertis,& de Manumissione.*

Quod spiritualis seruitus peccati relaxata est per incarnationem Christi,12.q.2 cum redemptor.
Quod clericus qui altari seruit,de altari viuere debet. 12 q.1.clericus qui,& c.seq.
Quod principes & prælati Deo seruiunt bene viuẽdo, & fideliter subditos regẽdo,23 q.4.si ecclesia.in fi.
SEVERITAS.Quod seueritas nõ animo sęuiẽdi est exercẽda,sed animo medẽdi,86.d.odi & c seq.
Quod in delinquentes seueritas cum benignitate est temperanda,45.di.disciplina,&c.sunt,& c.seq.23. q.4.quid faciet,& c.quod Christus.
Quod sicut contumacibus seueritas est ostendenda, sic humilibus & pœnitentibus locus veniæ non debet denegari,2.q.5.quanto,in fin.
Quod melius est cum seueritate diligere, quàm cum lenitate decipere,5.q.5.non omnis.
Quod prælatus officium seueritatis diligentissimè impleat, qui non ex odio , sed ex dilectione subditum corrigit,13 q.4.ita plane.
Quod propter multitudinem & plurimã stragẽ detrahendum est seueritati,50.d.vt constitueretur,23.q. 4.c cum quisque.& c.ipsa pietas,ante fin.
Quod vbi schisma non timetur , non debet dormire seueritas disciplinæ,23.q 4 cũ quisque , & c.quidã. in fi.
Quod vbi fidei subuersio & ruina fratrũ timetur, nerui seueritatis non debent dissolui,50.dist.absit.
Quod dignum est,vt seueritatem ecclesiasticę disciplinæ sentiat qui sanctorum patrum instituta seruare contemnit,53.dist.nullus.in fi.
Quod qui Dei & sanctorum contẽnit mandata,iustũ est,vt sæuiorib.corrigatur vindictis,vt ceteri sumãt seueritatis & honestatis exemplum,23.q.3.iustum.
Quod prælati quandoque verentes peccantium linguas seueritatis in corrigendo efficiuntur immemores,45.dist.sed illud.
Quod quanto maius est peccatum,tanto maiori seueritate est corrigendum,1 q 3.ex multis,circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Austeritate,& de Correctione.

SIGILLVM. Quod quælibet ecclesia cathedralis vel collegiata debet habere sigillũ,&hoc dicitur sigillũ capituli.27.d.in nomine,in fi.19.q.3.statuim9.
SIGNVM.Quod per facta & verba notificatur alius dispositio cordis,de pœn.dist.2.quærendum.
Quod quamuis sint vera quædam,non tamẽ sunt credenda iudici,nisi certis signis demonstrentur, 11. q 3.quamuis.
Quod speciale signum filij Dei fuit,quòd spiritus sanctus descendens mansit super eum.de pœn.dist. 2. quærendum.
Quod tunc signum est spiritum sanctum ad tempus in sanctos venisse,cum signa miraculorum per ipsos facta patefacta sunt.
Quod aliqui dæmones videntur signa facere , & non sunt,29.q.4.nec mirum,circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Dæmonibus.

SILENTIVM.Quod cultus iustitiæ est silentium, 5.q.4.in loco.
Quod indiscretum silentium prælati est dum eos qui erudiri poterãt,timore derelinquit,43.d.sit rector.
Quod simplex conuersatio absque sermone quãtum exemplo prodest,tantum silentio nocet,43. di.§.1.

De hac materia habes vbi agitur de Taciturnitate.

SIMILITVDO.Quod homo ad similitudinẽ Dei creatus,Angelo vero plus homine attribuitur , qui nõ dicitur ad similitudinem Dei conditus,sed signaculum similitudinis,de pœ dist.2. quod vero reprobi.post medium.
Quod similes fuerunt Petrus & Paulus deuotione & merito,2.q.7.beati.
SIMON.Quod Simon magus fuit ex Iudæa natus, 32.q.4.recurrat.circa med.
Quod Simoni baptismum simulatione acceptum nõ profuit,quia post non pœnituit, 27.dist.quod interrogasti.
SIMONIA. Quod simonia est studiosa voluntas emendi vel vẽdendi aliquid spirituale,50.di.studeat.
Quod simonia committitur prece vel pretio vel obsequio,1.q.1.ordinatione,& ca.sunt nonnulli.
Quod nullum vitium sic respicit iniuriam Dei,&ideò inter alia illud grauius corripuit,1.q 1.quibusdam.
Quod simoniaca hæresis ante omnes alias hæreses pullulauit,1.q.1.cum liqueat.
Quod Giezi in veteri testamento, & Simon magus in nouo principium fuerunt simoniæ,1.qu.1.qui studet.
Quod in commissione simoniæ quantitas est attendẽda,1.q.1.iudices,post med.
Quod paruæ res,sicut esculenta, non videntur inducere simoniam.
Quod vt omnis suspicio simoniæ vitetur, non pastillum pro aliquo spirituali detur,1.qu.3.si quis obierit.
Quod sine pacto datum munus potest accipi, 1. qu.1. quidquid.
Quod tam dans quàm accipiens aliquid pro spirituali, committit simoniam, 1.quæst.1.quos constituit.
Quod per carnales preces committitur simonia, 1.q. 1.sunt nonnulli,& tribus c.seq.8.q.2.c.1.
Quod pro digno preces fundere non est simoniã committere, 1.q.1.laborem.
Quod ille prælatus simoniam committit,qui non nũmo pretij,sed nummo fauoris ordinem vel beneficium tribuit, 1.q.1.sunt nonnulli.
Quod ille simoniam fugit qui manus suas ab omni munere excutit, 1.q.1.sunt nonnulli,& c.seq.
Quod simonia licet sit execrabile vitium , tamen heu nimis est vsitatum,1 q.1.reperiuntur.
Quod simoniacus sicut nõ habet spirituale quod pro tẽporali emit,sic nec tẽporale potest retinere quod pro spirituali dedit vel accepit,1.q.1.qui studet.
Quod simoniaci si non renuuntiant & pœnitent,in æternum peribunt,1.q.1.si quis neque.
Item adeptis priuantur,1.q 1.presbyter si.
Item excommunicantur,1.q.1.quicumque sacros, & c. qui sedet.
Item deponuntur,1.q.1.si quis episcopus, & quinque c.seq. & q.3.ea quæ.& c.ex multis,&q.7.si quis omnem.
Item hæretici reputantur,1.q.1.quicumque. & duob. c.seq.
Item à quibuscumque personis tanquam hæretici accusantur,6.q.1.quæro ergo,& §.porro,& §. sed cũ omnes.
Quod simoniacus ipso iure videtur excommunicatus & à participatione sacramentorum segregandus,1. q.1.reperiuntur.
Itẽ quandoque corporaliter puniuntur,1.q.1.qui studet.Exemplũ ibi de Giezi qui lepra percussus fuit.
Item officium suum non iuste exequitur,1.q.1. quicũque sacros,& c.qui perfectionem.
Itẽ sacramẽta indignè largitur,1. q.1. quicũque sacros.
Item sacerdos non merito,sed nomine tãtum dicitur, 1.q.1.c.2.
Quod aliquod munus dare pro præbenda vel dignitate,est graue peccatum,1.q.6.per totum.
Quod emens vel vendens prælaturam,prauitatem incurrit simoniacam,& æternam damnationẽ, 1.q.1. presbyter si.
Item tam ea quàm ordine suo priuatur, & c. reperiũtur,&c sanctorum.
Item præbenda simoniaca cum salute animæ non potest retineri,13.dist.nerui,§.alius.
Quod prælatura per simoniam vel multã ambitionem adepta,etiam si morib.non offendat,malo exitu terminatur.quia difficile est,vt bono peragantur exitu quæ malo sunt inchoata principi.1.q.1.principatus.
Quod vbi prælatus per simoniam vel ambitionẽ intrat, ibi populi plus timenda est calamitas quàm salus, 1.q 1.fertur,§.vulnerato.
Quod simoniacè scienter beneficium habens,de rigore iuris priuandus est eo.1.q.1.presbyter si.& q. 4. ea quæ.& c.ex multis in principio & in fin. & cap. si quis episcopus præbendas,& c.si quis dator,1. q.3.
Quod pro omni spirituali dare temporale simoniacũ est, 1.q.1.quidquid.in princ.
Quod pro habendo regimine quarumcumque domorum religiosarum vel hospitalium dare aliquid simonia est,1.q.3.si quis præbendas.
Item pro œconomatu vel vicaria dare vel recipere,1. q.1.si quis episcopus.
Item pro quocunque officio ecclesiæ, vel pro administratione rerum ecclesiasticarum,1.qu.3. Saluator, post med.
Item pro iure percipiendi oblationes vel decimas, 1. q.3.quæsitum,& cap.seq.& c.si quis obiecerit, & c. Saluator,post med.
Item pro ecclesiis dedicandis,1.q.3.si quis præbẽdas, & q.4.ecclesia.
Item pro ecclesiarum primotũ lapidum fundatione, 1.q.1.nullus episcopus.
Item pro baptismo & consignatione,1.q.1. baptizandis,& cap.quidquid.& c.seq
Item pro chrismate vel confirmatione, 1. q.1.placuit vt nullus,& c.dictum est.& c.seq.
Item pro eucharistiæ datione,1.q.1.dictum est.
Item pro sepulturę exhibitione.
Item pro quibuscumque ecclesię sacramentis collatione,1.q.1 quidquid.
Item pro interdicti officij restitutione,1. qu.1.nullus episcopus.
Item pro debiti officij executione,1.qu.3.non solum.
Item pro scripturavel auxilio in alicuius ordinatione, 1.q 1.sicut.
Item pro sententię iustæ(maximè à prælato)prolatione,1.q 3.vendentes.
Quod simonia etiam committitur cum prælati accusatio ex pacto suspenditur,2.q.3.Euphemium.
Quod collocator beneficij simoniacè ab officio suspẽditur,1.q.3.si quis prębendas.
Item conferens prælaturam simoniacè,si non pœnitet pergit ad gehennam,1.q.1.c.to.
Item à dignitate deponitur,1.q.1.reperiuntur,& q.3.si quis præbendas.
Item sacrilegus est excommunicatus,1.quæst.3.audiuimus.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod simoniaci in ordine actius quàm alij simoniacè damnantur,1.q.1.quisquis,&c.qui cõsiterit, 1. q 3.vendentes.
Quod quandoque simoniaci simoniacè ordinantur, & cum illis non dispensatur, seu potius à proprio grædu cadunt,1 q 1.statuimus.
Item quandoque simoniaci simoniacè à non simoniacis ordinantur,& hi etiam cadunt ab ordine,1.q.1. statuimus.
Item quandoque simoniaci non simoniacè à simoniacis ordinantur,& hi misericorditer in ordinibus tolerantur,1.q.1 statuimus,& o seq.
Quod in ordine simoniaci hæretici reputantur,1.q. 1 presbyter.
Item excommunicantur,1.q 1.quicunque sacros.
Item deponũtur,1.q.1.siquis episcopus per pecuniã, & quatuor c.seq.
Item executionem officij non recipiũt neque habẽt, 1.q.1.quicumque sacros,& c.gratias,&c.ordinationes,& c.quibusdam.
Item si celebrant pollutum sacrificium offerunt,49. dist.sacerdotes.
Quod simoniaci ordinatores(etiam si fideles videantur)infideles sunt,1.q.1.cum omnis.
Quod ipsi tanquam seruum suum spiritum sanctum vendunt,& ideò proditori *Iudæ* qui Christum *Iudæis* vendidit assimilantur,2.q 1. eos qui.
Item anathematizantur,1 q.1.placuit vt.
Item deponuntur, 1.q.1.si quis episcopus per pecuniã. & duobus c.seq.& c.quicumque sacros.
Quod mediator simoniæ infamis efficitur,1.quę 3.si qui præbendas.
Item si clericus est,deponitur,1.q.1.reperiuntur.
Item si laicus est excommunicatur,1.q.1 reperiũtur.
Quod varia dispensatio est circa simoniacos, nã dispẽsatur cum eis,vt tantum laicam habeant cõmunionem,quando scilicet à simoniacis scienter in cõtẽptum ecclesię promoti celebrauerunt,1.q,7.c.1.
Item dispensantur,vt tantum in minoribus ministrẽt, quando scilicet ad alias ecclesias transferri nõ possunt,sed in ea quam emerunt,canonicè viuere promittunt,1.q.5.c.1.
Item dispensantur,vt remaneãt in susceptis quãdo nõ in ea quam emerunt,sed in alia ministrare volunt, 1.q.5.c.1.
Item dispensantur,vt ascẽdant ad superiores,quando insciis ipsis alij pro ipsis simoniam commiserunt, 1.q.5.c.1.
SIMVLATIO.Quod vbi est periculum animæ, quandoque vtilitatis causa simulationem prætẽdere,22.q.2.vtilem.Exemplũ ibi de Iehu rege *Israel*.
Quod ipse *Deus* simulauit se voluisse immolationẽ Isaac quam præceperat,&postea prohibuit.22.q.ſi quælibet,§.quandoque.
Item Abraham in *Ægypto* Saram vxorem simulauit sororem suam esse,nec tamen peccauit,22.q.2. quęritur,& §.proximo.
Item Iacob simulauit se esse Esau primogenitũ Isaac.
Item iustum bellum habentibus quandoque contra hostes expedit simulatio.23.q.2.Dominus noster.
Quod nulli præiudicat dolosa simulatio,22.q.5.quacumque.
Quod baptismus simulatorius non cassatur,1.q.1.spiritus,§.ecce.de consecra.dist.4.solet etiam.
Quod ad oues Christi non pertinẽt qui illis ficto corde miscentur,24.q.vlt.de illis.
Quod malũ est religioso cadere à proposito,postea simulare propositum,12.q.2.§.certè.
Quod non solum in falsis,sed etiam in simulatis operibus filij diaboli sunt,22.q.5.cauete.
SIMPLICITAS. Quod simplicitas columbina dicitur quæ dolo caret,& hæc suadetur,6.qu.1.ex merito,16.q.1.si cupis.
Item simplicitas innata,& hæc excusat tantum in cõmissis,76.dist.tanta nequitia.circa fi. & 47.disti.de Petro.
Quod tali parcitur simplicitati,& venia cõceditur.de consecra.dist.2.scriptura,86.d.tanta nequitia.
Quod simplicitas impedit promouẽdũ,39.d.Petrus.
Quod prælato promoto si hanc habuerit datur ei coadiutor,74.dist episcoporum,7.q.1.quia frater.
Item abbatibus propter simplicitatem nõ dantur coadiutores,sed deponuntur,18.q.2,si quis Abbas.
Quod sancta rusticitas & simplicitas solum sibi prodest,& quãtum ex vitæ merito ædificat,tantum nocet si destruentibus nõ resistat,2 q.7.sancta quippè.
Item vbi simplicitati tãtum studetur,disciplina negligitur,11.q.1.fratris.
Quod in sacramentorũ collatione debet esse simplex & sine venialitate consensus,1. quæstione sexta, sicut is.
SYNDICVS.Quod per syndicũ absentis intimatur voluntas,argu.93,distinctio,cap.1.65.d.st.non debet.
SINGVLARITAS.Quod singularitas in monachis & contemplatiuis approbatur,16. quæsti.1.si cupis.
Quod singularitas nisi sit contraria communem consuetudinem non debet violare,turpis est enim omnis pars vniuerso suo non congruens.8.dist.quæ cõtra mores.
Quod singularitas morum etiam bonorum consuetos scandalizat,21.dist.illa.
Quod qui strictius viuit quàm habent mores eorum cum quibus,singularis & superstitiosus videtur,41. dist.quisquis.
Quod singularitas inter consuetos, flagitium reputatur,8.dist.quæ contra.
Quod non interest quidquid alimentorum sumat,dũmodo non sit singularis,sed congruat in omnibus generibus alimentorum his cum quibus viuendũ est,41.dist.quod dicit.
Quod exceptis religiosis nullus in decantando diuina officia aliter quàm in episcopali ecclesia cantantur, debet esse singularis,22.dist.de iis.
SYNODVS. Quod synodus ex Græco interpretatur comitatus vel cœtus.concilij verò nomen tractum est à Romanis eo quòd ad tractandum communi intentione conueniebant,15.dist.§.synodus.

De hac materia habes vbi agitur de Consiliis.

SOBRIETAS. De sobrietate episcoporum habes,35.dist.per totum,& 41.dist.per totum.

De Sobrietate habes supra vbi agitur de abstinentia,& de Cibo,& de Ieiunio.

SOCIETAS.Quod societas requirit concordiam morum,41.dist.quod dicit,& c.clericus.
Quod socius tenetur socium defendere ab iniuria,23, q.3.non in inferenda.
Quod bonus qui in bonitate permanet, nõ polluitur si malo societur,32.q.1.non est,Exemplum ibi de Osee,& de meretrice.
Quod boni quandoque sunt mali societate malorũ, 24.4.1.non turbatur.
Quod bonum est malum socium declinare, ne sicut morbida ouis inficiat congeriem societatis, 45.dist. sed illud,4.q.3.resecandæ, & c.ecce autem,&.cap. illud.sane.
Quod difficile est incorruptum permanere,qui corrupto sociatur,23.q.4.quisquis,vel quod potest. in fi.
Quod tripliciter associatur quis malis,aut comitãdo, aut fauendo,aut in nõ corripiẽdo,23.q.4.ita plane.
Quod non caret scrupulo societatis occultæ qui manifesto faciuori desinit obuiare,83.dist.error 23.q. 3.qui potest,86.dist.faeientis culpam.
Quod societas malorum est quandoque toleranda, & quãdoque fugienda,7.q.1.suggestũ.& duob.c.seq.
Quod incãtationes&artes magicę fiũt ex quadãpestifera societate hominũ &dæmonũ,26.q.1.illud. in fi.
SODOMA.Quod peccatum Sodomię exercetur in masculis & in fœminis,32.q.7.vsus.
Quod in peccato Sodomiæ deordinatur ordinatio Dei & naturę,32.q 7.adulterij.
Quod societas quæ cum Deo esse nobis debet violatur cum natura cuius ipse auctor est,libidinis pernerfitate polluitur,32.q.7 flagitia.
Quod peccatum Sodomię etiam apud Gentiles est detestabile,32.q.7.flagitia.
Quod sodomodię peccatũ grauius est adulterio, 32. q.7.vsus.
Quod peccatum Sodomiæ peius est quàm cum propria matre peccare,32.q.7.adulterij.
Quod Loth obtulit suas stuprari filias vt detestandũ peccatũ Sodomię in aliis ɜpediret,22.q.7.offerebat.
SOLICITVDO.Quod solicitudo temporaliũ suffocat spiritualia, 49. dist. hinc etenim, ante med.
Quod hoc non debet esse in clericis & religiosis, 12. q.1.sui portio.
Quod pia solicitudo est egenorum commodis intẽdere,87.dist.diuinæ.
Quod cum honoris augmento cura quoque solicitudinis debet excrescere,100.dist.rationis.
Quod episcopus solicitus debet esse circa defensionẽ pauperum,redemptionem oppressorum,&munitionem monasteriorum.84. dist.§.1.
Item debet esse solicitus tanquam pastor circa gregẽ suum,81.dist.oportet.

De hac materia habes vbi agitur de Negligentia.

SOMNVS.Quod negligens prælatus dormienti cõparatur,86.dist.fratrem.
Quõd aliquando somnum vanum & deceptoriũ dormientibus immittunt dęmones,26.q.4.sciendũ,circa med.
Quod dæmones maximè in somnis infideles deludũt diuersas eis species & similitudines offerentes, & perdenia quæque ducendo,&hoc cũ solus patiatur spiritus in corpore euenire opinãtur,6.q.1.episcopi.post med.
Quod somniando illusiones contingunt hominibus multipliciter,6.dist.testamentum,& c.seq.
SORS.Quod sors non est aliquid mali, sed res in humana dubietate diuinã iudicans voluntatem,26.q. 2.sors.
Quod licet sortibus nihil mali insit, tamen prohibentur homines,ne sub hac specie ad antiquos idololatriæ cultus redeant.ibidem.§.proximo.
Quod qui sortib.vtũtur ad negotia sæcularia & ad vanitatẽ diuina oracula vidẽtur cõuertere,26.q.2.hi q.
Quod sortes quæ dicuntur apostolorum vel aliorum sanctorum,sunt damnatæ,& exercentes sunt excõmunicati,26.q.5.si quis clericus,7.q.7.nõ obseruetis,&c.seq.
Quod omne genus sortium sub anathemate prohibetur,26.q.5.sortes,& c.seq.
Quod tempore necessitatis in libris diuinis præmissa oratione dominica vel alia sortes videntur cõcedi, 26.q.2. qui.& cap. seq.
SORTILEGIVM. Quod sortilegi sunt qui per quasdam inspectiones sortium vel figurarum futura promittunt,26.q.1.sortilegi.
Quod qui obseruant cõstellationes,sortilegi dicũtur, 26.q.5.non liceat.
Quod in calendis Ianuarij mensam cum epulis ratione diuinationis parare,sortilegiũ est committere, 26 q.7.si quis.
Quod ligaturæ characterum vel aliarum rerum quas medicina nõ requirit,vel obseruatio sternutationis, aut liminis conculcatio, aut dierum Aegyptiorum obseruatio,& plura alia nomine sortilegij damnantur,26.q 2 illud quod.
Quod portare super se lapides pretiosos vel herbas nõ est sortilegium, 26.q.vlt.
Quod infirmantibus carmina sortilega nil proficiunt, 26.q.7.admoneant.
Quod qui seruant sortilegia, sunt Christianæ fidei & baptismi violatores. 26.q 7.non obseruetis.
Quod sortilegi à diabolo cui deseruiunt, sunt captiuati,26.q.5.episcopi eorumque.
Quod ab episcopis de parochiis sunt expellendi.
Item sortilegi sunt excommunicandi,26.q.5.§.1.
Quod sortilegi & eis assentientes ad accusationem nõ sunt admittendi,11.q.8 quisquis.
Quod serui si sint sortilegi,verberibus,si liberi, carceribus sunt fatigandi,20.q.5.contra.
Qui qui credit sortilegis,quinque annis debet pœniter,26.q.5.non liceat.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinatione,& de Incantatione.

SPECTACVLVM.Quod die solenni ecclesiã contemnentes,& spectacula custodientes sunt excommunicandi,de conse.dist.1.qui die.
Quod præcipuè clerici curiosis spectaculis nõ debent interesse.de conf.di.5.nõ oportet,23.di. his igitur.
Quod clerici spectacula saltantium debent vitare,23. d st presbyteri.
Quod pœnitens si perfectè vult pœnitere, debet se à spectaculis sæculi cohibere,de pœ.dist.5.§. 1.ante finem,ver.cohibere.
SPIRITVS sanctus.Quod spiritus sanctus æqualis est patri & filio, de consecratio,d.5.de spiritu sanct.
Quod à patre & filio procedit,de consec.d.5.saluator.
Quod spiritui sancto attribuitur potentia miraculorũ de conf.dist.5.de spiritu.
Quod spiritus sanctus extra ecclesiam nihil operatur, 24.q.1.audiuimus.
Quod non scissuras sed vnitatem amantes spiritum sanctum accipiunt.
Quod peccata tenere vel dimittere, vel excommunicare,opus est spiritus sancti.ibidem.
Quod in domino semper mansit spiritus sanctus, in aliis verò sanctis quandoque manet,quandoque recedit,de pœn.dist.2.quærendum.
Quod nemo potest dicere,Dominus Iesus,nisi in spiritu sancto ibidem,post medium.
Quod nemo accipit spiritum sanctum nisi intra ecclesiam,24.q.1.audiuimus.
Quod blasphemare spiritum sanctum, est contra sacros canones proterue agere,25.q.1. violatores.
Quod Apostolus absens corpore præsens spiritu Corinthium tradidit Satanę,24 qu.1.audiuimus, circa medium.
Quod simoniaci nõ habẽt spiritũ sanctum veritatis, sed spiritũ mendacij,& illũ aliis dãt,1.q.1.gratiam.
Quod septem modis in spiritum sanctum quis peccat, videlicet cum quis male sentit de persona spiritus sancti,de consecratione dist.4 hi verò.
Item cum quis obstinatur,& dicit omnia mala impunita,& bona non remuneranda,de pœn.dist.3. adhuc,in fi.
Item qui penitus desperat,vt Cain qui dixit,Maior est iniquitas mea quàm vt veniam merear. de pœ.dist. 1.voluissent,§.ex his.
Item cum quis veritatem cognitam impugnat,sicut illi qui Christum dixerunt in beelzebub dæmonia eiicere,1,q.1.eos qui.

Item

Source : BIU Cujas

Item cũ quis quocumque modo mortaliter peccat, nam ex hoc spiritum sanctum à se fugat. de pœn. di. 3. inter hæc hircum, 2.

Item cum quis scienter in quocumque mortali peccato perseuerat, de pœnite. dist. 3. ante finem.

Item cum quis existens in peccato habet propositũ numquam pœnitere. de pœnit. dist. 1. potest fieri.

SPOLIATIO. Quod cum spoliatur quis rebus vel beneficio ab aduersario tunc ante litis ingressum, restituitur, 2. q. 2. per totum, 3. q. 1. episcopi. 5. q. 2. si primates, 33 q. 2 historia.

Quod si abiiciatur spoliato exceptio rei iudicatæ à qua non fuit appellatum, tunc non restituitur, 2. q. 6. ei qui appellat. § diffinitiua.

Quod cum spoliatur quis à iudice non suo, hic statim restituitur. nisi propter graue scãdalũ dissimuletur. 3. q. 6. hæc quippe.

Quod si spoliatur quis à iudice suo qui propter iustã causam absens inuenitur, hic statim restituitur, 7. q. 1. præsentium, sed absens ex contumacia si intra annũ purgare voluerit innocẽtiam, est audiendus, 11 q. 3. rursus.

Quod si spoliatur quis præsens à suo iudice post appellationẽ, nihil agitur & spoliatus ad omnia restituitur, 2. q. 6. c. vlt. §. appellatore.

Quod si spoliatur quis à iudice suo ante appellationẽ ordine iudiciario nõ restituitur, 2. q. 6. ca. vlt. §. quãdoque vnam.

Quod si à iudice suo anteappellationẽ ordine iuris prętermisso quis spoliatur, statim restituitur, 2. qu. 1. notum sit.

Quod spoliatus etiam absens per procuratorẽ potest restitui, 3. q. 1. episcopi. §. sed notandum.

SPONSAE. Quod sponsę promissæ non statim debent dari, ne vilescant, 27. q. 1. institutum.

Quod vno viuente. alteri alter non debet cõiungi, 27. q. 2. desponsatam.

Quod vterque ipsorum altero inuito potest religionẽ approbatam intrare, 27. q. 2. desponsatam.

Quod dos sponsæ scripto debet cõfirmari. 30. q. 3. nostrates.

Quod propter publicã honestatẽ neuter alteri cõsã guineã nec in vita nec post mortẽ potest accipere, 27. q. 2. si quis desponsauerit. & c. si quis vxorem, & c. seq.

Quod fornicatio voluntaria videtur tollere desponsationis vinculum de futuro, 47. q. 2. raptor.

Quod sponsa iubetur lugere mortẽ spõsi sui, quasi viri sui, 27 q 2. omne, in fi.

Quod sponsa quandoque dicitur vxor, & spõsi quãdoque viri, 27. q. 2. quapropter, & plurib. c. seq.

Quod sponsus cum sponsa ob reuerentiã benedictionis prima nocte debent in virginitate permanere. 23. dist. c. sponsus.

SPONSALIA. Quod sponsalia sunt futurarum nuptiarum fœdera. 30. q. 5. nostrates.

Quod ante septennium nequeunt contrahere sponsalia, 30. q. 2. §. 1. & c. seq.

Quod spõsalia in cunabulis per parentes cõtracta nõ tenẽt, nisi pueri postquã ad annos discretionis peruenerint, consentiant, 30. q. 2. c. vbi.

Quod spõsalia quãdoque contrahuntur per verba de præsenti, & hæc quia faciũt matrimoniũ, nõ soluũtur nisi per religionis ingressum. 27. q. 2. scripsit.

Itẽ per frigiditatis perpetuum maleficium, 2. q. 4. cõsuluisti, § hoc autem.

Itẽ verba de futuro hęc impediũt cum alio cõtrahendũ, sed nõ dirimunt iã cõtractum, 27. q. vlt. & §. fe.

Quod parentib. non licet puerorum spõsalia frãgere, quæ vtrorumque consensu contrahunt, 31. q. 3 c. si qui parentes.

Quod euidens signum spõsalium, est annuli subarrhatio. 30. q. 5. nostrates.

De hoc habes vbi agitur de Annulo.

Quod sponsalia per parentes tantum tractari debẽt, non est enim virginalis pudoris eligere maritum, 32. q. 2. non omnis, § seq.

Quod viuente auo pater puellæ de sponsalib. tractandis nõ debet se intromittere, sed auus, quia ipse pater est in potestate aui, 32. q. 3. c. 1.

De desponsatiõe Mariæ cũ Ioseph, habes, 26. q. 2. §. 1.

De hac materia, & de conditionib. turpib. & honestis quæ fiunt in sponsalib. habes vbi agitur de Matrimonio.

STABILITAS. Quod stabilitas prælatis & clericis in suis ecclesiis & locis ꝑcipitur, & cõtrarium ĩhibet, 7. q. 1 nõ oportet, & per omnia c. vsque ad c. sãctũ.

De Stabilitate habes vbi agitur de Constantia.

STATERA. Quod statera dolosa quæ grauius pro se, leuius pro alio ponderat, est vitanda, 24, q. 1, nõ afferamus,

Quod omnis iudex Stateram gestare debet, vt in vtro que penso iustitiam & misericordiam habeat, 45. di. omnis.

Quod quilibet quasi in Statera sermones suos debet ponderare, 50. dist. ponderet.

STATVTA. Quod Statuta sanctorũ patrum inuiolabiliter sunt seruanda. 11. dist. nolite.

Quod ecclesiast. ca Statuta quædam apostolica traditione. quædam auctoritate scripturæ, quædam consuetudine confirmantur, 11. dist. ecclesiasticarum.

Quod apostolica Statuta non debent negligi, nec variari, nec per concertationem disturbari, 25. qu. 2. amputato.

Quod fit statutum propter honestatem tenendam, 35. q. 3. porrò.

De hac materia habes vbi agitur de Publica honestate.

Itẽ fit propter inhonestatem delendã, de cõs. d. 4. ne quemquã, vbi agitur de immunditiis corporalibus.

Item fit propter vtilitatem habendam, 1. qu. 7. tali, vbi constituitur propter ecclesię vtilitatem, vt cum ille gitime natis dispensetur.

Itẽ fit propter inutilitatẽ euadendam, 12. q. 2. terrulas. vbi statuitur quòd inutiles res ecclesiæ alienari possunt.

Itẽ fit statutũ causa diligentię habendę, 18. di. peruenit, vbi statuitur ꝙ synodi certis tẽporib. habeãtur.

Item fit causa negligentiæ remouẽdę, 89. d. volumus, vbi statuitur ꝙ episcopus vicarium habeat.

Item fit causa necessitatis, qua cessante debet Statutũ cessare, 1. q. 1. quod pro necessitate.

Itẽ fit causa facilitatis, 80. dist. fraternitatem, vbi statuitur ꝙ episcopales sedes debẽt esse propinquę, vt facilius ad electionem archiepiscopi conueniant.

Item fit causa maioris mali vitandi, 13. dist. c. 1. & c. 2.

Item fit causa maioris boni adipiscendi, 19 q. duæ, vbi dicitur quòd clericus contradicente episcopo religionem potest intrare.

Itẽ fit causa oppressionis vitandæ, 16. q. 1. prædicator, vbi dicitur ꝙ maior maiorẽ opprimere non debet.

Item fit causa subiectionis seruandę, 95. dist. esto, vbi dicitur qualiter episcopi ad presbyteros, & presbyteri ad episcopos, se debent habere.

Quod legitimè Statutum potest dissolui propter peccantis abusum 63. dist. quia sancta, §. proximo.

Item propter auctoris detestationem, 16. di. canones, vbi dicitur, quòd licet bona sint quę statuerunt hęretici, tamen sunt detestanda.

Item propter securiorem prouisionem, de cons. dist. 1. vasa, vbi dicitur, ꝙ pro ministerio diuino meliora sunt vasa aurea & argentea quàm vitrea & lignea.

Item propter statuti nimium rigor, 34. d. iure fraternitatis.

Item ne prębeat malignandi occasionẽ, 12. d nos cõ suetudinem, vbi contra primum statutum de hæreticis statuitur de Donatistis non promouendis.

Item propter maiorem honestatem, 31. dis. aliter. vbi statuitur de Grecorum sacerdotum vxoribus, quod apud Latinos dissoluitur.

Item propter exempli perniciem, 96. dist. bene, vbi statutum Basilij, licet fuerit pro ecclesia, cassatur.

Quod statutum antecessoris cassatur si oppressionem infert, 31. dist. ante triennium.

Item si iniustitiam continet, 19. dist. secundum, & 10. q. 2. de precariis, 100 dist. nouit.

Item si casus inopinatus emergit, 12. q. 1. certe.

Item si exemplum mali inducit, 63. dist. quia sancta, §. verum.

Item si melius alteri fuerit reuelatum, dist. noli.

Item si causa vel persona vel aliquod simile causam dederit Statuto, 19. dist. regulæ.

De hac materia habes vbi agitur de Constitutione.

STERILITAS. Quod in lege Moysi maledicta erat Sterilis, 32. q. 4. recurrat. §. his ita.

Quod nulli licet vxorem dimittere propter sterilitatẽ & aliã ducere propter fœcunditatem, 32. q. 7. tãrũ.

Quod nõ videtur vere esse vxor quę procurat cõtra bona matrimonij venena sterilitatis, 33. q. 2. aliquãdo.

Quod sancti patres propter Sterilitatem vxorum ex ancillis pueros procreauerunt, 32. q. 4. §. 1.

STOLA. Quod Stola dicitur orarium, 23. distinctio. ecclesiastica.

Quod stola episcopus & sacerdos vtrumque humerum debet ambire, pectus in modum crucis stringendo, ad designandum quòd Christum crucifixũ in pectore portans, securus stet inter prospera & aduersa, 23. di. ecclesiastica.

Quod qui sine stola celebrat, vel euangelium legit, graiter excedit, vnde & excommunicari præcipitur, 33. dist. ecclesiastica. in fin.

Quod diaconus in sinistro humero stolam gestare debet, vt expedite presbytero ministrare valeat, 25. d. vnum orarium.

Quod sacerdos nunquam debet corpus Christi sumere vel pro aliis portare nisi stola in pectore ad modum crucis circumseptus, 23. dist. ecclesiastica.

STVDIVM. Quod Studium apostolici debet esse circa profectum imperij, 97. dist. victor.

Quod studium episcopi debet esse vt diuersarum scientiarum studium procuret in ecclesijs baptismalib. 37. dist. de quibusdam.

Quod studium debet esse clericis diuinis officiis intẽdere, 23. dist. his igitur. in fi.

Quod clerici studium auaritiæ debent declinare, ibi.

Item detestabile studium simoniæ debent fugere. 1. q. 1. qui studet.

Quod Studium liberalium artium ad vtilitatem ecclesiæ exercendum approbatur, 37. dist. de quibusdã.

Quod Studium in libris poetarum ratione curiositatis clericis inhibetur, 37. dist. si quis vult.

Item clericis inhibetur ne filios suos in ecclesiarũ sumptibus studijs sæcularium scientiarum occupẽt, 37. dist. legant, &c. vino, & c. omnem.

STVLTVM. Quod stultum est nolle à quocumque bona discere, 22. dist. de Constantinopo.

Item peccati periculum & pœnæ correspondentis cõpensare, 38. dist. qui ea. vbi dicitur, Qui stultus est in culpa sapiens erit in pœna.

STVPRVM. Quod Stuprum est illicita virginum deflo ratio, 36. q. 1. ex §. cum ergo.

SVBDIACONVS. Quod subdiaconi appellantur qui subiacent officiis & præceptis Leuitarum, 21, dist. cleros.

Item subdiaconi officium est calicem & patenam ad altare Christi deferre, & Leuitis tradere, 25. distin. perlectis.

Quod nullus debet ordinari in subdiaconum nisi promissa castitate, 28. dist. de Syracusanæ, §. ecce. & duobus c. seq.

Quod tempore apostolorum subdiaconatus nõ reputabatur sacer ordo, 60 dist. nullus in episcopatum.

Quod subdiaconus potest eligi in episcopum, & non in archidiaconum, 60. dist. innouamus, & c. nullus in episcopatum.

SVBSCRIPTIO. Quod subscriptio tabellionarij, vel si nõ habetur tabellio, triũ testiũ subscriptio scripturam facit authenticam, 16. q. 3. placuit, §. potest.

Quod subscriptio requiritur in electione, 63. d. quãto.

Item requiritur in constitutionis promulgatione, 96. dist. bene quidem, 35. q. 9. quo quis.

Item requiritur in sententiæ prolatione, 17. dist. concilia §. hinc etiam.

Item requiritur in rerum ecclesiasticarum alienatione. 12 q. 2. hinc exceptione.

Item requiritur in libertatis datione. 22. q. 2. episcopus qui mancipium.

De hac materia habes vbi agitur de Scriptura.

SVCCESSIO. Quod in ecclesiis non debet esse successio, 8. q. 1. apostolica.

Quod episcopus non potest sibi substituere Successorem. 8. q. 1. per totum.

Quod filius sacerdotis vel clerici nõ potest immediatè in ecclesia succedere patri, 1. q. 1.

Quod varietate multiplicis Successionis aboletur vitium prædecessoris.

Quod bona defuncti episcopi seruanda sunt diligẽter Successori. 12. q. 2. hæc huius placiti, & c. non liceat, & c. charitatem.

SVCCESSOR. Quod successor factum prædecessoris mutat propter subditorum oppressionem, 31. dist. ante triennium.

Item propter manifestam iniquitatem, 100. dis. nouit.

Itẽ propter exẽpli pernicię, 63. di. quia sancta. §. verũ.

Item ob iudicis circumuẽtionem, 45. q 9. apostolicę. & duobus c. seq.

Item ob gratiæ dispensationem, 35. q. 9. sententiam.

Itẽ in originis incertitudinẽ, 68 distr. chorepiscopi.

De hac materia habes vbi agitur de Statuto & de Constitutione.

SVFFRAGIVM. Quod suffragia ecclesiæ facta pro mortuis prosunt, 13 qnæstion. 2. non existimemus.

Quod quatuor modis fiunt suffragia pro mortuis, aut missis, aut eleemosynis, aut ieiuniis, aut precib. 13. q. 2 animæ.

Quod cum pro centum animabus psalterium vel missa dicitur, non minus quàm si pro quælibet earum diceretur, accipitur, de consec. dist. 3. non mediocriter.

Quod pro suffragiis mortuorum alij diem tertium, alij diem septimum, alij trigesimũ, alij quadragesimum obseruare consueuerunt. 13. q. 2. quia alij.

Quod debita suffragia mortuorum non reddentes fures sunt & sacrilegi, & sunt excommunicandi, 12. q. 2. qui oblationes.

De hac materia habes vbi agitur de Mortuis, & Eleemosynis.

SVPERBIA. Quod superbia est bona quę non habet quis simulare, 11. q. 2. si quis verò.

Item

Item ſuperbia eſt aliis ſe præferre, 22. diſt. de Conſtãtinopolitana.
Item ſuperbia eſt vanas opiniones ex ſcripturis ſacris confingere, 30. diſt hæc autem.
Item ſuperbia eſt ſubditos nõ cum beneuolentia, ſed cum aſperitate corrigere, 45. d. licet, nonnunquàm.
Item ſuperbia eſt arroganter alios inſtruere, 46. diſt. hoc habet, 45. diſt. recedite.
Item ſuperbia eſt occaſiõe habitus vel religionis ſimpliciores quoſque deſpicere, 30. diſt. ſi quis per ſuperbiam, 45 diſt. vera iuſtitia.
Item ſuperbia eſt ſine meritis præfici vel ordinari vel le, 69. diſt. ſi officia.
Item ſuperbia eſt peccatum ſuum in confeſſione non manifeſtare. de pœnit. d. ſt. 1. §. item taciturnitas.
Item ſuperbia eſt officia aliis conuenientia ſibi vſurpare, 10. d. quoniam, 93. diſt. diaconi eccleſię.
Quod Nabuchodonoſor propter ſuperbiam in beſtiã eſt mutatus, 17. q. 4. miror.

SVPERFLVITAS. Quod ſuperfluitas cibi & potus nocet animæ & corpori. de conſe. diſt. vlt. nihil enim ſic, & duobus c. ſeq.
Quod ſuperfluitas temporalium (maximè in clericis) arguitur, 46. diſt. ſicut, 12. q. 2. autem.
Item arguitur in vſu ciborũ & potuũ, 44. diſt. §. 1. & c. ſequen.
Item arguitur in exceſſu deliciarum & laſciuiarum, 35. diſ. eccleſiæ. 41. diſt. quiſquis.
Item arguitur in immoderata effuſione verborũ, 43. diſ. ſi rector. ante med.
Item in cõſtructione ædificiorum, 86. diſt. nõ ſatis, & cap pulchra, 12. q. 2. gloria.

SVPERSTITIO. Quod Superſtitio eſt quidquid inſtitutum eſt per homines ad facienda & colenda idola, vel ad colendam ſicut Deum creaturam, 26. q. 2. illud quod.
Item Superſtitio eſt ſeruare tempora in agendis, in ę dificiis inchoandis, in diebus Aegyptiacis cuſtodiẽdis, 29. q. vlt. quis exiſtimaret.
Item Superſtitio eſt pacta quædam & fœdera cum dęmonibus ſubire, qualia fiunt per magicas artes, 16. q. 2. illud quod.
Item Superſtitio eſt ſtrictius viuere quàm mores eorum cum quibus quis habitat, ſe extendunt, 41. d. quiſquis.

SVSPENSIO. Quod Suſpenſio eſt duplex, videlicet corporalis, & ſpiritalis.
Quod ſuſpenſio Iudæ corporalis non deleuit peccatũ ſed auxit ſupplicium, 23. q. 5. ſi non licet.
Quotquot ſeipſos ſuſpendunt, vel aliter occidunt, cũ Iuda perpetuæ damnationis exitium incurrunt, 23. q. 5. ſi non licet.

De ſuſpenſione Iudæ habes vbi agitur de Iuda.

Quod Suſpendẽdis in patibulo (ſi dignè pœnituerint) non eſt neganda euchariſtia, neque ſepultura, quia talibus ſupplicium cedit ad peccati remedium, 13. q. vlt. c. vlt.
Quod Suſpenſio ſpiritualis eſt canonica vel eccleſiaſtica, quæ contingit in officio & beneficio, vel in vtroque, 32. diſt. eos qui.
Quod à canone Suſpenſi ſunt ipſo facto clerici publici fornicatores, 32. diſt. nullus, & ca. ſeq. 15. q. 8. ſciſcitantibus.
Item hæretici, 24. q. 1. ſi quis dederit, & cap. ſeq.
Item ſchiſmatici, 1. q. 1. quicumque, & c. reperiuntur.
Quod Suſpenduntur clerici turpibus quæſtibus & lucris incumbentes, 88. diſt. conſequens.
Item Suſpenduntur ab officio dæmoniaci & epileptici, vel cõſimilibus vexationibus laborantes, 33. d. ſtinctio. communiter, & duobus cap. ſeq.
Item Suſpenduntur epiſcopi vel clerici de inolentiis ſe non corrigentes, 34 diſt. quorundam.
Item Suſpenduntur clerici prælatis ſuis inobedientes & contumaces, 11. q 3 ſi quis vero. & ca. abſit.
Item quando quis Suſpẽditur ab officio, intelligitur tantum de officio in eccleſia exequendo, quia in priuato tenetur omnes horas dicere, 11. q 3. ſi quis epiſcopus in concilio.
Item in officiis eis participantes excommunicantur, 11. q. 3. ſi quis epiſcopus damnatur.
Quod non timens Suſpenſionem excommunicatur, 11. q. 3. ſi quis presbyter.
Item deponitur ab onere, 11. q. 3. ſi quis epiſcopus.

SVSPICIO. Quod omnis Suſpicio potius repellẽda, quàm recipienda, 6. q. 1. oues.
Quod fidelis homo nõ de facili debet venire in Suſpicionem, 11. q. 3. abſit, nota gloſſam.
Quod eſt ſuſpicio temeraria, & hæc eſt repellenda, quia non vult Deus hominem ab humano iudicari arbitrio, 2. q. 1. multi, poſt medium.
Item ſuſpicio probabilis, & hæc recipit probation em in contrarium, 7. q. 1. præſentium.
Quod ſuſpicio ſurgit ex præſumptione iuris, vel ex teſtium productione, 2. quæſti. 7. accuſatio quoque.
Item eſt ſuſpicio violenta, & hæc ſufficit ad ſententiã, vt ſi vxor cum adultero in vno lecto inuenitur, 32. q. 1. dixit.
Itẽ ex ſignis veriſimilibus, & ex infamia, & hæc inducit purgationem, 2. q. 1. Deus, & q. 5 presbyter.
Item ſurgit ex aduerſariorum confictione, & hæc eſt contemnenda, 11. q. 3. in cunctis.

De hac materia habes vbi agitur de Præſumptione.

TABELLIO. Quod quælibet ciuitas debet habere tabellionem, 16. q. 3. placuit. § his autem. Quod vbi tabellio ad inſtrumentum ſcribendũ non habetur, ſufficit trium teſtium ſubſcriptio.
TABERNA. Quod tabernas clerici pro aliis non debent tenere, 44 diſt. noli.
Item niſi in neceſſitate peregrinationis tabernas ad comedendum vel bibendum non debent intrare, 44. diſt. clerici.
Quod clericus tabernam frequentans, ſi admonitus non ceſſat, debet deponi, 44. diſt. nulli.

TACITVRNITAS. Quod eſt taciturnitas bona & mala, 43. diſt. ſit rector. per totum.
Quod in concilio vel in capitulo bona eſt taciturnitas & mala tumultuoſa verboſitas, 5 q. 4. in in loco.
Quod tacenda ſunt coram indignis fidei ſacramenta, 43. diſt. in mandatis.
Quod qui in obligatione tacet, ipſa taciturnitas ſibi præiudicat, 28. diſt. diaconi.
Quod taciturnitas mala eſt in peccati confeſſione, de pœn. diſt. 1. § item taciturnitas.
Itẽ in veritatis defenſione, 11. q 3. quiſquis. & c. nolite.
Item in ſubditorũ correctione, propter quod prælatus canis mutus dicitur, 43. diſt ſit rector.
Quod taciturnitas ſiue bona ſiue mala quãdoque trahitur ad conſenſum, videlicet propter fauorem ordinis, 54. diſt. ſi ſeruus ſciente, vbi dicitur quòd ſi ſcit ſeruum ordinari & tacet. videtur conſentire.
Item propter fauorem religionis, 20. q. 2. & ca. 1. & 2. vbi dicitur, quòd qui anno & die vno in religione ſteterit, etiam ſi voce profeſſus non ſit, videtur ex taciturnitate in profeſſionem conſenſiſſe.
Item propter fauorem matrimonij, 29. q. 2. ſi quis ingenuus, vbi dicitur, quòd ducens ancillam in vxorem ſcienter, non poteſt eam dimittere, quia tacendo videtur in eam conſenſiſſe.
Item propter fauorem caſtitatis, 27. diſt. diaconus, vbi dicitur, quòd ſacrum ordinem recipiens etiam tacendo de tenenda caſtitate, in eam conſentit.

De hac materia habes vbi agitur de Silentio.

TANGERE. Quod qui iuſtos tangit, velut pupillã oculi Domini tangit, 2. q. 7. accuſatio quoque.
Quod tangere immundum eſt peccatis aliorum conſentire, diſt. 45. recedite.
Quod cui peccatum diſplicet, & illud redarguit, immundum non tangit, & c. tolerandi.
Quod etiã ſine coitu laſciuus tactus graue eſt peccatum, 27. q. 1. nec aliqua, 32. q. 5. nec ſolo.

TEMERITAS. Quod temeritas eſt maiorum ſtatuta auſu proprio contemnere, 2. q. 1. notum, 7. qu. 1. nihil, 10. q. 1. hanc conſuetudinem, in fin. 21. q. 4. epiſcopi.
Quod temeritas incurritur cum à ſubditis vita & facta ſuperiorum diiudicantur vel reprehenduntur, 21. diſt. nolite, 15. q. 2. placuit, & c. ſeq.
Quod temeritas facilitatis veniam continet, & inconſultus calor calumniæ vitio caret, 2. q. 3. ſi quem. §. notandum.
Quod temeritas accuſatorum tribus modis detegitur aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuerſantur, 2. q 2. ſi quem, §. proximo.

De Temerario iudicio & de ſuſpicione habes in ſuis locis.

TEMPERANTIA. Quod Tẽperantia cibi eſt cũ nõ plus quàm neceſſe eſt ſeruitur corpori, ſed eius infirmitas reficitur, vt ad vſus exercendæ virtutis aptũ habeatur, 44. d. cõuiuia, de conſ. d. 5. nõ dico.
Quod temperantia prodeſt animæ & corpori, quia nihil ſic homini prodeſt ſicut moderata refectio. de conſ. diſt. 5. nihil enim ſic.
Quod nec in manducando nec in abſtinendo cõſiſtit iuſtitia, ſed in vtriſque ſecũdum naturę capacitatẽ tẽperantia, 41. d. quod dicit, & trib. c. præcedentib.
Quod tempore ieiuniorum maximè eſt ſeruanda, de conſ. diſt. 5. ſint tibi.
Quod temperantia attenditur in moribus, 23. diſ. qui epiſcopus.
Item eſt habenda in dandis eleemoſynis, 86. diſt. non ſatis, §. item perfecta.
Item in infligendis pœnis, 45. diſt. diſciplina. vbi dicitur, ꝙ de lenitate & de ſeueritate debet fieri quoddam temperamentum.

TEMPORALIS. Quod Deus largitur temporalia propter eleemoſynæ largitionem, 16. q. 1. reuertimini.
Item propter pietatẽ factam, 22. q. 2. ſi quælibet. Exẽplum ibi de obſtetricibus.
Item propter decimarum ſolutionẽ, 16. q. 1. decimæ.
Quod ſubtrahuntur temporalia cum ex ipſis nõ fiunt eleemoſynæ, 16. q. 1. reuertimini.
Item cum non ſoluuntur decimæ, 16. q. 1. decimæ.
Quod contemplatiui ab omni ſtrepitu temporalium quieſcere debent, 12 q 1 duo.
Quod temporalia debẽt poſſideri, ſed non niſi ad vſũ, ibidem poſt med. um.
Quod de omnibus temporalibus Deo ab hominibus reddenda eſt ratio, 15. q. 1. firmiſſimè. §. ex eo.

De hac materia habes vbi agitur de Diuitiis.

TEMPVS. Quod tempora propter diuinationẽ non ſunt ſeruanda, 26. q. vlt. non licet
Quod tempus merendi non eſt niſi in præſenti, 13. q. 2. in præſenti.
Quod temporis qualitate res mutantur, 10. q. 3. priſci, & c. ſeq. 35. diſt ab exordio.
Quod Chriſtus veniens in fine temporum traxit finẽ ad principium, 37 diſt. ab exordio.

De quatuor Temporibus habes vbi agitur de Ieiunio.

Quod temporibus noſtris non ſolũ corpora, ſed etiã merita in hominib. deferunt, 34. diſt. fraternitatis.
Quod multi tolerãtur propter temporum neceſſitatẽ vel vtilitatem vel ſcandalum, 1. q. 4. requiritis, & c. ſeq. 24. q. 1. pudenda. in fi.

De Tẽporibus habes vbi agitur de Præſcriptione, & in multis locis vbi agitur cum temporis adiunctione.

TENTATIO. Quod tentatio eſt multiplex, videlicet, Dei, hominis & diaboli, de pœn. diſt. 1. §. opponitur, & §. contrario.
Quod tentat Deus ad inſtruẽdum, 1. q. 1. prophetauit, §. quinque.
Item ad pugnandum, 6. q. 1. ſunt plurimi, de pœ. diſt. 2. opponitur, poſt med. vbi agitur de Tentatione tribulationis.
Quod tentatio eſt vita hominis ſuper terram, de pœn. di. 2 §. opponitur.
Quod humana tentatio eſt cum in animo de illicitis tentamur etiam nolentes, ſed diabolica, cum quod caro ſuggerit, animus conſentit, de pœn. di. 2. §. ecõtrario.
Quod ſunt quidã qui non expectant tentationẽ, ſed præueniunt voluntate, de pœ. diſt. 5. §. 1. circa prin.
Quod cum tentatio in corde nõ reprimitur etiam in actione dominatur, 49 diſt. hinc etenim.
Quod nemo debet temtare Deum dum habet quod conſilio rationabili faciat, 22. q. 2. quæritur.
Quod iudicium per duellum & per ferrum calidum ſiue per aliquam aliam probationem prohibetur, quia Deus tentari videtur, 2. qu. 4. monomachiam, & c. conſuluiſti.
Quod Deum tentat qui habet quod faciat vnde ſuam & aliorum ſalutem præcauere queat, & non procurat, 23. q. 8. ſi nulla.
Quod tentat hominem diabolus, de pœn. di. 2. §. opponitur, ante finem.
Item tentat bonos vt laceret & deuoret, 3. q. 1. nulli.
Item tentat dormientes, 6. diſt. teſtamentum.
Quod mille modos habet tentandi, 6. q. 2. c. 1.
Item tentat ſub ſpecie boni mala ſuggerendo, 14 q. 5 forte.
Quod præcipue ſancti à peccato mundi ſuſtinent tentationes diaboli, de pœn. diſt. 2. § opponitur.
Quod maxime illos tẽtat qui Deo ſunt familiariores, & in eius ſeruitio feruentiores, 3. q. 1. nulli.

TERGIVERSATIO. Quod tergiuerſatio eſt vetborum cauta prolatione peccata ſua leuigare, de pœn. diſt. 1. § econtra, 2. in fine.
Quod tergiuerſari eſt ab accuſatione deſiſtere, 2. q. 3. ſi quem, §. notandum.

TESTAMENTVM. Quod teſtamentũ vetus differt à nouo in pluribus, quia in veteri pœna, & in nouo venia peccati promittitur, 23. q. 4. c. hæc autem, §. proximo.
Quod illud terrorem, iſtud manſuetudinem inducit, ibidem.
Item in veteri pro culpa morte moriebantur, in nouo pœnitenti miſericordia promittitur. ibid.
Item differt in matrimonij coniunctione, 35. q. 1. §. 1.
Item in plurium vxorum & concubinarum permiſſione, 32. q. 4. recurrat. § his ita.
Item differt in multorum ceremonialium obſeruatione, 5. diſt. §. 1. 6. diſt. non eſt peccatum, §. his ita.
Item differt quia vetus requirit opera, nouũ autẽ non tantum opera, ſed voluntatem, 15. q. 1. ſi quis non.
Item teſtamentum vetus virginitatem non approbat, quã nouum commendat, 32. q. 4. recurrat. §. his ita.
Quod concordat nouum teſtamenrum cum veteri in moralium obſeruatione, quia obſeruat decalogũ, 32. q. 3. meretricis.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod in testamentis decedentium vltima volũtas testatoris est seruanda, 13.q.2.vltima, 16.q. 1.admonere, & c consideratio.
Quod eremitæ quia proprium habent, possunt testari. 19 q 3.peruatum § proximo.
Quod religiosis proprium non habentibus non licet testari, 19.q.3 quia & cap.seq.
Item seruus (quia omnia sunt Domini) testamentum condere non potest, 13.q.2.illud.
Quod vtrum liceat episcopis & clericis condere testamentum, habes 12.q 1.episcopi.
Quod non licet eis de rebus ecclesiæ, sicut agris & frugibus siue oblationibus siue de quibuscumque aliis testari, 12.q.1.episcopi.ibid.& q.2.per totũ, & q.5.nulli, & cap.seq.
Item bona propria decedentium ab intestato si non habent filios vel nepotes, sunt ecclesiarum in quibus ministrant, 12.q.3 quicumque, & q.5.ca.vlt.& q.2.episcopus qui filios.
Quod in testamento Christus semper pro vno filiorũ reputandus est, 13.q.2.si quis iracitur.
Quod testamentorum non executores sunt sacrilegi fures, 13.q 2.qui oblationes, 17.q.4 sacrilegium.
Item sunt egenorum homicidæ, 13.q.2.clerici.
Item sunt excommunicandi, ibid.
Quod successor non seruans defuncti testamentum est exheredandus, 11.q.1.Siluester.
TESTIS. Quod triplex est testis, videlicet superior, scilicet Deus, 11.q.3.inter verba, vbi dicitur, Ecce in cœlo testis meus, & 22.q.1.si peccatum.
Item est testis interior, videlicet conscientia, 11.qu.3. inter verba, vbi dicitur Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. & ca.custodi.
Item est testis exterior, scilicet proximus, de conse.d. 1.iubemus, 11.q.3.non sunt, 12.q.1.nolo vt.
Quod est testimonium non solum vrbale, sed etiam reale, scilicet facti euidentia, 28.di.priusquam. & 2. dist.proposuisti. 33.q.2.de his verò.
Quod apostoli verbo & opere sunt testes Christi in Hierusalẽ & in omni iudæa, 11.q.3.existimant, in fi.
Quod voluntas morientis etiã sine instrumento probari potest ex circumstantium testimoniis, 36.q.6. his qui tempore.
Quod in testimonio est attendenda, diuersitas locorũ & temporum, 35.q.5.de parentela.
Quod ad probationem ingenuitatis soli testes nõ sufficiunt nisi instrumentis & argumentis adiuuẽtur. 4.q.3.placuit.§.item in criminali, post med.
Quod nullus potest esse iudex & testis, 4.q.4. nullus vnquam.
Quod testibus non testimoniis per scripturam delatis credẽdũ est, 3.q.9.testes.§.proxi.& c.hortamur.
Quod de illo est verum testimoniũ quod in præsentia testificantiũ contigisse perhibetur, 3.q.9.testes, §.de his.
Quod etiam non rogati, dũmodo interfuerint, testes esse possunt, 4.q.3.placuit, §.item in criminali.
Quod testes super vno facto in tempore & loco discrepantes repelluntur, 3.q.9.testes, §.seq.
Quod illi testes sunt grauiter puniendi quos temporum diuersitas simul facto non interfuisse ostendit 3.q.8.nihilominus.
Quod in causa criminali testimonium debet esse de visis, notis, & auditis, 3.q.9.testes.
Quod in testibus attendenda est status dignitas, fidei puritas, & morum grauitas, 4.q.3.testes, §.seq.
Quod illi præcipuè recipiẽdi sunt in testes, de quibus præsumitur quòd veritatem facti magis sciant, 35 q.6.c.1.
Quod licet simplici verbo iudicis credendum sit, tamen si ab ipso appellatur, non potest esse testis in causa appellationis. 16 q.1.statuendum.
Quod ad vnius testimonium nemo condẽnatur, nisi fortè fama publica contra eũ laboret, 5.q.3.testes. §.seq.35.q.6 §.vl.33.q.2.admonere, 2.q.5.si mala.
Item nec ad testimonium vnius, etiamsi sit episcopus. 6.q.2.per totum, 4.q.3.testes, §.se.ver.vnius.
Quod ex hoc episcopo vel alteri prælato iniuria non infertur, cum sibi soli in testimonium nõ creditur, 6.q.2.c.vlt.
Quod ad probandum duo testes sufficiunt, vel tres, nisi in aliquibus casibus singularibus vbi plures requiruntur, 4.q.5.testes, §.seq post med 2.q.4.§.1.
Quod præsul non damnatur nisi, 72.testibus, presbyter autem nisi, 44.diaconus vero cardinalis nisi vigintitribus, inferioris autem gradus clerici nisi septem testibus conuicti, non debent cõdẽnari, secunda qu.4.præsul.
Quod nullus est idoneus testis in causa propria, 15. q.3.sane in fine.
Quod nec in re nec in causa propria quis ad testificandum admittitur, 4.quæ.3.testes, §.sequen. post medium.
Quòd contra se quisque testari potest, pro se verò minimè, 14.q.2.§.1.
Quod propter inimicitias potest quis repellere testes contra se quos admisit pro se, alias nõ, 4.q.3. testes § seq.ver.si quis.
Quod qui agit, non potest à reo petere testimonium, 4.q.2.testes.ver.item qui intendit.
Quod testes non videntur idonei, quib. potest imperare, 4 q.3 testes.§.sequen.ante medium.
Quod testis videtur suspectus sit sit de domo iudicis, 4 q.2.contra.
Quod nullus debet cogi, vt ferat testimonium contra consanguineum vel affinem, 4.q.3.testes.§.seq.ver. item lege Iulia.
Quod nec parentes nec liberi inuicem aduersus se testificari possunt, 4.quæstion.3.testes. ver.item codicem.
Quod pater & filius & duo fratres in eadem causa testes esse possunt, 4.q.3.testes.§.sequ.
Quod in alieno negotio plures testes produci possunt ex eadem domo, 4.quæstio.3.testes.§.seq. circa medium.
Item testis domesticus admittitur in causa ecclesiastica, 14 q.2.super.
Item in causa matrimoniali, 35.q.6.de parentela.
Item admittitur in causa ciuili, sed non in criminali. 4.q.3.testes.§.seq.vet.quos accusator, 14.qu.2.per totum.
Quod hæreticus pro Christiano potest testificari contra hæreticum, sed non contra Christianum, 24.qu. 1.miramur.§.seq.
Quod inhabilis ad sacerdotiũ, contra sacerdotem nõ põt testificari in causa criminali, 2.q.7.ipsi apostoli.
Quod an clericus ad testificandum possit compelli, 2. q.6.statutum.
Quod episcopus vel presbyter nisi in causa quæ aliter sciri non possit adducatur in testem, quia ex hoc sacerdotium dehonestatur, 11.q.1.testimonium.
Quod episcopus vel presbyter in necessitate testimonium perhibens non debet iurare sicut alij super librum, sed tantum videre librum. in fine.
Quod episcopus vel presbyter potest loco iuramenti per sanctam consecrationem dicere, 2.qu.4 si quis presbyter.
Quod omnes alij testes debent primo iurare de veritate dicenda tactis sacrosanctis Euangeliis, 2.qu.2. hortamur, 4.q.3.testes.§.proximo.
Quod iudex debet testibus prouidere de loci securitate, 5.q.9 hortamur.
Quod testibus expensæ sunt ministrandæ, 4.qu.3.testes.§.seq.
Quod episcopus siue presbyter pro ecclesiæ suæ negotio potest ferre testimonium, 14 q.2.super.
Quod clericus non debet esse testis contra laicum in criminali causa, sed in ciuili, 11.q.1. testimonium, 14.q 2.super.
Quod in conficiendis instrumentis secularium, presbyteri non debent ferre testimonium nisi de mandato episcopi, 14.q 2.super, in fi.ibid.
Quod testi honestiori maior fides est adhibenda, 4. q.3.testes.ver.item iusiurandi.
Quod vtrum hermaphroditus possit fieri testis, qualitas incalescentis sexus declarabit, 4.q.3. testes, ver. item hermaphroditus.
Quod mulier potest esse testis pro parentib. & amicis & consanguineis, & pro crimine lęsæ maiestatis, & contra hæresim & simoniam, 15.q.3.de crimine.
Quod de vnoquoque minus est dubitandũ vbi prior vita qualis fuerit testimoniũ reddit, 61.d.miramur.
Quod testes debent esse bonæ opinionis, 2.q.1.in primis, circa med. 3.q.5.suspectos, 4.q.3.testes, §. 1.
Quod ad testificandum non admittuntur aliàs inimici, 2.q.1.in primis, circa med.
Item nec serui pro domino suo, nec minor viginti annis, 4 q.3.testes.
Item nec infideles, 2.q.7.non potest, 3.q.5. suspectos.
Item nec à fide apostatantes, 2.q 7.non potest
Item nec infames, 2.q 7.testes, 3.q.5.similiter, & cap. seq.6.q 1.qui crimen.
Item nec criminosi. 2.q.7.testes. 3.qu.5.constituimus.
Item nec complices in crimine quando illud de se cõfitentur, 15.q.3.cap.vlt.4.q.3.testes, §.sequen.
Item nec nimia paupertate laborantes, 4.q 3.testes, §. seq.
Item nec consanguinei vel propinqui, nisi cum contra seipsos mutuo testificari voluerint, 3.q.5.c. 1.
Item nec familiares, scilicet de propria domo prodeũtes, 3.q.5.c.1.& c.accusatores.
Item nec affines, 3.q.9.absens, & q.5.similiter.
Item nec litigiosi, 3.q.5.suspectos, & c.seq.
Item nec impuberes qui intra quartum decimum annum consistunt, 4 q.3 testes, §. seq.
Item nec liberti contra ecclesiam vel contra dominũ cuius fuerunt serui, 12.q.2.episcopus qui mancipiũ. §.vlt.4.q.3.testes, §.seq.ver.item patroni. & ver.item liberti.
Item nec serui, nisi dum aliqui testes deficiũt, 4.qu.3. testes, § seq. ante finem.
Item nec ille qui iudex vel assessor vel aduocatus fuerit in eadem causa, 16 q.2.statuendum.
Item quicumque ad accusandum non admittitur, nec ad testificandum, 4.q.4.c.1.
Quod testimonium nunquam est vendendum, 14.qu. 5.non sane.
Quod non testificans veritatem grauiter peccat. 11. q.2 vnicuique, §.sic quoque.
Quod falsus testis est qui etiam contra seipsum falsum dicit, & per hoc Deum qui est veritas, vendit, 11.q.2.abiit.
Quod presbyteri vel diaconi in falso testimonio inuẽti, per tres annos ab officio suspensi in monasterio debent pœnitere, 5.q.6.quia, in fine.
Quod quilibet falsus testis septem annorum pœnitentia punitur, 22.q.5.si quis peierauerit.
Quod infamis fit, & à testimonio repellitur, 22.q. 5. si quis conuictus.
Quod inducens ad falsum testimonium grauiter peccat, & consimili pœna punitur, 22. q. 5. si quis peierauerit, & cap.si quis conuictus.
TIMOR. Quod timor est multiplex, videlicet seruilis, quãdo quis timore pœnæ facit quod facit, 23. q. 4.hęc autem, §.seq.in fin.
Item est timor initialis, qui sicut fera introducit filiũ, ita & ipse charitatem, de pœn.dist.2.sicut s. ta.
Item est timor filialis, qui etiam timor sanctus vel castus dicitur, & hic est perfectorum, 23.q. 6.scismatici, & §. vlt in fi.
Item est timor naturalis, quem etiam ipse Christus habuit, & alij perfecti, 7.q.1.c.vlt.circa finem.
Item est timor mundanus quando peccatur timore temporalium, 47.dist.sicut, 11.q.3.quisquis.
Item est timor mundanus quo quis peccat timore pelli propriæ, 11.q.3.nolite.
Quod humanum est timere eum qui potest opprimere vel erigere, 16.q.2.c.1.post med.
Quod timendum est de sero pœnitente, de pœn.dist. 7.post med.
Quod amor carnalis & timor atque auaritia sensum hominis hebetant, 3.q.5.accusatores vel testes, 11. q.4.quatuor.
Item ibi væ est vbi timoratus perit à terra, 16.q. 7.& hoc diximus.post med.
TITVLVS. Quod titulus dicitur principium possessionis sine quo nemo verè possidet, 16. qu.3. dilectio, §.potest, ante med & 17.q 4.quæsti.
Item dicitur titulus vexillum vel signum pro re vẽdicanda positum, 16.q.consuetudo, 12.qu.2.non habenti.6.
Item dicitur titulus breuis adnotatio sequentis operis, 15.dist.sancta. & c in primis, ante med.
Item titulus dicitur beneficium ecclesię, sub quo quis ordinatur, & vbi tenetur seruire quamdiu viuit, 70. d.sanctorum.
Quod nemo sine titulo ordinari debet, ibid.
TOLERANTIA. Quod tolerantur à bonis infirmi ipsis consueta non denegando, 4. dist. denique.
Item debilitati quantum ad labores condescendẽdo, 47.dist.omnes, in fi.
Item ipsorum defectus ad infamiam non detegendo, 95.dist in scripturis.
Item commissa eorum propter spem correctionis patienter supportando, 45 dist.licet.
Exemplum ibi de Petro quem dominus post negationem non damnauit, & c.recedite, & 50.d.considerã dum. vbi dicitur quòd ideo dominus Petrum tolerauit, vt postea aliorum defectus toleraret.
Item tolerantur à bonis mali ipsorum detractiones, & falsa iudicia æquanimiter tolerando, 6.q.1. deteriores, & cap.seq.c.ex merito.
Item tolerantur à bonis ipsorum verba, & alias persecutiones patienter sustinendo, 6.q.1.quiescite.
Item tolerantur de omnibus ipsorum iniuriis se non vlciscendo, 23.q.3.sex differentiæ, & qu.8. conuenior.
Quod qui malos non tolerat ipse sibi per hoc testis est, quia bonus non est, 23.q.4.hæc autem.
Quod mali à bonis quandoque tolerantur, quia corrigi non possunt, 23.q.7.c.1.in fi.

De tolerantia malorum habes vbi agitur de Malis.

TONSVRA. Quod tonsura clericalis in circuitu & in summitate capitis in modũ sphęræ debet radi, 23. dist.prohibete.
Quod hęc tonsura designat in clericis contemptũ tẽporalium, 12.q.1.duo.
Quod hæc tonsura prius debet fieri per episcopum, nisi sint regulares, quibus per abbatem suum, si est presbyter, potest dari, 69 dist quoniam.
Quod prima tonsura facit clericum, 23. dist.n.clerici. & est ordo, qui dicitur psalmistatus, 23. dist.n.psalmista.
Quod non habentes tonsuram clericalem lectiones in ecclesia publicè in pulpito non debent legere, 69.dist.quoniam.
Quod tonsura clericalis sic debet tonderi vt sit super aures, 23.dist.non liceat cuilibet.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod ad eam deferendam clerici per archidiaconũ sunt compellendi, 23. dist. si quis.

Quod etiam vxorati clerici contrahentes cum virgine debent tonsurã portare, si clericali priuilegio volunt gaudere, 84 dist quisquis.

Quod clericus cõtrahens cum corrupta, quia videtur renuntiare priuilegio clericali, communem cũ laicis tonsuram deportabit ibid.

TORMENTVM. Quod tormentum quãdoque damnis, quandoque verberibus infertur, 12. qu. 2. fraternitas.

Quod quilibet iudex etiam ecclesiasticus potest torquere suspectos, vt veritatem facti possit exquirere. 5. q. 5. illi qui.

Quod quilibet superior malefactorem sibi subditum, secundum magis & minus excedentem potest tormentare, 23. q. 5. c. 1. in fine.

Quod prælatus non debet per se, sed per alios delinquentem tormentare, 86. dist. non liceat.

TRANSACTIO. Quod transactio est cũ aliquo dato vel retento vel promisso ab actione litigij recedere, 54. dist. generalis, circa finem.

Quod transactio debet fieri de scitę iudicis vel superioris, 23. q. 4. si illuc.

Quod propriè loquendo transactio nõ potest fieri in spiritualibus, 1. q. 2 quam pio 14. q. 5. denique, 16. q. 7 decimas, 13 q. 2. in ecclesiastico.

Quod quando seruus diaconus effectus aliam personã pro se restituat in tali transactione non cõmittitur simonia, quia non pro ordine sed pro seruitio fit restitut. 54 dist. ex antiquis, in fi. & c. generalis.

TRANSITVS. Quod in successores res trãsit cũ onere suo. 11. q. 1. Siluester.

Quod spiritualis transitus est de peccato ad vitã, de culpa ad gratiam, de terrenis ad cœlestia, de consc. dist 4. per aquam.

De Transitu religiosorum ad aliam religionem habes vbi agitur de Religione.

TRANSLATIO. Quod transferri possunt prælati de ecclesia ad ecclesiam propter necessitatẽ vel vtilitatem, 7. q. 1. mutationes, & tribus c. seq.

Quod sicut vir ducens alteram præter suam vxorem, dicitur adulter, sic prælatus qui propter temeritatẽ se transfert ad aliam ecclesiam, 7. q. 1. sicut.

Quod translatio fit de minori ecclesia ad maiorem, & non econuerso, 75. dist. legimus. circa med. 7. qu. 1. mutationes.

Quod Petrus de Antiochia Romam tanquam ad maiorem ecclesiam est translatus, 7. q. 1. mutationes.

Quod ambitio præsumitur vbi de minori ecclesia ad maiorem sua temeritate quis transfertur, 7. q. 1. si quis episcopus, & c. seq.

Quod translatio vtil tatis plurimorum, vnius vtilitati præferenda est, 8. q. 1. scias.

Quod translatus nihil iuris in priori ecclesia retinet, 21. q 2. si quis.

Quod translatus nõ priuatur prima ecclesia nisi possessionem habeat in secunda, 92. dist. si quis episcopus, & cap. si qui episcopi.

Quod translatus causa necessitatis, cessante necessitate debet ad primũ locũ redire, 7. q. 1. pastoralis, q. 1. 1. quod pro necessitate.

Quod solius Papæ est trãsferre episcopos, 7. q. 1. mutationes, & c. sicut alterius, in fi.

Quod presbyteri siue inferiores prælati de ecclesia ad ecclesiam non debent transferri nisi auctoritate episcopi, 7. q. 1. episcopus de loco.

Quod ad aliã ecclesiam sua temeritate se transferentes frustrantur habita & non habita, 7. q. 1. si quis episcopus, & c. seq.

Quod in translatione clericorum vel rerum ecclesiasticarũ episcopus debet requirere consilium capituli, quia fit quædã alienatio, 12 q. 2. sine exceptione

De Translatione habes vbi agitur de Mutatione & de Permutatione.

TREVGA. Quod treuga est securitas præstita reb. & personis discordia nondum finita, 24. q. vlt. illi.

Quod archiepiscopi & alij ad faciendum treugam debent intendere. 24. q. vlt. illi. 90 dist per totum.

Quod frangentes treugas sunt excõmunicandi. 24. q. vlt.

TRIBVTVM Quod licitè datur tributum etiam ab ecclesia, videlicet intuitu pacis, 23. q. 1. quid.

Itẽ datur intuitu subiectionis, 11. q. 1. magnũ. Nota exemplum de Christo, qui dedit tributum.

Item intuitu solius quod quis possidet 13. q. 8. tributum, & c. seq.

Item datur intuitu impensi officij vel impendẽdi, 18. q. 2. Eleutherius.

Itẽ datur intuitu cathedratici, 10. q. 3. per totum.

Item datur obtentu longæ consuetudinis, 1. q. 4. quæsitum. ante finem.

Quod nulla ecclesia construenda est sub tributaria conditione, de consecra. dist, 1. si quis basilicam.

TRIBVLATIO. Quod tribulatio patienter est tolerãda, ne per impatientiam meritum mutetur in culpam, 7 q. 1. cum percussio.

Quod Deus sæpe suis mordacissimum genus tribulationis immittit ad animę medicamentum, 5. q. 1. 5. non omnis. Exemplum ibi de stimulo carnis Pauli.

Item mittit ad virtutis augmentum, 7. q. 1. aduersitas. Exemplum ibi de naufragio Petri, 11. quæstio. 3. in cunctis.

Item mittit ad puniendum crimen commissum, 6. q. 1. sunt plurimi. 7. q. 1. cum percussio.

Item mittit ad consequendum æternum præmium, 7. q. 1. suggestum.

Quod facit mundi honorem contẽnere. 23. q. 4. displiceat ante med.

Item facit ad bonum festinare, 23. quæstione, 4. ca. vlt. in fin.

Item tribulatio facit peccata deserere, 23. q. 4 qui peccat. in fine.

Quod quando non grex nec fides, sed pastor quęritur, tribulatio est declinanda, 7. q. 1. scisciatis.

De hac materia habes vbi agitur de Aduersitate.

TRISTITIA. Quod nullus pro sua nec suorum morte tristari debet, 13. quęstione, 2. quàm prępositorum.

Quod illi qui de morte contristantur, videntur de spe resurrectionis dubitare, 13. q. 2. vbicumque, §. seq. &c. seq.

TVTOR. Quod tutor propriè dicitur pupilli vel orphani, vel à parentibus emancipati, 87. dist. defensionis.

Quod triplex est tutela, videlicet testamentaria, quæ ex testamento constituitur, & legitima, quæ propter propinquitatem assumitur, & datiua, quæ cuicumque confertur, 16 q. 1. generaliter.

Quod tutela pupillorum in duobus consistit, videlicet vt vita à criminibus, & res ab iniuria impiorum seruetur, 12. q. 1. c. 1.

Quod ipse Deus iussit pupillis & egenis tuitionẽ impendi, 87 dist defensionis.

Quod episcopus tamquam iudex tuitionem testamẽtariam non debet suscipere, & susceptam propter necessitatem, non per se, sed per archipresbyterum debet agere, 88. distin. episcopus, & duobus cap. seq.

Quod licet clerici & etiam monachi non teneantur ad tutelam testamentariam vel legitimam vel datiuam, ad cautelam tamen miserabilium personarum omnes tenentur, 86. dist. peruenit, 87. dist. licet, 16. q. 1. generaliter.

Quod clerici per episcopum possunt cogi ad egenorũ tutelæ susceptionem, 88. dist. decreuit.

VACATIO. Quod ecclesia cathedralis vltra tres menses non debet vacare pastore, 50. dist. postquam, 64. dist. obeuntibus.

Quod propter gregis periculum post tres menses electionis alij tres menses dantur pro petenda consecratione, 50 dist. postquam.

Quod percipiendæ atque intuendæ veritati vacandũ est, 8. q. 1. qui episcopatum.

Quod clerici qui diuinis officiis debent esse obligati, non debent terrenis actibus vacare, 21. q. 3. molitiis.

Quod vacatio contemplationis corde appetenda est, sed aliquando pro multorum salute postponenda est, 8. q. 1. in scripturis.

Quod diabolus per incuriam vacantes facilius opprimit, & in ima vitiorum prosternit, de pœn. distin. 4. quæcumque.

VAGARI. Quod episcopus vacabundus nisi resipiscat, primo excommunicatur, postea in monasterijs retruditur, 7. q. 1. peruenit, & c. seq.

Quod clerici ab ecclesia non sunt habendi, qui vagãdo sub nullius episcopi diligentia consistunt, 93. dist. nulla.

Quod monachi vagari prohibentur, 16. q. 1. iuxta, & c. seq.

Quod religiosi vagantes vt ad monasteria sua redeãt, sunt compellendi, 16. quæst. 1. quidam, 18. quæst. 1. abbates.

Quod vaganti religioso sine sui superioris licentia non licet ordines recipere, nec diuina officia celebrare, 16. q. 1. monachi, & c. seq.

Quod si quid religiosus vagando acquisierit, totum monasterij vbi professus fuerit, erit, 18. quęst. 2. abbates.

Quod vagabundi religiosi post contemptum admonitionis, auxilio episcopi sunt carceribus tradendi, 18. q. 2. abbates.

VANITAS. Quod nomen Dei non est in vanum assumendum, 22. q 2 animaduertendum.

Quod vanitas gentilium, poetarum, vel philosophorum, ipsorum auctoritatibus redarguitur, 37. dist. si quid.

Quod in prædicatione postponere auctoritatem prophetarum, & adducere auctoritatem philosophorũ vanitas est & curiositas sacrilega, 37. dist. si quis artem, & c. seq.

Quod omnis scientia quæ ad tropologiam, id est mores non conuertit, in vanitatem & in sensus obscuritatem deducit, 27. dist. nonne.

VAS. Quod in ecclesia ad baptizandum & ad corporalia & pallas lauandum specialia vasa debent haberi, de cons. d. 4. omnis presbyter, & dist. 1. nemo per ignorantiam, & quatuor c. seq.

Quod vasa sacrata non debent moniales nec inferioris gradus clerici tractare, 23. dist. sacratas, & c. non oportet.

Quod vasa sacrata & ecclesiastica inueterata debent comburi, & cineres vbi conculcari non possint, reponi, de cons. dist. 1. altaris.

Quod vasa ecclesię pro liberatione captiuorum & egestate miserorum sunt exponenda, quia melius est vasa viuentium seruare, quàm metallorum, quęst. 3. aurum.

Quod Paulus dicitur vas electionis, 22. quęst. 5. si Paulus.

Quod vasis irę Deus nunquam redderet interitum si non inueniretur homo spontaneum habere peccatum, 23. q. 4. Nabuchodonosor.

VATES. Quod vates à vi mentis appellatur, qui modo sacerdotem, modo prophetam, modo poetã significat, 21. di. clericos.

Quod illud quod vates gentilium de Christo prædixerunt, valet ad conuincendam paganorum vanitatem, sed non dat auctoritatem, 37. distinctio si quid.

VELVM. Quod est velum professionis, quod datur fœminis anno duodecimo, 20. q. 2. puella.

Item est velum consecrationis, quod datur anno vicesimoquinto, 20. q. 1 placuit.

Item est velum prælationis, quod datur anno sexagesimo, 20. q. 1. iuuenculas.

Item est velum ordinationis, quod datur anno quadragesimo, 27. q 1. diaconissam.

Item est velum continentiæ obseruationis, & hoc est viduarum, 27. q 1, viduis.

Quod ad episc. spectat virgines velare, 20. quæst. 1. de uotis.

Quod excepta ægritudine episcopus virgini velum non debet imponere, nisi in festo epiphaniæ, & per totas octauas Paschæ, & in festis apostolorum.

Quod nec abbatissæ nec alteri moniali aliquam velare licet, 20. q. 2. statuimus.

Quod viduam nullus pontifex velare debet, quęst. 1. deuotis.

Quod vidua ab altari velamen continentię potest suscipere, 27 q. 1. viduas.

Quod velatę voto professionis, siue virgines siue viduę matrimonium non possunt contrahere, & contractum dirimitur, 27. quæst. 1. si quis sacro, & ca. hæ verò.

VENATIO. Quod aliqua venatio prohibetur, & aliqua permittitur, & aliqua conceditur.

Quod venatio arenaria qua quis pugnat cum bestia detenta in arena, prohibetur non solum facientib. sed etiam aspicientibus, 86. dist. qui venatoribus, & c. seq.

Item hanc venationem exercens non solum infamis efficitur, sed etiã ab actione in iudicio repellitur, 3. q. 7. c. 1. §. tria post princip.

Quod venatio saltuosa, quę fit in saltibus, vel syluis, si fit tempore debito, non prohibetur, si fit propter vtilitatem non delectationem, laicis non clericis permittitur, 86. dist. quid prodest, 24. dist. quorumdam.

Quod maximè Germaniæ prelati venationi saltuosæ implicantur. ibid.

Quod venatio quæ fit sine strepitu, sicut ponere rete vel laqueum, non solum laicis sed etiam clericis cõceditur, quod similis est piscationi, 76. dist. Esau. de cons. dist. 5 nunquam.

Quod venator inquantum venator non legitur sanctus, 34. dist. quorundam, 86. dist. Esau.

Quod qui videt venationem ad delectationem videbit Christum ad contristandum, 86. dist. vident.

Quod parum prodest ieiunare in cibis, & delectari in venationibus, 86. dist quid prodest.

Quod fouere venatorem propter artem suam, est peccatum, 86. dist. qui venatoribus.

VENDITIO. Quod emendi vilius & vendendi carius studium maximè clericis prohibetur, 14. quæ. 4. canonum.

Quod clericis permittitur vt pro mutuatis ab ipsis de natiis res alias statuto tempore prout venduntur, recipiant, 14. q. 4. si quis clericus.

Quod turpe lucrum sequitur qui ex cupiditate tempore messis vilius emit vt carius vẽdat, 14. q. 4. quicumque tempore.

Quod qui falsum iurando pro pecunia veritatem vendit, Christum, qui veritas est, sicut Iudas vendit, 11. q. 3. abiit.

Quod sicut iudex non debet vendere verum iudiciũ, sic nec testis verum testimonium, 14. q. 5. non sanè. 11. q. 3. non licet.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod ſicut iudex non debet vendere verum iudicium, ſic nec teſtis verum teſtimonium, 14.q.5.nõ ſanè, 11.q.3.non licet.
Quod ſicut iuriſperitus poteſt vendere iuſtum conſilium, ſic aduocatus iuſtum patrocinium, ibid.
Quod nullum diabolus tanquam ſeruum poſſidet, niſi qui ſe ſibi peccatorum ære vendiderit, 15.q.1.nõ eſt.

De venditione ſpiritualium habes vbi agitur de Simonia.

Quod Chriſtus eiecit de templo vendentes, & ementes, 16.q.7.& hoc diximus.
VENIA. Quod apud Deum nullam patitur moras venię conuerſio, de pœ.diſ.1.ſerpens.in fin.
Quod Deus non dat veniam in errore durantibus, ſed ſe corrigentibus. 24.q.legatur.
Quod cum in confeſſione peccati erubeſcentiam vincit timor Dei, ſit venia criminis, de pœn.diſ.1.quem pœnitet.
Quod ſit dignus venia ex deſiderio ſacerdotis, quem habere non valens ſocio confitetur turpitudinem criminis, de pœn.diſ.6.§.j.
Quod facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, 23.q.4.eſt iniuſta, in fin.& c.ſi ea, & c.ſeq.36.q.9.loci, 86.diſ.inferiorum.
Quod non oportet prælatũ, ſi excidit in correctione à ſubdito veniam quærere, 86.diſ.quando.
VENIALE. Quod venialia peccata dicuntur quotidiana, quia quotidie ſubrepunt, de pœn.diſ.1.medicina, §.tres ſunt actiones.
Quod ſit veniale in confeſſione quod fuit criminale in operatione, de pœn.diſ.1.quem pœnitet.
Quod quæ ſunt venialia peccata habes, 25.diſ.vnum orarium, §.alias autem.
VERBERA. Quod fides verberibus non eſt exigenda, 45.diſ.c.1.
Quod eccleſia quoſdam damnis, quoſdam verberib. caſtigat, 12.q.2.fraternitas.
Quod ad correctionem ſubditorum virgarum verbera meritoriè infliguntur, 23.q.5.c.1.in fi.
Quod ſiue monachi, ſiue alij clerici de ſuis exceſſibus poſſunt verberibus coerceri, 20.q.vlt.monachum.
Quod epiſcopus nullum ſuis manibus debet verberare, 86.diſt.non licet.
Quod miſeri ſunt prælati, qui verberibus tantum volunt timeri, 45.diſ.c.1.

De hac materia habes vbi agitur de Tormentis & de Correctione.

VERBA. Quod omnium rerum creatio & hominum recreatio fuit in verbo, 1.q.1.intra catholicam.
Quod in verbis ſacramenta Chriſti conficiuntur, ibi. & c.detrahe.
Quod accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum, 1.q.1.detrahe.
Quod an non minus eſt reus qui negligenter verbum Dei audit, quàm qui corpus Chriſti in terram cadere permittit, 1.q.1.interrogo.
Quod qui exit dum verbum Dei proponitur, excommunicetur, de conſ.diſ.1.ſacerdotes.
Quod verba ideo ſunt inſtituta vt homines cogitationes in notitiam aliorum proferant, 22.q.2.his autem.
Quod verba non ſemper ſunt accipienda ſicut ſonãt, 23.q.1.paratus, ante med.
Quod Deus verba ſecundum proferentium intentionem accipit, 22.q.5.humanæ.
VERECVNDIA. Quod eſt verecundia virginalis, quæ eſt naturaliter in virginibus, 20.q.5.nec illud. Exemplum ibi de Rebecca.
Item eſt verecundia vidualis, quæ verecundiam promittunt antequam iterato nubant, 33.quæſ.2.non omnis.
Item eſt verecundia ſemiconfitentis dum quis erubeſcit aliqua peccata confiteri, de pœn.diſ.3.§.ſiue autem, ver.inter hæc.1.
Item eſt verecundia plenè confitentis, & hæc eſt magna pars ſatisfactionis, quia de mortali facit veniale, de pœn.diſ.1.quem pœnitet, & c.quamuis.
Quod propter verecundiam bonum non eſt dimittẽdum, de pœn.diſ.1.in actionem, in fi.
VERITAS. Quod veritas eſt cum illud aſſeritur quod eſt, 22.q.2.cum humilitatis.
Quod tunc exit aliquis à veritate Dei, cum à fide & charitate exit, 24.q.3.cum aliquis.
Quod veritas ſacramentorum in ſola eccleſia habetur catholica, 24.q.1.quia.
Quod in quibus nil intereſt ad habendum regnum Dei vtrum vera putẽtur vel falſa non refert, 22.q.2.in quibus.
Quod veritas præfertur etiã conſuetudini, quia Chriſtus non dixit, Ego ſum cõſuetudo, ſed veritas, 58.diſ.veritate, & quatuor c.ſeq.
Quod ille non ſolum proditor eſt veritatis qui mendacium dicit, ſed etiam qui veritatem liberè nõ pronuntiat, 11.q.3.noli timere.
Quod veritatem pro pecunia negantes Deum negãt, 11.q.3.abiit.
Quod qui veritatem non defendit quam defendere cõuenit, proditor eſt veritatis, 11.q.3.nolite timere.
Quod veritas non eſt in homine cũ quis dicit ſe peccatorem eſſe cum non eſt, 22.q.2.cum humilitatis. & duobus ca.ſeq.
Quod non eſt ſic vitanda arrogantia, vt veritas relinquatur, 22.q.2.non ita.
Quod non poteſt veritas occultari, 23.q.2.ſi quis.
Quod vbi de fide vel ſalute agitur, qui veritatem occultat, ità Deũ ſuper ſe prouocat, 11.q.3.quiſquis. &c.nolite timere.
Quod melius eſt pro veritate pati ſuppliciũ, quàm pro adulatione conſequi beneficium, 11.q.3.nemo peritorum.
Quod veritas cum non defenditur, opprimitur, 83.di. error.
Quod tria ſolent impedire veritatem, videlicet carnalis amor, timor, atque auaritia, 3.q.5.accuſatores vel teſtes, 35.q.6.epiſcopus.
Quod à ſacerdotibus & à prædicatoribus veritas libere eſt prædicanda, 11.q.3.nolite timere.circa med.
Quod veritas bonę vitæ propter nullum eſt dimittenda, 32.q.5.ita ne, & c.ſeq.
VESTIS. Quod veſtes ſunt multiplices, videlicet, epiſcoporũ, quæ tã in veteri lege quàm in noua varię ſunt, & ex multis virtutib. debet reſplẽdere vita pontificis, 40.diſt.§.1.43.d.ſit rector.poſt medium.
Item ſunt veſtes miniſtrorum eccleſiaſticorum, & hæ ſunt variæ, deſignantes varias virtutes quas debent habere, 40.diſt.§.1.
Quod cultui veſtium miniſtrorũ eccleſiæ primo omnis actionis debet conuenire, 100.di.rationis.
Item ſunt veſtes clericorum, quæ nec ſordidæ nec fulgidæ debent eſſe, 41.diſt.§.1.& c.parſimoniam, & c.clericus, & §.ſeq.21.q.4.per totum.
Quod clerici ſiue intra ſiue extra non laicalib. ſed clericalibus debent vti, & non ſeruantes grauiter debent puniri, 21.q.4.nullus eorum, & tribus cap.ſeq.
Item ſunt veſtes religioſorum, quæ debent eſſe humiles & deſpectæ, non diuerſi & nobilis coloris, 20.q.1.c.vlt.21.q.4.c.1.
Quod religioſi veſtem profeſſionis ſuæ nunquam debent deponere, 21.q.1.vidua.
Item nec exiſtens in ſcholis veſtem debet mutare religionis, 21.q.4.nullus eorum.
Item ſunt veſtes laicorum, quæ cum ſecundum cõſuetudinem terræ deferuntur, à ſuperſtitioſis non ſunt iudicandi, 30.diſt.ſi quis virorum.
Item ſunt veſtes pœnitentium, ſicut cilicium, & ſimilia, diſ.50.pœnitentes.
Item ſunt veſtes ſacræ eccleſiarum, quæ debent honeſtè ſeruari, & alteri vſui nõ ſunt applicandæ, de cõſ. diſt.1.veſtimenta.
Quod veſtibus ſacris nõn debent alij homines vti, quàm ſacerati, ibid.
Quod nullus prætextu pietatis inuoluat mortuum veſtibus ſacris, de conſ.diſ.1.nemo per ignorantiam.
Quod vetera veſtimenta eccleſiæ debent comburi, & cineres in pariete vel alibi vbi conculcari non poſſunt, debent poni, de conſe.di.1.altaris.
VIA. Quod via excellentior eſt charitas, quia ſine ea ambulare non poſſunt homines, ſed errare, de pœn. diſ.2.c.ſi quis ſemel, §.hæc eſt charitas.
Quod viam abſque ductore non ingrediaris quam nũ quam ingreſſus es, 16.q.1.ſi clericatus.
Quod Deus docet manſuetos vias ſuas, 19.q.1.vos autem.
VIATICVM. Quod viaticum dicitur euchariſtia, 50.diſ.de his verò.
Quod viaticum nulli pœnitenti in morte eſt deneganda, 50.diſtinct.pœnitentes, 27.quæſtio.1.virginibus.

De hac materia habes vbi agitur de Euchariſtia.

VICARIVS. Quod vicarius cuiuſcunque prælati in loco capituli tanquam eius vices gerens debet honorari, 64.diſt.c.vlt.
Quod ſubdiacono vices prælati poſſunt cõmitti, 64.diſ.c.1.
Quod non debet eſſe laicus vicarius, quia indecorum eſt laicos iudicare, 16.q.7.in noua.
Quod omnes epiſcopi ſunt vicarij apoſtolorum, 63.diſ.quorum vices.
Quod qui contemnit vicarium, contemnit & illum qui poſuit eum, 21.diſ.in noua.
VICEDOMINVS. Quod in quolibet epiſcopatu debet eſſe vicedominus, qui & hoſpitibus & caſibus ſuperuenientibus loco epiſcopi poſſit ſatisfacere, 89.diſ.volumus.
Quod epiſcopi intereſt vicedominum conſtituere, ibidem.
Quod officium vicedomini debet eſſe de epiſcopatu diſponere, 84.diſ.diaconum.
VITIVM. Quod multiplex eſt vitiũ, videlicet morum, verborum, & corporum.
Quod vitia morum, quia obſunt animæ, ſunt euitanda, 38.diſt.quamuis errare, §.ſed licet, & c.ſedulo.
Quod vitia morum dependent à voluntate, 56.di.naſci, in fine.
Quod vitia ſæpe ſe virtutes eſſe mentiuntur, 41.diſt. ſæpe.
Quod vitia verborum ſunt toleranda, ſicut in ſanctis hominibus corruptio grammaticalis, quia nõ ſunt voces ad aures Dei, ſed animi affectus, 38.diſ.ſedulo.& c.ſeq.
Quod vitia corporum ſunt diſcutienda, nec debent eſſe in ſacerdote, & maxime in prælato, 49.d.hinc.
Quod quidam vitiati corpore non debent promoueri ad ſacros, 55.diſt.per totum.
Item vitiati corpore qui remouentur ab ordine, intelliguntur propriè abſciſſi non caſu ſed propria volũtate, 55.diſt.ſi quis abſciderit.
Itẽ vitiati corpore propria abſciſſione homicidæ ſui iudicantur, & ſuæ conditionis inimici. ibid.
Quod ſeipſos in corpore vitiantes, non promouẽtur, ſed etiam promoti deiiciuntur, 55.diſt.ſi quis pro ægritudine, & cap.ſeq.
Quod carens quocunque caſu oculo, quia eſt mẽbrũ notabile, nõ debet promoueri, 55.d.ſi Euangelica.
Quod eunuchus per inſidias factus, vel ita natus, poteſt promoueri vitio corporis non obſtante, 55.d. eunuchus.
Quod cum propter ægritudinem, vel violentiã, vel caſu, quis corpore vitiatur, dummodo non ſit cum magna deformitate, nõ priuatur ordine habito vel habendo, 55.diſt.qui partem, & c.ſi quis pro ægritudine. & c.ſeq.

De hac materia habes vbi agitur de Mutilatione.

VICTVS. Quod vtiliter vincitur cui licentia peccandi tollitur, 23.q.1.paratus, in fine.
Quod victo debetur miſericordia, dummodo nõ timeatur turbatio futura, 23.q.1.noli.

De hac materia habes vbi agitur de Bello, de Patientia, & de Hoſte.

VIDVA. Quod vidua eſt quę poſt ſolenne fœdus nuptiarum morte interueniente à viro ſuo diuiſa fuerit, 54.diſt.presbyteri, §.ſeq.
Quod debent viduæ aſſiduè eccleſiam Dei bonis operibus & orationibus adiuuare, 81.diſt, cap.vlt.
Itẽ debent ſtipendiis eccleſiæ ſubſtẽtari, 81.d. viduę.
Quod clericis & religioſis non debent eſſe multũ familiares, 81.diſt.clericus, & cap.ſeq.
Quod epiſcopi & aliarum eccleſiarũ prælati, præcipuè viduarum ſuſtentationi & protectioni debent intendere, 87.diſt.per totum.
Item debent viduis imperatores & reges idem facere, 23.q.3.ab imperatoribus, & quæ.5.regnum.

De viduis habes vbi agitur de Bigamia, & in multis aliis locis.

VIGILIA. Quod veſpera ſanctorũ vigilia dicitur, quia olim pro reuerẽtia ſolennitatis in orationibus pernoctabant, 76.diſt.noſſe.
Quod in ſeruitio etiã diuino vigilię immoderatæ quę ſenſus integritatem diminuunt, non laudantur, de conſe.diſt.5.non mediocriter,
Quod vigilia natalis domini cum ieiunio quattuor tẽporum ante celebrari debent, 76.diſ.de ieiunio, in fine.
Quod vigilia Pentecoſtes ſicut vigilia Paſchæ in ieiunio eſt obſeruanda, 76.diſt.noſſe.
VINCVLVM. Quod eſt vinculum curæ paſtoralis, quod non ſoluitur niſi per ſuperiorem, 7.q.1.ſicut alterius. ibid.
Item eſt vinculum ſtatus matrimonialis, quod nõ ſoluitur, niſi per mortem alterius.
Item eſt vinculum ſententię excõmunicationis, quod ſoluitur ab alligante, 11.q.3.nemo contemnat vincula, & pluribus c.ſeq.& cap.cœpiſti.
VINDICTA. Quod triplex eſt vindicta, videlicet ſpiritualis, vt excõmunicatio, degradatio, ſuſpẽſio, depoſitio, in monaſterium & in carcerem detruſio, & à publicis actibus repulſio, hæc locum habẽt in eccleſia, 23.q.4.forte.

De hac vindicta habes vbi agitur de Pœna.

Item eſt vindicta pecuniariæ actionis, hæc etiam habet in eccleſia locũ vbi bannũ præceſſit, 16.q.1.ſtatuimus, vbi ſecũdũ æſtimationẽ iniuriæ pecunia recipitur, 17.q.4.quiſquis, & c.ſi quis contumax.
Item eſt corporalis vindicta punitionis, hęc conuenit iudicibus eccleſiæ & ſeculi, ſed non æqualiter, 23.q.5.c.1.5.q.5.illi.
Quod vindicta corporalis detruncationis & occiſionis eſt tantum ſæcularium, 23.quæſtio.3.reos.& capitu.ſequen.& quæſtio.8.præterea.& duobus ca. ſequen.

Source : BIU Cujas

Quod vindicta non est inferenda, 23.q.4.§.j.
Quod omnis militia, vel propter propulsandam iniuriam vel propter vindictam inferendam, instituta est. 23.q.1.§.j.
Quod vindicta aut fertur animo corrigendi, aut animo vlciscẽdi, si animo corrigendi, licitè infertur malis nisi sociam habeant multitudinem, quia tunc nõ potest salubris esse vindicta, 23.q.4.non potest, 69. dist. vt constitueretur, in fi.
Itẽ si timeatur obstinatio, 7.q.1.aduersitas, §. cum autem.
Item si timeatur schismaticum periculum, 23.q.4.quis quis, vel quod.
Item si timeatur maius malum ex vindicta, 50. dist. vt constitueretur.
Item si reatus occultus non est manifestatus per iudicium. 23 q 4. forte.
Item si crimen soli iudici sit notum, quia tunc ex vindicta fit proditor, 2.q 1. si peccauerit.
Quod vindicta animo vlciscẽdi omnibus prohibetur, 23 q 4. ita plane, 46. dist. seditionarios, 24.q.1, quod debetur.
Quod vindicta priuata Deo est seruanda, qui dicit, *Mihi vindictam*, & ego retribuam, 23.q.1.§.j post medium.
Quod vindicta propria prohibetur, quæ est ad vltionem, 23.q.1.nisi, & c. paratus, & q. 4. hæc autem, §. ex his.
Quod illa quæ est ad correctionem, in iudicibus exequenda præcipitur, 23.q.4.est iniusta, & c. seq. vsque ad c. ea vindicta.
Item exequenda est ab eis vindicta nõ zelo propriæ iniuriæ, sed zelo iustitiæ, 23.q.4.& ita plane, & qu.5. prodest.
Item non exequentes vindictam correctionis grauiter offendunt, 23.q.4.si is qui, & c. si ecclesia, & c. est in iusta.
Item non vindicando dant alijs incentiuũ delinquendi, 23.q.4.est iniusta, in fi.
Item prouocant non solum contra se, sed contra populum flagellum, 45. dist. sed illud, 23.q.4. si quos, & c. si ea.
Quod quandoque in paucos vindicta exercetur, vt multitudo timeat. 23.q.4.quid faciet, in fin. & c. se.
Quod episcopi & prælati non de facili debent ad vindictam accendi, 86. dist. si quid.
Quod non debet nos delectare vindicta quæ animum pascit alieno malo, 23.q 5 de occidendis.
Quod in eo quòd Christus cõpescuit discipulos à vindicta Samaritanorum, innuitur quòd non semper procedendum est ad vindictam peccatorum, 23.q.4.c. Christus.

De hac materia habes vbi agitur de pœna & de Punitione.

VINVM. Quod vinum est luxuriæ incentiuum, 35. dist. luxuriosa, & per totam dist.

De vino habes vbi agitur de Ebrietate.

VIOLENTIA. Quod violentia est legibus inimica. 11.q.1. Christianis, in fin.
Quod clerici à laicis per violentiam opprimi non debent, ibid.
Quod ecclesiæ res non violentia sed ratione debent exquiri, 16.q.6.c.1.& c. placuit.
Quod violenta confessio, vel promissio non obligat, q.1.c.1.& 2.
Quod violentias præcipuè personales in eodem instãti licet repellere, & clerico non euadẽdo sed defendendo, 23.q.1.quid.
Quod violentia absoluta excusat à toto, 34. q. 2. non satis, 32.q.5 §.j.& c.seq.
Quod violentia conditionalis excusat à tanto, sed nõ à toto, 2.q.1.in primis, ante med. ver. gloriosus.

De hac materia habes vbi agitur de Constitutione, & Repulsione.

VIR. Quod vir aliquando ponitur pro sexu, 32.q.7.vxor.
Item vir aliquando ponitur pro virtute, 3. dist. si quis virorum.
Item aliquando ponitur pro ætate, 76. dist. episcopus, Vnde versus.

Vir notat ætatem, vir sexum, vir probitatem.

Quod quia caput mulieris est vir, melius debet viuere vir, & præcedere in omnibus factis bonis vxorem, 32.q.6.c.vlt.
VIRGA. Quod Christus sine pecunia & sine virga misit apostolos, vt incentiua litis, & vt instrumenta eriperet vltionis, 11.q.3.ita, in fin.
Quod ideo dominus virgam non ferendam apostolis in via præcepit, vt nulli violentia inferatur, 20.q.3. præsens, post med.
Quod disciplina patris vel magistri non debet esse in alijs tormentis quàm in virgarum verberibus, 23.q.5 c.1.ante fi.& q.4.displicet, circa med.
